BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
1 I
2

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Prohib: donec corrigatur

MATTHIÆ COLERI JC. PRÆCLARISSIMI, ET IN *Academia Jenenſi ampliſsimi Collegii Juridici quondam Ordinarii, & Profeſſoris Publici celeberrimi, Conſiliarii Sax. &c.*

TRACTATUS DE PROCESSIBUS EXECUTIVIS, IN CAUSIS CIVILIBUS ET PECUNIARIIS, AD PRACTICAM FORI SAXONICI PASSIM ACCOMMODATUS:

Cum Commentariis duorum Titulorum

lib. 2. Decretalium, *de Exceptionibus & Præſcriptionibus*: quorum uſus in quotidiana praxi frequentiſſimus eſt.

EDITIO QUARTA à MENDIS REPURGATA; EMACULatior, & infinitis propemodum locis auctior prodiens.

Cui præterea de novo acceſſerunt ejuſdem auctoris Prælectiones in ſubſequentes Titulos lib. 2. Decretal. jam diu exoptatæ, & nunquam anteà in lucem editæ: in quibus ea, quæ in Theoria ſcitu maximè neceſſaria, ac quid in praxi, imprimis verò in foro Saxonico obſervetur, accuratè diligentiſsimeq; conſcripta ſunt & enucleata.

Cl. legato ... Gossini

1. *De Judiciis, pag. 907.*
2. *De foro competente, p. 942.*
3. *De libelli oblatione, p. 967.*
4. *De mutuis petitionibus, p. 975.*
5. *De litis conteſtatione, p. 978.*
6. *Ut lite non conteſtata &c. p. 980.*
7. *De Juramento calumniæ, p. 1002.*
8. *De dilationibus, p. 1004.*
9. *De Feriis, pag. 1011.*
10. *De ordine cognitionum, p. 1014.*
11. *De pluspetitionibus, p. 1021.*
12. *De cauſa poſſeſsionis & proprietatis, p. 1024.*
13. *De reſtitutione ſpoliatorũ, p. 1040.*
14. *De ſententia & re judicata, p. 835.*

His omnibus in fine annexi ſunt INDICES rerum & verborum copioſiſsimi & inſtructiſsimi.

CUM PRIVILEGIO IMPERIALI ET ELECTORALI SAXONICO.

SOC. IESU BIBLIOTECA

JENÆ,

Excudebat TOBIAS STEINMAN, *Impenſis Leonhardi VVipprechts Bibliopolæ Ienenſis.*

ANNO M. DC. XV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

AD EFFIGIEM

MAGNIFICI ET CONSULTISSIMI VIRI,

Dn., MATTHIÆ COLERI, J. U. D. CL. ACADEmiæ Jenenſis Anteceſſoris celeberrimi; & illuſtriſſimorum SAXONIÆ Ducum Conſil. ampliſſimi.



QVem Fora; Saxonicæ quem celſa Palatia RVTÆ:
Pulpita SALANÆ quem ſtupuére Scholæ:
Quem magno cuperent, ſi fas per fata, redemtum:
Talis honoratâ fronte COLERVS erat.
Frons patet: ingenium latet! hoc nec pingere Zeuxis,
Fingere nec potuit nobilis arte Myron.
Cernere depictum places illud? SCRIPTA revolve:
Ipſe ſat ingenium pinxit in hisce ſuum.

Bern. Prætorius P.L.F.

Elogium Auctoris

EX MAGNIFICI, NOBILISSIMI, ET CONSVLTISSIMI VIRI, Dn. NICOLAI REVSNERI, I.V.D. CLARIſſ. & P.P. Anteceſſoris & Senioris Collegii Iuridici in Academia Ienenſi, Comitis Palatini Cæſarei, & Conſiliarii Saxonici, Oratione de præcipuis Luminibus Academiæ Ienenſis, maximè in Iurisprudentia, habita in Panegyri Doctorea, Anno M. D. XC. IX. Kal. April. qua fuit emortualis Dn.

MATTHIÆ COLERI, *rebus humanis exempti,*

Anno poſt Christum natum,

CIↃ. IↃ. XXCVII.

MATTHIAS COLERUS: Juriſconſultus ſui ſeculi inter primos ſummus: alter Academiæ noſtræ Papinianus, aut Ulpianus, aut ſi quo alio nomine digniore eum appellare poſſumus: de quo etſi ſilere præſtaret, quàm pauca dicere: ſi tamen in hac temporis anguſtia minus, quàm decet, dixero fortaſſis: veniam mihi dari cupio: quam etiam eò faciliùs me obtinere poſſe confido: quo ſtudia ejus & conſilia meritaq; erga Academiam & Rempub. ſingularia in vulgus ſunt notiora: quàm ut mea prædicatione indigeant: quæ unà cum præclaris ingenii monimentis æternitati poſt ſe perpetuæ conſecrata, nullo unquam tempore ſunt intermoritura. Faciam igitur, & vela contraham Orationis meæ: ſummaq; tantùm perſequar rerum faſtigia: in recolendis grataq; proſequendis memoria iis, quæ in vita illius, quaſi in bono lumine collocata, memoratu digna cumprimis, ſplendidè colluxerunt: ut famæ meritiſſimi Doctoris, quantum in nobis eſt, aliquo ſaltem modo parentemus: & ad ſimilem virtutis doctrinæq; gloriam nos aliosque eodem pacto exſuſcitemus. Patriam habuit COLERUS noſter Alteburgum: oppidum provinciæ hujus celebre ac pervetuſtum: Patre natus ejus civitatis Senatore: Qui cùm ingenium filii in literis addiſcendis elucere animadverteret: ablegavit eum Witebergam: quo in loco artium liberalium & Philoſophiæ propè intimæ perceptis ſtudiis: quibus ad majores diſciplinas ſibi viam præmunivit; Medicinæ primò ſtudium amplexus eſt: in qua tantum profecit ingenio & induſtria: ut non modò præcepta ejus cognita haberet: ſed libros etiam Æginetæ aliquot eleganti carmine, quo plurimum valebat, in Latinum ſermonem converteret. Poſteà verò re diligentius examinatâ, Medicinæ ſtudio iterum valedixit, non tàm voluntate impulſus ſuà, quàm ſuaſu & monitis ſummi illius & maximi viri PHILIPPI MELANTHONIS, omnis eruditionis elegantis per totam Europam Parentis longè clariſsimi: qui ut ſolertiſſimus ac perſpicatiſſimus

ingeniorum æſtimator, indole ipſius plurimùm delectatus fuit: ut quamvis ingenio ad omnia prompto eum eſſe animadverteret: præauguratus tamen & quaſi divinans, animo jam tunc prænoſceret ac præſagiret, qualis & quant⁹ vir aliquando eſſet futurus, ſi ad Juriſprudentiæ ſtudiũ ſe totũ contuliſſet. Sic igitur in ſtadium prodire tunc auſus Juriſprudentiæ ipſius; maximis brevi tempore in eo factis ſpaciis, Lipſiã ſe contulit: ac PETRO LORIOTO Gallo, juris civilis interpreti acutiſſimo, in diſciplinam ſeſe penitùs tradidit: in cujus vitæ conſuetudinem admiſſus interiorem, multum ſanè ab ipſius profecit ingenio: ſolidam juris intelligentiam, tùm ex prælectionibus ejus publicis, tùm ex privatis collationibus atque diſputationibus aſſecutus. Quam tamen cùm ſine Praxi non multum ſibi profuturam animadverteret: eodem ſe tempore inſinuavit penitùs in familiaritatem Nobiliſſimi Juriſconſulti MODESTINI PISTORIS & eximii illius juris Saxonici Commentatoris CHRISTOPHORI ZOBELII: qui acumine ingenii & ſolertia ipſius perſpecta, non ſolùm amare, ſed colere; frequenterque ſuis eum diſceptationibus, foriq; controverſiis adhibere, & conſuetudine exercitationeq; forenſi judicium prudentiamq; intelligendi acuere cœperunt. Neque ita multò pôſt decurſis civilis diſciplinæ ſpaciis, laureæ Doctoreæ inſignibus amplificatus Witebergæ; ut res nomini ſuo reſponderet, ſtudioſè dans operam, ſcholis privatim habendis ita profecit atq; claruit; ut magnam apud omnes doctrinæ opinionem paſſim ſibi compararet. Quo factum eſt, ut confeſtim ſub auſpicia Academiæ Salanæ, Principum Saxoniæ illuſtriſsimorum vocatu, in Profeſſorum Juris numerum ſit cooptatus: commiſſa tunc ei primò publica Inſtitutionum juris exedra: cui ipſe præfectus ab initio; ſed biennio pôſt elapſo juris Pontificii interpretationi adhibitus: ſumma fide & induſtria ſemper præfuit: & Spartam quam nactus fuit, egregiè ornavit: non tàm κομψὰ quàm χρήσιμα (quod de Epicharmo aliàs fertur) ſuis proponendo auditoribus: neque ad oſtentationem ſubtilia magis, quàm ad fori uſum; quo plurimum pollebat, accommoda tradendo: denique auditorum utilitatibus in univerſum inſerviendo: quas, ſi quo poſſet modo, augere maximoperè conatus eſt. Quam ad rem cum multum conferre judicaret, non modò fori, ſed etiam ſcholæ diſputationes neutiquam in eo ſuum deſiderari paſſus eſt officium: quibus aut ipſe frequenter præeſſet, aut ſaltem intereſſet plurimum: minimè quidem ille obſcurè in eo, cùm vim acumenque ingenii, & doctrinæ copiam, tùm acris & ſubtilis judicii facultatem, & memoriæ præſtantiam, rerumque experientiam, declarans. Quanquam verò neſcio quo fatali genio (ut ipſe de ſe alicubi ſcribit) perturbatis aliquo modo Academiæ hujus rationibus, Lipſiam poſteà ad tempus ſeceſſit: ubi partim jus interpretando, partim reſponſitando, & cauſas diſceptando, forenſem pariter & togatam, eamque negotioſam & vehementer occupatam vitam aliquot exegit annis: ſub id quoque tempus decidendis Appellationum cauſis à Septemvirali Curia Saxonica adhibitus: ac tandem à Principe Anhaldino ad Cancellarii dignitatem ſplendidè vocatus: nihilo tamen ſeciùs in hanc Academiam ab Illuſtriſsima poteſtate iterum poſtea revocatus; cùm amore patriæ, tùm ſcholæ ipſius deſiderio; accepta conditione oblata, lubens ac volens rediit: & primariam

Lorietum Colerus noſter vocat Præceptorem, ad Rub. de Dilationib. lib. 2. Decret. n. 2. Modeſtini Piſtoris & Zobelii nõ uno in loco meminit in Tract. de Proceſs. execut. & quidem Modeſtinum Præceptorem vocat e quoniam ult. de Præſcript. n. 33.

riam illic Doctorum ſedem in Jurisprudentia tenuit: Princeps ſtudiorum civilium, non ut unus è multis, ſed inter multos egregius: quantus merito ſuo erat, tantus omnium conſenſione deinceps habitus perpetuò. Neq; verò ſcholæ Juris duntaxat, ſed etiam Dicaſterio Salanæ noſtræ, & Judicio præterea Provinciali longo interfuit tempore, ac immò potiùs tanquam Princeps Collegii juridici Ordinarius præfuit: in quo ipſe munere exequendo, ſumma fide ac religione verſatus eſt: & in cauſis tractandis, reſponſisq; dandis miram ingenii prudentiam, & judicii dexteritatem, cum pari integritate animi, & induſtria conjungendo, ſingularem juſtitiæ & æquitatis defendendæ curam habuit: à qua ne latum quidem ungvem ſibi in vita diſcedendum putavit. Quare factum eſt, ut in cauſis maximis graviſsimisque, non tantùm à popularibus, verùm exteris etiam tàm Principibus, quàm populis & civitatibus, ac inprimis nobilibus familiis, reſponſa ipſius pro oraculis fuerint requiſita: quos omnes ipſe, non minùs ac Pythius ille Apollo, de quo eſt apud Ennium, ſuarum rerum incertos ope ſua ex incertis certos compotesq; conſilii à ſe dimiſit. Fuit enim verè domus ipſius oraculum, non unius alicujus civitatis, ſed regionum complurium: cujus janua atq; veſtibulum (ut de Q. Scævola L. Craſſus apud Tullium memorat) infirmiſſima valetudine, & affectâ jam ætate. (Ita enim curæ fuit ei Reſpublica, ut valetudinis ſuæ cura non admodum afficeretur) maxima ſemper frequentia hominum, tàm ſummorũ quàm infimorum; immò etiam Comitum, & Principum ſplendore aſſiduè celebraretur. Sed nec docendo ſolùm, ac de jure reſpondendo, verùm etiã commentando & ſcribendo, Jurisprudentiæ ſtudia maximè illuſtrare, & ad poſteros propagare ſtuduit: aureo illo in lucẽ prolato Commentario de Proceſſu Executionis in cauſis civilib. & pecuniariis, ad Praxin fori Saxonici paſſim accõmodato: in quo pleraq; ejus requiſita & ſolennia, tàm ex parte creditoris paratã executionẽ petentis, quàm ex parte ipſius rei conventi executioni ſeſe opponentis paratæ, ita plana, ita explicata reddidit: ut nihil in eo obſcurum aut ambiguum ſit relictũ: quo vel ſolo Opere (ut cætera omnia omittam) memoriam nominis ſui reddidit immortalem. Qua autem fide, & qua morũ gravitate & auctoritate, non magiſtratus geſſerit modò, ſed etiam legationes ad Principes cæterosq; ſacri Imperii ordines, atq; adeò ad ipſum Imperatorem Romanum, obierit ſplendidiſsimas: per ſe, ut opinor, ſatis eſt notũ omnibus: in quibus ſi quæ prudenter ab eo ſuſcepta & tractata graviter, & confecta feliciter, cõmemorare omnia deberem, nimis prolixum futurum eſſet. Taceo de vita ejus privata, quæ ab eo piè honeſtèq; fuit acta: quippe in quo fulgeret eximiæ pietatis ſanctitas & religio: cui comes adeſſet ſumma in omni vitæ actione modeſtia: in moderandis cupiditatibus regendisq; animi motibus continentia: in familiaritate humanitas: in loquendo comitas: in audiendo facilitas: lenitas in decernendo: benignitas in ignoſcendo: in ſatisfaciendo ac diſputando diligentia: in judicando juſtitia: in animadvertendo æquitas: patientia in injuria: moderatio in liberalitate: deniq; in omnibus rebus decorum. Talis igitur & Juriſconſultus, & vir bonus, adeoque verè (ut ille loquitur) κοινὸν ἀγαθὸν fuit COLERUS noſter: de tota Republ. & poſteritate noſtra optimè promeritus: ante triennium hoc ipſo die fatali ſuo rebus exemptus humanis; magno omnium non Academiæ tantùm, ſed

provinciæ totius ordinũ cum luctu ac deſiderio. Sic nimirum Academia Doctore, Reſpublica Conſiliario, Curia Aſſeſſore, tota deniq; provincia Præſide & Sacerdote juſtitiæ, & (ut uno verbo dicam) parente ac patrono ſuo orbata eſt: in quem velut oculum exercitus noſtri Principem ſpes proximæ & ſecundum DEUM reliquæ collineabant.

ARtificis te docta manus depingere vivum,
Et potuit faciem fingere fortè tuam.
Ingenium haud potuit: volitat tua fama per orbem,
Doctrinæ proſtant & monumenta tua.
Hæc tua pòſt obitum COLERE *vigebit imago,*
Ingenii hæc facies pòſt tua fata manet.
Quam non Praxiteles ſculpat, vel pingat Apelles
Rectius, Eulogio quam LEORINE *facis.*
Vivant Salani duo lumina clara Lycæi,
Fulgeat ille polo, luceat iſte ſolo.

Jacobus Stintius J. U. D. F.

BIBLIOPOLA LECTORI S. D.

VINO vendibili, ut vulgò circumfertur, ſuſpenſa hedera nihil opus eſt, neque res præclaræ, cum ex ſe placeant, exoticam deſiderant Commendationem. De hoc autem præſenti Tractatu integro, qui complectitur & PROCESSUM EXECUTIONIS *cauſarum civilium, & elegantes, & à plurimis Practicis diu, multumquè deſideratos Commentarios, in librum ſecundum Decretalium, veriſſimè & ſine fallacia, Lector benevole, dicere id auſim, quod etiam ex quamplurimis, qui diſceptationibus forenſibus inſerviunt, non ſemel cognovi, & res ipſa docet, vix ullam, quò ad Civilia negotia, occurrere in vita communi quæſtionem, quæ in hoc Tractatu ab auctore non ſit enucleata, non ſaltem ex variis præclariſſimorum virorum Commentariis, ſed potiſſimùm ex ipſarum Legum, Conſtitutionum cùm Imperialium, tùm Saxonicarum limpidiſſimis fontibus, non quidem perfunctoriè, ſed pleniſſimè, & ut in ipſa communi vita tractari ſolet, & in ipſis rerum argumentis obtinet.*

Quò magis non ſine ſtomacho mirari quis poſſit, quid in mentem veniat hominibus ita delicatis, ut aliena faſtidiant & carpant, in ſuis verò nimis ſibi placeant. Sunt enim qui neſcio quid vel in verbis, vel in ipſarum rerum tractatione in auctore noſtro deſiderant. Ad verba quod attinet, ſi de mendis intelligant, quæ in prioribus editionibus incuriâ librariorum irrepſerant, faciliùs id quidem tolerandum & diſſimulandum fuerat. Neque enim hanc culpam præſtare auctor potuit. Si verborum maiorem ornatum & elegantiam requirunt, ſciant auctorem noſtrum rerum magis quàm verborum ſtudioſum fuiſſe: quamvis neque in genere orationis & ſtylo elegantia ipſi deeſſe potuiſſet, viro utpote literis humanioribus excultiſſimo, & in bonis auctoribus ac Poëtis Latinis, ut ex hoc ipſo apparet Tractatu, verſatiſſimo: niſi quòd ſæpiſſimè ipſa verba Doctorum, quos allegaverat,

rat,

rat, retinere maluiſſet, etiamſi obſcuriora illa eſſent, exotica etiam ſæpè, & interdum duriora, ut facilè æquo & candido Lectori videre eſt, dum ubique ferè addit hæc verba: ut ipſe loquitur, ut loquuntur Doctores, ut ipſius verbis utar, & ſimilia. Maluit ſiquidem profiteri ingenuè, à quibus profeciſſet, quod grati eſt animi, & quid in ipſis rerum argumentis obtineret, ipſorum graviſſimorum auctorum verbis oſtendere magis, quàm verba captare & ſyllabas, quod ex Neotericis multos plusquam ſuperſtitioſè facere videmus. Addo quod in conſultando, commentando, docendo, aliiſq́ officii ſui partibus obeundis occupatiſſimus, limam ipſe poſtremam huic Operi adhibere non potuit, & religio ſit aliis, facilè poſt obitum tanti viri, in alienis quid mutare, & falcem in alienam, quod aiunt, mittere meſſem. Si verò in rebus ipſis quid erratum aut deſideratum fuerit, de eo iſto aliorum præſtantiſſimorum Ictorum tàm in jure civili, quàm foro Saxonico diu multumq́ exercitatorum judicium, quibus plus hac in re tribuendum exiſtimamus, quàm delicatis iſtis, qui Cenſoria ſua virgula in aliorum ſcriptis carpendis, & perſtringendis liberius interdum utuntur, in ſuis verò mirificè ſe oblectant, ſed manum de tabula.

Quoniam autem omnia exemplaria, quæ utraq́ hactenus editione excuſa fuêre propter materiarũ, quas tractant, utilitatem & fructum maturiùs diſtracta ſunt, ad petitionem plurimorum clariſſimorum & doctiſſimorum virorum, quartò nunc utiliſſimum hunc Tractatum, in gratiam juventutis ſtudioſæ & legum & conſuetudinum, & inprimis illarum, quæ in ipſo, quod dicitur, actu forenſi exiſtunt, magnis cum ſumtibus prælo commiſimus. Sed quò tibi nova hæc editio gratior, utilior atq́ adeò ad uſum tuum facilior eſſet, hunc Tractatum antea viro diligentiſſimo & Legum peritiſſimo ſumma cura commiſſum & commendatum, ut præter ipſius auctoris recognitionem, ita opus caſtigaret, illuſtraret, ut nihil deinde ampliùs deſiderari poſſet, quod ad Operis ornatum, uſum & fructum facere exiſtimare, alii nunc docto & induſtrio viro denuò in manus dedim[9], ut ſi quid in prioribus editionibus, fortè per incuriam remanſiſſet, non ſatis caſtigatum, hac editione diligentius corrigeretur. Quod etiam ex fide ab utroq́ præſtitum, & ipſe comperi, & tu met ſtudioſe Lector reapſe percipies, & quid præterea hac quarta editione ſit præſtitum, ex ſequentibus paſſim cognoſces:

In primis verò cum autor ipſe paulò antè obitum ſuum, Tractatum hunc de Proceſſib. executivis recognoverit, ex ipſius auctoris autographo multa inſerta, quæ in priori Codice deſiderantur.

Deinde, ut quilibet veluti in ſpeculo videre poſſet, quid hic Tractatus contineat, adjici curavimus generalem totius operis diſtributionem, ad quam magna hac quarta editione facta eſt acceſſio.

3. Præcipuorum capitum brevem delineationem ad marginem notari.

4. Notatæ etiam ſunt in hac editione in margine Differ. Iul. Civil. & Sax. iis ex libris & editionibus quæ ſuperibus annis Ienæ & Lipſiæ à Clariſſ. & Conſultiſſimis viris, Dn. LEOPOLDO HACKELMANNO & Dn. FRANCISCO ROMANO, I.V. Dd. celeberrimis adornatæ & typis excuſa fuerunt, ut collatio utriusq́ fieri, & quod quilibet in manibus haberent exemplum, eo ad ſuum uſum commodius uti poſſet, quæ res, quod exiſtimamus, etiam fructu ſuo non carebit.

5. Menda infinita, quæ operarum incuria reſederant, à textu ipſo ad noſtram petitionem, non ſine gravi labore, expurgata ſunt, etſi fortè quædam in hac etiam editione, ut in magno facilè opere fit, irrepſerint, quæ propter operarum feſtinationem nunc tolli non potuerunt, ea ut æquus Lector ipſe corrigat, amicè rogatur.

6. Vt maiori cum voluptate, alacriori ſtudio, minoriq́; labore perlegi poſſet, non directè, ut antè, ſed obliquè allegata poſita, & aliis typis, quantùm unquam fieri potuit, excuſa ſunt, ita, ut cohærentia textus, & ſtructura orationis, à quovis facilè percipi poſſet, & hac editione numeri, L L. & §§. alicubi capitulorum etiam Decretalium, non ſine magno labore adiecti ſunt, ſæpè etiam initia Legum falsò antea allegata, ſunt reſtituta, qua in re uſi ſumus Corpore Gothefrediano.

7. Argumenta & ſummaria vetera renovata & emendata, & nova plurima hac cum primis editione addita ſunt, & Notæ ſubindè, ſed rarò tamen adſperſa.

8. Index quoque reſpectu primæ editionis reformatus, caſtigatus, & quàmplurimis, iiſq́; valdè neceſſariis locis nunc etiam adauctus, quò facilior utenti depromendi facultas eſſet: Imprimis verò cum propter ſummaria multis novis adiectis aucta, numeri marginales fuerint mutandi, utrique notati ſunt numeri, & primæ editionis & ſequentium, ut qui priora haberent exemplaria, ex collatione numerorum facilè poſſent deprehendere, ubi quodlibet in utraq; editione ſit inveniendum, præſertim cum ob magnum ſuum uſum ille Tractatus multis ab aliis interpretibus recentioribus, Iuris præſertim Saxonici, frequenter allegetur veteribus numeris citatus, qui obſervatis, iis, quæ ad caput Indicis de eius uſu adiecimus, ex collatione ad hanc editionem accommodari etiam facilè poſſunt.

9. Deniq; poſt dedicatoriam epiſtolam acceſſit oratio ab ipſo auctore in illuſtriſſima hac Salana habita de origine, inſtauratione, conſervatione, & utilitate juris Saxonici, præmiſſo ad imaginem auctoris Elogio graviſſimo, quod curſum vitæ eius & ſtudiorum continet. Atq; ita ſi cum prioribus editionibus comparationem quis inſtituat, planè hoc novum atq; excellentius nunc opus judicaverit.

Tu intereà benevole lector, labores noſtros, & quam libenter pro te, & in uſum tuum fecimus operam, boni conſule, iiſq́; communi cum fructu feliciter utere, fruere, & vale.

ILLUSTRISSIMIS PRINCIPIBUS AC DOMINIS, DOMINO FRIDERICO WILHELMO, ET DOMINO JOANNI, DOMINO ITEM JOANNI CASIMIRO, ET DOMINO JOANNI ERNESTO, DUCIBUS SAXONIÆ,

Landgraviis Thuringiæ, & Marchionibus Miſniæ, Fratribus ac Patruelibus conjunctiſsimis, Dominis ſuis clementiſsimis.

ANnus jam viceſimus octavus agitur, cùm illuſtriſſimi Heroes veſtrarum Celſitudinum Parentes, Principe Chriſtianiſsimo Joanne Friderico, primo ejus nominis, Enſifero Romani Imperii, Duce Saxoniæ, Avo veſtro, beatæ & ſanctæ memoriæ, procreati, me titulo Doctorali Wi-
A.C. 1558. tebergæ inſignitum, ſtatim pòſt renunciationem gradus, publicè factã, in numerũ Profeſſorum Academiæ Jenenſis cooptarunt, & ipſorũ Celſitudinibus ſimul à conſiliis eſſe voluerunt. Quo tempore, etſi certamina inter Doctores Eccleſiarum mota fuerunt maxima, & paulatim deinceps

illæ

illæ contentiones ita creverunt, ut quaſi collatis invicem ſignis, uſque ad ſangvinem, quilibet pro tuenda ſua exiſtimatione, phraſibus & ſententia, dimicare videretur; ſubindè quoque novarum litium & diſcordiarum ſemina, in ipſa etiam familia Saxonica, per inquieta & centaurica, paciſque & tranquillitatis publicæ inimica ingenia, ſtudio diſtractionis atque turbarum, ut ſuis intereà cupiditatibus & lucris privatis ipſi inſervirent, jaciebantur. Quæ omnia ad nos quoque redundabant, adeò, ut tot fluctibus tempeſtatum, neſcio quo fatali genio, per longum tempus, ob Tragœdias hoc in loco publicè & privatim excitatas, concuſſa & obruta noſtra Salana, univerſalem quaſi interitum minari videretur, tamen DEUS Opt. Max. inter tot furores diaboli cataſtrophen iſtis motibus dedit adhuc ſatis comicam & mollem, adeò, ut aliquandiu ſtudia tàm artium & Philoſophiæ, quàm etiam purioris doctrinæ in ſacra Theologia, item utriusq; Juris, & Medicinæ in mediocri flore fuerint, & pòſt tot ventorũ turbines, halcyonia aliqua Sareptæ noſtræ apparuerint. Quæ ut diu nobis conſtent, Jehovam noſtrum communibus votis obnixè rogamus. Sicut autem, ab initio ſuſcepti hujus muneris mihi lectio Inſtitutionum Juris, in Schola demandabatur, ita paulo pòſt, exacto videlicet biennio, Profeſſio ſecundi libri Epiſtolarum decretalium, ab illuſtriſsimis Principibus, Domino JOHANNE FRIDERICO, ejus nominis ſecundo (cui adhuc captivo ut ſupremus Adminiſtrator, & moderator cauſarum ſecundarum in his inferioribus corporibus, ſalutarem liberationem ex tam diuturna cuſtodia, invictiſsimi Cæſaris noſtri beneficio clementer, & quàm primum concedat, ex animo precamur) Domino item JOHANNE WILHELMO, & Domino JOHANNE FRIDERICO III. utriſque nunc laudabilis memoriæ, Ducibus Saxoniæ, &c. decreta fuit. Quem librum, ubi per tempus intermedium, quatenùs mihi per negocia, & alias occupationes publicas licuit, diligenter continuando, & cum apparatu, ut vocant, legendo, jam olim abſolveram, ſub calcem libri, executionum etiam materiam, tanquam ultimum actum judiciarium, per quem ſententiæ ad rigorem & effectum deducuntur, ad preces Scholarium, paucis explicandum in me ſuſcepi. Cujus editionem & communicationem cum Scholares & amici, non tàm proprio, quàm publico etiam nomine urgerent, & quaſi jure ſuo flagitarent, ego verò, inſpectis meis in hac materia annotationibus, parùm me juventuti ſcholaſticæ profuiſſe putarem, niſi lambendo quaſi priorem fœtum, adhuc informem, rectius figurarem, pleniore calamo integrum Tractatum de Proceſsibus executivis exarare placuit. Quantumvis autem mihi non ignotum eſt, hac de re Antonium de Canario in Tract. de Executionibus inſtrumentorum, item Guidonem de Barziis rubr. de guarentigiis, eruditè admodum & cum magna laude diſſeruiſſe; tamen, quia, ut plurimum ſolius guarentigiæ mentionem faciunt, planè non, vel ſaltẽ pauciſſimis attingendo materiam executionis, propriè ita dictæ, & aliorũ Proceſſuum executivorum, qui vel privata creditorum, vel publica autoritate, mediante videlicet jus dicentis miniſterio, inſtituuntur & in miſſionibus ex primo vel ſecundo decretis, ſequeſtris, item areſtis, obſtagiis, obligationibus ad operas, ad carceres, pignorationibus, repræſaliis, & quæ his ſunt ſimilia, conſiſtunt, tum etiam, quia reſtrictius omnia tra-

ctant, adeò, ut illam ſuccinctam brevitatem tyrones juris non aſſequantur, ac multò minùs formam & modum procedendi in hac parte ultimi actus judicialis intelligant, ut interim taceam, quòd ipſos etiam Judices diverſorum locorum, per totum imperium Romanum, ſicut & in Foro Saxonico, ſub incerto quaſi vagari videmus, iiſdemq; ſuper cauſis circa proceſſus executionum diverſimodè procedere, de quo ad quotidianam experientiam me refero, ideò operæ precium facturus videbar, ſi transeundo per principaliora & frequentiora remedia, ordine magis perſpicuo, & in ſenſus legentium incurrente, iſta omnia ſpecialiter proſequerer, & formas procedendi, ex probatiſsimis autoribus & practicis excerptas, atq; congeſtas, in hoc Opere cumulando traderem. In quo quid profecerim, aliorum eſto judicium. Ego certè, quia iſtis Proceſsibus executivis, tàm alibi, quàm imprimis per provincias Saxoniæ, nihil eſt uſitatius & receptius, in hoc elaboravi ſedulo, ut plæraq; neceſſaria requiſita, & formas, ſive ex parte creditoris, petentis executionem paratam, ſive ex parte rei contradicentis, & opponentis ſe paratæ executioni, & provocantis ad Proceſſum ordinarium, ita explicata redderem, ne quid Lectori utroq; caſu dubietatis relinqueretur. Quoniam autem ſubindè evenit, dùm de modo & forma procedendi circa remedia executiva, quæ fomentum ſuum & originem à jure communi ducunt, egi, ut de ſtatutis quibuſdam particularibus locorum mentionem facere neceſsè fuerit, ego ad aliorum Doctorum imitationem, qui formas procedendi ad ſtatuta ſuæ patriæ accommodant, regulas circa Proceſſus executivos, ſubindè traditas, per exempla, ex jure noſtro & conſuetudinibus provincialibus in terris Saxoniæ, excerpta declarando, hac etiam in parte compatriotarum meorum ſtudiis deeſſe nolui. Qua in re me ſemper ad ſaniorem & communiorem practicam harum terrarum, & minùs alienam à jure Civili accommodavi, deducendo Lectorem non tantùm ad veras & probatas ſententias, quas in uſu practico hactenùs obſervatas memini, ſed & ad fontes cauſarum, ex quibus hi Proceſſus fluunt. Neque verò ignuro, quid Horatius moneat in Arte poëtica:

Sumite materiam, veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri.

nec illud etiam inficias eo, leges Saxonicas quas habemus in ſcriptis redactas, inſtar Oraculi habendas, aut adorandas non eſſe, quin ab ipſis majores noſtri, probabilibus rationibus moti, in mulis articulis receſſerint, illas in certis caſibus delarando, & reducendo ad normam æquitatis, & juris communis ſcripti, adeò, ut de conſuetudinibus hujus patriæ, quæ etiam, pro diverſitate locorum, diverſimodè obſervantur, aliquid certi in medium proferre non tàm laborioſum, quàm etiam de fide veritatis nonnihil ſuſpectum exiſtimari poſſit, ex quo uni Doctori atteſtanti de communi conſuetudine & obſervantia, non facilè creditur, ita, ut non immeritò D. Hartmannus Piſtoris, acutiſsimi judicii Jurisconſultus, & ab intimis conſiliis Electoratus Saxoniæ, in ſuis quæſtionibus *reſponſ. 16. num. 11. p. 1.* ſcriptum reliquerit, cognitionem juris Saxonici magis ex uſu practico, quàm ex verbis legum provincialium, comparandam eſſe, ſicut videmus etiam, Legiſlatores antiquos ſuas deciſiones ex quotidianis & ſæpiùs

ſæpiùs iteratis uſibus fundare ſolitos fuiſſe, *argument. l. certi condictio. §. ſi nummos, in finalibus verbis. ff. de reb. cred. l. certè, in fin. ibi quotidiè enim creditores. ff. de precar.* Et alibi ſcriptum reliquerunt Imperatores, eas leges eſſe firmiſſimas, quæ quotidiano uſu roborentur. *l. 1. §. nulla. C. de veteri jure enucle. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff de ædil. edict.* uſus namq; longa conſuetudine obtentus, ſicut verbis, ita rebus etiam legem imponit, juxta illud Horatii in arte Poëtica:

Multa renaſcentur, quæ jam cecidêre, cadentq;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus,
Quem penes arbitrium eſt, & vis, & norma loquendi.

tamen hujus generis prodromos habeo non exiguæ autoritatis, inter quos D. Henningus Gôdenus & D. Hieronymus Schurffius, & ætate præeunt, ita in hac parte circa materias, de quibus ipſi ſcripſerunt, facilè primas obtinent, eorumque coætaneus D. Chilianus Kônig, quem Regulum & Ducem practicæ Saxonicæ in hoc opere non immeritò nominamus, & cujus dictis circa formam procedendi, ſaltem in judiciis cauſarum ordinariis, ut plurimùm, tanquam regulæ Lesbiæ, inhærere ſolemus. Quorum veſtigiis inſtiterunt noſtri temporis Doctores, Licentiatus Cunradus Mauſerus, D. Joannes Schneidvvinus, D. Matthæus Weſenbecius, D. Joachimus à Beuſt, nobilitate generis & familiæ per ſe clarus, nunc verò propter ſcientiam juris, omniumq; aliarũ honeſtarũ artium atq; doctrinarum ſolidam cognitionem, multò celebrior redditus, & ſuperiùs nominatus Hartmannus Piſtoris, deniq; etiam D. Jacobus Thomingus, plærique mihi, vel; ut Præceptores, vel, ut in eodem ſtadio mecum diſcurrentes, ac Collegæ quondam notiſſimi ac familiariſſimi, qui omnes in ſuis Lecturis & obſervationibus aut reſponſis, ſimul etiam monſtrarunt uſum practicum harum provinciarum, quæ jure Saxonico reguntur. Etiamſi enim his, tanquam longiſsimè prævertentibus, imparem me & inæqualem lubens agnoſco: tamen me, (ſicut Horatius de ſua perſona in lib. 1. ſermonum Satyra prima gloriatur:)

Cum magnis vixiſſe, invita fatebitur uſq;
Invidia, &c.

Citra enim omnem jactantiam ſcribendo, à prima adoleſcentia in Saxonicis Academiis, Witebergenſi, & Lipſenſi, partim cum ſupra dictis, partim etiam cum aliis viris doctiſsimis, & Practicis harum regionum ſummi nominis, non tantùm familiatiter converſatus, ſed etiam paulò pòſt dijudicationibus omnium forenſium controverſiarum in Dicaſterio noſtræ Salanæ, uſque in vigeſimum octavum annum non tàm interfui, quàm etiam longo tempore, tanquam Collegii Juridici Ordinarius, in hoc loco præfui, ut prætercam privatas actiones meorum clientum (quas quo pacto in judicialibus curiis expediverim, ad aliorum teſtimonia provoco) his, inquam, de cauſis, apud bonos & candidè indicantes veniam mereri me ſpero, ſi in hoc Tractatu præmemoratos, tantæ celebritatis Juriſconſultos, quaſi à tergo comitatus, id, quod vel ab ipſis, vel ab aliis Præceptoribus & formatoribus ſtudiorum meorum, qui primi ad practicam harum provinciarum me introduxerunt, ex ipſorum voce, in lectionibus publicis, aut privatis collationibus, & inſtructionibus, reſpectivè edoctus, item ex acuratiſsimis Scabinorum Lipſenſium veterum reſponſis, in hac materia informatus, & longo rerũ uſu atque experientia, quæ nimirum artificio præbet nutrimentum, ut cum

Digitized by Google

ut cum Juriſconſulto loquar *in l. legatis. §. ornatricibus. ff. de legat. 3.* magis confirmatus, diligenter & magno ſtudio collegi, aliis viciſſim, tyronibus, imprimis facultatis Juridicæ, communicare, & ſtylo licet rudiore deſcriptum, poſteris relinquere intendo, cum ad fœliciter decertandum, vel etiam judicandum, ac ſententiandum, iis, qui telam judicii primò ingrediuntur, non minùs, quàm infantibus, manuductore opus ſit, ſine quo, teſte Nevizano, impoſſibile eſt, vel admodum difficile, ut, qui opera ipſa non tractat, peritè jus dicere vel intelligere valeat. *Ioannes Nevizanus in Sylva nuptiali lib. 3. num. 6.* Quod vel ideò magis neceſſarium eſſe judicavi, quo iſtud genus proceſſuum, circa executiones paratas, ſive ex vi conventionis reciprocæ inter partes, ſive ex vi ſtatutorũ, vel legum cõmuniũ, introductas, maximè ſuper contractibus mutui valdè perperam, atq; diſſimiliter in multis locis, per judices illiteratos, tanquam rudes, ac non tam juris, quàm proceſſus etiã judiciarii ignaros diſpariter obſervari ſuperiùs monuimus. Ex quo manat quantumvis omne jus, ſive ſcriptum, ſive conſuetudinarium, certum atq; finitum eſſe, cunctosq; populos ſub juriſdictione loci degentes æqualiter ligare debeat; tamen ex illa informi & inæquali obſervantia circa proceſſus executivos (in quibus gratificationi plùs, quàm licebat, locum eſſe videmus) adeò dubios reddi conſtat, non tantùm ipſos creditores, ſed etiam hujus ſtudii tyrones, ut, quam partem in iſtis involucris & labyrinthis opinionum ſequantur, ignorent, ſed multùm ſudando, quàm antè, multò incertiores fiant, niſi habeant chiragogum, qui ipſis veras & communes ſententias, in ſanioribus judiciis hactenùs practicari ſolitas, & ſolidis fundamentis corroboratas, quaſi ad oculum præmonſtret. Sic enim & ſtudioſæ legum juventuti ſuper forma inſtituendi proceſſus executivi conſuletur, primusq; ad forum aditus ſecurius patefiet, ipſiq; jus dicentes Proceſſus executivos, quos hactenus ex arbitrio ſui capitis, pro affectibus ſuis erga unam vel alteram partem, direxerunt, ad normam & amuſſim veritatis atq; juris ſcripti exigent, & ſimul creditores ad cautè mutuandum inſtruentur. Prout enim quondam, priuſquam luxus crevit, major conſtantia, virtus, dilectio proximi, & veritas, ex parte debitorum exiſtebant, exiguæq; erant, & breviſſimæ obligationes, maxima autem fides exuberabat, teſtante Tibullo lib. 1. Eleg. 10.

Tùm meliùs tenuere fidem, cum paupere cultu
Stabat in exigua ligneus æde DEUS.

Ita poſteaquam hodiè, neſcio ex qua æmulatione & ſuperbia, quilibet ſuperioris ordinis ſtatum & dignitatem affectat, nemo ſua ſorte contentus, quantumvis longiſſimæ, &, ad membranam totius cutis bovinæ, cautiones extendantur, tamen, cum nihil ad nodum, vel parum fidei ineſſe res ipſa probet, mirum non eſt, arctioribus vinculis hoc noſtro ſæculo conſtringi reos, juxta illud Poëtæ Horat. ſerm. lib. 2. Sat. 3.

Scribe decem Nerio, non eſt ſatis, adde Cicutæ
Nodoſi tabulas centum, mille adde catenas.

Sic adeo, decreſcente & diminuta noſtris temporibus inter homines fide, illuc res rediit, ut nemo ſibi circa receptionem ſui crediti, ſive datis pignoribus, ſive fidejuſſoribus, vel aliter etiam, ſatis conſulere poſſit, ad quod alludit Martialis in ſuo Epigrammate adverſus Teleſinum lib. 12.

Cum rogo te nummos ſine pignore, non habeo, inquis,
Idem, ſi pro me ſpondet agellus, habes.
Quod mihi non credis veteri Teleſine ſodali,
Credis coliculis, arboribusq; meis,

Ac,

Ac,qualis hodiè ſit intentio mutuas pecunias accipientium, ſatis deſcribit Eccleſiaſticus noſter cap. 29. dùm inquit: *Multi quaſi inventionem exiſtimant mutuum, & præſtant moleſtiam his, qui ipſos adjuverunt. Donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus ſuis humiliant vocem. In die autem redditionis poſtulabunt dilationem, & loquentur verba tædii cum murmuratione, ac temporis injuriam cauſabuntur. Sin & potuerint reddere, adverſabuntur, ſolidi vix reddent dimidium, reputabuntq́; alterum, quaſi lucrum, & fraudabunt creditorem pecunia ſua, & ipſe poſſidebit illos inimicos gratis, conviciaq́; & maledicta reddent illi, pro honore ac beneficio rependendo ipſi contumeliam.* Hæc Eccleſiaſticus: cui conſonat, quod apud Plautum in Trinummo legitur:

Si quis mutuum quid dederis, fit pro proprio perditum.
Cum jam repetas, inimicum amicum beneficio invenis tuo,
Si mali exigere cupias, duarum rerum exoritur optio,
Vel illud, quod credideris, perdas, vel illum amicum amiſeris
Nam ego talentum, mutuum
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.

Hinc fluit, quod creditores noſtro ſæculo ſub durioribus nexibus exponant mutuas pecunias, & debitores multis renunciationibus & cautelis onerent, neq; injuria, cum rei cogitare debeant: Qui vult benè ſolvere, non detractat ſe benè obligare, prout ſcriptum reliquit Molinæus in conſuetud. Pariſienſib. *tit. 2. §. 53. num. 22.* E contrario verò hodiè tanta eſt fœneratorum avaritia & pravitas, qui fallacias ac decipulas infinitas, unã pòſt aliam, ſtruunt pecunia indigentibus, ſub uno ſæpè, eodemq́; deteſtando pallio ſui prætenſi intereſſe, quod maximè ipſorum nudæ aſſertioni, abſque alia probatione, vel juramento, relinqui volunt, piraticam terreſtrem impunè exercent, miſeros debitores, omnibus rebus & fortunis nudatos, ſpoliant, prout exempla noſtræ ætatis, in his & vicinis provinciis, plùs quàm manifeſta & notoria, ſatis teſtantur. Et quia iſta fuit, & adhuc eſt officina exhauriendi facultates tenuiorum civium, laniandi & deglubendi patrimonia nobilium, in neceſſitate conſtitutorum, deniq; ſub hac incude preſſi laborant Comites, Barones, & alii ex magnis familiis procreati, ita, ut tantis clari natalibus, opum verò indigi, noſtris temporibus etiam generi ſplendorem amittere videantur, juxta illud Horatii:

Et genus, & virtus, niſi cum re, vilior alga eſt.

eiſdem reis contra machinationes illarum lamiarum, quæ incautos & ſimplices debitores, tantùm non uſque ad interulam exuunt, ſangvinemque eorum exugunt & devorant, calumnias ſuas nihilominùs ſub legum clypeo, per cauſidicos ſuſtinere laborando, ad detegendum illum abuſum doctrinæ juris, ut, quid honeſtè, vel turpiter fiat, quid in loco, vel non allegetur, aliis etiam minus legalibus conſtet, antidota & remedia, per leges prodita, & quibus exceptionibus adverſus tales daniſtas ſe tueri, paratamq́; executionẽ remorari poſſint, ne inauditi, & ſine legitima cauſæ cognitione condemnentur, in hoc opere noſtro, quantum fieri poterat, breviſſimis oſtendimus. Quem librum tum ob magna beneficia, quibus à veſtris Celſitudinibus, earumque Dominis Parentibus, Heroibus Illuſtriſſimis, affectus ſum, gratitudinis ergò, &, ut meæ ſubjectionis & humilimæ addictionis aliquod extaret ſymbolum, tum etiam, quia cura, & cuſtodia legum Saxonicarum per Auream Bullam Imperii Romani, illuſtriſſimæ domui ſaxonicæ, in Electoratu imprimis commendata,

& hujus familiæ veluti fidei & ſollicitudini hæreditariè concredita eſt, dedicavi. Cumque in majorum veſtrorum avitis & proavitis imaginibus, multa illuſtria pietatis, juſtitiæ, & æquitatis inſignia, ceu in ſpeculo quodam vobis quotidiè quaſi contemplari liceat, & noſtris temporibus antesignanum habeatis, æqualis juſtitiæ jurisq; ſacerdotem & antiſtitem, Electorem nempe Saxoniæ D. Auguſtum &c. veſtrarum Celſitudinum Curatorem, patruum magnum, & ex parte ſocerum, qui jus noſtrum provinciale, hactenùs non tantùm pro virili propugnavit, ſed & eruditis Scholiis & Commentariis, in novellis ſuis ſub annum 1570. publicè divulgatis, illuſtrari, ac tanquam poſtliminò reduci fecit, cujus eo ipſo nomine, æterna ad omnem poſteritatē in his & viciniſterris tranſitura eſt memoria, & mihi perſpectum ſit, Celſitudines veſtras, ſuorum majorū veſtigiis jamdudum inniti, ſub earum etiam patrocinio in publicum hunc libellum emittere volui, neq; dubito, quin iſtam primam fœturam mearum lucubrationum, veſtræ Celſitudines, tanquam æqualitatis & juſtitiæ obſervantiſsimi Principes, in ſuam tutelam & defenſionem clementer ſuſcepturi, ac ſi quo in loco circa explicationem textuum juris Saxonici, vel communis practicæ, à propoſito excurri, quàm par eſt, longiùs illud potiùs meæ, erga ſtudioſam juventutem, pro informatione circa proceſſus in cauſis, item pro cognitione diſcriminis inter jus noſtrum provinciale, & jus commune, propenſæ voluntati, quàm affectioni inanis alicujus gloriolæ acceptum relaturi ſint, donec ex hoc alveolo ſapidiora & terſiora aliquando prodeant. Interea Deum Opt. Max. precor, ut veſtras Celſitudines in ambabus familiis, lineæ Wimarienſis & Coburgenſis, ſicut & totius domus Saxonicæ, decus, ſplendorem, fortunas incolumitatem, & concordiam, tueatur, promoveat, atque provehat ad ſui nominis gloriam, & ad ſubditorum veſtrorum commoda. Benè ac fœliciter valete. Data Jenæ 1. Februarii, Anno Domini 1586.

Illuſtribus veſtris Celſitud.

ſubjectiſſimus

Matthias Colerus IC.

ORATIO

DE ORIGINE, PROGRESSU, ET UTILITATE JURIS SAXONICI,

RECITATA IN ACADEMIA JENENSI, à MATTHIA COLERO J. U. Doctore & Ordinario, Anno 79.

A. C. S.

TVrpe eſt, reſpondit Quintus Mutius, cauſas in loco oranti, Ius in quo verſatur, ignorare. Cum itaq; in terris Saxoniæ vivamus, quæ ſuis peculiaribus legibus reguntur, operæ pretium fore duximus, de iuris Saxonici origine & progreſſu, eiuſdemq; utilitate, & laudibus aliquid hoc loco in medium proponere, tùm ut illud à calumniis quorundam qui iſtud, tanquam indiſcretum, ac expers omnis rationis, & æquitatis criminantur, aſſeramus; tùm etiam, ut oſtendamus, quàm neceſſarium & honorificum ſit, non tàm laudatiſſimæ & illuſtriſſimæ,

familiæ

familiæ Electorum & Ducum Saxoniæ, quàm etiam omnibus eorundem Rebuspub. iſtud jus ſanctum, inviolatum, & ab omni injuria tutum cuſtodiri.

Priusquam autem rem aggrediamur, præmitto primùm, quæcunq; leges ſcriptas cœpiſſe, & originem ſuam traxiſſe à moribus utentium, & conſuetudine, per prudentes & in cauſarum tractationibus ac dijudicationibus exercitatos viros, qui certis locis diu præfuerunt, ſemper & æquabiliter obſervata, tacitoq; conſenſu ſubditorum comprobata, qui mores quò propiùs ad legẽ naturæ acceſſerunt, quò magis ad religionem homines flexerunt, aut plùs ad diſciplinam conduxerunt, & ad communem provincialium vel incolarum ſalutem proficere viſi ſunt eò firmiùs & ſtabiliùs in eos conſenſum, adeoq; his uſibus, in ſcripta poſtea redactis, robur perpetuitatis ad omnem poſteritatem communicatum fuit, & hoc eſt, quod in c. omnes, diſt. 1, *dicitur, humanas leges ex moribus utentium conſtare, attenta videlicet prima origine. Sic poſt exactos Romæ reges, populus conſuetudinibus magis, quam certo jure regebatur, donec leges ab Athenienſibus petitæ & in tabulis eburneis præſcriptæ, publice pro Roſtris proponerentur, quæ ſubindè pro cauſarum incidentium occaſione, tàm per Senatusconſulta, quàm per Plebiſcita, item Principum placita ac reſponſa Prudentum, auctiores factæ, nunc in unum Corpus & volumen Iuris, quod in omnium quaſi manibus habetur, excreverunt.*

Origo Juris in genere.

Iuris civilis summatim.

Pariter & Feudorum jus, quod de beneficiis militaribus proditur, ab inſtitutis & moribus Mediolanenſium profectũ, per Obertum de Orto, & quendam Gerardum de Cagapiſto, tanquam exactos obſervatores inveteratorum ejus loci uſuum, in unum congeſtum, & literis mandatum, ac conſuetudines feudorum intitulatum, Mediolani primo pro jure ſervari cœptum, progreſſu temporis ab Imperatoribus Romanis & Principibus Germaniæ comprobatum, vim legis usq; in hodiernum diem obtinuit.

Nec diverſimodè jus Saxonicum, quo de noſtra principaliter inſtituta eſt oratio, quodq; in his terris obſervatur, ab uſibus & conſuetudinibus majorum noſtrorum, tanquam ex ſcaturigine promanavit. Quos uſus nulla tunc munitos autoritate legis condendæ, fortaſſis memoriæ facilioris gratia, & pro meliore ſuiipſius informatione, nobilis tàm doctrina, quàm longa rerum experientia & prudentia inter homines tunc indomitos clarus ECCARDUS à REPKA, *cujus familia usq; ad noſtra tempora in Electorotu Saxoniæ ſuperſtes fuit, in tres libros latino ſermone privatim congeſſit, prout ipſemet hoc de ſe fatetur in præfatione Speculi Saxoniæ, uti allegari ſolet:*

> Diß Recht hab ich nicht ſelbſt erdacht/
> Es habens die Alten vff vns bracht/
> Vnſere löbliche Vorfahrn/
> Kan ich/ ſo wil ichs auch bewahrn.

Cujus laborem, tanquam utilem Reipublicæ Saxonicæ futurum, Illuſtris Comes HOIERUS à FALCKENSTEIN, *tunc temporis unus ex Tetrachis Saxoniæ, approbavit & petiit, ut præmemorati libri, ita latinè exarati, in linguam Germanicam converterentur, ſicut videre eſt, in dicta præfatione noſtri juris provincialis in illis verſiculis:*

> Nun dancket allgemeine/
> Dem Herren von Falckenſteine/
> Der da Graff Hoier war genant/
> Daß nun in deutſche Sprach verwand/
> Diß Buch iſt worden vff ſein Beete/
> Eck von Repka daſſelbe thete.

Licet autem in proœmio Iuris Saxonum incip. Gott der da iſt ein Anfang/ *n. 2. commentator exiſtimet, ſicut & habetur idem in privilegio, Saxonibus & Magdeburgenſibus per Othonem Imperatorem conceſſo, &* Weichbild *præfixo, accommodaſſe his ſanctionibus autoritatem legis imprimis Conſtantinum qui vixit circa annum poſt Chriſtum natum 3 0. & Carolum Magnum: tamen de Conſtantino vix eſt, ut fides haberi poſſit, cùm & nuſquam ex Hiſtoriis, aut vitis Imperatorum appareat, Conſtantinum, tanquam Orientalem Imperatorem, in has provincias vel ipſum veniſſe, vel eas per alios ſub jugum & poteſtatem ſuam redegiſſe. Et intervalla temporum, quæ extant inter Imperium Conſtantini & Caroli Magni, nimis longa ſunt, utpote ſpatio quingentorum annorum diſtantia, in quibus tàm Saxonicæ, quàm aliorum ſcriptorum hiſtoriæ, nihil hujus tradunt; imò etiam raram horum populorum & provinciarum mentionem faciunt. Verùm de Carolo magno quod traditur, id magis accedit fidei hiſtoricæ, ſiquidem & totos 33 annos bella difficilima cum Saxonibus geſſit, & tandem devictos, paucorum dierum intervallo, duobus ingentibus præliis, & non tàm adverſa belli fortuna, quàm manſuetudine & lenitate victoris fractos, in deditionem & fidem ſuam recepit, ad quod in primis laudem in tanto Imperatore meretur, curavit eos in vera pietate & religione Chriſtiana inſtitui, ædificatis paſſim multis Eccleſiis collegiatis, Halberſtadii, Padeborna, Mindæ, Verdæ, & aliis, quibus & certos reditus attribuit, & viros doctrina, & ſanctitate vitæ clares Epiſcopos præfecit, utq; retinerentur in officio, circa annum octingenteſimum decimum in caſtro Sachſenburgo pro conſervatione pacis & tranquillitatis publicæ, & qualicunq; inter Saxones diſciplinæ, ipſorum obſervantias & antiquas conſuetudines, longis incolarum moribus introductas confirmavit, & legis autoritatem obtinere juſſit, prout refert gloſſator Speculi Saxonici,* Landr. *lib. 3. art. 8 2. Super gl. verbi,* Daß ſie hören. *verſ.* dieſes der Sachſen Privilegium.

Carolus Magnus confirmavit Jus Saxonicũ. Qua de re & toto penè argumento hujus orationis vid. præclar. Icti Dn. Petri Heigii inter reliquas ejus quæſtiones octavam. n 37. cum ſeqq.

Quantumvis autem aliqua capita iſtarum conſuetudinum ſatis erant aſpera & rigoroſa, tamen attenta conditione gentis, cum qua tàm diu fuerat conflictatus Carolus, vel invitus, tempori & moribus hominum ſervire coactus fuit, prout legitur art. 18. libri primi, quòd Carolus præter ſuã voluntatem compulſus quaſi fuerit, ultrà alia ab antiquo uſitata & conſuetudinaria Saxonib. dimittere, & immutata relinquere triplicia jura: Vnũ, quod Suevicas mulieres ab omni ſucceſſione in terris Saxoniæ excludebat. Secundũ, quod Saxoni ſuper quocunq; facto extrajudiciali, de quo vel pleniſſimè teſtimonio vivæ vocis convictus erat, nihilominus permittebatur, innocentiam juramento ſuo purgaret. Tertium, quod liberum erat Saxoni, reprehendere qualemcunq; ſententiam adverſus ſe latã, dummodo ſuper injuſtitia judicati atteſtaretur dextram, & adverſarium ſuum ad duellum provocaret. Quo caſu, victor in monomachia vincebat in cauſa, ad quam ſpeciem purgationis alluſiſſe videtur Cæleſtinus III. Pontifex Romanus in c. extra de purgat. vulgari. *Etſi vero Albertus Krantzius in ſua Saxonia* lib 2. *velle videtur, iſtud ipſum etiam eſſe fabuloſum, & merum cõmentum, quaſi Carolus Magnus Saxonibus has leges confirmaverit, tamen ex contextu hiſtoriæ patet, autorem ibi ſenſiſſe de legibus Saxonicis, in Scripturam redactis, prout eas nunc habemus; Quia paulò pòſt fatetur ipſe, quod benè credat, uſitata illa jura & judicia Saxonibus à Carolo permiſſa fuiſſe, propter duritiem cordis ipſorum, ut Krantzii verbis utamur. Et hæc eſt veritas, quod videlicet legibus non ſcriptis tàm diu regebatur Saxonia, donec Eccardus à Repka, cujus antea facta fuit mentio, aliquandiu pòſt tempora Caroli Magni, rogante & urgente Tetracha à Falckenſtein, iſtas conſuetudines redegit in ſcriptum Codicem, qui etiam nunc extat, & vulgò* Landr. *appellatur.*

Otho I. Poteſtas eligendi Imperatorem.

Supervenit deinceps Otho Primus qui Henrico Aucupi in gubernatione Imperii Romani, ſub finem anni Chriſti nongenteſimi trigeſimi ſeptimi ſucceſſerat, Magnus ex rebus pro communi ſalute patriæ fortiter geſtis, appellatus, ipſe quoq; Saxo, cui & Leo octavus, ſecutus exemplum Adriani Pontificis (qui omne jus & poteſtatem creandi præſulem Romanum, & ordinandi Apoſtolicam ſedem, inveſtiendi itidem & diſveſtiendi omnes tàm Archiepiſcopos quàm Epiſcopos, in Carolum Magnum tranſcripſerat) conceſſit, ut ab ipſo ſolo ejusq; ſucceſſoribus, Romanis Imperii & facultas eligendi Pontificẽ, & poteſtas inveſtiendi Prælatos, de Feudis imperii penderet, prout legitur in Can. Hadrian. Papa Romam venire 22. Juncto Can. in Synodo diſt. 63.

Otho.

De his copiosè Heigius qu. 3. & 4.

Atq; utinam jus illud ſuum urſiſſent, & mordicùs defendiſſent ſucceſſores in regno, minùs odiorum & certaminum hodiè conſpiceretur in Imperio Romano: Quod tamen ex providentia DEI ſingulari, & beneficio Othonis Tertii, qui fuit nepos Othonis Magni, ac primus poteſtatem eligendi in poſterum Romanos Imperatores, in ſolos Germaniæ Principes & Septemviros, tres nempe Eccleſiaſticos Moguntinũ Germaniæ, Trevirenſem Galliæ & Arelatæ, item Colonienſem, Italiæ Cancellarios & Archiepiſcopos, ac in alios quatuor politicos, Palatinum Rheni Dapiferum, Ducem Saxoniæ Enſiferũ, Marchionem Brandeburgi à Camera, vel ut alii loquuntur, à cubiculo miniſtrum, & Regem Boëmiæ Pincernam imperii, omnem contulit. Quibus ſeptem columnis ſuffultum ac iunixum, non aliter, atq; de Atlante fertur, quaſi cœlum humeris geſtet, Imperium Romanum hactenus conſtitit, & ut porrò ab omni vi & injuria vindicatum, etiam ad poſteros noſtros inviolatum & illibatum tranſeat, Deum Optimum Maximum communibus votis precamur.

Hoc itaq; jus Saxonum, quod provinciale, ac noſtra lingua Landrecht *appellamus, ſecutus veſtigia Caroli Magni, ejusq; ſucceſſorum, Otho Primus, tanquam Saxonicæ familiæ, ac gentis Regulus ad Imperatoriæ Majeſtatis faſtigium evectus, non invitus confirmavit.*

Sed quia propter crebras in provinciæ Saxoniæ irruptiones & depopulationes Sclavorum ac Vugarorum, Magdeburgum, ab antiquo celebris civitas, quaſi funditùs everſa & vaſtata, ac in formam pagi redacta, ſub annum Domini 939. de novo mœnibus circundari cœpta, ac ad inſtantiam Egitæ, Othonis magni conjugis Edmundi Regis Angliæ filiæ, cui maritus propè Magdeburgum arcem regiam, ac patriam ab anteceſſoribus acceptam ſedem, cum omnibus pertinentiis, in donationem propter nuptias conſtituerat, ſpecialibus beneficiis, liberæ civitati competentibus, ab Imperatore donata fuerat, Cives & ejus loci incolæ ſuppliciter ulteriùs petierunt, ut jure quodam municipali regerentur, quod & clementiſſimè Majeſtas Imperatoria conceſſit, & ſpeciale privilegium attribuit, quo quaſi jure ſuo & municipali (quod vocant Weichbild / *& ex medullis legum Saxonicarum extractum,*

Weichb.

eorumq; quæ ibidem in tribus libris Landrecht/ *aliquantò breviùs aut obſcuriùs traduntur, explicationem ac interpretationem continet: alia autem quæ in jure provinciali fuſiùs habentur, contractiùs & breviùs commentatur ac interpretatur, teſtante gloſſatore ad* Weichbild/ *artic. 1. §* Zum andern male/ *uti liceret, ſicut ex privilegio Othonis præfixo* Weichbild/ *manifeſtè liquet. Etſi verò de hujus privilegii Magdeburgenſis Dato, uti vocant, non levis eſt contentio, aliis Codicibus invenientibus, hoc emanaſſe ſub annum Chriſti 997. ſicut habet communior & recentior editio, cæteris autem aſſerentibus, iſtud accidiſſe ſub annum Chriſti 990. Sicut habent vetera, adeoq; prima typis excuſa volumina, quorum unum etiam in Academiæ Ienenſis Bibliotheca extat: tamen ego Lipſiæ ante 26.*

annos,

annos, vel circiter, apud Practicum hujus Patriæ nequaquam extremum D Zobelium piæ memoriæ, vidi exemplar manu ſcriptum; in quo ſub initium privilegii Imperatorii & nomen concedentis, puta Othonis Magni, expreſſè præfigebatur, & addebatur Datum de anno Chriſti. 940. Sicut hoc exemplar ſecutus idem Zobelius ad finem Speculi Saxonici, novis additionibus ab ipſo illuſtrati, iſtud privilegium de verbo ad verbum ſub eodem, ut ſuprà commemoratum eſt, nomine, ac Dato appoſuit. Et hæc data ad fidem hiſtoricam de geſtis & vitis Imperatorum propiùs accedere videtur.

Cui ſententiæ ut aſtipuler, movent me primò, quod in omnibus exemplaribus verba privilegii ſæpiùs adducti in hoc concordant, privilegium videlicet iſtud Magdeburgenſibus fuiſſe indultū à quodam Othone ſecundo anno ſuſcepti imperii. Cumq; nongenteſimus & nonageſimus nonus, de quo recentior & cõmunior editio loquitur, ſicut & nongenteſimus nonageſimus annus, de quo vetus editio teſtatur, ambo in gubernationẽ Othonis III: at prius quidẽ Datū in annū Imperii ipſius decimū ſeptimū, & poſterius in ſextū adminiſtrati imperii incidat, impoſſibile eſt, de hoc Othone III. verificari illa verba privilegii, quæ cõmuniter habentur in omnib. Codicib. ſub finẽ, ibi in 2. anno noſtri imperii.

De Othone II. quem Ruffum, à nota faciei item Sanguinarium à ſeveritate & vindicta, qua adverſus hoſtes maxime Sarracenos, utebatur, nominabant, intelligi itidem litera non poteſt, cùm is nongenteſimo ſeptuageſimo quinto demùm anno regnare cœperit, & nongenteſimo octuageſimo tertio deceſſerit, de hoc ſe ad ipſius vitam in omnibus hiſtoricis referendo. Econtra ſi Othonis I. vitam & res geſtas examinemus, in confeſſo eſt, initium gubernationis ipſius incidiſſe ſub initium anni nongenteſimi triceſimi octavi, & ſic verificatur Datum privilegii, quod habetur in editione Zobeliana de anno Domini 940. & Imperii Othonis II. Quod ipſum etiam aliundè probatur, quod nempe omnes Codices aſſerti privilegii Magdeburgenſis profitentur, iſtud emanaſſe cum conſenſu Pontificis Romani Martini puta. Porrò ſi quis vitas Pontificum accuratiùs examinaverit, ſub illis duobus Othonibus Ruffo, & III, nullum hujus nominis Pontificem inveniet. Martini autem, qui & ab aliquibus Martinus II. appellatur, Pontificatus incidit ſub initium ſuſcepti ab Othone Imperii, & annum Chriſti 941, quo vita functus Stephanus VIII. Martino locum fecit, teſtante Onuphrio Panuinio de vitis & creatione Pontificum ac Cardinalium Romanorum, libro primo. Ex quibus omnibus, junctis iis, quæ ſuprà de ſede regia Othonis Magni, & affectione ipſius erga Saxones, & inprimis Magdeburgenſes, tanquam conterraneos dicta ſunt, facilè conjicere licet, non ab alio Othone, quàm I. cui Magni nomen attribuerunt, iſtud privilegium Iuris Weichbild/ *emanaſſe.* Otho 2.

Cum autem tàm jus Weichbild/ *quàm* Landrecht/ *in aliquibus & non paucis articulis, diſcederent à Iure communi ſcripto, Otho Magnus certis de cauſis motus, paulò ante obitum, ſub annum nempe Chriſti 974. (quo anno etiam fato extinctus eſt) nobili ejus ætatis viro* Burchardo a Mangefeld *Iuris utriusq; Canonici & Civilis Doctori, Quæſtori ſacri palatii (quem à libellis legendis olim Candidatum Principis leges noſtræ appellabant,* per notata gloſſæ Inſtit. in princ verb. ex quæſtore: *hodiè a. dignitas iſta, Cancellarii nomen obtinuit) iſtud negotii dedit, ut Speculum Saxonicum cõmentando, diverſitatem ejus à Iure Civili & Canonico, per deductiones ac allegata Legum & Canonum oſtenderet. Quod & in conclavi concluſus, ut opus demandatum, ab omni negociorum ſtrepitu ſemotus, rectiùs & adoriretur, & expediret perfectiùs (prout habetur in* Weichbild gloſſ. art. 10, col. 4. *& ſequitur additionator* Landrechts/ in proœmio incip. Gott der da iſt ein Anfang) *præſtitit feliciter, ac non ſine laude abſolvit anno nongenteſimo ſeptuageſimo octavo, totum quadriennīū huic labori tribuendo, prout ex Chronico Mansfeldenſiū, & aliis hiſtoricis videre licet.*

Ex quibus omnibus apparet error tàm Chronographi ſub Rub. Von Keyſer Otten dem Rothen/ *quàm etiam gloſſatoris* des Weichbild Rechts/ art. 10. col. 4. in eo, *quod ambo privilegium Iuris Saxonici ſuprà memorati, Othoni II tribuunt, niſi ſalvando hanc opinionem dicamus, aſcribi Othoni Ruffo privilegium* Weichbilds & Landrechts/ *tùm quòd maxima ex parte hujus temporibus à* Mangefeldo *utrumq; jus ſcholiis illuſtratum & conſummatum fuerit, tùm quòd pleniſſimum robur & vim legum ac conſtitutionum Otho Ruffus eis accõmodaverit. Etſi verò multi ſunt, qui ubi mentio harum legum incidit, in eas debacchantur, quaſi omnis iniquitatis & injuſticiæ fons ſint, adeoq; è medio tollendæ: tamen hoc magis inſcientiæ & temeritati ipſorum, ut, qui non tota lege perſpecta, de una aliqua particula ejus judicare, vel reſpondere nõ erubeſcunt, imputari debet. Sicuti enim cum tempore per ætatem, & converſationem noſtrorum Anteceſſorum cum aliis Imperii Romani populis crebriorem, radices egit in gente civilitas: ita etiam paulatim crevit in hominibus anteà feris & agreſtibus, humanitas, & humaniorum legum obſervantia & cultura, deniq; pietas & religionis amor, adeò, ut non moleſtè tulerint Saxones, ab initio quatuordecim articulos Iuris Saxonici rigidiores, quos hactenùs pro lege obſervarant per Gregorium Pontificem, quicunq; ſanè ejus nominis ille fuerit, antiquari: Supervenit deinceps Eugenius IV. qui in concilio Baſilienſi contra Huſſitarum præcipuè dogma ſub annum 1431. ibidem congregato, ſi credimus Alberto Krantzio in ipſius Saxonia lib. 11. c. 20. viginti duobus articulis in Iure Saxonico contentis, in quorum numero etiam illi,*

de quibus articulis 11 lib. primi diſponit, comprehenſi ſunt, legis vim detraxit, additis rationibus hujus abrogationis ſatis ſpecioſis, prout videre eſt in additamento Zobeli ex typo Doctoris Bocksdorffi extracti, ad finem Landrecht: ſub Tit. Iſti ſunt articuli Speculi Saxonici reprobati in Concilio Baſilienſi. Ab eo tempore, maximè, poſteaquam diſſipata Pragenſi apud Bohemos Academia, beneficio Friderici Electoris, cui Sigiſmundus Imperator, propter benemerita, primò titulo & honorem Ducis Saxoniæ contulit, Lipſiam tranſlata fuit, propter Iuriconſultos celeberrimos, qui in ea, ſicut & in aulis omnium Ducum Saxoniæ, item VVittebergæ deinceps floruerunt, ſubinde, ſi quid in hoc Iure reſtabat aſperitatis, per eos, qui juri dicundo in curiis Iudicialibus præfuerunt, item per conſtitutiones pientiſſimorum Electorum & Ducum Saxoniæ omnibus temporibus publicatas, illuſtratum, correctum & per contrarium uſum, ac conſuetudinem abrogatum fuit, adeò, ut hoc ſolo jure, & non alio quidam etiam non ſubditi, prout ſunt Luſatii, Sileſii, & multi alii populi, regi & gubernari hactenus voluerint.

Augustus Elector, Dux Sax.

Cæterum, quia per rerum naturam impoſſibile eſt, leges ita tradi, ut quoscunq; caſus futuros, pro negociorum & temporum qualitate, vel circumſtantiis incidentes, nominatim comprehendere & definire valeant, & videbat Illuſtriſſimus Princeps AVGVSTVS Dux Saxoniæ, ſacri Imperii Romani Archimarſchallus & Elector, &c. Dominus noſter clementiſſimus, tribunalia, utpote, quæ antea fuerant ſeparata, & ſub diverſorum dominorum territorio & jurisdictione ſita, in certis quibusdam caſibus diſſidere ſententiis, depoſitis aliorum negotiorum curis, & convocatis Miſniæ omnium ordinum & ſtatuum provinciæ doctiſſimis & prudentiſſimis quibusq; viris collatione ſententiarum inter Iuriſconſultos, de communioribus & magis quotidianis dubiis præmiſſa, controverſos hactenus articulos, in unam quandam conformitatem redegit. Atq; utinam ipſius Celſitudini, per alias occupationes, tantùm reſpirare liceat, ut propoſitum inſtituti ſui urgere, &, quæ plura reſtant adhuc dubia & indiſcuſſa mediis prioribus in ſingulos annos intervenientibus, determinare poſſit, dubio procul non tantùm de ſuis provincialib. ſed & de toto Imperio Rom. ſicut & de exteris ubi legum viget autoritas, & ubi ordini politico locus eſt, præclarè merebitur, ſed etiam ſplendorem familiæ, ultrà dignitatis, honoris, famæ & prudentiæ jam dudum incomparabilem, æterni nominis & laudis decus ad omnem poſteritatem tranſmittet.

Comendatio Proceſſus juris Saxonici Diff. inter Proceſſũ juris communis, & Saxonici.

Itaq; jus noſtrum provinciale, quo in his terris utimur, reprehenſionem non meretur. Ut enim de aliis articulis nihil dicamus, quis quæſo ita perfrictæ frontis & impudens eſt, ut expeditum illum ordinem proceſſus judiciarii, in noſtris foris uſitatum jure mordere vel arrodere audeat? Quod ex brevi collatione Iuris communis & Saxonici fiet apertum & manifeſtum. Sicut enim de jure communi & libellus in ſcriptis requiritur. & poſt ejus editionem intercedit mora ſaltem trimeſtris, ad hoc, ut arctetur reus ſuas defenſiones facere, nec non eidem liberum eſt, pluribus exceptionibus etiam dilatoriis, diverſis itidem vicibus & temporibus uti item adverſus exceptiones reorum non tantùm replicæ actorum, ſed & duplicæ, triplicæ, item quadruplicæ partium admittuntur, per ea, quæ habentur in §. Rurſus. Inſt. de replic. & ſi qua ulterior allegatio litigatori placet, auditur & multiplicantur deinceps nomina, prout vel actor vel reus quid oppoſuerit, l. 2. §. exceptio actorem excludit. ff. de except. Tit generali, adeoq; priusquam Iudex ſuper dilatoriis interloquatur, & ad litis conteſtationem perveniatur, ſæpius longiſſimi temporis intervallum objicitur, ita de Iure noſtro provinciali longè expeditior hujus Proceſſus ratio eſt.

Nam & citatur reus mox in primo termino ad proponendum ſimul & ſemel omnes exceptiones dilatorias, quibus uti intendit, & audiuntur poſtea partium allegationes, uſq; ad quadruplicam incluſivè, & quidem oretenus, ita tamen, ut acta ex voce Advocati vel Patroni cauſarum in ſcripturam redigantur.

Super iis prædictis ſtatim ad requiſitionem cauſſibi interloquitur Iudex, compellendo reum ad reſpondendũ libello & conteſtandum litem. & ſic ultrà ſex quaterdenas vel circiter, regulariter non differtur litis conteſtatio, quæ in foro Iuris civilis ſæpiùs ad decem, viginti & ulteriores annos producitur, adeò, ut Speculator ſcriptum reliquerit, vidiſſe ſe unam cauſam in judicio ita malitiosè protrahi, ut ante triginta ſex annos ad litis conteſtationem deventũ non fuerit: Lite demum cõteſtata, de jure cõmuni reproducitur libellus articulatus medio juramento calumniæ, eoq; ipſo mediante, petit actor viciſſim reum compelli ſingulariter ſingulis per verbum: Credit, vel non credit, reſpondere: Reus eodem modo defenſionales, item eliſivos, ſæpiùs etiã additionales articulos proponit. Quin & ut plurimum à partibus defenſionalium, eliſivi eliſivorum, additionales additionalium eduntur, deniq; tanta farrago articulorum, ut niſi per protocolla juvaretur memoria Advocati, ex eorum multiplicitate, tricis & labyrinthis, peritiſſimus quisq; Practicus ſæpè vix ſe extricare vel evolvere poſſet.

Quod ſi ex adverſa parte proceſſus juris Saxonici examinetur, quando ſtrictior & contractior ille judiciorum ordo eſt, ubi propoſita ſimplici facti narratione, cum legitimo tamen medio concludendi & petitione, juribus conformi ſubſecuta, & reſponſionibus negativè factis, judex ſimpliciter

interlo-

Digitized by Google

interloquitur, cum reus litem negativè conteſtatus ſit, ad actoris officium pertinere, ut probet id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis. Sic de jure civili, pro prima dilatione probanda, actori ſuper faciendâ fide libellatorum, ſicut & reo, ſuper articulis defenſionalibus & reprobatoriis aſſignatur regulariter non tantùm ſpacium trimeſtre pro probatione, ſed eſt etiam in arbitrio judicis, illud ex cauſa longiùs extendere. l. 1. C. de dilat. *Item prima dilatione dilapſa, impetratur ſecunda & tertia, nonnunquam cum præmiſſa tamen ſolennitate legali, etiam quarta* c. ultrà tertiam, extra de teſt. *nec prohibetur quis ſemper novos articulos & additionales, ut vocant, formare.*

De jure verò Saxonico terminus probandi, tàm actori, quàm reo coarctatus eſt ad ſpacium triũ quaterdenarum, adeò, ut illo elapſo regulariter producens arceatur ab ulteriori teſtimonio, neq; liceat ei poſt illum terminum probatorium tanquam peremtorium, novos vel additionales articulos facere, de hoc ſe ad communem practicam referendo: Ita perficiuntur probationes utriusq; partis exiguo & brevi tempore, quæ in foro juris cõmunis per multos annos expediri non poſſunt. Publicatis utrinq; atteſtatis, fiunt allegationes & diſputationes in cauſa, coguntur ſingulæ partes in tertio producto ſine ulteriori tergiverſatione, concludere ad ſententiam definitivam, ubi contra de jure communi productorum regulariter planè effrenis eſt multiplicitas. Quod ſi quis de juſtitia ſententiæ priorum judicum diſputare velit, habentur certa Dicaſteria, ex doctiſſimis quibusq; & peritiſſimis Iuriſconſultis & Practicis conſtantia, ad quæ per Iudices locorum Ordinarios recurritur pro requiſitione conſilii, adeò, ut Iudex primæ inſtantiæ nihil affectionatum, nihil iniquum pronunciare, ſed quaſi nudum miniſterium juſtitiæ, aliundè edoctus præſtare intelligatur, quod aliàs in foro imperii, ubi jus commune ſervatur, valdè rarum eſt.

Ne verò pars condemnata allegare poſſit, ſe non ſatis auditam, aut allegationes ejus minùs in judicio ponderatas fuiſſe, habet condemnatus ſtatim in prima inſtantia & coràm primo judice beneficium petendæ declarationis, ſeu, ut vulgò vocant, leuterationis, ad cujus proſecutionẽ judices maximè literati & ſani, in iis locis, ubi alia conſuetudo vel ſtatutum non exeat, trium quaterdenarũ ſpacium indulgent, ubi per utramq; partem in termino iterum concluditur ad aliam ſententiã, per quam, ſi denuò gravatum ſe autumat, victus habet ſecundum tribunal, ad quod provocet, videlicet judiciũ curiale, tàm in Electoratu, quàm in Ducatu Saxoniæ, quod ex novem aſſeſſoribus, incluſo judice, quatuor videlicet Doctoribus, & quinq; Nobilibus, item, ex quotuor aut ad minimùm tribus Procuratoribus, omnibus tàm experientia & uſu rerum, quàm Iuris ſcientia claris, conſtat, & ſtatas ac certas non tantũ ſportulas ſed etiã honoraria vel mercedes Advocatorũ, ultrà quas judici vel Advocatis nihil amplius exigere licet, determinatas habet, adeò, ut pauperibus operas ſuas, tàm judex cum aſſeſſoribus, quàm etiã Notarii & Procuratores, contrà quemlibet, etiam ipſos Principes, gratis & abſq; periculo cõmunicare teneantur, prout hoc teſtantur ordinationes illorũ judiciorũ publicè divulgatæ.

In cujus appellationis proſecutione iterum proceditur, ut de prima inſtantia diximus, eatenus, & per tria producta hinc inde concluditur ad ſententiam, quæ ſi minùs placet victo, liberum eſt ei, ſecundum declarationem interponendo infrà decendium, pleniùs deducere jus ſuum, & coram eodem judice expectare ſecundam ſententiam. Et quia judices hujus inſtantiæ habent ſtata tempora, in quibus conveniant, quatuor videlicet vicibus in anno, vix eſt, ut à tempore proſecutionis labatur annus, quin cauſa etiam hujus inſtantiæ terminetur, Licet autem ad proſecutionem appellationis appellanti regulariter indulgeatur annus: tamen hoc ita demùm procedere intelligendum eſt, niſi judex ad quẽ præciſius tempus fuerit moderatus prout regulariter facere poteſt, maximè ſi partes ſint in una eademq; provincia, cum Appellans magis retardandæ litis, quàm melioris juſtitiæ conſequendæ gratia, ad appellationis remedium confugiſſe præſumatur, per text. c. cum in Romana, & ibi communiter ſequuntur hoc Dd. extra de appell. Idq; clarius atteſtatur text. in c. oblatæ. eod. tit. ubi dicitur.

Etſi regulariter appellanti indulgeatur annus: tamen hujusmodi terminus poteſt reſtringi à judice, cùm ideò hoc tempus conſtitutum ſit, non ut terminus iſte præveniri non poſſit, ſed ne poſſit abſq; cauſa juſta prorogari. Et hæc ſententia, quod videlicet judex appellationis tempus annale ad juſtificandum appellationem præfixum à lege, maximè in caſu, quando ſubeſt ſuſpicio retardandi Proceſſus appellato urgente proſecutionẽ, coarctare & reſtringere poſſit, non tantùm juris eſt, ſed & ſumma æquitate nititur Quia non tàm victo, ut citiùs reportet aliam, quàm in hac inſtantia pro ſe expectat ſententiam, quàm etiam victori, ne videlicet longioribus moris & temporum intercopedinibus diſtractus, ulteriùs de jure ſuo dubius & incertus relinquatur, conſulit. Ideò hactenùs non tàm in judiciis Curialibus, quàm etiam in aulis Principum recepta, & communibus omnium quaſi ſuffragiis comprobata fuit, adeò ut nec hac in parte litigatores de diuturnitate vel infinitate Proceſſus conqueri poſſint. Duobus inſtantiis ita tranſactis, habet condemnatus adhuc tertiam, puta beneficium appellandi ad Principem, ubi eodem omninò modo, ſicut de ſecundo inſtantia diximus, eatenùs proceditur, & publicata ibidem ſententia, ſive eadem ſit condemnatoria, ſive abſolutoria,

reſtat adhuc ultimum refugium condemnato, ipſa videlicet leuteratio, in qua, ſi pariter ſuccumbat, nihil aliud ſupereſt, quàm quod victor executoriales literas ad judicem prioris inſtantiæ impetret. Et, ut maximè opponere quis poſſit, ea quidem, quæ diximus, procedere, ſi gradatim ab inferiore judice ad ſuperiorem perveniatur, aliud verò eſſe, ſi prima inſtantia coràm ſupremo judice etiam noſtrarum provinciarum inchoëtur; tamen reſpondetur etiam eo in caſu, tres conformes reviſiones actorum diſtinctis temporibus, & totidem ſententias intervenire: Quia prima ejus inſtantia ab initio per leuterationem, & ſecunda per Oberleuterationem, ut terminis uſitatis hujus provinciæ utamur, ſuſpenditur, ad quam deinceps demum ſequitur tertia & definitiva ſententia.

Ex quibus omnibus liquidò jam conſtat, non tantùm, quàm brevis & ſtrictus ſit Proceſſus Iuris Saxonici, adeò, ut ſi quis cauſam quamtumq; gravem & arduam, ad judicium curiæ in terminis competentia primò devolvat, omnes inſtantias uſq; ad definitivam ſententiam, ſi modò non ipſemet pars urgere ceſſet, infrà quinquennium abſolvere poſſit, ſed etiam, cujus autoritatis haberi debeat judicatum ſuper quo, tot tribunalium, tot diverſorum judicum, in diverſis locis concurrunt vota & ſuffragia, ut nemini de veritate vel juſticia pronunciati, in tot inſtantiis ventilati, tot oculis ſpectati, tot judiciis comprobati, probabiliter ambigere vel dubitare liceat.

Quod ſi ex adverſa Proceſſus Iuris communis in foro imperii examinetur accuratiùs, & illæ crebræ dilationes etiam ad unum aliquod productum partis datæ conſiderentur, cauſa quantumlibet minima, quæ in hoc foro per annum vel biennium finem ſuum accipere poteſt, infrà viginti vel etiam plures annos ibi non terminabitur, quæ mora ſæpiſſimè ita exhaurit patrimonium litigantis, ut eremodicium contrahere, & cauſam, quantumvis optimam & juſtiſſimã deſerere, propter ſumtus & moras litis compellatur. Prodeant itaq; qui jus noſtrum Saxonicum conviciis laceſſunt, & vel produtant ſimile exemplum æquabilis Iuſtitiæ & ordinis judiciarii, in toto imperio Romano, ubi per tàm breve tempus cauſæ quantumcunq; magnæ, neq; ſolùm per tres inſtantias, ſed etiam ad minus per ſex conformes ſententias in trinis & diverſis tribunalibus obtentas, ponderatis ſummo ſtudio actis, determinentur, aut leges noſtras & ordinem judiciarium, quem minùs intelligunt, vel aſſequuntur, calumniari deſinant.

Hæc ipſa ratio, tùm quòd poſt tres conformes ſententias, quarum ultima per definitionem Præfecti Prætorio confirmata eſt, victo aliàs etiam de jure civili, ulteriùs appellare non licet, per ea, quæ habentur in l. un. C. ne lic. tertiò provoc. *cùm, quia exteri, ad quos cauſa per viam appellationis devolvi debebat, hujus juris Saxonici, ſecundùm quod in his provinciis judicatum eſt, probabilem intelliguntur habere ignorantiam, tùm etiam, ne lites omninò fierent immortales, junctis aliis rationibus, quas nunc conſultò prætereo, impulit inuictiſſimos Romani imperii Cæſares Carolum V. & Ferdinandum, laudatiſſimæ memoriæ Heroas, quantumvis ab omnibus aliis Principibus provocatio partibus ad Cameram imperialem libera eſt, ut domui Saxonicæ, tàm Electorali quàm Ducali, hoc ſpeciale privilegium haud gravatim impertirentur, quo cavetur, & ſub pœna centum marcharum auri, pro medietate fiſco imperiali, & pro alia medietate Electoribus ac Ducibus Saxoniæ pendendi interdicitur, ne videlicet deinceps ulliquam à ſententiis Electorum & Ducum Saxoniæ inter partes, prolatis, quoquo modo vel appellare vel judicatum per viam querelæ, ſupplicationis, reductionis, aut alterius remedii reſtiſſorii ſuſpendere liceat. Quantumvis autem hoc jus Saxonicum, & ordo judicialis, ab anteceſſoribus tuis, in te & familiam Saxonicam illuſtriſſime Princeps, Elector Sax. digniſſime ſucceſſionis jure translatum ſit; tamen hoc ſoli tibi, quod acceptum referant, habent non tantùm cognato ſanguine juncti cæteri Duces Saxoniæ, hodiè in tutela & cura tuæ illuſtris Celſitudinis conſtituti, ſed etiam omnes ſubditi & quicunq; juriſdictionem domus Saxonicæ in cauſis recognoſcunt, ut & juris in aliquibus caſibus hactenus controverſis & dubiis, Illuſtriſſimæ tuæ ſolicitudinis cura majorem certitudinem, & propter remotum appellationis obſtaculum breviorem litium expeditionem, ac minùs ſumtuoſam habeant. Hoc ampliſſimum, inter alia innumera, beneficium, & agnoſcere nos omnes, & pro dono collato, inprimis largitori omnium bonorum, deinde tuæ Celſitudini, gratias immortales, quas facto referre non poſſumus, teſtificatione ſaltem gratitudinis ſubjectiſſima, votis nimirum noſtris, pro tua & tuorum incolumitate & fœlicitate ſucceſſu in gubernatione, erga DEUM interpoſitis debemus, & ut ea diuturna multumq; fauſta ſit, ex animo precamur. Poſtremò, quia illuſtris Serenitatis tuæ protectioni commendata eſt per Auream Bullam cuſtodia & patrocinium hujus juris.*

Aurea Bulla ſub tit. Von Rechten des Pfaltzgraffen vñ Churfürſten zu Sachſen. vide conſultat. conſtit. Sax. part. 2. de ſucceſſ. & ult. volunt. qu. 19. n. 33.

Tu vigili illuſtra ſtudio & tua patria Saxo,
Enſifer Imperii, jura tuere, VALE.

E L E G I A
AUCTORIS AD INGENUUM ET CANDIDUM LECTOREM, ET INPRIMIS AD STUDIOSAM JURIS JUventutem, de hoc Opere ſuo.

Mutua qui facilis rogitanti credis amico,
Cujus obit multus debitor ante ſorts,
Pauperis hic forſan cenſus, ſed totus ab auro
Reſplendens, collum, cætera ſericius,
Pollicitis dives, nil nisi promittere doctus,
Fulgida donec egens impetret æra reus,
Huc ades, & noſtras, dum nil agis, excute chartas
Creditor, haud magni temporis illa mora eſt.
Invenies, tutus qua lege numiſmata credas,
Ut redeant juſto mutua facta die,
Ne tibi filioliſq́; tuis, ſobeliq; futuræ,
Diſpereat turis recula parta tuis:
Neu ſit opus longæ litis contexere telam,
Quando reus fluxæ cœperit eſſe fide,
Si data vel neget, aut æra allegando ſoluta,
Subdolus ad rigidi provocet arma fori.
Debitor hinc etiam, quem, culpam præter, avarus
Urſerit exactor, colligat auxilium.
Inde, quod actori opponat, quo judice ſeſe,
Vel quo jure ſuas res tueatur, habet.
Eſt opus exiguum, & fateor vix paucula tradi,
Tradita quæ quis non legerit eſſe prius.
Sed quia confusè deductis prævalet ordo,
Fortè, quibus præſens ordo probetur, erunt:
At velut emenſo longa intervalla viarum,
Vix diviſa poteſt unda levare ſitim,
Quæ parcè fluit, & guttatim, alibiq; coactæ
Gratius ex uno fonte bibuntur aquæ:
Sic ſparſim tractata, tamen nunc corpus in unum
Ceu congeſta, liber pleraq; noſter habet.
Unde patet, quibus utendum proceſſibus illi,
Qui, quod poſtremum eſt, judicis urget opus,
Per loca Saxonum & imperii, quo examine cauſas,
Partes quiq; ſuas ne remoretur, agat.
Atq; ea, ſeu mea ſunt, ſeu ſunt aliunde petita,
Quæ mihi viſa nota digna fuere, notet.
Invide quid rodis? pugil ut ſub imagine belli,
Diſcipuli promtas reddit ad arma manus,
Dumq́; docet pugnæ, variis diſtincta figuris,
Agmina, monſtrando vulnera, monſtrat opem,
Ne fortè incautus, qui tentat, initq́; palæſtram,
Hinc capiat plagas, ille βραβεῖα ferat:
Sic ego, qui textus, legum de fine loquentes.
Applicat ad praxim, duce, reduco manu.
Quod ſi noſtra rudem formabit charta tyronem,
Qui trepida primus fronte tribunal adit,
Quid petat incertus, vel quæ ſit forma petendi,
Ut demum vultu liberiore petat,
Et patrias aliis diſcat componere formas,
Non caret optatis frugibus iſte labor.
Ut culpent alii, tibi dum ſtudioſa juventus
Non videam has operas diſplicuiſſe, ſat eſt.

SVMMA

SUMMA CAPITA TOTIUS OPERIS

PARTIS PRIMÆ.

PROOEMIUM CONTINET DEFINITIONEM MANUSINJEctionis & executionis.

1. Caput agit de cauſis executionis.

2. De ſpeciebus executionum juris communis.
Ubi de miſſione in bonorum poſſeſſionem, n. 10. Sequeſtratione, n. 67.
Pacto de non alienando, 175. 176. Areſto, 184.
Retentione, 214. Præcepto judicis executivo, 264.
Pignoratione, 286. & c. 3. n. 64. & ſeqq. Repræſaliis, 303

3. Caput agit de executione per ſtatutum vel conſuetudinem introducta.
De inſtrumentis guarentigiis, confeſsionatis, n. 14.
De incluſione animalium, n. 64.
De ſucceſſione viri & uxoris ex vi ſtatuti, 141.
De debitore qui certo loco ſolvere debet, 157.
De ſucceſſione ad manus creditoris, 116. 160.
Qui gaudeant beneficio ſtatuti alicujus, 196.

4. De defenſione ex privilegio ſpeciali.

5. De pacto executivo quod quis propria autoritate poſſit invadere bona debitoris, In quo eſt reſolutio l. creditores. C. de pignor. per rationes dubitandi & decidendi, n. 14.

6. De manusinjectione in perſonam debitoris, ejus incarceratione ex vi pacti, ubi de ceſſione bonorum & quomodo evitare carcerem quis poſſit, n. 121.
Quæ perſonæ ſint immunes à carcere, n. 146.
Solvendo quem non eſſe quis probet, n. 154. 155.

7. De pacto arreſti ſive ſequeſtrationis perſonæ, & an liber homo pro debito civili arreſtati vel pignorari poſſit.

8. De pacto obſtagii & diffamationis, ubi explicatio c. ex reſcripto de jurejur. n. 2. & pactum diffamationis an valeat, n. 67.

9. De pacto operarum.

10. Formula obligationis vel inſtrumenti executivi pro cauſis pecuniariis & ejus explicatio.
De mutuo, & an numi mutuo dati in alia forma reddi poſsint, n. 4.
De uſuris, num. 35.
De intereſſe ejusque probatione, n. 117.
Non valet pactum de ſtando ſimplici verbo creditoris ſuper damno emergente, n. 147. & ſeqq.
Oppignoratio & alienatio bonorum immobilium quomodo ritè fiat, n. 187.
Pignora capta quomodo diſtrahantur jure civ. & Sax. ac quod pactum rem diſtrahi licere creditoribus, ſine curiæ proclamatione valet, 207. & ſeqq. & 212.
De pacto ut res oppignorata retineatur in ſolutum quatenus valeat, n. 212. & 3. ſeqq.
De pacto faciente creditori licentiam debitorem conveniendi ubicunque eum repererit, valet, & quid operetur, n. 219. & ſeqq.
De exceptione non numeratæ pecuniæ, n. 229. & ſeqq.
Pactum ne doli actio vel quod metus cauſa competat debitori nil operatur, n. 256. & ſeqq.
De ſimulato contractu n. 267. De fidejuſſoribus, 292. uſque ad finem cap.

SECUNDÆ

1. Caput de judice competente paratarum executionum, ubi ſimul in genere de competentia fori & juriſdictione tractat.
De foro debitoris ſive rei, n. 19.
2. Quibus competat petitio executionis. Quomodo fidejuſſoribus, n. 4. cum ſeqq. & eorum heredibus, n. 25. item legatario & fideicommiſſario, n. 29. tutori & curatori, n. 30. ſingulari ſucceſſori, 31. & ceſſionario 32. cum ſeqq. uſq; ad 35. ubi quatenus procuratori competat 36. cum ſeqq.
3. Contra quas perſonas & pro quibus rebus executio petatur.
Reus contra quem executio impetratur, quo in loco conveniendus ſit.
Cautela pro judicibus qui pro arreſto conveniuntur, 37.
Quando in bonis fidejuſſoris poſſit fieri executio, 43.
Quando reus in delictis conveniendus ſit fidejuſſoribus, 74.
Quatenus detur executio contra fidejuſſores reorum 47. eorumque heredes, 108.
De beneficio competentiæ, 117.
Quæ res veniat in executionem, 137.
In ruſticos quomodo detur, 189. Ambaſiatores, 191.
Peregrinantes, 197. & ſeq. Pupillos, 202.
Mulieres, 199. earumque bona ſive dotalia ſive paraphernalia ſuper debita mariti privilegiata ſunt, ne executentur, 262. Item feudalia, 282.
Subditi præterea dominorum, 326.
Explicatio l. civitas. ff. de reb. cred. 348.
Hæreditas jacens etiam privilegiata eſt, 387.
Et quomodo contra ſingularem ſucceſſorem executio fiat, 432.
Areſtum non reddit bona litigioſa, ſed ſequeſtrum, 463.

TERTIÆ PARTIS.

1. Caput de executione in ſpecie, qua forma petenda executio.
Debitum quando dicatur liquidum, & part. 4. c. 2. n. 13. 15. & ſeqq.
Executio ſuper damnis & intereſſe, n. 35. etiam expenſis ipſius executionis, & c. 9. part. ejuſdem. n. 89.
Quale inſtrumentum probet, 47.
De recognitione inſtrumenti, n. 98. & ſeqq. ubi de dote confeſſata per maritum, an habeat idem privilegium antelationis cum dote revera data, 110.
2. Executio ſuper quibus inſtrumentis locum habeat.
3. De mora & quomodo quis in mora conſtituatur.
4. Implorandum officium judicis ſuper executione.
5. Libellus non eſt neceſſarius in petitione executionis.
Viam ordinariam eligens an pœnitere poſſit, & devenire ad extraordinariam, n. 31.
6. Tempus rei judicatæ, & an prorogari poſſit.
7. De citatione, & ea quæ fit per literas mutui compaſſus, 28.
8. De forma procedendi ſuper remediis executivis ex vi legis, pacti, ſtatuti, vel conſuetudinis.
Quomodo facienda executio authoritate judicis. n. 8.
Forma qualis qualis petitionis ſuper executione parata, n. 9.
Forma præcepti executivi, 12.
Forma literarum executorialium, 28.
Forma petendæ miſſionis in bonorum poſſeſſionem ex primo decreto, 35.
Forma petendæ ſequeſtrationis, 36.
Forma petendi arreſti, 39. 41.
Forma petendæ executionis contra debitores debitoris noſtri, 49.
Libellus arreſtatorius, 43.
Forma petendæ inhibitionis, 57.
Forma petendi repræſalias, 60.
Forma liquidationis, 61.

9. Di

9. De fine executionis.
Quinam Proceſſus obſervetur in executione, tàm in realibus, quàm perſonalibus actionibus, à princip. uſq; ad n. 49. incluſivè.
In quem finem pignora capta aſsignentur creditori, 50.
De ſubhaſtatione, 86.
De æſtimatore, 125.
De agrimenſore, 137.

10. Miſsio in bonorum poſſeſsionem quem effectum habeat, & n. 27. c. 12.

11. Effectus ſequeſtrationis præcepti de non alienando, arreſti, n. 10.
Pœna frangentis arreſtum, 49.
Differentia inter ſequeſtrationem, præceptum de non alienando, & arreſtum, 54. cum ſeqq. & econtra in quibus hæc tria conveniant, n. 88. cum ſeqq.
Arreſtum vel ſequeſtrum quomodo relaxetur, 100.

12. De vi pacti concepti de ingrediendo vel occupando poſſeſsionem bonorum obligati.
De conſtituto, quid nempe juris in eo habeat conſtituens, itemq; in precario, n. 88. cum ſeqq.

PARTIS QUARTÆ.

1. Sublatis exceptionibus omnibus tantùm frivolæ ſublatæ eſſe intelliguntur.
Exceptiones variæ impedientes executionem, quando opponendæ & probandæ à n. 48. paſsim per totum caput.
Exceptiones litis finitæ quam vim habeant, 179.
De ſalvo conductu, 203.

2. In continenti quid dicatur factum.
Appellatio locum non habet in executorialibus, 30.

3. Exceptiones, quomodo proponendæ in executorialibus.
Variæ formulæ exceptionum,

1. Contra perſonam judicis, n. 8.
2. Contra perſonam actoris, n. 12.
3. Contra perſonam procuratoris, 13.
4. Alia ratione termini nimis anguſti, vel incidentis in feriis, 14.
5. Alia ratione plus petitionis tempore, 15.
6. Forma exceptionis litis finitæ, 21.
7. Forma exceptionis de nullitate ſententiæ, 22.
8. Forma excipiendi contra arreſtum Saxonicum, 24

Digitized by Google

SUMMARIUM PRÆFATIONIS.

1. Finis proceſſuum, & ordinis judiciarii quis ſit.
2. Executione mediante habetur effectus legum.
3. Legum virtus conſiſtit in imperando & vetando.
4. Leges fruſtra extant in civitate, niſi executentur.
5. Iudicata & conventa, vel tranſacta inter partes, debent executari judicis officio.
6. Quotidiana diligentiùs tractanda.
7. Dfienitio debet eſſe primum cujusq; materiæ.
8. Deſinitio omnis in jure periculoſa.
9. Executio quid dicatur.
10. Privato non licet invadere res ſuas, vel ſibi debitas apud debitorem exiſtentes, privata authoritate.
11. Ius ſibiipſi dicere nemo debet.
12. Executionem ſententiæ etiam pro ſe latæ, victor propria auctoritate facere prohibetur.
13. Poſſeſſionem bonorum adverſarii occupans ſine judicis authoritate & furti, & vi bonorum raptorum tenetur. Sed de jure Saxonico reſtituit poſſeſſionem cum mulcta & emenda præſtanda parti & judici num. 14.
15. Differentia inter juramentum in litem de jure civili, & jusjurandum minorationis de jure Sax.
16. Emenda quandocunq; debetur parti, eo caſu ſolvitur etiam judici mulcta.
17. Emenda ab emendando dicitur.
18. Emenda & mulcta etſi differunt confuſim tamen ſæpe accipiuntur.
19. Mulcta violenti invaſoris de jure Saxonico eſt 60. ſolidorum.
    Das höchſte Gewette quid ſit. num. 20.
20. Bannum de jur. Sax. ſupremam juriſdictionem ſignificat.
21. Injuriarum pœna judici & parti debita.
22. Notorii ordo eſt, ut ordinem juris non requirat.
23. Executivis etiam in proceſſibus, loco libelli, qualis qualis petitio partis requiritur.
24. Creditor dicitur, ſive reali, ſive perſonali actione habeat obligatum debitorem.
25. Debitori non ſolvendo exiſtenti manus injici poteſt per capturam perſonæ.
26. Executio Germanis Hülffe/unde dicatur.
27. Manus injectio nihil eſt aliud quàm executio.
28. Manus regia quid.
29. Executores, nuntii publici, viatores, apparitores, & familiares, dicuntur miniſteriales judicis.
30. Poſſeſſionem adeptus judicis authoritate debet in ea defendi.
31. Detentio rei vel perſonæ legitima ipſa quoq; eſt executionis ſpecies.
32. Prehenſio rei alienæ ex juſta cauſa dicitur executio.
33. Manus injectio in perſonam dicitur propriè captura.
34. Areſta, impedimenta, interdicta, etiam dicuntur executio.
35. Areſtum vox Gallica Saxonib. Kummer. Latinis ſequeſtratio.
36. Duplex manuum injectio.
37. Executio publica quid.
38. Executio eſt immiſſio creditoris in bona debitoris.
39. Executio privata quid.
40. Executio privata dicitur via facti, item velo levato procedere.
41. Velum levatum dicitur manus regia.
42. Executio privata in caſibus à lege approbatis permittitur.
43. Generalitas nimis effuſa creat periculum loquenti.
44. Scire eſt rem per cauſas cognoſcere.
45. Cauſa cognita, facilius cognoſcitur cauſatum.

Auſpice quo nihil eſt infelix, auſpice Chriſto.

PRÆFATIO.

Continens Definitionem executionis.

1 CAMPUM PARATARUM
executionum latiſsimè paten-
tem ingreſſuris, ſciendum eſt,
hunc unicum eſſe finem omnium
proceſſuum judicialium, nec non
legum ſcriptarum, ut quod ad quemq; perti-
net, aut cuiquam debetur, vel fieri convenit,
ei tandem detur, tradatur, reſtituatur, aut fiat.
§. omnium. Inſt. 1. de actio. actionum genera. 25.
§. 1. & 2. ff. eo. tit. l. ubi autem non apparet. 75. §.
fin. & l. ſi rem tradi. 28. de verb. obl juncta l. qui re-
ſtituere. 68. de rei vind. & l. ſtipulationes non divi-
duntur. 72. l. ſi inſulam. 84. de verb oblig. cum
aliis vulgatis. Medium autem per quod cuiq;
2 ſuum attribuitur, & habetur effectus legum
eſt executio. *l. 1. & per totum C. de execut. rei jud.*
3 Hinc quia legum virtus conſiſtit in imperan-
do & vetando *l. legis virtus 7. de legibus*: ſcriptū
4 reperimus, quòd non ſufficiat, eas extare in
civitate, niſi ſint, qui jura exequantur. *l. 2. §.*
poſt originem. ff. de origine jur. Quod & innuit
illud Poetæ:

Jura magiſtratusq; legunt, ſanctumq; ſenatum.

Et Philoſophus in 6. Politicorum, ipſemet
fatetur: nihil prodeſſe de rebus juſtis judicia
dare, vel ſententias, niſi ſint, qui hæc ipſa im-
perata legum ad effectum deducant. *Specula-*
tor de execut. ſentent. in princ. n. 1. ac facit l. execu-
torem. 8. C. de exec. rei jud. (Sicut enim gladius
ſine lege tyrannus dicitur, ita lex ſine gladio
eſt quaſi campana ſine piſtillo vel clipelo: u-
na bonos manit, ſontes manus altera punit)
Ad quid enim habentur privilegia & jura, in
5 quibus medulla & nervus rerum publicarum
conſiſtit, ſi magiſtratus ea pedib. quaſi ſubte-
rere pateretur? nõne fruſtra ferentur omnes
ſententiæ; inutiliter inirentur pacta & tranſ-
actiones inter homines, niſi judicata, item
conventa mandarentur executioni, *c. quod ad*
conſultationem. verſ. ſed nec executionem & c. cum
aliquibus. extra de re jud l. cum quædam puella. 19.
in verbis: ſententia ſemel dicta executari debet ff. de
juriſd. om jud. l. poſt rem judicatam 56. & l. à Divo
Pio. 15. in princ. & per totum. ff. de re jud. l. ſi cau-
ſa cognita 32. ibi: præſes provinciæ, uſitato more le-
gum, rebus pridem judicatis effectum adhibere cura-
vit. C de tranſact. l. legitima conventio. 6. ff. de pactis.
l. 1. §. ſi conveniat. depoſiti. l. cum te tranſegiſſe. 5.
ibi: fruſtrà deſideras, ut á placitis recedatur. l. fratris
10. ibi: nullus erit litium finis, ſi à tranſactionib bo-
na fide interpoſitis cœperit facilè diſcedi l. cauſas vel
lites. 16. l. non minorem. 20. C. de tranſact. Cumq;
6 hæc materia quotidiana ſit, & tota die fre-
quentetur in foro, ita, ut non immeritò dili-
gentiùs tractari debeat. *arg. l. legavi. 25. ff. de*
lib. leg. ſecutus conſilium Juſtiniani & Pauli
J. C. qui de tutelis tractaturi primò interpre-
tantur vocabulū tutelæ, quid ſit *§. eſt autẽ tu-*
tela. Inſtit. de tutelis. & l. 1. ff. eo. ac facit quod 7
habetur in *l. 1. §. dolum. de dolo.* & antequam
perveniatur ad nigrum, exponi debét rubri-
ca: eumq; modum obſervant ſcribentes in ju-
re, *ſecundùm Paulum de Caſtro in l. 1, n. 2. per illũ*
textum. ibi: priuſquam ad materiæ interpretationẽ
perveniamus, pauca de ſignificatione ipſius tituli re-
ferre neceſſe eſt, ſi certum petatur. Ut itaq; etiam
noſtra diſputatio a definitione proficiſcatur,
per ea quæ poſt Ciceronem in libro de officiis tradit
Everhard. in loco á definitione num. 1. à principio
præmitto, quid ſit executio. Etſi autem omnis 8
definitio in jure periculoſa, ac parùm eſt, quin
ſubverti poſſit. *l. omnis definitio 202. de r. g. jur.*
l. mora. 32. ibi: difficilis eſt definitio, de uſuris. d. l. 1.
§. dolum. de dolo. l. ſuus 4 §. puto. ibi: propter quod
ad generalem definitionem recurrendum eſt, de hæ-
red. inſtit. [quia difficile eſt explicare quiddi-
tatem & eſſentiam rei definitæ] tamen nihil
dubito, ſi definitionem omnibus numeris ab-
ſolutam, & quæ cum ſuo definito undiq; con-
vertatur, tradere non valeam, quin candidus
lector, cum quali quali deſcriptione, quæ ex
accidentibus ſumpta, ſaltem rem ipſam & ef-
fectum, qualis ſit, denotat, & ob oculos ponit,
contentus futurus ſit. *per ea quæ tradit Cagnol.*
in d. l. omnis definitio. 202. n. 24. Vocamus au- 9 *Executio quid.*
tem executionem ultimum actum judiciariū,
qui expeditur coram judice adito, ſive in judi-
cio plenario, ſive ſummario, quo nimirū me-
diante, creditor aut dominus, id, quod ipſi
quomodocunque debetur, conſequi vel rem
ſuam recuperare intendit. Dico in definitio- 10
ne, eſſe actum judicarium, eò quòd regulari-
ter nulli privato permittitur, vel id quod ſibi
debetur, vel etiam rem ſuam, aut aliud quid,
pignoris loco, propria & privata authoritate,
citrà violentiæ pœnam, auferre vel invadere.
l. extat. 13. quod metus cauſa. l. quo naufragium. 3.
§. ſenatusconſultum, de incend. rui. naufr. l. penult.
C. unde vi ac facit princ. ac totus titulus auth. ne
non fiant pignor. & §. quia verò hujuſmodi, auth. ut
nulli jud. colla. 9. & c. lator. extra de pignor. Ac in
hoc concordant ſanctiones civiles cum lege
divina, *Deut. cap. 24.* ubi dicitur: cum repetis 11
à proximo rem aliquam, quam tibi debet,
non ingredieris domum ejus, ut pignus
auferas. Ac eſt ratio manifeſta, quare vide-
licet privatis non permittatur, quod per
magiſtratum publicè fieri convenit, ne præ-
beatur

beatur occaſio majoris tumultus & turbæ
l. non eſt ſingulis 176. ff. de reg jur. l. pen. de ſicar.
cur enim pateretur prætor, ad arma venire
partes, quas ſua juriſdictione cõpeſcere po-
teſt? *l. ſi cuius 13. §. æquiſſimũ. 3. de uſuf. l. fin. de*
offic. proc. Caſ. l. illicitas. 6 §. ne potentiores. de offic.
12 *præſ.* Hinc eſt, quòd nemini conceditur, ſibi-
ipſi jus dicere. *l. 1 §. 1. ff quorũ legat. l. 1. C. ne quis*
in ſua cauſa. l. ſi quis in tantã. 7. C. unde vi l. nullus
C. de Iud. cit. 14 & l. generali. 54. ubi notat Bart. C.
de decurionib. lib. 10. Additur in definitione: in
judicio ordinario vel ſumario, quia, etiamſi
in ordinario judicio, pòſt oblatum libellũ &
præſtitum juramentum calumniæ, item pòſt
litem conteſtatã, & factas apertasq; proba-
tiones, item pòſt allegationes & diſputatio-
nes in jure propoſitas, ac cũ ab utraq; parte
concluſum in cauſa, judex ferat ſententiam
definitivã, condemnando reum, vel ad red-
dendum, quod debetur, vel ad reſtituendũ
rem ſuam victori; tamen ne hoc quidẽ caſu
ita temerari⁹ debet eſſe victor, ut ſibi ſumat
licentiam executionis, in vadendo vel occu-
pando rem ſibi adjudicatã, vel aliud ejus no-
mine, quod petebatur: niſi talis poteſtas
exequendi per judicẽ ipſi ſpecialiter attri-
buatur, ſecundũ Alex. *in l. juſtè poſſidet. 11. n. 28.*
ibidemq; Bart. & alios Dd. de acquir. poſſ. Bald. in l.
ſi finita 13. § Iulian. n. 21. de dam. infecto argum.
l. is cui 5. § miſſus. ibi. per viatorẽ. aut officialẽ præ-
fecti, vel per magiſtratum introducendus eſt in poſ-
ſeſſionem, ut in poſſeſ. legat. & addit Bart. *d. §. Iu-*
lianus n. 21. in fine. Caveat, inquit, pars, ne in-
tret in bonorum poſſeſsionem adverſarii, ſi-
ne executore, vel ſine authoritate judicis,
aliàs enim perdet jus ſuum. *Bartolus ubi ſupra.*
13 Quin & criminaliter accuſari poteſt ad
pœnam legis Juliæ de vi privata, quæ eſt pu-
blicatio tertiæ partis bonorũ, cum infamia.
l. ſi de poſſeſſione 4. C. unde vi juncta l. 1. in princ. &
l. f ff. ad l Iul. de vi priva. quem & furti vel vi
bonorũ raptorum actione convenire licet. *l.*
miles 6. §. qui judicati ff. de re judic. Unde alibi
Paulus J C. ſcriptum reliquit; ſi tibi Stichum
ex ſtipulatione debeam, nec tradã, & tu na-
ctus fueris poſſeſsionẽ, prædo es. *l. ſi ex ſtipu-*
latione. 5. l fundi 33. de acquir poſſ. l. cum qui 14 §.
1. de furt. l. 1. in princ quorum leg cum l nec ex vera.
9 C. de acq. poſſ. ac ſequitur Molinæ⁹ *in conſuet.*
Pariſ tit. 2 gl. 1. verb areſt oubrandon n. 13. concor-
dat rubrũ & nigrũ *C. ut non liceat ſigna impon. a-*
lie. reb ſine lic. l. pignoris. 11. C de pignor. actio. & l.
dotis. 9. C. ſolut. matrim. l. 1. cũ l. 2. C ut nemo privat⁹
titulos præd. ſuis vel alie. impo. vel vela reg. ſuſp. ac
facit l. creditores. 3 in 2. membro verſ attamen au-
thoritate judicis ingredi debent. C. de pignor. Ac, q
quis privata authoritate, ſine licentia judicis
non poſſit ipſemet exequi rem judicatã, in-
grediendo poſſeſsionẽ bonorũ condemna-
ti, imò quòd præhabita etiam licentia jus di-
centis, tamen nõ debeat invadere poſſeſsio-
nẽ rerũ victi, ſi invenerit reſiſtentẽ, hæc ſen-
tentia cõmuni Dd. calculo approbatur, *ſecun-*
dũ Iaſ. in d. l. juſte 11. n. 13. Verùm ea de jure Sax 14
quo in his terris utimur, pauló aliter, quò ad *Differ jur.*
pœnã, ſe habent. Siquidem n. quis ita ſit te- *Civil &*
merarius, ut rerum etiam propriarum, penes *Sax 13.*
adverſariũ tunc exiſtentium, poſſeſsionẽ in- *lib. 3. in*
vadat ſine licentia judicis, & ſine legitimis *Zob 15.*
viis ad executionem præſcriptis, is cogitur *par 4. n.*
vel adverſario rei invaſæ poſſeſsionem reſti- *4. & 5.*
tuere, tàm diu, donec judicialiter cognoſca-
tur de cauſa, vel illam reſignare in manus ju-
dicis, & expectare executionẽ in bona con-
demnati, fiendam, ſive per ipſum magiſtra-
tũ, ſive per ejus officiales, & ulteriùs, pro illa
inconſulta & temeraria invaſione poſſeſsio-
nis alienæ, emendã, 30. videl. ſolidorum, ſicut
pro aliaqualibet injuria, parti & inſuper mul-
ctam, judici præſtare cogitur. *Ita eſt textus*
Landr. *lib. 3 art. 43. in illis verbis*: Er muß es mit
wette vñ buſſe jenem wieder geben. vel, prout La-
tinus textus habet, cõ mulcta & emenda di-
mittere rem compellitur *juncta gl. 1. n. 4 verſ.*
Dieſer gewalt iſt zweyerley/ ubi habetur: Wann
einer vor ſich ſelbſt ohne Gerichte/oder auſſerhal-
ben rechtlicher wege vnd maſſe / ſich ſeines Gutes
gegen dem Inhaber vnterwindet / der gibt / nach
vnſerm Rechten/allein wette vñ buſſe/ vor den ge-
übten frevel / vnd muß jenem widerumb das Gut
in ſeine gewehr folgen laſſen/biß ſo lange ihme die-
ſelbe mit Recht gebrochẽ/hoc eſt, er derſelbẽ recht-
licher weiſe entſetzt wird. Ad idem eſt textus *in*
art 24 lib 2 in princ ubi dicitur: Man ſoll nie-
mand aus ſeinen gewehren weiſen/ob er gleich mit
vnrecht darein komen were. Et concordat in hoc
cum § cõmodum Inſt. de interd. l 1. & l. ſi quis ad ſe
fundũ. 7. C. ad l. Iul. de vi publ. l. 1. § qui autem ff. de
vi & vi armata. Quod ſi vis forte vel rapina,
circa invaſionem alieni prædii, ſive urbani,
ſive ruſtici, etiam de rebus mobilibus, aut
forſitan, in ſolis etiam mobilibus, alicui illata
fuerit, res ita ablatas violentus, de jure Saxo-
nico, cum emenda reſtituere cogitur parti
vim paſſæ: ſin verò nequeat reſtituere, vel nu-
merum aut quantitatem rerum amiſſarũ ne-
get, creditur ſoli taxationi partis læſæ & ſe-
cundùm eã invaſor ipſi invaſo ſatisfacere co-
gitur; niſi violentus valorem rerum præten-
ſum minuere paratus ſit cum ſuo juramento,
per textum clarum Landr. *lib. 2. art. 47* ubi
dicitur: Wer dem andern ſchtes des ſeinen nim-
met mit gewalt/oder ohne ſein wiſſen es ſey wenig
oder viel/das ſoll er ihme wieder geben mit Buſſe /
oder ſchweren / daß er es ihme nicht wieder geben
möge/vff welchen fall ſie der Gewaltthäter vorgel-
ten ſoll/nach den Würden/als ſie jener achtet/der
die Gabe verloren hat/ Jener vorminderé denn die

Wirderung mit ſeinem Eyde. ac concordat textus *art. 52. eo lib. 3. in fine* Etſi verò Zobelius in ſuis additionibus *ad d. art. 47. litera B.* innuat, juramentum, de quo ibi, eſſe juramentũ in litem, & in eo jus noſtrum provinciale concordare cũ jure cõmuni *ff & C. de in litem jur.* cum contra doloſum vel violentum cõmittentem maleficium, rerum amiſſarum etiam de jure civili, quantitas vel æſtimatio, item damna ac intereſſe probentur juramento, *ſecundum gl. ſ. fin. verbo; probate:* ubi Arentinus & Faber notant. *Inſt. de verb. oblig.* ac ſequitur *gl. c dilecti. verbo cũ juſtis.* ubi Canoniſtæ omnes, *extra de foró compet. c. fin. verb. per teſtes. ibi: intereſſe, quod ſurgit ex maleficio probatur per jujurandũ. extra quod metus cauſa*, ubi Ioan. de Imola refert: hanc ſententiã cõmunẽ eſſe. Idemq; firmat Alexand. *conſ. 103. n. 11. in fine vol. 1.* Sufficit enim pòſt probatam violentiã concurrere ibi duo requiſita dolum videl. rei, qui in maleficiis ſemper præſumitur, & difficultatem probationis circa damna, *Bart. in l. in actionibus n. 22.* ubi etiam Andreas de Pomate in apoſtillis ſuis. *verſ. omnes.* teſtatur, quòd iſta ſit cõmunis opinio: tamen, quia in modo procedendi circa hæc duo juramenta diverſitas eſt, ex quo de jure cõmuni damnum vel intereſſe, in vi ablativa, ab initio per partem æſtimatur ad definitam aliquam quantitatem, & ſubſequitur deinceps moderatio judicis, & ſuper illa quantitate, ita per judicem modificata, damnum paſſus demũ juramentum præſtat, non minus ſua intereſſe, quàm prout judex illud taxaverit *l. properandum 13. ſ. ſin autem 3. (cum l. ſancimus. 15.) C. de judic. ſ. oportet autem. auth. de judicibus colla. 6. l. ſi quando. 9. C. unde vi.* Quod non eſt de jure Saxonico, ubi ſuper quantitate damni vel intereſſe, creditur ſoli aſſertioni partis invaſæ, abſq; omni juramento, vel alia liquidatione: niſi violentus, mediante juramento, minuat prætenſam actoris quantitatem, per ſuperiùs allegatos textus. *Quod & Ioan. Schneid. firmat in ſ. ex maleficiis. n. 19. Inſtit. de action. poſt gl. d. art. 47. verb.* nach den Wirden *lib. 3.* Landr. Ideoq; rectiùs illud juramentum juris Saxonici, jusjurandum minorationis vel minutionis appellatur. *Harmannus Piſtoris in ſuis quæſt. reſp. 16. parte 1. num. 1.*

Cur autem ultrà emendam parti debitã, incurrat violentus invaſor etiam mulctã judicis, in promptu ratio eſt, quòd violat & turbat ſimul etiam juriſdictionẽ jus dicentis in loco, exequendo privatim, & motu proprio, quod ad judicis poteſtatem ſpectabat *l. ſi quæ in tantam. 7. C. unde vi, juncta l. privatorum. 2. C. de jurisd. om. jud. ac facit. l. 1. C. ut nemini lic. ſine auto. jud. l. nullius. 14. C. de Iudæ. cum ſimilibus.*

Et aliàs habetur vulgata juris Saxonici regu- 16
la: ubicunq; parti ex delicto adverſarii debe-
tur emenda, in omnib. iis caſibus, judex adi-
tus, vult, etiam mulctare delinquentem po-
teſt, Landrecht. *lib. 1. art. 53. ſ. Et in omnibus aliis.*
ibi: quandocunq; parti ex adverſarii delicto emenda
vel ſatisfactio acquiritur, tum & mulctam ſuam,
hoc eſt, pœnam pecuniariam judex urgere poteſt. &
lib. 3. art. 32. ſ. in quocunq; judicialiter. & lib. 3.
art. 45. ſ. illegitimorũ. Quod & probatur Land-
recht. *art. 86. eo. lib. 3. in princ.* quo in loco di-
citur: qui fines vicini agri fodiendo vel aran-
do diminuit, ſicut tenetur ad emendam ſol-
vendam parti: ita & ad mulctam præſtandã
jus dicenti, & in terminis propoſiti noſtri,
Saxo art. 43. in princ. lib. 3. cum his verbis: Was
ſich ein Mann mit vnrechter Gewalt vnterwin-
det/ Er muß es mit wette vnd buſſe jenem wider
geben/ hoc eſt, Qui violenter & præter jus oc-
cupat aliena bona, condemnandus eſt ad eo-
rum reſtitutionem, unà cum emenda actori
præſtanda, & mulcta ſolvenda judici, ac con-
cordat *art. 47. juncto art. 32 ſ. fin eod. lib. 3.* Sicut
enim emenda vel ſatisfactio injuriæ concer-
nit partem actricem: (ab emendando vide-
licet: Dicunt enim homines, emenda vel 17
compenſa mihi acceptum damnũ, vel præſta
ejus æſtimationem. *Bart. in l. un. n. 8. C. de ſen-*
tent. quæ pro eo quod intereſt, profertur.) ita mul-
cta concernit perſonam judicis, Landr. *lib. 3.*
art. 53. verſ. judex enim: licet hæc duo vocabu-
la crebrò confuſim accipiantur, unũ ꝓ alio ſi-
cut etiã teſtatur Chaſſon. *in conſuetud. Burg. rubr.*
1. §. 7. verb. lamende. n. 1. quòd emenda dicatur
pœna pecuniaria fiſco applicanda, & tales
emendæ, mulctæ vel pœnæ dicuntur fructus
juriſdictionis, allegat *Bart. in l. f. ff. ſol. matrim.*
& Bald. in l. 1. C. de fruct. & lit. expenſ. [& proin-
de earum compendium ejus eſſe magiſtrat⁹,
cui juriſdictio & maxime imperium mixtum
competit.] Quod autem ad quantitatem 19
mulctæ attinet, etſi videantur hac de quæ-
ſtione leges Saxonicæ diverſimodè loqui: ta-
men, quia verſamur circa propoſitum in caſu
violentiæ ſaltẽ privatæ, illatæ videlicet rebus
adverſarii, non expectata, juſſione magiſtra-
tus, placet mihi, quod tradit Regulus noſter,
in ſua pract. Saxonica *cap. 138. n. 2. 5. 8. & 11.* ta-
lẽ invaſorẽ puniri, vel mulctari per judicẽ ſu-
periore juriſdictione munitum in 60. ſolidis.
Regulus ubi ſuprà. ac facit textus Landrecht. *lib. 3.*
art. 64. in ſ. ſexaginta & ſ. Palansgravii, ubi tra-
ditur: ſexaginta ſolidorum eſſe mulctam, quam à de-
linquentib. exigere debent comites, vel advocati, qui
cum banno, hoc eſt, cum jure meri mixtiq; imperii, &
ſimplicis juriſdictionis, aut, ut alias loquuntur,
cum jure gladii, & ſuperioris juriſdictionis inve-
ſtiti ſunt de aliquo caſtro per ſuos ſuperiores, ac

ſequitur

ſequitur gloſſa. verbo. Sechzigt. *d. ar. 64. cum*
gloſſa Landrecht.*lib.1. art. 59. verbo.* Bey Königes
bann. *num. 4. per textum lib. 2. ar. 61. §. qui feras*
in illis locis occidit, ſolvit bannum regium, hoc eſt,
60. ſolidos, nomine mulctæ, ibidemq; gloſſa num.4.
20 *verbo.* Doch ſind drey Heyden. Bannum enim
ibi ſignificat ſupremam juriſdictionem, ha-
bitam videlicet à Rege, *de quo eſt gloſſa verbo.*
Auſſer Königs bann *lib.2 art. 12. & ſimilis gloſſa*
Weichb. *ar. 10. & gl. verbo.* Sechzigt *d. ar. 64.*
num. 30. ac notat additio marginalis, ad gloſ-
ſam *1. articuli 63. in princ. eod. lib. 3.* ubi habetur:
quòd omnes habentes merum & mixtum im-
perium, pro criminalibus delictis, civiliter
tamen motis, exigunt mulctæ nomine ſexa-
ginta ſolidos, & iſtud vocat jus Saxonicum,
21 Das höchſte gewette. Quod procedit etiam in
atrocibus injuriis, pro quibus ſi deferatur que-
rela ad habentes merum imperium, ipſi quo-
que poſſunt mulctare injuriantem in 60. ſo-
lidis, ultrà videlicet illam pœnam 30. ſolido-
rum, quæ parti debetur pro injuriis, maximè
civiliter motis, niſi judex loci, & imprimis
regia manus, ex longinqua conſuetudine
majorem vel arbitrariam mulctam præſcri-
pſiſſet, prout poteſt *c. auditis. extra de præſcrip.*
quo caſu pronunciatur, quòd ultrà emendam
parti debitam, jus dicens poſſit illum pro ar-
bitrio pecuniariè, ſecundum tamen vires ſui
patrimonii, punire. Licet autem Zobelius in-
nuat, pro aliis levioribus delictis, prout ſunt
verbales injuriæ, non infeudati de mero &
mixto imperio, ſed tantùm cum ſimplici ju-
riſdictione, judicis mulctam, ex vi Saxonici
juris, eſſe æqualem, cum emenda, quam ſol-
vat injuriator parti, puta regulariter 30. ſoli-
dorum. *Zobelius in d. addit. lit. B. ad ar. 45. lib. 3.*
in illis verbis. Dreißig ſchilling gibet man einem
jeden vor ſeine injurien, vnnd dem Richter ſein
gewette/ das ſeind auch dreißig ſchillinge: tamen
fuit in hoc forſan erratum per typographum,
Dieweil man vor gemeine brüche dem Erbrich-
ter zu Weichbilde nicht mehr/ denn acht ſchillin-
ge/ zu Landrecht aber drey ſchilling zu gewette ge-
geben. Et ad hunc modum pronunciarunt
veteres, ſicut videre eſt in deciſionibus Lip-
ſenſibus, quæ habentur adjunctæ Landrecht
ſub tit. von wette vnd Buſſe/ *mihi fol. 556.* & no-
tat apoſtillator ad marginem *li. 1. ar. 68. num.*
3. litera B. ubi adjicit: iſtud ita practicari. Fa-
tetur tamen Zobelius ubi ſupra, quòd textus
ad hoc allegati loquantur in mulcta debita
ſculteris, die man Bauermeiſter genennet hat.
Landr. *lib. 3. ar. 85. in princ. & ar. 64. in fine, &*
lib. 2. ar. 13. §. geſchiehe aber/ *junctis notatis in ar.*
2. lib. 2. Quod officium ſicut hodiè in noſtris
provinciis receſſit ab uſu, ita mulcta etiam
aliquantò magis aggravata fuit, adeò, ut ma-
ximè in his Thuringæ partibus judici hære-
ditario, dem Erbrichter/ qui tantùm ſimplici
juriſdictione munitus eſt, pronuncietur regu-
lariter mulcta 30. ſolidorum, quos ei violen-
tus exolvere cogitur, cum eo ipſo violetur
juriſdictio iſtiuſmodi judicis, ipſique infera-
tur injuria, quòd privatus intendit juriſdi-
ctionem, pedaneo judici competentem, uſur-
pare. Quo de latiùs in ſecunda parte hujus o-
peris *cap. 1. num. 134. cum ſeqq.* Verum, ut ad
materiam, unde digreſſi ſumus, revertamur,
ſciendum eſt, quod de prohibita executione
privata rerum judicatarum retulimus, illud
idem concludendum eſſe ſuper proceſſibus
executivis, proditis ex vi ſtatuti, vel conven-
tionis reciprocæ inter partes, ne videlicet
creditor nimis properet invadere alienam
poſſeſſionem propria authoritate, non adito,
neque ſalutato judice. *l. creditores. 3 num. 2.*
verſic. 1. C. de pig. Etſi namque libellus & ſo-
lennitates judiciariæ, in ordinariis proceſſi-
bus ſervari ſolitæ, & deſcriptæ *in auth. offeratur* 22
C. de litis conteſt. ita præciſe non requirantur,
cùm in notoriis, prout ſunt caſus, qui habent
privilegium paratæ executionis, ordo juris
ſit, ordinem juris non ſervare, ſecundum Fe-
linum *in c. 1. num. 7. extra de libelli obl. per c. ad*
noſtram 3. extra de jurejur. tamen ad minimum, 23
loco libelli, qualis qualis petitio judici pro-
ponenda eſt, ut inde ei conſtet, quid petat
actor, & quale ſibi auxilium vel officium
contra reum communicari poſtulet: item
requiruntur probationes ſaltem ſummariæ,
per ea, quæ tradit Salic: *in d. l. creditores. 3. num.*
30. in f. & Bart. in extravag. ad reprimendum. verb.
& figura num. 8. & verb. ſummariè. num. 7. ac Pe-
trus de Anchora in clem. ſæpè num. 37. de verb. ſi-
gnif. Quod & uſus probat, ſicut de eo circà re-
quiſita hujus proceſſus in tertia parte operis
latiùs agendum veniet *c. 1. junctis notatis in cap.*
5. ibidem per totum.

Adjicitur etiam in definitione: quòd per
remedium executionis intendit creditor re-
cuperare id, quod ſibi quoquo modo debe-
tur, vel rem ſuam. Ut ſciatur, executionem 24
proditam eſſe, non tantùm ei, qui perſonali,
ſed etiam, qui reali actione munitus eſt, *per l.*
creditores. 10. & ibi Rebuffus & l. creditorum 11.
de verb. ſignif. cum credendi appellatio gene-
ralis ſit, *l. 1. ſi cert. pet. l. pecuniæ 2. §. actionis ver-*
bum. de verb. ſignif. l. is cui. 42. §. fin. de act. &
oblig. Ac, ſi opponatur, ſæpè inſtitui actionem
adverſus illum, qui nudus eſt, & nihil in bo-
nis habet *l. nam is nullam. 6. de dolo*, unde ina-
nis eſt executio: cum non entis, nullæ ſint
qualitates, vel accidentia, [& privatio præ-
ſupponat habitum] *l. eius qui in provincia. 41 ſi*
cert. per l. decem. 116. & ibi Alex. de verb. oblig.

25 Reſpondeo: ne hoc quidem caſu ceſſare exe-
cutionem, quæ ſiquidem in bona condemna-
ti fieri non poteſt, devenitur ad detentionem
perſonæ. *gl in l. 3 §. tutores, qui repertorium, in
verb. vinculu. de ſuſp. tuto. ſacit l. ob fœnus. 49. in
finalibus verbis, ibi, ſi non idoneus ad reſarciendum
damnum eſt, extra ordinem coërcebitur. de admi-
niſt. tut. & tradunt Bart & omnes Dd. in l. 1. &
l. fin. C. qui bon. ced. poſ.* Hic enim obtinet il-
lud vulgarum: quòd, qui non habet in ære,
luat in corpore. *l. fin. in fi. ff. de in ius voc. l. 1. §.
generaliter. de pœnis l. illicitas 6. §. fin. de offic. præſ.
l. ſi quis id quod 7 §. in ſervos. 3. de juriſd. om. jud.
l. quicunq. 4. §. quod ſi. C. de ſervis fugit. & l fin.
in fi. C de ſepul. viol.* Quod vel maximè obti-
net de jure Saxonico, *per tex.* Landrecht *libr. 3.
ar. 39. &* Weichbild *art. 27. & utrobiq. gloſſa de
quo latè in cap. 6. huius partis num. 114. cum ſeqq.*
Germani executionis vocabulum exprimunt
26 verbo valdè ſignificante & proprio, habito
videlicet reſpectu ad effectum ejus, ac vocant
Hülffe/ quia eſt extremum auxilium litigato-
ris, quo conſulitur victori, ne deinceps coga-
tur diutius in judicio contendere, *arg l. termi-
natio. 3. in fi. C de fruct. & lit. expenſis. l. ſi quis jusju-
randum. 11. C. de reb. cred l 2. C. de exec. rei judic. l.*
27 *ſi ſe non obtulit 4. §. fin. ff. de re jud. cum ſimilib.* A-
liqui id genus executionis vocant, manuum
injectionem, qua videlicet mediante, ſiſtimus
& invadimus, ſive res debitoris principaliter
petitas, ſive alias, loco debiti, in quo quis
nobis eſt obligatus, ſive etiam perſonam
rei, manum quaſi in illas injiciendo, ad eum
videlicet finem, ut creditori res ſua, vel, quod
ipſi debetur, citiùs reſtituatur, *Tiraquellus de
retractu convent §. 26. gl. 3. num. 24.* Et in hoc
ſignificato uſurpat vocabulum manus inje-
ctionis, etiam Molinæus *in ſuis conſuet. Pariſ.
tit. 2. gl. 1. verb. Areſt ou brandon. §. 52. num. 83 84.*
28 *85. & 108,* de manu videlicet & poteſtate re-
gia, puta, quando creditor inducitur in poſ-
ſeſſionem bonorum debitoris, ad mandatum,
& cum authoritate judicis, abſque alio pro-
ceſſu *Molin. ubi ſupra. ac facit l. qui reſtituere 68.*
29 *ff. de rei vindicat.* ubi dicitur; condemnato ad
reſtituendum, ſi non reſtituat, poſſeſſionem
auferendam & victori applicandam eſſe ma-
nu militari, hoc eſt, per familiam & miniſte-
riales judicis, quos aliquando nuncios, item
officiales & viatores *l. is cui. 5. §. miſſus. 27. ff. ut
in poſſeſſ leg ſer. cauſſa eſſe lic.* aliquando execu-
tores, ſæpè etiam apparitores vocamus, *l. exe-
cutorem 8. C de execut. rei jud. juncta l. apparitores*
30 *2 C de offic. magiſt. milit.* Quo caſu inductus in
poſſeſſionem habet tuitionem prætoris, ne
qua vis ei inferatur *l. 1 ff. ne vis fiat ei qui in poſſ.
miſſ.* nos in noſtra vernacula lingua manus
injectionem propriiſſimè reddimus per vo-
cabulum Hand anlegen. Nec deſunt, qui iſtud 31
genus executionũ etiã detentiones itẽ reten-
tiones nominẽt, à detinendo vel retinẽdo, eò
quod per hæc media, ex juſta videl. cauſa, deti-
neantur res vel perſonæ debitorum, ea nimi-
rum intentione, quò faciliùs extorqueatur
ſolutio pecuniæ, vel rei nobis debitæ. Et in
hac ſignificatione utitur vocabulo detentio-
nis Imperator Gordianus *in l quanquam 15. C.
de excuſat. tutor.* cum detentum in tutela, no-
minat eum, cui per præceptum judicis man-
datum eſt, ne tutelam deſerat, aut ab ea diſce-
dat. & Baldus *in l. quicunq. 4 num. 19. in illis verb.
quid ſi malit detinere hominem, donec ſolvat C. de
ſervis fugit: ac facit l. 3. §. ſi quis eum retineat &
§. & generaliter, qui juſtam cauſam habet hominis
liberi apud ſe retinendi. juncto verſ. ſi quis volentem
retineat. ff de lib. hom. exhib.* Sic, qui mittitur in
poſſeſſionem rerum debitoris à judice *l. Fulci-
nius 7. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.* item depo-
ſitarius, & commodatarius, dicuntur res a-
pud ipſos depoſitas vel iiſdem commodatas
tenere, *l. officium 9. de rei vindic. l. 3 § fin. de acquir.
poſſ l. cum legatorum 12. ex quibus cauſ. in poſſ. ea-
tur.* Nos in noſtro patrio ſermone reddimus 32
vocabulum detentionis per verbum, An und
auffhalten. Alii illas rerum alienarum occu-
pationes, vel invaſiones, etiam prehenſiones
nominant, *Pyrrhus in conſuet. Aurel. tit. de execut.
inſtru. cap. 8. Card. in clem. 1. de hæreticis. Molin. ad
conſuet. Pariſ. tit. 2. gl. 1. verb. Areſt ou brandon.
num. 3. & ſeqq. & Lagus in ſua methodo juris par. 5.
cap. 32. de execut. rei judic. num. 13.* Et dicuntur
ab apprehendendo, quòd quaſi manu pre-
hendamus poſſeſſionem rerum alienarum, *ar-
gumento l. cum hæredes. 23. ibi. niſi poſſeſſio natura-
liter apprehenſa ſit & l. 1. ibi: qui primùm poſſeſſio-
nem eorum apprehenderint, de acquir. poſſ.* vulgò
vocamus Angriff. Quod genus occupationum
ſi contingat in rebus debitoris, indiſtinctè vo- 33
camus tales manus injectiones, detentiones,
item prehenſiones, ſi verò in perſonam hæc
executio fiat, vocamus proprie capturam per-
ſonæ *l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem 16 ff. de his quæ
in fraud. cred. l. generali 54 C. de decurio lib. X.* Alii 34
iſtud genus manus injectionum vocant are-
ſta, item impedimenta & interdicta, eò, quòd
impeditur & quodammodo interdicitur de-
bitori uſus rei ſuæ, ne eam ex loco areſti trans-
ferre liceat: item, ſi areſtum in perſonam fa-
ctum ſit, ne ipſemet loco moveat pedem. *Mo-
linæus in conſuetud. Pariſ. tit. 2. gl. 1. verbo 2. areſt.
num. 1.* Quamvis autem vox areſti à Gallis ac- 35
cepta ſit: tamen in Germania ea nihil fre-
quentiùs, ubi hoc vocabulum areſti accipi-
mus, pro eo quod aliàs vocamus ſequeſtra-
tionem, ex quo in noſtra vernacula lingua
non habemus aliud, quo exprimamus pro-
prietatem

Differ. jur. Civ. & Sax. 64 lib. 2. part 4. Zobel. part. 3. diff.

ſer. 44. num. 8. prietatem verbi ſequeſtrationis, niſi quòd apud Saxones in his provinciis areſta, item areſtare, appellamus, Kommer/ item kümmeren. In hac etiam ſignificatione accipiunt vocabulum areſti, pro ſequeſtratione videlicet, propriè ita dicta, *Schurffius conſ. 15. in princ. & per totum. item conſ. 27. num. 6. per totum. centur. 3. Henningus Godenus conſ. de ſequeſtra, quod eſt in ordine conſ. 146. num. 22 & 23. Minſingerus conſ. 66. decade 7. num. 14. & multi alii.* In quibus autem conveniant vel diſcrepent remedia executiva hactenùs nominata, hujus loci non eſt enumerare, ſed in ſequentibus ordine explicabimus.

Diviſio. Eſt autem duplex manuum injectio, una continet executionem publicam, quando
36 videlicet judex pòſt ſententiam, quæ tranſi-
37 vit in rem judicatam, vel pòſt exhibitionem inſtrumenti executivi, requiſitus pro executione, mandat nuntiis, vel miniſterialibus ſuis, ut victurem vel petitorem immittant in poſſeſſionem rerum debitoris, quæ in vim judicati, vel inſtrumenti executivi, pignori capiuntur, *de quo loquitur l. 1. & totus titulus C. de execut. rei judic. & l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ubi etiam deſcribitur ordo & forma executionis fiendæ. ff. de re judic. Pyrrhus in ſuis conſuet. Aurel. tit. de executio. inſtrum. cap. 13. Bald. in l. 2. n. 2. & l. etiam. 5. nu. 2. C. de execut. rei jud. & l. credi-*
38 *tores. 3. in fin. C. de pignor.* Hinc eſt, quòd Salicetus definit, executionem eſſe immiſſionem
39 creditoris in bona debitoris. *Salic. in auth. & qui jurat. num. 20. C. de bon. auth. jud. poſſ.* Alia dicitur executio privata, quando videlicet creditor manum injicit in rem, vel perſonam debitoris, ex juſta aliqua & legitima cauſa, ſiſtendo quaſi, & detinendo eas privata autoritate, de qua propriè loquitur *d. l. credito-*
40 *res. 3. in princ. C. de pign.* Et hoc alibi Juriſconſulti vocant, per viam facti procedere, quod regulariter eſt inhibitum. *l. 1. in princ. verſ ne quid autem ff. de vi & vi arm. l. creditores quæ eſt l. penult. ff. ad l. Iul. de vi priv. l. quemadmodum. 29. §. ſi protectum. 1. ad l. Aquiliam l. extat 13. quod metus cauſa:* item, levato velo procedere. *Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 2. gl. 1. verb. areſt. eubrandon. num. 5. & facit l. de ſubmerſis. 5. ibi: levato velo de navibus ſubmerſis cognoſcatur. C. de naufr. lib. XI. Ferrar. in ſua practica in forma libelli ſuper actione reali. verb. ſummariè. num. 14. Marauta in ſuo ſpeculo de ord. judic. parte 4. diſt. 8. num. 7.*
Velum enim, ſecundum Molinæum, dicitur 41
ſignum regium, vel poteſtas regia, de qua *in l. 2. in princ. ibi:* ſine certa lege omnia manu à regibus, hoc eſt, arbitrio regum, ſine certo vel præſcripto jure, gubernabantur, *ff. de origine juris.* Ex quo patet, jam olim executionem ſoli Principi fuiſſe reſervatam, & privatis regulariter interdictam. *Molin. in loco proximè citato. numero 3.* Hodiè autem ex cauſis, 42
à lege approbatis, puta conventionis inter partes, vel ſimilibus, permittitur etiam privato manus injectio, prout videre eſt *in l. ſed ſi hac 10. §. proſtituta. ff. de in jus voc. ubi quis ita vendebat ancillam, ut, ſi contingeret ipſam proſtitui, foret libera, reſervata ſcilicet manus injectione venditori, id eſt, ſubjecto conventioni pacto, quòd liceret venditori, in eventum proſtitutionis, illam ſervam propria authoritate ad ſe retrahere. concordat l. Titius. 9. in princ ibi: ea lege, ut ſi Romæ moratur, liceret manum injicere. & paulò pòſt: quæro, an ſit manus injectio. de ſerv. expor. l. 1. & 2. ibi: ſi, ut manus injectionem haberes, caviſti tibi, eo jure uti potes. C. ſi ſervus expor. ven. l. generali. 54. ibi: ſi præſidis copia deſit, manus injectione conceſſa, ſciat ipſum ad examen cognitoris deducendum. C. de decurion. lib X.* His ita præmiſſis, ne ſermone effu- 43
ſo & nimis generali utendo, in promptum incidamus periculum. *l. fin. in fin. C. de totis promiſſ. l. cum in lege 33. de contrab. empt. l. qui libertatis 60. §. 1. ff. de evictio:* cùm ſcire ſit, rem per 44
cauſas cognoſcere, *pro ut pòſt Ariſtotelem refert Archidiaconus, in c. in domo de pœniten. diſt. 8 quem ſequitur Alex in l. I. num. 24. ff ſi cert. pet. & Berom conſil. 68. num 86 vol. 1. allegando textum & gl. in l. 2. §. idem Labeo ait, cum quæritur, de aqua pluv. arc.* Idcò operæ pretium facturus videor, ſi 45
cauſas manuum injectionis paucis ſubjiciam, ut ita ex cauſarum cognitione pleniorem cauſati, hoc eſt, proceſſuum executivorum, de quibus tractamus, cognitionem deduci lector poſſit, argumento eorum, quæ tradit Socinus *conſ. 156 num. 19. vol. 2. per c. ſtudeat. diſt. 50. & c. fin. extra de jurejurando.*

SUMMARIUM
CAP. I.

1. *Efficiens cauſa manus injectionum generalis, eſt lex tribuens judicatis paratam executionem creditori.*
2. *Iuriſdictio abſq; executione nullius momenti.*
3. *Proceſſus ab executione regulariter non inchoandus.*
4. *Cauſa ſpecifica executionis in tertiis quibuſdam caſibus ibidem enumeratis.*
5. *Manus injectionis cauſa in criminalibus, eſt maleficium delinquentis, de quo ſaltem conſtat ſummariè.*

6. Proca-

6. Procatarctica cauſa detentionum eſt mora rei, item inſtantia creditorũ.

7. Inſtrumentalis cauſa detentionum quæ ſit.

8. Materialis cauſa, vel ſubjectum executionis ſunt, bona vel perſona debitoris.

9. Formalis cauſa eſt miſſio vel judicis inductio.

10. Finalis cauſa paratarum executionum eſt facilior litis exitus, & ſumptuum imminutio.

11. Litis eventus incertus.

12. Negatione fit res dubia.

13. Tempus oportunum eſt omnium rerum primum.

14. Iter expeditum habens non debet impeditum ingredi.

15. Securior ſemita ſequenda.

16. Poſſeſſioni incumbere magnum eſt lucrum.

17. Diviſio totius operis in quatuor partes.

CAPUT PRIMUM
DE CAUSIS MANUS INIECTIONUM.

1 CAuſa itaque efficiens executionum ge eralis, licet poſſit dici ipſa lex, quæ in genere munit & armat judicem illo clypeo juriſdictionis, & in conſequentiam, etiam executionis faciendæ in res vel in perſunam debitoris: cum jurisdictio 2 absque executione nullius ſit momenti. *l. 2. §. poſt originem ff. de orig. juris. l. fin. in fine de offic. eius cui mand. eſt jurisd. l. 2. de jurisd. om. jud. §. ſi verò etiam. auth. de exhib. reis. collat. 5.* tamen, quia re3 gulariter proceſſus ab executione non eſt inchoandus, *l. 1. C. de exec. rei jud. l. negantes 9. C de oblig & act. l. un. C. de prohib. pec. ſequeſtr.* magis propinqua & ſpecifica cauſa oritur ex legibꝰ ſpecialibus, quæ certis quibusdam caſibus appropriant executionem paratam, ſicut fit pro 4 ſententiis, quæ tranſiverunt in rem judicatam. *l. 1. l. pòſt rem judicatam. 56. & l. 4. §. ſi quis condemnatus. & §. condemnatum. & l. à Divo Pio. 15. de re judic. l. quo ad conſultationem extra eod. ti. & l. fin. C. de uſuris rei. judic.* item pro debitis confeſſionatis. *l. un. C. de confeſſ. l. 1. & l. certum. 6. ff. eod.* item pro pacto executivo ex vi contractus inito inter creditorem & debitorem. *l. creditores. 3. C. de pignor.* vel ex clauſula ultimæ voluntatis executiva. *Bartol. in d. l. creditores. num. 9.* cùm bonum ſit argumentum à contractu ad ultimam voluntatem. [Si ſubſit eadem ratio.] *arg. l. ſervum filii. 44. §. eum qui. 5. ff. de leg. 1. & facit l. Lucius. 12. de alim & cibar. leg. cum l. Titia cum teſtamento. 34. §. 1. de leg. 1.* vel ex ſtatuto *Albericus in d. l. creditores. 3. num. 1. in fine pòſt Cynum ibi. & Craveta conſ. 4. num. 13 parte. 1. ſequitur Menochius de adipiſ. poſſeſſ. remed. 5. num. 69.* vel ex conſuetudine. *Boerius in ſuis conſuet. Bituric. tit. 1. §. 13. ac ante eum Panorm. conſ. 43. num. 2. vol. 2 per ea quæ tradunt Dd. in l. de quib. 32. ff de legibus.* vel ex privilegio. *Rebuffus ad conſtit. regias. de literis obligat. ar. 6. gl. 3. num. 40. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 2. gl. verb. areſt. oubrandon. num. 3.* & nos de ſingulis cauſis paulò pòſt particulariter agemus. Et hæc de cauſa efficiente manus injectionum, ſuper civilibꝰ obligationibus & pecuniariis, pro introductione dixiſſe ſufficiat.

Circa verò criminalia, cauſa detentionum 5 in perſonis delinquentium, eſt obligatio, orta ex delicto, vel quaſi, inter eum qui delinquit, & eum contrà quem delinquitur. *§ omnium & ibi notant Iaſon. & alii Dd. Inſtit. de action.* quam præcedit qualis qualis informatio præhabita de maleficio, ſufficiens ad detentionem vel capturam rei, quantumvis crimen ipſum nondum plenè ſit probatum. *Bal in l. ſervos 8. C. de teſtib. & l. 2. C. de his qui latro. gl. Bart. & Alex. in l. reperi. 16. §. 1. ff. de quæſt. & Salic. in l. nullus. 14. C. de Iudæis.* Et hæc ſententia communi calculo Doctorum approbatur, *teſte Blanco de indiciis num. 6.* & cauti judices illam obſervant in practica. *Angelus de malef. verb. judex commiſit quod Caius. num. 4. Boſſius in crim. tit. de captura numer. 3. & ſequitur Iulius Clarus in lib. 5. receptarum ſententiarum, quaſt. 28 numero 3.* Sed quia hic de ea intentione agimus, quæ fit ex cauſa pecuniarii debiti, non autem quæ fit ex cauſa perpetrati maleficii, plura de hac re verba facere conſultò ſuperſedemus. Cauſa προκαταρκτικὴ, qua movetur creditor ad 6 detinendum res, aut perſonam obligati, eſt mora, quam adhibet reus in ſatisfaciendo judicatis, vel ſolvendo eo, quod ſub pacto vel inſtrumento executivo nobis debetur. *Anton. Neguz in tract. pignor. 4. par. princ. num. 15.* Sic cauſa προκαταρκτικὴ in judice, eſt ipſa inſtantia vel petitio creditorum; cum prætor non accommodet ſuum officium ad privatam utilitatem, niſi imploratum, *l. 4. §. hoc autem. ff de dam. infe.* Cauſa INSTRUMENTALIS eſt re7 gulariter judex, vel familia judicis, per quam, & quorum miniſterio, inducitur creditor in poſſeſſionem bonorum debitoris, atque ita recipit rem vel pecuniam ſibi adjudicatam, vel ſub pacto executivo, vel ex vi ſtatuti executivi ſibi debitam, aut aliud ejus nomine. *l. is cui 5. §. miſſus. 27 ff. ut in poſſ. leg. cauſ. l. qui reſtituere. 68. in verb manu militari. de rei vendic. cum aliis ſimilibus.* Cauſa MATERIALIS vel ſubje8 ctum executionis, in quod operatur, ſunt bona vel perſona debitoris, in quæ, virtute judicati,

cati, legis, ſtatuti, conſuetudinis, privilegii,
vel etiam pacti, intenditur manus injectio,
l.creditores. 3. C.de pignor. l.dotis, 9. C. ſol. matri. l.
pignoris. 11. C.de pignor. act. l. 1. C.ſi in cauſa judic.
Cauſa FORMALIS manus injectionis eſt,
ipſa detentio bonorum vel perſonæ obligati
facta per judicem, vel ejus familiam, aut et-
iam ipſum creditorem, de ſpeciali tamen juſ-
ſu & licentia judicis, *per l.juſtè poſſidet.11. & quæ*
ibi notant Dd. ff. de acquir. poſſeſſ. Cauſa FINALIS
eſt effectus & utilitas, quæ hoc caſu ſequitur
creditorem, in eo, quod recipit rem ſuam, vel,
quod ipſi qualitercunque debetur. *l. creditores.*
10. l. creditorum. 11. ff. de verb. ſig. Poteſt etiam
dici non inſulsè, cauſam finalem eſſe parata-
rum executionum, litis faciliorem exitum.
Corſetus in ſuis ſingularibus. ſingul. 1. incip. citatio.
argumento gloſſæ, in verbo. uti poſſidetis l. de pupillo.
5. §. meminiſſe. 10, de novi operis nunciat. Hoc
enim pacto evitantur illi circuitus & amba-
ges litium circa ſolennia requiſita *in d. c. quo-*
niam frequenter. in princip. extra ut lite non con-
teſt. & in authen. offeratur. C. de litis conteſt. item
evitatur difficultas ſportularum, & aliorum
ſumptuum judicialium. *l. e. C. de ſportul. auth.*
generaliter. C. de episco. & cler. item honoraria
advocatorum. *l. 1. C. de ſuffrag. l. 1. §. in honora-*
riis ff. de variis & extraord. act. Judicium ſiqui-
dem abſque magnis expenſis & fatigatione
non procedit. *c. 1. verb. fatigantur. extra de ac-*
cuſat. l. petitor. 30 ff. de liber. leg. & notat Andreas
de Barbat. in c. cæterum. n. 42. & 43. extra de re-
11 *ſcript.* Addo, quòd in his procraſtinationibus,
litis eventus, propter mutationem advocato-
rum, item judicum, ſicut & aliàs, eſt anceps
& incertus. *l. quod debetur. 51. ff. de peculio,* cum
per negationem rei efficiatur res dubia, *ſecun-*
dùm Baldum in l. etiam 5. nu. 2. C. de execut. rei
12 *jud. per l. negantes. 9. C. de act. & oblig.* Et ſæpè
meliùs conſuleretur partibus, ſi ipſi ſe inani-
bus ſumptibus non vexarent, prout in ſimili
loquitur *Vlpian. in l. 1. ff. de inoff. teſtamento.* Quid,
quòd judicii ordinarii tela magnas moras im-
plicat? *l. etiam 15. in princ. ut legat. nom. l. fin. ad*
SC. Tertullianum, in cujus temporis interval-
lo, debitor labi poteſt facultatibus, ita, ut alius
medio tempore, priorem creditorē antever-
tat, & ſic grave damnoſumq; foret, ad exa-
ctionem debiti deinceps pervenire, *arg. l. 2. ibi.*
eò uſq; quò grave & periculoſum eſt, devenire. C. de
privil. domus Auguſt. lib. XI. Satiùs autem eſt in 13
tempore deſiſtere, quam poſt vulneratā cau-
ſam remedium quærere. *l. unica C. ne liceat u-*
nicuiq; ſine jud. ſe vend. cum l. fin. C. in quibus cauſ.
in integr. reſtit non eſt neces. Ac vulgo dicitur: 14
qui iter expeditum habet, impeditum ingre-
di non debet: cum ſemita tutior ſequenda
ſit, *gl. verb. tutius. l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pupillus 1.*
ff. de reb. eorum non alien. Quis enim tale reme- 15
dium eligeret, unde plus diſpendii, quam cō- 16
pendii expectaret? *l. mediterraneæ. 9. C. de annon.*
& trib. lib. X. tùm quòd ubique commodiùs
eſt, creditorem poſſeſsioni incumbere, & ad-
verſariū ad onera petitoris cōpellere, quàm,
alio poſſidente, petere. *l. is qui deſtinavit. 24 ff.*
de rei vendicat. l. exitus. 35 de acq. poſſ. §. retinen- *Propoſitio totius operis.*
dæ. Inſtit. de interdict. tùm etiam quod in pari
cauſa judicatur pro reo. *c. in pari extra de reg.*
jur. in 6. Dividendo itaque totum tractatum 17
hujus inſtituti operis in quatuor partes, cir-
ca primam breviter dicem⁹ de cauſa efficien-
te proxima, item de cauſa procatarctica para-
tarum executionum, unde videlicet oriantur,
& quo jure ſuſtineantur, ſubjecturi formulam
uſitatam cautionis vel obligationis executi-
væ. In ſecunda parte deſcribemus cauſam in-
ſtrumentalem, quibus videlicet mediis, ad
executionem perveniendum, hoc eſt, coram
quo judice proceſſus ſit inſtituendus, item
cui, & contra quem competat, & ſimul age-
mus de cauſa materiali, hoc eſt, de ſubjecto,
in quo operatur parata executio, puta, pro
quibus bonis aut rebus, remedia executiva
prodita ſint. In tertia parte de cauſa formali,
hoc eſt, de forma & requiſitis executionum,
nec non de terminis & intervallis temporū,
quæ à lege iſto caſu deſiderantur, & ſimul etiā
de effectu & utilitate hujus ingreſſus, quan-
tum ſufficit, trademus. In quarta & ultima
parte hujus libelli tangemus, quo pacto &
quibus remediis debitor executionem para-
tam declinare vel impedire valeat. Et ſic
erit abſolutus hic Tra-
ctatus.

SUMMARIUM
CAP. II.

1. Sententia, à qua non appellatur infra decendium tranſit in rem judicatam & executioni mandanda eſt, niſi deinceps ex conventione partiū novatio intervenerit. num. 2.

3. Sententia vel præceptum de ſolvendo infra terminum, judicatu datum, poſt decendium per appellationem ampliùs ſuſpendi non poteſt, ſive condemnatus acceptaverit illam dilationem ſolvendi expreſſè. num. 5. ſive tacitè. n. 6. & 9.

4. Tempus appellandi currit de momento in momentum. ſup. num. 1.

7. Condemnatus etiam ſimpliciter, & abſq; dilatione certā

ne certa ad ſolutionem præfixa, habet ſaltem terminum legis.

9 Privilegiatus à datiis ſi ſciat ſe deſcriptum in communi æſtimo eorum qui vocantur ad tributa, & infra decendium non appellet, intelligitur renunciare ſuo privilegio.

10 Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto fit rei ſervandæ, item legatorum ſervandorum, & ventris gratia.

11. Contumacia rei facit, ut actor mittatur in poſſeſſionem bonorum ipſius, ex primo decreto.

12. Contumacia quibus pœnis coerceatur remiſſivè.

13. Primum decretum unde dicatur.

14. Primum decretum, quod contra contumacem fertur, non agnoſcitur de jure Saxonico.

15. Contumax de jure Saxonico condemnatur in amiſſione cauſæ principalis, uſq; ad legitima impedimenta, poſt tertiam videlicet citationẽ, aut unum peremptorium edictum, num. 16. 19. & an idem etiam procedat in inſtantia appellationis. num. 42.

17. Ius Saxonicum de primo decreto non eſt mutatum per art. 70. lib. 1. Landrecht.

18. Reorum proprium eſt fugere.

20. Forma pronunciandi ſuper contumacia.

21. Legitima impedimenta excuſantia à contumacia Ehehafft.

22. Contumaciæ ſententia non fertur, niſi actor accuſet rei contumaciam.

23. Citatus peremptoriè, ſiquidem comparet, etiam non reſpondendo libello, ſed exceptionibus dilatoriis utendo non condemnatur uff Ehehafft ſed ad denuò reſpondendum ſub pœna contumaciæ: niſi citatus fuerit ſimul ad reſpondendum libello, tunc enim, litis conteſtatione non facta condemnatur in expenſas termini. nu. 24.

25. Contumax in primo vel ſecundo termino, qui de una quindena in aliam quindenam in judiciis paganorum ſervantur, non condemnatur, niſi pro convicto uſq; ad ſecundum & uſq; ad tertium terminũ, abſq; ulla mentione expenſarũ.

26. Ius Saxon. ex uſu rectius addiſcitur.

27. Iuris Saxonici cuſtodia ex aurea Bulla Electori Saxonico commendata.

28. Condemnatio in Ehehafft / cum clauſula, ad cujus probationem reus aliter peremptoriè citandus ſit per judicem, periculoſa eſt.

29. Probatorius terminus, de jure Saxonico, eſt triũ quatuordenarum, & peremptorius aliarum dilationum & quomodo iſtud intelligatur, n. 34.

30. Officium judicis, poſt intentatam actionem, eſt tantùm mercenarium.

31. Citatio à judice non niſi ad inſtantiam partis fieri debet, remiſſivè.

32. Iudicio nondum cœpto per litis conteſtationem, quæ contingunt, non pertinent ad judicem, niſi petantur.

33. Terminus probatorius fatalis & omnibus notus non neceſſe habet ut denuò præfigatur à judice Iur. Sax. Iure verò civili arbitrio judicis determinatur.

35. Impedito per Prætorem non currit præſcriptio, aut ſaltem datur, propter læſionem inde contingentem, reſtitutio. 36.

37. Probandi facultas non debet partibus auferri.

38. Contumacia, probatis impedimentis, purgatur, & redeunt omnia in eum ſtatum, in quo erant ante contumaciam.

39. Clauſula, condemnamus contumacem uſq; ad Ehehafft / zu welcher darthuung der Beklagte nachmals citirt wird quomodo ſalvanda.

40. Quæ clauſula in provincia Saxonica non eſt uſitata.

41. Formæ pronunciandi ſuper legitimis impedimentis probandis infra terminum, in cauſis civilibus & criminalibus.

42. Is contra quem appellatio inſtituta eſt, etiamſi abſens ſit, non condemnatur, tanquam contumax, etiamſi in ſecunda inſtantia deducantur in prima non deducta, Et quid in Camera Imp. hac in re obſervetur.

43. A pœna contumaciæ in prima inſtantia, ad pœnam contumaciæ in ſecunda inſtantia tanquã à ſeparatis malè arguitur.

44. Miſſio in poſſeſſionem, legatorum ſervandorum cauſa decernitur adverſus hæredem, non ſatiſdantem pro legato conditionali, vel in diem.

45. Miſſus legatorum ſervandorum cauſa cohabitat hæredi, non autem expellit eum, nec fructus aut alimenta conſequitur. num. 47. & 58. item 59. niſi demum poſt annum, & impetrato ſecundo decreto. num. 47.

46. Miſſio ventris nomine decernitur mulieri.

48. Miſſæ in poſſeſſionem ventris nomine ſuppeditantur etiam alimenta.

49. Miſſio in poſſeſſionem, ex edicto Carboniano, decernitur impuberi, cui ſtatus quæſtio movetur, & taliter miſſus conſequitur alimenta & omnia neceſſaria. 59.

51. Miſſio ex cauſa damni infecti, decernitur adverſus non caventem de damno futuro. 52.

53. Miſſio cauſa damni infecti conceditur in eã partem bonorum tantùm, ex qua damnum timetur, non etiam in omnia, niſi connexitas ædificiorum aliud ſuadeat. 54.

55. Miſſus ex primo decreto tantùm fit cuſtos rei, nec lucratur fructus, vel etiam alimenta. num. 59. niſi ob protervitatem durabilis contumaciæ, per Prætorem etiam poſſidere jubeatur. 60 aut fertè dominus bonorum, in quæ fit miſſio, fit diſſipator. num. 61. vel, niſi tale ſit ſtatutum, quòd miſſus ex cauſa contumaciæ lucretur etiã fructus. n. 63.

56. Miſſus ex cauſa judicati fit poſſeſſor, & lucratur fructus, contra communem opinionem, maximè de jure Saxonico. 57.

62. Miſſio

62. *Miſſio in bona, ex cauſa contumaciæ non purgatæ de jure Saxonico, eſt inſtar executionis judicati.*

64. *Miſſus ex primo decreto infra annum, reſundendo expenſas, & cavendo de judicio ſiſti, recuperat rem ſuam. ſecus eſt in miſſione ex judicato, quia tunc reali ſolutione opus eſt.*

65. *Miſſus ex primo decreto, poſſidet omnibus creditoribus ejuſdem tituli: miſſus ex cauſa judicati ſibi tantùm poſſidet.*

66. *Miſſio ex cauſa judicati tribuit pignus judiciale: miſſus ex primo decreto prætorium acquirit.*

67. *Sequeſtratio eſt ſeparatio rei controverſæ ad manus tertii, & eſt ſpecies executionis Saxamentum vocant alii, n. 68. Germanicè* Kommer *dicitur. 73.*

69. *Sequeſtratio conventionalis fit cum expreſſo conſenſu partium, quo caſu ſequeſter fit poſſeſſor. num. 77. & 68 ſecus in neceſſaria vel judiciali. num. 71. ubi ſequeſter accipit nudam cuſtodiam rei. num. 77.*

70. *Sequeſter quis dicatur, & num. 72.*

74. *Sequeſtrum differt à miſſione ex cauſa judicati, & ex primo decreto, & num. 75.*

76. *Sequeſtratio neceſſaria neminem privat ſua poſſeſſione, niſi aliud expreſsè ſit actum. 72.*

77. *Facti ſpecies proponitur in depoſito, vel ſequeſtratione conventionali.*

79. *Utenſilia de jur. Sax. infra annum & diem uſucapiuntur.*

80. *Filii nepotibus præferuntur.*

81. *Miſſus pro actione reali, poſt annũ efficitur poſſeſſor, ſequeſtratione autem facta creditor nullo tempore fit poſſeſſor, niſi lite pro ipſo deciſa, num. 82.*

83. *Sequeſtratio regulariter fit, pro mobilibus tantùm, non etiam pro bonis ſoli, & num. 130. in fine.*

84. *Sequeſtratio neminem privat ſua poſſeſſione, ſicut nec præceptum de non alienando, ſed manet ſequeſtratus poſſeſſor, ut antè. 87. niſi ex probabili cauſa ſimul etiam areſtarentur fructus 99.*

85. *Sequeſtrationis nomine ſi interdictũ poſſeſſorium intentari velit, retinendæ magis, quàm recuperandæ competit, eſtq; communis. num. 97. contra VVeſenbecium qui contrarium defendit, num. 98.*

86. *Interdictum, unde vi, præſupponit, poſſeſſionem eſſe penes reum.*

88. *Sequeſtrationis cauſa, & cauſa ſpolii, ſunt diverſa.*

89. *Spolia omni jure ſunt prohibita.*

90. *Sequeſtra multis in caſibus permittuntur.*

91. *Agens ex ſpolio duo probare cogitur.*

92. *Sequeſtratio per ſequeſtratum petitur tolli vel caſſari, nobili judicis officio, quo caſu reus dicere debet, quòd ex juſtis & à lege approbatis cauſis, ſequeſtrum proceſſerit. 93.*

94. *Fidejuſſoria cautio ſurrogatur in locum ſequeſtrationis.*

95. *Areſtator, poſt ſequeſtrationem, debet offerre libellum, in cauſa principali ſui prætenſi debiti.*

96. *Sequeſtratio eſt præparamentum principalis actionis.*

100. *Fructibus prædiorum debitoris ſequeſtratis, ſi is non habeat, unde ſe exhibeat, debentur ipſi inde alimenta.*

101. *Sequeſtratio conceditur etiam in perſonam de fuga ſuſpectam.*

102. *Sequeſtrationis à capite non eſt faciendum initium proceſſus.*

103. *Areſta ſive ſequeſtra regulariter omni jure prohibita.*

104. *Intellectus conſtitutionis imperialis de areſtis, Spiræ promulgatæ anno 1570.*

105 *Implicativa dictio, poſtpoſita generali diſpoſitioni, denotat, in caſu expreſſo rationem urgere fortiùs.*

106. *Concluſio illa generalis de ſequeſtris fallit multis in caſibus, qui ordine recenſentur à num. hoc, uſq; ad num. 134.*

107. *Tres modi probandi contumatiam rei.*

108. *Sequeſtratio nonnunquam pœna eſt contumatiæ & ſuccedit in locum miſſionis.*

109. *Sequeſtratio eſt mitius remedium, quàm ſit miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto.*

110. *Forenſes vagabundi, qui nuſquam habent domicilium, rectè ſequeſtrantur.*

111. *Sequeſtratus in loco debitor ex juſta cauſa, de ſuo debet ſumptus facere, ſi habet, ſin minùs, ipſe cum rebus ſuis animatis venit exhibendus ſumptibus ſequeſtrari facientis, & tenetur idẽ etiam litis expenſas ſubminiſtrare ſequeſtrato. num. 112. cum ſeqq.*

113. *Carceratus, qui non habet unde ſe alat, ab accuſatore alendus, & expenſis litis ſublevandus eſt: niſi notorium ſit crimen, & notoria mendicitas etiam accuſatoris, quo caſu alimenta & expenſas habebit à publico. 114.*

115. *Advocatum non habenti ob paupertatem, prætor gratis præſtat.*

116. *Sequeſtrationem vel areſtationem hodiè non aliter decernit judex, niſi præſtita ipſi cautione, de ſervando per omnia indemne tribunal, & niſi eam præſtet creditor, judex tutò poteſt dimittere areſtatum, & 118.*

117. *Iudex carceratum vel areſtatum relaxans, ſine conſenſu areſtari facientis, aut alia legitima cauſa facit litem ſuam, & tenetur parti actrici ad intereſſe.*

119. *Expenſæ litis actori pauperi regulariter per reum divitem non ſubminiſtrantur: niſi in caſibus, ubi actor haberet præſumtionem juſtitiæ cauſæ pro ſe. 120.*

121. *Actori paupertatem jurandi expenſæ litis remittun-*

Digitized by Google

mittuntur, & gratis adhibetur procurator, in judiciis curialib. Saxonicis.

122. *Fugitivus debitor vel aliter vagabundus, in caſu non habita copia judicis, rectè detinetur per creditorem, etiam privatum, dum tamen eum poſtea præſentet judici* 123. *etiamſi in diem, vel ſub conditione debitor exiſtat.* 124.

125. *Debitor ſuſpectus de fuga, privata creditoris authoritate detineri poteſt.*

126. *Fuga & præparamentum fugæ eundem operantur effectum.*

127. *Scholares de fuga ſuſpecti pro debitis in perſona & rebus areſtari poſſunt.*

128. *Debitoris dilapidatoris, vel aliter ad egeſtatem vergentis bona rectè ſequeſtrantur, ſive pro iis agatur actione reali, ſive perſonali.* 129. *&* 132.

130. *Suſpectus ut poſſit dici debitor, & ſequeſtratio locum habeat, debet præcedere aliqualis cauſæ cognitio, & probatio de dilapidatione, ſaltem per juramentum. num* 131.

132. *Sequeſtratio rerum vel perſonæ debitoris ſuſpecti fit, eo etiam non citato, ne cum rebus ſuis fugam arripiat.*

133. *Suſpecti debitoris ſequeſtratio conceditur, quando poſt contractum incipit eſſe ſuſpectus, & malorum morum: & iſtud probare debet per creditorem,* 134.

135. *Sequeſtratio fit quando litigatorum jura ſunt obſcura, & poſſeſſio eſt vacans, ita quòd à neutro poſſidetur.* 136.

137. *Poſſeſſio litigioſa, ſuper qua ſcandali timor vertitur, ſequeſtratur in manus certorum commiſſariorum: niſi conſtet de alterutrius poſſeſſione, quo caſu mandatur alteri, ne ad poſſeſſionem accedat.* 138.

139. *Dos ſequeſtratur, marito ad inopiam vergente, ſicut & repeti poteſt per uxorem.*

140. *Maritus male tractans mulierem, idoneè cavere tenetur de non offendendo: quod ſi non facit, ſequeſtratur ad domum alicujus honeſtæ matronæ,* 141.

142. *Familia malè tractata à domina, non cogitur in ſervitio perſeverare, uſque ad finem conductionis, niſi aſſecuretur.*

143. *Sponſa allegans coactionem, ſequeſtratur, donec de cauſa principali cognoſcatur.*

144. *Appellatione pendente ſuper executione, poſſunt ſequeſtrari fructus.*

145. *Apellatione ſuper interlocutoria pendente, ceſſat fructuum ſequeſtratio, ſicut & pendente appellatione ſuper definitiva ſententia.* 146. *extra caſum beneficii ſpiritualis.* 147. *item depopulationis fructuum.* 148.

149. *Depopulator non dicitur, qui omnes fructus convertit in uſus ſuos, & nihil facit reliquum, & contra talem non devenitur ad ſequeſtrationem, quantumvis appellaverit.* 150.

151. *Poſſeſſor etiam poſt interpoſitam appellationem, quia habet juris præſumptionem pro ſe, lucratur fructus: niſi conſumptis fructibus, alia bona ſint inſufficientia ad ſatisfactionem creditoris.* 152.

153. *Fructibus pendente appellatione, ſequeſtratis, debentur Appellanti de ſis ſaltem alimenta & ſumptus litis.*

154. *Emptore & venditore, ob diffidentiam mutuam, volentibus pretium vel rem tradere, utrumque ſequeſtratur ad manus judicis.*

155 *Fructus, item mobilia, de quibus principaliter agitur, ſequeſtrantur, ſi debitor aliter non ſit poſſeſſionatus, & res tempore ſint perituræ.*

156. *Quæ ſint res, quæ ſervando ſervari non poſſunt.*

157. *Res mobiles, quæ ſervando ſervari non poſſunt quæ dicantur.*

158. *Curator bonorum debitoris, pro collectione fructuum, conducit horreum, ubi reponat.*

159. *Inſtrumenta communia pluribus debent penes digniorem deponi, vel ſequeſtrari penes tertium, de voluntate partium.* 160.

161. *Servi provocantis ad libertatem ſicut & monachi peculium ſequeſtratur, lite pendente, ſecus eſt in vaſallo.* 164.

162. *Servi & monachi æquiparantur.*

163. *Feudatarius æquiparatur liberto, non ſervo.*

164. *Feudi controverſia inter Dominum & vaſallum pendente, feudum non venit ſequeſtrandum.*

165. *Debito pro fiſcali ſequeſtratur debitor in perſona vel rebus.* 167. *dummodo debitum ſit liquidum.* 170.

166. *Carceratus pro uno debito pro alio poteſt recommendari.*

168. *Contumacia coërcetur per ſequeſtrationem & miſſionem, etiam uno eodemque tempore, donec ſatisfiat creditori.*

169. *Perſonæ captura ignominioſior eſt quàm rerum.*

171. *Debitor ex delicto, ſi non habet in ære, ſolvit in corpore.*

172. *Judicis familiæ ſubtracta bona ſequeſtrantur donec jus dicentis jurisdictio expiret.*

173. *Sequeſtratio voluntaria quocunque caſu permittitur.*

174. *Litigioſa bona, maximè mobilia ſequeſtrantur, ſuper immobilibus autem fit præceptum de non alienando.* 175.

176. *Præceptum de non alienando, impedimentum: inhibitio, & interdictum, ſunt ſynonyma.*

177. *Litigioſa bona, licet vitio litigioſi ipſo jure ſubjaceant: tamen inhibentur alienari per judicem, ut præcidatur accipientis animis prætextus ignorantiæ.*

178. *Impedire alterius res mitius eſt, quàm capere vel prehendere.*

179 *Pactum de ſequeſtrando bona debitoris, in caſu moræ, valet.*

180. *Deſcriptio vel inventatio bonorum locum habet, etiamſi*

etiamſi ſequeſtratio non permittatur, nec auffert poſſeſſori liberam poteſtatem diſponendi de rebus ſuis vel fructibus.

181. Sequeſtrari poſſunt etiam nomina debitorum debitoris.

182. Gabellarum fraudatores detineri poſſunt cum mercibus quas deferunt.

183. Sequeſtratio ex conſuetudine loci toleratur, etiam extra caſus de jure communi permiſſos.

184. Areſtum & ſequeſtrum pro uno & eodem accipiuntur. & num. 187.

185. Areſtum quomodo jure provinciali Saxonico petatur. & 188.

186. Sequeſter quis dicatur, & quid à curatore bonorum differat.

189. Areſtum Saxonicum ſpeciale quid dicatur.

190. Pignus dicitur à traditione per pugnum.

191. Areſtum Saxonicum afficit res debitoris hypotheca & onere reali, ratione aliorum creditorum ſupervenientium poſt primam areſtationem.

192. Pignoratio multum habet ſimilitudinis cum areſto.

193. Hypotheca de jure civili non contrahitur, niſi expreſſo conſenſu contrahentium.

194. Pignus tacitum non oritur, niſi in cauſis à jure civili deſcriptis.

195. Areſti conſuetudinarii rara ſit mentio in jure Saxonico.

196. Areſtum frangentis pœna.

197. Areſtator vigilat ſibi, ne alii eum prævertant.

198. Areſtatio permittitur à judice in quantum de jure.

199. Clauſula: in quantum de jure regulariter abeſſe debet à decreto judicis, niſi periculum in mora aliud ſuadeat. 200.

201. Superfluum admittere ſecuriùs eſt, quàm neceſſarium omittere.

202. Privilegia creditorum perſonalia perſonas tantùm concernunt, cumq; iis perduntur.

203. Creditores unius & ejuſdem tituli non merentur prærogativam ratione tdmporis. & num. 205.

204. Areſtatio tribuit privilegium reale, & tranſit ad hæredes, tribuitq; prærogativam priori areſtanti præ ſequentibus creditorib. & num. 206. & 208.

207. Areſtum quo pacto decernatur à judice.

209. Declaratio noviſſimæ conſtitut. Electoralis de areſtis in articulis Torgenſib. A. 1583.

210. Sequeſtratio extra caſus à jure permiſſos, prohibita eſt.

211. Regulam pro ſe habens, habet fundatam intentionem.

212. Specialitatem allegans contra jus commune, probare debet.

213. Exceptio in caſibus non exceptis, firmat regulam.

214. Retentionis jus datur, quandiu creditor debitoris res adhuc in manibus habet.

215. Actionem habere ad rem idem eſt ſicut habere rem ipſam, fictè tamen 217.

216. Verba, Videtur, Intelligitur, ſunt verba fictionis & improprietatis.

218. Retentio alienæ rei eſt privatæ executionis ſpecies.

219. Mulier habet jus tacitæ hypothecæ in bonis mariti, cujus ratione præfertur omnibus creditoribus, expreſſam vel tacitam poſteriorem habentibus.

220. Mulier cum viro dicitur poſſidere bona jure familiaritatis, de jure Civili, & imprimis de jure Saxonico. num. 221.

222. Vidua retinens claves ad bona mariti, dicitur in poſſeſſione eſſe, adeò, ut ſi dejicitur, debeat ante omnia reſtitui.

223. Vidua utitur jure retentionis in bonis mariti, donec lucrum dotale conſequatur: ita tamen, ne omnes reditus prodigat, ſed tantùm inde exhibitionem ſuam habeat. 224. aliàs obnoxiam ſe facit rationibus erga hæredes defuncti. 225. & num. 232.

226. Mulier, poſt mortem mariti, donec alimentatur ex bonis communibus, tenetur operari hæredibus mariti.

227. Mulier ſuperſtite marito ad quæ officia teneatur.

323. Iur. Saxon. viduæ utenſilia cedunt.

229. Viduæ nondum contentatæ de ſua dote, debentur ex bonis mariti alimenta, ſecundum quantitatem illatæ dotis.

230. Limitata cauſa limitatum producit effectum.

231. Retentionis jus proditum eſt mulieri, ad conſequendam ſuam dotem.

233. Vidua in bonis mariti remanens poſt ejus mortem, tenetur inventarium conficere, vel juramento patefacere omnia bona.

234. Maritus non tenetur diſcedere è bonis mulieris, niſi priùs ei ſatisfiat de omnibus uxoris mobilibus.

235. Coloni res illatæ in prædium conductum, tacitè ſunt hypothecatæ locatori.

236. Locator, tempore locationis finito, poteſt expellere conductorem, & propria authoritate includere ejus illata, donec ipſi ſatisfiat de penſione: tutiùs tamen expellitur cum miniſterio judicis. 237. & includuntur res, in ejus & Notarii præſentia. 238.

239. Retentionis jus permittitur, usq; ad ſummam debitam cum intereſſe, & non ultra, nec diutiùs durat, quàm donec res debitoris adhuc ſunt in poteſtate creditoris.. 263.

240. Expenſas neceſſarias conductor deducit à penſione.

241. Aurigæ & tabellarii retinent merces vectas

velgeſtatas tam diu, donec ipſis ſatisfiat de mercede.

242. Impenſarum vel meliorationum ratione res debitorum poſſunt detineri propria authoritate expendentis.

243. Venditor jure pignoris retinet rem venditam, donec ipſi ſatisfiat de pretio.

244. Debiti ratione res, quæcunq; ad nos ſine vitio perveniunt, retineri poſſunt, donec ſolvatur debitum.

245. Sartor retinet veſtes ſcholaris, donec ipſi ſolvatur merces.

246. Scriptor libri retinet aliquot quinternos, donec ei ſolvatur merces.

247. Advocatus acta retinere poteſt, donec ſolvatur ſibi honorarium.

248. Operæ in rem factæ æquiparantur impenſis.

249. Hoſpitii dominus detinet bona hoſpitati, quot ſufficiunt pro eſculentis.

250. Stabularius detinet equos hoſpitati, donec ſatisfiat ipſi de alimentis.

251. Hoſpitii dominus in rebus hoſpitati præfertur omnibus aliis creditoribus.

252. Hoſpitia eſſe publicè intereſt.

253. Hoſpitiorum domini rarò divitias durabiles poſſident, quia ſunt rapaces.

254. Cauponantes poſſunt bibulis detrahere & retinere veſtes, pro potu in taberna exhauſto.

255. Medicorum, item exequiarum pro expenſis, poſſunt detineri res ſcholarium.

256. Spoliatus in continenti rurſum ſpoliare ſuum ſpoliatorem poteſt.

257. Redemptus ab hoſte, pro lytro tàm diu detinetur in Perſona, donec ſolvatur redemptionis pretium.

258. Retentio rei in unum caſum obligatæ, datur etiam pro alia cauſa debiti, quantumvis hypographarii, aut etiã prætorii pignoris nu. 259

260. Miſſus ex cauſa contumaciæ in bona debitoris, ſi is pro alia cauſa itidem ipſi ſit obligatus, non tenetur decedere à poſſeſſione, donec ipſi ſatisfiat.

261. Retentionis jus competit, quatenus res adhuc detinetur in noſtris manibus, quia eſt inſtar exceptionis vel defenſionis. num. 262.

263. Exceptio majore æquitate nititur, quàm actio.

264. Præcepta executiva, ad ſolam inſtantiam ſupplicantium emiſſa, pro non interpoſitis habentur, niſi habeant clauſulam juſtificatoriam. 265. & 266. & impunè ſperni poſſunt, num. 275. excepta cauſa facta paci. 281. item pignoratione. num. 282. aut, ſi imploranti præceptum judicis inferatur aliàs damnum irreparabile 283. item publicam utilitatem concernente, 284. deniq; ubicunq; periculum eſt in mora. 285.

266. Reſcripta Principum, inauditis partibus emiſſa, ipſo jure ſunt nulla quaſi ſubreptitiè & per falſitatem impetrata. 176.

267. Inhibitio de non turbando poſſeſſorem, cum clauſula juſtificatoria rectè ſit

268. Executio de jure Saxonico, adverſus forenſem citatum ſubſidiariè, neq; comparentem, in bona ſub territorio judicis citantis ſita, fieri non poteſt.

269. Reus alibi degens & hic habens bona, in quæ petitur executio, citatur ſubſidiariè.

270. Dingpflichtig qui dicantur de jure Saxonico.

271. Præceptum executivum cum clauſula ſalvatoria, reo ad terminum comparente, in vim ſimplicis citationis reſolvitur.

272. Præceptum cum clauſula duo importat alternativè, quod videlicet juſſus pareat præcepto, vel ſiſtat ſe certa die.

273. Præceptum cum clauſula ſalvatoria dicitur ſententia interlocutoria, & niſi juſſus in termino alleget cauſas, quare parere non teneatur, arctiores compulſoriales emanant, ſub comminatione pœnæ. 274.

277. Mendax precator caret impetratis.

278. Reſcripta ſemper intelliguntur cum clauſula: ſi preces veritate nitantur. cautiùs tamen eſt, quòd is, contra quem emanant, prætendat cauſas quare illis parere non ſit obnoxius. 280

279. Iudicem habere propitium valdè conducit.

286. Pignoratio quid.

287. Pignoratio liberi corporis eſt prohibita de jure, ſuſtinetur autem conſuetudine in Imperio. num. 298.

288. Pignorari non debent etiam bona aliena.

290. Pignoratio eſt ſpecies violentiæ publicæ, vel ſaltem privatæ.

291. Pignoratione ſæpiùs opprimuntur innocentes.

292. Pignoratus, ad ejus ſupplicationem meretur mandatum de relaxando, ſine clauſula juſtificatoria.

293. Pignorationis in cauſa, quemadmodum procedatur, & quomodo differat à ſequeſtratione. num 296. cum ſeqq.

294. Pignorans ſi de jure ſuo nihil probet, patitur ſententiam, prout ſit in interdicto retinendæ.

295. Pignorationes in terris Saxoniæ inter nobiles admodum uſitatæ.

296. Sequeſtratio ſit ob debitum, vel poſſeſſionem rerum, exiſtentium penes ſequeſtratum. pignoratio ſit ab eo, qui ipſe prætendit poſſeſſionem in re controverſa habere. 297.

298. Sequeſtratio certis caſibus de jure civili permittitur pignoratio planè prohibetur. & 339.

299. Sequeſtratio ſit, mediante judicis officio: pignoratio privata authoritate pignorantis.

300. Pignoratio differt à jure retentionis, quòd hæc præſupponit tacitam hypothecam rei, pignoratio non item.

301. Pigno-

301. *Pignorationes in foro Imperii permittuntur iis & contra eos, qui immediatè ſubjecti ſunt imperio Romano.*

302. *Sequeſtrata res tranſit ad ſequeſtrum, pignorata ad pignorantem.*

303. *Repræſaliæ quid, quod vocis ἔτυμον 304. & à quo concedantur. 305.*

306. *Delicto alterius alium prægravari contra naturam eſt.*

307. *Repræſaliæ non concedendæ, niſi ob juſtam cauſam, & quæ dicatur juſta, eademq́ue quomodo probanda 308.*

309. *Repræſaliæ conceſſæ jure divino, Naturali, Canonico, Civiliq́ue, & conſuetudinario, num. 311. uſq́ue ad num. 316. Hodiè tamen in Imperio non tolerantur. 321.*

310. *Bellum, ad inſtar repræſaliarum habetur, & eſt juris gentium, dummodo ex publica neceſſitate ſuſcipiatur. 327.*

311. *Epiſcopus pro delicto excommunicatur non tantùm ipſe, ſed tota civitas, quòd ſpeciale eſt. num. 331.*

312. *Civitas non puniens improbè facta per ſubditos, tota punitur. 330.*

313. *Ius ipſe dicere ſibi poteſt, qui judicis copiam non habet, contra eum qui nobis quoquo modo eſt obligatus. num. 334.*

314. *Repræſalias concedit magiſtratus creditoris, cui alibi fuit denegata Iuſtitia, quod tamen an ſit verum, vide num. 283.*

315. *Cauſa ſecularis, in defectum Iuſtitiæ, devolvitur ad Papam.*

316. *Imperii Romani ſubditus per alium ſubditum in imperio non poteſt repræſaliari.*

317. *Denegatio Iuſtitiæ, facta alicui per Principem imperii Romani, devolvit cauſam immediatè ad Cameram, id quod ad omnes imperii ſtatus, etiam Electores extenditur. 318.*

319. *Denegatio Iuſtitiæ, per quem & quo pacto probetur. 320.*

322. *Germanus, ſi denegetur ei Iuſtitia in regno Galliæ, poteſt impetrare de jure civili repræſalias in imperio Romano, adverſus ſubditos Galliæ in Germania deprehenſos: cui tamen derogat conſuetudo. 223.*

324. *Filius non portat iniquitatem patris. & num. 326.*

325. *Denegatio juſtitiæ non transfert juriſdictionem non ſubditorum in judicem creditoris.*

328. *Reipublicæ tranquillitas non temerè labefactanda.*

329. *Iter cuicunq́ue tranſeunti, etiam peregrino, debet eſſe ſecurum, tàm jure canonico, quàm civili. 332. & Saxonico. 335.*

333. *Viator in tranſitu ſolvens gabellas non repræſaliatur.*

335. *Vectigalium jura habentes tenentur tranſeuntibus de robaria, in ipſorum territoriis commiſſa, ſaltem jure Saxonico, de jure autem civili non aliter, niſi ſuperior potuit providere, & non providit, ſciens videlicet delictum, & valens prohibere. 336.*

337. *Quæ diſtinctio etſi eſt communis juris tamen Saxon. ſententia æquior, & à Camera imp. etiam approbata. num. 338.*

340. *Pignoratio cauſatur ex turbatione poſſeſſionis, repræſaliæ ex capite denegatæ Iuſtitiæ. 341.*

342. *Pignoratio fit propria authoritate partis, repræſaliæ cum miniſterio judicis impetrantur. 343.*

344. *Pignoratio concernit tantùm res vel perſonam ejus, qui nobiſcum contraxit.*

345. *Repræſaliæ dantur contra ſubditos alterius magiſtratus, etſi nobiſcum non contraxerunt.*

346. *De ſummariis Iudiciis remiſſivè.*

CAPUT SECUNDUM
DE EXECUTIONE, QUÆ CAUſatur à jure communi.

1 CIrca hunc paſſum primo loco ſeſe offert parata executio ex vi ſententiæ, quæ ſemel tranſivit in rem judicatam, ita videlicet, quòd ab ea non fuit appellatum infra decendium. *c. quòd ad conſultationem. ibi: cùm poſt decem dierum ſpacium ſententia in auctoritatem tranſeat rei judicatæ, juncto verſ. ſed nec executionem ipſius ſententiæ convenit retardari. &c. cum aliquibus extra de re judic. l. cum quædam puella. 19. ibi: judicis ſententia ſemel, dicta executari debet. ff. de jurid. om. jud. authen. hodie. C. de appell.* quod currit de momento ad momentum: *gl. clem. ſicut. de appell. verbo à die ac notat Maranta de ord. judic. parte 6. de appel. num. 203.* Ideoque cautelam tradit noſtri temporis in imperio Romano practicus celeberrimus D. Gailius, quòd in inſtrumento appellationis debeat apponi non ſolùm dies, ſed & hora, in qua appellatum fuit. *Gailius obſer. 139. num. 5. lib. 1.* Judicatum ſiquidem ſine omni alio medio, quaſi à tergo ſequitur executio: niſi novatio intervenerit. *l. minor. 25. annis* 2 *cui fidei commiſſum. 40. in princ. ibi: partam ex cauſa*

Res judicata parit executionem.

Digitized by Google

ex cauſa judicati executionem ad initium novæ petitionis redegit. de minor. 25. annis. l. poſt rem judicatam. 56. & l. 4. ff. ſi ex conventione de re judic. l. ſi cauſæ. 32. C. de transaction.
3 *cum ſimilibus.* Quæ regula in tantùm extenditur, ut, quamvis poſt decendium, infrà tempora ad executionem præfinita, ſive per legem, ſive per judicem, vel etiam in ipſo termino executionis, appelletur : tamen ideò non eſt retardanda executio,
4 cùm tempus appellandi currat de momento ad momentum. *l. 1. §. biduum ff. quando appell. ſit. cum d. authen. hodie.* ſed proceditur ad captionem pignorum, non aliter, atque ſi nulla unquam appellatio interpoſita fuiſſet, *d. c. quod ad conſultationem, ubi notant Panorm. num. 13. & Andr. de Barbatia in ſuis addit. ad Abbatem ibidem. litera I. & Baldus nu. 7. Felin. 7. & Anton. de Butr. 5.* Cujus rei redditur in textu ratio, quòd, qui ad provocationis ſubſidium infrà decendii tempus non recurrit, videatur ipſe ſibi aditum appellandi denegaſſe, & per juris interpretationem, propter præſumptam tacitam emologationem, parere voluiſſe ſententiæ ſemel latæ. *d. c. quòd ad conſultationem.* Ac alibi dicitur : qui patitur ſibi terminum ad ſolutionem præfigi, is manifeſtè probatur acquieviſſe judicato. *l. ad ſolutionem. 5. C. de re jud.* Licet autem Innocentius *in d. c. quòd ad.* diſtinguat inter eum, qui ſua ſponte & quidem expreſsè petit terminum ad ſolutionem, ne videlicet infrà illud tempus fiat executio, *de quo videtur loqui d. l. ad ſolutionem. 5.* & inter eum, qui tacitè acceptat terminum à judice vel lege definitum, ut primo caſu, pòſt decendium excludatur condemnatus à beneficio appellandi, ſecundo autem caſu non. *Innoc. in d. c. quòd ad conſultationem. num. 3. cujus opinionem, ut communem, refert Felinus ibidem num. 5. quod & innuere videtur Romanus in conſil. 9. in fine. & ibi Horat. Mandoſ. in ſuis addition.* idque ideò fortè, quòd per ex-
5 preſſam approbationem termini ad ſolutionem præfixi, quis ſibi plus præjudicat, quàm per ſolum ſilentium, *arg. l. expreſſa nocent. 195. de reg. jur.* cùm tacere medium quiddam ſit, inter conſenſum & contradictionem. *l. qui tacet 142. ubi Decius num. 2. ff. de reg. jur. & c. is qui tacet. eod in 6. gl. clem. ſæpe. verb. contradicentibus. in fine de verb. ſig. & Abbas in c. nonne. extra de præſumpt. pro quo allegant. l. 1. §. ſcientiam. ibi : quæ habet & voluntatem. ff. de tribut. actio.* Tamen hæc diſtinctio non procedit ſine ſcrupulo, cùm in omnibus actibus, qui tendunt in præjudicium partis præſentis, requiratur expreſſa contradictio partis : aliàs per taciturnitatem inducitur conſenſus ſaltem præſumptus à lege, *ſecundum gl. & Bar. in l. Cajus. 39. de pignor. act. l. Titia. 24. §. Lucia. de leg. 2. & l. qui patitur 16. ff. mandati & ita ad c. is qui tacet. reſpondet etiam Dynus ibidem in fine, & in regula. qui tacet immediatè præcedente.* Quod vel maximè probatur *in d. l. 1. ff. ſcientiam de trib. act.* cum dicitur : ſcientiam non eam tantùm requiri, quæ habet expreſſam voluntatem, ſed ſufficere patientiam, hoc eſt, quòd dominus ſciat, ſervum negociari in merce peculiari, & non proteſtetur, vel contradicat. ac concordat *l. ſæpe 63. §. ſcientib. de re judic.* Nec adverſatur. *d. l. ad ſolutionem* quæ tantùm abeſt quòd impugnet prædictam ſententiam, ut illam etiam apertè & magis confirmet, ex eo, quòd æquiparat cauſam ejus, qui pòſt condemnationem dilationem ad ſolvendum petit, & ejus, qui quolibet alio modo ſententiæ acquievit, videlicet non appellando, vel contradicendo infrà tempus decendii : *d. c. quòd ad conſultationem* & hæc ſolutio plana eſt, neque video, quo pacto infringi poſſit. Ac, 6
quòd tacitus etiam conſenſus, qui oritur ex non delata infrà decendium querela gravaminis ad ſuperiorem, confirmet judicatum, ad idem eſt textus *in finalibus verbis. ubi notat gl. verb. aſſenſio. in l. ab eo 3. C quomodo & quando jud. l. fin §. illud etiam. C. de tempor. appell.* in ratione ſui, dum dicit : per quem ſtat, quò minus appellatio juſtificetur infrà terminum à lege præfinitum, illum appellatione defraudari, & ſententiam contra eum latam in ſuo robore durare & ad effectum perduci debere. *Maranta de ord. judic. par. 6. ſub tit. de appellat. num. 306.* Et quòd hæc opinio, contra communem, magis tuta & juri conſentanea ſit, iſtud probatur per locum ab abſurdo, quia, ſive in ſententia exprimatur terminus faciendæ executionis, ſive non inſeratur : ſemper tamen ineſt tacitè terminus ille legalis, temporis videlicet quadrimeſtris pro ſolvendo judicato. *l. fin. C. de uſur. rei jud. l. 2. l. 4. ff. condemnatum. ff. de re judic.* Unde circa hoc, ut ſen- 7
tentia tranſeat in judicatum, non habetur conſideratio, an victus acceptet illum terminum expreſsè, vel tacitè, ſed ad ſolum lapſum decendii : aliàs ſiquidem *authent. hodiè. C. de appellat.* fruſtrà eſſet poſita, quòd eſt inconveniens dicere. *argumento l. 1 ff. Divus ff. de legatorum nom. cave & textus d c. quod ad. conſultationem ita clarus eſt, ut nulla tergiverſatione circumduci vel eludi queat.* Et, quomodocunq; ſe habeat communis opinio, Maranta ipſemet fatetur, omni condemnato, qui cognovit judicatum, eſſe neceſſarium, ut infrà 10. dies appellet, quod ſi non facit, intelligitur conſentire,

8 ſentire, & ſic renunciare privilegio provocationis, ita ut ulteriùs contravenire non poſſit. *Mar. ubi ſupra num. 314.* & hoc extendit ad caſum maximè ſpecialem, etiam contra eum qui habet privilegium immunitatis à collectis vel datiis, ſi is ſemel ſciat ſe deſcriptum in communi æſtimo eorum, qui vocantur ae-tributa, & infrà decem dies non appellet, intelligitur renunciaſſe ſuo privilegio. *Maranta ubi ſuprà, poſt Angelum in l. 1. §. ſi quis. nu. 2. ff. quando appell. ſit. & ſequitur Alex. conſ. 102. num. 10. vol. 1. ac facit l. hi qui 7. in illis verb. ſi appellationis auxilio non utantur, conſenſu ſuo confirmant nominationem. cum l. ſi adſcribatum 4. C. de appellat.* & iſta ſententia contra communem in terris Saxoniæ indubitata eſt, & tota die obſervatur, de hoc ad communem practicam me referendo, de qua Regulus noſter in ſuo proceſſu judiciali, *ca. 104. num. 4.*

Secundò extenditur hæc concluſio, pro
9 fienda parata executione in vim judicati pòſt decendium, etiam ad præcepta executiva, quæ, præhabita quali quali cognitione cauſæ inter partes, aut ſaltem cum clauſula juſtificatoria: *ſi te gravatum ſenſeris*: emanant quaſi quotidiè in aulis Principum, quibus mediantibus, præcipitur reis, ut infrà tempus judicati, à lege Saxonica præſcriptum, puta infrà tres quatuordenas, ſatisfaciant creditori, vel cauſas ſuæ contradictionis opponant, alioqui fore, ut adverſus eos procedatur poſtridiè deſignati termini ad paratam executionem, ſecundum ea, quæ traduntur infrà *nu. 265. cum ſeqq. uſq. ad num. 275. incluſivè.* Quia, ſi non contradixerint infrà decendium, querelando videlicet vel aliter ſuſpendendo præceptum per provocationem ad ſuperiorem, quantumvis deinde in termino executionis, vel etiam citiùs appellent: tamen ampliùs non audiuntur, nec ſuperſedetur ab executione. *per d. c. quod ad conſultationem. & notat Maranta de appellatio. part 6. num. 314. at ſatis probat d. l. hi qui. 7. C. de appellat. & d. l. 1. §. ſi quis. ubi Ang. num. 2. ff. quando appellan.* Sufficit enim ad appellandum etiam gravamen extra judiciale. *Maranta de ordine judic. parte. 6. de appellat. num. 202. Gailius obſer. 139. num. 2. libro 1.* Dico autem cum myſterio, de præcepto emanante cum præcedente cauſæ cognitione ſaltem ſummaria: ſecus enim eſſet in illis & præceptis, quæ impetrantur ad nuda ſupplicata & narrata unius partis tantùm, *de quibus infra num. 263.* Sicut autem hæc opinio, quòd videlicet condemnatus per ſententiam vel præceptum judicis de ſolvendo, ſi infrà decendium à die publicatæ ſententiæ vel inſinuati præcepti executivi non appellet, poſteà infrà terminum, judicatis miſerationis gratia, proditum à lege non auditur, ſi ulteriùs appellare velit, apud nos, ut etiam ſuprà monuimus, per provincias Saxoniæ communiter obſervatur in practica; ita ex hoc fundamento creberrimè rejiciuntur infinitæ appellationes, quæ fiunt ad judicium curiale hujus Ducatus Saxoniæ in Thuringia.

Cui non abſimilis eſt etiam alia execu- 10
tionis ſpecies, quam nominant Miſſionem in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto. Et fuit hoc remedium regulariter triplici caſu proditum, puta, rei ſervandæ cauſa, legatorum ſervandorum gratia, & ventris nomine. *l. 1. ff. ex quib. cauſis in poſſeſſ. eatur.* Et pri- 11
mum quidem cauſatur ex contumacia rei conventi, qui tribus edictis judicis, aut uno peremptorio citatus, per ſe vel procuratorem ſuum venire, ſeſeque defendere contemnit, ſeu, quia malitiosè ſeipſum occultat, ſeu quia aliter impedit, ne citatio ad ipſum pervenire poſſit, hoc enim caſu locus eſt miſſioni huic ex primo decreto. *c. quoniam frequenter. §. porrò juncto § in aliis extra ut lite non conteſt. l. 1. l. 2. & l. Fulcinius. 7. in princ. & §. quid ſit latitare ff. ex quib. cauſis in poſſ eatur. cum l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. de damno infec. c. 2. extra de dolo & contum. c. 1. & 2. de eo qui mittitur in poſſeſſ.* Eſt enim miſſio unum ex remediis compulſivis, quibus judex compeſcit inobœdientiam & rebellionem partis, non agnoſcentis, vel utiliter habentis ipſius juriſdictionem, *ſecundùm Iaſ. in l. 1. num. 23. ff ſi quis jus dic. non obtemp. ac facit. l. conſentaneum. 81. in verbis: vel poſſeſſionem, cui incumbit reus, ad ſe transferre. C. quomodo & quan. judex.* (& qui- 12
bus ulterius pœnis coerceatur contumacia, videantur *Bart. in d. l. 1. num 7. Maranth. de ordine judicior. part. 6. rubr. de contumacia nu. 9. 10. 11. cum ſeqq. uſq. ad finem rubricæ, & in primis etiam num. 16.*) Vocamus autem primum decre- 13
tum, quaſi primum juſſum, vel primum interlocutum judicis, ſuper contumacia rei. *ſecundùm Specul. in tit. de primo & ſecundo decreto. §. primo. in princ. & num 1.* Cœterùm hanc 14
ſpeciem miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto, ob contumaciam rei fugientis judicium in actionibus ſive rei perſecutoriis, ſive etiam pœnalibus vel criminalibus, non agnoſcit jus Saxonicum, quo in his terris utimur. *Apoſtillator ad text. Landrecht lib. 2. art. 41. litera. B. in fine.* ſed ſimpliciter condemnat 15
contumacem, tanquam convictum & confeſſum, in cauſa principali, uſque ad legitima impedimenta. *textus eſt in art. 9. in prin. lib. 2. in illis verbis. ſi non comparuerit, quaſi victus condemnetur & ibi gl. Germanica nu. 4. & art. 24. in gl. fin. eod. Weichbild art. 11 1. in gl fin. & gl. Latin. Landrecht lib. 1. art. 41. & art. 67. in fine ſicut & art.*

Miſſio in bonorum poſſeſſionem.

De contumacia.

Differ. jur civ. & Saxon. 99. lib. 1. Zobe differ. 16. part 3 nu. 13 & 16.

16 *45. lib. 2.* ita tamen, ut adverſus contumacem præceſſerint trina edicta citatoria, ſingula continentia intervallum unius quaterdenæ, Landrecht *lib. 3. art. 39. verſ.* Alſo thut man auch zum andern und dritten mal / und antwort er dann auch noch nicht / ſo iſt er der Schuldt uberwunden. *ac concordat d. art. 41. ibi.* Kompt er nicht vor zum dritten dinge / er wird vertheilet *& art. 67. lib. 1. in princ.* etiamſi videatur ibi, quòd ad hoc, conſtitui differentia inter judicia criminalia & civilia, ſed non eſt: & in practica circa utrumque idem juris obſervatur, ut iſtis caſibus contumaces regulariter puniantur in jactura vel amiſſione cauſæ, intelligendo tamen, prout ſupra dictum eſt, cum clauſula, niſi videlicet probet reus de legitimo impedimento ſuæ abſentiæ. *Regulus noſter in c. 37. proceſſus Saxonici per totum*: licet articulus 70. libri primi. Landrecht contrarium innuat, quaſi videlicet pro perſonalibus cauſis ob contumaciam eodem modo in provinciis Saxoniæ miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto locum habeat, ſicut de jure civili. De quo tamen dicatis, prout latiùs iſta declarantur in tertia parte noſtri operis. *cap. 10. num 5. & 6.* (& in eo durior eſt conditio rei, quàm actoris, qui ob contumaciam nequaquam puniatur in amiſſione cauſæ, ſed tantum circumducitur terminus, ipſo condemnato in expenſis, quibus refuſis & præſtita cautione de proſequendo litem uſque ad finem cauſæ, denuò admittitur ad agendum contumax, *l. properand. in. 13 §. & ſi quidem pars actoris. 2. C. de judic l. eum quem temere. 79. ff eod c pro ut c. actor. ex. de dolo & contum. in 6.* In huc enim nihil eſt mutatum per jus Saxonicum, teſtante Regulo: in practica judiciorum Saxonica *ca. 35.*

An iſta conſtitutio Jur. Sax. ſit iniqua, vide proceſſum Mauſeri pag 89. cum ſeqq.

17 *nu. 1.*. Ergo videtur idem dicendum in perſona conventi, cum mitior videatur eſſe contumacia actoris quàm rei *gl. in d. c. actor.* ne plus favoris, maximè in principio cauſæ ille mereatur, quàm hic. *arg. l. favorabiliores. 125. ff de reg. jur. cum c. non debet licere actori eod. in 6.* Sed reſpondetur breviter, Saxonem in eo reſpectum habuiſſe ad id, quod in judiciis frequentius contingere ſulet. *arg. l. nam ad ea. 5. l iura 3. de legib.* Cumque regulariter vigilent actores circa cauſas ſuas, easque quam celerrimè ad finem perduci optent, raro fit ut terminos ſibi præfinitos ipſi negligant, cujus contrarium accidit in reis, quorum proprium eſt fugere, *ſecundum gloſſ. in c. cauſam quæ. Verbo ad domum. ex. de dolo & contum.*) Quan-
18 tumvis autem ulteriùs textus juris noſtri provincialis, ad hoc, ut pœna contumaciæ, quæ conſiſtit in amiſſione cauſæ, adverſus reum locum habeat, videantur requirere trinam citationem pro forma, ita quòd non ſufficiat unicum edictum pro omnibus, argumento ejus, quod tradit Baldus: ſtante ſtatuto, quòd contumax habeatur pro confeſſo, requiri ſucceſſivè trinam citationem, nec ſufficere unam peremptoriam. *Baldus in l. receptitia 2 nu. 11. C. de conſtit. pecun.* quod firmat etiam Craveita. *conſ. 251. num 2. part. 1.* & Zobelius *in art. 24 litera B. in fin lib. 2.* tamen, quicquid additionator ibidem dicat, in uſu practico contrarium obſervatur, adeò, quòd citatus etiam unico edicto peremptorio, con- 19
tinente tamen intervallum trium quaterdenarum, ſiquidem in termino juridico ſui copiam non facit, condemnandus nihilominus venit, ut convictus & confeſſus, quo de reſtatur etiam author differentiarum, quæ ſub D. Fachſii nomine circumferuntur. *differ. 39. ut ſupra in margine notatum eſt.* & D. Hartmannus Piſtoris Electoris Saxoniæ digniſſimus & ex intimis Conſiliarius, idemque accuratꝰ & ſedulus indagator uſitatæ practicæ per terras Saxoniæ, in ſuis quæſtion. *parte. 1. reſponſo. 3 num 9.* idque proculdubio, non tam ex propria experientia, quàm etiam ex privatis annotationibus fratris ſui, acutiſſimi judicii Juriſconſulti, & Practici per provincias Saxoniæ celebratiſſimi, D. Modeſtini Piſtoris, Viceordinarii quondam Lipſienſis, præceptoris mei recolendæ memoriæ (ut cujꝰ ibidem etiam crebrò honorificè meminit) compertum habet, ex cujus ore & viva voce, unà cum aliis ejus temporis ſcholaribus, *in repetitione c. 1. extra de judiciis. & aliàs ſæpiùs,* itemque poſt illa tempora, etiam ex quotidiana practica cognovi, iſtam ſententiam, quòd videlicet reus, citatus uno edicto, peremptorio tamen, eodem modo de conſuetudine hujus patriæ incidat in pœnam amiſſionis cauſæ, quemadmodum, ſi trina vice requiſitus non comparuiſſet, communiter teneri, prout indiſtinctè concludit etiam Regulus noſter in proceſſu Saxonico. *d. c. 35. num. 1. junctis, quæ tradit idem in ca. 37. num. 1. & 3.* Nec obſtat illud Baldi *in d. l. receptitia.* quia ſtatutum, de quo ibi, loquebatur de præciſa & abſoluta condemnatione contumacis in cauſa principali, abſque videlicet conditione, vel reſervatione alicujus beneficii, cujus virtute putarat contumax excuſare ſuam abſentiam, & ita verteretur irreparabile præjudicium conventi. *Baldus d. l receptitia. num. 11* nimirum, ſi illud odium contumacis non extenditur extra caſum, de quo litera ſtatuti loquitur. *c. odia extra de reg. jur in 6. c. ſtatutum de elect. eod. tit. in 6.* quod in jure noſtro provinciali non eſt; condemnatur enim contumax, ut annotatum ſuperiùs extitit, in cauſa principali, non aliter, niſi ſub conditione, quatenus videlicet

non

non poſſit probare de legitimo impedimento, ſicut eſt uſitata formula pronunciandi ſu-
20 per contumacia. Auff beſchüldigten Ungehorſam. C. D. Beklagten eines/ vnnd A. B. Klägern anders theils/ Erkennen wir vor Recht/ Das Beklagter von wegen ſeines auſſen bleibens / biß auff Ehehafft/ vñ behelffliche Wiederrede/ erlanget vñ erſtanden iſt. quod idem eſt, ac ſi dicamus, condemnamus reum in cauſa principali, niſi potuerit docere de legitimis impedimentis
21 ſuæ abſentiæ. Vocant autem legitima impedimenta, captivitatem rei, adverſam valetudinem, peregrinationem extra fines iſtius terræ, hoc eſt, abſentiam probabilem, propter iter, quod pietatis & devotionis cauſa ſuſpitur, ad ſepulchrum Chriſti, ad limina S. Petri, vel aliter, item expeditionem publicam, hoc eſt, abſentiam Reipub. cauſa quamcunq; *arg. l. un. fin. ex quib. cauſ. ma. in integr. l. abſentia 140 de reg. jur.* Hęc quatuor impedimẽta, quę proficiunt ad excuſationẽ abſentãtis ſe a judicio, enumerat textus Landr. *lib. 2. art. 7.* per quæ tamẽ non excluduntur etiam cœteræ remoræ, puta, non habitæ ſecuritatis in via, vel in loco judicii, vel aliæ, quæ aliquem quoquo modo a comparitione in termino judiciali diſtrahunt, de quib. *in l. 2. in pr. & §. 1. cum ſeqq. ff. ſi quis caut. jud. ſiſt. c. cum dilectis. extr. de dol. & contum. & ſimilibus.*

legitima impedimenta.

22 Verùm hæc ſententia tunc demum fertur, quando reo non faciente ſui copiam in judicio, actor accuſat ejus contumaciam: aliter enim ad talem condemnationem non properatur, & reus pro contumace non habetur *Bar. in d. l. ſi finita 15. § Julianus nu. 15. quod & Alex. ibidem num. 32. inn. cit. ff. de dam. infect. argum. ejus quod tradit Iaſ. in d. l. properandum. § & ſiquidem num. 4. per illum textum in verbis: parte actoris abſentiam incuſante. C. de judic. ac facit authent. qui ſemel. in verb. reo poſtulante. C. quom. & quand. jud. notat q; Hypolyt. in l. de unoquoq; 47. n. 123 ff. de re jud. & Bar. in authen. & qui jurat. num. 14 C. de bonis aut. jud. poſſid. & Hieron. Schurff. ſius conſ. 38 nu. 3 centur. 2.* Idq; obſervatur in practica, quòd videlicet actor, tunc, quando reus in termino præfixo ſui non facit copiam, accuſat ejus contumaciam, petendo eum condemnari pro convicto biß auff Ehehafft *Hartmannus d. quæſt. 3 num. 12 parte. 1.* Quantumvis autem Regulus in prædicto loco *ca. 37.* videatur velle, talem condemnationem uſq; ad Ehehafft/ ſtatim in primo termino peremptorio locum habere, etiam in caſu, quando reus comparet quidem, ſed exceptionibus dilatoriis uſus, recuſat litem conteſtari. *d. ca. 37. num. 2.* tamen id uſu in his terris receptum non eſt, ſed ſolet pronunciari. Ob wol Beklagter dißfals vor vngehorſam nicht zu halten/ oder biß in Ehehafft zu vortheilen/ So iſt er doch / ſeiner Einrede vngeachtet / bey ſtraff des Vngehorſams / nochmals zu antworten/ vnnd den KriegRechtens zu befeſtigen vorpflichtet. hoc eſt, quantumvis in cauſa principali reus nondum ſit habendus pro convicto: tamen ſub pœna contumaciæ condemnatur ad denuò reſpondendũ & conteſtandum litem.

Differ. jur. civil. & Saxon. loc. præcip. atu, & videm in Zobelianis num. 6.

Sicut n. exceptionem obji- 23
ciens, non dicitur litem conteſtari, cum nec negare nec confiteri intentionem actoris videatur. *c. exceptionem objiciens extr. de reg. jur. in 6. l. non utiq; 9. ff. de except. tit. generali*; ita, quia exceptio quæcunq; ad impediendum litis ingreſſum propoſita, nihil aliud eſt, niſi clypeus, quo ſe munit reus adverſus inſultum actoris. *l. 2 eo. tit.* indignum eſſet, eum, qui venit in judicium, utendo ſuis defenſionibus, in primo termino peremptorio cõdemnari ſuper principali cauſa, adeoq; æquitas dictat, aſſignari convento alium terminũ ad reſpondendũ libello, ſub pœna contumaciæ bey ſtraff des Vngehorſams Quo ipſo etiam caſu, ſi ſecunda vice moram traxerit in reſpondendo libello actoris, objiciendo videlicet peremptorias ad impediendum litis ingreſſum, utcunq; probabiles, nõ facilè deſcenditur ad condemnationem usq; in Ehehafft / ſed imponitur contumaci pœna pecuniaria, pro arbitrio judicis, vel qualitate cauſæ, nonnunquam quinq; interdum etiam 10. florenorum, applicanda judici, cujus juſſus contemnitur, & ſimul condemnatur parti ad expenſas termini, annexa in fine ſententiæ clauſula; ſi porrò ceſſaverit litem conteſtari, quòd tunc habeatur pro cõvicto & confeſſo uſq; ad Ehehafft de quo me refero ad quotidianam practicam, ac ſtylum dicaſteriorum & judiciorum curialiũ in provinciis Saxoniæ. Quod idem fermè etiam fie- 24
ri ſolet in caſu, quãdo in citatorio fuit expreſſum, ut reus litem in termino aſſignato ſimul etiam eventualiter conteſtetur. *per ea, quæ habentur in c. paſtoralis. extr. de except.* Idq; omittat ſaltem eventualiter litem conteſtari, in prima die juridica, acquieſcendo ſolum in exceptionibus dilatoriis, vel aliis, ad impediendum litis ingreſſum oppoſitis; nam, ne tunc quidem punitur in amiſſione cauſæ, ſed interloquitur judex, jubendo, ut denuò litem reus conteſtetur, ſub pœna condemnationis in principali cauſa, uſq; ad legitima impedimenta, abſq; tamen condemnatione mulctæ pecuniariæ, judici perſolvendæ, ſed nihilominus parti actrici, ratione præſentis contumaciæ, in non reſpondendo, condemnatur tunc in expenſas termini, retardati proceſſus ratione. *per tex.* Landrecht *lib. 3. art. 9. §. qui in judicio incuſatur.* Circa quod & illud meminerint tyrones, in judiciis paganorum, quæ de una quaterdena, in aliam quaterdenam, võ gedingen zu gedingen/

25 continuantur, contumacem in primo vel ſe-
cundo termino, hodiè neq; in amiſſione cau-
ſæ, neq; in expenſis condemnari. Quando-
cunq; enim requiritur trina citatio, ſi citatus
in primo vel ſecundu termino emanſit,&de-
mum comparet in tertio, non debet reficere
expenſas primæ vel ſecundæ citationis. *Alex.
in l.contumacia.53.num.18.ff.de re jud. licet addat:
Doctores communiter tenere contrarium, per auth.
qui ſemel. C. quomodo & quando judex.* quod &
Zobelius ſequitur, licet nihil alleget, in ſuis
additionib9 ad gloſſam verbo Zu ſeinen rech-
ten Tagedingen. Landrecht.*lib 2.art.24. & in ad-
ditione gloſſæ Latinæ, litera B.ad lib.1.art.67.* ubi
innuit:citatum, ſi in primo vel ſecundo judi-
cio ſe abſentet, condemnari in expenſas ter-
mini. Verùm quicquid ſit, contrarium obſer-
vat uſus harum regionum,& ſimpliciter pro-
nunciatur. Der Beklagte ſey vom erſten biß zum
andern / Item vom andern biß zum dritten Ge-
richt erſtanden/absq; omni expenſarum men-
tione,vel condemnatione. Unde eſt, quòd a-
cta primi vel ſecundi termini, in judiciis pa-
ganorum,vel raro vel nunquam transmittan-
tur, pro requiſitione conſilii ad Juriſconſul-
tos; ſed judices cum ſcabinis tribunalium in
pagis ipſimet prædictas ſententias ferunt, ci-
tando deinde partes ad ulteriorem proceſ-
ſum,in tertio v. termino proceditur adverſ9
eum, ſicut diximus de reo,qui uno pro omni-
bus edicto peremptorio propoſito citatus eſt,
quod ipſum etiam utiliter & rectè monuit,
circa hoc ſibi contrarius,Zobeli9 *in gl Latina,
litera B.ad tex.German.*Landr.*lib. 1. art. 67.* & ita
ſe habet communis practica, contra id quod
traditur,*in art. 39 lib.3.§.*Wen man für Gericht
beſchüldiget. *juncto verſ.* Alſo thut man auch zum
andern *ubi notat gl.German.nu. 7.* quòd, ex quo
in tribus primis terminis reus cuntumax eſt,
ideo debeat etiam ad totidem expenſas, triũ
nempe judiciorum,damnari, contrariũ nam-
que ut prædixi, receptius eſt,adeò, ut inde et-
iam ſatis liqueat, quo pacto jus noſtrum Sa-
26 xonicum,non magis ex litera,quàm ex uſu&
longa conſuetudine addiſcatur,prout veriſſi-
mè & eruditè monuit D. Hartmannus Piſto-
ris,in ſuis quæſtio. *par. 1.quæſt.16 n. 11.* Ideò o-
ptandum foret,multos exiſtere per has pro-
vincias viros in practica exercitatos,qui ope-
ram ſuam ad illuſtrandas conſuetudines Sa-
xonicas conferrent.(pro ut per Chaſſanæum,
Boërium,Afflictum,Molinæum,Andream de
Iſernia,Lucam de Penna, Aymonem, alioſq;
innumeros in eorum cõmentatiis ſuper con-
27 ſtitutionibus &conſuetudinibus ipſorum pa-
triæ factitatum eſſe videmus)licet in provin-
ciis harum regionum nemo rectiùs id fece-
rit, quamis, cui ex conſtitutione Imperii,

quam auream Bullam vocam9, Saxonicarum *In aur. bul. c. 5.*
legum cura & cuſtodia demandata fuit, ſicut
noſtris temporibus præclarè cœpit hanc in-
terpretationem & declarationem juris noſtri
provincialis, Princeps Illuſtriſſimus & ad o-
mnem poſteritatem commendandus Elector
& Archimarſchalcus imperii Romani, Dux
Saxoniæ Auguſtus &c. in ſuis novellis publi-
cè promulgatis, perfeciſſetq; & continuaſſet
utiq; iſtud opus, niſi fuiſſent, qui proh dolor
ſemina diſſidiorum in religione ſpargerent,
quam, ſicut ipſe à majoribus, & D. Luthero
acceptam in ſuis Eccleſiis illibatam eſſe volu-
it, ita ab hoc utili propoſito, præter opinio-
nem hactenùs diſtractus fuit. Quin & alia 28
cautela uſitata, quam tradit prædictus Regu- *Differ. jur. civ. & Sax. in Zobel. ... num. 10.*
lus *in c.37.n.3.§.*vnd darumb *in illis verbis*: Das
der Beklagte auffs vierdte Gerichte zu darthuung
ſeiner Ehehafft *peremptoriè* geladen werden ſol/
ſicut & nõ raro in quibusdam dicaſteriis pro-
nunciari vidimus, quòd circa condemnatio-
nem biß auff Ehehafft/annectunt clauſulam:
Zu welcher darthuung der Beklagte billich wieder-
umb citiret vnd vorgeladen wird/ non videtur
carere periculo. Si enim vocabulum: darthu-
ung accipiamus (prout proprietas ſermonis
ſonat)de probatione impedimentorum, vel
Ehehafft/duorum alterum timeri oportet, nè-
pe quòd reus, confiſus verbis ſententiæ, for-
ſan expectabit citationem judicis, & prius-
quàm illa emanet,non erit ſollicitus de faci-
enda fide ſuorum impedimentorum, donec
labatur terminus juridicus, in quo de jure te-
nebatur deducere ſuas remoras, ſi quas habu-
iſſet, ita, ut cadat cauſa. Econtra verò jus di-
cens expectabit ſupplicationem rei conde-
mnati,& editionem articulorum probatoria-
lium de ipſius impedimentis, hinc lis ex lite
orietur. Ac,quia actor fortè non vult admit- 29
tere reum, poſt terminum Saxonicũ, ad pro-
bationem ſuorum impedimentorum,hic cõ-
tra judicem non citantem aget in ſyndicatu,
quaſi fecerit litem ſuam ad intereſſe,*ſecundùm
gloſſ. final.in fine l.f.C. de pœna jud. qui male jud l.
fin. 6 ff. de variis & extraor.cognit. & Inſtit. de obl.
quæ ex quaſi del.naſ.in pr.* Econtra judex replica- 30
bit; q citatio partium non expediatur judicis
officio nobili, ſed mercenario,ideoq; debuit
pro ea pars inſtare *gl.l.qui per colluſionem 49.§.
f.ff. de actio.empti.l.4.§.hoc 2.de dam.infect.l. 4.C.
depoſiti.* maximè in propoſito, ubi quæ antè li-
tem conteſtatam contingunt, non admodum
ad judicem pertinent,niſi nominatim petan-
tur *l.ædiles.25.§.item ſciendum.3. v. ea a. quæ an-
te.ff.de ædil. edicto.l.ſolemn.61.in pr de jud* ac, q
citatio nõ debeat fieri proprio motu judicis, 31
ſed ad inſtantiam demum partis, tradit *Spec.
in tit.de citat.§.ſequitur,n.14.& Felin.in cap.1.ex.*

de judic.

de judic. quos ſequitur Marant. de ord. judic. part. 6. n. 115. & probat Lanfranc. cap. 1. de citat. n. 5. & 6.

32 Et certè textus, quem memini pro contrariæ ſententiæ patronis allegari, non magis pro eis, quàm contra eos probat. Landrecht. *lib. 2. art. 24. in fine.* ubi habetur: poſſeſſionem ita demum amitti ex parte rei, ſi vel ad reſtitutionem condemnatus ſit definitivè, vel citatus ad reſpondendum non comparuerit, Wann er zu ſeiner Antwort vorgeladen wird / vnd gleichwol nicht vorkömmet / ſubintelligendo, nempe, quòd fuerit quis citatus ad requiſitionem alterius partis, non autem inde probatur, quòd reus ex cauſa contumaciæ condemnatus in amiſſione cauſæ, usque ad probationem legitimorum impedimentorum, denuò per officium judicis, & quidem ex proprio ej⁹ motu, abſq; inſtantia condemnati, requirendus vel citandus ſit ad docendum

33 de ſuis impedimentis. Cùm enim terminus probatorius trium ſit quaterdenarum in his provinciis. Landrecht *lib. 1. art. 62. verſ.* Gezeugens ſol man in 6. Wochen vollkommen. *ibidemq; additio Latina liter. F. cum gl.* Weichb. *ar. 67. & 68.* ita, ut ſufficiat, articulos probatorios infrà illud tempus offerri, licet neq; teſtes recipiantur, neq; examinentur, cum iſtud in poteſtate partis non ſit, cogere jus dicentem, ut infra id tempus examen inſtituat, per ea, quæ alibi tradidi *in cap. cum dilecti filii. ex. de dilat. circa dilationem probatoriam,* isq; terminus habeatur fatalis, & ſit notus partibus, adeò, ut alia notificatione vel determinatione in ſententia non indigeat, argumento ejus quod tradit *Baldus in l. 2. in princ. & nu. 1. per illum tex. verſ. nec hoc parti nocebit.* cùm notus omnibus dies fatalis appareat. *C. de tempor. appella. juncto. cap eum qui certus. extra de reg. jur. in 6.* ideò non eſt neceſſe, dilationem illam Saxonicam aliter aut denuò præfigi à judice, ſicut rectè docet apoſtilla marginalis ad additionem Latinam *d. art. 26. litera F.* & ante eam Regulus noſter in ſuo proceſſu *cap. 71. n. 2.* licet de jure civili, dilatio vel terminus ad probandum, arbitrio judicis determinetur. *l. 1. C. de dilatio.* Ex quo ſatis patet, per lapſum trium quaterdenarum, de jure Saxonico, in terminis propoſiti noſtri reum adeò conſtitui in mora; ut deinceps cum probatione ſuorum impedimentorum ampliùs non ſit audiendus: cum terminus probatorius ſit peremptorius & excluſivus aliarum probationum. *argumento ejus quod tradit Bar. in l. ceſſante. 2. nu. 6. C quomodo & quando judex. Salicet. in l ſi ea. 7. num. 7. C. de his qui accuſ. non poſſunt. Maranta de ord judic. parte. 6. de dilationibus. per l oratione. 7. & l. f. ff. de Feriis.* maximè in jure noſtro provinciali. Qua dilatione terminata, neq; ſecunda, neque tertia dilatio pro introducendis, vel etiam mutandis & alterandis articulis probatoriis conceditur, quantumvis iſtud petatur à parte, ſicut de hac conſuetudine atteſtatur additionator *ad d. artic. 26. litera F. circa medium. libr. 1.* Landrecht. Quòd tamen cum mica ſalis intelligatur, 34 quatenùs nimirùm ſecunda vel tertia dilatio peteretur pòſt lapſum termini probatorii. Iſtud enim neque de jure civili, neque de jure Saxonico admittitur, prout de jure civili habetur clarus textus *in d. l. oratione. 7. ibi. amplius dari non poſſit, & in l. fin. in verb. dilatio plus quam ſemel tribui non pòteſt. ff. de Feriis & dilat. & de jure Saxon.* Landrecht. *lib. 1. art. 62.* ſecus eſt, ſi ante lapſum termini ex probabili cauſa alicujus remoræ dilatio petatur. Iſtud enim pro ut de jure civili permittitur *cap. ultra tertiam ubi Felin. num. 6. & alii Canoniſtæ ex. de teſtibus. Lanfrancus in cap quoniam contra. rubric. de dilat. num. 9. ac notant Panor. & Ant. de Butr. in c. dilecti filii, ex. de dilat.* ita idem ne jure quidem Saxonico denegatur: quo deteſtatur Conradus Mauſerus in ſuo proceſſu *mihi f. 156. & 157. verſ. habetis igitur ex his quoq;*: Et ita fuit de jure reſponſum in dicaſterio noſtro an. 1586. menſe Majo. Verùm ut redeamus ad propoſitam quæſtionem, unde parumper digreſſi ſumus, nobis ſanè, in dicaſterio Academiæ Jenenſis, in provinciis Thuringiæ illa clauſula: Zu welcher Ehehafft darthuunge/der Beklagte nochmals billich citiret wird. ſuper propoſita facti ſpecie, ubi alii Scabini, ad requiſitionem conſilii, contra reum ſeſe abſentantem, tulerant præfecturæ Altenburgenſi ſententiam contumaciæ, usque ad legitima impedimenta, cum annexa clauſula: Zu welcher darthuung &c. Hoc eſt, ad quorum probationem denuò reus meritò citatur, citatione non ſubſecuta officio judicis, intra terminum probatorium, cùm actor reum ampliùs admittere recuſaret, injecit iſta quæſtio non parum ſcrupuli. Verùm, quia verba in deciſione poſita videbantur officium judicis, etiam non imploratum, ad citandum reum pro deductione, vel allegatio- 35 ne ſui impedimenti aſtringere, & aliàs indubitatum eſt, impedito per prætorem ipſo jure non currere præſcriptionem, *§. hoc quoque* 36 *auth. ut ſponſal. larg. coll. 9.* &, quòd in omnem eventum, ſimul petebat contumax, ſe contra læſionem, ex facto judicis ipſi contingentem, reſtitui, ex illa generali clauſula: ſi qua mihi juſta cauſa videbitur. *l. ſed & ſi per prætorem 26.* 37 *§. ſi feriæ. 7. ff. ex quib cauſ. majo. in integr.* ideò, ne reo probandi facultas interciperetur. *l. curent. 22. ff. de teſtibus l. plures. 19. C. de fide inſtrum. l. generaliter. 12. C. de jurejur. l. quoniam. 21. C. debæret.* ex his & aliis cauſis, quæ deducebantur in actis, admiſimus denuò reum ad produ-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

producendos articulos probatorios ſuorum prætenſorum impedimentorum, infrà terminum Saxonicum anno 1574. menſe Junio. Ideò nunquam exeat memoriam conventi, qui admittitur ad probationem impedimentorum, quantumvis non citetur ad docendum de iis tamen, ſub periculo amiſſionis cauſæ principalis, debet ipſe articulos probatorios, ſaltem infra terminum Saxonicum edere, cum proteſtatione de ſua diligen-
38 tia. Quæ impedimenta, ſi deinde probet, aut ſaltem infrà terminum probatorium, pro facienda fide ſuorum impedimentorum, ad juramentum ſe offerat, & admiſſus juret, *juxta ea quæ habentur in cap. paſtoralis. in verb. fidem faciat ſuo juramento extra de except. ac teſtatur Regulus noſter in cap. 37. num. 4. per* Landrecht *libr. 2. art. 27. & gl.* Lehenrecht. *cap.* 24. purgatur contumacia, & omnia redeunt in priſtinum ſtatum, ita, ut ſecundum juris ordinem denuò procedatur, argumento eorum, quæ tradunt, Bar. Alex. Jaſon & alii *in l. 2 ff. ſi quis in jus voc. non ierit. & in l 2. ſi quis cautionibus jud. ſiſti non obtemper.* Prædictis tamen omnibus
39 non obſtantibus, illa clauſula: condemnamus contumacem usque ad Ehehafft / zu welcher darthuung der Beklagte nochmals citiret wird. & qua clauſula utuntur Scabini Lipſenſes & VVittebergenſes, benè ſalvari poteſt, quia ipſi vocabulum, darthuung der Ehehafft / non intelligunt de probatione, ſed tantùm de allegatione & deductione impedimentorum, ut judex videat, quales futuri ſint articuli probatorii, an relevantes, nec ne: tunc enim terminus probatorius non inſpicitur, ſed expectatur citatio judicis ad aliam juridicam, ubi conventus auditur cum ſuis allegationibus impedimentorum, & denuò ipſi imponitur probatio. Et, quòd vocabulum, Darthuung der Ehehafft / in his terminis non accipiatur de probatione der Ehehafft / facienda infra terminum Saxonicum, ſed tantùm de propoſitione & allegatione legitimorum impedimentorum, ad quam citandus venit, illud clariùs explicat, quàm alii, D. Schneidevvinus *in §. ſumma autem diviſio. num. 16. Inſtit. de interdict.* Per provincias tamen Saxoniæ, in partibus maximè Thuringiæ, ſicut ſuperiùs etiam tactum fuit, iſta practica in de-
40 ſuetudinem abiit, & condemnatur præcisè reus in amiſſione cauſæ, biß auff Ehehafft / hoc eſt, usque ad legitima impedimenta, cum adjectione clauſulæ; ad cujus probationem admittitur reus infrà terminum probatorium,
41 Beklagter iſt / von wegen ſeines Ungehorſams / biß auff Ehehafft erklaget vnnd erſtanden / die er auch alſo in Sächſiſcher Friſt zu beweiſen vnnd darzuthun ſchüldig iſt. Licet autem alibi in jure Saxonico dici videatur, quòd contumacis etiam forenſis, in termino non comparentis, pœna ſit, amiſſio cauſæ præciſa, ut videlicet ex tunc contra eum, tanquam condemnatum, procedatur ad executionem, vel captionem pignorum. Landrecht *lib. 1. ar. 70. §.* Klaget man aber: tamen loquitur ille textus in caſo ſpeciali, ubi duo concurrunt circa moroſum debitorem, puta quod & iſte forenſis in loco citantis judicis habeat bona ſoli, & quòd eò ſolutionem deſtinarit. *d. ar. 70.* ac certè in practica ita rigidè hæc litera non obſervatur, quòd videlicet pòſt exactam quindenam, mox procedatur adverſus contumacē ad executionē, denegata ipſi probatione legitimorū impedimētorū, ad quā habet dilationem Saxonicā, qua elapſa, ſi nulla fides interim facta ſit de impedimento, denuò ſuper accuſatione contumaciæ rei pronunciatur: Das Beklagter numehr biß auff die Ehehaffte erſtanden: cum illa clauſula vel declaratione, quod reus condemnetur ad omnia, & in omnibus, quæ petita fuerunt in libello. In cauſa verò criminali, caſu quo contumax non prodibat legitimis impedimentis, exbannitur vel proſcribitur. Landrecht. *lib. 2. ar. 45. §. 1. ac notat additio Latina litera c. ad ar. 39. lib. 3.* licet admodum indiſcretè loquatur. Ac ſi contrà hoc ultimum oppunatur, quod aliquid facere juſſus infrà certum terminum, non videtur, etiam pòſt moram termini, condemnandus cauſa principali, ſed denuò ad implendam obligationem faciendi admittendus eſſe, *cap. quod ad conſultationem in princ. verſ. ſuper cætera extra de re jud. ubi dicitur: quod condemnato ad purgationem ſuper crimine infrà certum terminum, puta menſem, ſi infrà decendium non appelletur, denuò purgatio imponenda ſit, non autem condemnandus reus in cauſa principali.* Reſpondetur: quòd in dicto contrario, recipiens terminum ad purgandum, ſaltem in ultimo die præfixi termini comparebat, appellationem ſuam interpoſiturus, cum qua non poterat audiri pòſt lapſum decendii: ſed quia terminus ad purgandum ſuſceptus nondum effluxerat, interloquitur judex, quòd denuò reus ad purgandum ſe admitti debeat, cùm dici non poſſit contumax vel in mora, niſi omnes menſes, dies, & momenta præterierint, ad faciendum aliquid deſtinata. *l. qui hoc anno 42. ff. de verb. oblig. l. quòd quis aliquo. 50. de act. & oblig. l. quod certa die. 70. de ſolut. cum ſimilibus.* Sicuti non diſſimili modo in propoſito noſtro concludendum eſt, condemnatum ad probandum impedimenta infrà terminum Saxonicum, ſatisfacere dici ſen-

tentiæ,

tentiæ, quantumvis in ultimo die & momento termini articulos ſuos probatorios offerat. quod ita practicatur tota die. Licet autem porrò Regulus noſter extendat iſtud, quòd videlicet ſententia contumaciæ usq; ad
42 Ehehafft/ ferri debeat adverſus reum, non facientem copiam ſui in judicio, etiam ad appellationis inſtantiam. *Regulus cap. 115. num. 4. in fine.* ubi tradit: iſtud ita practicari. cum quo tranſit etiam D. Hartmannus Piſtoris *queſt. 3. nu. 23. part. 1.* tamen quicquid ſit, ego memini, in ſupremo tribunali Electoratus Saxoniæ, ubi regulariter cauſæ appellationum tractari ſolent, anno 1570. in pleno conſeſſu, præſentibus magni nominis Juriſconſultis ejus temporis, & nobilibus præcipuis ſummæ doctrinæ & authoritatis viris, omnibus Conſiliariis Domini Electoris Saxoniæ (me tanquam minimo & indigno intereſſente) communibus omnium votis & ſuffragiis, contrarium fuiſſe concluſum & deciſum; quòd nempè appellatus, quantumvis abſens, tanquam contumax non eſſet condemnandus, cùm pro ipſo, etiam tacente & abſente, loquantur & militent acta primæ inſtantiæ, ex quibus appellans & proſequi & juſtificare tenetur ſuam appellationem: *l. per hanc. 4. ubi notant omnes interpretes. C. de tempo. & reparat. appella.* Cumq; agatur de iniquitate ſententiæ primi judicis *l. 1. ff. de appell.* de qua non minùs conſtare poteſt ex actis primæ inſtantiæ, quàm, ſi præſens eſſet appellatus, judex appellationis, diſcuſſis meritis cauſæ principalis, etiam abſente appellato, debet confirmare vel infirmare ſententiam primi judicis. *l. eos 6. in princ. C. de appell. juncto cap. interpoſita. §. f. & cap. per tuas. in finalibus verbis. extra de appella. ac facit l. properandum. 13. §. & ſiquidem. 2. juncto. §. ſin autem reus abſuerit, 3. C. de judic.* Dato itaq; quòd judici appellationis, ex actis primæ inſtantiæ conſtet de juſtitia cauſæ appellati, extrema foret injuſtitia, ſi contra eum, qui ſe abſentavit honeſtiſſima & juſtiſſima de cauſa, pro evitandis videlicet ulterioribus expenſis ſumptibusq; itinerum, & aliis difficultatibus, confiſus videlicet actis, & probatis in prima inſtantia, ſententiam amiſſionis cauſæ, usq; ad Ehehafft/ ferre liceat. Ac, ſi objiciatur, in ſecunda inſtantia poſſe deduci etiam priùs non deducta. *d. l. per hanc. 4.* Reſpondetur: illud rarò fieri, ideoq; in conſiderationem non venire, *argumento. l. nam ad ea. 5. ff. de l.* quis enim ita reſupinus eſt, qui velit exceptiones ſuas peremptorias, ſi quas habet, pòſt concluſum in cauſa, vel usq; ad ſecundam inſtantiam reſervare? *l. peremptorias. 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe. juncta l. cum de indebito, 25. ff. de proba.* maximè, cùm poſt apertionem atteſtatorum primæ inſtantiæ, timor ſubornationis teſtium in ſecunda inſtantia, non minus, atque in prima militet, prout notant Salicetus & omnes *in l. per hanc. 4. C. de tempo. appell. ac habetur clarus tex. in clem. 2. de teſtibus.* Et ſi contingat per appellantem, abſente appellato, deduci aliquid novi, de quo in prioribus actis non fit mentio, judex tunc habet probabilem cauſam denominandi partibus alium terminum, ne tanquam inauditus, appellatus condemnetur. Et iſtud ita regulariter in hoc ducatu Saxoniæ per provincias Thuringiæ obſervarunt judices & aſſeſſores curialis judicii. Hinc & illud manat, quamvis per Cameram Imperii in prima inſtantia, actore non comparente in termino ad agendum præfixo, vel ſaltem poſt lapſum ejus, infrà triduum non purgando moram, terminus habeatur pro circumducto, & caſſetur citatio; adeò, ut actor neceſſe habeat, ſi vult proſequi litem, inſtare pro nova citatione, prout habetur in ordinationibus Cameræ, *parte 3. conſtit. 12. §. fin.* cùm judicium non debeat eſſe in ſuſpenſo. *l. non quemadmodum. 35. juncta ibi gloſſa. verbo non poſſe. ff. de judic.* tamen ſecùs eſt in cauſis appellationum, ubi, quantumvis appellans non comparet, & ita terminus habetur pro circumducto, ſive accuſetur ejus contumacia, ſive non accuſetur per appellatum; tamen abſq; alia nova citatione proceditur in cauſa, (ſuper actis nimirum primæ inſtantiæ,) prout notat D. Gailius *obſer. 59. nu. 2. & 3. lib. 1. ſuarum obſer.* Adeò, quòd a pœna 43
contumaciæ rei, in prima inſtantia ad pœnam contumaciæ appellati in ſecunda inſtantia tanquam à ſeparatis, malè arguitur. *vulgata. l. Papinianus. 20. de minor.* cùm reorum, propriè ita dictorum, proprium quaſi in quarto modo ſit, fugere judicium. *l. properandum. 13. § & ſiquidem. 2. verb. partem fugientem. ibidemq; gloſſa. & §. ſin autem reus. 3. in verb. ex facultatibus fugientis ſatiſfiat. C. de judic.* quod in actore regulariter non obtinet: ac certè appellatus, ex quo cauſa adhuc pendet in ſecunda inſtantia, fictè & impropriè reus dicitur, ſed, attenta origine litis, non minùs actoris vices ſuſtinet, etiam in appellatione, quemadmodum in prima inſtantia. Et ita ſtatutum juris provincialis in terris Saxoniæ, puniens contumaciam rei, de reo propriè ita dicto; non autem de actore, qui in ſecunda inſtantia, fictione quadam juris, reus dici poteſt, accipi debet, *cap. quæ à jure. extra de reg. jur. in 6. l. quod verò 14. & l. jus ſingulare. 16. ff. de legib. l. 3. §. hæc verba. de negot. geſtis. l. 2. §. is qui navem, de exercitor. act.*

Si is contra quem appellatio inſtituta eſt contumax fuerit.

Differ. jur civ. & Sax. practicatis locis in Zobelianis n. 18. Par. Ferner.

Verùm

44 Verùm ad propoſitum, unde digreſſi ſumus revertendo, ſecundum beneficium miſſionis in poſſeſſionem bonotum emanavit, pro cauſa ſervandorum legatorum. l. 1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. Cùm enim pro legatis, ſub conditione, vel in diem relictis, hæres cavere legatatio debeat, de ſolvendo legatum, adveniente die, vel exiſtente conditione, l. 1 ff. & C. ut legat. no. cavea. quam cautionem, ſi hæres infra ſex menſes erigere differtat, aut recuſet, aditus pro tribunali prætor (absque alio proceſſu judiciali) legatarium mittit in poſſeſſionem bonorum hæredis. l. is cui 5. §. Imperator. 16 ff ut in poſſeſſ leg ſervan. cau-
45 ſa eſſe lic. certa. 6. C. eo. tit. Eſt autem unus & idem effectus hujus miſſionis, prout de prima attigimus, puta, quòd ea mediante, nulla poſſeſſio rerum miſſo, ſed nuda cuſtodia datur. Neque enim expellendi hæredem jus habet, ſed ſimul cum eo poſſidere jubetur, ut ſaltem ex moleſtia perpetuæ cuſtodiæ & cohabitationis extorquear, quam petivit, ſatisdatio-
46 nem, d. l is cui. 5. in prin. verſ neq; enim. Tertia miſſio ventris nomine decernitur mulieri, quæ pòſt mortem mariti allegat ſe prægnantem. l. 1. verb. & ventris nomine. ff ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. Quo caſu venter in poſſeſſionem bonorum defuncti mittitur, reſpectu ejus, qui ſperatur naſciturus hæres, donec videlicet aut pariat mulier, aut abortum faciat, aut aliter conſtet, eam non eſſe gravidam. l. 1. in prin. cum §. & generaliter. juncto verſ tam diu de
47 ventre in poſ. mit. Eſt autem hujus miſſionis effectus aliquantò plenior, quam duarum præcedenrium, eò, quòd in illis miſſus, ne quidem alimenta ex bonis, in quorum poſſeſſionem miſſus eſt, conſequitur d. l. Fulcinius 7. in
48 pr. ex quib. cauſ. in poſſ. ventri autem, ultra cuſtodiam & habitationem, debêtur etiam alimenta, ut ſine quibus mulier & fœtus ſuſtineri nequeunt, & in hanc rem curator conſtituendus eſt, qui mulieri cibum, potum, veſtitum, tectum, & alia neceſſaria ſubminiſtret pro facultatibus & dignitate defuncti, item molieris, d. l. 1. §. mulier autem in poſſeſſionem. cum l. curator. 5. de ventre in poſſ. mit. & concordat textus juris Sax. Landr lib. 3 ar. 38. v. Das Weib ſoll man & lib. 1. ar. 33. item Weichb. ar. 94. ubi
49 notat gloſſa. Sicut & ſimile remedium miſſionis in poſſeſſionem habetur ex edicto Carboniano, cujus virtute impuberi, etiam ei, cui ſtatus controverſia mota fuerit, poſſeſſio rerum hæreditariarum datur, uſq; in tempus pubertatis, non aliter, atque ſi nulla quæſtio filiationis ipſi excitata fuiſſet. l. 1. ff de Carb edict
50 Et hæc itidem miſſio non aliter fit, niſi uſq; ad id, quod alimentis impuberis neceſſarium eſt, & quantum ſufficit. l. ſed ſi is qui. 5. §. & ſi quidem ſatis. 3. ff. eod. Etſi verò habetur & alia miſſio, ex cauſa videlicet damni infecti. l. 1. §. damni ff. ex quib. cauſ in poſſ. eatur. ejus pura, quod nondum factum eſt, ſed futurum timetor, puta, propter ruinoſitatem ædificiorum vicini, vel ſimilem cauſam. l 2. de damno inf. tamen ea continetur in prima ſpecie ſupra, n. 10. & 11.
& habet tunc locum, quando actori petenti 51
cautionem damni infecti, vicinus, cujus ædes caducitatem minantur, infra tempus à prætore definitum non cavet, quo caſu, ad inſtantiam petitoris, judex mittit eum in poſſeſſionem bonorum vicini, rei ſervandæ cauſa l. 4. §. ſi intra diem. eo. tit. non quidem omni- 52
um ſed tantum in partem eorum, ex quibus damnum timetur. l. 5. §. damni. in fin. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. & d. l. 4. § ſi intra. ubi notat gl. verb. rei: niſi fortè tanta ſit connexitas ædifi- 53
ciorum, ut ſalvo ſartoq; tecto, in unam ejus partem miſſio non ſufficiat. l. ſi finita. 15. §. An verò 12. v. & extat de damno infecto. Et ex hac 54
quoq; cauſa miſſus non efficitur poſſeſſor, ſed nudus tantùm detentator, & cuſtos, qui aſſervat & communit domum vicini, ne aliquod damnum vel malum, ex vicini malo ipſi inferatur, & ſanè moleſtia non modica redit ex 55
tali miſſione ad dominum ædium; qui ipſe ſine miſſo in re immiſſa nihil gerere vel agere poteſt. d l ſi finita. 15 §. ſi quis autem 20. Dixi 56
autem ab initio hujus remedii generaliter quaſi pro cauſa rerum ſervandarum proditi, miſſionẽ eſſe quandam ſpeciem manus injectionis, non abſimilem executioni. ſup. n. 10. ideò, quòd cum executione per omnia non pari currit paſſu, ex quo ob cauſam judicati miſſus fit poſſeſſor, item lucratur fructus, & uſu capiendi conditionem acquirit, non ſecus, ac creditor conventionalis l. à Divo Pio. 15 §. ſi rerum quæ pignoris. 4. verſ. ſic evenit, & ibi Paulus de Caſtro in fin. & Franc. Aretinus, item Bartolus nu. 1. ibidemq; Angl. de Peruſ de re jud ubi addit, immiſſum ex cauſa judicati adipiſci & naturalem & civilem poſſeſſionem, ita, ut neque primo neq; ſecundo decreto opus ſit, & idem Ang. in l cum notiſſimi 7. n. 10. C. de præſcript. 30. anno Franc. de Aret. in l. 3 §. 1. n 6. ff. de acquir poſſ. Licet autem Baldus aſſeveret, Bartoli opinionem eſſe ſingularem, & non approbari à practicis advocatis. Bal in l. etiam 5. in pr. C. de exec. rei judic. quem refert. Iaſ. in d. l. à Divo Pio. 15. § ſi ſuper rebus. n. 15. ſicut & Anton. de Negu. exiſtimat, hanc opinionem, quòd miſſus ex cauſa judicati non fiat poſſeſſor, eſſe communiorem. Neguzan. de pignor 2. memb. 3 part. princ. num. 6. quod & Molinæus ſequitur in conſuet. Pariſ. tit. 2 gl. 1. verb. areſt. n 21. tamen textus. in d. §. ſi rerum quæ pignoris. 4. totum contrarium probat, Si enim miſſus ex cauſa judicati uſucapit,

uſucapit, præſupponendum eſt neceſſariò,
ipſum poſſediſſe, cùm præſcriptio ſine poſſeſ-
ſione non procedat. *ea. ſine poſſeſſione extra de
reg. jur. in 6. l. ſine poſſeſſione. 25. ff. de uſuc.* Præ-
terea liberum eſt creditori, pignora pro ju-
dicato, vel executione inſtrumenti confeſſio-
nati capta, & ſibi tradita, poſſidere ex cauſa
pignoris, tam diu, donec pignus ex annuis
fructibus ſeſe ipſum luerit & redemerit. *auth.
hoc jus porrectum in princ. C. de SS. Eccleſ.* atq; ita,
qui fructus percipit, dicitur poſſidere: quo
de pleniùs in tertia parte hujus operis *cap. 12.
num. 84.* quod non fit in miſſione ex primo
decreto. *ca. 1. & 2. extra de eo qui mitt. in poſſ. &
omnes Legiſtæ in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. de dam.
infecto.* vel, ſi nolit in creditum poſſidere pi-
gnora in cauſam judicati capta, publicè ſub-
haſtantur & venduntur, aut, ſi emptorem
non inveniant, addicuntur creditori pro ea
quantitate, quæ debetur. *d. l. à Divo Pio. 15. ff.
ſi pignora. ubi communiter Dd. iſtud triplex reme-
dium uno ore comprobant,* pro ut hac de re latiùs
agitur in tertia parte noſtri operis *cap. 9 n. 77.
& 79.* quorum nullum fit in inductione in
poſſeſſionem cauſæ cuſtodiæ, vel ex primo
decreto, per ea, quæ tradit Speculator *in tit.
de primo decreto, per totum.* ac certè iſtam opi-
nionem contra communem amplectitur ali-
bi etiam Baldus, ſibi in hoc contrarius *in l.
conſentaneum. 8. nu. 3. C. quomodo & quando ju-
dex* (De qua ſalvatione Bartoli & refutatio-
ne motivorum, quæ pro communi opinio-
ne in medium adferuntur, videantur quæ
latiſsimè dicuntur in parte 3. noſtri operis,
cap. 12. num. 84. cum ſeqq. uſq; ad finem capitis.)
57 Et, quicquid ſit de jure civili, ſaltem de jure
Saxonico Bartoli opinio receptior eſt, Land-
recht *lib. 1. §. 1. art. 70.* ubi deſcribitur modus
capiendi pignora ex cauſa judicati vel con-
Differ jur. civ. & Sax. 57. lib. 1. Zob. par. 1. diff. 45. num. 8. & 9.
feſſionis, &, quo pacto ad hoc perveniatur,
nempe, mediante præcepto executivo, ut vi-
del. reus infrà quaterdenã (vel prout conſue-
tudo noſtratũ provinciarũ habet) infra tres
quaterdenas, aut ſolvat, aut compareat, alle-
gaturus ſuas exceptiones adverſus executio-
nẽ, quam ipſi cõminatur judex, quod ſi non
fecerit, capiuntur pignora, & poſt alias tres
quindenas venduntur, vel utenda fruenda vi-
ctori tribuuntur, aut pro juſta æſtimatione in
ſolutũ dantur, & ſic apparet, miſſum ex cau-
ſa judicati, de jure noſtro provinciali, indubi-
tatè fieri poſſeſſorem, ac concordat Weichb.
art. 29. ff. fin. cum art. 64. & ita practicatur, teſte
Regulo *cap. 103. num 19. ff.* Mit dieſem Pfand.
& §. der ander. qua de re videatur latiùs in ter-
tia parte hujus operis *cap. 4. poſt princ. & d. c.*
58 *12 lib. 3, num. 96. cum ſeqq.* Miſſus autem in
poſſeſſionẽ bonorũ ex cauſa contumaciæ, itẽ
legati ſervandi cauſa ex primo decreto, non
fit poſſeſſor, nec acquirit uſucapiendi condi-
tionem, ſaltem ex primo decreto. *d. l. Fulci-
nius. 7. ex quibus cauſis in poſſ. eatur. l. is cui. 5. ff.
miſſus ut in poſſeſſ. legat.* ſed fit tantùm [niſi rea-
liter egerit & miſſus ſit in poſſeſſionem rei
petitæ] nudus detentator, & cuſtos rei, in
quam miſſus fuit. *l. 3. ff. generа. verſ. nam qui cre-
ditorem. ibi: non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam rerum
& obſervationem concedit. & l. ſi quis ante. 10. ff. idẽ
Pomponius. 1. de acquir. poſſ.* nec lucratur fructus,
ſaltem primo anno *Bart. in d. l. ſi finita. 15. §.
Iulianus. n. 49.* Imò tantùm abeſt, ut lucretur 59
fructus, quòd nec alimenta quidem ex bonis,
in quæ miſſus eſt, conſequitur. *d. l. Fulcinius 7. in
princ. ex quib. cauſ. in poſſ.* ſed cohabitat domi-
no in uno eodemq; prædio, ſive ut creditor,
ſive ut legatarius, ſive ex alia cauſa miſſus fue-
rit *d. l. ſi finita. 15. ff. ſi quis temerè de dam. infect.
l. ſi duo 3. §. creditores. ff. uti poſſidet. & l. is cui. 5.
ut in poſſ. leg. ſerv. cauſa eſſe lic.* & ſic creat tantùm
moleſtiã domino, cum quo ſemper converſa-
tur, ut tandem tædio hujus diutinæ cohabita-
tionis veniat in judicium, de jure ſuo reſpon-
ſurus. *c. quoniam frequenter. ff. in aliis. extra ut li-
te non conteſt. c. 1. de dolo & contu.* quo de latiùs
in tertia parte hujus operis. *c. 12. n 10. 13. 28. 38.
39. & ſeq.* Nec obſtat, quòd alibi dicitur: miſ- 60
ſum in poſſeſſionẽ bonorum, nedum fructus
percipere, ſed & aliis vendere ac locare poſ-
ſe. *l. in venditionem 8 ff. 1. & l. prætor ait. 9. in pr.
& ff. in eum 6. de bon. auth. jud. poſſ.* quia contra-
ria loquuntur in creditore, qui poſſidere juſ-
ſus eſt, puta, ubi non obſtante prima juſſione,
debitor citatus latitare pergit, nec ſui copiã
facit in judicio, quo caſu, ne creditores miſſi
ex cauſa cuſtodiæ, diutiùs compellantur ſuo
carere, & alienas res abſq; omni fructu cura-
re & cuſtodire, prætor, cauſa cognita, ob pro-
tervitatem contumaciæ, jubet miſſum, maxi-
mè poſt annum poſſidere, ejecto videl. debi-
tore, & tunc miſſus lucratur fructus, & eos e-
tiam vendere poteſt. *ſecundùm Bart. in d. l. ſi fini-
ta. 15. ff. Iulianus. n. 51. & ſeqq. ac facit. d. l. ſi finita.
ff. ne autem. ff. ſi quis fortè. juncto. ff. ubi autem. ff.
de dam. infecto. c. quoniam frequenter. §. in aliis in
princ. & in fin ubi notat Panor. n. 5. extra ut lite non
conteſtat. ac faciunt, quæ habentur in tertia parte
hujus Operis. d. c. 12. n. 35.* Sicut & miſſo, cauſa 61
legatorum ſervandorũ, licet nudã cuſtodiam
habeat: tamen ſi dominus prædii non ſit fru-
gi paterfamiliàs, qui minùs rectè colat agros,
& fructus inde redigat, permittitur non tan-
tùm cuſtodire fructus, ne ab hærede conſu-
mantur, ſed etiã cogere, & coactos aſſervare,
imò, ſi mora deteriores futuri ſunt, etiam
vendere, pretiumque inde redactum ſerva-
re licet, ita tamen, ne diſſipetur. *l. is cui 5.*

§. qui legatorum ſervandorum. verſ. quod ſi hæres, ut in poſſ leg. ſerv. Ventris etiam nomine, item
ex edicto Carboniano miſſus, non efficitur,
niſi cuſtos, excepto, quòd in his duobus po-
ſterioribus remediis, ultrà cuſtodiam, immiſ-
ſus etiam acquirit alimenta. *d. l. 1. §. mulier. de
vent. in poſſ. mit. & d. l. ſed ſi u qui. 5. cum §. &
quidem ſatu. de Carbon. edict.* traduntur & aliæ
ſolutiones, de quibus videatis in tertia parte
hujus Operis. *d. c. 12. n. 28. & ſeqq. uſq. ad num.*
62 *37. incluſivè.* De jure tamen Saxonico nulla
eſt differentia inter eum, qui ex cauſa judica-
ti mittitur, & eum, qui ex cauſa contuma-
ciæ, cùm contumacis pœna de jure Saxonico
ſit amiſſio cauſæ principalis, uſque ad legiti-
ma impedimenta, quæ niſi probentur infrà
três quindenas, condemnatur reus ex capite
contumaciæ uſque ad executionem, wird biß
vff Hülff verthelet. *art. 64.* Weichbild. de quo
fuſius in tertia parte Operis *cap. 10. num. 5. & 6.*
63 *& cap. 12. num. 52. actum eſt latius.* Et illud
ſtututum, quòd miſſus in poſſeſsionem ex
cauſa contumaciæ lucretur fructus, jure vali-
dum eſſe, tradit Baldus *in l. acceptam. 19. n. 29.
verſ. unde valet ſtatuum. C. de uſur. & in l. 2. ſi
abſens. n. 7. ff. ſi ex noxali cauſa & idem Bald. in l.
conſentaneum. 8. num. 30. & 31. C. quomodo &
quando judex. & in t. conſultationibus. num. 5. ibi-
demq; Felin num. 9. & Dec. in c. 12. ex. de off. c. de-
leg. ubi ſubjungit, hanc opinionem communiter te-
neri. & Neguzan. in tract. de pig. parte 3. membr.
3. num. 5. verſ. fallit 2. & notant omnes in l. ſi fi-
nita. 15. §. Iulianus. ubi & Bolog. num. 188. & 193.
de dam. infect. ac ſequitur Menochius de retinend.
poſſ. remedio. 3. num. 180.* Secundò differunt
64 quòd debitor, contra quem facta fuit immiſ-
ſio ex primo decreto, veniens infrà annum
in realibus, vel in perſonalibus infrà 30. an-
nos, recuperat ſuam tenutam, refundendo
expenſas, & cavendo de judicio ſiſti: niſi ex
ſecundo decreto pignora ei adjudicata, vel
aliter diſtracta fuerint. *gl. fin. per illum text. in
auth & qui jurat. C. de bon. auth. jud poſſ. & eſt
ſimilis gloß. in c. quoniam frequenter. §. fin. verb.
diſtinctionem. circa medium. extra ut lite non con-
teſt.* cujus contrarium fit in miſſione ex cauſa
judicati, ubi non reſtat aliqua purgationis
mora, neque aliter auditur reus, volens re-
cuperare poſſeſſionem, niſi ſolvat judicatum,
intrà tempus judicatis præfixum realiter. *Ne-
guz. de pig. 3. membr. 3. part. princ. num. 6.* nec
ſufficit cautio. *l. ſi ſe non obtulit. 4. §. f. ff. de re
jud.* imò de jure Saxon. condemnatus, ſive
ex capite contumaciæ, ſive ex alia cauſa, pòſt
executionem, quæ expeditur per captionem
pignorum, pòſt lapſum poſteriorum trium
quaterdenarum, excluditur ab omni benefi-
cio luitionis, & aſſignantur res captæ pro ju-
dicato victori in cauſa, vel extraneo plùs of-
ferenti, ita tamen, ut quod ſupereſt de pretio,
reſtituatur debitori condemnato, præciſa
deinceps quacunq; ſpe ulterioris redemptio-
nis, ſecundùm ea, quæ pleniùs exiguntur in
tertia parte hujus Operis *cap. 9. per totum, &
in primis num. 16. & 77. cum ſeqq.* Tertiò diffe-
runt in eo, quòd creditor miſſus in poſſeſſio- 65
nem ex primo decreto, regulariter nihil præ-
rogativæ acquirit præ aliis poſterioribus cre-
ditoribus, quia non ſibi tantùm, ſed omnibus
creditoribus poſſidet. *l. quod autem. 6. §. ſcien-
dum. 7. de his quæ in fraud. cred. l. cum unus. 12. de
bon. auth. judic. poſſ. l. ſi & jure. 10. qui pot. in
pigno. d. l. is cui. 5. §. alia eſt cauſa. verſ. nam is
qui. ut in poſſeß. leg.* ſed miſſus ex cauſa judica-
ti, ſibi tantum poſſidet, & ſiquidem tempore
prior eſt, aliis omnibus creditoribus poſte-
rioribus præfertur, niſi hi de priore vel ante-
riore pignore probare poſſint. *l. cum rempubl.
3. C. qui pot. in pigno.* Et quòd ſint diverſa, 66
miſſio ex cauſa judicati, & ex cauſa primi de-
creti, patet manifeſtè ex eo, quòd miſſio ex
primo decreto attribuit tantùm pignus præ-
torium. *l. non eſt mirum. 26. & ibi gl. de pignor.
act. & l. 1. C. de prato. pigno.* miſſus autem ex
cauſa judicati, acquirit pignus judiciale. *l. 1.
& per totum. C. ſi in cauſa jud. pig. capt. fuer.* Si
enim idem eſſent prætorium & judiciale pi-
gnus, diverſis appellationibus non nomina-
rentur. *l. ſi idem 7. C. de codicill.*

Tertiò eſt & alia ſpecies executionis vel 67
manus injectionis, quam vocamus ſequeſtra- *De Sequeſtratione.*
tionem, *de qua in l. unic. C. de prohib. pecun. ſe-
queſt. & c. 1. num 2. & per totum titulum, extra
de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.* quæ dicitur ſeorſim
poſitio vel ſeparatio rei controverſæ penes
tertium, quem ſequeſtrum appellamus. *Cur-
tius de ſequeſtris quæſt. 1. num. 20 & Angel. de Pe-
ruſ. de ſequeſtris. num. 2. poſt gloſſam in l. 1. ibi-
demq; Baldus in princ. C. de prohib. pecun. ſeque-
ſtra.* Molinæus definit, eſt impedimentum
vel interdictum, ne res loco vel ſtatu ſuo
moveatur. *Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 2. gloß. 1.
verb areſtamentum*. eſtq; ſpecies executionis, *ſe- 68
cundùm Curtium de ſequeſtris. quæſt. 22 num. 75.
poſt Baldum in cap. 1. nu. 9. de ſequeſt. poſſ. Schurff.
conſ. 19. cent 1. in princ. & per totum. VVeſenbec de
jure ſequeſtr. conſ 7. num. 7. Molinæus ubi ſup. gl. 1.
verb. areſt. nu. 2.* aliqui vocant laximentum. *Fer-
rar. in forma ſequeſt. verb. ſapiens. nu. 1.* Etſi ve-
rò duplex eſt ſequeſtratio, alia voluntaria &
conventionalis, alia neceſſaria & judicialis.
*Bart. in l intereſſe. 39. ff de acquir. poſſ. ac notat Ia-
cobus de Arena, de ſequeſtris, n. 2. & in eodẽ tractatu
Curt. n. 14.* conventionalis quidẽ, ubi inter par- 69
tes hoc expreſsè agitur, ut res inter ipſos con-
troverſa committatur manibus & cuſtodiæ
alicu-

alicujus tertii, in quẽ litigatores conſentiunt,
eo videlicet fine, ut lite quomodocunq; fini-
ta, reſtituat eam alteri ex deponentibus, *qua de*
loquitur l. propriè, 6. l. ei apud quem. 5. §. 1. & 2 ff.
depoſ. l. propter. 5. & l. is penes quem. 6. C. eo. tit.
ideò, qui ſuſcipit aliquam rem cuſtodiendam,
ſequeſter dicitur, quaſi, cujus fidem ſequuntur
70 partes: tamen hoc genus ſequeſtrationis pa-
rùm facit ad propoſitũ, cùm jus dicens de eo
non ſit ſollicitus, quo pacto partes ſponte &
ſua voluntate invicem à lite diſcedant. *l. 1. §.*
inde quæritur. ff. de novi oper. nuncia: ideoq; talis
ſequeſtratio, quæ fit de conſenſu utriuſq; liti-
gantis, omni tempore & caſu permiſſa eſt.
l. 1 ff. depoſ. l. ſi ſoluturus. 39. de ſolut. [*Br. in l. in-*
tereſſe 39. num 1. ff. de adquir. poſ. & ex hac vo-
luntaria ſequeſtratione poſſeſſio rei ſequeſtra-
tæ amittitur. *Panorm. c. 2. de ſequeſt. poſ. Ferrar.*
71 *in form. ſequeſt. ver. audeat. n. 1.*] Sequeſtrum
verò judiciale nihil aliud eſt, niſi rei contro-
verſæ ſive mobilis ſive immobilis, ex juſta
cauſa, & juſſu magiſtratus facta depoſitio pe-
nes officium, vel ædem publicam, vel penes
manus alicujus commiſſarii, quem ad hoc jus
dicens depu..verit, *de qua loquitur text. in d. l.*
ſi cujus. 13 §. æquiſſimum. 3. de uſufr. l. ſi fidejuſſor.
7. §. ſ. qui ſatiſd. cog. rap. dilectus. ca. cùm ab eo. ex-
tra de ſequeſt. poſſ. & fruct. cum l. un. C. de probib.
pecuniæ ſequeſtra. & hæc eſt, ex qua pendent leges
& Prophetæ, prout loquitur Ægidius de Bellamera
in d. ca. ab eo. num. 11. de ſequeſt. poſſeſ. & dicitur
talis, ſequeſter, qui rem, maximè immobilem,
72 in ſuam cuſtodiam & curam recipit. Alio no-
mine vocatur etiam curator bonorum, *de quo*
loquitur. l. 1. ff. de curatore bonis dando, & clem. un.
ibi: per loci ordinarium apud aliquam perſonam ido
neam ſequeſtretur, quæ plenam de ipſo & debitam
73 *curam gerat, de ſequeſtra. poſſ. & fruct.* In germa-
nica lingua non habemus aliud vocabulum,
quo exprimamus rerum ſequeſtratarum pro-
prietatem, niſi kömmeren / item kömmer / peti-
ta etymologia ab eo, quòd dictus proceſſus
injiciat ſollicitudinem ipſi debitori, ad cogi-
tandum de viis relaxandi ſequeſtrum, quod
communiter per totam Germaniam etiam
areſtum appellare ſolemus, *prout in proœmio hu-*
74 *jus libri n. 35. latiùs fuit dictum.* Differt autem
ſequeſtratio principaliter à miſſione ex cauſa
judicati, & ex primo decreto, quòd reſpecti-
vè in his remediis transfertur poſſeſſio, vel
ſaltem tenuta & cuſtodia rerum in creditorẽ
vel petitorẽ. *d. l. à Divo Pio. 15. §. ſi rerum quæ*
pignoris. 4. de re judic. juncta l. ii cui. 5. §. miſſus. 27.
ut in poſſeſ. legat. ſervan. cauſa. l. 3. § genera. verſ.
nam qui creditorem. de acquir. poſſ. cæterùm, per
ſequeſtrationem neceſſariam, ſive mobilium
ſive immobilium bonorum, de qua hic agi-
mus, & quæ fit in caſibus à lege permiſſis,

Differentia inter ſequeſtrationem & miſſionem ex cauſa judicati.

prout poſtea latiùs audiemus, nihil juris, poſ-
ſeſſionis, aut tenutæ, ac multò minùs domi-
nii transfertur in creditorem. *Baldus in c. 1.*
num. 9. de ſequeſtra. poſſ. Archidiaconus in c. quia
res. n q. 1. Felinus in c. examinata. num. 10. extra
de judic. ſed aſſignantur res cuſtodiæ officia-
lium, vel alterius tertii, quem ſequeſtrum ap-
pellamus, adjecta certa lege & conditione
de reddendis vel tradendis bonis ſequeſtra-
tis, ei cui prætor deinceps dari, tradi, vel re-
ſtitui juſſerit, per ſuum interlocutum vel ſen-
tentiã. *Bald. in d. c. 1. n 8. de ſequeſtr. poſſ. & fruct.*
per l. licet. 17. §. rei depoſitæ. 1. l. propria. 6. l. ei a-
pud quem. 5. §. 1. & §. 2. ff. depoſiti. & l. is penes
quem 6. C. eo. Et ſic ſequeſtratio neceſſaria (vel 76
judicialis) neutram partẽ privat ſua poſſeſſio-
ne. *Bart. l. intereſſe. 39. num. 4. ff. de acquir. poſſ.*
Henr. Boick in ca. examinata. de judic. & Rebuff.
ad ordina. regni Galliæ. tit. de ſequeſtris. art. 1. gl.
1. num 10. niſi de conſenſu partium expreſſo 77
hoc agatur, prout contingere ſolet in ſeque-
ſtro voluntario vel conventionali, ut ſeque-
ſter poſſideat, ne medio tempore alterutrius
poſſeſſio uſucapioni proficiat. *l. intereſſe. in*
princ. ff. de acquir. poſſ. d. l. licet. 17. §. rei depoſi-
tæ. 1. verſ. id enim agitur, depoſiti. Et quòd nimi-
rũ in ſequeſtro voluntario regulariter tranſit
poſſeſſio in depoſitarium & ſecus fit in neceſ-
ſario vel judiciali, in quo nuda tantùm tenu-
ta transfertur, iſta ſententia communis eſt, *ſe-*
cundum Panorm. in d c. examinata. n. 14. (ibi Bene-
dictus de Vadis in ſuis additionib. ad Felinũ. nu. 10.)
extra de judic. ac teſtatur Vivius in libro communi.
opin. verbo ſequeſtrum item Suarezius in theſauro re-
ceptarum ſententiarum litera S. num. 106. (item
Cutt. de ſequeſtris, quæſt. 2. num. 71. Quod fa- 78
cit ad quæſtionem, quæ huic dicaſterio anno
1586. fuit propoſita: Moriebatur Berta, reli-
cto infante maſculo, Martino nomine, ex u-
na, & ejus ſorore Catharina ab altera parte,
itidem Bertoldo ex tertia parte: qui Bertol-
dus cum nepotem ad educandum ejuſq; tute-
lam in ſe ſuſcepiſſet, ipſe res nepotis mobi-
les, maximè ad grradam pertinentes, in ædem
ſacram depoſuit, & compellatus eo nomine
poſtea à Catharina pro gerada, reſpondit, ſe
ea lege depoſuiſſe, ut neutri parti gigneretur
ex hoc præjudiciũ aliquod, ſe enim iſtud ſolũ
ſpectare, ut filia cum ſororis nepote hac de
cauſa ſub annos majorennitatis adeptæ, ami-
cabiliter invicem tranſigerent, ſicut & avo
mortuo, ſequens tutor Mattini repetendi ſæ-
piùs geradã ſorori idem reſponſum dedit, in-
terea labuntur 12. vel circiter anni, & è vivis
decedit maſculus: quærebatur an res depoſi-
tæ ad geradam pertinentes fuerint præſcriptę
tanquã utenſilia, quæ de jure Saxonico infrà
annũ & diẽ uſucapi ſolent. *Landr. lib. 1. art. 29.*

Reſpondimus, quòd nimirum geradæ petitio
adhuc Catharinæ ſalva eſſet, tùm, quia nulla
culpa vel negligentia poterat imputari fœmi-
næ, quæ tunc temporis & minorennis, & non-
dum nupta, ſed in poteſtate patris fuerat, tùm
etiã, quia nupta eo nomine compellarat pa-
trem, ipſoq; defuncto, ſubſtitutum tutorem,
qui ambo proteſtati ſunt, res illas, quæ proba-
biliter ad geradam pertinebant, in ædem pu-
blicam eo fine depoſitas eſſe, ne alterutri eo
nomine fieret aliquod præjudiciũ. Quod qui-
dem non tam ex verbis, quàm etiam ex con-
jecturata mente Bettoldi conſpicuũ erat, qui
non minùs complexus & proſecutus fuiſſe fi-
liam primi gradus præſumitur, quàm neptẽ,
propter ordinatam charitatem in filiam, tan-
quam proximam *ſecundum Alb. de Roſat. in l. pa-*
80 *ter tuus. 1. n. 2. C. de hæred. inſtituend.* Filii namq;
nepotibus præferri non debent. *l. ſi viva matre
3. §. in nepotibus.. verſ. nam licet hoc novum, C. de bon.
matern.* ne videatur parens alienas vel poſte-
riores ſucceſſiones prioribus anteponere, *l. cũ
acutiſſimi. 30. in fin. C. de fideicom.* maximè cum
in propoſito hæc expreſſa proteſtatio inter-
venerit, depoſitionem illam nulli fore præ-
judicialem, cui ita etiam proxima cognata
pro tunc acquievit, adeò, quod iſtud depoſitũ
vel ſequeſtrum pro voluntario & conventio-
nali meritò judicavimus, ita, ut neutrius poſ-
ſeſſioni vel uſucapioni proficeret mediũ tem-
pus. *arg. l. licet. 17. §. rei depoſitæ. t. verſ. id enim
agitur. depoſ. junct. ca. ſine poſſeſſione de regul. jur.*
81 *in 6.* Sic, quantumvis miſſus ex primo decre-
to, maximè in actione reali, poſt annum effi-
citur vetus poſſeſſor. *c. quoniam, §. in aliis, verſ.
quod ſi ſuper. extra ut lite non conteſt. l. 3. §. fin.
verſ. quod autem ff. de acquir. poſſeſſ.* tamen ſecus
eſt in ſequeſtratione bonorum. *Innoc. in c. ex
literis. num. 2. extra de dolo & contum.* ubi profi-
tetur: nuſquam ſe inveniſſe jure cautum, in
materia ſequeſtrationis, quòd creditor pòſt
annum fiat poſſeſſor, etiamſi ad ipſius inſtan-
tiam ſequeſtrum permiſſum fuit, quod dictũ
refert & ſequitur Angelus *in l. ſi quis emptionis.
8. §. ſed & ſi quis. num. 5. C. de præſcript. 30. Alex.
d. l. intereſſe. 39. num. 3. Bald. in ca. 2. num. 9. verſ.
ſeptima. & verſ. octava de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.
& Archidiaconus in d. cap. quia res. 00. q. 1. & Ab-
bas in c. 2. num. 9. & 10. extra de dolo & contum.*
82 In terminis itaq; propoſiti noſtri, ſive bona
debitoris ſequeſtrentur in loco publico, apud
officium puta, vel ædem ſacram, officialibus
ejus loci incumbit ſolùm cuſtodia ſequeſtra-
ria, vel, ut vocant, nuda manutenentia re-
rum ſequeſtratarum, ne amoveantur. *Alex. in
d. l. intereſſe. 39. num. 4. pòſt Bart. in l. licet. 17. §.
rei depoſitæ. t. depoſiti. & facit l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin.
qui ſatiſd. cog. l. ſequeſter 110. de verb. ſignif. l. ac-
ceptã. 19. l. obſignatione. C. de uſur. l. ſi ſolutum, 39.
in fin. ff. de ſolution.* ſive ſequeſtrentur in diver-
ſorio, ſolus hoſpes loci, ad judicis mandatum,
recipit earum cuſtodiã & curã, includendo vi-
delicet eas, *argumento l. 1. ff. naut. caup. ſtabul.* ita,
ut rerum etiam mobiliũ poſſeſſio vel tenuta,
nunquam tranſeat in petitorem, licet revera
poſſeſſori ſint ligatæ manus, ita, ut dictis re-
bus mobilibus, cùm penes tertium exiſtant,
uti frui non poſſit, *allegatis juribus.* Ac, quamvis 83
in re immobili non cadat ſequeſtratio propriè
ita dicta. *Iaſ. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. n. 8. qui ſatiſd.
cog.* ſed regulariter fiat tantùm præceptum de
non alienandò, maximè in univerſalibus ju-
dicis. *l. divus 5. de petit. hæreditatis. ac notatur in
tertia parte noſtræ Operis cap. 11. n. 56.* tamen ne
tunc quidem ſpoliatur reus ſua poſſeſſione, 84
quia ipſemet & tenet & poſſidet, item utitur
ac fruitur bonis ſuis immobilibus, ut priùs,
niſi quòd ſola diſtrahendi poteſtas ipſi inter-
dicta eſt, nec amittitur rei ſequeſtratæ poſſeſ-
ſio in perſona conventi, *d. l. divus. 5. ac hoc ipſum
tenent Dynus & Salic. in l. un. uterq. n. 2. ibidemq;
Franc. Curt. junior. 49. poſt Iacob. de Raven. & Petr.
de Bellapertica. C. de probib. pecun. ſequeſt. Iacob. de
Aret. Bart. & alii in l. intereſſe. 39. ff. de acquir.
poſſ. Bald. in cap. 1. num. 11. 12. 13. & 15. extra de
ſequeſtrat. poſſ.* Quin & Cynus *in d. l. unica.
num. 3.* in fine concludit, quòd manus regia,
vel auctoritas judicis, circa ſequeſtrationem
neminem privet ſua poſſeſſione. Ac ſi quis
dicat, ſequeſtrationem eſſe ſeparationem poſ-
ſeſſionis à poſſeſſore, ut dicit *gl. in l. 1. C. de
probib. ſequeſtr.* tamen illud verum, in volun-
tario ſequeſtro, ſecùs in contentioſo, *Angel.
de Perus. de ſequeſtr. num. 2. per gl. c. 1. verſ. hoc ideo
de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Bart. in d. l. intereſſe 39.
num. 4. ubi etiam Alex. de Imola illud notat. num. 4.
addendo, quòd ita per omnes Dd. ille textus intel-
ligatur. & hæc ſententia communis eſt, teſte VVeſen-
becio conſ. 7. de jure ſequeſtrationis. num. 3. poſt Cy-
num & alios in l. un. C. de probib. pecun. ſequeſtr.*
Unde, quoniam mediante, quacunque ſe- 85
queſtratione judiciali, nunquam perditur
poſſeſſio ex parte debitoris, ſed tantùm tur-
batur ad tempus, quò minus illa uti poſſit pro
arbitrio, donec videlic. ſatisdetur. *l. ſi fidejuſ-
ſor. 7. §. ſi ſatiſdatum, qui ſatiſd. cog. & notat Bal-
dus in d. c. 1. num. 12.* infertur ulteriùs, quòd ei,
cujus res ſequeſtratæ fuerint, magis interdi-
ctũ retinendæ, quàm recuperandæ poſſeſſio-
nis competat, *ſecundùm Pariſium conſ. 126. incip.
nullitas num. 11. vol. 4. ac tradit Felin. in ca. licet
cauſam. nu. 11. extra de probat. & Ferrar. in forma
ſaximenti, verb. audeat. n. 1. & 2.* Et eſt bona ra- 86
tio, quia interdicto unde vi, vel ex ſpolio
agens præſupponit, ſe antiquitùs poſſediſſe,
& nunc conventum poſſidere. *ca. cùm ad ſe-
dem. extra de reſtit. ſpol. Socinus in l. rem quæ no-
bis 15. num. 16. ff. de acquirend. poſſeſſ. Decius.*

in ca.

in ca. bonæ, num. 23. in fin. extra de appellat. Meno-
chius in prælud. tractatu de retup. poſſeſ. num. 21.
Cum itaque in caſu ſequeſtrationis, creditor
nihil poſſideat, ne quidem naturali & aſinina
detentione. *l. 3. §. genera, verſ. nam qui credito-*
rem. de acquir. poſſeſ. fruſtrà contra eum agi-
tur ad reſtituendum id, quod non habet,
cùm privatio præſupponat habitum. *vulgata.*
l. decem. 16. de verb. obl. l. manumiſsiones. 4. de
87 *juſt. & jur.* item, cùm in ſequeſtratione judi-
ciali debitor ipſe poſſideat res ſequeſtratas,
per ea quæ notant Cynus in l. un. C. de probib. pec.
ſequeſtrat. num. 2. verſ. ſed quid de neceſſaria. Alex.
in l. intereſſe. 39. num. 4. & 5. ff. de acquir. poſ-
ſeſ. Panorm. & omnes Canoniſtæ in ca. examinata
pòſt gloſ. ibid. ex. de judic. petenti reſtitutio-
nem rectè objicitur, quod petis intus habes.
§. ſic itaq. verſ. nec res, quæ jam actoris eſt, magis
ejus fieri poteſt. Inſtit. de action. gl. l. 3. § ex plu-
ribus. de acquir. poſſeſ. §. ſed ſi rem legatarii. Inſtit.
de legat. Et hanc ſententiam, quòd pro ſeque-
ſtro neceſſario, competat turbato retinendæ,
non recuperandæ poſſeſſionis interdictum,
contra turbatorem, amplectitur & probat
Menoch. *de retinen. poſſ. remedio. 3. num. 87. &*
88. allegat Ioan. Fab. in §. retinendæ. num. 3. verſ.
ſed quid ſi fuerit, Inſt. de interdict. item Cortaſius
lib. 3. miſcellan. juris, *c. 2. n. 14. & 12.* ſic tertius,
quem ſequeſtrũ vocamus, ſive ipſe judex ha-
beat tenutam rei ſequeſtratæ. *Menoch. ubi ſupra*
num. 90. poſt Fab. d. §. retinend. num. 7. verſ quid ſi
juſtitiarius. quia poſſidet & cuſtodit rem no-
mine domini. *Menoch. ubi ſupra num. 95. & Ca-*
rolus Molinæus in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 4.
n. 16. & 19. Pro qua ſententia eſt textus apertus
in d. ca. examinata extr. de jud. cùm dicitur: quòd
quidam nobilis, de Robaria dictus, contra
milites Campaniæ agebat rei vindicatione,
vel poſſeſſorio recuperandæ, petendo, eos cõ-
demnari ad reſtitutionẽ, in proceſſu autem ex
probationibus apparebat ante ſequeſtrationẽ,
actorem ipſummet fuiſſe in poſſeſſione, vel
quaſi, præmemorati juris patronatus: ideò
deciditur in litera, intentionem actoris non
tenere, ſed abſolvendos eſſe reos ab inſtantia
judicii. Ratio rationis erat: quia, ſive illud jus
patronatus fuerit ſequeſtratum penes vice-
dominum, ex juſſu ſuperioris, eo caſu nulla
tranſiit poſſeſſio in ſequeſtratiũ, ſed remanſit
poſſeſſio illo in ſtatu, in quo erat ante ſeque-
ſtrationem, adeoq; poſſeſſionem, cui ipſemet
actor inſiſtebat, neq; à ſequeſtro neq; à reis
conventis per interdictum recuperandæ re-
petere vel vindicare poteſt, ſive voluntarium
intervenerit ſequeſtrum, quo caſu ſaltẽ con-
tra reos iterum male concludebatur ad reſti-
tutionem, cùm non ipſi, ſed ſequeſter poſſide-
ret, adverſ⁹ quem ſequeſtraria depoſiti actio

prodita reperitur. *Ita argumentatur gloſſa ma-*
gna verb. poſſidebat. d. ca. examinata. ibidemq. Pa-
nor. n. 13. (cum quo concordat textus in ca. paſtora-
lis §. conſultationi. juncto verſ. alius poſſeſſorius. de
cauſ. poſſeſ. & propriet.) Et aliàs nemini non 88
notum eſt, cauſam ſpolii, & ſequeſtrationis
eſſe remedia diverſiſſima, tam ratione ori-
ginis quàm etiam ratione proceſſus, item ef-
fectus. Primò namq; ſpolia omni jure tàm ci- 89
vili, quàm canonico prohibita ſunt. *l. ſi quis*
ad ſe fundum. 7. ubi Bart. C. ad l. Iul. de vi pub. &
toto tit. ff. de vi & vi ar. item extra de reſtit. ſpol.
quod idem lex etiã divina ſonat: væ qui ſpo-
lias, quia ſpoliaberis. Econtra verò ſequeſtra 90
multis in caſibus ſunt permiſſa, puta, ſi fiant
in odium contumaciũ, qui citati recuſant ſe-
ſe ſiſtere in judicio. *cap. ex literis. extra de reſtit.*
ſpol. Curtius de ſequeſtris. n. 12. Sufficit enim præ-
ſentia partis, ſive vera, ſive ficta, ex contuma-
cia nimirum. *Panorm. in ca. 2. n. 28. & 29. extra.*
de ſequeſtr. poſſ. & fruct. Idque maximè, quando
lis principaliter vertitur ſuper mobilibus,
quæ facilis ſunt diſſipationis, aut, ubi perſo-
na aliquo modo eſt ſuſpecta. *l. ſi fidejuſſor. 7. §.*
f. ubi Iaſ. Bald. & alii ff. qui ſatiſd. cog. Curtius de
ſequeſtr. quæſtio 6. num. 33 & 35. poſt Panorm.
in ca. 2. num. 27. & 67. extra. de ſequeſtr. poſſ.
& fruct. cum tunc in mora ſit periculum.
Curtius ubi ſupra num. 40. quo de infra num. 132.
latiùs. Deinde ſequeſtratio in caſibus a jure
permiſſis tollitur & relaxatur per oblationẽ
idoneæ cautionis. *d. l. ſi fidejuſſor. 7. § f. ubi o-*
mnes ſcribentes. & in l. 1. qui ſatiſd. cog abſque
aliqua probatione poſſeſſionis, habitæ tem-
pore facti ſequeſtri, quæ præſupponitur ex
præcedente ſequeſtratione. *VVeſenbec. conſ. 7.*
num. 6. ante finem. de jure ſequeſtra poſt Cynum
in l. unic. circa finem. C. de probib. petu. ſequeſtr. In
cauſa ſpolii verò nuſquã invenitur jure cau-
tum, quòd ſpoliatus, ante probationem ſpo-
lii, ac deſuper ſubſecutam ſententiam defi-
nitam, & ſic ante terminatam litem, recupe-
rare poſſit reſtitutionem poſſeſſionis rei vio-
lenter ablatæ, quantumvis offerat cautionem
fidejuſſoriam, ideò iſtud dicendum non eſt.
argumento §. conſideremus. ibi. erubeſcimus quando
ſine lege agimus. authen de triente & ſem. coll. 3.
Ideoq; agens ex ſpolio, tenetur antè omnia, 91
in caſu negativę litis conteſtationis, duo pro-
bare: puta, quòd ipſe actor tempore ſpolia-
tionis poſſederit, & ſic a poſſeſſione dejectus
fuerit, &, quòd reus de præſenti poſſideat *cap.*
cùm ad ſedem extra. de reſtit. ſpolia. cum ca. ad decr-
m.as. eo in 6. (ac quod ante omnia tunc de ſpo-
lio probari oporteat, tradit Franciſc. Herculã-
nus *in ſuo tractatu de attentatis c. 21. n. 5. Oldra.*
con. 199. n. 2. per ca. bonæ memoriæ, ubi Alex. Car-
dinal. & Francus notant ex. de appell. item Cardinal.

C 3 *conſ. 10.*

conſ.10. & Nitellus in concordia gloſſ. gl.61 num.112.
92 *& 113. ac Manfredus de attentatu concluſ. 23.)* Sin
verò contra jus, aut extra caſus à lege per-
miſſos, concedatur ſequeſtratio, modus pro-
cedendi eſt, ut tunc ſequeſtratus ſimpliciter
petat revocationem, vel caſſationem areſti,
per officium judicis nobile, eatenùs, quate-
nùs de facto proceſsit. Iſtum modum pro-
cedendi deſcribit Ferrarienſis *in ſua practica*
in forma ſaximenti. verbo audeat. num. 3. & Cur-
tius de ſequeſtris. quæſt. 13. num. 54. [Si ſeque-
ſtrum factum eſt contra jus, tunc petitur fie-
ri ejus revocatio & caſſatio, officio judicis ea-
tenus de facto, quatenus de facto proceſsit.
Si verò factum ſit ſecundum jus in aliquo ca-
ſu à jure permiſſo: tunc aut eſt factum de
re immobili principaliter, aut de fructibus
ejus. Si de re ipſa: tunc ille qui impetra-
vit ſequeſtrum, debet producere libellum
ſuum ſuper re, exprimendo jus, quod ſibi
prætendit competere in re ipſa & facere
ſuas probationes, ac ſi nullum ſequeſtrum
factum fuerit, *l. actor. C. de probat. Plura vide*
93 *apud Ferr. d. l. num. 6.*] Unde reus, qui inten-
dit ſuſtinere ſequeſtrum, probare tenetur,
quòd ex juſtis, & per legem approbatis cau-
ſis, ſequeſtrum intervenerit, quod niſi pro-
bet, fiet relaxatio, aut potiùs caſſatio areſti,
abſque omni alia cautione. *Schurff. conſ. 15.*
num. 5. & 6. & conſ. 6. num. 4. & 8. centur. 3.
pòſt Panormitanum in ca. 2. num. 22. extra de ſe-
queſtr. poſſ. & fruct. Itaque tunc, ſicut judex
facilis fuit in decernendo areſtum, ita eo-
dem modo facilis erit in revocando illud,
prout in ſimili loquitur Romanus *conſ. 158.*
num. 2. & 4. per l. minor. 39. in princ. ff. de evict.
& l. 1 §. neceſſario. ſi mulier. ven. nomine Bal-
dus in l. ſi fidejuſſor. 7. §. f. num. 4. in ſecunda re-
petit. qui ſatiſd. cog. ac facit c. 1. verbo revocato pe-
nitùs ſequeſtro. extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct.
Tertiò ſpolium ad interdictum recuperandæ,
areſtum verò, vel ſequeſtrum, ad retinendæ
poſſeſsionis interdictum pertinet, *per ea quæ*
num. 85. 86. & 87. fuerunt tradita. Ultimò cau-
ſa ſpolii devolvit ad judicem ordinariam co-
gnitionem cauſæ, quæ deſeruit poſtulatis par-
tium. *l. qui per colluſionem. 49. §. f. de actio. empt.*
requiritque telam judicii ſaltem ſummariam,
in qua litis conteſtationem, probationes, &
ſimilia requiſita, item ſententiam interveni-
re oportet, priuſquam ad executionem, hoc
eſt, ad reſtitutionem rei ſpoliatæ procedа-
tur. *clem. ſæpe. ubi Anthoranus, & alii de verb.*
ſig. juncta l. prolatam. 4. C. de ſentent. & inter-
94 *loc. om. jud.* Secùs eſt in ſequeſtratione, ad
cujus ceſſationem, vel relaxationem, ſufficit
ſola cautio judicio ſiſti, & judicatum ſolvi,
quæ facit in totum expirare effectum ſeque-
ſtri, ex quo fidejuſſio ſuccedit in locum ſe-
queſtrationis, & aſſecuratur ſequeſtrari fa-
ciens, quòd in caſu victoriæ certus eſt de re-
cipiendo ſuo, ob quod ab initio devenit ad
ſequeſtrationem. *Curtius de ſequeſtris. num. 67.*
per l. litibus. 20. ubi Bart. C. de agricol. & cenſit.
lib 11. Unde ſtatim pòſt injectum, vel etiam ad 95
expoſitionem idoneæ cautionis relaxatum
areſtum, officio judicis incumbit, compelle-
re reum ad edendum ſuum libellum, & ad
docendum de prætenſo jure ſuo. *Ferrarienſis*
in forma Saximenti. verbo audeat. n. 3. in fine. quod
& Curtius innuit in tractatu ſequeſtra. num. 54.
Cùm ſequeſtratio nihil aliud ſit, niſi quod- 96
dam præparamentum alterius actionis vel
petitionis principalis, ſicut dicitur de judicio
ad exhibendum, quòd ſit præparatorium rei
vindicationis: *gloſſa verbi neceſſario in l. 1. ff. ad*
exhib. Unde ſicut in ordinariis judiciis, actio
principalis adverſus reum non tollitur per
ipſius ſatiſdationem, ſed potiùs aſſecuratur
actor, ut in caſu victoriæ certus ſit, ubi ſuum
conſequi debeat. *arg. l. 2. §. prætor ait. ff. qui ſa-*
tiſd. cog. §. ſed hodie. Inſtit. ad ſatiſdat. ſic proceſ-
ſus ſequeſtri, inſtitutus adverſus areſtatum,
quò ad cauſam principalem, non tollitur per
ſubſequentem cautionem de judicio ſiſti &
judicatum ſolvi, quin in judicio principali
denuò ſequeſtratus cogatur, actioni, contra
eum inſtitutæ reſpondere, quod idem etiam
innuit conſtitutio ordinum Imperii in co-
mitiis Spirenſibus anno 1570. publicata. *in §.*
Wann die *Areſta* vff angebotene gebührliche *cau-*
tion, de judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, relaxiret,
vnd eröffnet werden daß alſdann die Häuptſache/
darumb das *Areſt* angehet/an ordentlichem Rech-
te/wie ſich gebühret / außzuführen *remittiret*, vnd
gewieſen werden ſolle. Ex quibus omnibus ſatis
ſuperque jam liquet, pro ſequeſtratione re-
rum alicujus propriè ita dicta, non prodi-
tum eſſe ſequeſtrato vel rei vindicationis,
vel poſſeſſorii recuperandæ auxilium, ſed po-
tiùs retinendæ poſſeſsionis interdicto agen-
dum eſſe. Quod facit ad deciſionem cauſæ, 97
propoſitam nobis in judicio curiali Ducum
Saxoniæ, inter quendam nobilem, ex una, &
paganos cujuſdam villæ, ex altera parte, ad
quorum inſtantiam, præfecturæ vicinę Quæ-
ſtor prohibuerat ſub certa pœna, ne nobilis
deinceps ſeminaret & coleret terras, antè in-
cultas, & paſculationi communi deputatas,
quod nihil aliud erat, quàm interdictum de
non alienando, vel alterando naturam agri,
donec de cauſa cognitum fuiſſet. *argumento l.*
Divus. 5 ff. de petit. hæred. qui, cùm acquieſce-
ret præcepto, deſertis aliquandiu agris, age-
bat adverſus villam interdicto unde vi, pe-
tendo, ut reſtitueretur tanquam ſpoliatus, ad
cam

eam poſſeſsionem, quam allegebat ſe habuiſ-
ſſe tempore commiſsi ſpolii, & ad ſatisfa-
ctionem damnorum, ratione omiſſæ culturæ,
ſed quia ipſi per Quæſtorem tantùm facta fue-
rat inhibitio, ut abſtineret à cultura agri, & de
hoc requiſito, quòd videlicet penes reos exi-
ſteret poſſeſsio, nihil probaverat, neq; etiam
articulaverat, fuerunt abſoluti rei per ſen-
tentiam definitivam, Anno 1576. Siquidem,
etiamſi ad inſtantiam paganorum, præceptũ
inhibitivum ad nobilem emanaverit, ne de-
teriorem agri conditionem faceret, in præju-
dicium ſervituris paſculandi, allegatæ per pa-
ganos, donec de ſuo jure probaſſet: tamen
per hoc magis turbatus, quàm ſpoliatus in
poſſeſſione dici poterat, ideóque retinendæ,
non recuperandæ interdictum intentare de-
98 buit, per ſuperiùs allegata. Licet contrariam
opinionem, quòd videlicet pro areſto vel ſe-
queſtratione, competat turbato etiam inter-
dictum unde vi, tenuerit noſtri temporis ce-
leberrimus & ſummi judicii Juriſcunſultus
D. Matthæus Weſenbecius *conſ. 7. de jure ſe-
queſt*. per fundamenta, quæ nunc non curo re-
ferre, cùm ipſemet fateatur, contrariam ſen-
tentiam, quòd videl. per ſequeſtrationem ne-
ceſſariã non amittatur poſſeſſio, ex parte ejus,
cujus bona ſequeſtrantur, communem eſſe,
ideoq; ſalutariùs intentari poſſeſſorium re-
tinendæ, quàm recuperandæ. *VVeſenbec. d. conſ.
7. num. 6. col. 5. verſ. quod ſi porrò non utroq;*. Ex
99 quo nunc illud ſequitur, quòd debitor, in
terminis factæ ſequeſtrationis, ipſe ſit & ma-
neat poſſeſſor, licet cuſtodia rei ſit penes ter-
tium, *l. intereſſe. 39. in fi. de acquir. poſſeſ.* niſi
forſan ex certis & legitimis cauſis, puta, dila-
pidationis, unà cum re principali, etiam fru-
ctus ſimul ſequeſtrentur. *l. Imperatores. 21. §.
fin. ff. de appellat.* ſicut & nonnunquam fieri vi-
demus in ſequeſtratione pecuniæ fœnebris,
penes debitorem debitoris, adjecta illa clau-
ſula: quòd debitor, citra mandatum judicis,
nullas deinceps ſolvat uſuras aut ſortem cre-
ditori. *argumentum l. à Divo Pio. 15 §. ſic quoq;
judices. ibi. poſſe etiam nomen debitoris jure pigno-
ris capi ff. de re judic. l. 2. l. 3. l. 4. C. quando fiſcus
vel privatus.* licet propriè loquendo, illud im-
pedimentum vel areſtum nominum, penes
tertium debitorem exiſtentiũ, potiùs pigno-
ratio in cauſam judicati, quàm ſequeſtratio
dici poſsit. *d. §. ſi quoq; juuſtu l. 1. & 2. C quan-
do fiſcus vel privatus. qua de re videantur tradita in
ſecunda parte hujus Operis cap. 3. num 411. cum ſe-
quentibus.* Quo tamen ipſo caſu, licet interim
illa poſſeſsio ſaltem civilis, quam in rebus ſe-
queſtratis retinet primus debitor, *l. licet. 17. §.
rei depoſitæ. §. 1. verſ. niſi apud ſequeſtrum. ff depo-
100 ſiti.* ipſi ſit inutilis; tamen, ſi aliundè non ha-
beat, unde exhibeatur, ſaltem ex fructibus
bonorum immobilium, vel nominum ſeque-
ſtratorum, conſequitur alimenta. *Bart. in l. is
cui 5. §. Qui legatorum, per illum text. quem ad hoc
ponderat, tanquam ſingularem. ff. ut in poſſeſ. legat.
& Lud. Rom in d. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin & in l. ſi
ſervum. 7. §. fin. de acquir. hæred.* Et, quòd ex re-
bus ſequeſtratis iſto caſu debeantur reo ali-
menta & moderati ſumptus, ex arbitrio judi-
cis in lite faciendi, tenet etiam Baldus *in l fin.
in princ. & ibi Salic. num. 2. C. de ord. cognit. &
Curt. de ſequeſt. circa princ. num. 10.* Contingit 101
etiam, nunquam ſequeſtrari perſonam debi-
toris, maximè, quando conſtitutus eſt in fu-
ga, & bona deficiunt. *l. generali 54. C. de decu-
rio. lib. 10.* quæ ſequeſtratio nihil aliud eſt, niſi
areſtum vel impedimentum perſonæ, cui in-
terdicitur movere de loco, in quo impeditus
eſt, pedem. *Molin. in conſuet. Pariſ tit. 2. gl. 1.
verbo. areſt. num. 1. & 3. de quo infallentia. 3. hu-
jus Capitis latius.*

Cæterùm, quocunq; nomine inſigniamus 102
hanc executionis ſpeciem, & qualiscunq; ſit *Sequeſtratio quatenus prohibita.*
ejus effectus, concluſio ſuper hac materia tra-
ditur uſitata & vulgaris, quòd à ſequeſtro re-
rum, item perſonarum, cum ſit quædam ſpe-
cies executiuus, proceſſus inchoandus non
ſit. *l. 1. & 2. C. de execut rei judic. l. ſi cum nulla 58.
ff. de re jud.* ſive enim pecunia petatur à reo, ex
vi alicujus contractus, ſequeſtrationis ne-
ceſsitas conquieſcere debet, *l. unica. ubi Bart.
Bald. Salic. Cyn. C. de prohib. pecun. ſequeſt.* ſive
alia quæcunq; ſoli res, vel mobilis, ab hoc ex-
traordinario remedio ſuperſedendum. *c. 1. 2.
& 3 extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* præſertim,
cùm hoc ultimo caſu, res ab aliis detentas, aut
poſſeſſas, vel etiam earum fructus impedire
prohibeamur, & nemini auferenda ſit res
poſſeſſa ſine cauſæ cognitione. *§ commodũ. Inſt.
de interdict. cap laudabilem. extra ut lite pend.
Panormit. in cap. 2 num. 5. extra de ſequeſt. poſſ.
& fruct. l. 1. & 2. C. ut nemini lic. ſigna imponere
reb. alien. ſine licentia cap un. de ſequeſt poſſ. in 6.
clem. un. eod tit.* cum qua etiam deciſione
tranſeunt eminentiſsimi harum provinciarũ
Practici, *Henningus Gode. in conſil. de ſequeſtra-
tione, quod intitularit tertium. aliàs eſt in ordine
conſ. 106. Schurff. conſ. 15. num 1. 2. 3. 4. 5. &
6. & conſ 24. centur. 3. VVeſenbec conſ. 7. Mynſing.
conſ. 66. decade 7. num. 14.* qui omnes uno ore 103
concludunt, ſequeſtra ſive areſta, regulariter
omni jure, tàm civili, quàm canonico, pro-
hibita eſſe, ſicut idem etiam ſtatuitur de jure
Saxonico. Landrecht. *lib 2. art. 17.* Man ſoll nie-
mand weiſen von ſeinem Gute/daſer in Gewehren
hat/ ihme werde denn erſt die Gewer mit Recht
abgewonnen *ac con. ord gloſ.* Weichb. *art 29. & lib.
3.* Landr. *art. 73.* Et in hac ſignificatione acci-

pio vocabulum areſti, de quo in conſtitutionibus Imperii, anno 1570. Spiræ promulgatis, habetur, *in* §. Wann auch die *areſta* im Rechten verbotten. quòd videlicet ibidem loqui videatur Imperator cum ordinibus Imperii, de tali areſto vel ſequeſtro, cui jus cõmune, vel particulare ejus loci, in quo areſtum factum eſt, non aſſiſtit. Quod ſatis probatur ex eo, dum ibidem æquiparantur illa ſequeſtra repræſaliis, quæ ipſæ quoq; hodie in imperio non tolerantur, *de quo infrà hoc ipſo capite. num. 284. fuſiùs.* item pignorationibus, quæ itidem in jure ſunt prohibitæ. *authen. ut non fiant pignora. colla 9. & infrà num. 298. cum ſeqq.* Etſi verò objici poſſit, dictam conſtitutionem, in comitiis Spirenſibus anni 1570. de areſtis totaliter prohibitis non poſſe intelligi, cùm iſta areſta, tanquam contra legis diſpoſitionem facta, ſint ipſo jure nulla. *l. non dubium C. de l.* ideoq; non indigeant reſciſſione vel imploratione officii Cameræ imperialis, pro eorum relaxatione. *argumento. l. un. C. de theſaur. lib. 11. juncta l. nam etſi. 5. poſt. princ. verſ. quia nullus eſt ff. de injuſto rup. irritoq; fac. teſt. l. Sempronius. 26. poſt. princ. verſ. dies. ibi: perire non poteſt quòd nondum habuit de uſufr. lega. l. ſi concubina 17. in princ. rerum amotarum l. bovem 43. §. ſi ſub conditione 9. ubi nondum perfecta emptio imperfecta fieri non poteſt. de ædil. ed. cum ſimilibus.* cumq; litera præcitatæ conſtitutionis præſupponat talia areſta, quæ ſaltem mereantur relaxationem, ſub cautione judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, ideo videri inferendum, de omnibus areſtis indefinitè etiam licitis illã diſpoſitionem accipiendam eſſe, ut videlicet pro eorum relaxatione (deinceps) decerni debeant areſtatis, ad ipſorum inſtantiam proceſſus è Camera: tamẽ
205 reſpondetur, quòd ibi textus pòſt præmiſſam illam generalem propoſitionem de areſtis, utatur dictione. Vevorab / da auff angebottene caution, judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, dieſelbige nicht wollen relaxirer werden. &c. quæ dictiones maximè, præſertim, vel ſimiles, ubi poſtponuntur generali diſpoſitioni, tunc ejus naturæ, operationis, & effectus ſunt, ut denotent, in iſto caſu ſpecialiter expreſſo per dictionem implicativam, diſpoſitionis generalis rationem fortiùs urgere. *per ea, quæ tradit Everhardus in topicis. loco: à natura dictionum implicativarum. num. 2. in fine.* & ſic innuunt: quod ſi quis fecerit alicujus bona vel ſubjectos ſequeſtrari vel areſtari, in caſibus à jure civili vel ſtatutario ejus loci prohibitis, ſicut tunc judex, ad inſtantiam partis, permittens de facto ſequeſtrationem, dicitur gravare partem, adeò, ut areſtatus tunc habeat juſtam causã, ſuper iſto gravamine petendi mandatum de relaxando, & judex Cameræ imperialis pro decernendo mandato aditus, eo caſu ſecurè mandatum promulget de relaxando areſtũ, & reſtituenda domino re areſtata, ſine omni clauſula juſtificatoria, citando ſimul areſtantem in certo termino, ad docendum ſe paruiſſe, vel ad videndum, quo pacto in pœnas mandato inſertas incidat, & ulteriores proceſſus adverſus ipſum decernantur, ad inſtar proceſſus in cauſis pignorationum, *de quibus in conſtit. 22.* von Pfandungen *partis 2. ordinationum imperialis Cameræ. ac notat D. Gailius in ſuo tractatu erudiſſimo de pignora. obſer. 13. & lib. 2. obſer. pract. obſ. 8.* ita multò magis talis proceſſus decernetur per Cameram areſtato, cujus res non tantùm contra legis prohibitionem fuerunt ſequeſtratæ, ſed qui ulteriùs etiam, cum ad hoc de jure non teneretur, obtulit idoneã cautionem, judicio ſiſti & judicatum ſolvi, per quam regulariter quælibet areſta, ſive in res, ſive in perſonas, etiam legitima tolluntur, & relaxationem merentur. *l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. ff. qui ſatiſd. cog. ſicut de hoc agetur latius infrà, parte 3. cap. 11. num. 87.* cùm nemo ex cauſa civili in carcere vel aliter detinendus ſit, qui idoneam cautionem offert. *Bart. in l. Sacrilegi. 9. §. cum quoq; num. 2. ff. ad l. Iul. pecul. Panorman ca. 2. num. 3. extra. de pignor. Iaſon. in §. 1. num. 72. Inſtit. de actio.* & iſte videatur fuiſſe genuinus intellectus ordinum in præmemorata conſtitutione anni 70 §. Wann auch die *areſta.* ſicut hunc ſenſum conſtitutionis ita ſimpliciter innuit & Gailius *in ſuis obſerv. pract. obſer. 148 num. 10. lib. 1 cum illis verbis: adeò areſta regulariter prohibita & odioſa ſunt, ut etiam ex conſtitutione Imperii in comitiis Spirenſibus anno 70. edita, poſſint in Camera mandata ſine clauſula, de relaxando areſto decerni: cum talia areſta, tanquã ſine cauſæ cognitione factæ, omni jure reprobata ſint, ideoq; præceptum judicis de relaxando mereantur. arg. l. de pupillo. 5. §. meminiſſe. 10. ubi Dd. ff. de nov. oper. nunt. ac notat idem Gailius in obſer. 13. ejuſdem lib. 2.* Non autem voluerunt Imperator cum Ordinib⁹ in dicta conſtitutione Spirenſi includere eos caſus, quibus à jure communi, vel per jus particulare loci, in quo areſtum factum eſt, ſequeſtra rerum vel perſonarum ſunt permiſſa, ubi forſan etiam vel uterq; litigator, vel ſaltem reus, immediate ſubjectus eſt juriſdictioni judicis areſtantis: neq; enim tunc in prima inſtantia fundare poſſet juriſdictionem ſuam Camera, *per ea quæ habentur in ordina. Cam. Imper. parte 2. conſtit. 1. §.* Es ſoll auch. ad hoc ne ſuperior inferioris & immediati judicis juriſdictionem turbare, vel impedire velle intelligatur, *Guido Papa deciſ. 436. num. 3. per ca. cæterum. ca. novit ille. extra. de judic. ca. ex tenore. & ca. licet ex ſuſpecto. de foro compet.* cùm Camera Imperialis in certis tantum

tum

tùm caſibus, puta pignorationum & ſimilib⁹,
deroget privilegio primæ inſtantiæ, *der or-
dentlichen Außträge.* in cæteeis autem nihil di-
minuit. *Gailius de pignora. obſer. 14 & 21. num 1.*
(Poſſunt & aliæ ſolutiones adferri ad illud
contrarium *in d. §. Wann auch die areſta de qui-
bus videatur latius in 2. parte noſtri Operis. cap. 1.
num. 14.*)

106 Quòd autem diximus de prohibiea ſeque-
ſtratione, iſta concluſio fallit primùm in caſu
contumaciæ debieoeis, qui requiſitus peo ſtan-
do in judicio, copiam ſui ſubtrahie judici. *per
ca. quoniam frequenter. §. porrò, extra ut lite non
conteſt.* ubi tees modi probandi contumaciam
eei deſcribuntue: primus eſt, ſi peremptorio
edicto præcedenee, & inſinuato perſonæ eei,
107 iea, ut veniat ad citati notitiam, isq; nihilomi-
nus ſe abſentat à judicio, requiſitus iſto mo-
do, indubitatè dicitur incureete contumaciã.
l. contumacia. 53. ubi Bart. & alii. ff de re judic.
ſecundus eſt, quando malieioſè ſeſe occultae,
ne ad eum citatio perveniae, eertius, ſi alio
quoquo modo impedit, ne poſsit ipſi cieatio
inſinuari, *d. c. quoniam. §. porrò, verſ. quia perem-
ptoria ubi Panor. & Anto de Butrio cum aliis Cano-
108 niſtis ſequuntur.* Ac quòd contra ealem contu-
macem, rectè poſſit deveniri addeteneionem
rerum vel perſonæ conventi, tradit Baldus *in
d. l. ſi fidejuſſor. 7. §. f. in prima repetit. num 2 ff.
qui ſatiſd. cog. ubi addit: hoc tenendum menti. per
ca. in literis. & quod ibi notat Innoc. extra de dolo
& contu. & idem Bald. in l. conſentaneum. 8. n. 8.
C. quomodo & quando judex. Salic. in dicta l. un.
num. 4. C. de prohib. pecuniæ ſequeſtra. ac ſequitur
Curtius de ſequeſtris. in princ. num. 12. verſ quintò
fallit. & Angelus de Peruſio in eodem tractatu ſeque-
ſtrationis num. 10.* Cùm enim odio coneumacis,
creditor in poſſeſſionem bonorum tei, ex pri-
mo decreto mitti poſſit. *l ſi finita. 15. §. Iulian.
16. de damno infect. & l. Fulcinius. 7. ex quib. cauſ.
in poſſeſſ. eatur. cum aliis vulgatis, quod & ſupra
109 traditum fuit. num 10. & ſeqq.* multò magis ju-
dex eo caſu facilis eſſe debet ad concedendã
ſequeſtraeionem, quæ minùs eſt oneroſa de-
bitori, quàm miſsio ex primo deceeto, *prout
habetur textus clarus in d. ca. in literis, ibi vos mi-
nùs cum eis agere volentes. poſſeſsionem ſequeſtrari
feciſtis, extra de dolo & contum.* (*& eſt textus non
minùs rotundus in c. 1, de ſequeſtrat. poſſ. & fruct.*
ubi Cœleſtinus Pontifex ſententiam miſsio-
nis in poſſeſsionem latam à Commiſſario re-
formatur, ut illam poſſeſsionem ſequeſtrare fa-
ciat) unde & Weſenbecius fateeur; licet ſe-
queſtratio regularitee præſentiam partis de-
ſideeet; tamen ſufficere ſive veram, ſive fictã
peæſentiam. *VVeſenbec conſ. 7. num. 7. de jure ſe-
queſtra. fol. 335. verſ. ſequeſtratio enim cauſæ cogni-
tionem allegat Panormitanum in ca. 2. num. 28. &
29. extra de ſequeſt. poſſ. & fruct. Angelum conſ.
107. n 1. Schurff. conſ. 15. n. 5. verſ. item propter con-
tumaciam. n. 3. cent. 3.*

Secundò fallit circa debitores forenſes, ad- 110
venas, & exsraneos, qui non ſunt paſsionari,
vel in loco ubi petitur ſequeſtrasio, vel ſaltem
in loco ſui domicilii, eorum namq; eam res,
quam iis deficientibus, perſonæ rectè ſeque-
ſtrantur, *Iaſ. in l ſi fidejuſſor 7. §. fi. num. 1. qui
ſatiſd. cog Bart. in l. f. C. ubi in rem act. Bald. in l.
apertiſsimi. 16. num 9. C. de judic. Alex conſ. 141.
num, 3 vol. 6. Anchora. conſ. 192. num. 6.* quia ſunt
in tranſitu, & quaſi tibias habent in ſtapedio,
mox diſceſſuei, & ſubtracturi nobis conve-
niendi ipſos facultatem. *Felin. in ca. fin. nu. 20.
extra de foro compet. Curt. de ſequeſt quaſt. 2. princ.
verſ. ſextò quæro. num. 30.* Hinc eſt, quòd paſ-
ſim pee totam Germaniam, ad inſtantiam
creditorum, conera advenas debitores, reper-
tos in provincia, ut qui non poſsidene ibi im-
mobilia, deceenuntur areſta, ad eum potiſsi-
mùm effectum, ut ſatiſdene de ſolvendo pòſt
eerminum, judicatis vel ex inſtrumento exe-
cueivo obligatis præfixum, ſi debitum eſt li-
quidum, vel ut ibidem ſe ſiſtant juri, ſi nege-
eur debitum ac hujuſmodi conſuetudines va-
lere, refeet Franciſc. Marcus *deciſ 396. in princ.
parte 1. quem refert D. Gailius in ſuis obſervat. lib.
2. obſervat. 44. num. 10.* Verùm ea tunc demum
procedunt, quando debitores (ut modò te-
tigi) ſunt vagabundi, nec poſſeſsionati, vel
ibi ubi conveniuneur, vel in loco ſui domici-
lii, aliàs ſiquidem, etiam ſtante ſtatuto, quòd
adverſus debitores pòſt morã, inchoari pro-
ceſſus poſsie à ſequeſtratione rerum aut per-
ſonæ, non debent foeenſes, aue eorũ res, quo-
quo modo ſequeſtrari, ut quæ ſunt in tranſi-
tu. *per ea quæ tradimus in ſecunda parte hujus Ope-
ris cap. 3. num. 23. 29. & 30 cum ſeqq.* Unde ali-
bi reſteingit dictum ſuum Gailius, dum in-
quit: Imperatoribus Romanis conſuetum eſ-
ſe, ad preces interpoſitas à creditoribus, di-
plomata publica conera tales vagabundos &
latitantes decernere, ut ubiq; locorum eos in
Imperio Romano per magiſtratum prehen-
dere, & cum rebus, quas ſecum porrant, juri
ſiſtere, ac deeinere liceat. *Damit ſie zu Recht
angehalten werden. Gailius de pignoratio. obſer. 1.* 111
num. 6. lib. 1. [Ratio eſt, quia qui vagabundus
eſt, nuſquam habitae, *tex. noe. in l ejus qui ma-
numiſit 27. ff. ad muncip.* & ideò ubicunq; loco-
rum in imperio forum ſortitur & conveniri
poteſt, *text in l. dies cautioni. 4. §. prætor ait. 5. ff.
de damn infect.* idq; omnium maxime proce-
dit, ſi debitor in fraudem creditorum ſolum
vertit, & ob id incertis ſedibus ubiq; vagetur,
l. Ful-

l. Fulcinius. 7. §. 5. ff. Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.]
Cæterùm, utut hæc ſe habent, circa areſtum
rerum vel perſonæ obligati, cauti ſint in hoc
& circumſpecti creditores, ne de facili, vel
inconſulto deſcendant ad tales ſequeſtratio-
nes perſonarum, equorum, vel aliorum mo-
ventium debitoris. Quia, licet taliter de-
tentus regulariter cogatur de ſuo ſumptus
interim facere, donec aut debitum liquidũ
ſolvat, aut pro illiquido & negato idoneè ſa-
tiſdet, aut concordet cum creditore, vel ali-
ter lis finem accipiat. *prout eſt gl. communiter ap-
probata in l. fin. ubi etiam notat Bart. C. de erog. mil.
anno. lib. 12. per illum textum*; tamen ſi detentus
ipſe egeat, quòd ſe jumentis & familia, quam
quæve ſecum forte ducit, quæq; omnia quo-
tidianam curam & victum requirunt, exhi-
bere de ſuo nequeat, tum dives ſequeſtrari
faciens, debet interim providere ſequeſtrato
ac jumentis de alimentis, ne fame pereant.
*Paris de Put. in tract. Syndic. in verbo. an carcera-
tus. mihi fol. 84. num 2. 3. & 4. item Oldradus conſ.
27. num. 3. & Angelus conſ. 245. incip. quia omne.
Alexander in addit. ad Bartolum in l. ſanctum. 8.
num. 3. ff. de rerum diviſ. Boërius in deciſ. 303. nu 2.
& 3. poſt Andream de Barbat. in ca. cæterum extra
de reſcript. cujus tamen Barbatiæ dicta nihil aut pa-
rùm faciunt ad propoſitum ibidem, licet in ſe iſtud ve-
rum ſit, prout tradit Salic. in d. l. un. num. 11. C. de
probib. pec. ſequeſtrat. pro quo urget. l. quemadmo-
dum, 29. §. magiſtratus. 7. & l. pecoribus. ff. ad l.
Aquil. ubi habetur: lege Aquilia teneri creditores,
qui res pignoratas, vel quoquo modo detentas, fame
necant, ac notat Antonius de Corduba in l. ſi quis à
liberis. 5. §. ſolent. 18. num. 37. de lib. agnoſ. per
gl. ſingularem in d. l. f. verbo agnoſcere. C. de erog.*
112 *mil. anno. lib. 12.* imò non tantùm tenetur iſto
caſu creditor dives ad alimentationem ino-
pis captivi vel ſequeſtrati, verùm etiam cõ-
pellitur eidem ſubminiſtrare expenſas litis
medii temporis uſq; ad ſententiam, *ſecundùm
Oldradum conſ. 27. num. 3. Iaſ. in l. ſi fidejuſſor. 7.
§. fin. num. 30. ff. qui ſatiſd. cog.* cùm reus & de-
tentus ſit, & inſtructus venire nequiverit, qui
præter ſpem ad alienum judiciũ tractus eſt.
*argumento l. ſi quando. 2. C. de dilatio. cum econ-
tra actor ſemper paratus extiterit. l. purè. 5. §. f. ff.*
113 *de except. doli.* Quod idem procedit etiam in
cauſa criminali, quando per viam accuſatio-
nis, contra carceratum proceditur ad pœ-
nam corporis, quo caſu pauperi ita detento
ſuppeditandæ ſunt expenſæ, tàm litis, quàm
alimentorum, per carcerari facientem. *Boë-
rius deciſ. 303. num. 1 & 2. & ſequitur Aſinius in
praxi judiciorum cap. 2. §. 32. ampliatione 31.* adeò
114 ut niſi notorium crimen ſit, ac notoria men-
dicitas etiam accuſatoris, aut niſi fortè pro-
cedatur per viam inquiſitionis, debeat capto
provideri de expenſis, tàm cuſtodiæ, quàm
litis, ex publico. *Boërius deciſ. 303. num. 2. & 3.
Paris de Puteo in verbo. an carceratus. num. 2. & 3.
per l. ſi victum aut ſtratum. C. de re jud. & l. judi-
ces. 9. ibi. victualem ſubſtantiam non habentibus fa-
ciant miniſtrari judices. C. de epiſcop. audi. l. f. C.
de ord. cog. quem notat & commendat ad hoc ibidem
Salic. addens: quòd non reperiatur alibi. ac facit l.
1. §. f. C. cuſtod. reorum. cum l. 1. §. ait prætor. ff.
de poſtul. ubi habetur: quòd advocatum quoquo mo-
do non habenti prætor advocatum dare promittit, in* 115
*caſu ubi pauper eſt clientulus. ſecundùm gl. d. §. ait
prætor. verbo non habebunt. circa medium. addendo:
iſtud hodie ita ſervari, quo de videantur plura in ca-
pite ſexto hujus partis. num. 93. & ſequentib.* Hinc 116
eſt, quòd prudentes judices, ob metum ſum-
ptuum, aditi pro detentione rerum vel per-
ſonæ debitoris, antequam creditori ſeque-
ſtratio decernatur, exigunt à ſequeſtrum
petente cautionem indemnitatis, puta ut
propter expenſas, in eventum de publico
fiendas, & in quemcunq; alium caſum, tribu-
nal loci, cui forſan eo nomine in futurum
moveri poſſet lis per detentum ſuis ſumpti-
bus creditor defendat & indemne præſtet.
*Bald. in l. fin. num. 13. C. de pœna judic. qui malè
judic. per l. 1. quam ad hoc allegat tanquam unicam.
ff. de magiſtrat. conven.* cùm judex ſemper in
eo debeat elaborare, ut aſſecuretur judiciũ,
*ſecundùm Alex. Stiaticum in practica judiciaria, cap.
11. num. 17. per c. eccleſia S. Mariæ, ibi: ne ſi obti-
nuerit, in vanum laboret. Ext. ut lite pend.* Adeo- 117
que, licet aliâs judex, qui dimittit ſequeſtra-
tum ſine juſta cauſa, vel conſenſu areſtari fa-
cientis, faciat litem ſuam, & teneatur ad de-
bitum principale, ſi reum denuò non ſiſtat.
*Ioan. Faber in §. fin. num. 6. Inſtit. de actio. per l.
quoties 3. C. de exactio. trib lib. 10. quod idem te-
net Iaſon in l. vinum. 22. num. 2. & 5. ff. ſi cert.
pet. gl. l. ſi fidejuſſor. 7. §. f. qui ſatiſd. cog. Panorm.
in c. dilectus. num. 9. extra de ſequeſtr. poſſ & fruct.
Ioan. Andr. in c. locupletari. extra de regulis juris.
in 6. & Cardinalis in clem. 1. de ſequeſtra.* cùm do-
lo proximum ſit, ſequeſtratum etiam ex cau-
ſa miſericordiæ relaxare, ex quo judex ſcie-
bat, cui rei pateretur, & ſic miſericordiam
intempeſtivè exercuit *l. ſi hominem. 7. ff. depoſ.*
ſicut & pronunciatum memini cuidam con-
ſulenti adverſus civitatem L. quæ dimiſerat
ex areſto debitorem, creditore inſcio & præ-
ter ejus voluntatem, anno 1569. quod idem
in alia cauſa, & inter alias perſonas, eodem
modo reſponſum de jure fuit anno 1582. ta- 118
men ſi creditor in propoſito recuſet vel ali-
menta, vel talem cautionem indemnitatis,
judex tutò poteſt ſequeſtrum relaxare. *Boë-
rius deciſ. 303. num. 2. poſt Ioan. Fab. in d. §. fin.
num. 5. & ibi. Angel. de Aret. num. 12. Inſtit. de actio.*

per

per prætitatam l. fin. C. de erog. anno. mil. lib. 11. & iſtud obſervat uſus tribunaliũ per has provincias circa perſonam rei. Circa quod etiam obiter illud addo, non eſſe parem cauſam iſto caſu actoris & rei; pone enim, quòd detentus aliquandiu in cuſtodia, poſt relaxationem, contra detineri facientem impetrat citationem & proceſſum, ad eum fortè finẽ, ut conſeqoatur mulctam Saxonicam, prout fit tota die, vel agit fortè ex quacunque alia cauſa, allegando in proceſſu ſuam inopiam, & petendo, quòd adverſarius ipſi teneatur ſubminiſtrare expenſas litis, uſque ad finem cauſæ, iſto caſu obſervetur regula: quòd non habeat rationem poſtulatio actoris, volentis in ſum-
119 ptum litis ab adverſa parte pecuniam ſibi ſubminiſtrari. l. Imperatores. 17. in fine. ff. de tutel. & rationibus diſtra. ibidemq́; Baldus & Felinus in c. ſi quis teſtium. num 9. & Aretinus num. 14. extra de teſtibus. cùm nemo compellatur adverſario adminiſtrare arma de ſua domo. l. nimis grave. 7. C. de teſtibus. cap. 1. extra de probat. cum l. 1. & l. qui accuſare. 4. C. de edendo. tùm, quia ab initio litis rei ſunt favorabiliores. l. favorabiliores. 125. ubi notat Cagnolus & Decius ff. de reg. jur. l. Arrianus. 47. de actio. & oblig. tùm quia actor ſemper inſtructus & paratus ad agendum comparere poteſt, quòd non evenit in conventio, adverſus quem crebro præcipitatur judicium. argumento l. pure. 5. §. fin. de except. doli. l. ſi quando. 2. cum auth. quod fieri. C. de dilatio. & l. 1. §. fin. C. de annali except. Et hæc ſententia (quicquid in contrarium aſſerat Guid Papæ deciſione. 561, num 2. ubi addit: ſe vidiſſe aliquoties contrarium ſervari, quòd & Aymon Cravetta probat conſ. 164. num. 1. parte 1.) communis eſt, teſte Didaco Covarruvia, in ſexto capite practicarum quæſtionum. num. 7. verſ. idem ego ipſe profiteor poſt Boërium deciſ. 303. num. 4. ubi ſubjicit; ſe contrarium ſuæ memoriæ tempore non meminiſſe ſervatum cum qua ſententia tranſit etiam D. Hartmannus Piſter. in ſuis Quæſtion. reſponſo. 20.
120 num. 2. & 3. parte 1. Quod tamen eatenùs procedere exiſtimant ſcribentes in locis præcitatis, quatenùs non militat aliqua præſumptio de juſtitia cauſæ, pro parte actoris pauperis: ubicunque enim actor præſumptionem juris pro ſe habet, reus conventus & dives, etiam actori adverſus ſe litiganti, ſumptus litis adminiſtrare cogitur. Ita Paris de Put. in tract. Syndic. verb. expenſæ. num. 1. mihi fol. 124. & in verbo. an carcerarius. num. 2. quod idem etiam in effectu tenet Boërius deciſ. 303. num. 3. & 4. & Alciatus de præſumpt. reg. 3. præſumptione. 9. num 9 & Didac. in ſexto capite practicarum quæſtionum num. 5. verſ. idem ego profiteor. cujus rei exemplum habet JCtus. in l. ſi inſtituta. 27. §. de inofficioſo. 3. ff. de inoffic teſtam. cum actor reportaverat ſententiam in priora inſtantia pro ſe, ſed reus appellaverat, quo caſu, quia præſumitur pro ſententia, adeò, ut qui de iniquitate ejus conqueritur, iſtud probare debeat. c. cauſam quæ. & ibi gl. in verb. nitebatur. & verbo ſpeciem. extra de re jud. & facit c. in noſtra de teſtib. cum c. in præſentia. de renuncia. decidit Ulpianus in d. §. de officioſo, reum, qui ibidem appellabat, appellato victori in prima inſtantia teneri ad ſubminiſtrandum expenſas, uſq; ad finem litis. Felin. in d. c. ſi qui teſtium. num. 9 verſ. ſecundus caſus. extra de teſtib. Idemq; eſt, ſi privatus, ex cauſa probabili, non temeraria, intentaret judicium ad utilitatem publicam. Felin. in d. c. ſi qui teſtium num. 9. poſt Bald. in l. 1. in princ. juxta finem. ff. de juſt. & jur. ſicut fit in clerico paupere, qui movet cauſam ad utilitatem publicã. Anton. de Butr. Io. de Imola & Anania in c. ex parte. §. quibus per illum text. extra de accuſat. Quod tamen intelligo, quando verteretur utilitas pecuniaria, ſecùs, ſi ad vindictam publicam ageretur, ex privata quadam affectione, nec appareret ſaltem præſumptivè, de delicto intentato perſonæ reæ. Idemq; eſt, ſi agatur pro bonis communibus, vel etiam propriis, quæ præſumptivè judicantur ad actorẽ pertinere. Didacus ubi ſupra num. 5. verſ ego verò. ubi ſubjicit: iſtud generaliter probari per Doctores poſt Speculat. in tit. de inquiſit. §. fin. num. 2. Aretin in d c. ſi qui teſtium. num. 14. Alciat. ubi ſupra præſumpt. 9. num. 9. & Hartmannus Piſt. in ſuis Quæſt. reſponſo. 20, num. 3. Nec diſſimile eſt, ſi generaliter 121
talia extent ſtatuta, quòd actoribus pauperibus ſubminiſtrentur expenſę litis de publico, prout eſt in judiciis provincialibus, quæ curialia vocant, Electoratus & Ducatus Saxoniæ, ubi actori, qui paupertatem jurat, quòd videlicet ultra quinquaginta florenos uſualis monetæ in bonis non poſsideat, in ſportulis & expenſis totius litis uſq; ad determinationem cauſæ parcitur, & gratis adhibetur è publico procurator, quem vocamus pauperum (prout idem profitetur Ioan. Baptiſt. Aſinius in pract. judic. §. 32. cap. 2. ampliat. 31. per Galliam obſervari in perſonis eorum, qui cum rege litigant.) [Generaliter autem quoties deficit advocatus publico ſtipendio pauperi ſuffragaturos, cogendus à judice erit aliquis advocatus gratis pauperi patrocinari, gloſ. Hoſtienſ. Abb. Felin. & omnes in c. 1. de offic. jud. Bl. in l. ſi furioſi. 25. C. de nupt. Dec in c. 1. de probat. n. 46. Quod ſi nollet advocatus mandato judicis pauperi gratis patrocinari, poterit judex ad tempus arbitrariũ ei interdicere officium advocationis. l providendũ 7. C. de poſtul. text. opt. in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. urb. l. moris 9. §. ſunt autẽ ff. de pœn.]

Fallit

122 Fallit tertiò prædicta concluſio, in caſu fu-
gæ debitoris actualis, qua interveniente, non
tàm res, quàm etiam perſona ejus, ſive cum ju-
dicis licentia, ſive etiam privata auctoritate,
in caſu videlicet, quando judicis copia deficit,
ſiſti & detineri poſſunt. *de quo habetur textus in*
l. ait prætor. 6. §. ſi debitorem. 16. de his quæ in fraud.
123 *credit. l. generali 54. C. de decurion. lib. 10.* ita tamen
ne creditor ad evitandum pœnam ſequeſtri
vel carceris, *juxta l. un. C. de privat. carc.* debito-
rem detineat ultrà 20. horas, ſed judicis cuſto-
diæ eum tradat, & præſentet, tanquam ſeque-
ſtro *Io. de Platea. d. l. generali. 54. num. 2. Iaſ. §. 1.*
num. 70. Inſtit. de action. & Baldus in auth. imò in
principio. C. de obligation. & act. argumento. l. ca-
pite quinto 25. ff. ad l. Iul. de adult. Bart. in l. ſacri-
legi. 9. §. cum eo. 6. aliàs incipit. §. idem Labeo. ad l.
Iul. pecul. & l. interdum. 56. §. qui furem. 1. de furt.
Idemq; eſt ſi debitor latitet, aut aliter ſit va-
gabundus. *Bald. in l. apertiſſimi. 16. num. 9. C. de*
judic. Alex. conſ. 241. n. 2. & 3. vol. 6. & conſ. n. 19.
n. 2. vol. 3. Iaſ. §. 1. n. 72. Inſt. de action. Quod adeò
124 verum eſt, ut procedat etiam in caſu, quando
dies vel conditio ſolvendæ pecuniæ nondum
extitit, dummodò creditoris interſit, nam &
tunc non tantùm res, ſed etiam perſona debi-
toris ſequeſtrari ac detineri poſſunt. *gl. d. §. 1.*
& ibi Iaſon num. 77. Iuſtit. de actio per l. quæſitum.
14. ff. de pignor. ſaltem ad eum finem, ut debi-
tor ſatiſdet de ſolvendo, adveniente termino
conditionis adimpletæ, vel diei. *gl. l. in poſſeſ-*
ſionem. 6. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. l. in omnibus.
41. de judic. l. creditoribus. 4. de ſeparationibus.

125 Fallit quartò, ubi debitor, qui nulla poſſi-
det immobilia, nondum quidem arripuit iter,
ſed de fuga maximè cum re mobili, eſt ſuſpe-
ctus *ita eſt gloſſa notabilis in l. quæſitum. 14. verb.*
intereſt ff. de pignor. & gl. l. penult. verbo præſidale.
C. de pign. act. Bald. in l. ſi quis in tantam. 7. quæſt. 7.
C. unde vi. Hippol. ſing. 43. incip. debitor. Alex. in
l. Fructus. 7. §. Papinianus. 1. num. 9. ff. ſol. matri-
mon. ubi addit: iſtam opinionem veriorem eſſe, quic-
quid dicat Angelus in l. nemo carcerem. 2. C. de ex-
actio. trib. lib. 10. ac ſequitur Rebuffus, de literis ob-
lig. art. 6. gl. 3. num 72. & 73. ac latè Iaſ. in §. ſu-
pereſt. num. 79. & 80. Inſt. de actio. Aretinus conſ.
95. Dec. conſ. 75. num 2. Roma. conſ. 242. num. 2.
Duennas reg. 395. in ſuis fallentiis, & eſt textus ad
hoc notabilis in l. de pollicitationibus. 8. ubi Bart. de
pollicitat. quem textum reputat, veluti ſingularem
Baldus in l. per diverſas. 22. quæſt. 9. C. mandati. &
ſimilis text. in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. ubi idem Bal-
dus notat. ff. qui ſatiſd. cog. l. item ſi ſuſpectus. 19.
cum gl. 1. de procurat. ac facit, quòd, licet tranſ-
actio non fiat, niſi ſuper cauſa litigioſa vel cõ-
troverſa; tamen idem eſt, ſi ſuſpicio futuræ
litis ſubſit. *l. 2. ibiq; gl. & Dd. C. de tranſact.* ac
alibi legitur: Quod ſtatuitur de hæreſi vel hæ-
reticis, idem etiam de ſuſpicione hæreſis in-
telligendum eſſe, *c. ad abolendam. ext. de hæret.*
Siquidem quod fuga operatur actu, ut videli- 126
cet intercipiat creditori facultatem exigendi
debitoris, illud operatur eadem etiam in præ-
paramento. *Bald. poſt gl. in l. pignoris. 18. n. 1. C.*
de pignor. Quod facit contra ſcholares, qui ſu- 127
pellectilem & libros ſuos paulatim colligunt,
ac aliò transferunt, hi enim, tanquã de proxi-
mo diſceſſuri, adeoq; ſuſpecti de fuga, meri-
tò areſtantur in perſona & rebus adhuc reſi-
duis, prout experientia docet, in ſtudiis ap-
probatis iſtud crebrò practicari, & in hoc de-
rogatur ipſorum privilegio. *ex auth. habita. C.*
ne fil. pro patre. per conſuetudinem videlicet
contrariam, quæ ab æquitate & ratione non
eſt aliena, prout in tertio capite ſecundæ par-
tis hujus operis fortè dicemus fuſiùs. De pro-
ximo namq; fugitivus habetur pro fugiente,
ſicut de proximo cingendus pro jam cincto.
l. penult. ff. de teſtam. milit. utq; pro dato habe-
tur quod jam paratum eſt, ut detur, *§. fin. verſ.*
qui enim dato voluit recuſanti accipere, proxi-
mus eſt danti. auth. ut exactione inſtante dotis pri-
mæ. colla. 7. l. legato. 37. ff. de leg. 1. ita pro de-
perdito judicatur, quod paulò pòſt metuitur
perdi. *l. ſi quis cum ſciret. 8. in fine. pro emptore.*
Ratio utriusq; fallentiæ eſt periculum in mo-
ra. *argumento l. de pupillo 5. §. ſi quis rivos. 11. de*
novi oper. nunc. de quo in cap. 1. ſecundæ partis hu-
jus operis num. 6. Quo de articulo tamen, an
non habere poſſeſſiones in immobilibus, vel
pauca bona ſoli poſſidere, reddat ſuſpectum
debitorem, videatur latiùs Menochius *de arbi-*
trar. judic. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſu 87. num. 11. 12.
& 13. cum ſeqq.

Fallit quintò in caſu dilapidationis, ubi 128
conſtat debitorem egeſtate laborare, vel ad
inopiam vergere, ut quia ſit vitæ perditæ, &
malè utatur rebus ſuis, tunc enim, quia judi-
cium poſſet eſſe fruſtratorium, adeò, ut cre-
ditor, etiam in caſu victoriæ, vel nihil, vel pa-
rùm foret habiturus, *argumento l. nam is nullam.*
6. de dolo. ad ſequeſtrationem proceditur. *Gai-*
lius obſer. 148. num. 2. vol. 1. ubi tamen, *ſicut &*
obſer. 147. videtur tantùm loqui in realibus
judiciis, quando videlicet dominium petitur
rei mobilis aut immobilis. Sed idem eſſe etiã 129
in caſu, ubi pecunia vertitur in obligatione,
indiſtinctè tenet Curtius *in tract. ſequeſt. quæſt.*
6. num. 33. Cynus in l. unica. fall. 3. C. de probi. pe-
cu. ſequeſt. Ferrar. in for. ſacramenti. verb. ſapiens.
num. 1. & 5. & notat gl. in c. 2. & ibi Baldus nu. 7.
& in c. fin. extra de ſequeſtr. poſſ. Bart. in l. intereſſe.
39. num 3. ff. de acquir. poſſ. ac facit. l. litibus. 20.
C. de agric. & cenſit. lib. 11. Guido Papa deciſ. 246.
per totum. & hoc communiter tenetur, & ita in Ca-
mera ſervari ac practicari teſtatur Gail. obſer. 147.
num. 4.

*n.4. lib. 1. ibidemq́; n. 5. tradit, quo pacto for-
mandi ſint iſto caſu articuli probatorii.* Ve-
rùm, quia homines noſtri temporis valdè
ſunt cauti & circumſpecti, facultates pa-
trimonii ſui de induſtria occultando, ne
detegatur ipſorum inopia, *argumento l. 2.
C. quando & quibus quarta pars debeatur. lib.
10.* ac nihilominùs detentio rerum vel
perſonæ debitoris ipſis eſt valdè ignomi-
nioſa, ac minuit fidem apud homines ho-
130 neſtos, cum pro decoctoribus & fallitis
habeantur, maximè qui ſuo quaſi vitio
non ſolvendo facti ſunt. *Stracha de decoctor.
parte 2. n. 1.* ideo volunt Dd. allegatæ ſu-
ſpicionis, de fuga vel dilapidatione rerū
debitoris, fidem judici ſaltem ſumma-
riā fieri debere, quod contingit, ſi doceа-
tur, quod debitor vel nulla ampliùs poſſi-
deat immobilia. *Bald. in l. apertiſſimi. 16.
n 9. C. de judiciis. Alex. conſ. 241. n.3. vol.6.
& conſ. 19. num. 2. vol. 3. Gail in ſuis obſervat.
lib. 2. obſ. 44. nu.7.* vel adeò pauca, ut non
æquivaleant debito, in quo eſt obligatus
creditori. *Curt. d. tract. de ſequeſt. quæſt.6.
num. 33. & ſequitur Ferrar in forma ſaximen-
ti verb. ſapiens. nu. 2. per l. ſecundum & l. ſi fi-
dejuſſor. 7. §. fin. qui ſatiſd. cog. juncta. l. ſi
creditores. 31. de reb. auct. jud. poſſ. & Rebuff.
ad ordinat. regni Galliæ. tomo 3. in tractatu de
ſequeſtris, art. 1. gloſ. 2. n 6.* Probatur etiam
periculum dilapidationis aut fugæ, ex vi-
ta antè malè acta, ut quia jamdudum ſem-
per fuit prodigus, & alienavit unum præ-
dium pòſt aliud. *Curt. ubi ſupra num. 33. &
40. & Ferrar. d. verb. ſapiens. num. 2.* cùm de
præterito præſumatur in præſens, item in
futurum. *l. non omnes. 5. §. à barbaris. 6. ff.
de re milit. c. ſemel malus. extra de reg. jur. in
6.* item, quia ne nunc quidem incipit eſ-
ſe frugalis, ſed pergit ſuum decoquere,
*gloſ. verb. officium. d. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin.
& §. fin. Inſtit. de ſuſpect. tutor.* Facit etiam
non parùm ad rem, ſi debitor hactenùs
ſemper fuit moroſus in ſolutione, appa-
retque nunc, eum habere plures credi-
tores, qui ipſum impetant. *Godenus ſub rub.
de ſequeſtr. conſ 3. aliàs eſt in ordine conſ. 103.
num. 4.* tunc enim, ſecundùm eum, etiam
capi poteſt, & ſic multò magis valet ſe-
queſtratio intentata contra ipſius res vel
bona. *Godenus ubi ſupra. Angelus. de Aret.
in l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appell.* Quæ
quidem indicia, ſi concurrunt omnia cir-
ca unam eandemq́; perſonam, indubita-
tum eſt, ſequeſtrationi locū fore, ſin mi-
nùs, in arbitrio judicis reſidebit, an velit
ſequeſtrationem, vel manus injectionem
permittere nec ne. *Curt. ubi ſupra num. 33.
Caccialupus de debit. ſuſpect. 1. q. princ. num 9.
cum ſeqq.* interdum enim etiam unum ſuf-
ficit, ſecundùm ſubjectam materiam. *Ab-
bas in d. cap. 2. num. 9. in fine. de ſequeſtr. poſ-
ſeſſ.* cum hac in parte judicis arbitrium ra-
tum ſit, conſideratis videlicet circum-
ſtantiis, *Maria. Socin. de citatione. art. 20.
num. 67. & 68.* Licet autem ſuprà dictum
ſit, ſequeſtrationem propriè ita dictam,
locum habere regulariter tantùm in reb9
mobilibus: *Iaſ. in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. n. 8.
ff. qui ſatiſdat. cog.* tamen ſi debitor plures
habeat creditores, & multò ęre alieno ob-
ſtrictus ſit, ut bona vix ſuffectura ſolutio-
ni putentur, etiam ad ſequeſtrationē im-
mobilium devenitur, & datur curator bo-
nis, ut plurimùm de cōſenſu majoris par-
tis creditorum, qui ea adminiſtret, fructus
colligendo, & ex iis, in quantum ſeſe ex-
tendunt, annuatim ſatisfaciendo credito-
ribus, donec prædium commodū empto-
rem inveniat. *l. 1. l. 2. & l. Imperatores de cu-
ra. bon. dan.* Quod uſu quaſi communi ha-
rum provinciarum receptum eſſe, probat
experientia quotidiana. Sicut autem mo- 131
nuimus, quòd ad impetrandam ſeque-
ſtrationem rerum debitoris, non utique
requiratur plena probatio præmemorato-
rum indiciorum, ſed ſufficiat qualis qua-
lis fides, & ex præſumptionibus inſtructa
judicis informatio, quæ ipſius animū mo-
veat ad decernendam ſequeſtrationem,
*argumento eorum quæ tradit Curt. de ſeq in pr.
n. 8.* ita Salicetus ſcriptum reliquit, hanc
cognitionem eſſe ſummariā, & poſſe judi- 132
ci, abſq; citatione partis, fieri fidē de ſuſpi-
tione, etiam per ſolum juramentū partis,
& hoc ideò, ne, ſi alia plenior probatio re-
quireretur, interim fugam arriperet debi-
tor. *Sal. d. l. un. n.3. C. de prob. pec. ſeq & Gai-
lius in ſuis obſ. lib. 2. n. 10. obſ. 44.* ex quo tem-
poris periculum ampliorem deliberatio-
nem non patitur. *l. 1. in pr. de exe. act. juncta.
l. theſaurus 15. ff. ad exhib. & gl. l. ſi is à quo.
3. in princ. verb. ſummatim. ut in poſſ leg.* quod
*& innuit Bald. in d. l. ſi fidejuſſ. 7. §. fin. n. 1.
& Curt. de ſeq quæſt. a. princ. n. 42.* & ſcriptū
reliquit Jacobus de Arena, judices noſtri
temporis, ad inſtantiā creditorum, com-
muniter & indiſtinctè facere ſequeſtra-
tiones, ſive ille, contra quem inſtituitur
tale arreſtum, ſit ſuſpectus, ſive non, item,
ſive ſit debitor ex actione perſonali, ſive
reali, *prout de hac communi conſuetudine atte-*

ſtatur prænominatus Iacobus de Arena in tract. ſequeſt. num. 8. de cujus tamen dicte veritate tractabitur paulò pòſt latiùs. num e 83. Indi-
133 cia autem, vel præſumtiones ſuperiùs enumeratæ, ita demum faciunt detentioni adverſus res aut perſonam debitoris locum, ſi pòſt contractum cum creditore celebratum intervenerint, ſecùs, ſi antea debitor ejuſdem conditionis & morum fuerit, tunc enim eſt, quod ſibi imputet creditor, qui cum tali contraxit. *Curtius ubi ſupra num 33. & Ferrar. verb. ſapiens num. 2. de forma Saximenti, per l. ſi creditores 31. verſ. planè. 1. de privileg. credit gl. l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem. 16. de his quæ in fraud. cred. & l. ſi is à quo 3. in fin. ut in poſſeſſ. legat. & notat Cynus in l. ubi adhuc 29. quæſt. 4. C de jure dotium. facit l. ſi conſtante. 24. in princ. ff. ſoluto matrim & ſequitur Maria. Socin. in tract. de citatione art. 20, num. 63. 64 & 65.* ac ſub dubio præſumitur in creditore ſcien-
134 tia, cum quilibet debeat habere notam conditionem ejus, quo cum contrahit. *l. qui cum alio. 19 de reg. jur. l. 3 de fidejuſſo. facit gl. l penult. ad Macedon. Bartolus & Paulus de Caſtro in l. 2. ſi quis in jus voc. non ierit. & latè Alexander in l. 2. ad finem principii, qui ſatiſdat. cog. & conſ. 60. num. 8. vol 5.* ideoque creditori iſto caſu competit onus probandi, quòd mali mores, hoc eſt, abuſus & diſſipatio rerum ſuarum, vel fugæ ſuſpicio, poſt contractum ſupervenerint. *argumento l. meritò. 51. ff. pro ſocio.*

135 Fallit ſextò ſuprà dicta concluſio, quando ſuper una eademque re, vel ejus poſſeſſione plures litigant, eamque ad ſe pertinere contendunt, ita, ut partium jura ſint obſcura, iſto ſiquidem caſu, judex habet probabilem cauſam ad rei controverſæ ſequeſtrationem deveniendi, ſalvo tamen jure cujusque partis. *Bald. in l. ſ. nu. 10. ibidemque Zichardus. num. 367. verſ. conſidera ſimiliter. C. de edicto D. Adr. toll.* Exempli gratia: quando uterque prætendit titulū pro hærede in rebus hæreditariis, & neuter poſſidet, tunc enim eatenus impeditur in poſſeſſionem miſſio, ac fit ſequeſtratio, donec de juribus utriusque litigatoris plenè diſcutiatur. *Menochius de adipiſc. poſſ.*
136 *remed 4. num 367.* Cùm enim poſſeſſio vacans reperiatur, neutro videlicet exiſtente in poſſeſſione nihil prohibet ad ſequeſtrationem accedere. *Auſrerius in deciſ. Tholoſ. 477. verſ adde, quod ubi eſt timor. Innocent. in c. veniens. num. 2. extra de teſtibus. Bald. in l. 2. num. 2. C. de ſumma Trinit, & l. ſ. num 5. C. de ord. cog. l. ordinarii. 13. num. 2. C. de rei vind. Iaſon. in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. n. 26. in quarta limitatione ff. qui ſatiſd. cog. Panorm. in c. 2. num 10. in fall 15. extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & iſtud ita in practica ſervari teſtatur Imbertus in inſtitut. forenſibus. lib 1. cap. 3. quod ſequitur etiam VVeſenbecius conſ 41. num. 16. & 17.*

Idemque eſt, quando non quidem ſuper 137
dominio vel proprietate, ſed ut ſupra tetigi, ſuper poſſeſſione inter duos movetur controverſia, utroque litigatore aſſerente, eam ad ſe pertinere. *l. intereſſe. ff. de acquir. poſſ.* ac timor eſt ſcandali, ne deveniatur ad arma, tunc enim ad officium jus dicentis pertinet, etiam parte non petente, rei controverſæ poſſeſſionem ſequeſtrare. *Cynus in d. l. unica. num. 1. verſ. novus, cùm timetur ſcandalum. C. de probib. pecun ſequeſt.* [Debet tamen hoc fieri citatis partibus, ut certo die compareant, & jura ſua poſſeſſoria ſummariè deducant, *juxta l. ſi coloni. 14 C. de agricol. & cenſit*] Et hæc eſt ſeptima reſtrictio ad regulam ſequeſtrationis prohibitivam, quam probat etiam Ferrarienſis *in forma Saximenti, verb. ſapiens. num. 8. Innoc. in c. in præſentia, ſuper gloſ. 2. extra de probatio. poſt Bart. in l ſi cujus rei uſusfructus. 13. § ſed ſi inter duos. 3. per illum text. de uſufruct. l fin. de officio procurat. Cæſ l. congruit. 13. l. illicitas. 6. §. ne potentiores. 2. de offic. præſ. l. ſi quis 9. §. 3. de dolo. cap. diſcordantes. & c. præcipimus. diſtinct 90 notaturque in cap. 1. extra de treuga & pace. & hæc ſententia probatur communiter per Dd. teſte Gailio, obſerva 5. num 2. lib. 1. per multas authoritates, quas ibi allegat.* Et formam pronunciandi tradit *Gailius nu. 7.* poſt ordinationem Cameræ Imperialis *21. §. fin parte 2. ſub tit.* Von der ſtrittigen Poſſeſs. *ubi dicitur:* Wann die Gewehr vnd Poſſeſs oder quaſi aus redlichen Anzeigung zweiffelich / vnd ſorgfeltige Entpöhrung / Wetterung oder Aufruhr daraus zu befahren / ſollen Cammerrichter vnd Beyſitzer vor ſich ſelbſt ex officio, die Poſſeſſion zu *ſequeſtriren*, oder aber der quaſi Poſſeſs halben / an ſtat der ſequeſtration, beyden theilen zu gebieten haben / ſich derſelbigen zu enthalten / vnd rechtlich Erkentnis darüber zu gewarten. Ex quo ſequitur, ſi lis ſit ſuper juriſdictione, utroque contendente, ſe eſſe in quaſi poſſeſſione juriſdictionis, judex, ad eum finē, ne à contentione verbali ad arma diſcedatur, poterit, ſive proprio
motu

Digitized by Google

motu, & ex officio, ſive etiam ad inſtantiam unius vel alterius partis, litigatoribus, facta ſequeſtratione, inhibere exercitium juriſdictionis, uſq; ad finem cauſæ & commitere adminiſtrationem juſtitiæ aliquib⁹ cōmiſſariis, tanquam ſequeſtris. *ſecundùm Rebuffum ad conſt.reg.tit. de ſentent. execut. art.1. gloſ. 5.n.10.* ita, ut medio tempore nihilominùs citentur litigatores, ad deducendum hinc inde ſua jura poſſeſſoria. *Gailius in lib.1.obſerva.obſer 5. n.2. per multas authoritates, de quibus ibi. & obſer. 6. ubi etiam modum procedendi ſuper litigioſa poſſeſſione deſcribit.* Neque habetur melius remedium adverſus contentioſos, in judiciis per viam ordinarii proceſſus agitatis, qui freti neſcio quo applauſu vel comitatu, vicinum ipſis inferiorem per facti viam premunt, & ſpretis omnibus judiciorum præceptis, ſemper jactitant, quòd ſint in quaſi poſſeſſione juriſdictionis, venationis, aut alterius juris, ſecundū illud Ennii:

Non ex jure manu conſertum, ſed mage ferro
Rem repetunt, regnumq; petunt, vadunt ſolida vi.

Et iſtud in primis eſt frenum, ac quaſi capiſtrum judiciorum curialium, quæ, cùm ipſa per ſe coërctionem perſonalem non habeant, ſed brachium ſuperioris implorare cogantur, iſto pharmaco utuntur adverſus contumaces & præfractos, ut in officio retineantur: Inhibito enim exercitio poſſeſſionis vel quaſi, ubi partes vident eam ſequeſtrari ad manus tertii, quē ſequeſtrum appellamus, tunc & juris ordini faciliùs loc⁹ relinquitur, & datur occaſio litigatoribus, ad determinationem cauſæ magis properandi, vel aliter invicē tranſigendi, ſicut iſtud in noſtro judicio curiali crebrò practicatum meminimus.

138 Quod tamen intelligatur procedere, ſi dubitatur, uter poſsideat, quando enim certum eſt, unum ex iis poſsidere, alteri mandandum eſt, ne ad poſſeſsionem prædii controverſi accedat, donec lis jure deciſa fuerit, & ita ceſſat ſequeſtratio, ne procedat cum injuria poſsidentis, qui turbari non debet. *Franc. Curt. in ſuu addit. ad Papienſem, de ſaximentis. num. 2. verſ. octavò fallit. litera D & idem Curt. in tract. de ſequeſt. in princ. num. 12. pòſt Bald. in l. quidā æſtimaverunt. 21. nu. 6. ff. ſi cert. pet. per l. fin. de offic. proconſ. & idem Baldus in l. ordinavit. 13. num. 9. C. de rei vindic. & l. ſi diſceptetur. 5. ff. ubi pup. educari debeat, l. ſi ſuper poſſeſſione. 9. C. de tranſact. l. fin. C. de ed. D. Adr. tollendo. Bald. in l. un. num 1. C. de prob. ſequeſt. Zabar. clem 1. n.9. de ſequeſt poſſ. Iacob de Butrig. in l. incerti. C. de interdict. & Gailius obſerv.5 .n.5 6. & 7. lib. 1.*

Fallit IIX. in marito ad inopiam vergente: tunc enim, etſi aliàs regulariter dotis cōdictio ceſſat, quamdiu durat matrimonium. *l. 2. & per totum. ff. & c. ſolut. matrim. Bart. in l ſi conſtante 24. n. 25 ff. eo. l. in rebus, 30. §. omnis. C. de jure dot.* tamen, ubi incipit maritus labi facultatibus, aut malè ſua ſubſtantia uti, mulier pro ſequeſtratione dotis rectè apud judicem inſtat. *Curt. de ſequeſt. in prin. num. 8.* Quia, etiam ſtante matrimonio, dotē repetere poteſt, ſi res ſuas malè gubernat maritus. *l. ubi adhuc 29. C. de jure dot. c. plerumq; ext. de don. inter vir. & uxor. & facit § illud. verſ. quia enim auth. de æqual dot collat. 7. Bart. d. l ſi conſtante. 24. n. 4. & 20. & notat Gail. in obſerv. 83. n. 21. parte 2. ubi etiam n. 12. 13. & ſeqq. tradit modum probandi de inopia viri.* Idq; ad eum finem, ut ſaltem ex dote ſua mulier deinceps habeat competens ſolatium *d. l. ſi conſtante ubi Bart. n. 87 88 89. 90. & 91.* unde videl. in poſterum ſe cum liberis & familia exhibere queat. *argumento l. mutus. 73. §. manente. 1. ff de jure dot. cum l. ſi cùm dotem 22. §. ſi verò. ſolut. matrim.* Et hæc fallentia tota die practicatur, maximè in fœminis nobilibus, de quarum maritis, tanquam ære alieno prægravatis, interdum metus eſt, ne creditoribus ingruentibus, feuda ipſorum non ſint ſolvendo: tunc enim, officio judicis, ſequeſtrantur in feudo certa bona, unde quotannis poſsint redigi tot fructus, qui ſufficiant mulieri pro dote, & donatione ante nuptias, vel qui correſpondeant dotalitiis, ab initio matrimonii conſtitui ſolitis. *Gailius d. obſer. 83. num. 17. lib. 2.*

Fallit IX. in caſu ſpeciali, quando mulier divertens à marito, metuit ejus ſævitiam; tunc enim, quantumvis vir, ceu ſpoliatus quaſi poſſeſsione thori conjugalis, ante omnia veniat reſtituendus. *l. ſi quis ad ſe fundum. 7. C. ad l. Iuliam de vi publ. cap. 1. & per totum extra de reſtit. ſpol.* ac caſu quo metuitur ſævitia viri, quòd malè tractaturus ſit uxorem, cavere debeat maritus, de non offendendo. *c. ex tranſmiſſa in verb. recepta ſufficienti cautione. de reſtitut. ſpol.* tamen, quia crebrò major virorum eſt tyrannis, quàm ut ex cautione quæ dicitur res fragilis & periculoſa, mulieri queat plene conſultum eſſe. *c. accedens.*

2. extr ut lite non conteſtata. & l. qui ita. 66.
§. 1. ff. ad Trebell. interim fœmina ſeque-
141 ſtratur, hoc eſt, committitur cuſtodiæ
alicujus probæ & honeſtæ matronæ, in
locu, ubi vir vel parentes ejus non poſ-
ſint ei aliquam violentiam inferre, do-
nec lis ſuper cauſa principali tranſigatur,
vel donec ſequatur acceptabilis & idonea
cautio. *d. c. ex tranſmiſſa. c. literas. §. ſi verò*
ſit tanta viri ſævitia, ut mulieri trepidanti non
poſſit ſecuritas ſufficiens præſtari extra de reſtit.
142 *ſpoliat.* Quod extendunt Dd. etiam ad fa-
miliam, quæ metuit ſævitiam & tyranni-
dem dominorum, ad eoſque reverti re-
cuſat, tunc enim bonus judex facit illos
familiares aſſecurari in aliquo loco tuto:
Anton. de Butr. in cap. 2. num. 6. ibiq. Abbas de
ſequeſtr poſſ. & fruct arg. § dominorum, & §. 1.
Inſtit. de his qui ſunt ſui vel al. juris. l. ſi poſtu-
laverit. 27. ad l. Iul. de adult. l. 1. § penult. de
143 *off. præf. urbi. c. penult. extra de probat.* Quod
idem eſt in virgine nondum traducta ad
domum ſponſi, quæ agenti ad matrimo-
nium objicit exceptionem metus, quaſi
coacta conſenſerit, illa enim ad copulam
compelli non debet, donec de cauſa prin-
cipali cognitum fuerit, adeoque medio
tempore ſequeſtratur. *c. 2. & c. fraternitas*
de ſponſalibus duorum. gloſſ notabilis in c. te-
nor. verb accedat. extra de judic. & ſic, ne for-
tè adverſarius ex furore amoris, ejus cor-
pori vel pudicitiæ vim inferat, cuſtodien-
da eſt in honeſta aliqua domo. *c. cùm lo-*
cum. extra de ſponſal. c. hortamur. 3. quæſt 9.
c. ſive 33. quæſt. 2. Qua de limitatione vide
pulchram formam pronunciandi ſuper
ſequeſtratione puellæ nuptæ, ex deciſio-
nibus Cameræ Imperialis, deſcriptam
apud Gailium in ſuis obſerv. *obſerv. 112.*
num. 16. lib 1.

144 Fallit X. in terminis appellationis, in-
terpoſitæ ab executione ſententiæ, quæ
tranſivit in judicatum, intelligendo de
caſibus, in quibus appellari ab executione
poteſt, puta ſi modus excedatur, *l. ab exe-*
cutione. 5. in princ. C. quorum appell. non rec.
tunc enim, ex quo judex fuerat commi-
natus executionem in certos fundos de-
bitoris, pendente appellatione, interim
deſcenditur ad ſequeſtrationem fructuũ,
qui ibidem fuerint nati, ut videlicet de-
ponantur in publico, quantumvis nulla
probetur ſuſpicio fugæ, vel dilapidatio-
nis, hanc limitationem tradunt Curt. *in l.*
un. num. 5. C. de probib pecun ſequeſtr. Panorm.
in c. fin. num. 8. 9. & 10. de ſequeſtrat. poſſeſſ. &
fruct. & Zabarella in clem. un. de ſequeſtrat.
num. 22. Decius in l. fin. num. 2. C. de edicto
D. Adr. toll. Ludov. Rom. in d. l. ſi fidejuſſor. 7.
§ fin. & ibi Bald. num. 3. qui ſatiſd. cog. ac ſe-
quitur Curt. in tract. de ſequeſtr. in princ. nu. 7.
idque extenditur non tantùm ad fructus
bonorum ſoli, ſed etiam ad ipſas res
mobiles, earumque fructus, ut penden-
te appellatione ſequeſtrentur. *Gailius ob-*
ſerv. 147. num. 8. lib. 1. poſt Bartolum in l. 2.
num. 1. ff de appellat. recip. & gloſſam in d. c.
finali. de ſequeſtr. poſſ. & eſt textus clarus *in*
d. l. ab executione. §. 5. quòd ſi de poſſeſſione vel
fundo: ubi habetur, ſi executio ceſſaverit,
& eam ſuſpenderit appellatio, fructus o-
mnes, qui tempore interpoſitæ provoca-
tionis capti, vel poſtea nati erunt, in de-
poſito collocandos eſſe. Et hoc quidem
rationem habet, cùm evidentius ſit jus,
item præſumptio pro actore, propter
ſententiam, quæ per ſe tranſivit in rem ju-
dicatam, ita, quod non immeritò judex
proceſſit ad executionem, ex quo non ſu-
per meritis principalis cauſæ, ſed ſolùm
ſuper exceſſu modi interpoſita fuit appel-
latio. *Salic. in d. l un. num 3. verſ. item fal-*
lit, ubi appellatur ab executione. C. de probib.
pecun. ſequeſtr. ſequitur Panorm. in c. 2. nu. 1.
de ſequeſtrat. poſſ ac facit c. in præſentia, de re-
nunc. c. in noſtra. de teſt. c. cauſam quæ de ſen.
& re judic. Cùm enim ſententia judicati
vim conſecuta, *auth. hodie. C. de appellat.*
& deſuper judex comminatus ſit execu-
tionem, præſumitur malitiosè appellatũ,
cauſa videlicet morandæ & impediendæ
executionis, ſaltem ad eum finem, ut ap-
pellans medio tempore lucretur fructus.
argumento l. ſatis apertè. C. de falſis, c. ſuſci-
tata. §. ne verò per excogitatam malitiam ex-
tra de in integr. reſtit. l. fin. & ibidem Bartol.
Bald. Salic. & alii, C. de edicto D. Adr toll.
vocamus autem hoc loco fructus, non
tantùm naturales, ſed etiam civiles, puta
penſiones, mercedes vecturarum, & ſimi-
lia, *ſecundùm Panorm. in c. ab eo. num. 3. extra*
de ſequeſtr poſſ. & fruct.

Porrò major eſt dubitatio ſuper pro- 145
vocatione à ſententia definitiva, priuſ-
quam tranſeat in judicatum, (nam in ap-
pellatione ab interlocutoriis judicum,
non permittitur ſequeſtratio fructuum,
teſte Baldo in l. ſi fidejuſſor. 7. ſecunda repetit.
in princ. verſ. quærit Archidiaconus. ff. qui ſatiſ-
dat. cog.) an pendente appellatione à de-
finitiva, ad ſequeſtrationem ſaltem fru-
ctuum deveniri poſſit? ſuper qua quidem
quæſtio-

146 quæſtione omnes Dd, uno ore conſen-
tiunt, quòd regulariter deneganda ſit ſe-
queſtratio, niſi in duobus caſibus. Primò,
circa beneficium ſpirituale, ſuper quo la-
ta ſententia definitiva, etiamſi appelle-
tur, ipſum tamen beneficiũ unà cum fru-
147 ctibus ſequeſtratur. *clem. 1. de ſeq. poſſeſſ. &*
fruct. Alter caſus eſt in terminis depopula-
tionis fructuũ, quos diſſipat condemna-
tus appellans, nam utrobiq; rectè & peti-
148 tur, & conceditur ſequeſtratio. *d. clem. 1. &*
Angel. de Peruſ. Bart. & alii in l. Imperatores.
21. §. fin. ff. de appell. & relat. ibi: ſi fructus
populitentur ab adverſario, æquum eſt,
eos apud ſequeſtrum deponi. Et hæc eſt.
XI. fallentia, ad regulam prohibitivam
ſequeſtrationis.

149 Ceterùm, an idem ſit in eo, qui non
quidem alienat aut diſſipat fructus, ſed
convertit eos in uſum ſuum & familiæ?
& idem Baldus *in c. 1. §. ſancimus. n. 2. quo*
temp. miles decidit, quòd etiam tunc ſeque-
ſtratio rectè petatur, *ac tenet idem Ange-*
lus in l. divus. 5. §. 1. num. 3. de petit. hæred. &
d. l. Imperatores 21. §. fin. num. 4. cum quo &
tranſit Bald. in d. l. ſi fidejuſſor. 7. § ſi ſatiſda-
tum. n. 4. qui ſatiſdare cog. ubi tenet, eum etiam
pro depopulatore fructuum habendum eſſe, qui
nihil faciat reliquum, ſed omnes conſumit in
uſum ſuum & familiæ, & Archidiac. in c. quia
res. 12. q. 1. & hæc opinio communi calculo
Doctorum approbatur, teſte Curtio in tract. de
ſequeſtrat. in princ. num. 9. Eſtque ratio ſe-
cundùm eos, quia ſive dilapidentur, ſive
convertantur in uſum poſſidentis, utro-
que caſu in rerum natura eſſe deſinunt,
Bald. in l. ſi ſervum 7. § prætor ait. 7. in fin &
ibi Ludov. Rom. de acquir. hæred. Fulgoſ. in d. l.
divus. 5. num. 7. & 8. de pet. hæred. ac ante eum
Baldus in c. fin. num. 1. poſt Innoc. ibidem. ex-
150 *tra de ſequeſt. poſſeſſ.* Pro contraria tamen
parte militat reſponſum Papinii juſti, *in*
d. l. Imperatores 21. §. fin. ibi: uſitatum non
eſt, poſt appellationem, fructus agri, de
quo diſceptatio eſt, deponi, niſi cùm po-
pulitentur, hoc eſt, ut ibi exponit gloſſa,
cùm devaſtantu[illegible] itaq; ſpeciale eſt in ca-
ſu vaſtationis, [illegible]o extra caſum prædi-
ctum, non eſt fienda ſequeſtratio, cùm ex-
ceptio, in caſibus non exceptis firmet re-
gulam. *l. nam quod. 4. § fin ff. de penu. leg.* itẽ,
cùm appellatione pendente, nihil ſit in-
novandum, *leg. 1 ff. & C. nihil novari appel.*
pend. ideò debet appellanti jus ſuæ poſſeſ-
ſionis ſalvum eſſe, *Panorm in cap. 2. num. 8.*
in fin. & num. 16. extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct.
Curtius de ſequeſt num. 9. Præterea præſumi- 151
tur pro poſſeſſore etiam poſt appellationẽ
c. ex literis. §. fin. de probat. l. fin. C. de rei vind.
c. in pari. extra de reg. jur. in 6. ideò nihil
prohibet, etiam pendente appellatione,
poſſeſſorem uti frui rebus ſuis, ſicut prius.
per gloſſ. magnam in c. non ſolum. extra de ap-
pell. in 6. Rota decis. 44. num. 1. & 2 de appel-
lat. in novis. Ioan. Monachus in c. cupientes, nu.
138. de elect. Panorm. in c dilecti. n. 4. de ma-
jor. & obœd. Gailius obſerv. 144. nu. 10. lib. 1.
& idem Gailius obſerv. 146. num. 14. & in ob-
ſerv. 147. num. 1. & 2. eod. tit. cùm, qui jus
ſuum proſequitur, continuando ſcilicet
poſſeſſionem & fructus percipiendo, ni-
hil novi dicatur attentare, ſed veteri ju-
re uti, textus eſt notabilis *in c. 1. extra ut*
lite pend. ac eſt melior, & à paucis ad hoc
ponderatus textus, *in l. ſciendum. 15. §. fin.*
ff. qui ſatiſd. cog. ubi dicitur: etiam appel-
lantem à ſententia condemnatoria, fun-
di poſſeſſorem nihilominus manere, ex
quo infertur, quòd idem etiam non im-
meritò percipiat & lucretur, ac in uſum
ſuum convertere poſſit fructus, pendente
appellatione perceptos, ſicut ſemper fecit,
pendente lite. Unde Gailius refert, in cau-
ſa poſſeſſoria, à qua ſit appellatũ, non de-
cerni inhibitionem adverſus poſſeſſorẽ,
ne videlicet cauſæ principali præjudice-
tur. *Gailius obſ. 145. n. 2. lib. 1. per gloſſam c.*
2. verbo. electionem. extra de integr. reſt. Innoc.
in c. 1. ut lite pen. Phil. Francus in c. dilecti. 3 n.
6. & c. eam teneamur. nu. 1. & 7. de appell.
Ideò in Camera Imperii inhibitio ad pre-
ces vel ſupplicationem partis petita, de-
negatur. *Gailius d. obſerv. 145. n. 4. & hanc*
ſententiam probat etiam Panorm. in d. c. 2. n. 16.
Quod intelligi debet, quatenùs videlicet 152
appellans nihilominus eſt ſolvendo, etiã
conſumptis omnibus fructibus, quia ha-
bet prædia ſufficientia ad valorem quan-
titatis, & acceſſoriorum petitorum in li-
bello. *Panorm. in c. ab eo. n. 8. de ſequeſtr. poſ-*
ſeſſ. & fruct. Curt de ſequeſtr. in princ. n. 9. Et
patet ad oculum ratio, quia nihil iſto caſu
intereſt agentis, qui ſuum in omnem e-
ventũ ita recipit, quemadmodum ſi fru-
ctus adhuc extarent. Et iſtud non ſemel
vidi practicari in ſummo tribunali & con-
ſilio D. Electoris Saxon. cui ego, licet mi-
nimus, de ipſius Celſitudinis voluntate
tanquam Aſſeſſor, uſq; in quintum annum
adhibitus fui, nec unquam memini, etiã
petita per appellatũ in productis fructuũ
ſequeſtratione, communi ſententiæ

Doctorum ſubſcriptum fuiſſe. Fatentur
tamen Panorm. & Curt. in locis prædi-
ctis, ſi appellans fuerit decoctor, & ejus
bona aliter non ſufficiant ad ſatisfactio-
nem crediti, niſi ſimul etiã fructus com-
putentur, quòd tunc & fructuum ſeque-
ſtratio [non ſolùm in ſecunda, verùm e-
tiam in prima inſtantia] rectè conceda-
tur, ad eum videlicet finem, ne conſum-
ptis per poſſeſſorem, etiam in uſum pro-
prium fructibus, poſtea inſufficiens ſit
executio, ei, qui victoriam obtinuit in
cauſa. Et hæc diſtinctio multum æquita-
tis ſapit, *quam tradit Panorm. in d. c. ab eo.
num. 8. eumq; ſecutus Curt. de ſequeſtr. in princ.
num. 9. cum qua tranſit etiam Gailius in obſer.
145. num. 5. lib. 1. poſt Philippum Francum in
c. cum teneamur. num. 10. extra de appell.* ubi
hoc exemplificat in eo poſſeſſore, qui dif-
fiſus fortè juſtitiæ cauſæ, totam ſylvam li-
tigioſam excidere & ligna vendere vel-
let, relicturus nudam ſuperficiem terræ
futuro victori, quo caſu, ſecundum eum,
ita res ipſa, quemadmodum etiam fruct⁹,
ſequeſtrari poſſunt: neque id immeritò,
cùm reip. interſit, ne quis rebus ſuis malè
utatur. *§ fin. verſ. expedit enim. Inſtit. de his
qui ſunt ſui juris. l. etiam. 28. §. licet. 1. ff. ſo-
luto matrimonio. idemq; Gail. obſerv. 147. num.
3. & 4. lib. 1. poſt Guidonem Papæ deciſ. 246.
per totum* Et videtur hæc ſententia proba-
ri *in l. imperatores 21. §. iidem reſcripſerunt.
ff. de appell. & in cap. 2. §. quocirca, extra
de ſequeſtr. poſſeſſion. & fruct. quo de tangitur
aliquid etiam in tertia parte hujus Operis, cap. 11.
num. 12. 13. 14. 15. & ſeqq.* & hæc eſt XII.
fallentia ad concluſionem ſuperiùs tradi-
tam, quòd videlicet fructus rei petitæ ve-
niunt ſequeſtrandi, pendente appellatio-
ne ab executione, etiamſi non diſſipet eos
appellans, concurrentibus tamen duobus;
primò, quòd & omnes conſumat, ac nihil
faciat reliquum, & quòd non habeat alia
bona, de quibus appellato integrè poſſet
ſatisfieri, ſuper petitis in libello principa-
li, ad quem dirigebatur condemnatio in
153 re judicata. Addit tamen Curtius, ſi non
habet debitor aliundè, ex quo alimenta-
tur appellans, deducendum eſſe tantùm
de fructibus ſequeſtratis, quantum ipſi
ſufficiat pro quotidiana exhibitione, item
pro ſumptibus litis ſecundæ inſtantiæ, ne
cogatur eremodicium contrahere. *Curt.
ubi ſupra n. 10. & facit l. ſi inſtituta. 27. §. de
inoffic. teſt. 2. in fin. ff. de inoff. teſtam. l. fin. §.
quòd ſi et. verſ. nam qui tales.* ibi litis ſumpt⁹,
& alimoniæ homini ſubminiſtrentur,
quantùm moderato judicis arbitrio fue-
rit æſtimatum. *C. de ord. cognit. cum l. ſed ſi
u. 5. §. etſi quidem ſatu. 3. ff. de Carbon. edic. Io.
quo de plenius ſupra, num. 111. & 112. cum ſeqq.*

XIII. Fallit, quando venditor & em- 154
ptor invicem habent diffidentiam, circa
numerationem conventi pretii, & circa
rei traditionem, emptore videlicet recu-
ſante pretium ſolvere ante traditionem
mercis, venditore autem renuente mer-
ces tradere ante ſolutionem pretii: tunc
enim devenitur ad ſequeſtrum, ita, ut ſi-
mul ac momentaneè hinc inde utrumque
ad manus judicis deponatur, & res & pre-
tium. Hanc fallentiam tradit Curtius *de
ſequeſtr. num. 12. verſ. ſeptimo fallit. per l. ſi ſo-
luturus. 39. §. fin. ff. de ſolutio.* Etſi enim re-
gulare eſt, quod emptor priùs ſolvat pre-
tium, quam venditor tradat rem venditã.
Curt. ubi ſupra per l. 1. ff. de rerum per muta.
tamen aliud eſt, ſi alteruter alterius fidem
ſuſpectam habeat, tunc enim pro plenio-
re aſſecuratione cautela eſt, quòd alter,
qui urget obſervationem contractus, of-
ferat pretium in manus judicis, & petat
ſibi rem tradi, ſicut & econtra, *d. l. ſi ſolu-
turus. 39. § 1.*

Fallit XIV. quando lis principaliter 155
vertitur ſuper fructibus, aut aliis mobili-
bus, ea enim ſequeſtrantur, *Abbas in c. 2.
num. 67. & 27. de ſequeſt. poſſ. & fruct.* cum
mobilium jactura & diſſipatio facilè fieri
queat, ex quo omnibus temporum mo-
mentis de loco in locum movere eas licet.
*l. ſi fidejuſſor. 7. § fin. ubi Iaſ. & alii. ff. qui ſa-
tiſd. cog. & Bart. in l. fin. C. ubi in rem actio* dũ
tamen aliter non ſit poſſeſſionatus debi-
tor. *ita Curtius in tract. de ſequeſtr. quæſt. 6.
num. 35. Cynus in l. un. n. 4. C. de ſequeſt. pecun.
probib.* aut ſi ſint talis conditionis res, ut
ſervando ſervari nequeant, ſed tempore
ſint perituræ, tunc namq; res venduntur,
ac pretium ex iis redactum deponitur,
vel in æde ſacra, vel [illegible], hoc eſt,
ærario publico civitatis, ſub qua poſſeſſio
ſita eſt. *Cynus in l. un. num. 4. C. de probib. pe-
cun. ſequeſt. per l. litibus* [illegible] *ſi autem hoc co-
loni. 1. ibi: deponantur* [illegible] *de agric. & cenſ.
lib. 11. l. fin. § fin. in princ. verb. præſentibus
tabulariis ſignare. C. de bon. auth. iud. poſſid.
Ferrarienſ. in forma Saximenti. verbo. ſaviens.
num. 5. & 6. Gail. obſerv. 148. num. 2. & 3.
lib. 1.* ubi etiam num. 4. tradit, quid vo- 156
cemus res, quæ ſervando ſervari non poſ-
ſunt, puta, quæ ultra triennium in natura-
li ſua bonitate ſine corruptione conſiſtere
nequeunt. *per gloſ. ſing. l. 1. verb. uſucapione.*

C. ſi

C ſi adverſus uſucap. Iaſon. in l. 1. ʃ fuit quæſitum: in ſecunda repetit. n. 31. ff. ad S C. Tre-
157 *bell* niſi judex maluerit alicui tertio, puta ſequeſtrario, curam rerum petitarum committere, *l licet 17. . ʃ. res depoſitæ. 1. l. propriè 6 ff. depoſi.i l. u penes quem 6. C. eod.*
158 *juncta. l. 1. ff. de curat. bon. dam.* Quo caſu, ſi ſequeſtrarius non habeat eo in loco domicilium, vel horreum, cui includat res controverſas, licitum eſt ei pro cuſtodia rerum ſequeſtratarum conducere aliquã domum, aut aliud receptaculum, in quo colligat & reponat fructus, aut alias res litigioſas. *Salic. d. l un. num. 4 per l. is cui. 5. ʃ qui legatorum ſervandorum cauſa 22. verſ. in cæteris quoq. ibi: habitationem conducat aut horreum: ff ut in poſſeß. leg. ſerv. cauſa.* Licet autem *d. l. litibus.* loquatur ſolum de colonis glebæ aſcriptitiis, recuſantibus annuos & conſuetos reditus aut penſiones ſolvere, negando conditionem manſi, neque recognoſcendo dominum, ut videlicet eo caſu, ſi ſatiſdationem præſtare nequeant de reſtituendo affixus in caſu ſuccumbentæ, poſſint illi reditus annui ad manus judicis tàm diu ſequeſtrari, donec lis finem accipiat. *d l. litibus.* tamen hoc extenditur ad omnes alios colonos etiam ſimplices, ſive partiarios, ſive nummarios, propter paritatem rationis, ubi vertitur periculum rerum, quaſi tempore futuræ ſint deteriores. *Ferrar in forma Saximenti. verb. ſapiens. num 2. fall. 4.*
159 Fallit XV. in caſu communium pluribus inſtrumentorum vel cautionum: ea enim ſequeſtrari, & apud unum ex ſociis vel cohæredibus, qui majore ex parte hæres eſt, deponi debent, cautione ab eodẽ recepta, ut, cùm res exegerit, ipſæ exhibeantur. *l ſi qua ſunt cautiones. 5. ff. fam. herc. ʃ.* quòd ſi omnes in partibus æquales ſint, junior ſeniori, inferior ſuperiori & digniori, & maſculus fœminæ præferetur. *l. fin. ff de fide inſtrum. l. ſemper. 5. de jure immun. l. majorem 8. de pactis l. 1. de ſenat. l.*
160 *in multis. 9 de ſtatu hom.* Ac ſi planè nullus alteri cedere velit, juxta illud Martialis ad Cirinum lib. 8.

Qui velis ingenio cedere, nullus erit.

forte dirimenda venit controverſia, pẽnes quem videlicet inſtrumenta communia debeant cuſtodiri, vel de conſenſu partium eligetur quidam tertius, apud quem ea aſſerventur, aut reponantur in loco publico, interpoſita tamen ſuper omnibus caſibus ſatiſdatione, de edendo communes cautiones, quando & quotieſcunq; illud deſideraverint partes, quarũ intereſt. *d l ſi quæ ſunt. 5 in fine, & l procurator. 7 ubi etiam gl. notat C. de edendo.*
Fallit XVI. in ſervo, qui cùm in poſſeſ- 161
ſione vel quaſi ſervitutis hactenùs extiterit, proclamat in libertatem, ejus enim peculium cum omnibus aliis bonis petitis per dominum, lite pendente, judicis officio rectè ſequeſtratur *Cynus in d. l. un. num 1. verſ. 4. & ibi Salic. Bart. ac alii. C. de prohib. pecun. ſequeſtr. Abbas in cap. 2. num. 10. ubi ſequuntur & alii CC. extra de ſequeſtr poſſ. per l. fin. in princ. & verſ. nam ſi talis C. de ord. cognit. l. 1. § ſuper peculio C. de aſſert.*
toll. Quod extendit Papienſis non tan- 162
tum ad filiosfamilias, qui ſicut ſervus domino, ita ipſi quicquid acquirunt, patri acquirunt. *argumento. ʃ. item per ſervos. c. & ʃ. igitur liberi 2. Inſtit. per quas perſon n. 6.* ſed etiam ad monachos, item ad feudatarios. *Pap. in d forma Saximenti verbo ſapiens. n 2. verſ. tertiò fallit.* Licet autem hæc ampliatio benè procedat in monachis, ut qui ſervis æquiparantur, & quicquid acquirunt, acquirunt monaſterio. *Everh. in loco à ſervo ad monachum. num 3. ſecundum Abbatem in c. quod à te. num. 7. extra de clericis conjug.* per illud vulgatum, quo dicitur: Omnia diſpoſita in jure de ſervis, obtinere etiam in monachis, *ſecundùm Bart in l. cum fundus. 31. ʃ ſervum tuum imprudens. 1. num 10 & ibi Iaſon. 16. ſi cert pet. gloſ. l Pedius. 7. verb. multum. de arbitrar l. ex pœnalibus 58. de reg. jur. l. cum hæredes. 23. ʃ. fin. de acquir. poſſeſ. & Innocen. c. cum*
olim. 2 extra de privileg tamen ſecùs eſt in 163
vaſallis noſtri temporis, qui non ſervis, ſed libertis æquiparantur. *ſecundùm Baldum, Alvarot. & alios Feudiſtas in cap. fin. de alien. feudi pater. & Iaſon. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. 12. de condict. indeb.* & alibi ſcriptum reliquit Molinæus, quòd vaſallus apud nos ſit merè libera perſona, licet ſit obligatus domino perſonaliter ad ſervitia & jura feudalia, quamdiu feudum poſſidet. *Molinæus in conſuet Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ. 5. num 2. pòſt Andr. de Iſer in cap. 1. §. ſed nec eſt alia num. 5. quæ ſit prima cauſa benefic. amit.* Ex quo ſequitur; 164
licet lis inter dominum & vaſallum vertatur ſuper feudo, *juxta ea, quæ habentur in cap. 1. & per totum ſi de feud. fuerit con. inter dom. & fid. cum ſimilibus*, non obſtante quaſi poſſeſſione vaſallagii, in qua exiſtit dominus; bona tamẽ feudatarii ab omni

 ſeque-

ſequeſtratione debent eſſe imunia. *Scharf-
ſius conſ. 11. per totum, & num. 14. cent. 3.* ex
quo dominium rerum ſaltem utile ipſi
competit. *l. 1. ff. ſi ager vectigalis vel emphyt.
pet.*
165 XVII. Fallit in debitis fiſcalibus, pro
quibus etiam ad incarcerationem debi-
toris procedi poteſt, *ſecundùm Guido. Papæ
deciſ. 61. num. 2. per l. quoties. 3. & l. nemo
carcerem. 2. ubi notat gloß. verb. cuſtodia. C. de
exact. tribut. lib. 10. Angel. de Aretio in §. cum
eo. fin. num. 4. ibidemq; Iaſon. 14. Inſtit. de a-*
166 *ction.* adeò, ut carceratus pro debito fiſca-
li poſſit recommendari & retineri pro de-
bito privati, *ſecundùm Guidonem d. deciſ. 61.
num. 2. poſt Angelum de Aretio in d. §. cum
eo. & Bart. l. 2. §. fin. ff. de cuſtod. reorum.*
167 Cum autem nunquam deveniatur ad ſe-
queſtrationem vel capturam perſonæ pro
debito pecuniario, quàmdiu ſuperſunt
bona, quæ pro executione capi vel deti-
neri poſſunt. *l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. l. à Di-
vo Pio. 15. §. in venditione. 2. cum ſeqq. ff. de
re judic. l. 3. §. tutores. & ibi gloß. de ſuſpect.
tutor. Bart. d. l. nemo carcerem. 2. per illum
text. C. de exact. trib. lib. 10. ac latiùs infra cap.
6. num. 104.* ſequitur, quod fiſco liberum
ſit, omiſſa captura perſonæ, à ſequeſtra-
tione bonorum rei proceſſum pro debito
fiſcali inchoare. *argumento c. dilectus. & ibi
Bald. n 22. extra de appellat. & teſtatur Bart.
in l. 1. §. fin. ubi etiam Iaſon. num. 22. ff. ſi quis
jus dic. non obtemp. per l. 1, §. fin. de ventre in-
ſpic. & l. conſentaneum, 8. C. quomodo & quan-*
168 *do judex.* Contra enim contumaces locus
eſt immiſſioni, ſequeſtrationi, & aliis
remediis, etiam ſimul & eodem tempo-
re; niſi per primò electam viam planè
ſit ſatisfactum creditoribus. *Iaſon. in d. l. 1.
num. 23. ff. ſi quis jus dic. non obtempt. &
Baldus in c. contingit num. 19 & 20. extra de
dolo & contumac. ac facit cap. 2. extra eod. tit.*
169 Nec habet, quòd conqueratur reus, cùm
captura rerum minùs ſit injurioſa & o-
neroſa, quàm captura perſonæ. *Bald. in l.
per diverſas. 22. num. 14. C. mandati.* Sic itaq;
in propoſito, debitoribus ex cauſa debi-
ti fiſcalis, per viam ſequeſtrationis inter-
dicitur ingreſſus & adminiſtratio bono-
rum, donec ſatisfaciant. Quòd ſanè com-
munis practica hodierni temporis, in ex-
actionibus talliarum & collectarum, per
quæſtores locorum fiendas, ſatis atteſta-
tur, prout & in his regionibus domini, à
quibus recognoſcuntur certa prædia, pro
certo annuo canone in frumento, vel in
pecuniis annuatim ſolvendis, ſiquidem
poſſeſſores fundorum ceſſant in ſolutione
redituum, ſive ſimplici juriſdictione mu-
niti ſint, ſive etiam nudũ jus & exercitium
propriæ executionis ſuper debitis ſuis ha-
beant, alſo daß jhnen verliehen iſt die Hülffe
vber Schulde vnd Gülde / interdicunt ſuis
emphyteutis adminiſtrationem eorum
prædiorum, quę à dominis recognoſcunt,
quod nihil aliud eſt, niſi quædam ſeque-
ſtratio, quemadmodum quotidiana do-
cet experientia. Reſtringenda tamen,
meo quidem judicio, hæc limitatio eſt, ad
debita fiſcalia, ſicut & ad ea, quæ dominis 170
debentur, ac ſunt liquida & notoria, ita,
ut altiorem indaginem non requirant,
prout de cauſis contributionum vel col-
lectarum ſtatus Imperii Romani exemplũ
adducit Gailius, qui cùm certam & in al-
bo vel matricula Imperii deſcriptam &
determinatam quotam, in caſu neceſſi-
tatis publicæ habeant, per monitorium
Cameræ requiruntur, pro facienda ſolu-
tione, non præcedente aliquo libello, vel
aliis ſolennitatibus judicialibus, & ſic tan-
quam ab executione inchoatur proceſſus.
Gailius in ſuis obſer. obſerv. 2. lib. 1. num. 5. & 6.
idque propter pacta, & conventiones or-
dinum Imperii, cum Imperatoribus ſemel
initas. *argumento l. conventionum. 5. ff. de pact.
l. miſſi opinatores. 7. C. de exactio. tribut. lib.
10. l. quoniam nonnulli. 18. C. de appellat. Io.
de Plac. in l. un. n. 1. C. de conductio. & procura.
lib. 11. & l. penul. n. 2. C. de conven. fiſci deb.
lib. 10.* ubi vult, quòd iſtud procedat in
certis ac veris debitoribus, jam in nume-
rum fiſcalium redactis ex contractu vel
tributo, ſecùs eſt in cauſis fiſcalibus, quæ
altiorem indaginem requirunt, & contra-
dictione partis in dubium revocantur,
*Gailius ubi ſupra n. 7. per l. 3. C. de convent. fi-
ſci deb. lib. 10. ac notat Andr. de Iſer. in c. 1. §. in
quibuſdam. num. 8. & ibi Afflictus num. 7. de
conſuet. recti feudi. & Cujac. in l. defenſionis
facultas. poſt Bart. ibi num. 4. & 5. C. de jure fi-
ſci. lib. 10.* & tangitur inferiùs in hac ipſa
parte, *c. 6. n. 65. & 66 & cap. 3. num. 86.*
XVIII. Fallit in debitore ex cauſa ali- 171
qua criminali, qui, ſi non habet in ære,
unde ſolvat pœnam impoſitam pro deli-
cto, luit eam in corpore. *Iaſ. in §. cum eo
quoque num. 13. Inſtit. de actionibus. per l. fin.
ff. de in jus voc. l. 1. §. fin de pœn. l. ſi quis id
quod. 7. de jurid. om. jud. l. quicunque 4. §.
quod ſi. C. de ſervis fugit. ac notat Gailius in
ſuis obſer. obſerv. 44. num. 12. lib. 2.* Quia verò
quali-

quælibet pœna corporalis, etiam minima, majue eſt qualibet pœna pecuniaria vel maxima. *l. in ſervorum. 10. in fin. de pœnis.* Ideo nihil mieum eſt, ſi permittitur iſto caſu creditori proſequi ſequeſtrationem rerum debitoeis, tanquam mitius remedium, per illud vulgatum: cui, quod plùs eſt, licet, multò magis id, quod minus eſt. *c. cui licet. extra de reg. iur. in 6. l. nec in ea. 22 §. jus occidendi. 2. ff. ad l. Iul de adult.* ac ſatis probat textus *in c. 2.* ibi: vos mitius cum eis agere volentes, poſſeſſionem ſequeſtraei feciſtis. *& ibi Panor. n. 12. extra de dolo & contum.*

172 XIX. Fallit in eebus furto ablatis familiæ jus dicentis, *Abbas in cap. 2. num. 10. verſ. decimus. de ſequeſtrat. poſſ.* Etſi enim qui juriſdictioni præeſt, ſuis quos in poteſtate habet, parciſsimè jus dicere, ac potiùs expectare debet, donec diſcedat ab officio, *l. qui juriſdictioni. 10. ff. de juriſd. om. jud.* ta-
173 men in propoſito talis magiſtratus ſaltem habet poteſtatem ſequeſtrandi res familiaribus ſuis ſubtractas. *Bart. Bald. Cynus & omnes in d. l. unica. C. de prohib. ſeq. pec. per l. Senatusconſulto. 16. in fin. ff. de offic. præſ Ferrarienſ in forma Saxementi. verb. ſapiens. num. 3. v. 10.* quud notandum eſt pro familia judicum hujus tempotis, qui quotannis mutantue.

174 XX. Fallit in bonis ſoli litigioſis, quæ proſequitur actur in judicio, tanquam dominus illa vindicando. *l. fin. ibiq. Bart. & alii. C. ubi in rem actio. c. fin. extra de fo-*
175 *ro compet.* Quantumvis enim immobilia regulariter non ſequeſteanrur, nec ſequeſtrari poſſune, cùm pro re immobili non propriè fiat ſequeſtratio, ſed pro ee mobili tantùm. *teſte Iaſ. in d. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. num. 7. ff. qui ſatiſdat. ceg. notantq. Bart. ac alii Dd in l. fin. C. ubi in rem actio.* ita videlicet, ut exeant manus & cuſtodiam reorum, ſive univerſali, ſive particulari judicio agatue, *ſecundum Ferrar. in forma Saximenti verb ſapiens. num. 1.* cùm nemini poſſeſſio eei ſuæ ſit auferenda. *l. 1. & l. ordo. 3. C. de exec. re jud.* tamen, ſi maximè univeeſali judicio quis experiatur, bona ſoli controverſa in ea ſunt conditione, ut ſaltem ad inſtantiam actoris, peæceptum fiat reo, ne vel res ipſas controverſas, vel aliquid ex iis deinceps alienet. *Iaſon. d. l. ſi fidejuſſor. 7 §. fin. num. 8. ubi etiam Bald. nu. 3. Albericus 2. & Paulus de Caſtro per l. divus. 5. in princ. & §. fin. ubi Angel. de Peruſ. num. 2. & 3. ff. de petit. hæred. & eſt ſimilis textus in l. fin. §. ex quadrante. ibi: ne quid ex hæreditate minueret, impetravit, de doli mali except, l. alienationes 13. famil. herciſc. & l. ſi creditores. 31. §. planè. 2. ff. de reb. auct. jud. poſſ.* Alii iſtud impedimentum appellant præceptum de non alienando, aliqui inhibitionem, *Rebuffus ad conſtitut. reg. in tit. de literis oblig. art. 6. gloſ. 3. num. 49.* Molinæus illud genus ſequeſtri, vel 176 aeeſti judicialis vocat, & quidem propeiiſſimè, interdictum. *Molin. in conſuetud. Pariſ tit. 2. gloſ. 1, verb. areſt. num. 1. argumento l. is cui bonis. 6. de verb. oblig. l. 1. in pr. de cura furioſ. l. 1. de interdict.* noſtrate & vernacula lingva dicimus. Man hat N. Güter in Verbot geleget / oder in Verbot genommen. an autem iſtud præceptum de non alienando, locum habeat etiam in particularibus judiciis, puta rei vindicatione, & ſimilibus in eem actionibus, videantur, quæ traduntur, in teetia parte hujus operis, *cap. 11. num. 15. & per totum.* Ac, ſi quis objiciat, præceptum de non a- 177 lienando ees comprehenſas in libello peeitionis hæreditatis, aut alio judicio univerſali, vel etiam ſingulari, ubi tamen agitur ad dominium rei per alium poſſeſſæ, fruſtrà emanere, cùm eo caſu, ſtatim pòſt motam controverſiam, bona ipſo juee ſubjaceant vitio litigioſi. *l. 51. pòſt motam. 2. C. de petit. hær. l. item veniunt. 20. §. petitam. 11. & l. ſed & 25. §. ſi aute. 7. ff. eo. juncta. l. 1. & 2. cum auth. litigioſa. C. de litig.* adeoque eemedium iſtud foret ſupervacuum, cùm ſuperfluè impetretur à judice, quod ipſo legis permiſſu conceditur. *l. un. C. de theſaur. lib. 10. l. 3. in princ. C. de Epiſc. aud. l. cum interdictæ. 6. C. arbitrat.* eeſpondetue: iſtud fieri, tùm ex majore & ſuperabundante cautela, quæ non nocet. *l. teſtamentum. 17. C. de teſtam. l. ſi pupilli. 6. §. videamus. 12 ff. de negot. geſt. & l. quæ dubitationis. 81. de reg jur* tùm etiam, ut præcidatur aecipienti, vel qui quoquo modo ad emptionem eei conteoveeſæ accedere intendie, omnis occaſio prætenſæ juris ignorantiæ, quæ aliàs de rebus intee alios geſtis præſumitur. *l fin. ff. pro ſuo.* Licet autem Panoemitanus hoc genus impedimenti refeeat inter caſus exceptos à regula prohibitiva ſequeſtrationis, *Panormit. in cap. 2. num. 16. extra de ſequeſtrat poſſ. & fruct. quod facit etiam Curt in tract de ſequeſtr. in princ. num. 7. & ſeqq. item Iacobus de Arena de ſequeſtrat. num. 8.* cùm, ſecundum eum, in

univer-

univerſalibus judiciis, vel quaſi, faciliùs
permittatur ſequeſtratio quàm in aliis,
prout tradit Ægid. de Bellamera in ca fin. n 10.
verſ cum autem contenditur. extra de ſequeſtr.
poſſ. Curt. de ſequeſtr. verb. quæro igitur primò
n. 24. tamen iſtud præceptum de nõ alie-
nando non meretur, propriè loquendo,
nomen ſequeſtrationis, cùm ſit mitius re-
178 medium. Sicut n. in conſuet. Pariſienſ.
Molinæus tradit de areſto Gallico, quòd
differat à captura vel prehenſione rerum
in eo, quòd durius eſt, fundum capere vel
prehendere, quàm impedire. *Molin. ubi ſu-*
pra tit. 2 gl. 1 verb. areſt. n. 3. & ſpoliatio du-
rior eſt, quam turbatio. *l. 1. ff. uti poſſid. jun-*
cta l. c. de vi & vi arm. ita longe plùs afficit
rem ſequeſtratam ſequeſtratio, quàm hoc
impedimentum vel interdictum, ne quis
bona petita diſtrahat, *per ea, quæ tradit Bal.*
in l ſi fidejuſſor. 7. §. 1, in prima repetit, n. 3. inf.
ff qui ſatiſd cog. ubi tradit: tria ſeparata eſ-
ſe, ſequeſtrationem, inhibitionem, & de-
ſcriptionem (*de qua in 22. fallentia*) adden-
do: iſtud menti tenendum eſſe, *ac ſequitur*
Curt. de ſequeſtris in verb. reſtat opportuno loco,
num. 18.
179 XXI. Limitatur concluſio ſuperiùs
formata, in conventione reciproca par-
tium, ubi videl. hoc ab initio contractus
actum fuit, ut in caſu non ſoluti debiti
bona obligati ſequeſtrentur; iſto enim ca-
ſu nihil prohibet proceſſum ab executio-
ne inchoare, *l. creditores. 3. C. de pignor.* Si
namq; pactum, de ingrediendo & acqui-
rendo poſſeſſionem, propria authoritate
creditoris valet, *prout pluribus probatur in*
c. 5. hujus partis. num. 42. & 76. & in tertia
parte Operis noſtri cap. 12. num. 54. multò ma-
gis ratus erit contractus partium, de ſe-
queſtrando bona debitoris, mediante ju-
dicis officio, in eventum non præſtitæ fi-
dei, *argumento quod tradunt Salicet. Baldus &*
alii in authen. multò magis C. de S S. Eccleſ.
ac probatur in terminis per cap. 2. extra de dolo
& contumac. ac notat Ferrarienſis in for-
ma ſaximenti. *verbo. ſapiens. num. 4. quem*
allegat etiam Franciſcus Curtius de ſequeſtris
num. 37. Et hunc caſum, permiſſæ ſeque-
ſtrationis voluntariæ, primo loco recen-
ſet Innocentius *in c. 2. extra de ſequeſtr. poſſ.*
ac probatur per l. licet. 17. §. rei depoſitæ. 1. l.
propriè. 6. l. ei apud quem. 5. ff. depoſ. l. inter-
eſſe. 39. de acquir. poſſ. l. ſequeſter. 110 de verb.
ſignif. quo de latiùs dicetur in Capite 5. hujus
Partis per totum, & in primis num. 42.
180 XXII. Fallit quò ad deſcriptionem re-
rum, ſive mobilium, ſive immobilium, *l. ſi*
quis in tra 7. in prin. verb. plena deſcript. C. de
bon proſcript. Ut enim maximè ad ſeque-
ſtrationem non devenitur, niſi in certis
caſibus: tamen nihil prohibet, in quo-
cunq; caſu, ratione intereſſe, quod verti-
tur ex parte petitoris, res controverſas,
earumve fructus deſcribi, & in aliquod
inventarium redigi, ad hoc, ut ſciatur ea-
rum quantitas. *Ioan. de Imola in l. Imperato-*
res. 21. §. iidem reſcripſerunt. 3. nu. 3. ibidemq;
Bart. & Angel. uterq; num. 2. ff. de appell al-
legant. l. cum domini horreorum. 56. ibi: qui
petunt, aperiri, & deſcribi quæ ibi habentur,
audiendi ſunt. ff locati. l. 1. §. curatore in ver-
bis: conſcribi tamen debent. & inventarium re-
rum confici, de ventre in poſſ mit. & facit l. de-
fenſionis facultas. 7. C. de jure fiſc. lib. 10. An-
ton. de Butrio in c. 2. num. 6. extra de ſequeſtr.
poſſ. & fruct. Bald. in d. l ſi fidejuſſor. 7. § ſi
ſatiſdatum. num 3. in fine. ff. qui ſatiſdare
cog. Curt. de ſequeſtr. in princ verſ reſtat opor-
tuno loco. num. 18. & ante alios Baldus in l. u-
nica. num. 6. C. de prohib. pecun. ſequeſtra.
Eſtque adhuc lenius remedium, quam in-
hibitio, vel præceptum de non alienan-
do, per hoc enim prohibetur reus aliquid
diſtrahere, vel alienare ex rebus petitis.
d. l Divus. in princ. deſcriptio verò non au-
fert poſſeſſori liberam poteſtatem diſpo-
nendi de rebus, vel fructibus earum pro
arbitrio etiã alienando, ſed tantùm fit ad
eum finem, ut ſciatur, quid, tempore mo-
tæ litis, vel in mobilibus principaliter pe-
titis, vel in immobilibus, aut etiam ex
fructibus immobilium extiterit, aut po-
ſtea collectum ſit in bonis poſſeſſoris, utq;
habeatur deinceps petitorum facilior
probatio & liquidatio. *But. in c. fin. num. 6.*
verſ. dicit tamen. extra de ſequeſtr poſſ. &
fruct. & ante eum hoc tenuit Bart. in d. l. un.
num. 2. ibidemq; Bald. num. 6. C. de prohib. pe-
cun. ſequeſtr. per l. 1. §. curatore autem conſti-
tuto. & d. l. 1. §. fin. ff. de ventre in poſſ. mit.
Iaſ. in d l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin num. 18. & ibi
Bald. 3. in fin. ac concordant Bart. Angel. &
moderni. in l Imperatores. 21. §. fin. de ap-
pellat. per d. l. cum domini horreorum. 56. in
princ. in illis verb. quæ ibi ſunt, deſcribere, ff.
locati. Bald. c. 1. num. 5. de ſequeſt. poſſ. & Bart.
in l poſt contractum. 15. num. 19. ff. de donat.
quam ſententiam ſequuntur communiter Dd. in
d. l. un. ſecundùm VVeſenbecium conſ. 41. num.
36. & 37. licet in contrarium videatur eſſe
textus in l. defenſionis facultas ibi: controver-
ſia pendente cum poſſeſſore, facultates ejus in-
quie-

quietari vel deſcribi ſeu non eſt. C. de jure fiſc. lib. 10. ſed reſpondet Bart. dictam l. defenſionis 7. intelligendam eſſe de tali deſcriptione, qua mediante, res incorporantur, fiſco, non autem de ſimplici inventione. Bart. d. l. 1. §. pen. num. 2 ff. de vent. in poſſ. mit. allegat. l. ſi quis intrà 7. C. de bon. damnat. & hanc ſolutionem etiam probat poſt Bart. Curtius in tract. ſequeſt. in princ. num. 15. verſ. prædictam tamen.

181 Fallit XXIII. in caſu ſpeciali, quando executatus debitor non habet in bonis mobilibus, unde ſolvat, quo caſu devenitur ad nomina, & ad inſtantiam creditorum, areſtantur apud debitores executàri pecuniæ, quas ſuo creditori immediato debent, denunciando videlic. ipſis, ne ſolvant. *Rebuffus de literis obligat. art. 6. gloſ. n 3 num 63. & 64. per l. à Divo Pii 15. §. ſic quoq. ff. de re jud. l. 1. & 2. C. quando fiſcus vel privat. debitores debitoris ſui convenire poſſit juncta l. ſi hæres. 21. in finalibus verbis. ff ad S C Trebell.* vel ut debitas pecunias penes officium in publicum deponant. *Bart. in l. creditor. 102. num. 3. de ſolut. quo de poſſunt plura legi in ſecunda Parte hujus Operis cap. 3. num. 435. 436. 437. 438. & 439.*

182 Fallit XXIV. in fraudatoribus gabellarum, qui per inconſuetas vias tranſeunt, vectigal dominis locorum intercipiendo, hi namque, una cum mercibus, quas vehunt, de jure Saxonico, detineri & ſequeſtrari poſſunt, donec dominis portoriorum ſatisfaciant de injuria fraudati vectigalis. [Hæc autem ſatisfactio conſiſtit in quadruplo.] Landrecht. *lib. 2. art. 27.* & ita obſervat uſus, Daß man die jenigen/ ſo den Zoll verfahren / mit Wagen und Pferden ſo lange auffhelten/ biß ſie ſich derowegen mit der Obrigkeit abfinden. *de quo in c. ſequente num. 75. latiùs.*

183 XXV. Fallit regula ſequeſtrationis prohibitiva, ſi de conſuetudine particulari alicujus loci, etiam extra caſus præmemoratos, permittatur ſequeſtratio, vel aliud remedium executivum, prout in provinciis Saxoniæ fieri videmus, ubi ad inſtantiam creditorum, qui narrant, debitorē labi ad inopiā, item habere multos creditores, de facili, quaſi tota die, cōceduntur ſequeſtra vel areſta, non attento, ſive is, contra quem impetrantur, ſit ſuſpectus, ſive non, prout Jacobus de Arena etiam de moribus ſui temporis atteſtatur. *Iac. de Arena in tract. ſequeſtr. nu. 8 ac tradit Bart. in l. de quibus 32. n. 23. ff. de ll.* tunc enim ſtatutū, vel conſuetudo loci particularis, vincit legē generalē *per ea quæ notat Bart. in d. l de quibus 32 l 3 §. Div. Adrian. 5. verſ. quid tamen, ſi lex municipalis permittit. de ſepul. viol.* Cujus generis cùm ſit areſtum etiam noſtrum conſuetudinarium, *de quo ſuperiùs n. in. aliquid itidem tactum fuit,* nunc operæ pretium fore putavi, ejus naturam & proprietatem, quia materia quotidiana eſt, & in frequenti uſu verſatur brevi, quoad hunc locum, calamo perſtringere.

Sicut autem ab initio hujus remedii, 184
quod ſequeſtrationem appellamus, *n. 67. & ſeqq.* præmiſimus, unū & idē eſſe ſequeſtrationē & areſtū neq; inter ſe differre, niſi vocabulis, cùm ſequeſtrū vox latina, areſtum a. Gallici idiomatis ſit. *Peccius de jure ſiſtend. c. 1. n. 4. Pyrrhus in conſuet. Aurel tit. de exec. inſtru. 6. 5. 10. & 12. ſicut & de jure Saxonico Godenus in conſ. de conſequeſtratione. num. 4.* exceptio nimirū eo, quod hoc jure noſtro provinciali pro areſto ſemel inſtare non ſufficiat, ſed trina vice renova- 185
tio ejus petenda ſit, *per ea quæ tradit Schurff. conſ. 15. n. 1. 6. & 13 cent. 3 & conſ 27. n 1. & 4 eadem centur. Goden in conſ de ſequeſtr. n. 4. & per totum,* unde & Peccius Zuncus vocabulum ſequeſtri & areſti (quod poſterius, vox merè gallica eſt) pro uno & eodem accipit. *Peccius de jure ſiſtendi cap 1. n 4. & Pyrrhus in conſuetud. Aurel. tit. de exec. inſtrum. cap. 5. 10 & 12.* ita ibidem notata neceſſariò ſunt accipienda de talibus areſtis, quibus mediantibus, res areſtatæ recipiuntur in cuſtodiam, aut curam judicis, vel tertii, quem ſequeſtrū appellamus, ſive res areſtata ſit mobilis, quo caſu manualiter apprehenditur, & cuſtoditur à ſequeſtro, donec lis finem accipiat, tunc enim demum, & non priùs, tenetur eam reſtituere victori in cauſa. *Antun. de Butr. in c. 1. n. 8. extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct & l propriè 6. ibi: certa lege cuſtodiendum ff. depoſiti.* Isq;
propriè dicitur ſequeſter, ad cujus videlic. 186
manus deponitur res mobilis controverſa. *l. ſequeſter. 110. & ibi notat Rebuff. verſ. & ſic probat voluntarium. de verb. ſignif.* ſive etiā immobilis, adeò, ut in hoc poſteriore caſu, ſequeſter ſit inſtar curatoris bonorum, qui medio tempore adminiſtrat bona, dū lis inter ſequeſtratū, & ſequeſtrari facientem, ſuper re ſequeſtrata, vel ſuper debito, quod negatur eſſe liquidū, determinetur, interim ſequeſter fructus reponit in tutum, *argumento l. is cui. 5. § qui legatorū ſervandorum, 22. ut in poſſeſſ. leg.* Et definitur 187
illud areſtum, prout etiam ſequeſtrum eſſe

Supr in præfat. n. 34 & 35. & differ jur. civ. & Sax. 64 l. b. 2. par. 4. in Zob. 44. part. 1 num 8. D. ARESTO.

Digitized by Google

eſſe remediũ juris, pro majore crediroris aſſecuratione introductum, quo mediante, ex juſta aliqua, & prr leges generales, approbata cauſa, ad inſtantiam partis, detinentur res debirorũ authoriratepublica, in manib⁹ j dicis, vel ſequeſtri, ita ut credito e invito, a re definitionem negotii, obligatus non poſſit eas ad ſe retrahere: cùm areſtare nihil aliud ſir, niſi gradũ ſiſtere, ut videlic. eo in loco ſiſtant, & inde non moveantur, donec lis finita fuerir. *Peccius de jure ſiſtendi, cap. 1. n. 4.* Quæ definitio planè concordar cũ ea, quæ circa principium hujus remedii, ex Curtio & Molinæo, fuit tradira ſuperiùs *n. 67.* Ac, quòd de tali genere areſti, quo mediante poſſeſſio alicujus turbatur, & impeditur uſus ac cuſtodia rei ſuæ mobilis, aut immobilis, vero domino, quia fortè traditur ſequeſtro, vel cõmiſſario, loquatur Schurff. *in conſ. 27. cent. 3.* iſtud apparet ex facti formatione, in principio cõſilii poſita, ubi duo nobiles cõtenderanr de poſſeſſione, vel quaſi, juris meri imperii, ſuper quodã pago, &, quamvis alrer eorum erar in notoria ac quiera poſſeſſione: ramen adverſarius impetrabat apud ſuperiorem, ut poſſrſſio ſequeſtraretur, & interdiceretur eidẽ exerciriũ juriſdictionis, quod eſt conrra ea, quæ ſuperiùs tradidimus, *136. 137. & 138.* Sic ſequeſtrationem rei mobilis, in caſu, quo reus non poſſidet immobilia, areſtationem vocat etiam Godenus *conſ de ſequeſtratione, quod eſt in ordine 106. per totũ, prout apparet ex his, quæ ibidem n. 32. infert. idemq́; Godenus in 3. parte Proceſſus judiciarij. rub. 40. & 41.* & in iiſdem terminis accipit vocabulum Areſti Schurffius *in conſilio 15. per totum centur.* 3. quemadmodum ipſe ſeſe explicar *ibidem num. 13.* quando videlicet quis injuſtè vel iniquè, ſine omni cauſa, rerum ſuarum uſu privatur, & in commoditate utendi fruendi pro arbitrio rebus ſuis impeditur. Quod autem in rationibus dubitandi & decidendi ſubjicit de areſto Saxonico, vel conſuetudinario harum provinciarum, quid juris circa illud obſervetur, id facit ad inſtar aliorũ Juriſconſultorũ, mulra movenriũ, & reſolventiũ dubia, quæ ſuper cauſa principali objici porerant, quaſi velir dicere, quòd dux, qui ex cauſa prætenſæ feloniæ, fecerar areſtari vel ſequeſtrari bona ſui vaſalli, curatorem eis apponendo, ne quidem ex jure Saxonũ rueri factũ prætenſi ſui areſti, vel ſequeſtri poſſit, cùm pro firmitate illius impedimenti, requiratur ſaltẽ legitima proſecutio, & renovatio areſti, de una quindena in aliã, prr tres vices, ſicut in areſto Saxon. ſpeciali, quo de mox verba facturi ſumus, fieri conſuevit. Sicut au- 188
tem areſtũ Saxonicũ ſpeciali cum illo generali areſto, & Saximenro niſi quo ad renovationem de una quindena in aliã, parum aur nihil cõmune habet, & juri ſcripto planè incognirum, ab eoq́; alienũ eſt: ita definiri poteſt, quòd ſit rrmediũ quoddam executivum, & ſpecies manus injectionis, vel impedimenrum legale pignoris inſtar obtinens, quo mediante, judex 189
aditus, etiam abſenre & ignoranre debirore, creditori periclitanti de ſuo debito, & metuenti, ne alii eum prævertant, ad ipſi⁹ inſtantiam, in quantum de jure, tribuir & confitetur privilegium reale, & nexum cujuſdam hypothecę tacitę & prævr ntionalis, quam lex ſcripta fingit & præſumit in areſto: licet iſta deſcriptio magis depingat & adumbrer, quàm quòd definiat naturã & proprietarem hujus areſti. Defi- 190
nirur autẽ, eſſe man⁹ injectio, quia quemadmodũ creditor, per traditionẽ paſſionis accipiens pignus, manũ in illud injicere dicitur. *l. ſi rem alienam. 9. § propriè pignus. 2. de pign. act.* adeuq́; à pugno nomen ſortitur *l. plebs. 238. §. pignus. 2. de verb. ſignif.* ita circa propoſirum noſtrum, in bonis obligati, attribuitur nobis privilegium quoddam reale, ex conſenſu jus dicentis, qui eo ipſo quaſi manum injicit, dum confitetur creditori hypothecam tacitã, in bonis debitoris, licet in creditorẽ nullam revera poſſeſsionem transferat. *d. l. ſi rem 9. §. propriè. 2. verſ. hypothecam. l. res hypothecæ. 5. §. inter pignus autem & hypothecam. 2. de pignor.* Additur in definitione, 191
quòd ſir impedimentum, quia facto areſto, apponitur quaſi lrx rebus debitoris, ne poſt hac, in præjudicium arrſtantis, aliis creditoribus ſupervenientibus, jus aliquod reale in iis conſequi licear, cujus ratione præferantur primo areſtanti, cùm hic quibuſcunque creditoribus, poſteriorem hypothecam, ſive expreſſam, ſive tacitam habentibus, anteponendus ſit. *VVeſenbec. in ſuis commentariis Pandect. de privileg. credit. num. 9.* & hæc conſuetudo ita notoria eſt, ut allegationibus non indigeat, *qua de teſtatur etiam illuſtriſſimus Saxoniæ Elector in ſuis novellis conſtit. 28. §.* Ferner ſollen *part. 1.* & ita quamdiu memini, in his provinciis ſemper judicatũ fuit.

Adji-

192 Adjiciuntur & illa verba: ſapiens cauſam
pignoris: quia ſicut pignus, à debitore
conſtitutum creditori, afficit rem pigno-
ratam, adeò, ut onus illud tranſeat cum
re, quocunque vadat. *l. debitorem. 15. C. de pi-
gnor. l. ſi debitor. 12 C. de diſtract. pign.* ita in
propoſito creditor per miniſterium judi-
cis, procurat ſibi pignus in bonis obliga-
ti, ſaltem tacitum, cujus ratione præfer-
tur omnibus poſterioribus, qualicunque
hypotheca munitis. *VVeſenbec ubi ſuprà de*
193 *privileg. cred. num. 9.* Unde & ſuperiùs di-
cebatur, quòd hoc genus hypothecæ, vel
manus injectionis, de jure civili eſſet in-
cognitum, ab eoque alienum, cujus vir-
tute, ſi de conventionali pignore agamus,
non aliter contrahitur hypotheca, niſi per
mutuum conſenſum contrahentium, pa-
cto videlicet interpoſito, ut res debito-
rum, propter aliquam obligationem, ſint
hypothecæ nomine obligatæ, *l. contrahitur.
4 ff. de pig. & hypoth.* tacitum autem vel le-
gale pignus contrahitur ex cauſis, *de qui-
bus in ff. & C. tit in quibus cauſ. tac. pig. con-*
194 *trah.* Cumq; in præallegatis titulis nulla
fiat mentio hujus areſti, quod, debitore ſu-
per hoc non requiſito, imo abſente & i-
gnorante, creditor jus pignoris in bonis
obligati acquirat: ſatis liquet, eſſe unum
ſpeciale juris Saxonici, vel conſuetudina-
rii potiùs, cùm in toto jure Saxonico tàm
de areſto, quàm etiam de ſequeſtro nihil,
aut parùm admodum habeatur, prout ſæ-
195 piùs audivi à præceptore meo, practico ha-
rum provinciarum celeberrimo, D. Mo-
deſtino Piſtoris, piæ memoriæ, vivâ voce,
*dum explicaret c. cum eccleſia Sutrina extra de
cauſ. poſſ. & propriet.* excepto, quòd paucis in
locis, quaſi per tranſitum, invenio leges
Saxonicas meminiſſe areſti, des Kommers.
primò in gl. juris Saxon. Landrecht *lib. 1. ar. 22.*
de videlicet non areſtanda hæreditate de-
functi, infrà triceſimum, item, de non a-
reſtandis Romipetis, vel aliter peregri-
nantibus, ex cauſa negotiationi, Weich-
bild *ar. 66.* item, de ſequeſtrando, vel capi-
endo malefactore contumace, qui videli-
cet citatus à judice, copiam ſui non facit
Weichb. *art. 27. & 40.* ubi tamen vocabu-
lum Kommer / accipitur propriè pro de-
tentione perſonæ alicujus crimionoſi, ac-
cuſati videlicet criminaliter, & *Zobelius in
ſuis addit. ad gl. fin.* Landrecht. *lib. 1. art. 68* ubi
196 loquitur de pœna frangentis areſtum, *&
in lib. 3. ar. 65.* ubi de poteſtate præconis vel
executoris publici agitur, quòd is, ſine
mandato judicis, nullam habeat poteſta-
tem pignorandi, vel areſtandi perſonam,
vel bona cujuſquam. Dicitur in definitio- 197
ne: creditori periclitanti de ſuo debito,
quia illa eſt cauſa impulſiva hujus areſti,
quòd ſibi in hoc vigilat creditor, provi-
dendo de hypotheca, ne forſan alii eum
prævertant, & poſtea inanem ipſi actio-
nem relinquant, quam excludat inopia
obligati. *l. nam is nullam 6. de dolo.* Apponi- 198
tur etiam ulterius in definitione clauſula:
quod judex aditus, in quantum de jure,
tribuat creditori, in bonis debitoris, jus
pignoris, & non abſolutè, ideò, quòd ju-
riſdictione quantacunque munitus, non
poſſit alteri invito auferre rem ſuam, vel
jus ſuum *l. ſ. C. ſi contra jus vel util. pub. l. ven-
ditor. 13 ſ. ſi conſtat. c. in verbis: neq; publico,
neq; privato nomine ff. communia. præd.* iſta
namque clauſula, *in quantum de jure*: tri-
buit creditori jus hypothecæ quaſi condi-
tionalis, quatenus videlicet non appare-
bit, vel ipſum debitorem, vel alios juſtam
& legitimam cauſam contradicendi ha-
bere. *Vitalis in tract. clauſ. c. 5. & 6 poſt Spe-
culat. in tit. dep. ſi 1 §. ſeptimo videndum num.
9* Etſi enim judex regulariter non debet 199
interponere ſuam authoritatem, & de-
cretum cum illa clauſula: *admitto in quan-
tum de jure*, ex quo de meritis cauſæ anteà
diſcernere debuit, *l. judex. 55. & ibi gl. ff. de
re judic. Bar. in l. & ſi conditionalis. 8. in princ.
de author. tut.* tamen propter periculum in 200
mora, quod allegat creditor, ne veniat in
ſortis periculum, admittitur, quod aliàs
non admitteretur *arg. l. de pupillo. 5. §. ſi quis
rivos. 11. de no. oper. nunc.* neque approbat
abſolutè vel ſimpliciter iſtam hypothe-
cam judex, ſed conditionaliter, quatenus
videlicet ipſi jus, præ aliis, in rebus debi-
toris competere conſtabit, ac, quia de hoc
in præſenti quid certi determinare nequit,
rejicit cognitionem illius negotii in aliud
tempus, tunc demum interpoſiturus ſu-
um decretum, an illud areſtum jure ſit in-
terpoſitum, an verò veniat relaxandum,
*argumento quod tradit Bartolus in l. ambitioſa.
4 num 32. ff. de decret. ab ord. fac. per l. in tempus.
62. in princ. de hær. inſtit. & l. hæc conditio. 10.
de condit. & demonſt. quo de videatur Henningus
Godenus in 3. part. proceſſus judiciarii. rub. 41.
quam inſcripſit, de termino ad dicendum contra
areſtum.* Securius namque eſt, ſuperfluum 201
admittere, quam neceſſarium omittere.
*Specul. ubi ſuprà. num. 8. per c. non æſtimemus.
13. quæſt. 2. l. teſtamentum. 17. ibi. cùm ſuperflua*

E non

non noteant, C. *de teſt.* ... *l. non ſolet. 85. & l. quæ dubitationis. 81 ff. de reg. juris. de cujus clauſulæ*, in quantum de jure, *effectu, tangitur etiam aliquid in ſecunda Parte hujus Operis*,
202 *Cap. 3. num. 36. 37. & ſeqq.* Additur & illud
in definitione: quòd per areſtum tribuatur
areſtantibus privilegium reale; ad differentiam
privilegiorum perſonalium,
quæ & perſonas tantùm concernunt, &
cum perſonis extinguuntur. *l. privilegia. 196 ff. de reg. jur.* quia enim conditio perſonæ
locum facit privilegio, ideò, deficiente
conditione, deficit etiam auxilium. *l. in omnibus 24. eod. tit.* tùm etiam, quòd ſi duo
concurrunt privilegiati creditores, perſonali
privilegio muniti, qui ſunt ejuſdem
tituli, puta, quòd uterque eſt minor, vel
uterque depoſitarius, hic nulla habetur
ratio ordinis vel temporis, uter prior vel
poſterior ſit, ſed æqualiter admittuntur.
l. ſi hominum. 7. §. fin verſ. item quæritur. utrum ordo in verbis: & conſtat ſimul admittendos. ff. depoſ. privilegia. 32. de privileg. credit. cum
ICti tradunt: quòd privilegia non ex tempore
æſtimentur, ſed ex cauſa, &, ſi ejuſdem
tituli fuerint, concurrunt, licet diverſitates
temporis in his fuerint, cùm
privilegiatus adverſus pariter privilegiatum
non utatur ſuo privilegio. *l. verum. 11. § f. de minor.* Areſtum autem noſtrum,
203 quia reale privilegium tribuit, non tan-
204 tùm ad hæredes transmittitur, per illam
vulgatam regulam: ubi genus actionis, id
eſt, cauſa, hoc deſiderat, ibi, ad quemcunque
perſecutio ejus pervenerit, non
deficit auxilii ratio. *d. l. in omnib. 24. de reg. jur.* ſed etiam, quia pignoris, ſaltem taciti,
cauſam & obligationem inducit, ejus
effectus eſt, ut etiam inter plures areſtantes,
quantumvis ſint ejuſdem tituli, unus
alteri, ſecundùm diverſitatem & prioritatem
temporis præferatur, *argumento eorum quæ tradit Petrus Vanderanus de privilegiis credit. ſub. rub. de diviſione ſeu partitione privilegii. ca. 2. nu. 12. 13. 14. & ſeqq. & ca. 5. num. 116. part. 3.* Imò ut maximè diverſi tituli
creditores cum areſtantibus concurrerent,
quantumvis reali hypotheca, ſive tacita,
ſive expreſſa muniti fuerint, dummodo
tempore poſteriores ſint, adhuc areſtantes
præ illis prærogativam habent,
argumento l. eos. 9. C. qui pot. in pig. hab. de cujus effectu plura videre licet in tertia Parte hujus Operis ca. 11. num. 26. cum ſequentibus. Poſtre-
205 mò additur in definitione: attribui huic
areſto jus hypothecæ tacitæ & præventionalis;
ad differentiam pignoris prætorii,

Effectus arreſti. Et part. 2. c. 3 num. 313. ubi tractatur quæſtio, utrum conditionalis creditor prius impetrans arreſtum præferatur creditori puro poſteriori. Intra 30. hæredi conceſſum areſtum impetrans non præfertur illi qui poſt 30 part. 2 cap. 3 nu. 317. & ſeq.

quod creditoribus ejuſdem tituli non tribuit
aliquam prærogativam ratione temporis,
ſed quandocunque primus fuit immiſſus
in poſſeſſionem, non tantùm ſibi,
ſed & aliis concreditoribus ejuſdem tituli,
ſimul poſſidet vel detinet. *l. cum unus. 12. in princ. & ibi gloſſ. de reb. auc. jud. poſſid. l. is cui. 5. §. qui prior. 3. ut in poſſeſſ. l. ſi finita. 15. §. ſi plures. 15. l. prætor ait. 7. §. ejus rei. de dam. infect. l. ſi decreto. 2. C qui pot. in pig. hab. l. ſi poſtquàm. 3 C ut in poſſ. leg.* Secùs eſt in jure ta- 206
citæ hypothecæ, quæ tribuitur areſtantibus
in provinciis Saxoniæ, *argumento eorum quæ tradit Anton. Neguzan. de pignor. in 2. memb. 5. part princ. num. 10. ampliat. 14. per l. hac edictali. 6. §. his illud. 1. C. de ſecund. nupt.*
Et iſtud jus pignoris retrotrahitur, ad tempus
videlicet impetrati primi areſti, *prout hac de re latius agetur in ſecunda Parte hujus Operis Cap. 3. num. 412. & in tertia Parte Cap.
11. num. 39.* Itaque areſtum noſtrum Saxo- 207
nicum, vel conſuetudinarium ejus naturæ
eſt, ut neque auferat, neque impediat poſſeſſionem
rerum debitoris, neque eas ſequeſtrari,
vel quoquo modo alterius tertii
curæ vel cuſtodiæ committi faciat, ſed
tantùm judex aditus per preces ſupplicantis,
in quibus exponit, quo pacto Titius illi
ſit obligatus, & quia metuens, ne is plures
habeat creditores, qui ipſum prævertant,
petit, areſtum ſibi in bona debitoris decerni,
judex, inquam, recepta tantùm
ſummaria fide de debito, non attento, ſive
reus ſit ſuſpectus, ſive non, fatetur & permittit
areſtum ſupplicanti, in quantum
de jure, idque in matriculam civitatis, vel
cancellariæ, coram qua petitio interponitur,
redigi & inſinuari facit, communicando
ſimul creditori ad ejus inſtantiam, hujus
areſti, ita comprobati per ſuperiorem
vel jus dicentē, teſtimonium vel recognitionem,
per manum Actuarii, cum data temporis,
quo iſta omnia fuerunt acta. Quo
caſu memorati areſti effectus valdè novus 208
& mirabilis eſt, ſicut antea tetigi, ut videl.
afficiat bona rei nexu pignoris taciti, cujus
ratione areſtator deinceps, in bonis areſtati,
præfertur omnibus creditoribus,
poſteriorem hypothecam habentibus,
dummodò dictum areſtum per tria intervalla,
ſingula per unamquindenam diſtantia,
legitimè proſecutus fuerit creditor,
& in tertio termino, unà cum areſti renovatione,
obtulerit libellum areſtatorium;
quo facto, ſi, ſubſecuto proceſſu ordinario,
condemnetur areſtatus ad ſolutionem
pecuniæ

Vide differ. Jur. Civ. & Sax. lib. 2. p. 4. D. 58. Zobel. par. 1. differ 43. num. 8.

pecuniæ petitæ, trahitur hæc hypotheca retrò ad tempus impetrati areſti, ut omnibus poſterioribus creditoribꝰ præferatur, *de quo tamen fuſiùs in 2. Parte hujus Operis Cap.*
209 *3. num. 411. 412.* Licet a. crebrò memoratꝰ Elector Saxoniæ in iſtis reſolutionibus articulorum, à ſubditis ipſi propoſitorum, in conventu Torgenſi, anno 1583. *ſub tit.* Vom *Areſt.* in ſuis provinciis fecit quandam reſtrictionem areſtorum, ne videlicet indiſtinctè decernantur per jus dicentes, ſed demùm duobus requiſitis intervenientibus, putà, quod & arreſtator de debito ſuo probet per documenta fide digna, vel aliter & ſimul etiam doceat, debitorem multo ære alieno obſtrictum eſſe, & ad inopiam vergere: tamen ſi penitùs introſpiciamus, & ponderemus illam noviſſimam conſtitutionem, videtur loqui de areſto, quod propriè ſequeſtrum appellamus, ejus videlicet rei, cujus poſſeſſio transfertur in curam & cuſtodiam alicujus tertii, *argumento eorum quæ tradunt Bar. in l. intereſſe. 39. n. 3. & 4. ff. de acquir. poſſ. item Schurff. conſ. 15. cent. 3.* non autem de illo areſto ſpeciali, vel conſuetudinario juris Saxonici, quod creditor, ob metum aliorum concreditorum, ne antevertatur, impetrat, & dimiſſa, ut priùs debitoribus poſſeſſione, nihil aliud primo impetratori tribuit, niſi jus tacitæ hypothecæ, cum privilegio prælationis circa concurſum aliorum creditorum, poſteriorem hypothecam vel obligationem habentium, quo de hîc agitur: &, quicquid hujus ſit, iſta lex provincialis non egreditur fines Electoratus Saxoniæ: *arg. l. f. de juriſd. om.*
210 *jud.* Denique pro concluſione hujus remedii executivi, quod propriè ſequeſtrationem appellamus, ex quo in præcedentibꝰ certi quidam caſus ſpecialiter enumerati fuerunt, in quibus locus datur ſequeſtrationi, ſciendum eſt, in aliis caſibus, extra præmemoratos, ſtandum eſſe regulæ, quòd à ſequeſtratione, propriè ita dicta, proceſſus inchoandus non ſit. *l. un C de prohib pecu. ſequeſtr. c. 1. 2. & 3. extra de ſequeſtr. poſſeſſ. l. 1. & 2. C. de execut. rei judic & ita etiam concludit Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 2. gl. 1. verb. areſt num. 185.* quod & harum regionū longiſſimo uſu comprobatum fuit, intelligendo de areſto rerum, quarum cuſtodia transfertur in tertium: habens enim regulam pro ſe, habet fundatam in-
211 tentionem, donec adverſarius manifeſtum faciat caſum, ſuper quo dubitatur, eſſe unum de illis, in quibus lex ſpecificè ſequeſtrationem aut areſtationem permittit. *D. Schurff. de conſ. 15. n. 3. cent. 3. D. VVeſenb. de jure ſequeſt. conſ. 7. & per totum. ac faciunt, quæ tradunt Dec. in l. 1. num. 8. & ibi. alii Dd. de reg. jur.* unde ibidem Cagnolus 212
infert, quòd alleganti ſpecialitatem contra regulas juris communis, incumbat onus probandi. *Cagnolus d. l. 1. num 21.* & vulgò dicitur: ſecundùm regulas ſemper pronunciandum eſſe, niſi ab adverſa parte probetur, caſum, de quo controvertitur, eſſe unum de exceptuatis. *Bal. in c. 1. num. 6. extra de alienat. judic. mut. cauſa facta.* cùm exceptio in caſibus exceptis vitiet regu- 213
lam, in aliis autem non exceptis, confirmet eam *l. nam quod liquidè 4. §. f. ff. de penu. leg. l. quæſitum. 12. §. idem. 43. in fin. ubi notat Bart de fend. inſtru. & facit tex. juncta gl. in §. ut autem. auth. de non alien. vel permut. rebus eccleſ colla. 2. c. dominus. 32. q. 7. & ca. 2. extra de conjug. lepros.* [in caſibus igitur exceptis regula fallit: in aliis confirmatur. *facit l. Tribunus 20. §. ult. ff. de teſtam. milit. l. cum prætor. 12. ff. de judic. l nam quod liquidæ 4. §. fin. ff. de pen. leg.* modò eadem ratio & conditio rei ſit.] Quo pacto autem differant inter ſe ſequeſtratio, præceptum de non alienando, item areſtum Saxonicum ſpeciale, de hoc videantur tradita in Parte tertia hujus Operis. *Cap. 11. num. 54. & ſeqq.*

Huc etiam pertinet quarta executi- 214
onis legalis ſpecies, retentio videlicet vel detentio. Eſtque impedimentum legitimum rerum debitoris, quas tanquam in ſuis manibus hodiè exiſtentes, ex cauſis à jure determinatis & expreſſis retinet, ac firmiter capeſſit creditor, propria quaſi authoritate, non dimittendo eas ex ſua poſſeſſione, donec ipſi de credito ſatisfiat: & oritur iſtud beneficium ex regula juris communis. *l. plùs cautionis. 25. de reg. jur.*
Etſi namque aliàs dicitur, paria eſſe habe- 215
re rem, vel actionem. *l. is qui actionem. 15. ff. eod.* & actio, competens ad rem, dicatur eſſe in noſtris bonis. *l. rem in bonis. 52. de acquir rer. dom. l. bonorum appellatio 49. §. in bonis l. quod evincitur. de verb. ſignif. & facit l. à Divo Pio 15. ſ in venditione 2. de re judic.* etiam ex juris textibus nomina debitorum, item jura, & actiones veniunt in executione judicati, & ſic includuntur bonis ipſius condemnati: tamen hæc contraria 216
loquuntur per verbum, *Videtur*, item per verbum,

Retentio vel detentio & vide nu. 219. 1 definitionem.

verbum, *Intelligitur*, & ſimilia, quæ omnia
ſunt denotativa fictionis, & improprie-
tatis. *Decius in d l. ꝰu qui actionem. 15. num 3.*
Facit & illud, quòd actio, competens pro
re noſtri dominii, revera denotat, nos ple-
na proprietate ejus non gaudere, cùm fru-
ſtra detur actio pro eo, quod quis antea
poſſidet. *§. ſic itaq; & ibi gloſſ. ac Aldob. verbo*
magis. Inſt. de action. l. 3 §. ex pluribus. 4. ff. de
acquir. poſſ. §. ſed & ſi rem legatarii. Inſtit. de
leg. l. ſi rem meam. 31. ff de verb. obligat. &
ſic quantumvis quid & in noſtris bonis
cenſeatur, & pro eo competat actio, ta-
217 men, quia dominium, eſt ſine effectu,
cùm poſſeſſio rei ſit penes alium, nec poſ-
ſit actor ea uti frui, vel de ea diſponere
pro ſuo arbitrio, *argumento quod tradit Bart.*
in l. ſi quis vi. 17. §. differentia 2. de acquir. poſſ.
per l. in re mandata. 21. C. mandati: ſatis jam
liquet, plùs eſſe ſecuritatis in rem, quàm
in perſonam. *d. l plus cautionis, 25. & l. mi-*
nus eſt, 204. de reg. jur. [& plenius providet
diſpoſitio realis, quàm perſonalis, *l. ſi ne-*
ceſſarius, 8. §. de vendendo. 4. ff. de pignor. act.
l. jurisgentium. 7. §. pactorum. 8. ff. de pact. l.
ſi pactum, 9. ff de probat.] unde non imme-
ritò alibi dicitur, melius eſſe pignori in-
cumbere, quàm in perſonam agere. *§. fur-*
218 *ti Inſtit. de oblig. quæ ex del. naſ.* Et ex hoc
fonte manat illa ſpecies executionis pri-
vatæ, quā retentionē appellant, prout eve-
nit in pluribꝰ caſib. pro quib. lex creditori
prodidit tacitam hypothecam, *ut probatur*
in tit. ff. & C. ex quibus cauſ. tac. pig. contrah.
quorum 24. enumerat Antonius Neguz. de pig.
& hypoth. in 4 membro ſecundæ partis, per to-
219 *tum.* Sic etiam mulieri, pro dote ſua con-
ſequenda, ex ſpeciali privilegio, & ſavore
ſexus, *arg. l. 1. ff ſolut. matrimo* competit ta-
cita hypotheca in omnibus bonis mariti.
Vidua in bonis mariti. *l un. § & ut plenius. C. de rei uxo. actio.* cujus
reſpectu, etiam præfertur omnibos credi-
toribos aliis, ſive expreſſam, ſive tacitam
hypotheeam poſteriorem, non autem
anteriorem expreſſam habentibus. *l. aſſi-*
duis. 12. C qui pot. in pig hab. & hæc commu-
nis eſt *ſecundùm Bar. poſt gloſſam in d l. aſſi-*
duis. & teſtatur Alex. conſ. 58. incip in cauſa
mota, num. 6. vol. 8. ſequiturq; Neguzan. de pi-
gnor in quarto membro ſecundæ partis num. 98.
Ac quòd vidua præferatur omnibus cre-
ditotibus, etiam tacitam hypothecam
anteriorem habentibus iſtam ſententiam
in his provinciis communiter teneri, re-
fert Weſenbecius *conſ. 50. nu. 34.* quando-
cunque tandem dos illata ſit. *VVeſenb. ubi*
proximè num. 21. per authoritates ibidem ab eo-
dem adductas. Et eſt ratio, quia, etiam vi- 220
vente marito, quaſi communem uſum,
& poſſeſſionem omnium bonorum ejus
habuit, ſaltem jure familiaritatis. *ſecun-*
dùm Phil. Decium conſ 232. num. 1. & conſ. 400
num 5. quod etiam Bartol. Socinus probat. conſ.
131. num. 6. vol. 1. per l qui jure familiaritatis.
41. ff. de acquir. poſſeſſ unde, mortuo viro,
gaudet jure retentionis, ut maneat in poſ-
ſeſſione bonorum communium, quando
vacua, & non apprehenſa priùs ab hærede
poſſeſſio, ſine vitio ad eam pervenit, tàm
diu, donec ipſi reſtituatur dos, aut lucrum
dotale, quod ipſi debetur ex pacto vel ſta-
tuto loci, ubi maritus fixit domicilium.
Decius in dictis conſiliis, & conſ 449. num. 23.
quia vidua repræſentat imaginem, & jus
mariti prædefuncti: *Baldus in l pignoris. 12.*
num. 2. C. de pignorati. act. & in l. penul. in pr.
num. 1. C. de non num. pecun. & in l. ſi tibi. C.
qui pot. in pign & l. 1. C. de com. ſer pig. dato.
Baldus in tract. dotis. parte 8. quæſt. 6. num. 21.
VVeſenbecius conſ 77. num 9 & conſ 50. nume-
ro 24. Quod vel in primis procedit de ju- 221
re Saxonico, cujus virtute maritus & uxor
dicontur adhuc in vita omnia bona inter
ſe communiter, & pro indiviſo poſſidere.
prout eſt tex Landrecht. lib. 1. art. 31. in princ.
& art. 45. in fine principii, ubi eodem modo ha-
betur, quòd maritus uxoris bona ſimul cum ipſa
poſſideat. & concordat gl. Lehenrecht ca. 6 Un-
de quamdiu, prædefuncto marito, claves
tenet ad prædia, ſive urbana, ſive ruſtica,
tantiſper dicitur in poſſeſſione eſſe, *ſecun-*
dùm Dec. conſ. 400. num. 5 allegat l. clavibus.
74. & ibidem Bart de contrah. empt. & l. 1. ubi
Bal. notat num. 2. C. de crim expilatæ hæredit.
& idem Bal in l. 2. C de verb. ſignif. Unde, ſi 222
poſtea forte dejiciatur vidua talis ex poſ-
ſeſſione, debet ante omnia tanquam ſpo-
liata, reſtitui, *prout innuit Dec. in d. conſ. 400.*
num. 6. & ita menſe Junio anni 1580 ha-
buimus de facto quæſtionem, nobis in
hoc Dicaſterio propoſitam, de muliere
quadam Butſtadienſi, quæ mortuo mari-
to, priuſquam ipſi ſolveretur lucrum do-
tale, ex pacto debitum, transvolabat ad ſe-
cunda vota, retinendo tamen penes ſe cla-
ves ad domum mariti, ſed poſtea perſuaſa
ſermonibus hæredum, ipſis eas commo-
dato dederat, per quos tamen tandem pe-
nitus excludebatur a poſſeſſione rerum,
quas tenuerat pro indiviſo cum marito,
ideoq; petebat, ſe informari, an non, tan-
quam ſpoliata, veniret ante omnia reſtitu-
enda? & reſponſū fuit de jure: reſtitutionē
ante omnia faciendā eſſe, cùm poſſeſſor,

etiam

Digitized by Google

etiam injuſtus, poſſeſſione ſua privandus
non ſit, ſine cauſæ cognirione. l. 3. C. ut ne-
mo privatus. l. meminerint. 6. C. unde vi. 1. §. qui
à me. ff. de vi & vi arm. l. ſi quis ad ſe fundum.
7. C. ad l. Iul. de vi publ. ac benè facit c. in literis.
extra de reſtit. ſpol. ubi deciditur, etiam prædo-
223 nem ſpoliatum reſtituendum eſſe. Quòd autem
vidua poſt mortem viri, rectè poſſideat,
& detineat ipſius bona, donec ipſi ſatisfiat
de dote, etiam jure Saxonum, probant
multi textus. Weichbild. artic. 57. in §. Hat
ihr aber / in illis verbis: Sie ſitzet in dem Erbe /
vor ihr eingebracht Gut. ac notat additionator
ad Landrecht. lib. 1. art. 20. in gloſſ. Latina lite-
ra C verſ. ſic etiam non cogitur mulier. Et hoc
apud nos tota die practicari videmus,
quòd viduæ aluntur ex bonis mariti, ne-
que compelluntur diſcedere à poſſeſſione
communium bonorum, donec ipſis ple-
nariè ſatisfactum fuerit de dote, quæ pro-
batur illata & numerata eſſe: ſecus in do-
te confeſſata per maritum, quo de videantur
quæ tradimus in tertia Parte hujus Operis, Cap.
224 1. num. 109. 110. & ſeqq. Debent tamen tales
viduæ in bonis mariti verſari, ut frugi
matresfamilias, nec omnes reditus, aut
mobilia intervertere, vel ad ſe rapere, ſed
contentæ eſſe exhibitione ſua & familiæ,
& ad hanc rem curatorem præſtari con-
venit, qui cibum, potum, veſtitum, & te-
ctum mulieri præſtet; pro facultatibus &
dignitate mariti prædefuncti, argumento
l. 1. §. mulier autem. 19. & l. curator. 5. de ven-
tre in poſſ. mit. ſicut dicitur de muliere, quæ
ſtante matrimonio, & viro ad inopiam
vergente, habet jus retentionis in bonis
mariti, non quidem omnibus, ſed tot, &
tantis, quæ ad concurrentem æſtimatio-
nem ſuæ dotis, & in cauſam alimento-
rum ſufficiant. Paulus de Caſtro in l. ſi con-
ſtante. 24. num. 5. ibiq; Iaſ. 23. ac Bar. 97. ff ſo-
lut. matr. notatq; Baldus novellus in tract. dot.
par. 7. privileg. 47. Alex. conſ. 142. num. 13. vol. 5.
poſt Io. And. in addit. ad Spec. tit. de donat. inter
virum & uxo §. 1. num 5. circa princ. item Cyn.
in l. ubi adhoc. 29. num 21. C. de jure dot. & An-
ton. Neguzan. de pignor. 1. membro 5. partis
num. 33. ubi concludit, quòd debeat petere
vel eligere unum aliquod prædium mari-
ti de melioribus, usque ad concurrentem
quantitatem ſuæ dotis, quia captioſum
eſſet, retinere omnia bona, in fraudem
creditorum, ideòque non tolerandum. & idem
Neguzantius de pignor parte 5. membro 1. nu.
83. addit: hoc ita communiter teneri, Ve-
rùm tamen eſt, quòd crebrò in conſtitu-
endis alimentis, facultatum mariti, & con-
ſuetudinis habetur ratio, argumento l. cum
alimenta. 22. ff. de alim & cib. leg. l. jus alimen-
torum 3. ubi pupillus educ. deb. l. ſi ſervus plu-
rium. 50. §. fin. de leg 1. l. hæredes palam. 21. §. ſi
quid 2 in verbis: vel ex conſuetudine patrisfa-
milias. qui teſtam. fac. Sin autem vidua cu- 225
ratorem accipere recuſat, obnoxiam ſe fa-
cit rationibus, ideoque cogitur tandem,
quod annuatim, deductis alimentis, è re-
ditibus ſupereſt, reſtituere hæredibus vi-
ri. Bart. in. l. divortio. 7. num 2 & 3. ac ibi Iaſon.
num. 18. & 19. Alex. 23. 29. & 30 ff. ſoluto ma-
trim. adeò etiam, ut per id tempus, quo a- 226
limentatur ex communibus bonis, tenea-
tur operari hæredibus mariti, non aliter,
atque marito tenebatur, Bar. in d. l. divor-
tio. 7. num. 19. & in l. Gaio. 13. §. Imperator. 1.
in fin. de alim. & cib. leg & l. libertis 4 §. Lucius.
1. in fi. eo. tit. quod & innuit Bal. in l. un. §. cum
autem. num. 3 C. de rei uxor. act. & tradit Pau-
lus de Caſtro, quòd vidua, cui ſubmini-
ſtrantur alimenta in domo hæredum, te-
neatur eis, & in eorum commodum la-
borare, de omni opere, quod facere didi-
cit, puta filare, nere, ſuere, texere. Paulus
de Caſt. d. l. divortio 7. nu. 10. Neque enim,
ſecundum eundem, debet ſtare in domo
ocioſa, tanquam truncus aut corpus mor-
tuum. allegat Baldum in l. 1. num 6. & 7. C. de
legat. l. ſicut 48. ff. de operis libert. & debent e-
as mariti aſſuefacere ad lanificia, colum
videlicet & fuſum, pro depellendis otiis,
quæ ut plurimum inducunt luxuriem &
alia vitia. Unde tenuit idem Baldus, quòd
texturæ & alia manualia, quæ exercet
mulier in domo mariti adhuc ſuperſtitis,
non cedant lucro mulieris, ſed acquiran-
tur bonis viri, [l. 1. §. exactio. C. de rei uxor.
act. & l. ſicut. 48. ff de oper. libert.] & Bal. in l.
aſſiduis. 12. num. 4 C. qui pot. in pig. hab. addit,
quòd interrogatus de facto, conſulentibus
ita reſponderit, per ea quæ notantur in c. in of-
ficiis. extra de teſtibus. Bartolus verò in d. l. di-
vortio. 7. num. 4. de muliere nobili tenet
contrarium, ut quæ nec marito cogeba-
tur operari, quem ſequitur etiam Ferrar.
in form. libelli pro legato rei ſingularis. verb. co-
ram vobis. num. 107. per l. ſicut. 48. ff de oper. li-
bert. Mihi tamen, circa hoc punctum, ma- 227
gis probatur ſententia Alexandri, qui con-
cludit ſimpliciter, viro in uxorem non
competere aliquod jus ſervitii, vel exi-
gendarum operarum, niſi officialium, pu-
ta ad reddendum debitum, & ſimilia of-
ficia mutua, quæ conjuges ſibi invicem
debent.

debent. *Alex. de Im. in conſ. 133. num. 3. vol. 4. per gl. pen. in c. quod de eo 33. q. 5.* Quod vel
228 maximè procedit in his provinciis, ubi dimittuntur regulariter viduis omnia panna linea & filamenta, quæcunque texuit aut texi fecit, ſive ſtante matrimonio, ſive ſoluto eo, in viduitate ſcilicet, cùm iſta omnia de jure Saxonico utenſilium, vel geradæ appellatione comprehendantur.
229 Landrecht. *lib. 1 art. 24.* Verùm quia vidua alenda venit ex bonis communibus, donec conſequatur ſuum, concludunt Doctores, quòd iſto caſu, niſi aliud appareat voluiſſe maritum, viduæ alimenta non debent excedere fructus annuos illatæ dotis. *Alex. in d. l. divortio. 7. n. 19. allegat Iacobum de Butrig in d. l un. § exactio. ac benè facit l. cum unus. 10 § fin. ff de alim. & cibar. legatis. ubi habetur: deberi alimenta ſecundùm quantitatem dotis. quod idem etiam apertiùs innuit tex. in l. ſi cum dotem. 22 § fin autem in ſæviſſimo 8. in illis verbis: alimenta præſtari, medicinis ſuccurri, & nihil prætermitti, quod maritum uxori adferre decet, ſecundùm dotis quantitatem ff. ſol. mat.* Et addit Alex. *in d. l. divor-*
230 *tio. 7 num. 19.* iſtud eſſe verius, ex quo limitata cauſa limitatum producit effectum. *l. in agris. 16. de acquir. rer. dom. l. ita autem 5. in princ. de admin. tut.* pro quo urget, quòd mulier in bonis mariti habet pignus tacitum in eam duntaxat ſummam, ad quam aſcendunt ipſius illata, *argumento l. ſolutum. 11 §. ſolutam. 5. verſ planè. de pign. act.* Et ſic retentio bonorum mariti non importat alium effectum, quàm quòd mulier interim fruatur bonis mariti, quoad indigentiam ſuæ neceſſitatis, & per hoc medium privatæ retentionis conſequatur ſuam dotem, quam ſi hactenus percepiſſet, non veniret alimentanda ab hæredibus. *Bart. in l. ſi filiafamiliàs 60. in princ. ſol. matrimo. Bal. novell de dote, parte 8. in 1. privileg. ſub finem. verb. tertia limitatio. Neguz. de pig. & hypoth. 4 memb. 5. part princ. num. 5.*
231 Et quòd viduæ iſto caſu nihil debeatur, præter alimenta, ſatis probatur in ſuperiùs allegata. *l. 1. § mulier autem. de vent. in poſſ mit. & in l. ſed ſi is qui controverſiam. 5. §. an autem veſcendi cauſa deminuere. 3. de Carbon. edict* ac in hoc concordat etiam jus Saxon. Weichbildt. *art. 57. verſ.* Hat ihr aber *in illis verbis* . Sie ſitzet im Erbe vor ihr einge-
232 bracht Gut / vnnd ſollen die Kinder ihr die Nothdurfft geben / hoc eſt, quantùm ſufficit pro ipſius alimentis. Ac, ſi aliter verſetur in re familiari, quàm frugi materfamilias, ab eo tempore, ſicut & ſuprà monuimus, tenetur ad rationes, & reddendum reſiduum, quod ſupereſt ex annuis reditibus, deductis alimentis, *prout concludit Zobelius* Landrecht *lib. 1. art. 22. in additione Latina litera V.* ubi decidit: quòd uxor de omnibus bonis, quæ in hæreditate defuncti fuiſſe conſtat, hæredibus reſpondere cogatur, *& facit* Landrecht *lib. 1 art. 52. §. fin. in illis verbis:* Das Weib antwortet vor kein Gut des Mannes / dann vor das / was zur zeit des Mannes Todes vnter ihr erſtorben iſt. Hinc eſt, quòd de rebus hæredita- 233
riis defuncti, vidua cogitur inventarium conficere, &, eo deficiente, mediante juramento, de omnibus rationem reddere. *addit. Latina litera A. in princ. ad art. 52. lib. 1. per l. 2. §. in exigendis. & ibi gl. verb. jurata fide. & poſt eam Ioh. de Platea num. 8. C. quando & quib. quar. pars. lib. 10. ac fac. l. Marcellus. 11. ff. rerum amotar.* Idque rationem habet, ne videlicet occaſione poſſeſſionis, & ſub prætextu retentionis, totum dilaceret patrimonium, dumque participi relictarum facultatum nocere cupit, ſua etiam ſimul jura præcipitet, *prout in ſimili loquitur Imperator in d. l. 2 in princ. C. quando & quib. quart. pars deb. lib. 10.* Hæc eadem ra- 234
tio, communis & indiviſæ poſſeſſionis, tuetur pòſt mortem uxoris, etiam virum, ut non teneatur dimittere vel relinquere bona uxoris, niſi priùs ipſi plenè ſit ſatisfactum de omnibus mobilibus uxoris: quæ debentur, virtute juris provincialis, marito ex bonis prædefunctæ conjugis, *ita Zobelius in ſua addit. Latina litera C. verſ. præterea ſcias, quòd maritus.* Ad eundem 235
planè modum dominus prædii locati dicitur habere tacitam hypothecam, à lege proditam; in omnibus bonis conductoris, invectis aut illatis prædio locato. *l. eſt differentia 9. cum l. 2 ff in quib. cauſ pig. vel hyp. l. item quia. 4. de pact. l. certi juris. 5 C. locati.* Unde ſi merces conventa in termino 236
deſtinato ad finem conductionis, non ſolvitur, poteſt locator ipſemet & expellere habitatorem, & ſimul includere & detinere res illatas & invectas, donec ipſi ſatisfiat, etiam privata authoritate, *ſecundùm Iaſ. in § item Serviana. num. 80. Inſtit. de action. & facit l. uiig. 34 ff de damno infec. l. quæro. 54. §. inter locatorem ff. locati.* Verùm, 237
quia utrumque non caret periculo (poteſt enim colonus ingredienti ſe opponere vi armata)

Dominus prædii locati.

Digitized by Google

armata) ideò, pro vitando ſcandalo, & pe-
riculo corporis, aut vitæ, civiliùs & tuti-
ùs faciet dominus domus, à judice petendo officiales ipſius, ut ipſorum miniſterio
mediante, expellatur conductor. *Alex.
conſ. 134. n. 3. vol. 4. ac facit l. creditores. 3. in
finalibus verb. ibi: attamen authoritate præſidis
poſſeſſionem adipiſci debent. C. de pignor. l. civi-
le. 5. C. de furt. l. ſi pupillorum 7. §. ſi pupillus.
2. ff. de rebus eorum qui ſub tut. vel cura.* Dein-
238 de, ſi dominus, tanquam privatus, inclu-
dat per ſe res coloni importatas, ſubeſt et-
iam ille metus, ne colonus deinceps alle-
gat, ſe plura intuliſſe, quam nunc pòſt in-
cluſionem reperiat, ideò, conſilium eſt,
ut dominus incluſurus res invectas, addu-
cat ſecum, ultra judicem, etiam Notari-
um & teſtes, in quorum præſentia deſcri-
bantur, & in ioventarium redigantur o-
mnia, quæ ibidem inveniuntur *l. cum do-
mini horreorum. 56. ff. locati.* Licet autem
Bartolus & Baldus iſtam legem tantùm
intelligant io caſu latitantis coloni: ta-
men, quia par, & fortè major ratio mili-
tat in præſente caſu cautela hæc benè no-
tanda eſt, cùm ſuperabundans ſecuritas
non noceat. *l. in teſtamentis. 26. C. de teſtam.*
239 Quantumvis autem ad eam tantummodò
ſummam, ad quam aſcendit merces vel
penſio, permiſſa ſit retentio rerum illata-
rum. *l. ſolutum. 1 e. §. ſolutam. 5. verſ. planè in
eam duntaxat ſummam. ff. de pig. act. & facit
auth. & qui bonis. C. de bonis author. jud. poſſ.*
tamen iſtud jus retentionis ampliatur pro-
cedere, ut illa ſit licita, etiam pro intereſ-
ſe, vel æſtimatione deteriorationis. *Ne-
guz. de pignor. 4 membr. 2. part. n. 128. & 129.
per l. 1. C. etiam ob chirograph. pec. pignus retin.
& fac. l. 2. ff. in quib. cauſ pign.* Ex quo ſequi-
tur, ſiquidem hodiè colonus, infrà tem-
pus aſſignatum executatus, pro facienda
luitione pignorum (qood eodem modo
ſicut tempus judicati, regulariter trium
quindenarum eſt de jure Saxonico Landrecht *lib. 1. art. 70. verſ.* Thut er das nicht) non
ſatisfacit locatori, poterit ipſe inſtare a-
pud judicem, pro ſubhaſtatione, vel pro
taxatoribus, qui, citato colono, æſtiment
valorem rerum incluſarum, &, ſiquidem
domino ex aliquibus rebus ſatisfiat, cœte-
ras reſtituent colono. *arg. l. à Divo Pio. 15. §.
quòd ſi res ſit pignorata de re judic. per ea, quæ in
tertia Parte hujus Operis, de executione judicati,
240 Cap. 1. agentur latiùs.* Sicut autem domi-
nus prædii, pro mercede conventa, habet
tacitam hypothecam, & jus retentionis,
io bonis conductoris, ita eodem jure re-
tentionis gaudet conductor viciſſim ad-
verſus locatorem, pro expenſis neceſſari-
is, quas fecit in reparatione domus aut
habitationis: eas enim, dummodò liqui-
dæ ſint, poteſt retinere, ac deducere de
penſione vel mercede locationis, etiam
abſque requiſitione judicis, *ſecundùm Re-
buff in ordinat reg. de literis oblig. art. 4. gl. 2.
num. 44.* ad hoc videlicet, ut correlativo-
rum eadem ſit ratio, *argumento l. fin. C. de
indict. vid. toll. & l. un. C de cupreſ lib. 11. ac fa-
cit l. 1 ff de impenſ. in reb. dot. fact.* Sic auri- 241
gæ, item tabellarii, qui advexerunt, vel *Auriga*
attulerunt ſcholaribus ſupellectilia, & a- *Tabellarii*
liquid earum rerum nomine expende-
runt, pro talibus expenſis, quemadmodum
& pro pretio vecturæ, item pro mercede,
poſſunt tantiſper retinere fardellum, do-
nec ipſis ſolvatur merces. *Bal. in l. fin. num.
1. C. commodati.* Et eſt ratio, quòd vecto-
rum, item nunciorum expenſa & opera
ſalvam facit fardelli cauſam. *argumen l. in-
terdum. 5. & l. huius 6. ff. qui pot. in pigno.* Ac
regula quaſi generalis eſt, rem debitoris 242
retineri poſſe pro impenſis, aut meliorati-
onibus, in eadem factis: ſecùs, ſi alterius
rei reſpectu factæ forent, *l. quod dicitur 5.
verſ. manebit igitur maritus in rerum detenta-
tione, donec ei ſatisfiat de impenſis ff. de impenſ.
in reb. dot. factis. l. Paulus 14. de doli except. l. ſi
quis rem. 20 in illis verbis: quòd ſi rationabilis
ſit cauſa non reddendi. de acquir. poſſeſſ. Alberic.
do Roſa & alii in l. 1 C. etiã ob chir. pec. pig. ret.
poſſe. ac ſequitur Fra. Marc in ſuis dec. Parl. Delph
deciſ. 861. nu. 1.* Sic etiam venditor, jure pi- 243
gnoris, poteſt retinere rem, quam vendi- *Venditor*
dit, donec ſibi ſolvatur integrum pretiũ, *rem ven-*
& econtrà emptori licet retinere pecuni- *ditam.*
am, quo uſque ſibi tradatur res vendita, *l.
Iulianus. 13 §. offerri. 8. de act. empt.* adeò, ut di-
cat Bald[us], ſi non ſit ſolutum integrum pre-
tium, etiam pro uno nummo jus retentio-
nis in re vendita permitti. *Bal. in l. qui fun-
dum 75. de contrahen emptio. & in l fin verſ. ſed
revocatur in dubium C. commodati per l hæredi-
tatis, 22 ff. de hæred. vel act vend. Dec. conſ 232.
nu. 1. & 2.* tunc n. in ea, pro cauſa debiti, jus 244
retentionis competit. *gl. verb. retinebitur. in
l. ſi non ſortem 26. § ſi centum 4 poſt. tex. in illis
verbis: ager a. retinebitur, donec pe. nnia ſolvatur.
ff. de condict indeb & ſequitur Phil. Dec. in conſ.
449. nu. 21. & ante eum idem tenuit Baldus in l.
fundus qui in 4 notabili. C. de reſcind vend. ac
facit l. ſi neceſſaria. 8 §. ſi pignore 1. ff. de pig.
act. cum l. quod dicitur. 5. de impenſis in rebus
dot. & l. ſervus. 30. de act. vend. & empti.*

245 Sic ſartoribus licet veſtes retinere, & ſu-
Sartor veſtes retinere poteſt. toribus calceos, non obſtante, quòd ma-
teria ſit aliena, donec ipſis ſatisfiat de mer-
cede, *Baldus in l fin nu 1.C.commodat.* Et ſcri-
246 ptor libri poteſt retinere aliquod quinter-
Scriptor libri. nos, quoad ipſi ſolvatur pretium operæ,
Bal.d.l.fin num 1.C commodat. Abbas in c 1.
247 *num 3.extra de in integr. reſtit.* Quod & de
Advocatus acta &c. Advocato dicendum eſt, quia is eò uſque
poteſt apud ſe retinere acta, donec ipſi ſa-
tisfiat de honorario. *Geſlius in pract.obſ. lib.
2.obſ. 12. num. 5.* cùm labor ipſius juſtam
cauſam retinendi tribuat. *gl.in verb.propter.
in l.colonus.12.de vi & vi arm. & in l. ſi quis
rem.20.verb. non reddendi. de acquir.poſſ.* Ra-
248 tio eſt, quòd opera in re æquipararetur im-
penſæ in eam factæ. *gl.verb retinebitur in d.
l.ſi non ſortem. 26. § ſi centum. 4.* Hinc eſt,
quòd idem Abbas extendit iſtud jus reti-
nendi, etiam adverſus eccleſiam, qua cum
aliquis contraxit, is enim, contra adjudi-
catam reſtitutionem, poteſt uti retentio-
ne rei, pro ſumptibus & labore. *Abbas ubi
ſupra num.3.per l.in fundo 38.& l.ſumptus. 48.*
249 *de rei vindic.* Sic Dominus hoſpitii, pro
Dominus hoſpitii. pretio unius & alterius prandii, vel cœ-
næ, non prohibetur detinere tot res, vel
bona hoſpitati, quanta ſufficiunt pro exo-
lutione iſtius, ut vocant eſcoti. *Bal. in l.
certi juris.5.nu.5 C.locati.Rebuffus in tract. de*
250 *liter.obligat. art 4 gl. 2. n. 31.* Et ſtabularius,
Stabularius Caupo. item caupo, pro hoſpitatione vel exhibi-
tione nocturna, vel diurna in diverſorio,
poſſunt detinere jumenta, vel alias res il-
laras per hoſpitatum, *ſecundum Neguz in tr.
pignor.4.memb.2 partis n.138. per l. eo jure.4.
§.ſtabula.1.in verb quod cauſam taciti pignoris.
& ibi Bar poſt Nicol.de Matat. ff.in quib. cauſ.*
251 *pig. vel hypo.* adeò, quòd tradunt Dd. ho-
ſpitantem, item cauponem, nautam, & ſi-
miles perſonas, quæ detinent res, in ipſo-
rum domus, vel cuſtodiam illatas, aut in-
vectas, quia ſine impendiis iſta fieri non
poſſunt, gaudere in iis etiam privilegio
prælationis, præ omnibus aliis creditori-
bus, *per l.interdum. 5. & l. huius. 6. qui pot. in
pign quæ jura ad hoc propoſitum adducit Ne-*
252 *guz ubi proximè num.141.* Cum enim publi-
ce interſit, hoſpitia habere pro peregrinã-
tibus, in quæ de noctu vel interdiu diver-
tant. *l.1 l.nauta.5 ff.nautæ,caupo ſtab.* igitur
eadem utilitas publica ſuadet, ipſis ſine
mora ſatisfieri ſuper eo, quod in uſum
hoſpitati expendunt, ne videlicet tædio
non receptæ ſolutionis affecti, alios de-
inceps advenientes non ſuſcipiant, *ſecun-
dùm Pyrrhum in conſuet. Aurelia.tit. de execut.
ex locato.cap. 7.* Verum tamen eſt, quòd a- 253
liqui ſæpiùs excedant metas in exigendo,
quia ſunt rapaces. *Bal.in l. 1. num. 2. C locati.*
ideò alibi refert Angelus: paucos hoſpi-
tes reperiri divites, quorum divitiæ du-
rent, quia in mendaciis ſuis non juſtifica-
buntur. *Angel in l.1.§ caupo autem n. 4 ff fur-
ti adverſ.naut.caup.ſtab.* Et per hæc ſuſtine- 254
tur uſus noſtratium, exercentium caupo-
nationes vinarias, aut cereviſiarias, qui
hoſpitibus ceſſantibus ſolvere pretium
potus in taberna exhauſti, propria autho-
ritate, detrahunt veſtes, ſarcinas, enſes,
pileos, aut ſimile quid, in cauſam pigno-
ris, donec de pretio tabernariis ſatisfaci-
ant. *Baldus in d.l certi juris.5.num. 5 C.locati.*
quod notandum pro pincernis noſtrorum
temporum, qui hanc theoricam benè no-
runt practicare. Idemque in quolibet alio 255
creditore; qui fecit expenſas in cura, vel
pro medicina hoſpitati, vel in expedien-
dis ejus exequiis, iſto ſiquidem caſu pote-
rit hoſpes bona hoſpitio ſuſcepti, etiam
ſcholaris, penes ſe tam diu retinere, do-
nec ipſi numeretur, quod expendit. *Baldus
l. 1.n.3 C.etiam ob chirograph.pecun. pig. Bart.
& Alex. l ſi non ſortem.26.§. ſi centum. 4. ff. de
condict.indeb & idem Baldus in l. in reſtituenda.
4.C. de petit.hæred. l fin.C.commodati l.pen. C.
de pignor.act. l per retentionem 4 C. de uſuris.ac
Bart.l ſi non inducta. 5.C.in quib. cauſ.pig. tac.
contrahatur.* Sic licet ſpoliato detinere & 256
occupare rem, cujus poſſeſſione antea de-
jectus fuit, dummodò in continenti hoc
faciat, priusquam ſcilicet divertat ad alios
actus. *l. 3.§ eum qui cum armis 9.& l.qui poſ-
ſeſſionem 17.ff. de vi & vi armata.* tùm, quia
delictum cum delicto compenſatur. *l. viro
atq.uxore.39 ſolut. matr.* tùm, quia poſſeſſi-
onem quaſi adhuc habere fingitur, qui de
proximo fuit expulſus, *argum. l.lecta. 40.
verſ.dicebam ea, quæ in continenti fiunt contra-
ctui ineſſe, ſi cert.pet.l pen. § 1. C. de rebus cre-
dit.l pen.C.de inſtit.& ſubſtit.* Eſt & alius ca- 257
ſus ſpecialis, in quo licita eſt retentio, et- *Redemptus ab hoſtibus retineri poteſt à redemptore.*
iam in perſona debitoris, ut fit in eo, qui
ab hoſtibus redemptus eſt; is enim poteſt
tàm diu detineri, etiam in perſona, donec
pretium redemptionis reſtituat ſuo libe-
ratori. *l.ſenatus.43.§.fin.ff.de leg. 1. l. qui te-
ſtamento. 24.ff. de teſt.* aut, ſi pecuniam
non habet, debet ſaltem per quinquenni-
um hærere apud ſuum liberatorem, &
ipſi præſtare operas, loco pretii. *l.2. juncta.
l.fin.C.de capt. & poſtlim. reverſ.* Verùm hoc
loco

258 loco dubitatur, an res obligatas in unum caſum, vel ex una cauſa, liceat etiam pro alio debito, quod liquidum eſt, retinere? Ac ſanè iſtud innuit textus manifeſtus *in d.l. 1.C. etiam ob chirograph. pecun pig. ret. poſſe. & ibi Baldus num. 2. ac latè Neguz. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 129. & pleniùs in quarto membro quintæ partis num. 2. & in ſecundo membro quintæ partis num. 47. ampliatione. 5.* Ideò ſuprà diximus, quod locator prædii habeat oppignoratas res coloni importatas, non tantùm pro penſione, ſed etiam pro deterioratione domus conductæ. *l. 2. ff. in quib cauſ. pig. vel hypoth. tac. con.* Quod facit ad illud dubium, nobis haud ita dudum in facto propoſitum, ubi nobilis inſiſtebat poſſeſſioni cujusdam præfecturæ, pertinentis ad domum Comitis S. cum conſenſu domini feudi ipſi obligatæ, propter videlicet æs alienum, in quo tenebatur Comes dicto Nobili, poſtea, ſtante illa tenuta, veniebant alii creditores, tempore priores, quibus itidem dicta præfectura erat obligata, his offerebat poſſeſſor ipſorum debita, *juxta ea quæ habentur in l. cùm notiſſimi. 7. §. eodem 3. C. de præſc. 30. an.* iique viciſſim transſcribebant in ſolventem omne jus ipſorum. Quia verò deinceps, juxta legem conventionis, comes intendebat luere ſuum pignus, præfecturam videlicet, offerendo debitum, in quo erat obligatus Nobili ex contractu proprio, debitor intendebat uti retentione, non tantùm pro ea ſumma, quam ipſe mutuo dederat Comiti, ſed etiam pro aliorum creditorum juribꝰ ipſi ceſſis, in eumque transſcriptis, conſulebaturq; quid juris? reſpondimus: Nobili jus retentionis proditum eſſe in præfectura, non tantùm pro debitis, in quibus ipſi tenebatur ex mutuo Comes, ſed etiam pro aliis quibuſcunque, dummodo fuerint liquida. *per text. d. l. un. C etiam ob chirogra. pec.* ubi dicitur: qui in poſſeſſione pignoris eſt conſtitutus, niſi ea quoq; pecunia, quæ ſine pignore debetur, reddatur vel offeratur, creditorem non compelli ad reſtituendum pignus, propter doli mali exceptionem: idq; locum habet, ſive ſecùndum debitum chirographarium extiterit, ante, vel pòſt contractum pignoris, dummodo & naturaliter & civiliter debeatur iſtud mutuum, & res pignorata ſemel pervenerit ſine vitio, & cum voluntate debitoris, ad poſſeſſorem. *ita Salic. qui tradit hanc opinionem communiter teneri, in d. l. un. num. 3.* quod & in terminis propoſiti ibidem firmat Baldus inquiens: ſi poſſeſſor pignoris ſolvat etiam chirographario creditori debitoris, tunc pro illo debito retinebit, & poterit retinere dictum pignus, donec de utroq; debito ipſi ſatisfiat. *Baldus d. l. uni. n. 3. allegat l. Paulus 12 §. qui pignoris. 1. ff. quibus modis pign. vel hypoth. ſol.* Nec id mirum 259
alicui eſſe debet, quòd poſſeſſor pignoris conventionalis, etiam pro alio debito chirographario, pignus retinere poſſit, cùm id etiam in prætorio pignore procedat. *gloſſ. fin. d. l un. ad finem, verſ. idem, ſi eſt prætor. & ibi 10. Fab. Baldus & Salic. facit l. & eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. cum l. ſi cum aurum. 50 de ſolut. l ſi non ſortem. 26. §. ſi centum 4. & ibi Bartolus de condict. indeb.* imò plùs dixit Philip Decius. quòd, licet tenuta legitimè data non fuerit: tamen, ſi illa res aliter erat obligata creditori, datur retentio propter debitum. *Dec. conſ 449. n. 21. allegat Baldum in l. fundus qui 9. n. 3. ff. de reſcind. vendit.* Et hanc ſententiam, quòd vide- 260
licet miſſus in poſſeſſionem alicujus prædii, in caſu contumaciæ, ex primo decreto poſſit retinere illud pignꝰ prætorium, donec ei ſatisfiat, non tantùm de debito, pro quo miſſus fuit, ſed etiam pro quocunque alio, communem eſſe aſſerit Molin. *in conſuet. Pariſ. tit. 2. gloſſ. 1 verb. areſt. num. 139. & 140. licet ipſe contra communem concludat ibidem. num. 153.* quòd videlicet pro alio debito, quàm pro quo miſſus, vel aliter quis in poſſeſſione eſt, non detur retentio. Hoc 261
tamen quod diximus, licitam videlicet eſſe retentionem rerum debitoris, in ſuperiùs enumeratis caſibus ita demum procedit, priusquam res obligati dilabantur è manibus creditoris, eò enim uſque retentionis jus hoc nomine permittitur, quòd, cui competit petitio, eidem & multò magis retentio. *Bal. in l. cùm ſoluta. 3. per illum tex. num. 1. C. de condict. indeb.* cùm jus retentionis nihil aliud ſit, niſi quædam ex- 262
ceptio, quâ intendimus defendere rem quam tenemus, donec nobis de debito, vel jure noſtro ſatisfiat. *l. 1. C. etiam ob chirograph. pec. l ſi non inducta. 5. l. fin. C in quib. cauſ. pignus tac.* unde vulgò dicitur: cui datur actio, eidem retentionem denegandam non eſſe. *l. 1. §. nam cui damus. ff. de ſuperfic. l. invitus nemo. 155. § cui damus. 1. de reg. jur. c. qui agendum ad extra de procur. in 6.* cumque exceptio nihil aliud ſit, niſi cly- 263
peus naturalis, quo ſe defendit reus

adverſus

263 adverſus ictus actoris. *l. 2. de except. l. ut vim 3. de juſtic. & jure clem. paſtoral. de re judic.* & pâtet, exceptionem majori æquitate niti, quàm actionem. *l. quæ æquitate defenſionis. 12. l 2. §. generaliter. & l. purè. 5. de except doli. & l favorabiliores. 115. de reg jur.* Ex quo infertur, quandò res ſemel evaſit manus aut tenutam creditoris, non poteſt ipſe ampliùs propria auctoritate, vel debitorem, vel res ejus, quoquo modo invadere, vel apprehendere, quin incidat in pœnam. *l. extat. 13 ff. quod metus cauſa.* & alias pro violentia publica introductas. *l. ſi quis in tantam. & l meminerit. C ad l. Iul. de vi publ.* &, quod illis caſibus, quandò agitur pro recuperatione impenſarum in rem factarum, item mercedis aut penſionis, ac aliis ſuprà dictis, non ſit locus manus injectionis, quæ fit propria authoritate creditoris, niſi per ſolam retentionem, quamdiu videlicet rem debitoris habemus in manibus, probatur textibus juris *per l. Paulus reſpondit. 14. ibi: non aliter ſumptus conſequi poſſe, quàm ſi poſſideat. ff de doli mali except. l. ſi in area 33. v nullo alio modo, quàm per retentioem, ſumptus ſervare poteſt. de condict. indeb. l. hæres cum debuerat. 21. verſ ſimil. ad S C Trebell.*

Præceptum judicis; vel mandatum executivum cum clauſula juſtificatoria, vel ſine tali clauſula

264 Quintò habetur & alia executionis, non privatæ quidem, ſed publicæ ſpecies, præceptum videlicet judicis executivum, quo mediante, abſque alia cauſæ cognitione, ad ſolam inſtantiam ſupplicantis, inhibet adverſario aliquod opus in injuriam vicini facere, vel dari quid, aut fieri ſupplicanti præcipit, *de quo tactum fuit aliquid etiam ſuprà n 9.* Etſi enim regulariter Præceptum abſque cauſæ cognitione factum, eſt invalidum, cùm proceſſus ab executione inchoari non debeat, *l. 1. & l. 2. C de execut. rei judic l. negantes. 9. C. de action. & oblig. l unica C. de prohib. pec. ſeq.* reſcripta ſiquidem contra jus aut judiciarium ordinem elicita, quatenùs lædunt partem, pro non interpoſitis reputari debent. *l. reſcripta. 7. l quoties 2 §. 1. ibi: ſine gravi alterius diſpendio. l. nec damnoſa. 3. C. de precibus Imp. offer. l. fin. cum l. etſi legibus. 5. C. ſi contra jus vel*
265 *util. pub.* tamen interdum, pro tempore, nudis narratis ſupplicantis creditur, ac ſuper iis proceditur ad inhibitionem, vel ad Præceptum executivum, ſubnexa tamen in fine clauſula juſtificatoria: ſi te gravatum ſenſeris, compareas tali die, juſtitiæ ſupplementum ſuſcepturus. *Ang. in §. curare. n. 10. Inſtit. de act. Bal. in l. defendente. n 1. ff. de aut. tut. gl ſi. c. ex parte. §. f. extra de verb. ſig. ex qua gloſſ. curia Romana originaliter introduxit hanc practicam ſecundùm Marianum Socinum in tract. de citatione art. 21. n. 1. Maranta de ordine judic. parte 6. rubr. de ſententia. n. 27. ac videantur, quæ tangentur in 3. Parte huius Operis Cap. 6. per totum & in primis n. 21. cum ſeqq.* Quantumvis autem idem Ange- 266
lus concluſivè teneat contrarium, tale nempe Præceptum, ut maximè contineat clauſulam juſtificatoriam, fore ipſo jure nullum, excepto unico caſu *l de pupillo. 5 §. meminiſſe. 10 ff. de nov. op. nunc Ang. in d §. curare. n. 10.* tùm, quia judex ſine actis ad tale mandatum proceſſit, *contra l illicitas 6 §. veritas ibi: judex id ſequetur, quod ex fide eorum, quæ probabuntur, liquet. ff. de off. præſ.* ex quo partium allegationes audire & examinare debuit, ac ſi aliter fecerit, ipſius programmata vel reſcripta vim judicati non obtinent. *l. judex qui. 5. l. program. 6. & l. 1. C. commin. epiſt prog.* tùm etiam, quia in quibuscunque actibus præjudicialibus requiritur citatio partis, & diſcuſſio meritorum cauſæ. *l. in cauſæ 13. §. cauſa cognita. ff. de minor. l. prolatam. 4. C. de ſent. & interl. om. jud. Idemq; cum Angelo tenet Bar. in l. 1. n. 3. C. de exec. rei jud. & addit Angelus: iſtud tenendum eſſe, quia hoc ita viderit obſervari. Ang. d §. curare. n. 10.* tamen, quicquid dicat Angelus, contrarium hodiè practicari experimur tota die. Sic, abſque alio ordine judi- 267
ciali, fiunt præcepta litigatoribus, de non turbando vicinum in quaſi poſſeſſione libertatis ſui prædii, vel de reſtituendo dominis, quod ipſis per vim ablatum eſſe dicitur. *Gail in ſuis obſ pract. lib. 1. obſ. 19. n. 5.* &, quatenùs hæc executiva habent adjunctam clauſulam juſtificatoriam: *ſi te gravatum ſenſeris*, etiamſi nulla præcedente citatione, vel cauſæ cognitione, emanent, ſemper tamen valent. *Marant. de ord. jud. par. 6. tit. de ſent. n. 27. poſt gl. ſi in d. c. ex parte. § f. extra de verb. ſig. & Pan. in c. 1. n. 6. de cauſ. poſſ & prop. refert, iſtud approbari conſuetudine Rom. curiæ, quod tenuit etiam Ang. in d l. de pupillo 5. §. meminiſſe. 10. nu. 1. ibiq; Iaſ. n 8 ff. de nov. op. nunc & allegat Angelus Gulhelmum de Cuneo in l. quoties. 2. de in diem addict. item Spec. in tit. de citatione. §. jam de citatione. n. 9. & de ſententiæ prolatione. §. ſpecies. n. 4. ubi. Io. Andreæ aliquid tangit in ſuis addit. & hæc ſententia communis eſt, referente Iaſone in l nec quicquam. 9. §. ubi decretum. 1. nu. 6. ff. de offic. proconſ. & leg. & Gailius d. obſ. 19. n. 5. lib.*
1. Cujus deciſionis habemus etiam illu- 268
ſtre exemplum in jure Saxonico. Landr.

lib. 1.

lib. 1. art. 70. § Klaget man aber. ubi reo,
etiam forenſi, & qui non degit ſub terri-
torio, vel juriſdictione judicis citantis,
abſque alio proceſſu, vel cauſæ cognitio-
ne, ſit præceptum executivum, cum clau-
ſula tamen juſtificatoria, puta, quòd vel
ſatisfaciat creditori infrà quindenam, vel
ſaltem compareat ad proponendum ſuas
defenſiones vel exceptiones, quas ſuffice-
re putabit ad impetrandam abſolutoriam
ab impetitione actoris, cum comminatio-
ne, ſi iſtud facere negligat, quòd ex tunc
videat, quo pacto ad executionem, quæ
in pignorum captione conſiſtit, *l. 1. C. ſi in
cauſ. jud. pig. dat ſit.* adverſus ipſum proce-
datur. *d. art. 70.* Quod tamen diximus, fo-
renſem citari poſſe, id nun eſt generale,
ſed procedit in eo caſu ſpeciali, quo de lo-
quitur *d. art. 70.* duobus nimirum concur-
rentibus: primò, quòd forenſis ad locum
citantis judicis ſolutionem deſtinârit, &
deinde, quod citatus in territorio citan-
tis habeat bona, in quæ poſſit executio in-
ſtitui: & in eo concordat Saxo cum jure
communi, maximè canonico. *l. hæres ab-
ſens. 19. §. 1. & ſeq ff. de judic junct. c. Romana. §.
contrahentes. extra de foro comp in 6. quò de la-
tiùs in 2. Parte hujus Operis Cap 3 num. 17.* Ac
269 ſi quæratur quo pacto, in iſtis terminis fo-
renſis, & qui in alieno territorio fovet ſuū
domicilium, poſſit citari, *contra l. extra ter-
ritorium jus dicenti. fin ff de juriſdict. omn. jud.
l. f. C. ſi à non comp jud. l. in cauſarum, unic. C.
qui pro ſua jnrudictione?* reſpondetur: reum
ſubſidiariè citandum eſſe, cum requiſitio-
ne videlicet judicis domicilii, ubi nunc
degit debitor. *d. c. Romana. §. contrahentes.
ibi: ſi eorum authoritate citati comparere con-
temnant. ibiq. Phil Franc. poſt Petr. de Anchor.
latè, ac traditur formula citationis rei ex alie-
no territorio in 3 Parte hujus Op Cap 7 n 37.*
270 Et iſtos homines ideo Saxo vocat Ding-
pflichtig/ hoc eſt, qui, ut maximè ibidem
non habeant ſuum focum & fumum, vel
reſidentiam: tamen, ex quo ſolutionem
eò deſtinarunt, ſaltem ratione rerum in
territorio citantis ſitarum, ad evitandam
in iis executionem, etiam pro perſonali-
bus actionibus, ibidem comparere & de-
fenſiones ſuas facere coguntur, *quod innuit
Boxdorffius in ſuis annotat. margin. ad gloſſ verb.*
Der da nicht dingpflichtig. *in f. per text.* Land-
recht *lib. 3. artic. 61. ibi:* Gerichtes ſollen war-
ten alle dingpflichtige. Ex quibus omnibus
271 nunc infertur, ſive verſemur in foro im-
perii, ſive etiam in foro Saxonico, vel ca-
nonico, præcepta illa executiva, de qui-
bus hactenus egimus, quatenùs habent
appoſitam clauſulam ſalvatoriam, omni
jure valere, cùm, reo comparente in ter-
minu, reſolvantur in vim ſimplicis citatio-
nis, adeò, ut medio tempore, donec aliud
quid, auditis partibus ſuper actis interlo-
quatur judex, non cogatur inhibitus aut
juſſus, juſſioni vel mandato executivo pa-
rere. *Innoc. in c. fin. ſuper gloſſ. magna. extra de
cohab. cleric. & mulier. Baldus in l. 2. num. 3. C.
de epiſcop. aud. & in l. actione. 4. num. 95. C. de
tranſact. Bartolus in l. 1. num. 3. C de execut. rei
jud. poſt gloſſ. d. §. meminiſſe, ubi Bartolus & o-
mnes, Baldus in l. eam quidem. C. ſi mancip. ita
fuer. al. & Salic. in l. actione. 4. num. 4. C. de
tranſact. cum ſimilibus.* Siquidem præce- 272
ptum cum clauſula duo importat, videli-
cet, quòd juſſus ſolvat, aut aliter pareat
mandato, vel, ſi nolit parere, ſiſtat ſe cer-
to die coram judice, propoſiturus ſuas ex-
ceptiones, ob quas ſe non teneri putat ad
obtemperandum mandato. *Alex. in d. §.
meminiſſe num. 5.* eſt enim præceptum al-
ternativum. *Baldus in rub. C. comminat. epiſt.
program. num. 4.* & in alternativis ſufficit u-
nam partem adimpleri. *c. in alternativis. ex-
tra de reg. jur. in 6.* & ſic non obſtant abſur-
da vel contraria ſuperiùs enumerata, qua-
ſi videlicet judex, inaudita parte, proceſ-
ſerit ad tale præceptum, cùm enim iſtud
præceptum, reo comparente, reſolvatur
in vim ſimplicis citationis, per prædicta,
non habet juſſus, quod conqueratur, qui 273
poſt talem citationem, ante omnia audie-
tur cum ſuis defenſionibus, priusquam a-
liquid contra eum attentetur. Unde refert
Maranta, dictum præceptum, etiam absq;
cauſæ cognitione factum, cum clauſula
tamen juſtificatoria, ex quo, comparente
reo, nihilo plùs operatur, quam ſimplex
citatio, eſſe ſententiam interlocutoriam.
*Maranta de ordine jud. parte 6. tit. de ſententia.
num. 27. poſt Iaſo in d. l. nec quicquam 9. §. ubi
decretum. 1. num. 6. ff de offic. procoſſ* Debet
itaque pars, cui iſtud præceptum intima- 274
tur, in termino facere ſui copiam coram
judice, & allegare cauſas, quare manda-
to parere non teneatur, ac, ſi hoc omittat,
præceptum ſtabit firmum: neque eſt quod
imputetur judici, poſtquam fecit præce-
ptum juſtificatum. *Alex in d. §. meminiſſe. n. 7.
circa finem. poſt Bal in rubr. C. comminat. epiſt.
program. num. 3. & 4.* ideoque tunc licebit
prætori, pro defenſione ſuæ reputationis
judicia-

judicialis, injungere reo, ut denuò, & qui-
dem præciſe pareat mandato, ſub commi-
natione certæ pœnæ: & hoc in Camera
imperii obſervari tradit Gailius *obſer. 19.
n 6. libr. 1. adducendo aliquot exempla, in quibus
ita judicatum fuit, & probatur manifeſtè per
conſtitutionem imperii 23. parte 2 ſub tit.* Von
Mandaten/ vnd in was Fellen dieſelbigen/oh-
ne/ oder mit juſtificatori Clauſel erkandt wer-
den mögen. Econtrà vero, quando judex
275 incipit a præcepto executivo, ſine cauſæ
cognitione, & ſine clauſula juſtificatoria:
ſi te gravatum ſenſeris: ſive cum, ſive ſine
comminatione pœnæ, tunc mandatum
eſt ipſo jure nullum, & poteſt liberè ſper-
ni, nec ideò incidit contumax, in aliquam
pœnam, *Iaſ. in d l nec quicquam. 9. §. ubi de-
cretum. 1 nu. 6. verſ item magis communis con-
cluſio. ubi refert. hanc ſententiam communiter
276 teneri. ff. de offic. protoſ.* quo caſu, quia reo
quaſi tollitur omnis defenſio, tale reſcri-
ptum intelligitur impetratum per impor-
tunitatem, item ex prava & infideli rela-
tione, vel ſuggeſtione partis, *l.* [illegible] *de petit.
bon. ſubla. lib 10. cum in inventute. extra de
purg. canon. c ſi quando de ſenten. extom. & c.
277 fin eod. tit. in 6.* adeò, ut non immerito
tunc mendacis peccatoris pœna ſit, carere
impetratis. *l. etſi legibus. 5. l. præſcriptione 2. l.
puniri 3. & l etſi non cognitio. 4. C. ſi contra jus
vel util. publ.* cùm in quolibet reſcripto illa
278 clauſula: *ſi preces veritate nitantur*: tacitè in-
telligatur appoſita, quantumvis illud non
exprimatur. *gl. verb literas in l. reſcripta. 7. C.
de precibus Imper offer. Bar in l. 2. nu. 4. & l. etſi
legibus. 5. C ſi contra jus vel util. pub. Panor. &
Felinus in c. ſuper literis per textum apertum in
c ex parte. 1. §. verum. extra de reſcriptis.* Licet
autem moneat alibi Gailius, quod judices
non debeant eſſe faciles, in decernendis
hujuſmodi mandatis ſine clauſula, præ-
ſertim ad inſtantiam ſubditorum contra
ſuos ſuperiores, ne fiducia talium manda-
torum fiant contumaces & refractarii *Ga-
ilius obſer. 13 n 4 lib 1.* cum pro magiſtratu
regulariter præſumatur. *Alciatus de præſum-
ptio. in tertia reg principali præſu. 16. n. 4. 5. &
279 6.* tamen, ſi de facto tales proceſſus execu-
tivi, vel mandata impetrentur, quia mul-
tùm refert, habere judicem favorabilem,
eumque non offendere verbo, vel factis,
& periculoſum eſt, ſub offenſo judice li-
tigare. *l non diſtinguemus. 32. § cùm quidam.
14 ff de arb l. apertiſſimi. 16. C. de judiciis. c. ſu-
ſpicionis. extr. de offic. delegati* (nec enim alie-
num eſt ab humanitate, eum venerari, ex
cujus voluntate pendet noſtra depreſſio,
& erectio. *Spec. tit. de Advocatis. §. nunc di-
cendum. n. 1. per c. viſis. verſ humanæ moris eſt.
16. q. 2.*) ideò is cui præceptum fit, etiam 280
abſque clauſula juſtificatoria, ne viliter
habere judicis authoritatem potetur, de-
bet ſaltem per literas, quando citiùs poteſt
prætendere rationabilem cauſam, quare
non teneatur parere mandato, & tunc pa-
tienter ſuſtinebit ſuperior, ſi mandato non
obtemperetur. *c. ſi quando. § fin. extra de re-
ſcrip. c quoniam quidem. diſt. 75 & c cùm tenea-
mur. ext. de præbend ac facit l. nemo. 13. C. de
ſent. & inter loc. om. jud.* dummodò tempe-
ſtive per non parentem, opponatur exce-
ptio ob vel ſubreptionis. *Gail. obſ. 14. parte
1. n. 8.* ne videlicet iſtud præceptum tran-
ſeat quaſi in vim judicati, *per ea, quæ ſupe-
rius in hoc ipſo Capite 2. n 9. tradidimus.* Ideò-
que ſecutiùs eſt, officium judicis com-
mittentis, contra iniquitatem executoria-
lium, implorare, ut, perpenſis ſupplican-
tis gravaminibus, literas executoriales re-
vocare dignetur, *Bar. in l. ab executore. n. 4 C.
de appellat. Ferrarienſ. in forma exceptionis.
verb. publico nuncio. n. 8.* quod & *probat VVe-
ſenb. conſ. 100. n. 6. & 7.* Fallit tamen hoc ul- 281
timum in cauſis fractæ pacis, ubi contra
violentos & armatos invaſores, ex Impe-
riali Camera decernuntur mandata ava-
catoria, ut diſcedant ab armis, & quidem
ſub pœna banni, ac amiſſione omnium
beneficiorum, item privilegiorum, & ju-
rium, abſque omni clauſula juſtificatoria,
cui nolentes volentes, ſine omni excepti-
one, parere coguntur, ad hoc, ut evitent
pœnam. *pront habetur in ordinat. Cameræ par-
te. 2. tit 9. §.* Vnd ob ſich. *cum § ſeq. & tit 23.
verſ.* Es were dann. *eadem parte. 2.* Fallit ſe-
cundò in cauſis pignorationum, ſuper 282
quibus eodem modo emanant præcepta
executiva, de relaxando pignora, & di-
mittendo captivos, abſque prædicta clau-
ſula ſalvatoria, *de quo videatur Gailius in obſ.
19 in pr. lib. 1. & de pace publica par. 1. cap. 4.
in pr. & in tract pig. obſer. 13. n. 2.* Et an idem
ſit in areſtis hodiernis, juxta conſtitutio-
nem anno 1570. in Comitiis Spirenſibus
publicè promulgatam, videantur ea, quæ
ſuprà *n. 104.* fuſius ſunt tradita. Fallit ter-
tiò in caſibus, parti, imploranti præceptum 283
ſuperioris, inferentibus gravamen ali-
quod irreparabile, puta torturæ, vel ſimi-
libus, pro quibus mandata vel inhibitio-
nes emiſſæ, etiam abſque clauſula juſtifi-
catoria: valent, iiſque pareri debent; *d. tit.*

23. partis

23. *partis 2. in ordinationib. Cameræ imperii. v.*
284 Oder daß dardurch. Fallit quartò in cauſis
concernentibus præjudicium publicæ uti-
litatis, ubi eodem modo in præceptis exe-
cutivis non requiritur clauſula juſtifica-
toria *d. ordination. 23. v.* Oder daß die Sa-
285 che wider den gemeinen Nuß. Fallit quin-
tò, ubicunq; periculum eſt in mora, ejus
enim ratione diſceditur à regulis juris
communis. *Alex. Bar. & alii in l. de pupillo. 5.*
§. meminiſſe. 10. tum §. ſi quis rivos de nov. oper.
nunc. in his, inquam, & ſimilib. caſibus
ſufficiunt mandata, etiam abſque clauſu-
la juſtificatoria. *d. ord. 23. v.* Oder keinen
Vorzug leiden köndte. *in 2. part. ordinationum*
Cameræ imperialis. licet coincidat hæc fal-
lentia cum limitatione ſecunda, ſuperius
aſſignata.

286 Sexto loco ſuccedit alia paratæ exe-
ignora- cutionis, & quidem privatæ ſpecies, quam
o. pignorationem vocamus, & eſt nihil ali-
ud, quàm privata quædam detentio adver-
ſarii, in perſona, vel rebus, aut hominibus
ipſius facta, ad eum videlicet finem, ut
mediante pignoratione, quis conſervet
jus ſuum, & is, qui cum lis alitur, faciliùs
ad concordandum nobiſcum adigatur.
Dicta pignoratio à pugno, quòd videlicet
pugnum, vel manum injicimus in perſo-
nam vel res noſtri adverſarii. *Iacobus de Ca-*
nibus in tract. repræſal num. 8. per l. plebs. 238.
§. pignus. 2. ff. de verb ſignif & l. 1. de pignor. actio.
ac ſequitur Gailius in ſuo tract. pignora obſer. 1.
287 *num 9.* Etſi verò pignorationes non ſolùm
in perſonis debitorum aut adverſariorum
noſtrorum prohibitæ ſunt, cùm non li-
ceat liberum corpus, pro debito pecunia-
rio, detinere vel pignurare. *l ob æs. 12. C. de*
act. & oblig l ſenatus. 43. §. fin ff de leg. 1. §.
quia verò & hujusmodi. authen ut nulli jud. lice-
at habe ſer. loci. collat. 9 c. lator. extra de pignor.
authent. ut non fiant pignorat. in princ. coll. 5.
288 adeò, ut nec ipſorum bonis vim inferre
liceat. *l. extat. 13. ff quod metus cauſa l. penult.*
ad l. Iul de vi priva l. illicitas 6 de offic. præſ l ſi
quis in tantam. 7. C unde vi: tamen ex uſu
magis, quàm ex vi juris ſcripti, pignora-
tiones inter Principes, Ordines, Status, Ci-
vitates & Nobiles, qui Imperio Romano
immediatè ſubjecti ſunt, introductæ ita
invaluerunt, ut pro conſervanda poſſeſſi-
289 one ſua, vel quaſi, ſive rei corporalis, ſive
incorporalis, puta juris paſcendi, venandi,
& ſimilium, aut etiam juriſdictionis, ſu-
per qua quis fortè turbatur per vicinum,
liceat invadere ac detinere, tam ipſum ad-
verſarium, quàm etiam res, jumenta, item
homines ejusdem, *de quo habetur clarus tex-*
tus in ord. Cameræ Imperialis conſt. 22. parte 2.
ſub tit. Von Pfendungen. *Et quid requira-*
tur ad hoc, ut valeant pignorationes in Imperio,
videatur Gailius latè obſer. 3 num. 5. & ſeqq. de
pignorat. Quia verò, prout ſuperiùs tactum 290
fuit, pignorationes ſapiunt quandam ſpe-
ciem, violentiæ publicæ, vel ſaltem pri-
vatæ. *auth ut non fiant pignor in princ & ibi-*
dem gloſſ. 1. l. extat. [illegible] *quod metus cauſa. cum*
aliis juribus paulò antè adductis. & facile ſedi-
tionis occaſionem, in primis inter ma-
gnos proceres, movere poſſunt, quam ta-
men amputari convenit, *argumento l ſi cu-*
jus. 13 §. æquiſſimum de uſufr. & l. non est ſin-
gulis. 177. de reg juris. tùm etiam quòd ſæ- 291
pè pignorantur res & homines, qui no-
biſcùm planè nullam controverſiam ha-
bent, atque ita innocenter ipſi pro aliis
opprimuntur & gravantur, contra jus non
tam civile, quàm etiam naturæ. *l. 1. C. ut*
uxor pro mari o. & è contrà juncto c. 1. extra de
injuriis & dam. dato in 6 ideo pignoratus,
ad ipſius preces, Cameræ inſinuatas, faci-
le impetrat mandatum de relaxandis ca-
ptivis, & reſtituendis pignoribus, etiam
pœnale, ac ſine clauſula juſtificatoria, *de*
quo ſupra num. 284. quo caſu pignorans, ſub 292
pœna ibidem expreſſa, tenetur, absq; mo-
ra, & contradictione, infra tempus in
mandato præfixum, captivos, item pigno-
ra dimittere, recepta tamen priùs à pigno-
ratis uſitata cautione, de reſtituendo vel
reponendo ſe, vel pignora, in priorem
cauſam, ſi pro pignorante fuerit ſententia
lata, & hujus ſuæ paritionis debet pigno-
rator fidem facere ſuperiori, in termino
ipſi præfixo. Ac, quia proceſſus ex conſti- 293
tutione pignorationis in Camera biparti-
tus eſt, puta mandati, & citationis, *ſecun-*
dùm Gailium obſer. 13. in princ. de pignorat.
non ſufficit, in termino aſſignato docu-
mentum paritionis edere, ſed etiam, in
puncto citationis, articulatas cauſas exhi-
bere, & deducere debet, quòd jus pigno-
randi eo in loco ſemper pignoratori com-
petiverit, illudque ibi exercuerit. *Gailius*
ubi ſuprà obſer. 21 num. 6. è quibus articulis,
negatos per adverſarium ipſe docere, &
ſic probare debet de jure ſuæ poſſeſſionis,
vel quaſi, quam in loco factæ pignoratio-
nis prætendit habere, & in qua ſe dicit
turbatum per adverſarium, ita, ut talis
moleſtationis ratione, pro conſervanda
ſua poſſeſſione vel quaſi, devenerit ad pi-

gnorationem rerum, vel hominum con-
tradictoris, quo probato, reus non tan-
tùm abſolvetur ab impetitione actoris,
qui mandatum de relaxatione pignorum
impetravit, ſed & adjudicabuntur ei pi-
gnora, ut denuò reſtituantur pignoranti,
in eandem cauſam, ſicut priùs, tàm diu,
donec ipſi ſatisfiat de omni intereſſe, &
expenſis, ſalvo tamen partibus principa-
libus jure petitorii, coram competenti
judice proponendi. *Conſt.* 22. Vnnd im
Fall ſich erfünde *juncto verſ.* So ſollen jhnen
die Pfandung. *& notat Gailius in tract. pignor.*
294 *obſervat. 23. in print.* Econtra verò, ſi pi-
gnorans de poſſeſſione ſua, vel quaſi juris
prætenſi nihil probet, forma pronuncian-
di eadem, prout in interdictu retinendæ,
obſervatur, puta, quòd ſubditi relaxati
non teneantur ſe iterum repræſentare co-
ram pignoratore, item, quòd pignora re-
laxata non veniant reſtituenda in prio-
rem cauſam, ſed quòd nullatenùs licuerit
pignoratori, dictam pignorationem ex-
ercere, & adverſarium in jure ſuæ poſſeſ-
ſionis, vel quaſi turbare, ideoque in poſte-
rum ab inquietatione ulteriore abſtine-
re, eoque nomine actori idoneè cavere
teneatur. *Gailius d. obſer. 23 num. 1, & 2. per
l. unicam C. uti poſſid. ita poſſid. Bar. in l. 1. §. in-
terdictum. num. 5. & 10 ff. eo. Abbas in c. licet
cauſam. num. 35. & ſeqq. extra de proba. Schurf-
fius conſ. 77. num. 1. centur. 1. Papienſis in forma
libelli pro turbatione poſſeſſionis. verb. ad ceſſan-
dum. num. 1. Angelus de Aretio in §. quadrupli.
num. 48. & 52. Inſtit. de actio. Rebuffus ad
conſtit. reg. tomo 3. de materia poſſ. art. 1. gloſſ.
1. nu. 15. Menoch. in tract. retinendæ poſſeſſionis
remed. 3. num. 455. & 456* Licet a. ſpeciale ſit
295 in immediatis ſubditis imperii Romani,
quod pignorationibus, pro tuitione poſ-
ſeſſionis, vel quaſi, uti poſſunt: tamen in
terris Saxoniæ, maximè verò inter vici-
nos Nobiles, orta fortè controverſia de
finibus juriſdictionis cujusque, longo uſu
idem invaluiſſe notum facit experientia,
ita, ut quilibet, pro conſervatione præ-
tenſæ poſſeſſionis, vel quaſi ſui territorii,
pignurent invicem alterius oves, boves,
equos, item homines. De quo minùs mi-
randum, ex quo aliàs Saxo valdè largus eſt
in concedendis pignorationib. pro plurib.
caſib. quos deinceps quilibet, etiam priva-
tus accommodando ad ſuam cauſam, &
pro arbitrio ſui capitis interpretando, tra-
hit & extendit ultrà quàm par eſt. Quod ſi
fiat, idem planè proceſſus, ſicut in Came-
ra, obſervandus eſt, ſicut id ſæpiùs in judi-
cio curiali Ducum Saxoniæ per Thurin-
giam, practicatum fuit.

Differt autem hoc genus manus in-
jectionis, quam pignorationem vocant, à
remedio ſequeſtrationis, item, retentionis
privatæ, præcedente, non tàm cauſa ma-
teriali, & efficiente, quàm etiam formali,
& finali. Quòd enim ad materiam attinet, 296
objectum ſequeſtrationis, item detentio-
nis privatæ, circa quod verſatur, regula-
riter eſt debitum, in quo mihi tenetur re-
us. *l. un. C. de probib. pecun. ſequeſtr. l. nimis pro-
perè. 1. & l. 2. C. de execut. rei judic.* vel res,
quam vindico, & cujus poſſeſſionem mi-
hi præter jus auferri, vel turbari præten-
do per adverſarium. *l. in rem actio. 23. juncta.
l. officium 9. de rei vindic. l. 1. §. fin. l. 2. & 3 ff. ſi
ager vectiga'. l. 1. de ſuperfic.* Quoniam, ſicut
illo caſu proditæ ſunt actiones in rem,
quando rem corporalem alius poſſidet,
quam ego meam eſſe intendo. *§. omnium.
verſ. quo caſu proditæ. Inſtit. de action.* ac, ſi ſub-
ſit legitima cauſa, ſive dilapidationis, ſive
ſuſpicionis fugæ, quare moratorias amba-
ges judiciorum ſubire recuſo, rectè peto
res controverſas ſequeſtrari, *c. 1. 2. & 3. ex-
tra de ſequeſtr. poſſ. & fruct.* ſic econtrà in, 297
pignoratione ordo hic quaſi per totum in-
vertitur, & is pignorat, qui poſſidet, aut
ſaltem poſſidere ſe jactat. *arg. §. æquè verſ.
nam in his is, qui agit Inſtit. de action.* ſiqui-
dem pignoratio, de qua in propoſito tra-
ctatur, verſatur tantùm circa rerum in-
corporalium, vel jurium poſſeſſionem, vel
quaſi, quam aſſero apud me exiſtere, ideo-
que me, tanquam injuſtè turbatum per vi-
cinum, intendo propria authoritate, per
hoc remedium pignorationis, in mea poſ-
ſeſſione vel quaſi tueri. *d. ordinat. Cameræ
imper. 22. par. 2. & Gailius obſer. 1. num. 2. & 3.
libro 2. de quo videantur, quæ in 3. Capite huius
libr. num. 64 & 89. cum ſequentibus, de pigno-
ratione, quæ de jure Saxonico permittitur, exi-
gemus latiùs.* Efficiens cauſa ſequeſtratio- 298
nis, item detentionis privatæ, eſt jus com-
mune ſcriptum. *l. ſi fidejuſ. 7. §. fin ff qui ſatisd.
cog. ac notatur in c. 1. 2. & 3. extr. de ſequeſtr. poſſ.
cum l. unica. C. de probib. pecun. ſequeſtr.* econ-
trà in propoſito, pignorationis efficiens
cauſa eſt, jus conſuetudinarium, item, ſta-
tutarium imperii de pignorationibus, re-
ſtrictum tamen, de communi conſenſu
ordinum

Google

ordinum regni, ad certas leges. *d. ordin. 22,*
299 *parte 2. & infra cap. 3. num. 64. cum ſeqq.* For-
ma etiam differunt, quia ſuper ſequeſtra-
tione neceſſaria regulariter aditur judex,
&, ejus miniſterio mediante, petitur, ac
fit manus injectio, in res, vel in perſonam
adverſarii: *Curt. de ſequeſtr. in princ. num 23.*
& 48. ſuper pignoratione verò non re-
quiritur additio judicis, ſed is, qui exiſti-
mat, ſe turbari, propria authoritate inva-
dit & detinet, ſeu pignorat homines, aut
res adverſarii, qui ipſum quoquo modo
in ſua prætenſa poſſeſſione moleſtat, *dict.*
300 *ordination. 22. de pignorat.* Licet autem de-
tentionis privatæ, quam retentionem ap-
pellant, remedium, circa hoc coincidat
cum pignoratione, quòd liceat ſiſtere res
adverſarii propria authotitate; tamen in
alio diſcrepat, quòd retinens præſupponi-
tur habere jus tacitæ cujusdam hypothe-
cæ, vel ſaltem poſſeſſionis, ex cauſis à le-
ge permiſſis; in rebus debitoris, cujus ra-
tione retentione utitur. *l. utiq. 34. ff. de*
damn. infect & l. un. C. etiam ob chirograph.
pec. pignus ret. poſſe. ac ſuperius, circa ma-
teriam retentionis, dictum fuit ea de re
fuſiùs, *num. 214. cum ſeqq.* quod non eſt in
301 pignoratione. Differunt forma etiam in
alio, quòd ſequeſtrario, item retentio, in
caſibus permiſſis, regulariter & indiſtin-
ctè quibuslibet conceduntur, cujuſcunq;
conditionis & jurisdictionis hominibus,
& contra quemlibet ubique locorum, *c. 1.*
2. & 3. extra de ſequeſtr. poſſ. & fruct. & ſuprà
de retentione, à n. 214. uſq; ad num. 257. Pi-
gnoratio autem, qua de in propoſito tra-
ctatur, non cuilibet in foro imperii per-
mittitur, ſed tantùm iis, & contra eos, qui
ambo immediatè recognoſcunt jurisdi-
ctionem imperii Romani. *d. ordin. 22. de*
pignor. in princ. ibi: In ſolchem Falle / da ei-
ner / der dem Reiche ohne mittel vnterworf-
fen / einem andern / der dem Reiche gleicher
geſtalt vnterworffen / pfenden oder fahen würe-
de. *de quo plenè videatur Gail. in ſuo tract. de*
pignorat. obſervat. 15. Sicut & de pignora-
tione juris Saxonici ſentiendum eſt, eam
non eſſe generalem, ſed tantùm certis in
caſibus, ſtatuto vel conſuetudine com-
prehenſis permitti, in cæteris verò non
expreſſis ſtatur diſpoſitioni juris commu-
nis, *l. ſi extraneus. 6. Vbi Bar. ff. de condict. cauſ.*
302 *data l. præcipimus. 32. C. de appella.* Effectu
etiam differunt, quia rei ſequeſtratæ ſal-
tem tenuta & cuſtodia penes judicem,
item ſequeſtrum eſt. *l. ii penes quem 6. C. de-*
poſiti. l. ii apud quem. 5. §. 1. & 2 ff. eo. l. inter-
eſſe. 39. in fine. de acquir. poſſeſſ. & videantur
quæ paulò antè n. 62, 63. cum ſeqq. latiùs fue-
runt tradita. In pignoratione verò tranſit
detentio & cuſtodia rei in ipſum pigno-
rantem. *d. conſt. 22. in pr. verb.* Do einer durch
ſich ſelbſt oder durch die ſeinen. *& in fine verſ.*
So ſollen die Pfender die Pfandungen, & in
hoc concordat cum remedio executivo
retentionis privatæ. Ex quibus omnibus
patet, extra caſum illum ſpecialem, qui
deſcribitur in dicta ordinatione imperii
de pignorantibus nulli liberum eſſe in to-
to imperio, privata authoritate pignora-
re, vel quoquo modo detinere debitorem,
aut adverſarium, ſed debet ipſum eo no-
mine convenire coram judice ordinario,
domicilii videlicet, *l. 2. C. de jurisd. om. jud.*
& c. cum generaliter. extra de foro compet. vel
coram judice rerum, in quarum quaſi poſ-
ſeſſione contigit turbatio. *l. un. C. ubi in rem*
actio. niſi lex provincialis, aut municipalis
alicujus loci hoc ſpecialiter permittat,
prout in ſequenti capite de pignorationi-
bus, introductis ex vi juris Saxonici, la-
tiùs patebit.

Septimo loco in hanc aciem parata- 303
rum executionum excurrit etiam illa ſpe- *Repraſa-*
cies manus injectionis, quam repræſalias *lia.*
vocamus, quo præſidio mediante, credi-
tor detinet res, aut homines ejus loci vel
territorii, in quo ipſi fuit denegata juſti-
tiæ exhibitio, non obſtante, quòd ipſi cum
creditore nihil vel contraxerunt, vel ad-
verſus eum deliquerunt. *Bart. in tract. re-*
præſaliarum. num. 1. Dictæ forſan à repræ- 304
ſentatione aliorum, quòd videlicet de-
tenti repræſentent perſonas eorum, qui
petitori jus, & juſtitiam denegarunt, jux-
ta illud Poetæ:

Vnius ob noxam & furias: & alibi
Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi.

Conceduntur autem regulariter 305
ab eo, qui non recognoſcit ſuperiorem,
Laudenſis de repræſaliis. num. 8. cùm inſtar ju-
ſti belli ſint, quod ab alio, quàm Impera-
tore, indici non poteſt. *l. hoſtes. 24. ibidemq;*
Bar. ff. de captivis & poſtlim. reverſ. Cumque
& legibus, & naturali æquitati ſit contra- 306
rium, alium pro alio prægravari. *c. 1. extra*
de injur. & dam. dat. in 6. l. non debet alteri per
alterum iniqua conditio inferri. 74. ff. de reg.
jur. l. ſi quis in ſuo. 33. §. fin. ibi: iniquum ju-
dicamus, ut alieno odio alius prægravetur. C. de
inoff. teſta. auth habita. ibi: ex perverſa conſue-
tudine. C. ne filius pro patre. l. 1. C. ut nullus ex

 vicar.

Digitized by Google

vicar. pro alien. debito ten lic. 11. *authen. ut non*
fiant pignora. pro aliis perſonis. §. 1. *colla.* 5. &
aliàs dicitur: quòd pœnæ ſuos debeant
perſequi authores, *l. ſancimus.* 22. *C. de pœ-*
nis. & ulteriùs non progredi. *l. ſi pœna,* 20.
& l. crimen. 26 *ff. eod. l.* 3. *ſ. quod pater, de*
mun. & honor. & l. generali. 34. §. *fin. de ritu*
307 *nupt.* ideò non paſſim vel generaliter ſunt
concedendæ, ſed præcedente demum ju-
ſta & legitima cauſa, *per ea, quæ tradit Bar-*
tolus in auth. ut non fiant pignor. num. 1. & 2.
Juſtam autem cauſam cenſent communi-
ter eam eſſe, quando creditori, ad cre-
bram ipſius requiſitionem, pro juris & ju-
ſtitiæ adminiſtratione adverſus debito-
rem, judex loci denegat juſtitiam, ac de-
negans non habet ſuperiorem, ad quem
pateat regreſſus petitori. *Godenus conſ.* 5. *de*
jure civitat. aliàs eſt conſ. 34. *per ſ.* 1. *auth. ut*
308 *differ. jud. colla.* 9. Habet autem tunc de-
mum locum repræſaliarum conceſſio,
quando creditor probat de duobus, puta,
quòd & judicem rei, ſuper facienda juſti-
tia, requiſiverit, &, quòd requiſitus eam
petenti denegaverit, *argumento quod tradit*
Henricus Boverius in ſuis ſingularibus. verb. præ-
ſumptio. num. 8. *in fine. ff. de dam. infec. per l.* 2.
C. de offic. civil. jud. & l. 1. *C. de ſuſceptor. &*
arcariis. lib. 10. *Ferrarienſ. in forma libelli rei*
vindicationis, verb. jure dominii num. 20. *&*
ſeqq. ac ſequitur VVeſenbecius d. conſ. 46. *num.*
20. & 21. Et de his requiſitis debet credi-
tor fidem facere per inſtrumentum publi-
cum, neque ſufficeret juramentum partis
aſſeverantis, ſe non ſperare conſequi juſti-
tiam. *Gailius obſer.* 28. *num.* 3. & 4. *lib.* 1. *poſt*
Felinum in c. accedens. 2 *num.* 13. *extra ut lite*
non conteſt. quibus de requiſitis ſi doceat
309 petitor, tunc, ſecundùm omnes, & omni
jure, tàm divino, quàm naturali, item ca-
nonico, & civili, ac præterea conſuetudi-
nario, locus eſt repræſaliis. *Iacobus de Cani-*
bus in tract. repræſal. num. 4. *ubi addit: hanc*
ſententiam communem eſſe Legiſtarum & Ca-
noniſtarum Jure ſiquidem divino, propter
injuſtitiam Domini Deus auferet regnum,
& dabit genti, facienti juſtitiam. *Eſaiæ* 10.
in princip. & Matth. 21. *quod dictum reperitur*
canonizatum in c. ſi de rebus. §. *aufertur. & in*
fine. 23. *q.* 7. ſed judex, qui recuſat judica-
re creditori, in adminiſtranda juſtitia ceſ-
ſator eſt, nimirum, ſi illa juriſdictio, vel
poteſtas judicandi devolvitur ad alium
magiſtratum, qui juſtitiam exhibeat. *Ia-*
cobus de Can. ubi ſuprà num. 14. Idem pro-
310 batur & jure naturæ, vel gentium, cùm
jus naturæ naturali ratione induxerit bel-
la, ad eum finem, ut & pax habeatur, &
quilibet ſe ſuaque tueatur. §. *jus autem gen-*
tium. verſ. bella etenim orta ſunt. & ibi Sylveſt.
Aldobran. ſuper gl. verbi bella. Inſtit. de jure na-
tural. gent. & civil. c. jus militare. c. noli exi-
ſtimare. c. apud viros. 23. *q.* 1. in bello autem
diſtringuntur tàm res, quàm homines. *c.*
hoc jure. diſt. 1. *c. dicat.* 24. *q.* 5. *l. naturalem* 5.
§. *item ea quæ* 7. *ff. de acquir. dom. l. hoſtes* 24.
& ibi Bart. de capt. & poſtlim. reverſ. Jus et-
iam canonicum his non adverſatur, quòd 311
pro delicto ſuperioris, ſive ſecularis, ſive
eccleſiaſtici, à divinis officiis, item ab in-
greſſu Eccleſiæ, & uſu Sacramentorum
excludit non tantùm ipſum delinquen-
tem, vel rebellem, ſed etiam totam ipſius
terram ac homines, qui ad ejus juriſdicti-
onem quoquo modo pertinere digno-
ſcuntur. *c. non eſt. extra de ſponſal. & c. ſanè.*
extra de offic. deleg. c. ſi ſententia. §. *cæterum, ſi*
propter delictum domini, & ibi gloſſ. verb. inter-
dict. de ſent. excom. in 6. *c. in ſumma.* 1. *q.* 4. *c.*
in ſumma. 24. *quæſt.* 3. & comprobatur au- 312
thoritate divi Auguſtini, qui cenſet, to-
tam civitatem, vel gentem plectendam
eſſe, quæ vindicare, quod à ſuis improbè
factum eſt, vel reddere, quod per injuri-
am ablatum fuerit, neglexit. *Auguſtinus in*
lib. quæſt. cujus dictum legitur canonizatum in
c. dominus noſter verſ. ſic gens & civitas. 23. *q.* 2.
De jure verò civili quid notius eſt, quam 313
quod in caſibus, ubi judicis, copia non po-
teſt haberi, nobis ipſi jus dicere poſſimus?
l. generali. 54. *C. de curion. lib.* 10. *l. ait prætor.*
10. *ſ. ſi quis debitorem. ff. de his quæ in fraud.*
cred. & l. nullus 14. *à contrario ſenſu. C. de Iu-*
dæis. l. creditores. 3 *ubi Bartol. Salic. & al. i C. de*
pignor. l. ne quid 7 *ff. de incend. ruin. naufr. l. ſi a-*
lius 7. *ſ. belliſſimè.* 3. *quod vi aut clam.* Etſi ve-
rò, quia repræſaliæ conceduntur, non per 314
judicem partis reæ, ſed per magiſtratum
creditoris, cui alibi denegata fuit juſtitia,
videbatur dicendum, judicem actoris, vel
creditoris non eſſe competentem, *per l. ju-*
ris ordinem. 2. *C. de juriſdict. om. jud. juncta. l. à*
Divo Pio. 15. §. *ſententiam Romæ dictam.* 1 *ff. de*
re judic. & ſic non poſſe repræſalias, quæ
ſunt ſpecies quædam executionis, adver-
ſus homines alterius diſtrictus, vel terri-
torii, qui in ipſius provincia neque con-
traxerunt, neque deliquerunt, concede-
re. *c. ut animarum. extra de conſtit. in* 6. *c. no-*
vit. de off. c. del. c. novit ille. de jud. & l fin. ff. de
jurid. om. jud. tamen reſpondent, hoc eſſe
ſpeciale,

ſpeciale, propter non exhibitam juſtitiam creditori, vel actori. *Bal. in auth. ſed omninò. num.1.verſ ex iſtis apparet vera concluſio.C. ne uxor pro marit.* quia poteſtas, permittens repræſalias, ſuccedit in locum judicis competentis, juſtitiam non exhibentis, *Bart.de repræſal. quæſt. 2.num.* 4. un-
315 de eſt, quod volunt canones, in defectum juſtitiæ ſecularis, cauſam devolvi ad ſummum Pontificem. *c. cæterum. de judic. c. ex transmiſſa.in fi. de foro. compet. & clem. paſtoralis. de re. judic.* Jure verò conſuetudinario, ac de communi obſervantia, iſtud uſitatum eſſe, quòd in caſu non impetratæ à ſuperiore, contra debitorem noſtrum, juſtitiæ, liceat detinere res, vel homines, teſtis eſt Jacobus de Canibus poſt alios
316 *in d. tracta.repræſal. num.* 17. Et, quia ſupra tactum fuit, tunc demum repræſaliis locum eſſe, quando denegans juſtitiam non habet ſuperiorem, ad quem pateat regreſſus, infertur, repræſalias in ImperioRom. contra civem Romanum, aut ſubditum Imperii, ex capite denegatæ juſtitiæ locum non habere; cùm enim omnes Principes Imperii recognoſcant Imperatorem, tanquam ſummum monarcham, pro ſuo capite. *l. benè à zenone. 3.C.de [illegible]dr. præſcrip. l.deprecatio.9.ff.ad l. Rhodiam de jactu.* & facit aurea bulla, ut vocant, Imperii, ex cujus diſpoſitione conſtat, nemi-
nem eſſe ἀκέφαλον, *c. cùm non liceat. extra de*
317 *præſcript.* conſequens eſt, ſi quis creditor in Imperio, degens ſub Principe, vel Comite, ab alterius Principis ſubdito, itidem in Imperio, debitum ſuum conſequi nequeat, ſuperiore videlicet rei recuſante creditori juſtitiam exhibere, quòd eidem, per ſuum ſuperiorem, non ſtatim debeant communicari repræſaliæ, adverſus alterius Principis ſubditos, ex quo tunc petitor alio modo jus ſuum conſequi poteſt, devolvendo ſcilicet cauſam, ratione denegatæ juſtitiæ, ad Imperatorem, vel Cameram Imperialem, *per ea, quæ habentur in ordinatio Cameræ Imperialis. parte 2 tit. 1. §. f. eadem parte 2 tit. 26. per totum.* Ex quo itaque per ordinarium remedium, tutus eſſe creditor poteſt, non debet confugere ad extraordinarium, *l. in cauſæ 2. ff. de minor. l. in provinciali. 3. §. 1. de nov op. nunc.* Idque
318 meritò extenditur ad quoscunque ſtatus Imperii Rom. etiam Electores, quantumvis enim hi aliàs de omnibus juribus Imperialibus, & Regaliorum infeudati ſunt, & in ſuis provinciis eadem jura exercent, quæ Imperator in toto Imperio, *l. 2.C. de offic. præfecti prætor*: tamen ligantur illa conſtitutione Imperiali, tanquam proprio & communi omnium ordinum placito, ut ei deinceps contravenire non poſſint. *l.digna vox. 4. l. 1. C. de ll. cum ſimilibus. licet in hoc ultimo VVeſenbecius conſilio 49. num. 2. 3. 4. 5. ſicut & 17. 18. & 19. videatur con-*
trarium innuere, ſub dubio tamen. Ad hoc au- 319
tem, ut iſto caſu fundetur juriſdictio Cameræ, ex capite denegatæ juſtitiæ, requiritur, *ut & ſuprà num. 310. tactum fuit*, fidem fieri ſupremo tribunali per inſtrumentum publicum, de facta debita requiſitione ſuperioris, & ſubſecuta denegatione juſtitiæ. *d ord. 26.* cùm regulariter in
judice non præſumatur negligentia, niſi 320
probata ſit legitima ipſius requiſitio. *Gailius in ſuis obſer.pract. obſer.28. num. 1,3 & 4. lib.1.per l. 2. C. de offic. civil judic. l. 1. C. de ſuſcept. & arcariis lib. 10. c. cauſam quæ. extra de ſentent. & re jud. c.in præſentia. de renunciat. c. in noſtra, de teſtib.* Et ſic in eo ſatis quidem pœnæ patitur Princeps, aut alius ſtatus Imperii, propter denegationem juſtitiæ, quòd juriſdictionem in ſubditum, quo ad illam cauſam, & pro illa vice, amittit, ac ſuperior deinceps de ea cognoſcit & judicat, *d. tit.26.* [*tex not.in l. ſit tibi igitur. Auth. de mand. princ. & in § ſtatuimus, Auth. de ſtatut. & conſuet. tex. in Auth. 14. differ. jud. §. ſi quis verè cum §. ſeq.*] quamvis de jure civili licitum ſit iſto caſu, etiam aliter punire inferiorem, qui, interpellatus pro facienda juſtitia, non judicaverit, quæ in dubitationem venerunt. *§. ſi verò etiam ſanctiſſimo auth.ut differ. judic.collat. 9. ac ſac. auth. ſtatuimus. ubi not. Bart. & alii Dd. C. de epiſc. & cler. nec non Bart. in l. de pupillo, 5. §. ſi prætori. 7.num.5. & ibi Alex 2 ff de op.*
nov. nunciat. Unde & Gailius, exactiſſimus 321
obſervator communis practicæ per Imperium Romanum, refert, Imperatoribus Romanis in uſu non eſſe, concedere repræſalias, etiam in caſu denegatæ juſtitiæ, vel quamcunque aliam ob cauſam, quantumvis crebrò meminerit, iſtud petitum fuiſſe. *Gailius de pignorat. obſer. 2. num. 3. lib. 1.* plùs dicit, quòd viderit, totum contrarium practicari, & in caſu repræſaliarum, quoquo modo per Principes conceſſarum adverſus civitates vel alios ſtatus Imperii, ad ipſorum inſtantiam, indulſiſſe adverſus repræſalias, absque omni cauſæ cogni-

tione,

tione, generale iſtud privilegium, ne re-
præſaliati, eorumve homines, à quoquam
per Imperium, diſtringerentur, aut detine
rérur. *Gail. d. obſer. 2. nu. 3. & 4.* idq; propter
pacem publicam, in Imperio conſervan-
dam, ne tumultus & bella excitentur. Et-
322 iamſi verò Gailius in præcitato loco vide-
atur reſtringere ſuum dictum ad tuitio-
nem ſolorum ordinum aut ſtatuum im-
perii, ne illi prægraventur quoquo modo
repræſaliis, & per conſequens, ſi quis ex
Anglia, Gallia, Pannonia, Arteſia, Hiſpa-
nia, vel aliis locis, non recognoſcentibus
Imperium Romanum, debitor Titii exi-
ſteret, & ad ipſius requiſitionem, per ſu-
periorem rei denegaretur petitori juſtitia,
juſta videatur ſubeſſe cauſa impetrandi,
vel à Cæſare, per omnes Imperii provin-
cias, vel à Principe aliquo particulari, in
loco ſuæ jurisdict. repræſalias adverſus
ſubditos alterius provinciæ, vel regni, in
quo eidem fuit juſtitia denegata, ſecun-
dùm communem opinionem Dd. *Iac. de
Canibus num. 14. & Laudenſis in tract. repræ-*
323 *ſal. num.* 4. quia tamen ratio denegandi re-
præſalias, quæ eſt, ne pax publica in Im-
perio turbetur, eadem militat in extrane-
is & forenſibus, per Imperium & Imperii
ſubditos repræſaliatis, ne videlicet vicini
reges, ob injuriam ſuis illatam, ſubditos
Imperii in ſuis regnis viciſſim diſtringant,
donec tandem ad diffœdationes proceda-
tur, & inde bellum oriatur, quod eſt com-
munis pernicies reipub. vix eſt, ut exiſti-
mem, etiam contra forenſes impetrari
poſſe ab Imperatore repræſalias; ſicut &
nolim alicui inferiori author eſſe, ut in
ſua ditione eas concedat, in injuriam com-
munis patriæ, cùm magis debeat haberi
reſpectus ad tranquillitatem publicam,
quæ ſuam, & quidem immenſam utilita-
tem adfert, non tantùm in communi, ſed
etiam in quolibet particulari, quàm ad
privati alicujus privatum, & quidem exi-
guum commodum, quòd civi Romano
fortè decedit, ex denegata ipſi per vici-
num regem juſtitia, *argumento ejus, quod ſi
ſcriptum reliqui Bar. in l. 1. num. 25. ff. ſoluto
matrimo. ubi & alii Dd. ſequuntur.* Quæ ſen-
324 tentia etiam ex aliis fundamentis ſuſtineri
poteſt, ex quo repræſaliæ juri divino vi-
dentur obviare, cum ſcriptum ſit: anima
quæ peccavit, ipſa morietur, &, filius non
portabit iniquitatem patris. *Eze. 18.* Quod
autem ſuprà de ablatione regni, propter
denegationem juſtitiæ, *ex Eſa. c. 10.* addu-
ctum eſt, habet locum in mutatione Im-
periorum, quam ex ſingulari providentia
facit Dominus Deus, tùm ob peccata po-
puli, tùm etiam propter tyrannidem & in-
juſtitiam gubernatorum, maximè autem
propter contemptum ſui verbi, & mini-
ſterii, cùm ejus ſit deſtruere, cujus eſt con-
ſtruere. *l. fin. C. de ll.* eique conveniat humi-
liare, & è faſtigio dejicere, qui Principes
exaltavit, *Eſa. d. cap. 10. juxta illud: Depoſuit
potentes de ſede. item: Per me reges regnant.* Sic 325
Matthæi 21. loquitur Chriſtus de regno
Dei, quod auferetur à Judæis, & dabitur
genti facienti fructus. *d. c. ſi de reb. in ſi. 23. q.*
7. non autem ſequitur, quòd in caſu dene-
gatæ juſtitiæ, alius, qui non eſt judex, ſibi
ſumat partes judicandi, propria authori-
tate, contra alium, non ſubditum ipſius
jurisdictioni. *l. non eſt ſingulis. 176. de reg.
jur.* cùm Princeps, concedens repræſalias
adverſus homines regis, ſit quaſi privatus,
cui in ſuperiorem, vel etiam in parem, nul-
lum competit imperium. *l. nam magiſtra-
tus. 4. ff. de arbit. l. ille à quo 13. §. tempeſtivum.
4. ad S.C. Trebell. l. præcipimus. 32. §. penult. C.
de appellat. ac facit l. digna vox. 4. in fi. & ibi
not. gloſſa. C. de ll.* Deinde adverſatur re- 326
præſaliarum jus etiam juri gentium & na-
tur[illegible] *C. ne uxor pro marito. C. ne filius pro pa-
tre. c. 1. extra de injur. & damno dato. in 6.* cùm
dictamini rectæ rationis planè abſonum,
& inconveniens ſit, alium quidem delin-
quere, ſed alium pro ipſo plecti. *d. c. 1.* ac
unuſquiſque ſuo admiſſo ſorti ſit objici-
endus, nec alterius criminis reus conſti-
tuendus. *c. judices. c. jam itaq; 1. q. 4.* adeò, ut
longè ſatiùs ſit, nocentem abſolvere,
quàm innocentem condemnare. *l. abſen-
tem. 5. ff. de pœnis.* Accedit & illud, quòd
per repræſalias Imperator conſtituitur ju-
dex in re quaſi propria, qui à ſubditis de-
negantis juſtitiam, ſemel repræſaliatis ex-
torquebit, quantùm vult, ac ita plùs æquo
& juſto, pro ſuo arbitrio exiget, qui ta-
men in proſecutione ſui juris amplius non
erat habiturus, quàm quantum ſibi debe-
batur in ſorte principali, vel ratione mo-
ræ, quod eſt contra textus. *§. ſequens Inſtit.
de action.* & contra jus naturæ, volens, quòd
nemo cum alterius jactura locupletetur. *c.
locupletari. extra de reg. jur. in 6. & videantur,
quæ paulò poſt ſubjiciam in capite ſequenti num.
816.* Nec obſtat quod allegabatur, bella eſ- 327
ſe inventum juris gentium, item juris na-
turæ. *d. §. ex hoc jure. Inſtit. de jure nat. gen.
& civil* quia loquitur contrarium de bello,
ſuſcepta ex publica neceſſitate, ad propul-
ſandam videlicet injuriam vicinæ gentis,
maximè

Digitized by Google

maximè Sarracenicæ, & alienæ à noſtra re-
ligione & Chriſtianitate, quę Imperio Ro-
mano ſuos nervos & vires ſubtrahit, *ſecun-
dum Bart. l. hoſtes. 24. num. 14. ff. de captiv. &
poſtlim revers & facit c. juſta bella. 23. q 2.* Sec9
eſt in injuria alicui privato illata, pro ea n.
totæ gentes ad arma concitari non de-
bent, cùm ex parva ſæpè ſcintilla magnum
oriatur incendium, *arg. l. qui occidit. 30. §. 1.
ff. ad l. Aquiliam. c. ſi ingreſſus. extr. de damn. dat.*
328 Ideò judex debet diſcretus eſſe, ne occaſio-
ne cujuſcunq; etiam exiguæ litis, facilè pa-
tiatur turbare ſtatum & tranquillitatem
reipub. *arg. l. ſi quis ingenuum 21 §. in civilibus
diſſenſionibus. 1. de capt. & poſtlim reverſ. l. 1. §.
quies. 12. de offic præſ. urbis. l. congruit. 13. de offic.
præſ. & not. Bart. in l. amb. 4. nu. 18. de dec. ab ord
fac.* & prudenter ſcriptum reliquit Ovidi9:

Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Cùm mala per longas invaluere moras.

329 De jure quoq; canonico repræſalias ex
genere prohibitorum eſſe, non tantùm
docet jus *c. 1. extra de injuriis. in. 6. ſed & c. in-
novamus. extra de treuga & pace.* quod omni-
bus itinerantibus, ſive tranſeuntibus, ſive
redeuntibus congruum ſalvum condu-
ctum tribuit, qui violatur per repræſalias,
ex quarum vi innoxiis tranſitus denega-
tur. *c. notandum eſt. 23. q. 2.* ubi tamen nemo
prohibendus eſt, etiam extraneus, via pu-
blica uti. *l. per argum. 11 §. fin. C. de ſervit. & a-
quæduct. l. in ſumma. 2 § idem Varus. ff. de aqua
330 plu. arc.* Minus adverſatur *c. dominus noſter.
23. q. 2.* quia loquitur de bello juſto, & ex
juſta cauſa indicto, pro repetitione terra-
rum, ereptarum Romano Imperio, & ſic
ad puniendum latrocinia, & furta in pro-
vinciis Imperii commiſſa. *d. c. dominus. verſ.
cum autem juſtum bellum. ac facit præallega-
331 tum. c. juſta bella. eadem 23. q. 2.* Ad ca. non
eſt. de ſponſal. itidem patet ſolutio, quod
iſtud eſt ſpeciale, ut, mediante dicto præſi-
dio, vel fulmine excommunicationis,
conſulatur ſauciæ conſcientiæ ſuperioris,
quem admonebunt ſubditi, ne diutiùs il-
lud periculum animæ ſuſtineat, tàm in
ſeipſo, quàm etiam in perſonis ſubjecto-
rum, unde, extra illum caſum, repræſaliæ,
vel pignorationes intelliguntur eſſe pro-
hibitæ jure canonico, *argumento l. quod ve-
rò contra. 14. & l jus ſingulare. 16. ff. de ll.* De
332 jure verò civili minus eſt ambiguitatis,
quod vult, ſtratas publicas quibuslibet
tranſeuntibus eſſe ſecuras, maximè iis, qui
ſolvunt pedagium, *ſecundum Odofredum in
auth. habita. num 3. C. ne filius pro patre*, adeò,
ut de damno dato itinerantibus poteſtas
teneatur ad intereſſe, vel ad exhibitio-
nem malefactoris. *Bal. in c. 1. §. conventicu-
lam nu. 7. de pace juramento fir. c. licet cauſam.
nu. 12. extra de probat. Bal. in l. fin. nu. 1. C. de
captivis.* cùm ad ipſorum officium perti-
neat, habere milites ſtationarios, in pro-
vincia diſpoſitos, qui tueantur ſalutem &
quietem itinerantium. *Gail. in practicis ob-
ſer. obſer. 64 num. 1. & 2. lib. 2. & Hoſt. in ſum-
ma de cenſib. §. & quibus.* adeò, ut dicat Bal- 333
dus magnum verbum, quòd in materia re-
præſaliarum, cautela ſit pro itinerantib9,
ut ubique locorum diligenter ſolvant pe-
dagium, & teſtes ſecum ducant, qui hoc
viderint, tales enim non poterint capi pro
repræſaliis. *Bal ca. 1 num. 1. quæ ſint regalia in
uſibus. feudor.* per quaſdam authoritates,
quas non invenio in locis adductis, neq;
legi cautelam illam ab aliquo ex ſcriben-
tibus tactam aut approbatam fuiſſe. Neq;
repugnat, quòd adducebatur, in caſu non
habitæ copiæ judicis, aut denegatæ juſti- 334
tiæ, propriam ultionem creditori, circa
detentionem videlicet debitoris, conceſ-
ſam eſſe. *L. ait prætor. 10. § ſi debitorem. ff. de his
quæ in fraud. cred.* quia contrarium loqui-
tur in perſona debitoris, nobis obligati ex
contractu, vel quaſi, delicto vel quaſi, ſe-
cùs eſt, ſi nullum negotium nobiſcum cō-
traxit. *l. inter ſtipulantem. 83. & l. ſtipulatio iſta
habere licere. 38. §. alteri. 17. de verb. obl.* prout
ſunt homines, vel ſubditi ejus magiſtrat9,
qui creditori juſtitiam denegavit. Sed & 335
jure Saxonico iſtud eſt expeditum pro vi-
atoribus, quòd videlicet generaliter illi,
qui ſolvunt pedagia, debent eſſe ſub tute-
la, & protectione domini, qui vectigalia
recipit, adeoq;, ſi quid damni ipſis in via
publica contingit, dominus ad ejus æſti-
mationem tenetur. *Landrecht. lib. 2. art. 27. §
Weme er aber die Geleyte gibet: quod ſpeciale
eſt.* Etſi v. ſunt, qui tenent, idem etiam de 336
jure communi procedere, ut videl. domini
terrarum, qui à tranſeuntibus percipiunt
vectigalia, teneantur de robaria comiſſa in
ſuo territorio, ad emendandum & refun-
dendū damna ipſis deprædatis illata. *Bal. in
c. 1. §. marchio. nu. 5. qui feud. dare poſſ. & in c. 1.
§. conventiculā. nu. 7. de pac jura fir poſt Arch. in
c. ſi quis Romipetas. 24. q. 3. & idē Bald. in l ſi quis
non dicam rapere. 5. nu 6. C. de epiſc. & cler. quem
ſequitur Mart Laud. in tr. de pr. quæſt. 163. &
Odofred in auth. habit. nu. 3. C ne fili9 pro patre
Hoſt. in ſumma de cenſib §. ex quibus. Capolla de
ſervit. ruſt. præd. c. 3. nu. 32.* ramen alii iſtud
reſtringunt ad eum ſolum caſum, quando

colligens pedagium ſcivit robariam, &
potuit providere, vel prohibere, ſed non
providit, neque prohibuit. *iſtam limitatio-
nem tradit Bertachinus, in tractatu gabellarum.
q. 4. num. 14. poſt Florian. in l. 1. §. ſumma. ff.
de his qui dejec. vel effud. & in l. ſcientiam 5. in
princ. ad l. Aquil. Bar. in l. ne quid. num. 2. de
incend. rui. naufr. Abbas in c. 1. num. 8. de reſtit.
ſpol. & Iacob. de Belviſ. in §. quoniam verò. auth.
ut nulli jud. coll. 9 per l. 1 C. de falſa mon.* Se-
cus eſt, ſi non ſcivit de robaria, vel ſcivit
quidem, ſed prohibere non potuit, ut,
quia erat magnus numerus graſſatorum,
quibus dominus par eſſe, vel reſiſtere non
poterat, *argumento l. 1. §. is autem. ff ſi fam.*
337 *furt. feciſſe dicatur.* & hanc diſtinctionem
Bartoli communiter probari, refert Pa-
norm. *d. c. 1. num. 8. de reſtit. ſpoliat.* licet
prior opinio videatur æquior, cum eo no-
mine pedagia recipiant, ut ſecuras vias iti-
nerantibus præſtent. *Gailius d. obſer. 64 nu.
2. lib. 2 per l. 1. §. cura carnis. 11. ff. de offic. præ-
fecti urb. l. 3. & l. congruit 13. de offic. præſ.* &
338 tradit Gailius in principio, ubi ſupra, in
Camera ita judicatum fuiſſe contra epi-
ſcopum Herbipolenſem, quòd teneretur
damnum reſarcire deprædatis in ſua pro-
vincia, *Gail. d. obſer. 64 num. 1. 2. 3. 4. & 5.*
ubi etiam addit *num. 8.* damnum ipſum
non committi juramento damnificato-
rum, ſed plenè probandum eſſe: niſi fortè
extra viam regiam & conſuetam iter fe-
cerint, quo caſu dominus in nihilo tene-
retur deprædatis. *Gail. ubi ſuprà num. 11.
per l. 1. §. ſ. ubi Bar. num. 2. ff. de his qui dejecer.*

Etſi verò jura noſtra vocabulo pi-
339 gnorationis & repræſaliarum promiſcuè
utuntur, *auth ut non fi. pignorat. & c. 1. extra
de injur. & damno dato. in 6.* tamen, ſi peni-
tiùs introſpiciamus materiam, cujuſque
remedii, non exigua inter hæc duo eſt di-
verſitas. Primò enim differunt origine,
cùm pignorationes ſint inventum juris
conſuetudinarii, vel ſtatuarii alicujus loci,
& jure communi prohibeantur. *auth. ut
non fiant pignora. coll. 5.* repræſaliæ autem,
ſi credimus Bartolo & Dd. ſunt inventio
juris communis, per ea, quæ paulò antè
tradidimus in hoc capite, *num 303. & 304.
cum ſeqq.* Secundò differunt cauſa, cùm 340
pignoratio, de qua in præcedenti reme-
dio, cauſetur ex turbatione in ea re, vel
jure, cujus poſſeſſionem vel quaſi ad nos
pertinere aſſerimus. *d. ord. 22. Cameræ Im-
perialis*, von Pfandungen / *parte 2.* repræſa-
liæ autem oriuntur ex capite denegatæ ju- 341
ſtitiæ, contra homines illius Principis,
vel domini, qui nobis juſtitiam exhibere
recuſat. *Bart Mart. Laudenſ. Iacob. de Canib.
& alii in tract. repræſal. ac tradit Bald. in auth.
ſed omninò. C ne uxor. pro mar.* Tertiò diffe- 342
runt proceſſu, quia pignoratio fit propria
authoritate partis volentis tueri jus ſuum,
etiam non præcedente aliqua vel cogni-
tione, vel licentia judicis. *d. ord. Imp. Ca-
meræ 21. & 22. parte 2.* in repræſaliis au- 343
tem priùs aditur per creditorem judex, qui
cognito de cauſa ſaltem ſummariè, & in-
tellecta juſtitiæ denegatione, quæ ſubdi-
to ipſius fuit facta, concedit poteſtatem
detinendi. *Iacobus de Can. in tract. repræſal.
num. 14 Bar. de repræſ. q. 2. num. 1. & 3. per
auth. ut differ jud. in princ. coll. 9. & § ſit tibi
quoq. tertium. auth. de mandat. princ. coll. 2.*
Quartò differunt objectis, quia pignora-
tio concernit tantùm res, aut perſonam 344
ejus, qui nobiſcum contraxit, vel contra
nos deliquit. *c. lator. extra de pignorib. l. ob
æs. 12. C. de actio. & oblig.* Per repræſalias 345
autem detinentur non tantùm perſona,
vel res ipſius debentis, ſed cujuſcunque
ſubditi, exiſtentis de territorio ejus, qui
juſtitiam facere recuſat. *Bar. num. 1. & 2.
& omnes in tract. repræſal & in auth. ut non fi-
ant pignor. pro aliis.* & iſta quidem remedia
executiva hactenus commemorata, com-
muniura ſunt. De ſummariis autem ju- 346
diciis, quæ ipſa quoque ſine ſolennitate le-
gali, hoc eſt, ſine ſtrepitu & figura judicii,
expediuntur, videantur *gl. & Dd. in l. f. C.
de edicto D. Adr. toll. l. f. C. de compenſa. l. f. C.
depoſ. & in l. 3. §. ibidem ff. ad exhib. ac in pri-
mis Bar. in conſtit. ad reprimendum. verb. ſum-
mariè, per totum Bar. Iaſ. & alii. in l. nec
quicquam. 9. §. ubi decretum.
1. ff. de offic. Proconſ. &
Leg.*

SUM-

SUMMARIUM
CAPITIS III.

1. Landrecht. *vocamus jus provinciale.*
2. Weichbildt *vocamus ſtatutum civitatum.*
3. *Statuti definitio.*
4. *Statuta unde cauſentur.*
5. *Statuta dicuntur jus privatum, vel proprium cujusq; civitatis, vel loci.*
6. *Provinciale jus conditur per rectores provinciarum, cum conſenſu primariorum ordinum.*
7. *Conſtitutiones Principum non ligant ſubditos, niſi poſt duos menſes à tempore publicationis.*
8. *Statuta conduntur per decuriones & magiſtratus locorum, convocato ad hoc toto populo per ſonum campanæ, & interveniente ejus conſenſu, ſaltem majoris partis. 10. ſive ſuper litium deciſione, ſive commodiori adminiſtratione 13.*
9. *Decurionum hoc ſuccedunt loco tempore electi Senatores cuiuscunq; oppidi.*
11. *Plures facilè diſſentiunt.*
12. *Statuta civitatis munitæ mero & mixto imperio, an requirant de neceſſitate confirmationum ſuperioris.*
14. *Inſtrumenta guarentigiata merentur paratam executionem, propter juſſum Notarii habentis juriſdictionem. 15. ſaltem voluntariam. 18.*
16. *Guarentigia quid dicatur, & unde. 19.*
17. *Tabellio dicitur judex chartularius, & debet eſſe immatriculatus, ad hoc ut conficiat inſtrumenta guarentigiata. 21.*
20. *Inſtrumenta guarentigiata, confeſſionata, vel aliter executiva, vim ſententiæ definitivæ obtinent.*
21. *Tabellionibus noſtrorum locorum & temporum nulla competit juriſdictio, ideò nec inſtrumenta guarentigiata conficere poſſunt.*
22. *Lex ſcripta conſtat ex conſenſu ſubditorum expreſſo, non ſcripta ex tacito. 23.*
24. *Conſuetudinis definitio.*
25. *Conſuetudo debet eſſe rationabilis.*
26. *Conſuetudo ſuper rebus aut in juribus eccleſiæ præſcribitur 40. annis, ſuper ſecularibus autem ſufficit præſcriptio decennalis. 27. jure Saxonico abſolvitur per curſum 30. annorum, anni & diei. 29.*
28. *Conſuetudo requirit ad minus duos actus.*
30. *Præſcriptio longi temporis non agnoſcitur à jure Saxonico circa immobilia, vel jura.*
31. *Conſuetudo facti eſt, nec præſumitur, niſi probetur, quia jus commune eſt in contrarium. 32. niſi conſuetudo ſit notoria. 50. & 51.*
33. *Præſcriptio conſuetudinis interrumpitur per probationem unius actus allegatæ conſuetudini contrarii.*
34. *Articuli probatorii, in materia conſuetudinis, quemadmodum formandi ſint.*
35. *Conſuetudinem in contradictorio judicio obtentam fuiſſe, nemo probare cogitur, ſed ſi probetur, non ita facilè interrumpitur per deductionem alicujus actus, qui conſuetudini fuit contrarius.*
36. *Sententia lata ſuper conſuetudine alicuius loci, afficit non ſolum partes, inter quas fuit lata, ſed omnes cives ejus loci, ubi ſententia publicata eſt.*
37. *Sententia ſuper conſuetudine lata, intelligitur majori parti nota.*
38. *Frater uterinus, item conſanguineus, excluditur à fratre utrinq; conjuncto: ſed ille excludit patruum, non obſtante gradus paritate.*
39. *Uxor ut teneatur pro marito, ſtatutum valet.*
40. *Diviſionem inter duos facit major natu, & minor eligit, de jure Saxonico, ſed ſi plures ſunt hæredes, locum habet judicium ſortis. 41.*
42. *Sententiarum reformatores non ſemper melius pronunciant.*
43. *Veritas labefactari, ſed opprimi non poteſt, eaq; virtute nulla præclarior.*
44. *Statutum permittens manus injectionem in perſonam vel res debitoris, validum eſt, etiamſi de hoc nulla conventio inter partes extet.*
45. *A pacto ad ſtatutum argumentum affirmativè ductum infallibile eſt.*
46. *Debitorem detineri in perſona propria authoritate creditoris, ſtatuto induci poteſt.*
47. *Areſtorum uſus in perſonas & res debitorum, poſt moram, frequens in Germania.*
48. *Areſtum Saxonicum ſpeciale manat ex conſuetudine horum locorum.*
49. *Statutum, quod dictat, ab executione proceſſum contra debitorem inchoari, valet.*
50. *Notoria conſuetudo non indiget probatione, vel allegatione: tutiùs tamen eſt cùm allegatur. 55.*
52. *Conſuetudo dicitur jus commune, in loco ubi extat.*
53. *Conſuetudinem ſecundum notoriam, judex debet*

debet judicare, & ſi aliter procedat, facit litem ſuam 54.

56. *Circuitus evitandus.*

57. *Inſtrumenta publica, vel etiam privato ſigillo debitoris roborata, de jure provinciarum Saxoniæ, merentur paratam executionem, dummodo ſit recognita. 58. & 62. item 225.*

59. *Recognitio chirographi & ſigilli eſt loco confeſſionis.*

60. *Conſuetudo poteſt tribuere plenam fidem inſtrumento, quod de jure communi ſufficienter non probaret, ſaltem ad finem faciendi paratam executionem.*

61. *Inſtrumentum habet præſumptionem pro ſe, actum eſſe videlicet id, quod cantat: niſi adverſarius probet contrarium.*

62. *Statutum, quod inſtrumentum recognitum mandetur executioni, non obſtante aliqua exceptione, niſi ſolutionis, valet, & trahitur retrò ad inſtrumenta, etiam ante tempus publicati ſtatuti confecta. 63.*

64. *Damni nomine, quod nobis in agro noſtro fit, per alterius pecudes, non poſſum uti pignoratione, de jure civili: niſi fortè, cujus ſit pecus, non agnoſcatur. 65. ſecùs de Iure Saxonico 66 125 150.*

67. *Pignoratio de jure Saxonico, pro damno, habet locum contra quemlibet, qui vel ipſe, vel cujus pecudes nobis damnum inferunt. 68.*

69. *Pignoratus refundit æſtimationem damni, cum emenda ſex nummorum: niſi graviorem pœnam, adverſus violatores alienorum bonorum, ſtatuerit communitas. 70.*

71. *Arans alienum agrum pignoratur de jure Saxonico, ſive ſit extraneus, ſive incola ejuſdem communitatis. 72. 73.*

74. *Vectigalia fraudans, punitur de jure Saxonico in quadruplum, & poteſt pignorari propria authoritate per ſtationarios, donec ſolvat dictam pœnam. 75.*

76. *Pignorationi legitimæ ſe opponens, detinetur miniſterio judicis perſonaliter.*

77. *Vectigalia dominis terrarum, pro refectione viarum, pontium, & aliorum publicorum, præſtantur. 78.*

79. *Vectigalia fraudans de jure civili committit omnes merces, vel totum quod vehit, in quo toto continetur tamen etiam ſimplum, videlicet debiti vectigalis.*

80. *Fraudator juſtorum pedagiorum peccat Deo & judici.*

81. *Viæ publicæ curſus tenendus eſt, aliàs præſumitur contra tranſeuntem, & poteſt puniri ut fraudator vectigalium, etiamſi nondum exierit locum territorii. 82. niſi vel cum bulleta tranſeat, vel aquarum inundatione, vel ob hoſtilitatem impeditus ſit regiam viam ingredi. 83.*

84. *Privationis vel commiſſi pœna, etiamſi afficiat ipſo jure, rerum tamen commiſſarum poſſeſſio non eſt auferenda, ſi exter contradictor, qui neget confiſcationi locum eſſe.*

85. *Fiſcales cauſæ tractantur ſummariè niſi inveniatur contradictor, tunc enim ordinario proceſſu opus eſt.*

86. *Fiſci debitor, notorius ex archivi actis, pro debito detineri poteſt.*

87. *Ingreſſus alieni fundi, contra noſtram voluntatem prohibetur.*

88. *Turbans me in libertate mei prædii, poteſt in factum præſcriptis verbis, vel injuriarum, vel etiam negatoria conveniri de jure autem Saxonico pignorari poſſunt ei res propria authoritate. 89.*

90. *Pignoratio interrumpit de jure Saxonico præſcriptionem, dummodo cum pignore legitimè procedatur, tradendo illud judici. num 92. item 124 cum ſeqq.*

91. *Patientia in corporalibus loco traditionis eſt.*

92. *Præſcriptio interrumpitur per quemlibet actum, facti vel verbi, ex quo noſtra contradictio & diſſenſus colligi poteſt.*

93. *Interruptio præſcriptionis quid dicatur.*

94. *Pignorum datio de jure civili interrumpit præſcriptionem, & quomodo hoc intelligatur? 139.*

95. *Invitus etiam dicitur qui expreſſè non conſentit.*

96. *Diſſenſus vel diſpatientia plùs declaratur facto, quàm verbis.*

97. *Facta verò proximiora, quàm nuda vocabula*

98. *Præſcriptio 30. annorum rumpitur ſola citatione verbali.*

99. *Citatio realis efficacior eſt quàm verbalis, & interrumpit præſcriptionem: communis tamen eſt in contrarium. num. 154.*

100. *Præſcriptio interrumpi dicitur naturaliter per violentam expulſionem poſſeſſoris: ſecus in vi turbativa. 142 & 143.*

101. *Pignoratio de jure Saxonico non rumpit præſcriptionem, quando pignus manet in bonis pignorantis, ita, ut pignorans non aliter proſequatur jus ſuum coram judice. 102 & 124*

103. *Denunciatio, vel proteſtatio extrajudicialis præſcriptionem ſemel cœptam non interrumpit. & 126 134. 135.*

104. *Poſſeſſionis initium ſufficit eſſe bonum, etiamſi ex poſt facto interveniat mala fides.*

105, Cano-

105. Canoniſtarum & LLarum pugna de mala fidei poſſeſſore remiſſivè.

106. Veritas non infringitur propter noſtrum aſſerere, vel negare.

107. Dubitans & ignorans æquiparantur.

108. Præſcriptionem rectè inchoat, qui credit tradentem eſſe dominum, vel qui putat, ſuo ſe jure uti.

109. Poſſidens per annum & diem alienum fundum, vel jus in fundo, ſine contradictione judiciali ipſius domini, dicitur habere legitimam poſſeſſionem. & 136.

110. Poſſeſſio annalis de jure Saxonico non tribuit dominium, ſed poſſeſſionem legitimam.

111. Debitor, in caſu fugæ, poteſt etiam privata authoritate creditoris capi: ita tamen, ut præſentetur poſtea judici.

112. Captus ab aliquo privato, in caſibus permiſſis, non debet detineri ultra viginti horas, aliàs incurritur pœna privati carceris. 113. clericus in delicto deprehenſus à judice ſeculari tradendus eſt Eccleſiaſtico.

114. Res à dibitoribus per creditores ablatæ propria authoritate debent præſentari judici.

115. Carcerem exercere in perſonam, eſt publici juris vel imperii, neq; competit privatis.

116. Debitor, de jure Saxonico, adjudicatus manibus creditoris, ſi aufugiat, per eum retrahi poteſt, propria authoritate, ita tamen, ut poſtea ſiſtatur judici.

117. Repræſaliis, vel pignoratione rerum permiſſis, res ita pignoratæ debent poſtea conſignari judice, ut ex illis ſatisfiat creditori, ne plùs æquo exigat.

118. Poſſeſſio bonorum debitoris, etſi ex pacto privata authoritate invadi poteſt, tamen judicis permiſſum requiri tutius eſt. 119.

120. Pignorationum cauſæ & cognitio hodie ſunt ſpecies inferioris juriſdictionis, & 125.

121. Maleficium ſciens & non revelans, vel denuncians judici, de jure Saxonico punitur, ſecùs eſt de jure civili. & 122.

123. Maleficia quatenus denunciare quis teneatur, vel non, & de maleficiorum denunciatoribus, remiſſivè.

124. Pignus captum noxam inferenti, ſi non repræſentetur judici, punitur pignorator in 30. ſolidis.

127. Creditor detinens debitorem penes ſe, nec tradens judici, ipſi ad emendam, & parti ad mulctam tenetur.

128. Generalitas reſtringitur ſecundùm alias leges ſpecialiter loquentes.

129. Paſcens pecudes ſuas in alieno fundo, tenetur ad æſtimationem damni, &, ſi præſens fuerit, in trib. ſolidis, aliàs in ſex nummis: apud nos autem in 30. ſolidis mulctatur. 130.

131. Pœna, in quam quis ipſo jure incurrit, requirit tamen interlocutum declaratorium commiſſi delicti.

132. Damni, in fundo ruſtico facti, æſtimatio demandatur per judicem paganus loci.

133. Pro pignore non redempto à judice, in ſingulas noctes pignoratus punitur in tribus ſolidis.

134. Diſpatientia domini fundi, etiam extra judicialis, impedit inchoationem præſcriptionis, non autem interrumpit præſcriptionem jam antea cœptã. 135. item 103 & 126.

136. Poſſidens alienum jus, vel fundum, per annum & diem, quia legitimus poſſeſſor efficitur, & in poſſeſſione tuendus eſt, eam continuando præſcribit, non obſtante pignoratione extra judiciali. 139. & 144.

137. Præſcriptio tricennalis etiam cum mala fide de æquitate canonica ſuſtinetur.

138. De jur. Saxon. non attenditur bona vel mala fides in præſcriptione tricennali.

140. Pignoratio pecudum in materia paſculationis de jur. civil. regulariter prohibita.

141. Non entis nullæ ſunt qualitates.

142. Turbatus in quaſi poſſeſſione uſus paſculandi, vel ſimilis juris, poteſt defendere ſuam poſſeſſionem, etiam opponendo ſe turbanti de facto, vel, ſi ita potens non eſt, interdicto uti poſſidetis, ſe tuetur. 143.

145. Paſculanti, qui in poſſeſſione juris eſt, ei, ſi turbetur, interdictum retinendæ competit: niſi ſemel turbatus, dimittat deinceps uſum paſculandi, & ſic deponat animum poſſidendi. 146.

147. Turbatus in poſſeſſione ſua vel quaſi, poteſt turbatorem ſuum viciſſim turbare, & moleſtia afficere.

148. Denuntiatio diſpatientiæ domini fundi, facta præſidi loci, ſi ſolennitas l. ut perfectiùs. C. de annal. excep. obſervetur, non minùs, quàm citatio, præſcriptionem tricennalem interrumpit.

149. Interdictum, uti poſſidetis, contra omnem turbantem eſt proditum.

150. Citatio realis, quæ fit per capturam perſonæ, non interrumpit præſcriptionem antè cœptam. 151. 152. 154.

153. Propter periculum in mora ceſſant regulæ juris prohibitivæ.

155. Non exemplis, ſed legibus judicandum eſt.

156. Pignorari poteſt colonus pro cenſu non præſtito dominis etiam propria authoritate, in bonis ſuis.

157. Pigno-

157. *Pignorum ad captionem proceditur contra debitorum qui promiſit ſolutionem facere in loco ubi bona habet, & poſtea citatus ſe abſenetat.*

158. *Debito ſuper liquido judex poteſt ſtatim incipere à præcepto executivo.*

159. *Mulctam non ſolvens pignoratur, per effracturam unius ſciſſuræ ex foribus oſtii, & non ſolvens intra annum, amittit omne jus in bonis pignoratis, ſi mulcta ad eam quantitatem aſcendit.*

160. *Debitor non ſolvendo exiſtens, de jure Saxonico condemnatur ad compedes, vel operas creditoris. 161. niſi perſona obligata ſit fœmina. 163. & quid juris, ſi talis ſententia adjudicationis fuerit lata contra abſentem, qui fortè tempore ſententiæ mutavit domicilium, an hodiernus judex domicilii, ad requiſitionem pronunciantis cogatur exequi traditionem ad manus. & num. 212.*

162. *Ceſſio bonorum jure Saxonico non agnoſcitur.*

163. *Fœminæ ob æs alienum non condemnantur ad carcerem, vel in manus creditoris.*

164. *Creditor in caſu impotentiæ ſolvendi, ſi petat in foro Saxonico. debitorem detrudi in carcerem publicum, debitor poteſt ſe liberare à carcere, cedendo bonis: niſi ex capite dilapidationis, vel ſuſpicionis fugæ peteretur ejus detentio, tunc enim detineri debet in perſona 165. ac, ſi relaxetur invito creditore, judex facit litem ſuam. 166.*

167. *Creditor abducens debitorem ad judicatum ex territorio judicis, debet cavere de tractando ipſum ad inſtar alterius ex familia quàm alia, & de reſtituendo incolumem. poſt receptam ſatisfactionem: aliàs demittet eum in territorio cuſtodiæ judicis. 170.*

168. *Debitor cogitur, ad mandatum creditoris, facere ipſi operas, & hæ taxantur, ac, ſi compedes ei injiciat creditor, eæ quoq; taxantur ad inſtar operarum in ſingulos dies, ut ita quotidie aliquid imminuatur de debito. 169.*

171. *Lex municipalis ligat homines municipii, etiam ſuburbanos*

172. *Statutum dicitur in loco ubi viget jus commune.*

173. *Conſuetudo non vincit legem vel rationem, ſi conſuetudo ſit irrationabilis 174. vel lex habeat clauſulam derogatoriam conſuetudinis 176.*

175. *Sepulturæ in civitatibus prohibitæ ob fœtorem.*

177. *Conſuetudo ſequens legem ſemper derogat legi, & tollit omne jus poſitivum. 178.*

179. *Statutum item conſuetudo ligant etiam forenſes ibidem contrahentes, & repertos.*

180. *Forenſes ligantur legibus loci particularibus, ſive ibi verè, ſive quaſi contrahant, ſive etiam delinquant.*

181. *Contrahentes in dubio intelliguntur contraxiſſe ſecundùm jus commune, vel jus particulare, in loco contractus uſitatum. 182. ſive in ſtricti juris, ſive bonæ fidei judiciis. 183.*

184. *Conſuetudo loci ſubintrat contractum qui celebratur, præſuppoſito quòd contrahens, vel in perſona, vel bonis, ibi reperitur. 185*

186. *Conſuetudines horum locorum ſunt locales: nec ligant non ſubditos. 187. quatenus illi non veniunt ad locum conſuetudinis, ibi contrahendo, vel delinquendo. 188.*

189. *Vivens Romæ ſecundùm leges Romæ vivito.*

190. *Monaſterii hoſpitio frui volens, debet contentus eſſe cibis monachorum.*

191. *Converſatio facit quem poſſe conveniri in loco, ubi multum verſatur.*

192. *Conſuetudo, ut liceat manum injicere etiam in forenſem, qui in loco neq; contraxit neq; deliquit, valet.*

193. *Iudicium dicitur quaſi contractus.*

194. *Litigans extra domicilium, ligatur ſtatuto loci, ubi litigat.*

195. *Executio parata ibi petitur, ubi viget ſtatutum executionis paratæ & 202. item num. 208. & 212.*

196 *Statutum loci de manus injectione an proſit etiam forenſi. item 199. 200. & 209.*

197. *Privilegium datum communitati non prodeſt niſi civibus loci, qui ibi ſubeunt munera.*

198. *Repræſaliæ non conceduntur non ſubditis ejus magiſtratus, à quo petuntur. & num. 205.*

201. *Statutum loci de parata executione contra civem, prodeſt etiam clericis ibi litigantibus, quia concernit ordinatoria. 203. & 208.*

204. *Beneficio meo nemo poteſt uti, me invito, quomodo intelligendum?*

206. *Eccleſiaſticis bonis quod decedit, detrahitur Deo.*

207. *Clericorum bona patrimonialia, in loco ſtatuti in rem loquentis ſita, ipſa quoq; comprehenduntur: licet eccleſiarum bona excludantur.*

208. *Statutum, de non alienando bona civitatis in eccleſiam, an valeat, & an, eo non*

obſtante,

obſtante, ſaltem clerici, vel ſcholares ea emere poſſint tanquam alia patrimonialia.

209. *Scholares non reguntur ſtatutis civitatis, quomodo intelligatur?*

210. *Iudiciorum in ordinativis attenditur conſuetudo fori, ubi proceſſus inſtituitur.*

211. *Executio ubi poſtulatur, ibi ſervatur ſtylus curiæ, in qua agitur.*

212. *L. 3. §. f. ff. de teſtibus intellectus. & 216.*

213. *Probationis modus non concernit ordinatoria, ſed deciſoria judiciorum.*

214. *Statutum tribuens paratam executionem inſtrumentis, videtur concernere deciſoria judiciorum.*

215. *In deciſoriis litis conſideratur locus contractus, & jus commune. 216.*

217. *Statutum, de evocandis teſtibus ex aliena provincia, concernit ordinatoria litis, non deciſoria.*

218. *Statutum, quòd ſolutio debiti non probetur niſi per inſtrumentum, an concernat deciſoria, vel ordinatoria proceſſus?*

219. *Inſtrumentum guarentigiæ, vel aliter executivum ex vi ſtatuti ejus loci ubi conficitur, an poſſit ubiq; mandari executioni? quod non, num. 221.*

220. *Inſtrumentum confectum in loco ubi viget jus commune, ſi producatur in alio loco, ubi viget ſtatutum paratæ executionis, an debeat executari absq; alio proceſſu?*

222. *Executor ſuæ, non etiam alienæ juriſdictionis conſuetudinem ſequitur.*

223. *Iudiciorum in ordinatoriis attenditur locus aditi judicis, ſive loquamur de ordine proceſſus, ſive executionis.*

224. *Executio petita ad requiſitionem judicis, qui decrevit paratam executionem, ex vi ſtatuti, contra debitorem, in alio loco ubi viget jus commune, petenti deneganda eſt. 226.*

227. *Condictio ex lege, vel ſtatuto loci, ubiq; intentari poteſt.*

228. *Forenſis in ordinativis litis, procedit & judicatur ſecundùm leges loci, ubi litigatur, in deciſoriis autem ſecundùm jus ſcriptum.*

229. *Statutum in rem loquens, afficit bona in loco ſtatuentium ſituata, ſive poſſideantur à cive, ſive ab advena. & 238.*

230. *Succeſſionis lex in loco particulari, prodeſt etiam forenſibus, & qui alibi habent ſua domicilia, ubi viget jus commune.*

231. *Statutum de ſuccedendo certo modo, in bonis ſituatis in loco ſtatuti, intelligitur non tantùm de civibus illius loci, ſed etiam de forenſibus, activè & paſſivè. 240.*

232. *Statutum Ienenſe, tribuens ſuperſtiti conjugi lucrum omnium mobilium, cum bonis ſoli, acquiſitis ſtante matrimonio, prodeſt etiam in mulieribus magiſtrorum, doctorum, & aliorum profeſſorum, licet non fuerint ſubditi civitatis, ſed rectoris. & 234.*

233. *Doctores & magiſtri in Academia, licet propriè non dicantur ſubditi civitatis, tamen ſunt incolæ:*

235. *Mulier ſequitur forum mariti, ejusq; dignitatem.*

236. *Viduæ retinent jus & dignitatem ſuorum maritorum, donec ad ſecundas nuptias tranſeunt. 237.*

239. *Regis territorio ſubjecta bona, ſecundùm leges regni judicantur.*

241. *Authen. præterea. C. unde vir & uxor, diſpoſitio recepta eſt in terris Saxoniæ, maximè autem Thuringiæ, & locum habet non tantùm pro bonis mariti, ſituatis in domicilio ejus, ſed etiam in aliis, extra forum mariti ſitis.*

242. *Statutum de ſuccedendo, deferens ſuperſtiti conjugi medietatem, vel tertiam omnium bonorum, intelligitur de bonis ſoli in territorio ſtatuentium, non autem extra ſituatis, niſi ſunt mobilia. 244. & 245.*

243. *Annui reditus æquiparantur bonis ſoli. & 248.*

245. *Maritus poſt mortem uxoris, de jure Saxonico, lucratur omnia mobilia, ubicunq; etiam extra terras Saxoniæ habita, pro quibus perſonalis actio competebat marito. 252. & 255. 256. ita tamen, ne liberi defraudentur ſua legitima, 247. licet de jure communi ſecùs ſit. 246.*

247. *Mobilium appellatione in ſtatuto, non veniunt annui reditus, ſed benè omnia debitorum, pro quibus actio perſonalis competit. 250.*

249. *Res ſoli ex pecunia dotali comparatæ, an poſt mortem uxoris præcedentis, in provinciis Saxoniæ, marito debeantur, an verò hæredibus prædefunctæ?*

251. *Nomina debitorum neq; ſunt mobilia, neq; immobilia, ubi tamen neceſſe eſt ea collocari in alterutra ſpecie, ſiquidem actio realis pro nominibus, vel juribus competit, judicantur de bonis ſoli, ſi perſonalis, judicantur mobilia. 252.*

253. *Nomina debitorum non circumſcribi loco quomodo intelligatur?*

254. *Mobilia non ſeparantur à perſona domini, ſicut anima non ſeparatur à corpore.*

257. Erbſchuldt/*vel* Erbgeldt *non dicitur hæreditas ſemel adita, quia hæc efficitur adeuntis proprium patrimonium.*

258. *Erbſchulden / vel Erbgelder defunctæ mulieris non lucratur maritus, quatenùs adhuc hærent in communi hæreditate, & mulier non ſupervixit terminum ſolutionis deputatæ.*

259. *Dotalitii fructus & penſiones, quæ erant exigibiles ante mortem uſufructuariæ, debentur poſt ipſius mortem marito, alii autem fructus hæredum ſunt.*

260. *Fructus in bonis mulieris nondum percepti bonis ſolo æquiparantur.*

261. *Tempora ſolvendorum cenſuum, vel redituum, quæ ſint de jure Saxonico?*

262. *Dotatio filiæ non pertinet ad matrem, ſed ad patrem.*

263. *Solutione collata in certum diem, dies expectandus eſt, priusquam exigatur debitor.*

264. *Debitum ad diem vel conditionale, poteſt cedi alteri.*

265. *Ceſſibile quod eſt, idem eſt & tranſmiſſibile.*

266. *Acquirendum faciliùs tollitur, quàm ante acquiſitum.*

267. *Dies ſolvendi apponitur in favorem promiſſoris, qui & antè ſolvere poteſt, ſed prius non exigitur.*

268. *Dos intra annum & diem promiſſa, ſi ſponſa intra iſtud tempus præmoriatur, an ſuperſtite marito peti poſſit numerus ſuperioribus facti ſpeciebus, aliquot & deciſione Tomingii ICti declaratur.*

269. *Mariti bona activè & paſſivè afficiuntur ſtatutis locorum, ubi maritus habet ſuam reſidentiam.*

270. *Viduis an debeatur gerada,* Muſtell / & Morgengabe *ex ſolo loco domicilii, an verò etiam ex aliis feudis, vel prædiis mariti & 271.*

271. *Viduæ exigunt dotem ſuam ſecundum conſuetudinem loci, ubi maritus habuit domicilium.*

272. *Niſſtelgerada nomine veniunt omnes ſpecies geradæ propriè ita dictæ, exceptis ovibus à defuncta ad maritum delatis.*

273. *Res expeditoria* Heergewetec *quomodo de jur. Sax. dividantur, & ad proximos agnatos devolvantur.*

274. *Bona item hæreditatis vacantia, quæ non inveniunt hæredem, poſt triceſimum occupantur à judice loci, munito jure gladii, & obtenta per annum præſcribuntur contra hæredem, ſi ſint mobilia: ſecùs, ſi immobilia, vel cum hæreditate ſint mixta etiam mobilia, nondum diviſa vel ſeparata ab hæreditate. 276.*

275. *Iudex ſuperiore juriſdictione munitus, ex fructibus juriſdictionis erigit furcas, parat compedes, & ſimilia, ſuis ſumptibus.*

CAPUT TERTIUM.

DE EXECUTIONE PARATA, VEL manus injectione, quæ cauſatur ex ſtatuto, vel conſuetudine.

De ſtatutis & jure municipali.

Viſo de manus injectione, quæ ex jure communi fomentum & formam ſuam recipit, transeundum nunc ad aliud detentionum genus, quæ oriuntur ex legibus particularibus certorum locorum, quas jus ſtatutarium
1 provinciale, vulgò Landrecht / vel munici-
2 pale, vulgò Stadrecht item Weichbilde / & utrumque generali vocabulo Willkier appellatur, de quo in Weichbilde / item Landrecht noſtro Saxonico pleniſſimè tracta-
3 tur. Dicuntur autem ſtatuta, jus quoddam civile, quod unaquælibet provincia, civitas, vel municipium, pro lege ſibi conſtituit. *§. ſed jus quidem. & §. lex eſt. Inſtit. de jure nat. gent. & civil.* Sicut enim unaquælibet provincia, vel communitas ſua 4
peculiaria habet dona, illi loco præ aliis divinitùs collata: ita pro fructuum cujuſque loci qualitate, item varietate negotiorum, vel mercimoniorum, quæ ibi celebrantur, diverſis legibus gubernari didicit, ſecundùm eum ſenſum, in quo abundat, ita, ut majorum præcepta vim legis obtineant. *c. utinam. in f. diſtinct. 76. & c. certificari. extra de ſepulturis.* Unde leges conduntur, prout ad utilitatem

cujuſque

cujuſque patriæ intelliguntur magis pro-
futuræ. l. ſi quod extra ordinarium. 5. §. in loco
autem publico, de commune utilitate provincia-
lium. C. de legation. lib. 10. & l. per iniquum. 7.
§. quapropter. in verb. judicibus obœdiant, ad
quos cura & ſollicitudo profeſſionis, item ne-
gotiationis gubernatio ſpectat. C. de jurid. om.
5 jud. quod jus privatum, vel proprium eo-
rum populorum dicitur. Bat. in l. cunctos po-
pulos. 1. C. de ſumm. Trin. l. omnes populi. 9. ubi
etiam alii Legiſtæ hoc notant. ff. de juſt. & jur. c.
1. §. ſuæ quoq; ibi: ſecundùm leges & conſuetudi-
nes terrarum. de pac. Conſtan. in uſib. feud. Ac,
ſiquidem ex hoc aſtringi debet provincia,
jus provinciale nominamus, ſin verò una
vel alia civitas leges condat, iſtud jus mu-
nicipale appellamus, e jus civile. diſt. 1. l. 1. in
princ. ibi: ſi lex municipii Duumviris dedit hanc
poteſtatem. C. de emancip. lib. l. Antiochienſium.
37. verſ. lege ſua ff. de reb. auctor. jud. poſſid. l. mu
nicipii lege. 6. & l. quod ſemel. 5. de decret. ab
ord. fac. l. prohibere. 3. § plane. 4. ibi: ſi lex muni-
cipalis concedat. quod vi aut clam. l. item eorum.
6. circa princ. quod cujusq; univerſ. l. ut gradatim
11. §. 1. de mun. & hon. De quo latiùs Iaſon. in d.
l. omnes populi. 9. num. 33. & 34. ac ibi Rayneri-
us de Foro Livio. num 9. de juſt. & jur. Conſti-
6 tuitur autem iſtud jus provinciale per con-
ſtitutiones Ducum, Principum, Marchio-
num, Comitum, Baronum & aliorum ſu-
periorum, vel rectorum in provinciis per-
petuam dignitatem habentium, cum con-
ſenſu tamen primariorum ordinum & ſta-
tuum, puta nobilium, & civitatum cujus-
cunq; provinciæ latas, Bart. in d. l. omnes po-
puli. 9. num. 5. & paulò pòſt. n. 15. requirit, ut
talia ſtatuta condantur cum conſilio ſapi-
entum. l. humanum 8. C. de ll. Quod & ita
obſervatur in uſu. Vnnd wird der gemeine
Außſchuß von der Landſchafft / das ſeind die
von der Ritterſchafft / vnd die von vornemen
Stedten darzu beſchrieben. hoc eſt, citantur
ad eum conventum primarii ex nobilita-
te, & majoribus civitatibus ejus provin-
ciæ, in qua conventus celebratur, de quo ha-
betur gl. in l. 1. §. qui magiſtratum. ff quod quisq;
juris. & in l. 2. verb. coacto cum l. ſequenti & l.
quod ſemel ordo. 5. ff. de decret. ab ordin. fac. l. nul-
li. 3. l. planè. 4. quod cuiusq; univerſ. nom. l. quod
major. 19. ad municip. l. nominationum 46. C. de
decurion § jubemus igitur. auth. de ſanctiſſ. epiſc.
coll. 9. Quod vel multò magis ſublimiori-
bus magiſtratibus puta Electoribus, Ar-
chiepiſcopis, & ſimilibus, per ipſorum
terras facere licet. l. illicitas. 6. §. qui univer-
ſas. 8. de off. præſ. l. non ambigitur. 9. de ll. & l.
Formam. 2. C. de offic. præfec. prætor. ita tamen,
ut tales leges effectum ſuum non ſortian- 7
tur, niſi omnibus provincialibus publicè
fuerint intimatæ, & inſinuatæ, tunc enim
demum ſubditos ligant pòſt duos men-
ſes. auth. ut factæ novæ conſtit. §. 1. coll. 5, et-
iamſi intereſſentes conditioni novæ legis
de ea, etiam ante publicationem, ſcienti-
am habuerint. Bald. in l. un. § ſ. per illum tex.
C. de caduc. toll. & in c. 2 num. 5. ubi etiam Bar-
batia. 67. extra de conſtit. & Henricus Boick. num.
3. Municipale autem jus, vel ſtatutarium, 8
ordinatur per decuriones loci, ubi lex vi-
gorem ſuum obtinere debet, cum conſen-
ſu tamen totius populi, Bar. in d. l. omnes
populi. 1. num. 16. qui debet ad hoc ſolenni-
ter in curiam, vel alium locum publicum
convocari, per ſonum videlicet tubæ, cam-
panæ, vel voce præconia. Raynerius. dict.
omnes. 9. num. 27. per l. 2. in illis verb ſolenniter
in curiam convocatis. ibiq; gl. verb ſolenniter. &
Bar num. 3. C. de decurion lib. 10. l. ſi quod. 5. in
verb loco publico. C. de legation ac facit quod no-
tant gloſſ. verb. facere & ibi Bar. in l ſed & ex
dolo. 15. §. ſed an in municipes. 1 ff. de dolo & in
d. l ſicut. 7 §. 1. verb. non debetur. ff. quod cujus-
que univerſ. nom. l. aliud 160. §. refertur 1. de reg
jur. ac probat l. Antiochienſium. 37. de privileg.
cred. cum aliis juribus præcitatis. Etiamſi verò
noſtris temporibus decuriones regulari- 9
ter non habentur, ſecundùm gloſſ. rub C. quæ
ſit long. conſuetud. & notatur in l. pupillus. 239.
§. decuriones 5. ff. de verb. ſignif. ac refert Imola
in l. municipibus. 97. de condit. & demonſt. ta-
men Conſiliarii & ſenatores electi per ur-
bem, hodiè ſuccedunt in decurionum lo-
cum, prout tradunt gloſſ. Bar. & alii, in rub C de
decur. lib. 10. ac Bolognetus in l. omnes populi 9.
num 75. ff. de juſt. & jur. Sic itaque ad intro-
ducendum novum jus alicujus municipii, 10
vel civitatis, congregato populo, propoſi-
tiones in ipſorum præſentia fiunt publicè,
& ſuper iis requiritur voluntas ſubdito-
rum. gl d. l. ſicut. 7. §. 1. ac facit. §. lex. & §. ple-
biſcitum. Inſt. de jure nat. gen. & civil, cum l. 2 §
eodem tempore ff. de orig. jur. ſive omnium, ſi-
ve majoris partis civitatis, ita, ut ad minus
duæ partes civitatis, vel decurionum con-
ſentiant. gl. l. nominationes. 27. C. de appella.
verb publicum. l. nulli. 3 ff. quod cujusq; univerſ.
nom l. f. C. de præd. decur. lib. 10. ac notat gloſſ.
in l. & quia. 6. verb ipſa lex ff. de jurid om. jud.
& eſt bonus tex in l. fi. circa finem in illis verb.
quod majoris partis probaverit aſſenſus, id ſolen-
nis firmet auctoritas. C de legation. lib. 10. cum
l. 2. & 3. C. de decret ab ordin. fac. l. quod major.

19.*ff.ad municip.l.nominationum.* 46.*C.de decurion. lib.* 10. cùm, quod plures tangit, ab omnibus debeat approbari, *l.f.C.de autor. præſt c. quod omnes.extra de reg.j ur.in* 6.*c.*1. *de his quæ fiunt à major. part.capit.*[item conſenſu omnium id fieri debet, quod omnibus profuturum eſt, *l.ſi autem.*10.*ff. de aqua & aq plu. arc. l. quicunq.* 7. *in fin. C. de omn. agr. deſert.*] Unde eſt, quod etiam in jure Saxonico legitur, ſculteum non aliter, niſi cum conſenſu majoris partis paganorum, pro utilitate communitatis, vel villæ, ordinationem condere poſſe, & hoc vim legis obtinere, non obſtante contradictione minoris partis, Landrecht. *lib.* 2. *art.* 55. Et hoc jus loci particulare vocamus, quod regulariter non ligat, niſi eos, cum quibus, & cum quorum voluntate confectum eſt. *gl f ar.*62. *lib.* 2. *& fac.ar.*79. *lib.*3. Landrecht. Quod autem ſufficit ma-
11 joris partis conſenſus, hoc ideò eſt, quoniam, ſi omnium & ſingulorum vota ſpecialiter requiri deberent, negotia univerſitatum non poſſent facilè expediri, *d.l.aliud* 160.*§ refertur.* 1. *& ibi notat Dec. num.* 1. *ff.de reg. jur. per l.* 2. *§. deinde quia difficile. de orig. jur.* propter naturalem plurium hominum ad diſſentiendum facilitatem. *Latè ſi unus.* 17.*§ principaliter quæritur.* 6. *de arbit. cum l.*1.*§.fin.de acquir.poſſeſſ.* [Nam cum in tanta mentium humanarum diverſitate ferè impoſſibile ſit, cuncta ad omnium vota & voluntatem fieri poſſe, quin etiam multitudo Impp. Cariam perdat, ut eſt in proverbio, utile ſanè, quod in omni Rep. gubernanda major pars ſint hi, qui gubernacula tenent, hoc eſt, per quos civitatum res geruntur, *tex.in l. municipibus*,97.*ff. de condit.& demonſt.* His ad modum prædictum intervenientibus, ſuſtlatur ſtatutis robur & authoritas, ac non aliter. *Raynerius in d.l.omnes populi* 9.*num.* 27.28.*&* 29.*poſt Innocent. in c.cum acceſſiſſent. extra de conſtit. & c.penul.de conſuetudine*, tametſi confirma-
12 tio ſuperioris non accedat, *Bar.in d l.omnes* 9.*num* 4 *per illum tex. & §. jus autem civile. verſ. nam quod quiſq. Inſt. de jure nat. gen. & civil.cum l. Antiochienſium.* 37.*ff. de privil.cred.* dicit tamen Bartolus, quod regulariter obſervetur contrarium, *Bar. ubi ſuprà.num.* 4. &c, quòd ſtatuta, ſine Principis confirmatione, non valeant, *refert Bald. in l.humanum.*5. *num.* 2 *C de ll & in l fin. num.* 4.*C. de jurisd om jud & in l privatorum* 2. *num.* 1. *ibidemq. Cynus. C eod. tit.* & iſta ſententia tutior eſt, per fundamenta quæ ad longum tradit Baldus *in d.l.omnes populi num.* 4.5.6. *& ſeqq.* licet altera de jure videatur verior, cùm jus etiam conſuetudinarium conflatum videl. ex tacito conſenſu populi, non indigeat aliqua ſuperioris confirmatione. *Bar. in d.l.omnes.* 9. *num.* 9. *& probatur in l.de quibus.*32.*de ll.* Imò jus non ſcriptum, inducitur non tantùm ſine conſenſu, ſed etiam ſine ſcientia ſuperiorum, qui conſuetudines cujuſque loci intelliguntur ignorare *c.* 1. *extra de conſtit. in* 6. & ſic multò minùs debet requiri conſenſus ſuperioris in ſtatuto, quòd ex conſenſu civium expreſſo conſtat, *l. expreſſa.* 195. *de reg. jur.per d.l de quibus.*32 *§ nam cum ipſæ.* dummodò populus ſtatuens, ſit munitus omnimoda juriſdictione, cum mero & mixto Imperio; ſive iſtæ leges ſint conceptæ ſuper, commodiore adminiſtratione rerum 13
iſtius loci, *l per iniquum.fin. C. de jurid. om. jud.* ſive etiam deciſiones litium concernant. *Raynerius in ſæpè citata. l omnes populi.* 9.*num.* 25.*per §. jusjurandum & ibi gl.magna. aut de defenſo civit.coll.*3. ac latè Bologner. *in d.l.omnes* 9.*num.* 74.75.76.78.79.*&* 80. poſt Jaſonem *ibidem in ſecunda repet. num.* 8. qui hoc extendit, quòd videlicet robur obtineant iſta ſtatuta, quantumvis per ſuperiorem non ſint confirmata, & poſt Paulum de Caſt. eodem loco, inducentem ad hoc *c.veniens.extra de jurejur.* ubi civitas Tudertina, & populi Tudertini, potuerunt condere & habere ſtatuta propria, etiam ſine licentia & confirmatione Papæ, ac ſequitur Alex.*conſ.*176.*num.*4. *vol.* 2. & Marcus Anton. Natta.*conſ.*12.*nu.*1. ubi loquuntur etiam in terminis fortioribus, de civitate videlicet, quæ aliàs deſtituitur omni juriſdictione, ut tamen ipſis ex poteſtate à lege conceſſa, ſtatuta facere liceat, ſicut hanc ſententiam communem eſſe refert Vivius *in communib.opin. verbo ſtatuta condere.* & poſt eum Emanuel Suarezus *in theſaur.receptarum ſententiarum in verb ſtatuta & à populo nu.*178. poſt Alciatum *in c. quod ſedem.nu* 59 *eut.de offic. ordin* & Gozadinum
conſ 35.*nu.*16. Ex hoc fundamento introdu- 14
cta ſunt, & vigorem ſuum acceperunt ſtatuta locorum, in quibus diſponitur, quòd inſtrumenta confeſſionata habeant paratam executionem, quemadmodum ſententiæ, *Bal.in l un n.*3.*C.de conf.* prout ſūt in Tuſcia & Italia inſtrumenta guarentigiata, *ſecundū Bal.in l.etiam.*5.*nu.*2.*C. de exec rei jud.* idq; propter juſſum Notarii habentis juriſdict. & poteſtatē mandādi ex forma ſtatuti, ei, qui corā ipſo confitetur debitū. *Franciſ. Paduanus in l.tale pactū* 40.*§. qui provocavit.* 1. *ff. de pact. Bal. in l jubemus.* 24. *§.* 15

Inſtrumenta guarentigiata habent paratam executionem.

Et quæ dicantur inſtrumenta guarentigiata.

ſand

ſanè 1.num. 3.C.de SS.eccleſ. Ang in l.ſi debitori.
2 1.num 5 ff.de jud. Hinc eſt, quod alibi tra-
dit Alexander, guarentigiam nihil aliud
eſſe, niſi præceptum factum per Notari-
um, de inſtrumento rogatum à patribus,
ut obſervent contenta in inſtrumento, ac
ſit illud præceptum volente & acceptanti.
Adeoque ſicut præceptum, factum debi-
tori confitenti, per judicem ordinarium,
habet executionem paratam, *l. ſi debitori.*
21.ff.de jud d.l.poſt rem judicatam.56.de re jud.
ita idem eſt in præcepto, factio coram tali
Notario, *Alex de Imo.in l ait prætor 5.§.1.n.7.*
& 8.ff. de re jud. quod præceptum quando
redigitur inſtrumentum, ut vocant, gua-
rentigiæ, iſtud deinceps, ob vim ſtatuti,
abſque omni libello, & litis conteſtatio-
ne, vel alio ordine judiciali, mandatur ex-
ecutioni, *Boër.deciſ. 295. num. 6.* Ratio eſt,
17 quòd de jure communi tabellio judex
chartularius dicatur. *Bal.in l.pen.num.2. C.*
de fidejuſſor poſt gl.l.1 ff.de judic.& in l.rem non
novam. 14.verb facultatem.C.eo. tit. Ang.sul.4
§.condemnatum.num.4.& in l. ait prætor. 5 §.
ſi judex.1.num 4.ff.de re jud.Bar.in l. 1. num.7.
18 *de judic.* Licet enim contentioſam non ha-
beat juriſdictionem: tamen voluntaria
notario iis in locis attribuitur, ut videli-
cet partibus, coram ipſo confitentibus,
poſſit facere præceptum guarentigiæ, de
ſervando videlicet omnia, ſuper quibus in-
ſtrumentum guarentigiæ ſonat, *ſecundum*
Bar. in l. un ibidemq. Cyn num.5. C. de confeſ-
ſis.& Bar in l non fatetur.2. num.5. ff. eod. tit.
& Ang in d.l.ſi debitori 21.num.5 Paul.de Caſt.
conſ.a o.num.4. vol.1.poſt Innoc.in c. cùm à no-
bis. num 2. extra de teſtib. Bar.in l. 2. ibidemq.
Iaſ & alii ff.de offic.proconſ & legat.Bart in l.1.
num.7.de judic Alex in l ſi cum dotem. 22.§. eo
autem.3.nu.6.ſol.matrim.& in l.f num 3.C.de
edict.D.Adrian toll Bald.in l.etiam. 5. C. de exe
19 *cut.rei jud.num.2.* Et vocantur guarentigia-
ta forſan à guardia, quod Tuſcis & Lom-
bardis cuſtodia, vel ſecuritas eſt, quia vide-
licet per talia inſtrumenta, plenius cuſto-
diuntur & obſervantur pacta, & magis in
tuto conſtituitur creditor, ſciens nimi-
rùm, quòd, in caſu non ſervatæ fidei, ha-
bebit in continenti proditam paratam ex-
ecutionem, abſque alio proceſſu judicia-
li. Ideò Baldus alibi refert guarentigiam
dici à firmitate, quod videlicet tali inſtru-
mento præciſè ſtetur *Bald.in c.1.§. inter pa-*
res.num.1.de lege.Corradi in uſib feud. & gua-
rentigiare eſt firmare, & inſtrumentum
guarentigiæ eſt inſtrumentum firmitatis
& obſervabile. *Iaſ in l. 1.§.ſi quis ita num 28.*
de verb. oblig. Undè eſt, quòd hæc inſtru- 20
menta guarentigiæ per alios confeſſiona-
ta appellantur, ut ſuprà monuimus, pro-
pter confeſſionem, factam coram judice
chartulario, & vim ſententiæ definitivæ
obtinent. *Bar in l.1 ubi etiam Cynus num.5. C.*
de confeſſ.& in l.vinum.22. num 7. ff ſi cer. pet.
Ang.in auth de hæred & Falcid.num.3.colla.1.
Bart. in l. cum unus 12. num. 11.ff.de reb auth.
judic.poſſid & in l.à Divo Pio.15 num.8.de re ju-
dic. idque ita communiter practicari teſta-
tur Bartolus *in l 3.§ in hoc num.11.commoda-*
ti. Etſi verò Alexander tradit, iſtud præce-
ptum guarentigiæ poſſe expediri per quoſ-
cunque Notarios, qui vel ab Imperatore,
vel à Comitibus Palatinis creantur, utpo-
te, quibus intelligitur attributa poteſtas
judicialis. *Alex.in l ſi cum dotem. 22. §. eo au-*
tem tempore 3.num.6.ſol. matr. tamen, quia
illa ſtatuta vel conſuetudines, quòd vide-
licet inſtrumenta guarentigiata merean-
tur paratam executionem, ut ſententiæ,
regulariter non niſi apud Tuſcos & Italos
ſunt uſitata, ac cum diſpoſitione juris com
munis pugnant. *l minor annis viginti quinq.*
cui fides commiſſum 40.de minor: ſequitur, non
eſſe trahenda iſta ſtatuta in conſequenti-
am ad alia loca, in quibus tale jus provin-
ciale non obtinet. *Angelus in l.tale pactum.*
40 §.qui provocavit.1.in a repetit.nu.6.de pact.
Benedictus de Barziis in tract. de guarentigiis
prima parte princip. Quæſt.1 poſt Bar.in l.fin. C.
ubi & apud quem, & in l.à Divo Pio. 15. §. ſen-
tentiam. 1.de re judic idemq. Angel.in l.ait præ-
tor.5. §.ſi judex de re judic. Ex quo itaque
noſtri temporis & loci tabellionibus nul- 21
la poteſtas judicialis competit, ideò nec
præceptum iſtud facere poſſunt, *prout fina-*
liter concludit Alex. in d. §. eo autem tempore
num. 6. circa finem ſecundæ limitationis. per l.
adoptio.4.ſubtiliter ponderatam; ſecundùm eun-
dem, C.de adoptionib. ac alibi legitur: ad hoc,
ut guarentigiam facere poſſit Notarius,
debet in libro communitatis eſſe imma-
triculatus. *Bal.in l ex eo tempore. 42. in princ.*
ff.de teſt.mil.& in l.petitiones.5 no.1 C.de Ad-
vocat diverſ jud. Notanter autem diximus,
hanc executionem paratam, quæ abſque
alio proceſſu, vel ſolennitate judiciali per-
ficitur, fieri ex ſtatutis vel conſuetudini-
bus locorum particularium, ubi tales pro-
ceſſus vigent; Sicut enim jus provinciale,
vel alicujus municipii ſcriptum, conſtat
ex conſenſu ſubditorum alicujus civitatis 22
expreſſo. *l.ſicut 1.§.1.ff. quod cujusq. univerſ.*

nom.cum §.lex. & §. plebiſcitum. Inſt. de jure
nat. gen & civil. cujus videlicet verba &
mens públicè proponuntur, & inſinuan-
tur populo, ejuſque firmantur aſſen ſu,ad-
eò, ut alia interpretatio non exigatur, *arg.*
l. Labeo.7.de ſuppell. leg. l. non aliter 60. de le-
gat.3.l.in ambiguo 3.de reb. dub.l.ſi quis filium.
3.C.de lib.præter:ita econtrà non ſcriptum,
quod conſuetodinarium appellamus, ex
23 tacito ſubditorum conſenſu colligitur &
introducitur, adeò, ut inveterata conſue-
tudo pro lege obſervetur. *l. de quib. 32. verſ*
inveterata ff de ll. Quid enim intereſt, an
publico & expreſſo ſuffragio populus de-
clarat ſuam voluntatem, an verò rebus
24 ipſis & factis. *d.l.de quibus.* Et ſic nihil aliud
eſt conſuetudo, niſi jus quoddam non
ſcriptum, diuturnis tamen utentium mo-
ribus comprobatum, *§.ex non ſcripto. Inſt.de*
jure nat gen. & civil. Ex quo nunc & illud
patet, quod talis conſuetudo debet eſſe
diuturna. *l. diuturna.33.l.ſed & ea.35. ibi per*
plurimos annos obſervata cum l. ſi de interpre-
tatione:37.verb.in hujusmodi caſibus civitas re-
trò uſa eſt. de ll. cum l, 1. & 2. C. quæ ſit longa
conſuet. ideò alibi requiritur, inveteratam
eſſe, *d. l de quibus. 32. verſ. inveterata enim,*
hoc eſt, præſcriptam longo tempore, ad
minus videlicet decem annorum. *Bar. d. l.*
de quibus. 22 num. 15. ibidemq; Iaſ. 41. & 59.
Tanti namq; temporis uſus non vilem
præbet authoritatem: ita tamen, quòd
ſemper meminerimus, conſuetudinem
non uſq; adeò valere, ut juri poſitivo de-
beat præjudicium generare, niſi duobus
25 concurrentibus, puta, quòd & rationabi-
lis, hoc eſt, non contra jus naturæ. *c. flagi-*
tia. 32.q 7. & legitimè præſcripta ſit. *c. fin.*
in f. extra de conſuet. Quantumvis autem ad
introducendam conſuetudinem, ſuper re-
26 bus vel juribus eccleſiaſticis, requiratur
præſcriptio quadragenaria, *per notat à gloſſ.*
in d c.fin ac ſac. c. cùm eccleſia. extra de cauſa
poſſ & proprietat. cum c.auditu.de præſcript. c.
f. de conſuet. Roch Curt. in c cùm tanto. ſect. 3.
27 *nu.28.eod. tit.* tamen in rebus & juribus ſe-
28 cularib. acquirendis, ſufficit conſuetudo
præſcripta ſaltem decennio inter præſen-
tes, & vicennio inter abſentes, ſicut hæc
ſententia communi Dd. calculo approba-
tur. *Roch.Curt.in c cùm tantò ſect. 3. num. 1.*
& 2. junctis his quæ ibidem tradit, num 25. verſ.
prima eſt concluſio. extra de conſuet. qui lapſus
decennii incipit currere à die primi actus,
geſti contra vel præter legem, qui veriſi-
militer venit in notitiam populi, vel ſal-
tem majoris partis, ſicut & illam ſenten-
tiam refert communem eſſe, *Curt in d. c.*
cùm tanto.ſect.3.num. 25. verſ. communiter te-
nent.& ita tenuit etiam Ang in d. l. de quibus.
32. 3. q. ibidemq; Iaſ num. 43. & completur
alio ſuperveniente ſimili actu infrà vel
pòſt exactos decem annos. *Iaſ d. l. de quibus*
num. 95. De jure autem Saxonico, quan- 29
tumvis gloſſa prologi Landrecht *num.7.* re-
citet tantùm opiniones Legiſtarum & Ca-
noniſtarum, circa introductionem con-
ſuetudinis, nihil firmandu, quid juris ſit
de tempore requiſito ad præſcriptionem
de jure noſtro provinciali: tamen longæ-
va conſuetudine introductum eſt, ut, ad
inſtar immobilium, item jurium, requira-
tur ad minùs ſpatium triginta annorum
anni & diei *Landr.lib.1.ar.29.* cùm, ſecun-
dum illud, regulariter duæ tantùm ſint
ſpecies uſucapionum, una annalis pro mo-
bilibus, & alia tricennalis cum anno & ſex
ſeptimanis, currens pro immobilibus, ſic-
ut & ſervitutibus, ſive continuis, ſive diſ-
continuis. *d art.29. juncta gl.lib 2. ar. 28. &*
gl. Weichbild *verbo.* Jahr und Tag.*art. 4. ac*
ſequitur Schurffius conſ 69. nu. 1.cent. 1. & conſ.
84.cent.2 nu 2. VVeſenb conſ 42.nu. 35. Ne-
que enim jus Saxonicum, circa acquiſiti-
onem rerum corporalium immobilium,
vel jurium, agnoſcit præſcriptionem lon- 30
gi temporis, 10.vel 20. annorum, prout
ſit de jure civili, *l. 2. C.de ſervit. & aqua l. f.*
& per tot.tit.C.de præſc.long. temp. ſed mobi-
lium acquiſitionem concludit anno, im-
mobilium autem & jurium tricennio cum
anno & die, *d lib 1.ar.29.* Landrecht. Etſi v.
contra annalem præſcriptionem opponi
poſſit, eam ſemel fuiſſe caſſatam & anti-
quatam conſtitutione Juſtiniani, *in l. 1. C.*
de uſucap. transf. tamen contrarium loqui-
tur de annali præſcriptione, quæ viguerat
ante tempus illius conſtitutionis *d.l.1.C de*
uſucap. transfor. non autem prohibet, quin
in futurum tempus ſtatuto, vel conſuetu-
dine ea induci poſſit. *ita ſolvit Bal. in c. cùm*
tanto.num.36.ext de conſuet. Unde, quia
conſuetudo præſcripta tribuit jus publi-
cum, quod æqualiter afficit omnes homi-
nes ejus loci, ubi viget talis conſuetudo,
Curt.in c.cùm tanto.ſect.3.nu. 1.ext.de conſ. uſq;
obtinuit, ut ad introducendam conſuetu-
dinem non minùs tempus, quam 31. anno-
rum, & ſex hebdomadarum, ad inſtar juri-
um, quæ privatus acquirere intendit, exi-
gatur, & ita quotidie pronunciatur, quod
in ſpecie propoſiti noſtri firmat D. Schnei-
devvinius *in §.ex non ſcripto.nu.4. Inſt de jure*
nat gen. & civ. Verùm, quia conſuetudo fa- 31.
cti eſt,

Differ. jur civ. & Sax. 13. lib. 1 & lib. 2 part 6. differ. 1. in Zobel. part. 2. nu 3.

Iur Civ. & Sax. differ. 21 lib. 1. & lib. 2 part 6. differ. 1. in Zobel. 4. part. 2. num. 10.

ﬅi eſt,nec præſumitur,niſi probetur,*c. 1 de*
conſt.in6,ideò,ſive loquamur de conſuetu-
dine novi juris introductiva, ſive veteris
legis interpretativa,vel extenſiva, ubique
32 fundans ſe ſuper cõſuetudine,quæ ipſi ne-
gatur per adverſarium, (quia & præſum-
ptionem juris communis contra ſe habet,
arg l.1.ac quæ ibi traduntur per Dec.& Cagnol.
de reg.jur.&,ſi probetur ab adverſa parte u-
33 nus actus intermedios,allegatæ conſuetu-
dini contrarius,viciat & interrumpit præ-
ſcriptionem *Curt.in c.cùm tanto.ſect 4.nu.66*
extr de conſuet.)circa probationem allegatæ
conſuetudinis cautus eſſe debet advocatus,
34 ut rectè formet articulos probaturjos in
hac materia,præmittendo primo loco arti-
culum generalem, quòd talis in loco fue-
rit conſuetudo antiquitùs,& ultra tempus
a lege requiſitũ obſervata, ut ſuper inſtru-
mentis recognitis,vel confeſſionibus in ju-
re,vel etiam extra banchum, aut tribunal
loci publicum vel conſuetum,coram judi-
ce factis, procedatur ad paratam executi-
onem,abſq; alio ordine judiciali, & ſic le-
gitimè ſit præſcripta *c.cum tanto.§.fin f.ext*
de cõſuet. Secundò concipiet articulum ſpe-
cialem, de uno aliquo vel primo actu pu-
blicè celebrato contra vel præter legem,
Curt.d.c.cum tanto.ſect.3.nu. 25. Tertiò arti-
culabit de continuatione hujus uſus,faciẽ-
do mentionem alterius ſimilis actus ſub-
ſecuti,cùm requiratur,frequentia actuũ,*l.*
1 & 2. C. quæ ſit long.conſuet. quod ipſum,ſi
35 plura exempla,vel frequentiores actus pro
tunc haberi non poſſunt,ſufficit. Ultimò,
ſiquidem poſſibile eſt,deducatur in articu-
lo,iſtã conſuetudinem, puta, quòd in pro-
poſito debitores moroſi, poſt binam aut
trinam admonitionem, ſi ſulvere ceſſent,
introeant carcerem obœdientiæ, vel deti-
neantur in rebus vel perſonis: item ſemel
in contradictorio judicio, inter alias par-
tes antè fuiſſe probatam & confirmatam,
arg.l.cum de conſuet.34.ff.de legib.& c Abbate.
verb. contradictorio. extr. de verb. ſignif. Etſi n.
de neceſſitate non requiritur ad hoc,ut va
leat conſuetudo, liquidari, quòd obtenta
ſit in contradictorio judicio,*ſecundum Iaſ.*
& omnes in d.l.cum de conſuet.& aſſerit Curtius
hanc opinionem communem eſſe, Curt. d. c. cum
tanto.ſect.4.num.34.& 35,tamen vel eo no-
mine fidem de illa fieri utile eſt,ut præclu-
datur adverſario via excipiendi de actibus
fortè recentioribus, & intermediis cõtra-
riis,per quos aliàs viciaretur & interrum-
peretur præſcriptio conſuetudinis nondũ
completæ *Curt.in d.c.cum tanto.ſect.4 nu.70.*
36 *& 71*,Sententia ſiquidem ſemel lata, & in
rem judicatam tranſacta ſuper conſuetu-
dine loci,puta,in qua dicitur,allegatã con-
ſuetudinem loci ſufficienter eſſe probatã,
afficit non tantùm ipſos litigantes, inter
quos lata eſt,ſed etiam tertios,qui quoquo
modo cives ſunt ejus territorii, ubi ſentẽ-
tia publicata fuit.*Curt.in d.c.cum tanto, ſect.*
4.nu.35,poſt.Bart.in repetit.l.de quibus.32.4.
quæſt.pr.ff de ll.nu.20.& Albericos de Roſa-
te *nu. 52.* dicit in quæſtiune ſuper conſue-
tudine,ſi judex pronunciaverit, apparere
ex actis,eam probatam eſſe, talis ſententia
facit jus inter omnes,non ex eo,quod talis
ſententia inducat conſuetudinem,ſedquia
priùs inductam declarat *arg gl.ſicut 8.§.3.*
*ſed ſi quæritur ff.ſi ſerv.vind.*Cùm n.ſententia 37
definitiva non proferatur,niſi cum magno
& longo conflictu partium,*l.fin C. commun.*
epiſt.program præſumitur, quòd major pars
populi,vel ſaltem Conſiliariurum, qui to-
tum populum repræſentant,iſtud ſciverit,
Raven.in tit de conſuet.ſect.5.nu.17. & appro-
baverit ſaltẽ tacitè.*arg l.ſæpe.60.ff.de re jud.*
ac ſequitur Curt in d.c.cum tanto.ſect.4.nu. 65.
Crebrò n.contingit,tùm propter imperiti-
am,tùm etiam propter mutationem judi-
cum,*arg.l.proponebatur.76. de judic.* ut ſuper
una eademq; ſpecie diverſimodè jus dica-
tur,etiam in una eademq; provincia, vel
civitate,&ita jus loci quodammodo incertũ
redditur, prout olim vidimus fieri ſuper
interpretatione juris Saxonici,*in tex* Landr.
lib. 1.art.3. & 17. cujus virtute, licet frater, 38
item ſorur alicujus conſanguinei, vel ute-
rini,in ſucceſſione defuncti,cũ patruis ſint
in pari gradu,tertio videl. Dann halbe Ge-
burt vorrucket oder vorſetzet ein Geſippe / ita,
ut fratres ex uno tantùm latere dicãtur in
tertio gradu attinere defunctũ, *d.ar.3.* ad-
eoq; æqualiter videbantur admittendi. *§.*
*ceterũ.verſ.quare n. Inſt.de legit.agn.ſucc.*eo ta-
men non obſtante, conſuetudo harum &
vicinarum provinciarum antiqua & inve
terata ita interpretata fuit legem Saxoni-
cam, ut tunc demum ex uno latere conjũ-
ctus dicatur tranſponere gradum,quando
ſuccedere intendit cùm fratre vel ſorore
utrinq; conjunctis, ſicut planè indubitatũ
eſt,quando cum fratribus uterinis vel con
ſanguineis concurrit utrinq; conjunctus,
præferri ex utroq; latere conjunctum,pro-
pter videlicet duplex vinculum *auth itaq.*
C.commun de ſucceſ ſicut & econtrà, quando
cum liberis fratrum utrinque conjuncto-
rum,concurrit uterinus, vel conſanguineus
tunc omnes pariter ſuccedunt, ex quo pa-
riter reperiuntur in tertio gradu, verùm,
quando cum avunculo vel patruo certat

Frater uterinus quo eo gradu contingat germanum,& illo mortuo an excludat patruum *Iur Cibil. & Sax differ. 41. lib. 1 parte. 3. in Zob. 8. par 3 n 20 & 17. ead. par. n 20.*

uterinus, vel conſanguineus, eo caſu potiùs conſideratur ſanguinis propinquioris vinculum, quia ex eodem ſanguine patris, vel ſaltem ex uno eodemque utero matris fuerunt procreati, defunctus & ejus frater, qui nunc intendit ſuccedere; & ita non mirum eſt, ſi hic in ſucceſſione defuncti præfertur patruo, vel avunculo, non obſtante gradus paritate, *gloſſ.* Weichbild. *ar 62.* & hæc interpretatio longæva non eſt mutanda. *l. minimè. 32. ff. de ll.* Benè fateor, quod olim diſſimiliter ſuper hac facti ſpecie judicabant Lipſenſes & Wittebergenſes, prout patet ex annotationib. *D. Ioannis Schneid. in Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defe. in 3 ordine ſuccedendi, ſub rubric. de ſucceſſ. fratrum. n. 27.* ſed in his provinciis Thuringiæ ſemper fuit pro fratribus & ſororibus uterinis, item conſanguineis, contra defuncti patruos, uniformiter pronunciatum, & hodiè Elector Saxoniæ D. Auguſtus redegit utrumque Dicaſterium Lipſenſe & Wittebergenſe, in unam conſonantiam, ut idem in propoſito nobiſcũ pronuncient, per ipſius novellas, *conſtitutione 18. parte 3.* Sic valet ſtatutum, vel con-
39 ſuetudo loci particularis, quòd uxor teneatur pro marito, filius pro patre & econtrà. *Bart in tract. repræſal. tertia quæſtione primæ partis principalis. Chaſſan. in conſuet. Burg. rub. 4. ſ. 1. verb & edictis. n. 1. & idem ibid §. 11. verb. contra le femme. n. 1. per l. hac definitione. 12. C. de omni agro deſer. lib. 11. & l ſ. C. de primipilo. lib. 12 cum l. ſ. C. in quib. cauſ. pig. tac. contrah. Iaſ. in ſ. actiones. n. 29. Inſtit. de act. ac ſequitur Gail. obſer. 36. nu 2. & 3. lib. 1.* Quòd ideò moneo, ut videant tyrones, quàm ſæpè difficilis ſit probatio conſuetudinis, ubi aliquid vario modo, nunc ſic, nunc aliter fuit obſervatum. Quo caſu ſuaſerim, ut Advocatus diligenter inquirat de actibus, an ſemper fuerint uniformes, an verò difformiter geſti, poſteriori ſiquidem caſu recurrendum eſt ad jus commune, vel ſtatutarium, prout literaliter loquitur *Bart. in l. a. in fine princ ff ſol. mat. Raven. in tit. extra de conſuetud. ſect. 5 nu. 24 & Curtius in c. cum tanto ſect. 4. num. 66. extra de conſuetud.* Ac, ut quaſi in ſpeculo contemplari liceat, quàm utile ſit in materia conſuetudinis, inter alios, unum articulum formare, quòd ſecundùm iſtam conſuetudinem loci, tanquam probatam, ſemel fuerit judicatum, ſubjicio exemplum, quod in facti ſpecie practicatum vidi. Jus Saxonicum
40 inter duos cohæredes, qui veniunt invicem ad diviſionem alicujus prædii, tribuit juniori hanc prærogativam, ut, majore conſtituente partes, & faciente æſtimationem, minor eligat. *Landr. lib 3. ar. 29.* at, ſi plures quàm duo ad diviſionem invicem provocent, relinquitur iſte caſus diſpoſitioni juris communis, ut videlicet dirimantur partes per judicium ſortis. *l. 2. C. com-* 41
mun. de leg. ac notatur per gloſſ. & Bar. in l. ad officium. 3. C. communi divid. Inſinuabantur cuidam dicaſterio acta ex diœceſi Altenburgenſi, in quibus actor retrahere volebat prædia paterna, virtute cujuſdam allegatæ conſuetudinis, uſitatæ in præfectura ejuſdem loci, quæ etiam inter plures hæredes reſervat minimo natu jus electionis vel optionis, uſq; ad tempora majorennitatis, verùm quia lis conteſtabatur inter partes negativè, actori fuit impoſita probatio conſuetudinis, in qua ſe fundabat, ſuper qua, & ejus diſputatione, cum omnibus actis & actitatis, pòſt concluſum in cauſa ad requiſitionem conſilii anno 1578. transmiſſis, reſpondebatur de jure, conſuetudinem plenè probatam eſſe, adeoque ex liberis minimo competere, de conſuetudine loci, jus retractus circa annos majorennitatis. Quantumvis enim in reprobatoriis reæ partis plures actus deducerentur in contrarium, maximè, qui geſti erant à tempore mutationis dominationum in his provinciis, pòſt captum Electorem Saxoniæ Joannem Fridericum, laudatiſſimæ conſtantiæ, pietatis & memoriæ Principem, ab anno 1547. ubi Præfecti locorum inveniebant nova aucupia, ſub quorum prætextu illis licebat gratificari uni partium, cui magis favebant, allegando, prædictam conſuetudinem abrogatam eſſe per ſupervenientiam novorum gubernatorum, juxta illud vulgatum; *novus Rex, nova Lex*: tamen, quia ex actis de hoc nihil relevans probabatur, ſed planè contrarium apparebat, puta, quòd etiam poſt bellum illud Schmalkaldicum, ut vocant, plures diviſiones ſecundùm illam conſuetudinem antiquam inſtitutæ, & minoribus uſque ad annos majorennitatis jus optionis reſervatum fuiſſet, & ſimul de hoc etiam fiebat fides, ante decem annos, vel circiter in contradictorio judicio obtentam fuiſſe talem ſententiam, in qua narrabatur, præmemoratam conſuetudinem ſufficienter eſſe probatam, ſaltem ex illo unico capite fuit lata ſententia pro actore, *per doctrinam Curtii in d. c. cum tanto ſect. 4. nu. 70 & 71. paulò antè allegatam.* Licet autem in ſecunda inſtantia, per ſententiam ap- 42
pella-

Quomodo in diviſione hæreditatis procedatur. Iur. Civil. & Saxon. differ. 42. lib 2. par. 1 & lib. 1. differ 31. in Zobel. 14. par. 3. num. 9.

Digitized by Google

pellationis & leuterationis, prior ſenten-
tia fuerit reformata:tamen, quia res ipſa
loquirur, veriſſimum eſſe, quod tradit Ul-
pianus, non utiq; ſemper meliùs pronun-
ciare, qui noviſſimam ſententiam laturus
eſt. *l. 1. verſ. non enim. ff. de appell.* ideò, cum
appellatus ſuſpenderet dictas ſententias
ſecundæ inſtantiæ per viam ſecundæ leu-
terationis, (was man Oberleuterung nennet)
vel potiùs per modum reclamationis &
querelæ, peteretq; a ſuperiore loci, ut re-
viderentur acta, & audirentur aliorũ etiã
Juriſconſultorum cenſuræ, denuò retra-
ctatis omnibus, quæ in ſecunda inſtantia
contra actorem erant judicata, confirma-
ta fuit anno 1580. menſe Martio, primæ
inſtantiæ ſententia, ita laborare quidem &
43 labefactari ad tempus veritas, opprimi a-
vel poteſt penitùs deſtrui non *Ioh. Franc. Ri-
pa in l. is apud quem 2. nu. 13. ibidemq; Alberi-
cus nu. 22. C. de edend. per c. quæritur. 2. q. 8. &
ſequitur Ioh. Nevizanus in ſylva nuptiali. lib. 5.
nu. 115.* cùm veritas dicatur ipſa rerum ſub-
ſtantia & firmitudo, ſitq; baſis & funda-
mentum juſtitiæ, qua virtute nulla eſt præ-
clarior *Bald. conſ. 344. nu. 3. vol. 1. Aymon Cra-
vetta conſ. 6. nu. 27. parte 1.* & tradit Alberi-
cus *d. l. is apud quem. nu. 22.* quòd veritas non
quærat angulos, ſed publicè ſe exhibeat in
plateis.

Tandem bona cauſa triumphat.

Porrò ad propoſitum redeundo, ſicut ſta-
44 tutum, permittens creditori licentiam in-
grediendi, vel occupandi poſſeſſionem bo-
norum noſtri debitoris, pòſt moram, etiã
extra omnem caſum conventionis, valet,
ſecundùm omnes *in l. creditores. 3. C. de pign.*
& in ſpecie probat Aymon. Cravet. *conſ. 4.
num. 13. vol.* 1. quia enim ſecundùm eum,
45 pactis hæc licentia concedi poteſt, *d. l. cre-
ditor. & l. pen. C. de pig. act.* ergò multò ma-
gis ſtatuto, cùm argumentum à pacto ad
legem affirmativè ductum quaſi infallibi-
le ſit. *gloſſ. rub. C. de decur. lib. 10. & l. non eſt
impoſſibile. ubi Iaſ. ff. de pact. Rebuffus de lit. oblig.
art. 2. gl. 1. num. 2. & 3.* ac, quod valeat tale
ſtatutum, de parata executione ſuper in-
ſtrumentis, maximè recognitis, ſequitur
etiam Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 5. num.
96. Cyn. in l. un. C. de confeſſ. Bald. in l. 2. num. 6.
C. de execut. rei jud. Dec. conſ. 682. num. 2. 3. &
ſeqq. quò de latiùs infrà. num. 60. 61. 62.* Quòd
autem inſtrumenta harum regionum ſint
executiva de conſuetudine, non aliter at-
que inſtrumenta guarentigiata, probat et-
iam Weſenbecius *conſ. 31. num. 23.* Imò
plus dicit Albericus de Roſate, quòd vale-
at ſtatutum vel conſuetudo de pignoran-
do, vel detinendo debitore, etiam in per- 46
ſona, vel rebus, & quidem propria credi-
toris authoritate, nec interveniente judi-
cis requiſitione. *Albericus in d. l. creditores. nu.
1. ubi allegat Cynum & alios,* addendo, iſtud
obſervari communi uſu & praxi judicio-
rum. Quo de tamen nonnihil dubito, *per* *De areſtis*
ea quæ tradimus in ſexto capite huius partis, nu. *conſuetu-*
12. 13. & 14. cum ſeqq. licet mediante judi- *dinariis.*
cis miniſterio, hic uſus detentionum vel 47
areſtationum Germaniæ noſtræ non in-
cognitus, ſed receptiſſimus exiſtat, & ma-
ximè in illis locis, ubi vigent frequentio-
ra emporia, prout fit Francofurti ad Mœ-
num, & in pleriſque civitatibus Imperii,
item Lipſiæ & alibi, ita, ut liceat credito-
ribus, ob non factam ſolutionem, areſta-
re vel impedire debitores, qui ibidem con-
traxerunt etiam forenſes, ſive in perſonis,
ſive rebus, absque omni alio proceſſu ju-
diciali, quantumvis per pactum ad are-
ſtum quis ſe non obligaverit. *prout de are-
ſtu Galliæ tradit Molinæus in conſuet. Pariſ. tit.
2. gl. 1. verb. areſt ou brandon. nu. 3.* Simile ge-
nus areſti eſt, quod ex conſuetudine ho- 48
rum locorum ubi jus Saxonicum obſer-
vatur, deſcendit, ac regulariter uſurpatur
in caſibus, quandò debitores notoriè la-
buntur facultatibus, tùm enim quilibet
creditor ſeparatim inſtat pro areſto omni-
um bonorum obligati penes ſuperiorem
loci, ubi bona ſita ſunt, illudque de una
quindena in aliam quindenam renovat &
proſequitur, in tertia demum quindena
proponendo ſuum libellum areſtatorium,
*de quo teſtatur Schurff. conſ. 15. num. 8. cent. 9.
& videantur quæ ſuprà in ſecundo Capite huius
Partis. num. 187. cum ſeqq. tractata fuerunt fu-
ſiùs* & alibi Abbas inquit: valere conſue-
tudinem vel ſtatutum, quæ in caſu moræ
permittunt, proceſſum inchoari ab exe- 49
cutione, ſive in res, ſive in perſonam de-
bitoris, absque eo, quòd edatur libellus,
aut aliæ ſolennitates judiciales interveni-
ant. *Panor. in c. 1. num. 16. poſt Innoc. ibid. num.
4. extra de libell. obl. Rochus Curt. in c. cum tan-
to ſect. 1. num. 16. & ſect. 9. num. 21. uſq; ad
num. 31. extra de conſuetud. ac facit. l. f. C. de
privileg. ſcholar. lib. 12. & c. 3. extra de eo qui
mitt. in poſſ. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 2.
gl. 1. num. 2. in verb. areſt. num. 3. & 11. Pyr-
rhus ad conſuetud. Aurelian. rub. de execut. in-
ſtrum. cap. 12. & c. 7. Boërius ad conſuetud.
Bituric. tit. 1. §. 13.* Cæterùm, quia tales
conſuetudines vel ſtatuta localia ſunt, ſe-
quitur, in aliis locis vivendum eſſe jure
communi,

communi, quod regulariter prohibet, ab
executione, item areſtatione, vel ſeque-
ſtratione proceſſum inchoati l.un.C.de pro-
hib.ſeq.pecu c.1 & 2.extra de ſequeſt poſſ. de quo
in c.2.hujus Partis nu.210.cum ſeqq dictum fuit
latiùs. Id tamen quod ſuperiùs tradidimus,
50 hanc areſtandi in propoſito conſuetudi-
nem, quia facti eſt, & non præſumitur,
per actorem, &, qui ſe in ea fundat, pro-
bandam eſſe, per ea quæ tradit Philip. Franc.in
c.non eſt nu 4 extra de conſuet in 6. & habetur
text.in c.1.de conſtit eod.lib. intelligatur pro-
cedere, niſi talis ſit conſuetudo manifeſta
ac notoria omnibus & ſingulis in loco, ubi
viget. Bald in l ea quidem 7.num. 15. C. de ac-
cuſat.& l.1.num.8.C.quæ ſit long. conſuet. Iaſ.
l de quibus.32.num.88.ff.de ll.Decius conſ 445.
num.70.Craveta conſ.137.num. 5.par. 1. cum
pluribus concordantin ibidem per eundem addu-
51 ctis. Quo caſu nulla probatione eſt opus,
nec allegatione, Bar.in d.l 2.nu 29. C.quæ ſit
long conſuet & in l.exceptorem. num. 4. per il-
lum text. ubi gl.verb.manifeſtiſſimi ff. de action
ſequiturq; Baldus in l generaliter. 2. num. 2. C.
de epiſc.& cler. & Roch.Curt.in d. c. cum tanto.
ſect. 8. num. 4. cùm notorium ſit probatio
probata, vel ſaltem de facili probabilis.
Bald.in l 1.num. 3. C. de revoc. his quæ in fraud.
credit: prout etiam in notoriu legis con-
cludunt. Dd And. de Barbat.in conſ. 62. incip.
illud in medium referam.coll.3. vol. 1. cum iſto
52 caſu conſuetudo dicatur jus commune in
loco, in quo extat, gl l. 3 §. Divus in verb. ſe-
pelit. circa f ff.de ſepul. viol. ac facit l. venditor.
13.§ ſi conſtat.4.communia præd.& l conſuetu-
dinis.2.C.quæ ſit longa conſuet. unde pari mo-
do, ſicut jus ſcriptum, omnibus civibus
ejus loci nota eſſe debet. l. leges ſacratiſſimæ.
9. C. de ll. ita ut neminem excuſet juris
ignorantia l.regula.9.ff.de jur & fact. ignor.
ac multò minus judicem, cui valdè turpe
foret, jus, in quo reddendo quotidiè occu-
patur, ignorare, arg.l.2 §.Servius. verſ. namq;
eum dixiſſe.de orig jur.& fac.tex. in proœmio.ff.
veteris.ibi: quis amplius, quam vos, cognoſcit.&
l.quamquam. 7.ibi: non poterit ignorantiam
prætendere.ad S.C.Velleian l. 2. quo quisq; juris.
cum l.profeſſio.6.C.de muner.patrim. lib. 10. &
alibi ſcriptum reliquit Chaſſanæus: ſicut judex
53 univerſalis non debet ignorare jus com-
mune, ita judex particularis non debet
ignorare jus particulare, per conſuetudi-
nem loci introductum. Chaſſan. in conſue-
tud. Burgund. in proœm. num. 30. Ex quo ulte-
rius infert Curtius, quòd in conſuetudine
notoria judex non aliter teneatur ſupple-
re, quàm ſicut in jure, abſque videlicet eo,
quod allegatur vel probatur à parte. Roch.
Curt. d ca. cum tanto ſect. 8. num. 4. extra de
conſuetud. Poteſt enim judex judicare ſe-
cundum id, quod ei eſt notum, ut notori-
um, maximè in jure vel conſuetudine,
quæ ſuccedit in vicem legis, gl. verb.in con-
ſilio. l.1.C.qui & adverſus quos, juncta l. un. C.
ut quæ deſunt advocat. part. & addit Bartolus
magnum verbum: quòd adeò compellitur
ſupplere circa id, quod eſt conſuetudinis, 54
ut, niſi iſtud præſtet, ſed judicet contra
conſuetudines in loco notorias, non mi-
nùs facit litem ſuam, & in ſyndicatu te-
neatur, atque ſi judicaret contra jus com-
mune. Bart. in auth. jubemus. num. 1. in fine.
& num.2.C.de judic.& in l.filiusfam.8.§. vete-
rani 2.num.3 ff.de procur & in l.planè.58.de pe-
tit.hæred.quod Bartoli dictum etiam probat Bal-
dus in l.un.num.12 ibidemq; Alex.4. & Paul. de
Caſt num.3.ac.4.C.ut quæ deſunt advoc. Ad-
dit tamen Alexander, quod parti conſul-
tius & tutius ſit, proponere & allegare 55
notorium conſuetudinis. Alex.d.l un. num.
4.& adſtipulatur Curt.in d. ca. cum tanto. ſect.
8.num 4.ac Iaſ l.2.num. 15. C. ſi contra jus vel
util.publ.Craveta.d.conſ.137.num.6 & 7.part.
1.ac firmat Hippol in pract.crim.§.quæritur.nu.
6.& 15. tùm, quia regula eſt: notorium, li-
cet doceri non oporteat; tamen allegari
debere. [aliàs non relevat, tex.in l.cives.11.
C de appell.] gl clem.appellanti.verb.judicii. de
appellat. Panorm.in c.2.num. 12. ex. ut lite non
conteſt.quod probat etiam Bart.in l.eum qui ita.
16.§.qui ita ſtipulatur.4.num.4. de verb. oblig.
& in l.cum quid.num.13.ſi cert. petat. Abb. in c.
pervenit.num 3.ext.de cenſib.& latè Felin. in c.
cum ordinem nu.14. 15. & 16. ext. reſcript. ubi
innuit, iſtam opinionem communem eſſe: quod
idem teſtatur etiam Vivius in communibus opini-
onibus verb.notorium.num.4. tùm, quia libel-
lus debet concludere judici ſaltem præ-
ſumtivè, argum. l. omnes. 17. §. Lucius. 2 ff.
quæ in fraud.cred. [Et bona fides, etſi in du-
bio præſumatur. tex.in l.merito, 51 ff.pro ſoc.
attamen ſi in judicio non allegetur, nulli-
us eſt momenti, Bal.in l. ſuper longi temporis,
10.C.de præſc.long. temp. per tex. in l. ſi adulte-
rium cum inceſtu.38 §. iidem Pollioni 6 ff. ad l.
Iul de adult. Iaſ.in l.cum quid 3.ff.ſi cert.pet. n.
23.ubi dicit, cautum oportere eſſe eum,
qui ſe ſuper poſſeſſione longi temporis &
præſcriptione fundat, ut alleget bonam
fidem, etiamſi illa ex longi temporis præ-
ſcriptione præſumatur, aliàs ſuccumberet
quod eſt menti tenendum. Bl. in c. 1. §. ſi

quis

quis per triginta n.9 Si de feud def. contr. inter
56 *dom. & agnat.*]Quare autem præmiſſis caſibus proceſſus à manus injectione, vel parata executione inchoetur, ratio eſt, quòd voluit jus ſcriptum, item non ſcriptum, in certis caſibus, pro arcenda reorum calumnia, *clem. ut calumniis. de re judic.* præcidere omnes moratorias ambages, & exceptiones, quæ poſſent objici per debitorem, ſi creditor adſtringeretur ad litem ordinaria via proſequendam, quo caſu reus, emendicatas paſſim exceptiones opponendo, medio tempore fieret fortè non ſolvendo, atque ita impediret, aut fruſtraretur executionem. *Rebuff. de literis oblig. ar. 2. gl. 1. num. 1. & 2. qui alleg.at Aufrerium in ſtylo parlamenti in 1. parte rub. de exceptione. ſ. & de ſtylo.* cùm tamen omnis circuitus ſit vitandus, *l. dominus. 53. & ibi Bart num. 1. ff. de condict. indeb. l. cum fundus. 31. § ſervum tuum. 1. & ibi idem Bar. num. 3. ſi cert. pet. cum clem. auditor. de reſcript.* & omnes fruſtratorias dilationes in materia litium amputare conveniat. *c. finem litibus. extra de dolo & contumac. clem. diſpendioſam, de judic.* Quorſum enim ſuper debitis liquidis opus eſt proceſſu longo & judiciario, per quem nihil aliud conſequi poteſt actor, quam ut tandem feratur ſententia condemnatoria adverſus reum, *l. 1. & l. poſt rem judicatam 56. ff. de re jud.*

Inſtrumenta quæ de conſuetudine habeant paratam executionem.

Atqui dicta inſtrumenta habent vim judicati, ex authoritate videlicet juris municipalis, vel provincialis, ideoque mandanda ſunt executioni, ſive alio ulteriore proceſſu. *Rebuff. ubi ſuprà. de lit. oblig. art. 2. gl. 1. num. 2. & 3. ac traditur in 3. Parte hujus Operis, ca. 2. num. 7. cum ſeqq. ea de re latiùs.* Ex hoc fundamento, ſicut etiam prius meminimus, procedit ac ſuſtinetur conſtitutio illuſtriſſimi Saxoniæ Ducis & Electoris Auguſti &c. quam ab anteceſſoribus ipſius Clementiæ acceptam renova-
57 vit anno 1555. diſponendo, quòd inſtrumenta publica, vel privata roborata ſigillo debitoris, & recognita, hoc eſt, non negata, ſed confeſſata per debitorem, quatenus in iis non continetur aliqua reprobata vel turpis promiſſio, habeant executionem paratam, non obſtantibus quibuscunque exceptionibus: niſi reus docere paratus ſit, quòd jamdudum ſatisfecerit: ita tamen, ut eidem debitori liberum ſit, poſt factam executionem, condicere, quod indebitè priùs exolvit, prout innuit rubrũ & nigrum, von verſagten Brieff vnnd Siegeln. & in Ducatu Saxoniæ, quam Thuringiæ oram vel partem vocant, ſicut & in vicinis provinciis, quæ jure Saxonico reguntur, ex inveterata quadam conſuetudine hactenus ſemper obtinuit, quod videlicet inſtrumenta recognita mandantur
executioni, non aliter atque judicata. Ac 58
fundantur hæ conſtitutiones in eo, quòd inſtrumentum jam eſt comprobatum per recognitionem ſigilli debitoris, ideo ampliùs reprobari non debet, *argumento l. cum fidem cautionis. 4. C. de non numerat. pec. l. in arenam. 11. C. de inoff. teſt.* & ſic debitum eſt confeſſatum, adeo, ut nihil aliud niſi executionem mereatur. *l. un. C. de confeſſ. l. certum, 6. ff. eod. cum l. poſt rem judicatam. 56. de re jud. & facit ordinatio noſtra provincialis in Thuringia. 14. quæ in edition. ab anno 39. eſt 21.* von bekentlichen Schulden. Quantumvis enim aliàs de jure communi inſtrumenta non habeant paratam executionem, *prout notat Iaſ. in l. cunctos populos. 1. num. 58. C. de ſum. trin. & fid. cathol. Ang. de Peruſ. in l. tale pactum. 40. § qui provocavit. 1. num. 11. ff. de pact. Ang. & Alex. in l. ſi cùm dotem. 22. ſ. eo autem. 3. & idem Ang. in l. ſi marito. 32. §. ſi voluntate. ſol. mat. Bal. in l. 1. C. de exec. rei judic. Alex. in l. ſed ſi poſſeſſori. 11. in ſ. ff. de jurejur. ac eſt pro hac ſententia textus melior de jure, in l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum. 40. ubi etiam Bar. iſtud notat de minor. quo de latiùs in 3. Part. hujus Operis ca. 2. per tot:* tamen, cùm debitor, requiſitus ad fatendum, vel diffitendum,
chirographum & ſigillum ſuum non au- 59
deat negare, ſed agnoſcat fidem ſuæ cautionis, quid eſt æquius, quàm eundem ex confeſſione ſua ſemel facta, tanquam irretractabili, ad ſolutionem ejus, quod debet, compellere. *d. l. cum fidem cautionis. 4. l. generaliter 13. C. de non num. pec. & l. cùm de indebito. 25. ff. de probat.* Et, quòd conſuetudo
poſſit tribuere plenam fidem inſtrumento 60
quod tamen de jure communi per ſe non eſſet ad probandum ſufficiens, ſaltem quo ad faciendam paratam executionem, *iſtud notat Curt. in c. cum tanto ſect. 1. num. 21. extra de conſuet. per c. cũ dilectus ſ. 1. de fide inſtr.* Un-
de, ſi obligatus per inſtrumentum reco- 61
gnitum, non ſolvat infra terminũ, adverſus eundẽ executio meritò intentatur, *d. l. poſt rem judicatã. 56.* propter videl. præſumptionem quæ militat pro inſtrumento, donec per adverſarium probetur contrarium *l. ſi ex precibus. 18. & ibi gl. verb. oportet. C. de probat. ac fac. §. ſi v. morantur. auth. de inſtr. caut. & fide. coll. 5. l. ſi poſt diviſionem. 4. & ibi gl. verb. non poſſe C. de jur. & fac. ignor. ac notant Innoc. Fel. & alii Cc. in c. 1. extra de fide inſtrum.* Et hæc
ſententia, quòd videlicet ſtatutum vale- 62
at, ut inſtrumenta recognita mandentur

execu-

execitioni, necpoſſit aliqua illis opponi
exceprio, niſi ſolutionis, communis eſt,
*ſecundùm Benedict. Capram, in regula vel con-
cluſ. 15. num. 52. & in communibus ejusdem o-
pinionib. verb inſtrumentum num 7.* adeò qui-
63 dem, ur tale ſtatutum, vel conſtitutio,
quantumvis nova, trahatur eriam ad in-
ſtrumenra ante tempus ſtaruti confecta.
*Capra in ſuis concluſ. concluſ. 6. n 52. & in com-
munibus opinionibus. verb. conſtitutio. num. 56.*

De incluſione animalium.
Differ jur civ & Sax 68 & 69. lib. 1 & lib 2 par. 5. diff 18 in Zob 36. par. 2. nu. 5. 6. & 8. par. 4. nu. 67.

Sic in legibus noſtris Saxonicis habemus
eodem modo plures ſpecies detenrionum
vel executionum paratarum, quæ vitrure
juris communis aliàs non permirrerentur,
ex quibus paucas & communiores dunta-
xat recenſebimus. Primò namque, licet
de jure communi, ob damnum acceptum
ex animalibus vicini noſtri, nemini per-
mittatur illa detinere, vel pignorare, ſed,
qui alienum pecus in ſuo deprehenderit,
id alio modo expellere non debet, quam
ſi proprium deprehendiſſet, neque iſtud
64 includendi, vel aliter, quàm ſuum agen-
di, habet poteſtarem *l. quintus. 39. aliàs inci-
pit l quamvis ff ad l. Aquil.* Pro incommodo
enim, quod nobis illatum eſt, competen-
tibus actionibus experiri licet, cujuſcunq;
generis animal, ſive quadrupes, ſive aliud,
pauperiem fecerit. *l. qui ſervandarum. 14. §.
fin. de præſcrip. verb. & d. l. quamvis. quod & pro-
bat Panorm in c. ſi læſerit. num. 3. extra de inju-
riis & dam dat in 6.* niſi forrè cujus ſit pe-
65 cus non agnoſcar, eam enim ob cauſam
liberum eſt agri domino, retinere illud
tàm diu, donec intelligarur, ad quem per-
tineat, ur ita, adverſus cerram perſonam
inſtituere valear ſuas actiones. *Specul. tit. de
actore. §. 1. num. 59.* nequaquam autem ex
aurhoritare juris civilis, poteſt pignoris
loco pecus eò uſq; retinere, donec ipſi de
intereſſe ſatisfiat, *quicquid dicat D. Zobelius
in ſuis addit. ad artic. 47. litera E. lib. 2.* & eſt
contra Zobelium communis ſenrentia Do-
ctorum, *prout atteſtatur Alex. de Imol. in l. hoc
amplius 9 ff. de hu. 2. num 4. quam communiter
per Legiſtas teneri aſſeverat etiam ibidem Pet.
Paul. Pariſ. in ſuis addit. ad Bar. num. 4 ff de dam.
infec.* De jure ramen Saxonico, dominus
66 agri non prohiberur pecus, pauperiem in-
ferens, in ſuo ſolo, vel in quo ipſi aliquod
jus comperit, apprehenſum, ſive depaſcat
gramina vel ſegeres, ſive aliter noxam fa-
ciat, etiam propria aurhoritare, vel pigno-
rare tàm diu, donec ipſi per dominum ani-
malis ſarisfiat de damno, vel alio intereſ-
ſe, æſtimaturq; tale damnum vel per taxa-
tionem ruſticorum, vel per judicem ejus
loci Landrecht. *lib. 2. art. 47 ff* Iſt er aber
nicht gegenwertig. *& ita tota die practicatur:*
ita tamen, ur pignorata pecora poſtea tra-
dantur judici loci, neq; detineantur in pri-
vati pignorarotis cuſtodia, *quo de habetur
gl. ar. 28 eod. lib. 2. §.* Findet man jhne. *ac nota-
tur infrà n. 125. & 155. ac fac. gl. verb.* Frevet
aber/ *ibi:* Umb Schaden mag man einen pfen-
den / vnd die Pfandung mit dem Geruffte be-
ſtetigen *& concordat gl ar. 27. inf. l. 2. cum gl. d.
ar 47. §.* Sechs Pfenning Quod ſi verò ani-
malia forſan ferociora ſinr, vel perniciora,
quàm ur pignorari poſſinr, prout ſunr ſues,
irem anſeres, permitrunr eædem leges Sa-
xonicæ, illa canibus adhibitis abigere, ad-
eò, ut impellenti canes impunè ſir, quan-
tumvis unum vel aliud animal noxam
dans interficiant, *textus ad hanc rem habetur
clarus in art. 40. ff fin lib. 2.* Landrecht. *ac notat
Schneidevvinus in §. f. num. 5. Inſt. ad l. Aquil.*
Pari modo, ſi quis eques vel in curru trans- 67
eat per alienum agrum, proterendo ſege-
tes, vel aliud damnum inferendo domino
prædii, irerum illo caſu eſt conceſſum pi-
gnoranti rranſeunti, vel prærervecto tot
res, quarum valor aſcendat probabilirer ad
æſtimationem damni. Landrecht *lib. 2. art.
27.* ubi habetur: ſi ager fuerit ſeminatus, &
rranſiens cum incommodo non reſarciat
damnum, licitè pignoratur. Idemq; eſt in
quolibet alio, qui hortos vel agros no-
ſtros depopulandi, & vaſtandi, vel furandi
cauſa, ingreditur, illi enim pignoris loco,
quod ſecum defert, rectè capitur, donec 68
nobis ſatisfaciat de damno, idq; fit ob pe-
riculum in mora, ut videl. dominus facili-
ùs & citiùs injuriæ, vel damni ſibi dari re-
cipiat ultionem à tranſeunribus, qui quaſi
ſunt in pede fugitivo, & quorum proſecu-
tio aliàs futura eſſet difficilis, aut forſan
etiam impoſſibilis ei, cui damnum datum
eſt *ſecundùm gl f. d art. 27. lib 2.* ita ramen, ut
nihilominus ſinguli, qui vel ipſi, vel quo- 69
rum pecora nobis noxam fecerunt, ultrà
veram æſtimationem damni ſex nummos
pro emenda præſtent. Landr. *lib 2 art. 47. §. ſi
a dominus. verſ ſex nummi ejus emenda erunt. &
ibi gl. verb.* Sechs Pfenning *ac facit art. 20. lib
3. cum art 27. & 28 lib. 2.* niſi fortè gravio-
rem pœnam ſtatuerit commũnitas, adverſus 70
tales violatores alienorum bonorum, ei n.
inter incolas iſtius villæ ſtandum foret.
Landr. *lib. 2. ar. 55. & lib. 3. art. 79.* Eadem pi- 71
gnoratio, non præcedente aliqua requiſi-
tione judicis, de jure Saxonico locũ habet,

De eo qui agros noſtros injuria aratro ſubegit.

etiam adverſus vicinum, qui ſubigit aratro agros noſtros. *d. art. 20. ſ. quilibet etiam arantem. lib. 2.* Licet autem gloſſa ibidem iſtum textum reſtringat ad extraneos,
72 non autem ad incolas ejuſdem communitatis, à quibus damnificatus ſingulis temporum momentis jus ſuum conſequi poteſt, *gl. verſ.* Er mg auch wol pfenden. *d.*
73 *art. 20.* tamen ego iſtum textum generaliter intelligo procedere, etiam adverſus incolas, contra quos hæc pignoratio ſaltem probat factum violenti ingreſſus, ne deinceps fortè negent turbationem vicinis illatam, prout hæc poſterior ſententia approbatur uſu, idq; tota die pro omnib⁹ noxis fieri comperimus, quòd ſiſtuntur & pignorantur damnificantes, abſq; omni requiſitione judicis, ſi modò in præſenti facto deprehendantur. *d. art. 27. & 28. ſ.* Findet man. *lib. 2.* ubi de omnis generis damnificationibus loquendo, diſponitur, quòd repertus in facta damnificationis agrorum vel hortorum alienorum, licite pignoretur. Wann man einen vff friſcher That befindet/oder an der ſtat / So mag man ihn wol auffhalten/vñ pfenden vor den Schaden/ohne des Richters Vrlaub. Similiter, &, ſi quis fortè vias inuſitatas, omiſſis re-

Fraudantes vectigal

74 giis, ambulando, defraudet gabellas, telonia, vel vectigalia, impoſita tranſeuntibus per territorium alicujus Domini, eum ex vi juris Saxonici licet ſiſtere, & detinere propria authoritate, in perſona & rebus, donec perſolvat quadruplū ejus vectigalis, quod debetur, aut aliter cum domino accordet. Landrecht *lib. 2. art. 27. in princ. juncto. ſ. ſi verò ager. ibi: licitè pignorantur.* qui, ſi ultra fraudationem gabella-

Differ. jur. civ. & Sax. 3 & 5. lib. 2. in Zob. 13 par. 4. nu. 6. 2. 5.

75 rum iter fortè faciant per ſata, inferendo aliquod damnum dominis, illud etiam pignorantibus reſarcire tenentur. *d. art.*
76 *27.* ubi additur ulteriùs: ſi quis ſe opponit tali pignorationi, eum areſtandum eſſe cum clamore violentiæ, hoc eſt, denunciandum judici, ut illius miniſterio mediante, detineatur eò uſq; donec damnificatis ſatisfaciat pro injuria vel noxa, vel, ut germanica verſio innuit, ſo vff ſolchen fall/der/ſo den Zoll verfahren/vnd vngewöhnliche Wege brauchet/oder an der Saat vnd ſonſten Schaden gethan/durch den Richterlichen Gewalt gekömmert/vnd ſo lange angehalten werden / biß er ſich mit der Obrigkeit vnd andern / welchen er vff ihrem Gute mit fahren oder reiten Schaden gethan / der Gebühr nach abgefunden vnd verglichen habe. *d. art. 27.* Idque caret dubio, ſi de crimine

fraudationis auriga vel convictus, vel confeſſus ſit: ſin autem neget delictum, ad hoc, ut relaxationem mereatur, ſaltem debet ſatiſdare de judicio ſiſti. *argum. l. ſi fidejuſſor. 7. ſ. fin. ff. qui ſatiſd. cog. & notat Ferrarienſ. in forma Saximenti, verb. ſapiens. n. 5.*
Quod idem jus pignorationis, ratione 77
defraudati portorii, per terras Saxoniæ, nemini iniquum videri debet, cùm ad dominos cujuſque territorii, vel civitatis, pertineant refectio viarum & pontium, item præſtationes annuæ ad communes neceſſitates pro rebus publicis, ſcholis, eccleſiis, theatris, muris & ſimilibus, *l. vectigalia. 10. l. omnium. 6. & l. univerſi. 5. C. de vectig. & com.* ut videl. ex adverſo viciſ-
ſim ſentiant & accipiant hoc commodi, 78
ac qualem qualem ſublevationem ex gabellis, pro meliorationibus ſtratarū publicarum, à tranſeuntibus. *arg. c. qui ſentit onus. de reg. jur. in 6. l. poſt perfectam. & l. id quod poſt. 7. ff. de peric. & commod. rei vend.* Ac jure quidē civili pœna multò durior
ſtatuta eſt, adverſus tales fraudatores ga- 79
bellarum, quia committunt merces ſuas ipſo jure. *l. fraudati vectigalis. 8. & l. commiſſa. 14. ff. de publican.* idque crebrò videmus practicari à dominis terrarum, quib⁹ competit jus vectigalium, aut pedagiorū, habent enim eo nomine conſtitutos ſpeculatores & ſtationarios, ex omnibus partibus ad hoc intentos, ne aurigæ vel vectores mercium, per inſolitas vias deflectendo, defraudent datias & portoria dominorum, ac, ſi quem in viis inuſitatis, ad evadendum paſſagium deprehendunt, illum detinent, & puniunt in amiſſione rerum ſuarum, quas portat, & nihilominùs tenetur ſolvere pedagium, *ſi credimus Matthæo de Afflict. in cap. 1. verb. vectigalia. nu. 52. quæ ſint regal. in uſibus. feud. allegat. l. fin. ſ. divi ff. de publican. l. qui fiſcales. 7. C. de navicular. lib. 11. l. cùm proponas. 3. C. de naut. fœn. l. ſi quis. 5. C. de curſu publ. lib. 12. l. 4. in 2. reſponſo. ff. de off. proconſ.* ſed textus illud ultimum, quod ſcilicet, ultra pœnam amiſſionis omnium mercium, quas tranſvehunt, iidē etiam teneantur ad gabellas ordinariè impoſitas, non probant, ac certè iſtud ſimplum meritò continetur in univerſo, quod perditur ex delicto, *argument. ſ. ex maleficiis. verſ. quadrupli. Inſtit. de act.* Cæterùm, adeò ſunt privilegiata, pedagia & vectigalia, ut Arachidiaconus
profiteatur, eum, qui declinando ad in-
uſitatas vias, fraudat portoria domino- 80
rum, non minùs in foro conſcientiæ,

quàm juſtitiæ peccare. *Archidiac. in c. Rom. petas 2. q. 3.* Quod verum eſt de juſtis & legitimis vectigalibus, inſtitutis videlicet cum permiſſu Principis, ea enim fraudans, Deo delinquit, & mundo. *Bart. in l. vectigalia. 10. in princ. C. de vectigal. & commiſſ. Bald. in l. fin. num 3. C. de jure aur. annul. & in l. 2. num. 2. C. de vectigal & l. veluti. 2. num. 4. ff. de juſt. & jure. ideoq; Afflictus in d. c. 1. verb. vectigalia adducit illud eccleſiaſtici cap. 2. væ qui derelinquunt vias rectas. & ſequitur Bald. in c. 1. num. 2. quæ ſint regal.* ac monet Bart. quòd quilibet auri-
81 ga ſemper debet ſequi viam publicam, qua communiter utuntur omnes, & ſi extra illam reperitur, mala generatur adverſus eum ſuſpicio, quòd videlicet voluerit fraudare vectigalia. *l. præſidibus. 2. §. ſed nec per aliam viam eundi quiſquam habeat facultatem, niſi per quam curſus publicus ſtare dignoſcitur. ibidemq; Bart. C. de curſu publ. lib. 12. & in l. qui fiſcales. 7. ibi: ſi de via ſectatus, rectas vias avertendo. C. de navic. lib. 11.* non obſtante, quod tradit Baldus, ad
82 hoc, ut poſſit puniri in amiſſione mercium, expectandum eſſe, donec exeat locum territorii aliâs ſemper poterit redire in viam rectam, & pœnitere. *Bald. in l. cùm proponas. 3. per illum textum C. de naut. fœn. & ſententiæ Bartoli adſtipulatur Franc. Lucanus in tract. de fiſco & ejus privil. in 4. part. de vectigal. num. 14. & idem ſequitur etiam Bertachin. in tract. de gabellis ſeu vectig. in 9. part. princ. de frauda. gabell. num. 18. & 19.* Sic itaque iter uſitatum ingredi opor-
83 tet: niſi fortè tranſiens per viam inuſitatam, hoc faceret ex juſta aliqua & legitima cauſa, quia, puta, communis ſtrata fuit inundata ab aquis, vel latrunculis occupata, *Bertachin. in d. part. 9. de fraud. gabell. num. 18. per l. 2. §. ſi quis tamen. ff ſi quis caution.* quia calliditas & dolus in hoc edicto punitur, *l. callidiſſimè. 14. & l. imò. 16. de liber. cauſ. l. Cæſar. 15. de publican.* aliàs nunquam debet egredi viam rectam abſque boleta, *Bertachin. ubi proximè. num. 15.* Etiamſi verò, ut ſupra dictum fuit, merces, in quibus contigit fraudatio porto-
84 riorum, de jure civili committuntur ipſo jure, *d. l. commiſſa. 14. & l. fraudati 8. de publ.* ubi traditur, quòd commiſſum fuit, ſtatim deſinere ejus eſſe, qui crimen contraxit, dominiumque rei vectigali acquiri: non tamen fiſcus ita confeſtim debet occupare, vel uſurpare de facto, merciū vel bonorum, in quibus contigit fraudatio, poſſeſſionem, ſi fortè reperiatur contradictor, qui neget, confiſcationi locū eſſe, niſi præcedat ſententia declaratoria cōmiſſi. *Bart. in l. commiſſa 14. poſt gl. ibi. & in l. hi qui per illum text. C. de jure fiſc.* Quantumvis enim dominium, propter fraudationē vectigalis, perdatur ipſo jure, non tamen tranſit poſſeſſio. *Dyn. in l. Imperator 35. ff. de jure fiſc. & l fin C. de S S. eccleſ.* & ſic eſt neceſſaria citatio adverſarii, ad hoc, ut privetur poſſeſſione. *Pet. Paul. in addit. ad Bart. in d. l. commiſſa. 14. litera A. addendo, quòd iſta quæſtio tunc dependebat in facto. ac concordat l. cum heredes. 23. ff de acquir. poſſeſſ. l. à Titio. 64. de furt. Octavianus in deciſ. Pedemontan. reſponſ. 86. & Bart. in l. penult. in fin. C. de conven. fiſc. de lib. 10.* ac habetur bonus textus *in l. defenſionis facultas. 7. C. de jure fiſc. lib. 10.* quem Cujacius ita ſummat: bona, quæ poſſeſſor ſibi defendit, & ad fiſcum minimè pertinere contendit, fiſcus poſſidere, diſtrahere vel deſcribere non poteſt, antequam, re diſceptata, locū eſſe fiſco, probatum & pronunciatum fuerit, pendente igitur lite, apud poſſeſſorem bona remanent. *l. f. C. de bon vacan. lib 10.* Idq; Bartol. in tantum ampliat, ut indubitanter aſſerat, etiam in caſu commiſſi vectigalis non eſſe locum ſequeſtrationi. *Bart, in l. defenſionis facultas. 7. num. 4. & 5. C de jure fiſc. lib. 10.* De quo tamen ego valde in propoſito dubito, cum tales aurigæ ut plurimùm ſint forenſes & extranei, quorum ſequeſtratio faciliùs permittitur, ut dominus accipiat ſuæ injuriæ ultionem, &, quia in mora periculū eſt *per ea quæ in 2. c num. 110. notantur.* Ac ſane de jure Saxonico illud abſolutum eſt, quòd ii valeant detineri, tàm in perſona, quàm in rebus, donec domino portorii ſatisfaciant pro injuria. *Landrecht. lib. 2 art. 27. & 28. & notavimus ſuprà n. 75.* In hoc tamen omnes concordant, quòd regulariter requiratur ſententia declaratoria commiſſi, ad hoc ut auferri valeat poſſeſſio, quod procedit etiam in crimine læſæ majeſtatis, *teſtante Gaylio c. 5. nu. 4. 12. & 13. lib. 2. de pac. public. idem decidit etiam Gail. in ſuis obſerv. pract. lib. 1. obſer. 20.*
num. 8. ubi inquit: quòd, licet cauſæ fi- 85
ſcales ſint ſummariæ, in quibus ſola facti veritate attenta proceditur: tamen, ſi contradictione partis in dubium revocetur cauſa, ex qua intenditur confiſcatio, juris ordine opus eſt, *allegat textū clarū in l. 3. C. de conven. fiſc. deb. lib. 10. & in l. un.*

C. de

lib.11. ubi Platea & Luc. de Penna hoc probant, *& Iſernia in cap. 1. §. in quibuſdam num. 7. & ibi Afflict. 7. de conſuetud. recti feudi.* Secùs
86 eſt, ſi debitor fiſci ſemel redactus ſit in matriculam fiſci, cum ipſius conſenſu, prout hodiè fit in contributionibus publicis Imperii Romani, cujus virtute omnes Principes, ordines, & ſtatus regni, habent certas & determinatas taxas, quid & quantum, in caſu impoſitatum collectarum, ipſi pendere debeant, contra tales enim debitores de plano & ſummariè proceditur, adeoque tanquam ab executione inchoatur proceſſus, *Gail. d. obſer. 20. num. 5. & notovimus ſuprà cap. 2. num. 170.* [Hujuſmodi enim penſitationes & collectæ ob pacem publicam & imperii tranquillitatem indicuntur, idq; conſenſu ſtatuum, igitur moram & longum proceſſum non patiuntur: ſed condictione certi ex conventione publica ſtatim executive exiguntur, *juxta tex. in l. conventionum 5. ff. de pact. & in l. miſſi opinatores, 7. C. de exact. trib. l. 1. & 2. C. de cap. & diſtrah. pign. trib. text. in l. 1. C. de fid. inſtrum.*] Cæterùm, ad propoſitum redeundo, ſicut de jure civili, contra eum, qui invito do-
87 mino, alienos agros ingreditur. *contra l. divus 16. de ſer ruſt præd. l. naturalem. 5 §. apium. 2. de acquir. rer. dom. & l. per agrum.*
88 *11. C de ſervit.* & multò magis adverſus eum, qui cum pecoribus ſuis in noſtro fundo depaſcit, aut vaſtat gramina vel ſegetes, in damnum & injuriam noſtrorum pecorum, nonnunquam præſcriptis verbis in factum agitur. *l qui ſervandarum. 14. §. fin ff de præſcript. verb.* nonnunquam injuriarū. *l. injuriarum. 13. §. ſi quis me prohibet. 7. de injur.* cùm hoc ipſo fiat injuria domino, qui prohibetur cum ſuis ſolus uti re ſua pro arbitrio. *l. ſi quis proprium. 24. eod. tit. l. ſitut. 8. §. Ariſto. 5. ſi ſer. vend. l. qui pendentem. 25. ibi: injuriarum agere. de act. empt.* vel actione l. Aquiliæ, ex tertio videlicet capite. *§. capite tertio. Inſtit. ad l. Aquil.* prout in eam rem, contra turbatorem etiam negatoria actio competit. *§. æquè. & ibi Iaſon. Inſtit. de act. & facit l. 2. ff. ſi ſervitus vind.* ita de jure Saxonico permiſſa eſt domino defenſio rei ſuæ pro-
89 pria authoritate, contra invaſores & vaſtatores, per medium pignorationis. *d. art. 20. & 47. lib. 2. Landrecht. juncta ibi gl. ubi & modus pignorandi & mulcta deſcribitur.* Unde, ſi quis utitur jure paſcendi in alieno fundo, invito adverſario, & diſſenſum ſuum per pignorationem armenti oſtendendo, wird gepfendet/ vnnd gleichwol treibet darüber mit gewalt hinein / vi potiùs poſſidere dicitur. *Schneid. Inſt. de ſerv. urb. & ruſt. præd. ſub rub. qualiter ſervitus conſtit. n. 11.*
Eſtque hoc genus detentionum & pigno- 90 *Pignoratio quando interrumpat præſcriptionem.*
rationum, vel areſtationum, maxime circa res incorporales, quando agitur de acquiſitione ſervitutis, juriſdictionis, venationis, aut alterius cujuſcunq; juris, per fundū vicini in his locis eo nomine uſitatiùs, quòd talis captio pignorum dicitur quædam ſpecies interruptionis, qua mediante, dominus agri conſervat jus ſuum, quòd aliâs, propter aſſiduā inquietationē adverſarii futurum erat deterius, *Landr. lib. 3. art. 20.* Quid enim, ſi quis oves ſuas paſculatū agat in prædium meum, animo acquirendi ſervitutem, non tantùm licita, ſed & neceſſaria, ac quaſi tota die communiſſima eſt pignoratio, ad eum videl. finē, ut præſcriptionis, qua mediante, alius intendit jus ſervitutis in fundo noſtro acquirere, fiat interruptio. *Zobel. in ſuis addit. ad Landr. d. lib. 3. art, 20 litera C.* Et hoc quidem indubitatum eſt, quandò dominus fundi pignus captū tradit judici, & vel pignoratus illud luit, vel dimittit jus dicenti, loco videlicet emendæ, quæ debetur in ſingulas noctes redemti pignoris. *Landr. lib. 2. art. 27. in f. & ibi Zobelius. ac concordat gl. lib. 2. art. 28. §.* findet man aber. Cæterùm, an idem jus ſit etiam in pignore, quod turbatus in ſuo fundo accepit, vel à familia, vel ex pecoribus turbatoris, penes ſe illud retinendo, nec tradendo judici, nec aliter jus ſuum proſequendo? Quod videtur, *propter generalitatem dictæ additionis. litera. C. art. 20. & tangit idem additionator litera D. d art. 28. lib. 2. quam allegant aliqui in hanc ſententiam argument. l. de pretio. 8. de Public. in rem. act.* Pro quo & il-
lud facit, quòd ſicut in incorporalibus 91
adverſarii patientia inducit quaſi poſſeſſionem, quæ loco traditionis habetur, & tribuit initium præſcribendi. *l. quoties. 15. §. fin. ibi: ut aliquid patiatur de ſerv. tit. generali. l. 1. in fine. de aq. plu. arc. l. ſicut 8 §. competit. 1. in final. verb. ibi: ut tigna ſuſcipiat. ſi ſer. vend.* ita econtrà, diſpatientia; quan-
do fundi dominus deſinit pati, vel exer- 92
cet aliquem actum, per quem adverſarius prohibetur uti ſuo prætenſo jure, interrumpit quaſi poſſeſſionem ſervitutis, & conſequenter etiam præſcriptionem. *Balbus de præſc. 3. part. 6. & ult part, princ. q. 4.*

num. 40. per c. auditis. & ibi Innot. nu. 5. ex-
tra de præſcript. & idem fuſiùs in c. cum Eccle-
ſia Sutrina. poſt gloſ. finalem. de cauſ. poſ. &
93 *propriet.* talis enim contradictio parit in-
terruptionem, hoc eſt, diſſolutionem &
repagulum uſucapionis inchoatæ, ejus vi-
delicet effectus, quod præſcriptio cœpta
per hoc plenè & penitùs evacuatur &
tollitur, *ſecundùm Iaſ. in l. ex hoc edicto. 3 in*
princ. n. 3. ff. de eo per quem fact. & ſic omnes
actus poſſeſſorii, vel quaſi hactenus uſur-
pati in prædiũ, vel bona vicini, nihil pro-
ſunt, ſed habentur pro non exercitis, ut
ita, qui denuò intendit præſcribere, vel
fundũ noſtrũ, vel aliquod jus in eo, illi ne-
ceſſe ſit de novo inchoare præſcriptionẽ,
à tempore videlicet, quo ceſſat impedi-
mentum, vel contradictio domini. *Balb. de*
præſcr in 3 part & ult. part. princ. q 4. n. 42 ac
ante eum idem tenuit Panorm. in c. illud. n. 18.
94 *in fin extra de præſcript.* Et, quòd pignora-
tio, quantumvis privata, ubi quis acceptũ
pignus penes ſe retinet, de jure civili in-
terrumpi faciat, præſcriptionem firmare
videtur, etiam de jure civili, *Ferrar. in ſua*
practica, forma reſponſionis rei conventi. verb.
præſcriptionis. 27. verſ. tertiò interrumpitur per
pignorum dationem, pro quo eſt textus optimus,
rectè inducendo, in l. cum notiſſimi. 7. §. illud.
4. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. ubi dici-
tur: præſcriptionem tricennalem adver-
ſus non petentem debitum eo ipſo inter-
rumpi, quòd creditor res ſibi ſuppoſitas
pignori, vel hypothecatas detinet & in
manibus habet, quia, inquit, hic modus
interruptionis multò tutior eſt, quàm e-
jus, quæ fit per judicialem conventionẽ,
cùm litis conteſtationem imitetur illa de-
tentio, ſecundùm textum ibi. Ex pigno-
ratione ſiquidem, & incluſione pecorum
turbatoris, ſatis arguitur diſſenſus & con-
tradictio domini, recuſantis videlicet pati
ſervitutem in ſuo fundo. *Innoc. in d. c. au-*
ditis. num. 5. per illum text. extra de præſcript.
cùm per factum pignorationis, quaſi in
re præſenti teſtetur dominus, contra ipſi[9]
voluntatem hactenùs poſſeſſionem ejuſ-
dem fondi à vicino introitam cum peco-
ribus fuiſſe. *arg. l. de pupillo. 5 §. ſi quis forte.*
4. ff. de nov op. nunc & bona gloſſa verb. utraq.
pars. in c. veniens. extra de teſtib. & in c. ſi au-
tem. de cohab. cler. & mul. ac ſequitur Balbus
de præſcript. in 3. part. ult. part. princ. q. 4. n.
60. pro quo facit l. invitum. 5. ff. de serv urb.
95 *præd.* cùm etiam is dicatur invitus, qui ex-
preſsè non conſentit, *gl. d. l. invitum. verb.*
contradicit. concordat l. filius. 8. §. invitum. 1. de
procur. Ac alias dicitur, quò diſſenſus vo- 96
luntatis noſtræ, vel diſpatientia, non mi-
nùs declaretur facto, quàm verbis, *l. de*
quibus. 32. inf. de ll. l. Non tantum 5. rem ra-
tam hab. l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. &
ſu ſtit. imò fortior eſt actus facti, quàm
yer votum, *ſecundùm Iaſ. in l. non ſolum. 8. §.*
morte. 6. n. 6. ff. de nov. op. nunc. per l. ſi tam e.
48. §. ei, qui. 3. ibi: multò amplius eſt id facere,
quàm pronunciare. de ædil, edict. c. dilecti. ex-
tra de appell. l. noſtram. 30. C. de teſtam. Et
alibi Baldus inquit: facta verò proximio- 97
ra eſſe, quàm nuda vocabula. *Bald. in l. non*
ignorat. 9. num. 3. C. de his qui accuſare non
poſſ. Accedit & illud, quòd ſola citatio
verbalis in præſcriptione odioſa, hoc eſt, 98
30. annorum, interrumpat eam, quantum-
vis nulla alia ſequatur petitio. *l. cum notiſ-*
ſimi. 7. in princ. & l. ſicut. 3. C. de præſcript.
30. ann. ac notat Iaſ. in l. ex hoc edicto. 3. num.
5. ff. de eo per quem factum erit &c. Felin. in c.
illud. n. 7. extra de præſcript. Balb. de præſcript.
3. part. 6. & ult. part. princ. q. 4. n. 14. adeoq.
multò magis pignoratio, vel captura rea-
lis, ſive in perſona, ſive in rebus turbato-
ris arguet diſſenſum ejus, adverſus quem
intenditur præſcriptio. *Iaſ. in d. l. ex hoc e-*
dicto 3. nu. 6. verſ ſeptimò limita regulam præ-
dictam, ut procedat in citatione verbali. cùm
efficacior ſit citatio realis, quàm verbalis, 99
prout tradit idem Iaſ in l. 2. poſt gloſ. de juriſd.
om. jud. item, quia citatio realis ipſa quoq;
ſatis excuſat negligentiam ceſſantis, ex
qua, & non aliter, currit præſcriptio tri-
cennaria, *c. placuit. §. præſcriptionum. 16. q. 3.* 100
Movet & hoc, quòd præſcriptio dicitur
rumpi, & effectus ejus vitiari per violen-
tam expulſionem poſſeſſoris, *ſecundùm*
Ferrar. in forma reſponſionis rei conven. verb.
præſcriptionis. num. 27. verſ. naturalis verò
interruptio. & Balbus de præſcript. 3. part. 6.
& ult. part. princ. q. 4. num. 4. & probatur in
l. naturaliter. 5. ibi: cùm quis de poſſeſſione vi
ejicitur. ff. de uſucap. Atqui pignoratio ju- 101
ris Saxonici, de qua in terminis hujus du-
bii agitur, non procedit ſine expulſione
adverſarii, ſicut docet experientia, cum
dominus fundi repellat opilionem vel
bubulcum vicini è ſuo fundo violenter,
cum ovibus & pecoribus, & pro manife-
ſtatione ſuæ contradictionis, pignoret
paſtori aliquot oves, tibiam vel ſimiles
res. Etſi enim videtur in culpa conſtitut[9]
dominus, qui ſcivit, vicinũ, ſpreta pigno-
ratione, continuare ſervitutẽ paſcendi in
ſuo

ſuo fundo, & non proſecutus fuit jus ſuũ judicialiter: tamen, quia ſuperiùs probatum extitit, ſufficere citationem verbalem, ad præſcriptionis tricennariæ interruptionem, etiamſi nullus præterea deſuper offeratur libellus, *Iaſon. in d. l. ex hoc edicto. 3. num. 5. verſ. quintò extende, juncto verſ. ſeptimò limita. in fin. de eo per quem fact. eſt.* & pignoratio quaſi realis citatio eſt, ideò pignoratio una vel altera interruptionem inducit, ut maximè pignorator deinde nihil faciat, neque pignus vel judici tradat, vel jus ſuum aliter proſequatur, Alſo daß er vff die Pfand nicht weiter klaget. Quod & expreſsè innuere videtur laudatiſsimus Elector Saxoniæ D. Auguſtus, *conſtit. 7. parte 2.* in novellis, ubi in terminis movetur illud dubium, quòd quidam fuerint in ea opinione, ſi in caſu paſculationis, aut alterius ſervitutis, quæ intenditur fundo alieno, dominus fundi pignoraverit, pignoratus autem ſe de facto opponat, &, non obſtante pignoratione, continuet quaſi poſſeſsionem præſcriptionis ſemel inchoatæ, per hoc interrumpi præſcriptionem, & ſubjungit: noſtri verò deputati concluſerunt, quòd talis pignoratio tribuat effectum interrumpendi, præſcriptionem, adeò, ut pignorato de novo ſit opus inchoare præſcriptionem tricennariam, & ſecundùm hanc opinionem de jure reſponderunt VVidebergenſes, anno domini 1562. nobili cuidam circa Iſenacum, cujus verba literaliter in hoc adſcribere placuit: Wo jhr beweiſen möchtet / daß jhr aus ewrem Schaffhauſe mit ewren Schafen vff Klägers Fluren vber dreyſſig Jahre / Jahr vnd Tag gehütet / So habt jhr hiemit die Trifftgerechtigkeit vorwerct / Wo euch aber gleichwol inwendig verwerter zeit/ewre Schafe / darumb daß man das treiben nicht verſtatten wollen/ durch die Innehabere des Gutes gepfendet vnd vmbgetrieben worden / So were damit ewre Vorjahrung interrumpiret vnd zurſtöret/vnd möchtet euch damit nicht behelffen. hoc eſt, ſi probare poteritis, quòd cum ovibus veſtris jus paſcendi in fundo vicini ultrà 30. annos exercuiſtis, præſcriptione tuti eſtis, niſi adverſarius doceat, illam præſcriptionem ante decurſum
102 tricennalis temporis interruptam fuiſſe. Quantumvis autem hæc motiva magnopere urgeant pro iſta parte, quod ſola pignoratio, etiamſi pignorans deinceps nihil faciat, neq; tradat pignus judici, neq; aliter proſequatur jus ſuum, præſcriptionem interrumpat: tamen iſtud ultimum non eſt ſine ſcrupulo, maximè, ſi præſupponam*, quemadmodũ ut plurimùm fit, præſcriptionē tricennalem in perſonis hæredũ illius, qui eã inchoavit impleri. Ponamus enim, Titiũ fuiſſe in poſſeſſione, vel quaſi juris paſcendi cum ſuis jumentis per fundum vicinum Mœvii, ad biennium, triennium vel diutiùs, mortuo deinceps Titio, ejus hæredes continuant poſſeſſionem paſculationis in fundo vicini, quòd ægrè fert Mœvius, & pignorat ipſis aliquot capita pecorũ, pignorati autem non ceſſant à paſculatione in fundo vicini, adeò, ut computato tempore authoris, decurrant jam triginta anni cum anno & die, ideoque compellebatur Mœvius, adverſarios ob illam aſſiduam turbationem in jus vocare, cumq; illi objicerent petitori exceptionem præſcriptionis, hic autem replicaret de ſua diſpatientia, quam declaravit in pignoratione pecorum vicini, quærebatur, an per hoc diceretur interrupta præſcriptio? Ac, ut ingenuè dicam, quod ſentio, in propoſito (ſalva tamen rectiùs judicantium determinatione) contrariam opinionem & juri conformiorē & communiorem eſſe judico, per ſequentia fundamenta. Primò ſiquidē pignoratio partis nuda, cum, & ſuper qua deinceps judex non aditur, nihil aliud eſt, niſi ſimplex quædam denunciatio, vel proteſtatio extrajudicialis, qua videlic. mediante fundi dominus declarat ſuum diſſenſum ſuper jure paſculationis, quod adverſarius in
fundo vicini habere intendit. Quæ quidē 103
denunciatio, vel cõteſtatio extrajudicialis, pòſt uſucapionem jam antè inchoatam, ſi nihil ſubſequatur, nec urgeat denunciator citationem contra adverſarium, non vitiat aut labefactat præſcriptionē priùs cœptã, *Bart. in l. alienam. 23. n. 2. per illũ text. verb. non eſſe interpolatam qui in hac materia eſt notabilis & ſignandus. ff. pro emptor.* ſicut nec talis denunciatio, pòſt ſemel inchoatã uſucapionē, conſtituit poſſeſſorem in mala fide, *Ang. & Bart. uterq; in d. l. alienam. 23. n. 2. per l. ſi fundum. 17. à contrario. C. de rei vend. ac ita tenuit Innoc. in c. dilecti. n. 3. extra de majorit. & obœd.* Ac, ſi quis objiciat, ab eo ipſo momento, quo quis ſcit, aliquid à ſe peti, interpellatũ, etiam extrajudicialiter, conſtitui in mala fide, *l. item veniunt 20. ff. petitam. 11. & 12. ff. de petit. hær.* reſpondet Angelus: contrarium loqui de poſſeſſore hæreditatis non habente titulum, hoc eſt, qui ita de facto occupavit hæreditatem,

quam nunc cognoſcit ad interpellantem pertinere. *Angel. in d. l. alienam. n. 32. n. 2.* ſecùs eſt in habentibus titulum, ſaltem pro hærede, vel pro emptore, eos enim nihil prohibet uſucapionem, per authorũ ipſorum cæptam, perficere vel continuare. *l. plærique 3. & toto tit. ff. pro hærede & pro emptore.* cum enim prædicti hæredes bona fide hactenùs fuerint in poſſeſſione, vel quaſi, juris paſcendi, quod acceperunt à patre, vel authore ſuo per neminem prohibito ſuperveniens denunciatio rei alienæ, & quidem extrajudicialis, nec arguit defectum bonæ fidei in poſſeſſore, nec de jure civili interrumpit præſcriptionem anteà bonâ fide cœptam. *Bart. in l. naturaliter. 5. num 1. & 9 ff. de uſucap. Bald. in l. 1. nu. 3. & 4. C. de uſucap transfor. & in l. ſuper longi. num 9. C. de præſcript. longi temp.* adeò ut Baldus tradat magnum verbum: præſcriptionem ita continuatam, ne quidem interrumpi per ſequeſtrationem, niſi de voluntate partium poſſeſſio in ſequeſtrum translata fuerit. *Balb. de præſcript. in 3. part. 6. & ult. part. princ. q. 4. num. 30. verſ. nono limitatur, allegando Felinum in cap. illud in concluſione circa fin. ibique Anton. de Butre. nu. 7. extra de præſcriptio.* Sufficit enim,

104 initium poſſeſſionis inculpatum, eamque bona fide, ſine videlicet ſcientia juris alieni cum interventu patientiæ Domini cœptam eſſe. *l. ſequitur. 4. §. de illo 16. verſ. quod ſi jam, cùm uſucaperet. cognovit alienam. & l. juſto. 44 §. etſi poſſeſſionis initium. de uſucap. l. clam poſſidere. 6. in princ. ibi: origo nactæ poſſeſſionis inſpicienda eſt. de acquir. poſſ.* ideò alibi tradit *Bald in l. 2. num. 2. C. de ſervit. & aqua.* præſcriptionem adhuc formandam, quæ eſt in fieri, benè interrumpi per contradictionem, formatam autem per conſummationem nunquam interrumpi per contradictionem partis, *arg l. cum quis 38. §. ſi quis pro eo. 4. de ſolut. l. nemo. 123. §. temporaria. 1. de reg. jur.* Et, quod ſuperveniens ſcientia rei alienæ, quæ habetur ex denunciatione contradictoris extrajudiciali, non interrumpat præſcriptionem, anteà bona fide cœptam, probat etiam Dynus *in c. poſſeſſor malæ fidei n 9. extra de reg. jur. in 6. Fel. in c. illud. n. 17. verſ. decima quinta concluſio. & in c. nihil. n. 5. de præſcript poſt gl. finalem. in fine ibidem. Quod idem & Balbus ſequitur in tractatu præſcriptionum. in 3. part. 6. & ult. partis princ. 4. quæſtione principali. n. 18. & 35. verſ. & ex ibi notatis. Alex conſ. 89. incip. excellentiſſimi Iuriſconſulti n. 17. ac facit textus juris canonici clarus & per concilium Aphricanum novum approbatus, in c. placuit. lect. 2 §. præſcriptionum. verſ. bona verò fides. 16. q. 3. ubi ita legitur: bonam fidem non ad tractum medii temporis, ſed ad initium poſſeſſionis referri, ſufficit enim cuique ab initio bona fide poſſidere cæpiſſe, quantumvis medio tempore ſcientiam rei alienæ habuerit, hæc in litera.* Licet autem Canoniſtæ replicent, 105

prædictæ conſtitutioni deinceps fuiſſe derogatum. *per c. fin. extra de præſcript. & d. c. poſſeſſor malæ fidei. de reg. jur. in 6.* quaſi leges, quæ indulgent præſcriptionem cum ſuperveniẽtia ſcientiæ rei alienæ, ſint peccati nutritivæ, prout firmat Baldus *de præſcript. in 3. part. 6. & ult. part. princ. q. 4. n. 8.* ubi ſubjicit: jura de malæ fidei præſcriptione loquentia, hodiè in utroque foro, tàm civili, quàm canonico, correcta eſſe: tamen ego in iſto puncto tranſeo cum Ferrarienſi, *in forma reſponſionis rei conventi verb. præſcriptionis. num. 31. verſ. alii ſunt.* ubi tenet: Canoniſtarum opinionem ſervandam eſſe in terris eccleſiæ, contrariam autem in foro civili vel imperii, *poſt gloſſ. d. c. fin. verb. canonica.* ubi abſque trepidatione concludit dictum ca. f. non obſervari in judicio ſeculari, & addit Ferrar. *ubi ſupra num. 28.* quòd iſta gloſſa capituli ultimi, tanquam verior, communiter practicetur, quo de latiùs videri poteſt in mea repetitione. *d. c. fin. extra de præſcript.* ideò aliàs Innocentius ſcriptum reliquit: quòd denunciatio extrajudicialis nunquam interrumpat præſcriptionem, niſi in caſibus à jure expreſſis. *Innocent. in c. olim cauſam, n. 2. extra de cenſib. quod etiam probat Balbus, ubi proximè num. 19.* Cumque in propoſito noſtro dominus fundi, ab initio cœptæ paſculationis, ſe non oppoſuerit vicino, jus ſervitutis in prædio ſuo acquirere intendenti, ſuperveniens turbatio extrajudicialis, in perſonis maximè hæredum vel ſucceſſorum ſingularium, qui probabilem habent ignorantiam geſtorũ per ſuos anteceſſores, *l. qui in alterius. 42. de reg. jur.* non impedit progreſſum, aut curſum præſcriptionis, ante plures annos inchoatæ. *d. l. cum alienam.* Ac, ſi quis urgeat, ex quo agitur de acquiſitione ſervitutis in alieno fundo, qui præſumitur ex ſui natura liber eſſe, *l. altius. 8. C. de ſervit.* ideò, ſicut in authore præſumitur mala fides, tanquam habente conſcientiam rei alienæ, *c. illud. c. vigilanti. & c. f. extra de præſcript.* neque veriſimile eſt, dominum ſcien-

ter

ter hoc fuiſſe conceſſurum, *l. cùm de inde-
bito. 23. ff. de probat.* ita pari modo de hære-
dibus dicendum eſſe videri huic reſpon-
detur: malam fidem authoris, quæ tan-
tùm ex præſumtione pendet, abſq; alia le-
gitima probatione, ſucceſſoribus non no-
cere, quò minùs uſucapiant, *gloß. magna
in l. tutor. rerum. 56. in f. de admin. tut. quam
multùm commendat Paul. de Caſtr. in l. nunquã
31. in p. de uſucap. & alex in l. Pomponius. 13.
§. cùm quis. 1. n. 22. de acquir poſſ & poſt eos
Balb. de præſcript. 2. part. 3. partis. princ q 12.
num. 4. & 13. in 1. limitatione.* Et ex eodem
fundamento diluitur etiam præſumtio
diſpatientiæ circa paſculationem ante-
ceſſoris, cùm enim turbatio vel interpel-
latio facti ſit, non præſumitur, niſi probe-
tur. *Alciat. in tract. præſumpt. reg. 3. præſum.
9. num 18. cum ſeqq. per c. quoniam contra. ex-
tra de prob. c. tenor. de re jud. & l. aſſeveratio.
10. C. de non num. pec. cum aliis quæ ibidem
allegat.* Ac, quòd de præſenti turbatus,
mediante pignoratione, non teneatur
credere nudis allegationibus adverſarii,
qui prætendit, ſe ejus loci eſſe dominum,
vult Felinus *in c. nihil num. 6. extra de præ-
ſcript.* cùm per hoc non ſit plenè confirma-
ta conſcientia præſcribentis circa rem a-
lienam, *Fel. in c. illud. num. e. circa finem. ex-
tra eod.* Quod vel maximè in terminis
præſentis quæſtionis dicendum eſt, ubi
adverſarius aliud nihil allegat, niſi, ſe eſ-
ſe dominum fundi, in quo ſervitus paſcu-
lationis dicitur eſſe præſcripta, cùm nihil
prohibeat, & Mœvium eſſe dominum, &
reos eſſe quaſi poſſeſſores ſervitutis in di-
cto fundo, *argum. l. naturaliter. 5 §. nihil
commune ff. de acquir. vel. poſſeß.* Licet itaq;
dominus fundi neget, mihi jus paſcendi
ibidem competere; tamen, quia ego cum
prædeceſſoribus meis hactenùs in quaſi
poſſeſſione iſtius juris fui, & adhuc ſum,
meritò inſiſto meæ poſſeſsioni, in qua et-
iam manutenendus ſum, tàmdiu, donec
adverſarius me jure dejiciat. *§. retinendæ.
verſ commodum. Inſt. de interdict.* cùm ei et-
iam manutenentia competat, qui eſt in
poſſeſſione, vel quaſi, juris paſcendi. *Me-
noch. de retin. poſs. remed. 3. nu. 137. cum ſeqq.
& ſequitur Virginius de Bocatiis à Cingulo: in
tract. de manutenentia. c. 2. num. 55. & ante
eum Socin. conſ. 91. nu. 20. lib. 3.* neq; teneor
fidem habere ſimplici aſſertioni pigno-
106 rantis, cùm propter noſtrum aſſerere, vel
negare, non violetur veritas. *l. aſſumptio.
6. in princ. ad municip. & l. legatus. 20. cum l.
illicitas. 6. § veritas. 1. de off. præſ. l. nec omiſ-
ſa. 25. C. de liber. cauſa.* Et quòd ex ſola ja-
ctatione contradictoris, nemo conſtitua-
tur in mala fide, niſi ſimul oſtenderit ad-
verſarius ipſi ſua jura, tradit Tiraquell. *de
retract. conven. §. 3. gloß. 6. num 7. per l. 1. in
princ. ubi in 1. gloß. verb. quamvis ff. de eo per
quem factum erit. Specul. in tit. de citatione §.
ſequitur. num. 2. Balbus de præſcript in 3. part.
6. & ult. part. princ. q 4. num. 20. verſ. fallit.
poſt Panorm. in c. illud. num. 8. extra de præ-
ſcript.* Quantumvis enim contradictio
moveat nobis dubitationem: *l. nemo. 10.
in fin. C. de acquir. poſſ.* tamen per eam non
interrumpitur præſcriptio. *Balbus de præ-
ſcript. 3. part. 6. & ult. part. princ. q. 2. nu. 3.*
cùm dubitatio ſit quædam animi paſſio,
cum præciſa ignorantia extremorum. *Bal.
in rub. C. de probat. num. 4.* & dubitans æ- 107
quiparatur ignoranti *Bart. in l fin. num. 1.
per illum text. C. de condict. indeb. & in l 2 ff.
quis ordo in poſſ. bon ſer. & in l f §. cum autem
num. 2 per illum text in verb. neſciens aut du-
bitans. C. de furtis. Iaſ. in l. quamdiu. 5. nu. 5.
C. qui admitt. ad bon. poſſ. & in l. 3. § gene-
ra. num. 8. & 9. ff de acquir. poſſ. Chaſſanæus
in conſuet. Burg. verb. Des. retract 5. rub. 10.
§. 6. nu. 12.* Ignorans autem, alium eſſe do- 108
minum rei, vel juris controverſi quam
eum, à quo accepit, uſucapit, quia poſſeſ-
ſor bonæ fidei eſt. *l. exempto. 11 de act. empt.
§. ſi quis à non domino. Inſtit. de rerum diviſ.
& notat gl. verb nihil transfert. in l. traditio.
20. de acquir. dom. per l. clavibus 74. de con-
trahend. empt. & notat Dec. ac Cagn in l Ne-
mo plus juris 54. de reg jur.* Imò plùs dicit
gloſſa juris Canonici; etiamſi alicui mo-
veatur a contradictore, cauſa etiam juſta:
tamen adhuc præſcribit. *gl. fin. in c f. extra
de præſcript. ibiq; Innoc. in f. & Anton. de But.
n. 12.* quia adhuc dicitur bonæ fidei poſſeſ-
ſor, quo ad uſumfructũ, *arg l. qui ſcit. 25. §.
bonæ fidei. 2. ff de uſur. Bart. in l. naturaliter. 5.
n. 9 ff. eod. & hæc ſententia communis eſt teſte
Felin. in d. c. fin. nu 9.* quod idem firmat etiã
Alex. *poſt gloß. d. l 3. § genera. num. 6. & 7 ff.
de acquir. poſſ.* ubi addit, iſtam opinionem
eſſe etiam de jure veriorem, cùm nemo
jus ſuum inconcuſſum relinquere de-
beat. *arg. l. illud. 40. de petit. hæredit.* ali-
biq; Baldus ſcriptum reliquit, quòd
dubius in conſcientia non dicatur face-
re contra conſcientiam, niſi aliter ei in-
notuerit veritas. *Bald. in c. fin. num. 42. ex-
tra de conſuet.* &, quòd talis dubitatio non
interrumpat præſcriptionem cœptã, con-

 cluſivè

cluſivè tenet Felinus *in d.c.fin.n.9.* Cùm itaque in propoſito denunciatus, aut ſemel atq; iterū pignoratus in ovibus ad paſcua ibidem ductis, in probabili ſit errore, qui vel eo etiā nomine tolerabilior eſt, quòd ſucceſſit in jura ſuorum anteceſſorū, ſi ipſe inſiſtit poſſeſſioni, non intelligitur peccare, *Panor. d. c. illud. u. a. de præſcript. per l. f. verſ. quod tamen ff pro ſue*, maximè quandò pòſt pignorationem unam aut alteram, cui nō acquieſcit adverſarius, pignorator ulteriùs non urget aut proſequitur jus libertatis ſui prædii, neque producit jura ſua, ex quibus certior fieri poſsit ſemel aut iterū turbatus, quòd vicino jus prohibendi, vel arcendi alium à paſculatione, in fundo ſuo competat. Ac, quidquid ſit, habet pignoratus juris præſumptionem pro ſe, quòd videl. rectè continuat poſſeſſionem, quia hactenùs uſque ad tempus pignorationis adverſarius accomodavit ſuum conſenſū & patientiam per unū aut alterū annum, ipſi & ſuo anteceſſori ad uſum paſcendi ſaltem tacitè non contradicendo. *Iaſ. in l. ſi certis annis. 28 n. 4. C de pact. per gl & text. l. 1. C. de fideicom. gl. c. cum eccleſia. verb epiſcoporum, & c. fin. extra de cauſ. poſſ. & propriet.* adeò ut ex poſſeſſione quieta triennali feudi de cavena vel camera præſumatur etiam jus feudale *c. 1. §. ſi vero Vaſallus. Quid ſit inveſtitura in uſib. feudor.* Quo de in propoſito noſtro, & quòd ex poſſeſſione quieta etiam unius anni præſumatur legitima poſſeſſio, habetur apertus textus juris Saxonici ad literam Landrecht. *lib. 2. art. 44 in princ. ubi dicitur:* Wer ein Gut hat in ſeinen Geweren Jahr vnd Tag/ohne rechtliche Widerrede/der hat daran eine rechte Gewer. latinus textus ſic habet: quicunq; bona ali-

Differ jur. civ. & Sax. jo lib. 2. part. 6. in Zobel 35. part 2. num. 6.

109 qua per annū & diem poſſidet, abſq; juſta cujuſquā contradictone, eorundem verus efficitur poſſeſſor. Quod idem etiam intelligendum eſt de jurib. alienis, *ſecundùm additionatorem ibi, litera A. & concordat gloſſa juncto textu,* Lehnrecht. *cap. 14. & cap. 32. ac facit l. bonorum appellatio. 208. 1. §. æquè de verb. ſig. ibiq. Alciat. n. 7. & 8.* Etiamſi enim

110 per poſſeſſionē annalem non acquiratur dominium, vel titulis alieni fundi, vel juris: tamen tanti temporis uſucapio poſſeſſionem vel quaſi tribuit indubitatè, *ſecundùm gloſſā verb:* Mag man auch wol pfenden. Landrecht *lib. 2. art. 27. & 44. ac facit l. 1. de itin. actuq. pri.* Huic accedit, quòd quan-

111 tumvis debitor in caſu fugæ poſſit pignorari, & capi per creditorē, propria authoritate, *l. ait prætor. 10. §. ſi debitorem. 16. & ibi Bart. ff. quæ in fraud. cred. & in l. generali. 14. per illum text. C. de decur. lib. 10. cum l. 1. C. ubi cauſa ſtatus. l. omnes omninò 6. & l. ſi coloni 14. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* tamen ſi vult impune dominus exercuiſſe talem capturam vel detentionem, debet reum immediatè perducere ad judicē, & petere ejus carcerationem. *Bart. in l. interdū. 56. § qui furē. 1. n. 1. ff. de furt. Io de Plat. in d. l generali 54. nu. 1. Ioan. Caccial. de debit ſuſpect. q. 7. princ. n. 1. per l. 1. & 2. C. ubi quis decurio & idē Caccial in 4. q princ. n. 11. arg. notatorū per Bald. Alvar. & alios Feudiſtas. in c. 1. §. conventiculā per illū text. in verſ illicitas etiam exactiones. de pace tenend. & jura fir. in uſib. feud.* Si enim hoc non fe-

Quando & quomodo debitor impunè capi poſſit.

cerit, ſed detinuerit adverſarium ultra 20. 112
horas penes ſe, tunc incurrit capiens crimen privati carceris. *l. unica C. de privat. car. inhib. cum l. capite quinto. 25. ac ibi gl. & Bart. ff. ad l. Iul. de adult. & idem tenet Angel. in d. l. un. C. de privat. carcer. ac Bart. in §. neceſſitatē poſt gl. auth. ut judices ſine quoq; ſuffragio coll.*
2. pro quo & illud facit, quòd, quamvis ju- 113
dex ſecularis, aut ejus familia, clericum in delicto vel rixa deprehenſum capere poteſt: tamen non debet eum penes ſe detinere, ſed præſentare judici eccleſiaſtico. *Bald. in l. ſi qua per calumniam. 22. n. 7. C. de epiſcop. & cler. ac latè Panorm in c. cum non ab homine. n 15. ubi etiam Felin. n. 5. extra de judic.* imò ſubdit ipſe Caccialupus in loco pro-
ximè allegato, ſive res, ſive perſona debi- 114
toris, aut adverſarii noſtri, per ipſam partē fuerit capta, ſemper deinceps debet ſiſti & conſignari magiſtratui. *Caccial. in loco ubi ſuprà 4. quæſt. princ. n. 10. poſt Ang. in l nemo carcerem. 2. n. 1. & ibi Io. de Plat. C. de exact. trib. lib. 10.* & magis ad propoſitum refert Baldus, licet ex ſtatuto permittatur apprehenſio perſonæ, vel rerum debitoris: tamen non debet apprehendens res in ſua cuſtodia vel poteſtate retinere, ſed judici repræſentare, quàm primùm poteſt. *Bald. in auth. ſed omninò. n. 3. C. ne uxor pro marito.* addendo rationem, quia exercere carcerē
in perſonam, eſt publici juris, neq; conce- 115
ditur, aut convenit privatis. *alleg. l. 2. §. deinde cum eſſet ff. de orig. jur. & l. fin. in princ. C. de maleſic. & math.* Sic de jure Saxonico debitor, ob defectū ſolutionis adjudicatus
manibus creditoris, ſi auffugiat, etſi pro- 116
pria creditoris authoritate retrahi poteſt: tamen ita retractum debet ſiſtere & exhibere judici, *per text. manifeſtū.* Weichbild. *art. 27. §. f. in fine,* Quamvis autem Bartolus circa pi-

tam pignorationem rerum aſſerere videa-
tur, quòd de neceſſitate non requiratur,
adiri judicem pro rebus apprehenſis, eas-
que illi tradi, cùm poſſint retineri pigno-
ris loco, donec nobis de injuria ſatisfiat.
*Bart. in tract. repræſal. q. 9. princ. n. 3. & in l.
ratis. 8. per illum text. ff. de incendio ruin. nau-
frag. & l. creditorn. 8. ff. de diſtract. pig.* ta-
men Baldus ad minùs requirit, fieri in-
ventarium de rebus ablatis, in publicarũ
117 perſonarum præſentia, aliâs, niſi imme-
diatè conſignet res judici, jurabitur ad-
verſus pignorantem in litem. *Bald. in d.
auth sed omninò. n. 3. per l. defenſionis facultas.
7 C. de jure fiſc. lib. 10. quod probat & ſequitur
etiam Rodericus Suarez allegatione. 18. num. 7.*
Verùm Jacobus de Belviſo, *in d. auth. ut non
fiant pignorat num 34.* concludit expreſsè,
quòd impetratores repræſaliarum, ne qui-
dem res apprehenſas debeant in ſua cu-
ſtodia retinere, ſed repræſentare ſuperio-
ri, ut ex illis ſatisfiat creditoribus autho-
ritate judicis, ne videlicet plùs æquo & ju-
ſto exigant, aut iniquum lucrum extor-
queant. *alleg gl. in l. Iudex. 5. verb. non am-
bigitur. C. comminat. epiſt. program. l. ob æs.
12. cum auth. imò C. de act. & oblig. l. qui fi-
lios. 6. C. quæ res pign. l. juſtè. 11 ff. de acquir.
poſſ. ac facie, ſecundum eum, d. l. illicitas. 6 ſ. 1
& 9. ne potentiores. cum ſeq. de offic. præſ. & d.
c. 1. §. conventicula. verſ illicitas etiam exa-
ctiones de pac. ten. in uſib. feud,* nevè inju-
riarum inde naſcatur occaſio, unde jura
oriri deberent. *l. meminerint. 6. C. unde vi.
& melior text. extat in l. creditores. 3. C. de pi-
gnor.* ubi dicitur: quantumvis creditor, ex
vi pacti, poſsit in caſu moræ occupare bo-
118 na debitoris proprio motu: tamen au-
thoritate judicis poſſeſſionem adipiſci de-
bet, ſaltem ex urbanitate vel civilitate.
*arg. l. civile. 5. C. de furt. l. ſi pupillorum 7. ſ.
ſi pupillus. 1. verſ. tutelis tamen fecerit. ſi priùs
prætorem adierit. ff. de reb. cor. qui ſub tut.* Sic
119 locator, cui res conductorum invectas li-
cet includere, propria authoritate, *l. 2. C.
in quib. cauſ. pign. tac. contrah. & ſ. item Ser-
viana. Inſt. de act.* debet hoc facere, pro ma-
jori ſecuritate, cum miniſterio judicis, pe-
tendo ipſius officiales, *ſecundùm Alex. conſ.
134. n. 3. vol. 4. pro ut ſuperiùs etiam attigimus
in hac ipſa parte. c. 2. n. 235. 236 cum ſeqq.* Et
quicquid dicat Bart. *in tract. repræſ. q. 9. pr.
num. 3.* idem tamen alibi in terminis pro-
poſiti noſtri reſpondit contrarium, puta,
ut maximè de jure civili permitteretur,
pecus dans noxam pignorare: tamẽ tutiùs
eſſe, ut iſto caſu dominus fundi, res ita pi-
gnoratas penes ſe non retineat. *Bart. in l.
hoc ampliùs. 9. ſ. de his. 2. n. 3. verſ. Titius. &
verſ. quare dic de dam. infect. quod idem probat
etiam Cæpoll. de ſervit. ruſt. præd. cap. 9. de ſer-
vitute juris paſcendi. nu. 30. & Chaſſanæus in
conſuet. Burg. rub. 1. §. 2. num. 2.* ubi conclu-
dit cautiùs eſſe, ut talia pignora mox re-
ponantur in manibus juſtitiæ, *& idẽ Chaſ-
ſan. tad. rub. ſ. 5. verb. en meſuſage. n. 2. al-
legat Matth. de Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 1.
verb. cultum pacis. nu. 34. cum quo dicto tran-
ſeunt communiter Dd. teſte Petro Paulo Pariſ.
in ſuis addit. ad Bart. in d. ſ. de his verb. ma-
jus periculum. litera D.* & idem innuit etiam
Zobel. *circa materiem pignorationis, in ſuis
addit. ad* Landrecht. *lib. 2. art. 27. litera F inf.*
ubi tenet, quod ultra 24. horarum ſpaciũ
dominus fundi non debeat penes ſe deti-
nere pignora, *allegat Beſſianum in conſuetud.
Alverniæ fol 237.* Hinc alibi dicitur, quòd
jus pignorandi in nemoribus, paſcuis,
hortis, & ſimilib⁹, nõ pertineat ad priva-
tum, *l. Quintus Mutius 39. cùm l. ſeq. ff. ad l. A-
quil.* imò de jure mixti imperii eſt, ad in-
ſtar executionis propriè ita dictæ. *Chaſſan.
in conſuet. Burg. rub. 1. verb. des juſtiz. 2. nu.
97. verſ. item jus bannizandi & pignorandi per
l. 2. C. de paſc. publ. lib. 11.* Quinto & ulti-
mò pro hac noſtra ſententia, præſertim
in illis foris, ubi jure Saxonico utimur,
militat etiam illud communiſſimũ, quod
pignorationum cauſæ & cognitiones re- 120
putantur inter gradus & ſpecies inferio-
ris juriſdictionis, ex quo pignora iſto ca-
ſu capiuntur, ut plurimùm ꝓpter violen-
tum ingreſsũ & invaſionem fundi alieni,
præter & contra dominorũ voluntatẽ, &
tales injuriæ, item violentiæ ſaltẽ per ſyn-
dicos villarum (die wir Bawrmeiſter / oder
Dorffs Vormünden nennen) denunciandæ
vel referendæ ſunt, judici locorum hære-
ditario, deme die Erbgerichte zuſtehen. Landr.
lib. 3 art. 91. ubi in genere traditur: ſive 121
homicidium, ſive vulnerationes, ſive in-
juriæ perpetrentur in loco territorũ, o-
mnes hujuſmodi caſus, quatenùs pœnam
corporis afflictivã ingerunt, per ſcultetũ,
vel hoſpitem, in cujus villa vel diverſorio
talia maleficia perpetrata fuerunt, in judi-
cio, vel judici, ſub pœna manifeſtandos eſ-
ſe, quod vernacula noſtra lingva, rügen /
h. e. denunciare appellamus. Landr *lib. 1.
art. 2. ſ.* die Landſaſſen. *verſ* darinnen *d. art.
91. ſ. fin. ibi*, *gloſſ. verb.* Alſo gethane ding.
quod intelligendũ eſt de delictis publicis,
& pu-

& publicum intereſſe concernentibus: ſe-
cùs eſt in privatis injuriis, ſuper quibus fa-
ctæ tranſactiones inter partes ratæ, *l. tran-*
ſigere 18. C. de tranſact. impunes ſunt, ut ma-
ximè non revelentur judici, licet enim in
aliquibus præfecturis, ſicut & apud quoſ-
dam nobiles inoleverit antiqua conſue-
tudo, ut omnes & quæcunq; injuriæ, ſive
privato, ſive communitati factæ, etiã non
referentib⁹ ſcultetis, per privatos denun-
ciandæ ſint in ſtatis terminis judicialibus,
ſuperiori, Wann et Erbgerichte oder Voigt-
gedinge heltet/ dũmodò velint evitare mul-
122 ctam jus dicentis, ad quam aliàs teneba-
tur injuriam faciens: tamẽ ubi ceſſat hæc
conſuetudo, vel probari nequit, dicaſteria
harũ provinciarũ ſuas ſententias confor-
mant cùm jure civili, quod neminem pu-
nit, ob non denunciatum vel relevatum
maleficiũ cõmiſſum, *per ea quæ tradit Dec.*
in l. culpa caret. 50. n. 11. de reg. jur. & iſta ſen-
tentia contra Bartolum in l. utrum. 6. ff. de l.
Pomp. de parricid. de jure civili cõmunis eſt, te-
ſte Cagnol. in d. l. culpa caret. 50. n. 12. idq; in
pronunciando ſequimur, quòd videl. pri-
vatus, non denuncians injuriã ſibi vel ſuis
factam, ſit impunis, ne quis invitus accu-
ſare vel agere compellatur, *l. 1. C. ut nemo*
invitus. Iaſ. in l. ut vim 3. n. 32. de juſt. & jur.
Dec. in d. l. culpa. n. 10. 11. Nemini ſiquidem
ſuadendum eſt, ut ſe per denunciationẽ
alicujus delicti quoquomodo ponat in
diſcrimen vitæ, famæ, vel honoris, etiãſi
habeat ſcientiã perpetrati malaficii, quòd
forſan ita clarè ꝓbare non poterit, prout
requiritur *in l. ſciant cuncti fin. C. de probat.*
& ita in calumniæ pœnã ſe præcipitabit,
Ang. de malefic. verb & hoc tradito n. 11 per l.
neminem. 9. C. ex quib cauſ. infam. irrog. juncta
l. noſtris 8. in fin. C. de calum. & Cagnol. in d. l.
culpa. ac latè Panorm. in cap. 1. n. 9. extra de re-
ſtitut. ſpol ubi & alii Canoniſtæ hoc ſequuntur,
ac pro hoc habetur clarus & apertus tex-
tus juris Saxonici, Landr. *lib. 1. art. 62. in pr.*
& §. 1 ubi dicitur: Ein jeglich Mann mag ſei-
nen Schaden wol verſchweigen/ vnd nicht kla-
gen wenn er wil: niſi ut ſuprà tetigimus, ta-
lis ſit in loco longæva & uniformiter præ-
ſcripta conſuetudo, ei enim ſtandum eſſet.
123 De maleficiorum autem denunciatoribus
videantur, *quæ latè tradit Ang. de Aret. de ma-*
leficiis. verb. nec non ad denunciationem. n. 1. 2.
13. & per totum. Sicut n. alia maleficia, vel
injuriæ, per deputatos ad hoc denunciato-
res judicibus locorum intimandæ ſunt,
ita qui agrũ ſuum vi invaſum, eaq; ratione
invaſorem per ſe pignoratum eſſe aſſerit,
ad hoc, ut conſequatur injuriæ ſuæ ultio-
nem, & ut fortiùs defendatur in ſua poſ-
ſeſſione, debet iſtud denunciare jus di-
centi in loco, apud eumq; pignora capta
deponere, ne ipſemet ſibi in ſua cauſa jus
dixiſſe videatur. *l. un. C. ne quis in ſua cauſ.*
juncta l. un. C. de privat. carcer. & iſtud ob-
ſervat conſuetudo quaſi generalis, in pro-
vinciis Saxoniæ. Cùm n. tales pignora-
tiones eo fine introductæ, & legib⁹ Saxo-
nicis permiſſæ ſint, ut pars damnificata
per hoc jus ſuum conſequatur, ſicut rectè
monet Zobelius *in ſuis addit. ad* Landrecht
lib. 2. art. 27. litera F. verſ ſanè uterq;, neceſſe
eſt, pignora non teneri in manibus priva-
torũ, ſed deponi apud eos, qui juriſdicen-
di facultatem & mulctæ impoſitionẽ ha-
bent, *l. eos qui 6. C. de modo mulct. juncta l.*
privatorũ. 2. C. de juriſdict. om. jud Hinc eſt,
quòd is, qui ob violentũ ingreſſum fundi 124
ſui, quem pignorat, & pignora capta pe-
nes ſe retinet, non præſentando ea judici
competenti, in cujus territorio pignora
cepit, vel aliò transfert, in alienam videl.
juriſdictionem, damnatur ad mulctã 30.
ſolidorũ, unà cum reſtitutione pignoris.
ita D. Elector Saxoniæ Auguſtus, veterũ
ſcabinorũ reſponſa ſecutus in ſuis novel-
lis, *parte 2. conſt. 7. & in §. f. verſ.* Es ſoll aber
gleichwol. *juncta conſtit. 8. ejuſdem partis.* ex
quo injuria afficit judicem, cujus non tan-
tùm territorium offenditur per eum qui
ſegetib. vel pratis alienis ibidem ſitis da-
mnũ infert, ſed etiam per pignoratorem,
qui judicis competentis juriſdictionẽ de-
fugit, pignora ad aliud tribunal transfe-
rendo, & ita ſubtrahendo mulctam judi-
ci, *argumento quod tradit Bartolom Cæpolla de*
ſervit. ruſt præd. cap. 3. de ſervitute viæ. n. 31. per
l. 1. in f. & l. ſi verò. 5. §. 2. v. quòd ſi in meri-
diano ff. de his qui dejec. ideoq; meritò plecti-
tur ad inſtar alterius injuriantis, in 30. ſo-
lidis. Landrecht. *lib. 1. art. 68.* Ac, ne forſan
objiciatur, conſtitutiones Electorales non
ligare homines aliarũ provinciarum, quæ
non recognoſcunt juriſdictionẽ Electo-
ris, *arg. l. f. ff de juriſd. omn. jud. & c. ut anima-*
rum. de conſtit. in 6. probo, idem juris, quò
ad pignorationes, ut cenſeantur eſſe pars,
vel ſpecies juriſdictionis, ſaltem inferio- 125
ris, obſervari etiam in partibus Thurin-
giæ per Ducatum Saxoniæ, ſicut patet aus
der Fürſtlichen Landsordnung/ promulgata
de anno 1556. *conſtit. 21. ſub tit.* Von Erbge-
richten. §. Zu den Erbgerichten gehören ſchã-
den ſachen/

den ſachen/ Item Pfandungen/ ꝛc. imò etiã in vicinis locis quibuſcunque, quæ reguntur jure Saxonico, adeò, ut quaſi quotidianæ ſint in Saxonico ſolo controverſiæ, ad quem pertineat cognitio de cauſis pignorationum, ſicut inter quandam præfecturam, non longè ab hinc diſtantem, ex una, & nobilem vicinum ex altera parte, coram judicio noſtro curiali ventilabatur haud ita pridem magna lis, ſuper illo dubio, quantumvis præfectura ducalis nobilem, vel ejus ſubditos non arceret à pignoratione, in caſibus à lege ſtatutaria permiſſis facta: tamen quia nobili negabatur juriſdictio inferior, Man geſtünde jhm die Erbgerichte gar nicht/ ideò præfectura volebat, pignora ita capta præſentari quæſtori ejus loci, cui, nomine Principis, merũ & mixtũ imperiũ, unà cum ſimplici juriſdictone ibidẽ cõpetebat, cauſa nunc tranſactione ſopita eſt. Ex quib. omnibus jam manifeſtè cõſtat, licet pignorationes permiſſæ ſint privatis, in ſuperiùs enumeratis caſibus: tamẽ pignorantem adſtringi ad præſentandum pignus judici, ſi modò vult hoc jus inde conſequi, ut dicatur fieri interruptio præſcriptionis, adverſus pignorantem, ſemel cœptæ *quod ipſum etiam innuere videtur gl.* Landr. *lib. 2. art. 28. in verb.* Findet man jne. *ubi dicitur: rectè pignorari eum, qui damnum nobis infert dummodò legitimè procedat cum pignore,* Wann er mit der Pfandung recht vmbgehet. *intelligite tradendo rem pignoratam judici,* & huic ſententiæ adſtipulatur D. Elector Saxoniæ Auguſtus in ſuis novellis, *alleg. part. 2. conſt. 7. §. fin. verſ.* Es ſoll aber. *ubi ſicut ab initio diſponit, pignorationes operari effectũ interrumpendi præſcriptionem, ita poſtea interpretatur & declarat legem ſuam, de qua videlicet pignoratione ſentiat,* in illis verbis: Es ſoll aber gleichwol mit der Pfandung gebührlich/ vnd/ wie Landbreuchlich/ gebahret/ vnnd die Pfande in das Gericht/ darinnen der Grund gelegen/ vberantwortet werden/ quaſi dicat, eum demum pignorationem de jure Saxonico eſſe interruptivam præſcriptionis, quando pignorator non detinet penes ſe accepta pignora, ſed illa præſentat judici, *quod idem etiam innuit litera d. art. 20. lib. 3. §. quilibet etiam arantem, ibi: ut adverſarium ad faciendum juſtitiam inducas.* Quis autem alius adminiſtrare juſtitiam gravato poteſt, quàm is, cui juſdicendi poteſtas competit? *arg. c. forus §. vocatur autem ibi: juſtitia, quaſi juris ſtatus. extra de verb. ſig.* Aliàs enim, niſi adeatur cum pignore judex, iſta pignoratio extrajudicialis nihil plus operatur, quàm alia denunciatio, proteſtatio, vel contradictio extrajudicialis, quæ uſucapionem jã antè inchoatã non interrum- 126
pit. *d. l. alienam. 13. ff. pro emptore.* Unde eſt, ſi quem in perſona, ſine cognitione ſuperioris, creditor detinuerit, neque ſtatim 127
præſentaverit judici, is condemnatur reo ad emendam, & judici ad mulctam, *teſte Regulo in ſua practica cap. 138. num. 10. in fin.* quod idem etiam de rebus dicendum, cũ a perſonis ad res, & econtra, bona fiat argumentatio. *l. qui furere. 20. ubi Bart. de ſta. hom.* Et ſic non obſtant motiva in cõtrarium adducta, ac primùm illa generalitas dictæ additionis *ad art. 20. lit. C. & art. 28. lit. D. lib. 3.* Landrecht. ſiquidem reſpondetur: illam generalitatem reſtringendã 128
eſſe ſecundùm alias leges ſpecialiter loquentes, *argum. quod tradit gloſ. in l. quamvis. 11. ff. de in jus voc.* Cæterùm alibi legitur, quòd immittens pecora ſua in alie- 129
num agrum, ſi fuerit pignoratus, ipſi fundi domino non modo damnum datũ ſecundùm taxationem ruſticorum loci reſarcire, ſed etiam eidem injuriam, ex violento fundi ingreſſu, & uſurpatione ipſi illatam, ſaltem cum ſex nummis uſualibus, ſi dominus pecorum paſculationi nõ interfuit, & alias in tribus ſolidis emendare debeat. Landrecht. *lib. 2. art. 47. in pr. §. ſi autem dominus pecorum immiſſoni præſens non fuerit. & §. qui pecora ſua & concordat.* Landrecht. *lib. 3. art. 20. §. quilibet etiam pignorantem.* Quod tamen in his regionibus paulò aliter obſervatur, ex quo taliter paſculantes, quia injuria afficiunt dominos fundorum, eorum agros invadendo, contra & præter ipſorum voluntatẽ, *juxta l. injuriarum. 13. § ſi quis me probibet. 7. ff. de injur.* condemnantur in 30. ſolidis, 130
ad inſtar cujuſcunque alterius injuriæ, per ea, quæ latiùs expoſita fuerũt in prooemio hujus libri *num. 14. & 16.* quæ emenda cùm nihil aliud ſit, niſi ſatisfactio pro violento ingreſſu alieni fundi, ſi fortè reus neget introitum in fundum, vel neget damnum datum, aut alleget, pignorationem in fundo pignorantis non factam, & ita reſpectu pignoratoris invalidam eſſe, requirit ſaltem interlocutum 131
judicis, quòd ſit declaratorium commiſſæ violentiæ. *argum. quod tradit* Cardin. *in clem. 1. de pœn. per c. cum ſecundum. ubi notat gloſ. extra de hæred. in 6. Bald. in l. 1. in fin.*

C. de

C. de ll. & in c. licet. extra de præbend. in 6. qui, niſi adeatur per pignorantem, partes ſuas, in puniendo violentum, interponere non tenetur *l. 4. §. hoc autē. ff. de dam. infect.* Accedit & illud, quòd pagani, ex vi
132 juris Saxonici, debent æſtimare damnum injuria datum, *d. art. 47. lib. 2.* quibus tamen per ſe nulla competit juriſdictio, *l. privatorum. 2. C. de juriſd. om. jud.* ſed neceſſe eſt illis hoc injungi per mandatum judicis, ut ad ocularem inſpectionem, ac in rem præſentem veniant, & æſtiment noxam, prout de æſtimatoribus ſcriptum reliquit *Bart. in l. 2. n. 20. C. de reſcind. vend. per l. hac edictali. 6. §. hu illud. 1. C. de ſecund. nupt.* Unde infertur non incommodè, acceptum pignus judici inſinuandum, non
133 autem in manibus pignorantis retinendum eſſe. Præterea conſuetudine harum regionū ita introductum eſt, ut pro contumacia non ſtatim redimentis pignus à judice, pignoratus pro ſingulis 24. horis puniatur in 3. ſolidis, eò quòd judicis cognitionem detrectavit, *ſicut atteſtatur Zobelius d. art. 27. in addit. litera F. lib. 2.* de qua mulcta ſatis eſt aſſecuratus judex per retentionem pignorum captorū, & ipſi traditorū, ac æſtimatur talis mulcta ex computo dierum, currentium à tempore traditi pignoris ad manus judicis in ſingulos dies naturales, prout dictum fuit, ad tres ſolidos, donec illa quantitas adæquet pretium rerum pignori captarum. Alſo daß ſich nun das Pfand verſtehet. quo caſu & ulteriori luitioni ampliùs locus non eſt, & mulctari porrò per judicem pignoratus non debet, *argum. l. ſenatus. 14. de accuſat.* idq; regulariter, quamdiu memini, fuit de jure reſponſum, tàm in ſcabinatu Lipſenſi, quam etiam in hoc noſtro Dicaſterio, eamq; obſervationem comprobavit D. Elector Saxoniæ in ſuis novellis, *conſtit. 27. part. 2. ſub tit.* Von vbernächtigen Pfanden. Relinquitur itaque, quatenùs additionator *in d. art. 20. & 28. lib. 3.* tradit, per pignorationem interrumpi præſcriptionem, ipſum ſenſiſſe de tali pignoratione, cum qua proceditur legitimè, ſecundùm ordinem juris, prout rectiſsimè interpretatur eam diſpoſitionē legum Saxonicarum, circa pignorationes, an interrumpant præſcriptionem, nunquam ſatis laudatus Princeps Elector Saxoniæ D. Auguſtus in præcitatis ſuis novellis, *conſtitut. 7. & 8. parte 2.* Minùs adverſatur, conclu-
134 ſioni noſtræ ſuperiùs formatæ, allegata diſpatientia domini fundi, quam per pignorationem ſatis luculenter oſtendit, quòd videlicet noluit vicino permittere uſum paſculationis in ſuo fundo, atq; ita creat impedimentum præſcriptionis. *arg. l. 2. & ibi gloſ. verb. te ſciente. à contrario ſenſu. C. de ſervit. & aquæduct. & l. qui patitur. 18. ff. mandati. ac facit l. quoties. 15. §. fin. de ſervit. cum l. ſicut 8. §. 1. ſi ſer. vend.* ex quo contraria loquuntur de præſcriptionis inchoatione, puta, quando vicinus, animo acquirendæ ſervitutis, incipit pecus ſuum in fundo vicini paſculatum agere, cui paſculationi ſe opponit dominus fundi, quia tunc deficit ex parte paſcentis id, quod ipſi debebat eſſe loco traditionis, pura patientia adverſarii, prædictis contrariis.
Secùs eſt in præſcriptione jamdudum in- 135
choata, & continuata pluribus annis, ac fortè per anteſſores hujus pignorari, talis enim uſucapio per pignorationem ſubſecutam unam vel alteram, non magis interrumpitur, quàm per quamcunq; denunciationem, vel contradictionem extrajudicialem. Neq; enim novo jure, ſed antiquo, à parentibus nimirum accepto, hæres iſtud jus paſcendi uſucapere, vel poſſidere intelligitur, *argum. ejus, quod tradit Dec. in conſ. 56. incip. in cauſa.* cùm ſufficiat præſcribenti, pro continuatione poſſeſſionis, patientia adverſarii ab initio cœptæ poſſeſſionis, uſq; ad præſens tempus huic poſſeſſori, ejuſq; anteceſſoribus accommodata, ſuper uſu paſculationis. *d. l. alienam 13 ff pro empt. juncta l. ſequitur 4. de*
uſucap. Eo enim ipſo, quia ſemel, puta, ul- 136
tra annum & diem, vel diutiùs paſculando, is qui nunc pignoratur, fuit conſtitutus in quaſi poſſeſsione hujus juris, *per ea, quæ habentur* Landrecht. *lib. 2. art. 44. in fin. juncta gl. verb.* Mag man ſie auch wol pfenden. *art. 27. lib. 2. &* Lehnrecht *cap 14. & 37.* ideò iſte uſus juris paſculationis, pro traditione quaſi poſſeſſionis accipitur. *l. quoties. 15. verſ. ego puto. de ſerv. cit. gen. & l. ſervitutes quæ in ſuperficie. 20. in princ. ibi: per cauſam ſigni poſsideo habendi conſuetudinem. de ſerv. urb. præd.* & poſſeſſor in exercitio hujus juris tamdiu tuendus eſt, donec alius eum jure expellat. *l. 1. §. qui à me vi. 30. & l. colonus. 12. l. cùm fundū. 18. de vi & vi arm. arg. c. in literis, in fin. ext. de reſt. ſpol.* Unde, quia idem pignoratus deinceps continuat uſum hujus ſervitutis, per tempus à lege requiſitum, non obſtante pignoratione, vel cōtradictione illa extrajudiciali, præſcribit.

ſcribit. Et hæc quidem ſententia, ſecundùm juris civilis diſpoſitionem caret omni dubio. *l. ſi quis empt. 8. §. quod ſi quis eam rem. 1. C. de præſcript. 30.* ubi habetur: præſcribentem, etiam cum mala fide, ſaltem poſt triginta annos, tutum eſſe adverſus dominum propoſita videlicet præſcriptionis exceptione. Quod & de æquitate canonica videtur procedere maximè
137 in præſenti quæſtione præſcriptionis tricennariæ, ubi dubitatur, an præſcribens, item ejus author habuerint bonam, vel malam fidem, quod ultimum certè in longiſſimi temporis uſucapione, ne quidē de jure can. deſideratur, *gl. f. in 6 f. v. bona fides. ubi ſequitur Panor. n. 14. ac not. gl. v. debes. in l. pen. C. de evict. per l. ſi fundū 17. ibi: quos mala fide præcepiſſe fuerit prob. C. de rei vind.* cùm in alieno regulariter præſumatur ignorantia donec contrarium probetur. *l. veriùs. 21. ff. de probat. c. præſumitur. extra de reg. jur. in 6.* Accedit & illud, quòd in
138 provinciis Saxonicis, non attenditur bona vel mala fides in præſcriptione triennali, idq; apud nos & in vicinia communi uſu practicandi ita introductū eſt, *pro ut teſtatur D. Matth. VVeſenb. conſ. 14. rubric. de fidejuſſorib. n. 77.* adeoq; non mutandum,
139 quod certam interpretationem ſemper habuit, *l. minimè. 23. de legibus.* [Quod ita demum verum eſt, niſi evidens eorū error oſtendatur.] Nec repugnat, quod adductum fuit ex Ferrariense *ſupra num. 94. b. 6.* pignorum captionem eſſe modum interrumpendæ præſcriptionis. *Ferrar. in forma reſponſ. rei convent. verb. præſcriptionis. num. 27.* quia dictum doctoris eſt intelligendum ſecundùm legem quam allegat. *Bart. in l. non ſolùm. 8. §. ſi verba liberationis. ff. de lib. leg.* adducit autem Papienſis ubi ſupra. *l. cum notiſſimi, 7. §. imò illud. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* quæ loquitur in pignore conventionali, quòd videlic. creditor. vel ab initio contractus, vel deinceps ſuaſponte, ſciens volens tradidit creditori, pro majore ſecuritate ſui crediti, ideoq; quamdiu retinet creditor illud pignus, etiamſi decurrant triginta vel plures anni, non dicitur cōpleta præſcriptio, ad eum finem, ut ipſi liceat deinceps dominium pignoris ſibi vindicare, item pro ſuo, vel quaſi uti, cùm illa demiſſio pignoris apud creditorem, cum quo is contentus hactenus, fuit non aliter petendo ſuū creditū, arguat aſſiduam quaſi interpolationem, vel interruptionem, adeoq; tam ab initio contractus, quàm ex poſtfacto impedit curſum præſcriptionis, ita, ut non ſit dare aliquā culpā, vel negligentiā, ex parte pignus dantis, cui objicitur tricennalis præſcriptio, *d. § imò.* Cæterum, in propoſito agitur de pignore, quod extra, & præter omnem conventionē, imò etiā invito & contradicenti aufertur, & quidem extrajudicialiter. Nuſquā autem in toto jure probatur, quòd talis extorſio pignorum, vel contradictio, ſeu proteſtatio extrajudicialis, ab adverſario ſeſe opponente pveniens, inducat interruptionem præſcriptionis, *per ea, quæ habentur in c. illud. c. auditis. extra de præſcript. Balbus de præſcript. in 3 part. 6. & ult. part. princ. q. 4. num. 19. allegando Alexandrum in ſuis apoſtillis ad Bartolum in l. naturaliter. 5. nu. 19. verb. interrumpatur civiliter. ff. de uſucap. ac notat Io. de Imola in l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur. 3. nu. 7. de verb. oblig.* cùm & pignoratio pecudum, 140
in materia paſculationis, de jure civili regulariter ſit prohibita. *l. Quintus Mucius 39. §. Pomponius. 1. ad l. Aquil.* &, quod non eſt, nequeat parere aliquem affectum, puta interrumpendi præſcriptionem, per id, quod vulgò dicitur: non entis nullas 141
eſſe qualitates. *l. ejus qui. 41. § ſicut enim ibi; non poſſunt bonæ fidei eſſe poſſeſſores, ut qui nec poſſidendi animum habeant. ff ſi cert. per.* & ſæpe dictum eſt, quòd contradictio extrajudicialis non impediat curſum uſucapionis jam ante cœptæ. *d. l. alienam. 13.* 142
pro empt. Ad l. naturaliter, & alia ſuperiùs in contrarium adducta jura, in quibus diſponitur, interrumpi poſſeſſionem eo ipſo, quòd quis de poſſeſſione vi repellitur, facilis eſt ſolutio, quia loquuntur in vi expulſiva, quandò videlicet quis in totum ejicitur ex poſſeſſione, ita, ut dejectus non ampliùs inhæreat poſſeſſioni naturali, ſed ejiciens. *d. l. naturaliter. 5. & ita procedit gloſ. in l. ſi quis. 10. in princ. verb. ac ſi poſſideret. ibi: non quo ad uſucapionem, cùm ſit interrupta. de acquir. poſſ. & ita reſpondet Balb. de præſcript. in 3. part. 6. & ult. part. princ. q. 1. n. 4.* Secùs eſt in vi turbitiva, 143
quandò quis in quaſi poſſeſſione ſervitutis, vel alterius juris aliquandiu quietè uſurpati, inquietatur, ei enim licet quoquo modo poſſeſſionem rerū vel jurium ſuorum defendere, qualitercunq; ſe opponendo, dummodo hoc & incontinenti faciat, & cum moderamine inculpatæ tutelæ. *l. ut vim 3. & ibi tradit Bolog. n. 62. hanc opin. comm. eſſe. ff. de juſt. & jur. per c. 2. & c.*

ſuſcepimus. extra de homicid. & facit l. quoniã multa ſatiuora. 6. C. ad l. Iul. de vi publ. c in l. ex hoc jure. 5. ff. de juſt. & jur. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff ad l. Aquil. cum ſimilib. Atqui, ſi ita potens non eſt qui mo-
144 leſtatur, ut propria authoritate poſſeſsionem ſuam defendere, vel retinere queat, proditum eſt ei contrà violentum invaſorem, aut turbatorem, interdictum, uti poſsidetis, ſaltem utile. *gloſ. verb. fundũ in l. 1. verſ. item nunquid pro incorporalibus. C. uti poſsid. ac facit l quoties. 15. ff. de ſervit. l. 3. §. hoc interdictum ibi: videtur mihi controverſiam facere, qui prohibet me uti mea poſſeſ. ff uti poſſ. l injuriarum. 13. §. ſi quis me. 7. de injur. l. vim facit. 11. De vi & vi armat. l. ſi ædes. 12. communi divid. l. ſicut. 8. § Ariſto. 5. verſ. ſed & interdictum uti poſsidetis. ſi ſervit. vindic.* Ex quo autem ſemel quis poſſeſſio-
145 nem alienam ea mente ingreſſus eſt, ut jus in fundo vicini ſibi acquirat, *argum l. poſsideri. 3 ibi: dum mente & cogitatione de acquir. poſſ l fin ibi: ſervitute uſus dicitur, qui ſuo jure ſe uti credit, quemadm. ſerv. amit. l. ſi epiſc. 21. §. ſi juſſere, 1. quod vi aut clam* & poſſidet per annum & diem, ſine contradictione judiciali domini fundi, is dicitur acquiſiviſſe, & habere, ſaltem de jure Saxonico, legitimam poſſeſſionem, *per ea, quæ habentur in art. 44, lib. 2.* Landrecht. & ſic meritò prætor poſſidenti vim fieri vetat. *d. l. 5. § eſt igitur. & l. penul. uti poſſid. l. 1. & per textum, ne vis fiat ei, qui in poſſ. miſſus eſt.* Ac in ſpecie, quòd pro jure paſculationis, ei, qui eſt in quaſi poſſeſſione hujus ſervitutis, eodem modo redda-
146 tur hoc interdictum, uti poſsidetis. *tenet Bartolom Socin. conſuet. 95. ad finem lib 3. Petrus Rebuff. ad conſtit. reg. Gall. tom 3. ſub tit. de cauſis beneficiorum poſſeſſoriis. in præfat. num. 9. poſt Cæpollam in tract. de ſervit. ruſt. præd cap. 9. de ſervitute juris paſcendi. num 5. & ſequitur Menoch. in tract. retinendæ poſſeſ. remed. 3. num. 137. & 138.* Fateor tamen,
147 ſi ſemel pignoratus vel aliter turbatus, & prohibitus uti ſervitute, non revertatur ad uſum juris paſcendi in fundo vicini, acquieſcendo prohibitioni (quia fortè timet majorem vim) quòd is dicatur amiſiſſe ſervitutem. *l. 3. §. in amittenda. 6. cum § ſeq inſip ſi quis nunci. 8. l. ſi id quod. 21. §. quod autem ſolo animo. a de acquir poſſ* cæterum, ſi redeat ad priorẽ cauſam, ita, ut non patiatur, ſe dejici à ſua poſſeſſione, quis dixerit interruptam poſſeſſionem ex una vel altera pignoratione, vel contradictione extrajudiciali? prout in ſimilibus terminis argumentatur, *Rodericus Suaretz allegatione 16. num. 5. verſ. ſed in propoſito.* Sicut enim qui vi dejicitur è poſſeſſione, eidem licet in continenti rurſum dejicere ſuum ſpoliatorem, cùm potiùs in priſtinam cauſam reverti, quàm vi poſsidere intelligatur. *l. 3. §. eum igitur qui cum armis. 9. l. 1. §. eum qui neq; animo. 26. verſ. dejicitur, & l qui poſſeſsionem. 17. de*
vi & vi arm. ita multò magis turbato in 148
ſua poſſeſsione vel quaſi, licet eundem turbatorem viciſsim turbare & moleſtia afficere, pro tollendo videlicet impedimento, *Aymon Craveta conſ 4 num 7. 8. & 9. parte 1 poſt Alex. in l. ſi de eo. 40. §. ſi forti. 1. de acquir. poſſ.* dummodò illud fiat intra modicum tempus *Bart in d l. 3. § eum igitur. 9. de vi & vi arm Iaſ. in l. clam poſsidere. 6. §. qui ad nundinas. 1, num. 6 de acquir. poſſeſ. Menoch. de retin. poſſ remed. 3. num. 252. & ibidem num. 485. & 498.* ubi tradit: in-
terdictum, uti poſsidetis, contra omnem 149
turbantem prodi, qui quoquo modo ſe nobis opponit, impediendo nos, quò minùs poſsimus liberè & quietè frui re noſtra, vel jure noſtro, *poſt Io. Fab. in l. un. col. 3. verſ. ſed quæritur. C. uti poſſ d. Rebuffus in conſtit. reg. Gall. tomo 3. tit. de materiis poſſeſſ. art 11. gloſ. 2. num. 29. & 36. Papienſ. in form. libelli pro turbat poſſ. verb. & præſentaliter turbat. num. 1. per l. vim facit. 11. de vi & vi arm. l. vi facit. 20. quod vi aut clam.* Et ſic patet quaſi luce meridiana clatius, pignorationem illam extrajudicialem, qua mediante, dominus fundi includit aliquod pecus, & detinet illud penes ſe, non offerendo pignus judici, eſſe nudam denunciationem vel proteſtationem extrajudicialem, quæ præſcriptionem antè cœptam non interrumpit. *Iaſon. in l. ex hoc edicto. 3. num 6 fall. 1. de eo per quem factum eſt. & Balb. de præſcript 3. part. 6. & ult. par. princ q. 4. num. 18. & 19. per l. alienam. 23. ff. pro empt.* Imò, quantumvis aliàs denunciatio vel querela, per modum libelli inſinuata præſidi loci, contra adverſarium potentem, qui eſt difficilis conventionis, vel abſentem, non aliter, atq; ci-
tatio, facit interrumpi præſcriptionem 150
tricennariam, *arg l. ut perfectius 2. C. de annal. except.* tamen, quia ſolennitas *d. l. ut perfectius 2.* in propoſito noſtro non intervenit, ac pignoratio, ſicut & cognitio ſuper pignore, ſaltem de jure Saxonico provinciali, eſt unus ex caſibus vel gra-

dibus

dibus pertinentibus ad inferiorem juris-
dictionem, quam vulgò vocamus die Erb-
gerichte. *d. noſtra conſt. provinc. 21. ſub tit.* von
Erbgerichten. Ideò pignus captum, ex poſt
facto judici inſinuari deber, ac, ſi illud
non ſiat, pignoratio ſimplex non eſt mo-
dus interrumpendæ præſcriptionis, per
ſæpè dicta. Parùm etiam adverſus præ-
dicta facit alíud motivum, quòd pignora-
tio, quæ eſt captura realis, plùs arguit diſ-
ſeoſum, quam citatio verbalis. *de qua in l.*
ſicut. 3. C. de præſcript. 30. annor. ideoque
151 meritò interrumpit præſcriptionem, et-
iamſi judex ſuper hoc non adeatur. *Iaſon.*
d. l. ex hoc edicto. 3. num. 6. verſ. ſeptimo limi-
ta. ff. de eo per quem factum eſt. quia primò
reſpondetur: Jaſonem *in allegata l. ex hoc*
edicto. 3. intelligendum eſſe de citatione
reali, quæ ſit per capturam perſonæ, non
autem per apprehenſionem rerū, quem-
admodum fit in pignoratione, prout ex-
plicat eam *Baldus de præſcript. 3. part. 6. &*
ult. part. princ. q. 4. num. 29. ubi confir-
mat iſtam opinionem Jaſonis, quia, in-
quit, ſi verbalis citatio interrumpit præ-
ſcriptionem, multò magis realis, quæ
longè eſt efficacior. *Baldus d. num. 29. &*
Angel. in §. 1. num. 13. auth. de exhib. reis.
152 *coll. 5.* Deinde ut maximè concedamus,
nonnunquam pignorari pecudes, tibiam
opilionis, vel etiam ipſum paſtorem, et-
iam privata authoritate, propter pericu-
153 lum in mora, in quo ceſſant regulæ juris
prohibitivæ, *l. de pupillo. 5. §. ſi quis rivos. 11.*
ubi gloſ. & Bart. de nov. op. nunc. tamen hoc
ita demùm permittitur jure noſtro pro-
vinciali, ſi cum hominibus aut rebus pi-
gnoratis pignorator poſtea ſe conferat
ad judicem, ei præſentando pignus, ad
hoc, ut & ipſe conſequatur celerem ſatis-
factionem damni, ob quod in ipſo facto
pignoratus eſt vicinus, aut ejus familia,
una cum inhibitione ulterioris turbatio-
nis, & judex ſuam mulctam, *per ea. quæ ha-*
bentur in gloſ. art. 28. lib. 2. §. Findet man jhn.
juncto art. 27. in fine lib. 2. & art. 47. §. Sechs
Pfennige. *ac tactum fuit ſuprà num. 66.* Quā
formam procedendi cum pignore ſi non
obſervat pignorator, incidit in pœnam
privati carceris, item privatæ violentiæ.
l. un. C. de privat. carc. inhib. l. extat. 13. ff.
quod met. cauſ. cum ſimilib. Et iſtam formam
procedendi cum pignore ſemper obſer-
varunt veteres Scabini Lipſenſes, ſicut
etiam ad requiſitionem conſilii, propo-
ſitam ipſis à civibus Delicenſibus de jure
reſponderunt, anno 1542. quòd ſi vicinus
pergat eos moleſtare in ſuo, cum paſcula-
tione pecorum, ut ipſi turbati utantur pi-
gnoratione, & pignora capta judici offe-
rant, intentando contra turbatorē actio-
nem negatoriam; exemplum hujus ſen-
tentiæ reperitur in ſecundo volumine
mearum deciſionū Lipſenſium. Accedit
& illud, quòd hæc ſententia, an citatio
realis interrumpat præſcriptionem? non 154
eſt ſine ſcrupulo, cùm alibi Baldus teneat,
nuſquam inveniri jure diſpoſitum, quòd
citatio realis interrumpat præſcriptionē,
Baldus in addit. Specul. poſt finem tituli de citat.
§. citatio rei per capturam perſonæ. verſ. nun-
quam tamen legi, quod dictum etiam allegat ac
ſequitur Alex. de Imol. in ſuis addit. ad Bart.
in l. accuſaturus. 35. num. 3. de adulter. appro-
bat Felin. idq; refert communiter teneri, in cap.
illud. num. 5. verſ. pulchre etiam extra de præ-
ſcript. Nec movet reſponſum Witeber-
genſium Juriſconſultorum ſuperiùs alle-
gatum *num. 101.* cùm non exemplis, ſed 155
legibus ſit judicandum *l. nemo 13. C. de ſen.*
& interloc. om. jud. l. ſinguli. 14. C. de accuſ.
l. fin. in fin. C. ſi contra jus vel util. publ. l. ſed
litet. 12. ff. de off. præſ. ac paulò antè tradi-
ta eſt forma procedendi cum pignore,
quam olim tradiderunt patres noſtri, ad
eum videlicet finem, ut pignorator ex
ſua pignoratione lucrum, non autem da-
mnum ſentiat. Deinde reſpondetur, con-
troverſiam pignorationis ibi motam fuiſ-
ſe inter duos nobiles habentes vicina
prædia, quorum uterque munitus erat
juriſdictione, ut vocamus, ſaltem infe-
riori, der Erbgerichte/ quo caſū licebat pi-
gnoranti, pignus acceptum in ſuo fundo
& territorio, penes ſe retinere, donec cō-
petenter lucretur, vel jure repeteretur ab
adverſario, & ſic, cùm in perſona pigno-
rantis ſimul concurrat poteſtas juriſdi-
cendi non eſt mirum, ſi pignoratio in pro-
poſito interrumpat præſcriptionē, & eſt,
quòd ſibi imputet pignoratus, quare ac-
quieverit illi pignorationi, & contra tur-
batorem non propoſuerit interdictū re-
tinendæ poſſeſsionis. *§. retinendæ. Inſt. de*
interdict. l. 1. C. uti poſſid. vel confeſſoriam
in rem actionem, ad eum finem, ut defen-
deretur in eo jure paſculationis, quod in-
tendebat habere in fundo vicini, *arg. §.*
æquè. ubi Iaſ. num. 55. Inſtit. ad act. Et ita de-
clarat ſuam conſtitutionem D. Elector
Saxoniæ Auguſtus, *in 7. & 8. conſtit. part. 2.*
in novellis. Et per hæc ſatis defenſa vi-

detur iſta opinio, quòd videlicet ſola pi-
gnoratio privati non interrumpat præ-
ſcriptionem priùs inchoatam, niſi pigno-
ra ita capta, ſecundùm communem uſum
hujus patriæ, judici ejus territurii, in quo
contigit pignoratio, dominus fundi præ-
ſentaverit, tunc enim & non aliter, effe-
ctum interrumpendi ſortitur talis pigno-
ratio, *per ea, quæ ad longum ſuperiùs fuerunt
adducta*. Sic domino alicujus fundi, quem
156 ipſe pro certis modiis frumenti, vel alte-
rius penſionis pecuniariæ quantitate an-
nuatim ſibi ſolvenda, hæreditariè conceſ-
ſit emphyteutæ, ita tamen, ut mutato
poſſeſſore, pro uſitato laudemio, fundus
de novo recognoſcatur à domino, libe-
rum eſt, moram in ſolutione trahentis
bona, puta, boves, oves, & ſimilia pigno-
rare etiam propria authoritate, ſine omni
licentia judicis, Landrecht. *lib. 1. art. 54. ibiq;
gl. n 3. & lib. 2. art. 59.* Weichbild. *art. 5. in re
capitulationibus antiquis*, idq; quaſi quotidiè
ſervatur in uſu practico. von den Lehen vnd
Erbzinsherrn / gegen jhren Lehen vnd Zins-
leuten. Quod eſt notandum. Et eſt ratio
quod omnia bona illata dicantur, oppi-
gnorata domino, pro mercede penſionis,
vel annui canonis Landrecht *lib. 3. art. 77.
& 79. & gl.* Lehenrecht *cap. 5.*

Pignoratio licita in bonis emphyteuta, non ſolventis laudemium.

157 Eſt & alia ſpecies pignorum captionis,
vel executionis a jure provinciali Saxo-
num introducta, contra videlicet debito-
rem, non habentem ſuum domicilium,
ſed tantùm aliqua bona ſoli in territorio
judicis aditi, qui tamen promiſit ibi face-
re ſolutionem, ſiquidem iſto caſu, ad in-
ſtantiam creditoris, reo ſimplex fit præ-
ceptum, juſtificatum cum clauſula, ut in-
fra quindenam ſatisfaciat, vel, exacto il-
lo tempore, in termino compareat, pro-
poſiturus ſuas exceptiones, quibus inten-
dit elidere petitionem actoris, & tunc, ſi
in termino reus fuerit contumax, nec op-
ponat exceptiones revelantes, ſolutionis
puta, vel alias peremptorias, bona ejus, in
loco citantis exiſtentia, miniſterio judi-
cis capiuntur pignori, & ſervantur indi-
ſtracta, per ſpatium trium quindenarum,
quib⁹ elapſis, poterunt pignora ita capta,
cuicunque pro ſumma debiti impunè ob-
ligari, vel in totum alienari, ita tamen,
ut reſiduum, in quo pretium rerum ſupe-
rat quantitatem debiti, reſtituatur debi-
tori. Landrecht. *lib. 1. art. 70. §. agatur autem
actione. & ibi gl. num. 9. ac fac.* Weichbild.
*art. 27 & 64. de cujus tamẽ textus, in d. art. 70.
intellectu, in quantum contumacem in primo
termino planè condemnat ſuper cauſa principali,
abſq; reſervatione deductionis, aut probationis
legitimorum impedimentorum, videantur quæ
tacta ſunt in capite præced. n. 42.* Quod idem
etiam hodie de conſuetudine extenditur 158
ad omnia debita liquida, hoc eſt, de qui-
bus conſtat ex inſtrumento executivo, vel
per confeſsionem debitoris, coram judi-
ce citante & cognoſcente ſaltem ſumma-
riè de cauſa, *per ea, quæ in 3. Part. hujus Ope-
ris Cap. 1. n. 1. cum ſeqq. latiùs exigemus.* Quia
& de jure Saxonico pignoratio permit-
titur adverſus debitorem contumacem
in ſolvenda mulcta, quo caſu executor 159
publicus ad juſſum judicis, abſq; alio pro-
ceſſu judiciario, pignorat bona contuma-
cis, apponendo ſuper januam domus cru-
cem, vel, ut hodiè fit aliquibus in locis,
frangendo è foribus oſtii aliquam ſciſſu-
ram, einen Span / quod eſt ſignum pigno-
rationis, ac, ſi pignoratus infrà annũ non
veniat, ſatisfaciendu judici de mulcta, cõ-
demnatur in amiſsione omnis juris, quod
habuit in bonis pignoratis. Landr *lib. 3. art.
41.* Quod aliquo modo coincidit cum an-
notatione bonorum fugitivi, *de qua in l. 1.
§. fin. & per totum. ff de requir. reis. & facit l.
pen. §. 1. ff. de publ. jud Bald. in l. multarum.
5. C. de mod. mulct Bart. in l. miſſi apparito-
re. C. de exact. trib. lib. 10.* Licet autem in-
nuat Zobelius, practicam iſtius atticuli,
de ſigno pignorationis imponendo ædi-
bus, hodie non eſſe in uſu: tamen illud
multis in locis, in primis in Thuringia,
adhuc quotidiè fieri, docet experientia.
Quòd verò dicitur, ex parte domini amit-
ti omne jus in bonis pignoratis, illud in-
telligendum eſt, quatenùs ſe in tantùm
extendit mulctæ quantitas, *arg. auth. &
qui jura. C. de bon auth. jud. poſſ.* ſin verò
pretium, aut valor domus excedat mul-
ctam reſiduum illud reddendum eſt de-
bitori *d. art. 70. §. agatur autem actione de-
bitorum. lib. 1.* Landrecht.

Executio quomodo fiat in bonis debitoris non habentis domicilium in loco ſolutionis deſtinata.

Eſt & alia ſpecies executionis paratæ 160
de jure Saxonico. adverſus perſonam de-
bitoris prodita, qua mediante debitor
non ſolvendo exiſtens, traditur creditori
ad manus, eo videlicet fine, ut ipſum vel
in, compedibus & vinculis, ligatum & in-
cluſum teneat, vel ejus operis & ſervitio
tamdiu utatur, donec aut ex taxatione
operarum, item vinculorum, aut aliter ſa-
tisfiat creditori, *de quo eſt text. clarus* Landr.
lib. 3. art. 39. in princ. & concordat Weichbild.

De traditione ad manus, quæ hodie abrogata & ſublata eſt per conſtit. novell. 22. part. 2. part. So wol lenten.

art,

Benſt. de jujurejur. fol. mihi 332. Differ. jur. civ. & Sax. 20. lib. 1 & lib. 2 par. 4. diff. 12. Vide infra c. 6. n. 125. & c. 7 nu. 18. in fin. in Zobel. 30. part. 2. num. 9.

161 *art. 27. circa finem.* Quod quamvis iniquũ
eſſe videatur, & ex diametro pugnet cum
jure civili, vetante, liberos homines ob æs
alienum ad ſervitia creditorũ teneri, imò,
ſi hoc attentaret creditor, nõ tantùm de-
bito caderet, ſed teneretur detento, vel e-
jus cognatis tantundem dare, ipſo etiam
creditore corporalibus pœnis ſubdeudo,
l. ob æs. 12. juncta auth ſeq. C. de act. & oblig.
& §. quia verò. auth. ut nulli judicum lic. hab.
ſer. loci. coll. 9. adeò, ut tradat Salic. tale ſta-
tutum, quod homini privato committit
compedes & carcerationem debitoris,
tendere in offenſam reipubl. ideoq; ipſo
jure non valere, *Salic. in l. 1. n. 4. C. qui bon.*
ced. tamen lex provincialis ita ſcripta,
ideoque, quantumvis dura, ſervanda eſt,
arg. l. proſpexit. 12. ff. qui & à quibus manu.
Idq; ampliatur, ut debitor non liberetur,
etiam per beneficium ceſſionis bonorũ,
per quod aliàs, ex vi juris civilis, reus car-
ceres evitare poteſt. *l. 1. & 2. ac per totum*
tit. C. qui bon. ced. poſſ. Quantumvis enim
Baldus circa hanc quæſtionem in termi-
nis propoſitam, an, ſtante ſtatuto, quòd
debitum liquidum mandetur executioni
per carcerationem perſonæ, ceſſioni locus
relinquatur? reſpondeat, adhuc ceſſioni
locum eſſe, *Bald. in d. l. 1. n. 3. verſ. quæro. cui*
adſtipulatur etiam Zobel. in d. art. 39. litera D.
in p. tamen in contrariam ſententiam in-
clinat Angel. *in l. alia §. eleganter. in fin. ibi-*
demq; Paul. de Caſtr. ff. ſol. matrimon & idem
Angel. in l. nemo carcerem. 2. paulò antè finem.
162 *C. de exact. trib. lib. 10.* Et hæc poſterior
opinio in foro Saxonico approbatur uſu,
ſicut ita crebrò ante hæc tempora memi-
ni reſponderi de jure p Scabinos Lipſen-
ſes, Vnd wird der Schuldener dem Gleubi-
ger ſtracks an die Hand geantwortet / mit jhm
nach Sachſſen Recht zu gebaren. hoc eſt,
adjudicatur debitor creditori ad manus,
ut cum ipſo procedat ſecundùm determi-
nationem juris Saxonici. Qua clauſula in
ſententiis utimur adverſus debitores, non
ſolvendo exiſtentes, maſculos tamen, fœ-
163 minas enim pro cauſis pecuniariis, ſicut
carcerari nequeunt, *ſecundùm Iaſ. in l. ple-*
rique. 18. nu 34 ff. de in jus voc. & in l. ad perſo-
nas egregias. 15. nu 9. de jurejur. ut fac. auth.
novo jure. C. de cuſt. reor. ita etiam ad com-
pedes, vel operas creditorum condemna-
ri nefas ducitur, aliàs facilè periclitaretur
apud detinentes mulierum pudicitia, *per*
id quod tradit additionator ad textum germani-
cum d. art. 39. in princ. ſuper verb. Uff einen
Mann, *litera A.* Cumq; textus ibidem de
viro loquatur, in hoc caſu, tanquam odio-
ſo & pœnali, non fit extenſio de maſculis
ad fœminas, *c. odia. ext. de reg jur. in 6. quæ*
de re videantur, quæ traduntur inferiùs cap. 6 de
pact. executivo in perſonam. n. 109. Sic itaque,
licet aliàs mitiùs agatur cũ judice, quàm
cum privato, maximè ſi creditor eſt ty- 164
rannus, *per ea quæ tradit Salic. in d. l. 1. nu. 3.*
verb ſed juxta hoc, C. qui bon ced. poſſ. tamen
de jure Saxonico reus nunquam conde-
mnatur ad vincula jus dicentis, ſed tan-
tùm ad compedes, aut operas creditoris,
ac, ſi creditor in foro Saxonico peteret
debitorem mancipari carceri publico, li-
berum foret obligato, confugere ad be-
neficium ceſſionis omnium bonorum,
atq; ita evitare carcerem magiſtratus, ſi-
cut reſponſum fuit de jure, adverſus quen-
dam Chriſtophorum Oſterlandum anno
1569. Quæſtori Gothano Paulo Schalreu-
tero. Benè tamen verum eſt, ſi ex capite
dilapidationis, vel ſuſpicionis fugæ, peta- 165
tur detentio & carceratio, vel etiam ſe-
queſtratio aut areſtatio debituris, ad eum
finem, ut creditor jus ſuum adverſus reũ
conſequi poſſit, id judex non debet dene-
gare creditori, etiam in foro civili, *per l.*
ſi fidejuſſor. 7. §. fin. & ibi Bald. ac Iaſ. ff. qui
ſatiſd. cog. adeò, ut, ſi judex iſtud non fa- 166
ciat, ſed ſinat elabi debitorem, denegan-
do ejus ſequeſtrationem, vel relaxando
areſtum perſonæ, ſine conſenſu credito-
ris, is teneatur creditori ad intereſſe, hoc
eſt, ad æſtimationem ejus quantitatis, in
qua habebat obligatum reum, *argumento*
Inſt. de oblig. quæ ex quaſi maleſic. naſc. in p.
& l. fin. C. de pœn. jud. qui malè jud. ac facit l.
ad Commentarienſem. 4. C. de cuſtod. reor. quo de
videantur, quæ in præcedenti Capite nu. 116.
117. & 118. exacta fuerunt latiùs. Ac ſi ob- 167
jiciatur, debitorem de jure Saxonico ad-
judicatum creditori, tradi quaſi laceran-
dum & cruciandum, *Salic. d. l. 1. n. 4. verſ.*
ſed juxta C. qui bon. ced. reſpondeo: ex vi
legum Saxonicarum creditoris poteſtatẽ
eſſe reſtrictam ad certas metas & limites,
cùm & debitori, ad inſtar alterius fami-
liæ, de alimentis providere, &, ſi nullum
novit artificium, quòd ultra operas aliorũ
miniſterialium, reum nec urgere, nec cor-
pori ipſius aliquo modo nocere, ſed pòſt
receptã ſatisfactionem, eundem incolu-
mem ad ſuos remittere velit, regulariter
de his omnibus ſatiſdato, per fidejuſſores,
vel pignora, promittere ac cavere com-

pellatur, dumm[illegible] creditor in alium di-
ſtrictum velit abducere debitorem, ſecùs
ſi eum diſtingeret ſub ejuſdem judicis
territorio, tunc enim ceſſaret cautio. *d. art.*
27. Weichbild. §. Iſt er denn ein Gaſt. & ita
ſuper iſta quæſtione de jure reſponſum
fuit Senatui Altenburgenſi anno 1581.
menſe Januario, cum his verbis: Es ſol-
len die ausw[illegible]laen Gleubiger ihren debitorn
gleich halte ihrem andern Geſinde/ mit Speiß
vnd Tranck / vnd / ehe er ihnen in die Hand
vberantwortet wird/ des Schuldeners Weibe
vnnd Kindern Verſicherung/ durch Bürg-
ſchafft oder Pfande auffrichten/ daß ſie nach
erlangeter Zahlung den Schuldener / an ſei-
nem Leibe vnuerletzt/ wiederumb antworten
wollen *ita eſt textus notabilis juncta gloſ.*
Weichbild *d. art. 27. §.* Ihr ſollet wiſſen/
würde alſo ein Mann in des Richters. *verſ.*
168 *fin.* ubi etiam ſubjicitur, has ipſas operas
recipere in ſingulos dies certam æſtima-
tionem & taxationem, atq; ita de die in
diem quantitatem debiti per ſervitiũ li-
berale minui. Ad eundem modum, ſi cre-
169 ditor elegerit privatam carceratione per-
ſonæ, ita, ut eum in compedibus potiùs
detinere velit, quàm ejus operis uti, tunc
etiam in ſingulos dies æſtimatur iſta car-
ceratio, ad inſtar operarum, quas creditor
præſtare potuiſſet, & ita carcer quotidiè
facit decreſcere ſummam ſortis vel debi-
ti. *gl. d. verſ fin. juncta ibi additione margina-*
li litera C. *ubi dicitur.* Mit Gefängnis ſitzet
einer ſeine Schuld ab. *& notat Regulus in ſuo*
170 *proceſſu cap. 103. num. 11.* Sin verò creditor
in territorio, unde abducere intendit de-
bitorem, cautionem ſufficientem præſta-
re nequeat, debet eum, ut ſuprà fuit di-
ctũ, dimittere in territorio penes judicẽ,
ſive in compedibus, ſive aliter cuſtodien-
dum, ne poſsit effugere, donec ſatisfaciat
creditori. *d. art. 27.* Weichb. §. Hat er aber
der Bürgen nicht/ quo caſu ſi relaxetur, ju-
dex tenetur ad intereſſe, *per ſuperiùs dicta.*
Cæterùm, his ita ſtantibus, quòd ex ſtatu-
tu vel conſuetudine loci, debitor pòſt
morã poſsit detineri in rebus aut perſona,
quæſtionis eſt, quod hominũ genus iſtis
ſtatutis ligetur? De quo breviter ſciendũ
eſt, talibus ſtatutis, vel moribus loco-
171 rum, ligari non tantùm homines illius
municipii, ſed etiam forenſes & advenas,
qui ibi contrahunt. Ac de prioribus qui-
dem nihil eſt ambiguitatis, quòd, ſicut
legibus generalibus & communibus re-
guntur omnes homines totiꝰ orbis, adeò,
ut nemini liceat eas impunè transgredi.
l. leges ſacratiſsimæ. 9. C. de ll. ita jus muni-
cipale ſcriptum, vel non ſcriptum, com-
prehendit indubitatè cives loci, ubi tale
jus municipale uſurpatur. *l. omnes populi 9.*
de juſt. & jur, juncta l. de quibus. 32. ff. de ll.
imò etiam habitatores ſuburbiorum &
proximorum vicorum. *Rebuffus ad conſt.*
reg. Gall. tomo 1. de lit. oblig. ar. 6. gl. 3. nu.
43. per l. ædificia. 139 ff. de verb. ſig. l. qui ex
vico. 30. ad municip. ac notat gloſ. in l. filios. 3.
C. *de municip. & orig. lib. 10.* licet addat, ſe
non vidiſſe, illud obſervari in paganis,
ſed in ſuburbanis tantùm. *Rebuff. ubi ſu-*
prà num. 43. Dicuntur enim tales parti-
culares leges locorum jus commune in 172
loco, ubi vigent. *l. venditor. 13. §. ſi conſtat.*
1. in verb. niſi talis conſuetudo in illis lapidini-
cis exiſtat. communia præd. l. item. 6. in fine
principii, ibi: niſi lex municipii vel perpetua
conſuetudo prohibeat. ff. quod cujusq; uni. nom.
& cap. f. in f. extra de conſuet. Licet enim
alibi dicatur, eam conſuetudinis autho- 173
ritatem non eſſe, ut vincat legem, vel ra-
tionem. *l. 2.* C. *quæ ſit long. conſuet.* Unde
& *in l. 3. §. divus, juncto verſ. quid tamen ſi in*
civitate. ff. de ſepulch. viol. habetur, quòd lex
particularis, vel conſuetudo, permittens
fieri ſepulturam in civitate, contra pro-
hibitionem juris communis, non valeat,
neque legem tollat, cùm imperialia re-
ſcripta authoritatem ſuam obtinere, &
in omni loco vigere debeant: tamen illa
contraria ſunt intelligenda de conſue- 174
tudine irrationabili. *d. cap. fin. §. fin. ibi:*
niſi fuerit rationabilis. quemadmodum in
præcitato textu. *l. 3. §. divus Adrianus.* vi-
deri poteſt, cùm conſuetudo, permittens
ſepulturam in civitate fieri, ſit contra ra- 175
tionem naturalem, & adverſus publicam
utilitatem, ex quo putreſcentia cadave-
ra, propter fœtorem, & aërem noxium,
& peſtilens cœlũ minantur *l. 1. ff. de cloac.*
juncta l. ſunt perſonæ. 43 l. ne corpora. 38.
de relig. & ſumpt. fun. adeoque non valet
talis lex municipii, tanquam irrationa-
bilis. *ca. erit autem lex. diſtinct. 4. ac facit l.*
nec damnoſa 3. C. de precibus imp. offer. po-
teſt & aliter reſponderi, videlicet, quod
in d. §. divus. lex Adriani generalis habue-
rit clauſulam derogatoriam ſtatuti, vel 176
conſuetudinis, diſponentis contrarium;
ita reſpondet Bart. qui affirmat, hunc in-
tellectum communem eſſe, *in d. §. divus*
in fin. per ca. 1. extra de conſtit. in 6. Extra
autem hos caſus, conſuetudo loci parti- 177

culàris ſequens, ſemper derogat legi præ-
cedenti. *Curtius in c. cùm tan o ſect 7. n. 16. extra de conſuetud.* & hanc ſententiam eſſe
meram veritatem, ac communiter te-
neri, docet Jaſon. *in l. de quibus 32. nu. 33. ff. de legibus. & Curtius. d. c. cùm tanto. ſect. 1. num. 9.* ubi inquit: quòd conſuetum ſit,
haberi pro neceſſario, cùm conſuctudo
ſit actus practicus, ad ungvem obſervan-
dus, *Bald in l. quicunq; 4. num. 18. C. de ſer. fug.* & alibi refert idem Baldus, nullum
178 eſſe jus poſitivum, quod conſuetudine
contraria tolli nequeat. *Bald. in t. Imperialem. §. præterea ducatus. num. 3. de prohib.*
179 *feud. alien. per Fed.* Neque verò ſtatutum,
aut conſuetudo loci, ſolos cives & homi-
nes ſuburbiorum, veluti ſubditos ſtatuen-
tium comprehendit. *c. ut animarum extra de conſtit. in 6.* verùm etiam forenſes ac
extraneos, dummodò hoc poſteriore ca-
ſo duo interveniant cumulativè, puta,
quod forenſis in loco ſtatuti executivi
contrahat, ac pòſt moram in loco con-
tractus, ſive in perſona, ſive in rebus ſuis
reperiatur, per ea, quæ traduntur inferiùs,
part. 2. c 1. num 41. cum ſeqq. uſq; ad num. 57. incluſivè. & c. 3. num. 6. ejuſdem partis 2.
180 Extranei namque venientes in alienum
territorium, ſive quid negotii ibidem ge-
rant, contrahendo vel quaſi, ſive delin-
quant, cenſentur ratione tacti ſui ibidem
celebrati, eodem jure, quo populus ter-
ritorii. *Bald. in t. 1. num. 2. de forma fidel. allegat auth. de quæſtor. in princ. coll. 6. ubi, ſecundùm eum, textus eſt ſingularis, & qui non habetur alibi, ac ſequitur Alvarotus, in cap. 1. num. 2. qui. olim vaſal jur. deb. Cæpolla in ſervitut. ruſt. præd. cap. 3. de ſervitute viæ.*
181 *num 19.* Quemadmodum enim aliàs con-
trahentes in dubio intelliguntur ſuos
contractus conformaſſe ad diſpoſitionẽ
juris communis. *l. item quia conventiones. 4. l. Labeo 2. l. tale pactum. 40. §. fin ff. de pact. §. Serviana. Inſt. de act. & l. fin. in quibus cauſ. pig tac. contrah* ita forenſis, con-
182 trahens in aliquo loco, ubi eſt particula-
ris conſuetudo, contra vel præter jus cõ-
mune, contractum ſuum legibus illius lo-
ci ſubjicere, & quaſi ſecundùm illius loci
conſuetudinẽ judicari velle præſumitur,
quantumvis hoc in litera inſtrumenti nõ
contineatur. *l. ſi fundus. 6. ibi: ex conſuetudine loci, ubi negotium geſtum eſt, caveri oportet. ff. de evictiòn. l. 1. in princ. de uſuris l 1. ibi: ſi lex municipii, ubi emancipatus es, dedit hanc poteſtatem. C. de emancip. lib. 1. §. fin. ibi: mos regionis inſpiciendus de vent. inſpic. l. ſi prius nocturnæ. 17. §. Rectè placuit. 1 ibi quæ in conſuetudine eſſe ſolent, veniunt, etſi nihil de iis ſit comprehenſum de aq plu. arc. l quod ſi nolit. 31 § qui aſſidua 30 de ædil. edict l. exigere. 65. ff de jud l. cum a locatione. 19. C. locati* idq; generale eſt, non tantùm in bonæ
fidei, ſed & in ſtricti juris judiciis, puta in
ſtipulationibus & ſimilibus, in quibus nõ 183
minùs, atq; in cæteris contractibus, pri-
mo loco ſequimur quod actum eſt, &,
ubi de eo non apparet, quod in regione,
in qua quid geſtum eſt, frequentatur. *l. ſemper in ſtipulationibus. 34 ubi Decius & Cagnolus, de reg. jur.* [Conſuetudo enim o-
ptimus eſt interpres *l. ſi de interpretatione 37. ff de ll.* quatenus legibus non eſt con-
traria *l. prætor ait, 5. §. Divus, 5 ff de ſepulch. vio*] Et, quòd contrahens, etiam foren-
ſis, ligetur conſuetudine contractus loci,
tenet Baldus *in auth. omnes peregrini. num. 1. C. communia. de ſucceſſ. Abbas in c. 1. num. 1. extra de ſponſal. Curt. d. c. cùm tanto. ſect. 9. num. 3. ideò Chaſſanæus ſcriptum reliquit,* con-
ſuetudinem loci, ubi negotium geritur, 184
ſubintrare quaſi contractum, adeò, ut
ſecundòm illam conſuetudinem actus
videatur eſſe celebratus. *Chaſſanæus in conſuet. Burgund rub. 4. § 2. verbo ſelon. la generale. num. 1. ac notat Albericus in l. arbitraria. 2. num. 3. ff de eo quod certo loc. quæ ſententia communis eſt, ſecundùm Decium in l. ſemper 34. num. 8 ibiq; Cagnolum. num 5 & 6. de reg. jur.* Quod non tam de deciſoriis cau- 185
ſæ principalis, quàm etiam de ordinati-
vis proceſſus intelligendum eſt, quando
contrahens in loco contractus reperitur,
ut & ibi forum ſortiatur, & per omnia in-
vinculetur ſtatuto, vel conſuetudine ejus
loci. *Anton. de Butr. in rub. de conſuet. num 7. & 8. quem ſequitur Rochus Curt. in d. c. fin. ſect. 9. num. 2. & 3. at in primis. 15.* Hinc
eſt, quòd ſtante ſtatuto in loco, ut pro
quolibet contractu ſolvatur gabella, con-
trahens, etiam forenſis, ad ſolutionem
gabellæ condemnari poteſt. *Iaſ. in l cunctos. 1. num. 18 C. de ſumm. Trin. & fid. cathol. poſt Bald. in l. 1. num. 4. C. de contrah. empt.*
Nec obſtat, quòd conſuetudines parti- 186
culares ſunt locales, & extra limites ter-
ritorii ſtatuentium non extenduntur. *c. ut animarum. extra de conſtit. in 6. cum l. fin. ff. de juriſdict. omn jud.* conſuetudo enim lo- 187
calis non ligat, non ſubditos. *Roman. conſil 93. num. 5. Alber. de Roſat. in l. cunctos*

populos.1. num. 26. C. de ſumm. Trin. & fid. ca-
183 *thol. cum vulgatis*, quia iſtud verum, quo
ad effectum ſtatuti, ut is non porrigatur
ultrà vel extrà territorium. *d. l. extra ter-*
ritorium jus dicenti fin. ff. de juriſd. om. jud. &
ſic alieni territorii homines non afficit,
quatenùs ii non veniunt ad locum, nec
habent ibi bona, ubi extat ſpecialis con-
ſuetudo, celebrando ibi contractus, vel
delinquendo, ita intelligenda ſunt con-
traria ſuperiùs adducta. Quatenùs autem
in territorio, vel in loco ſtatuti alterius
juriſdictioni ſubditus contrahit, vel de-
linquit, jam tunc judex, judicando contra
talem, non dicitur egredi limites ſuæ ju-
riſdictionis, cùm in loco peregrino verſa-
ri volens, accommodare ſe debeat legibus
189 loci ubi vivit, juxta illud vulgatum:

Si fueris Romæ, Romano vivito more.

c. quisquis. diſtinct. 41. c. ad menſam. 11. q. 3.
190 Hinc eſt, quòd hoſpitatus in monaſterio,
non debet appetere eſum carnium, ſed
debet eſſe contentus cibis regularibus, ſi-
cut monachi *clem. 2. in princ. de cenſ.* Et diu-
191 tina converſatio facit converſantem poſ-
ſe conveniri in loco, licet ibi non habitet.
Bald in l. ſciens. 2. in fin. C. ubi de crim. agi
opor. & l. ſenatores 2. C. ubi ſenat. vel clariſſ.
de quo latiùs in 2. Parte hujus Oper. cap. 1. n. 36.
cum ſeqq. Imò tanta vis eſt conſuetudinis
192 inveteratæ, ut ejus virtute liceat injicere
manus in perſonam vel res debitorum,
non tantùm planè forenſium, ſed & eorũ,
qui aliter neq; ratione contractus, neq;
domicilii, neq; deſtinatæ ſolutionis, neq;
ratione delicti, ibi forum ſortiuntur, pu-
ta, quando tale jus civitati quæſitum fuit
ex privilegio, vel præſcripta conſuetudi-
ne, ut bona debitorum, etiam forenſium,
ſiſtere liceat. *Rebuff. ad ord. reg. Gall. tomo. 1.*
de liter. oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 40. Hinc
193 & illud eſt, quia in judiciis dicuntur partes
quaſi contrahere, *l. ædiles. 25. §. item ſciendũ.*
ff. de ædil. edict. quòd is, qui litigat extra
194 domicilium alio in loco, ligetur conſue-
tudine ejus fori, ubi litigat. *Bald. in l. cum*
195 *clericis. 25. in fin. C. de epiſc. & cler.* Sic in
executionibus quæ dicuntur ultimus a-
ctus, vel proceſſus judicialis, *ſecundùm Ma-*
rantam de ord. judic. part. 6. rub. de execut.
num. 1. conſiderari, & ad ungvem quaſi
debet obſervari jus, vel conſuetudo ejus
loci, ubi petitur executio adverſus reum,
ſive de proceſſu executionis, ſive de pi-
gnorum captione, vel eorum ad judica-
tionibus agatur, *Bald. in l. ordo, 3. n. 6. &*
& 7. C. de exec. rei jud. VVeſeubec. conſ. 49. nu.
12. cum ſimilib. Et hæc de iſto puncto, quos
videlicet ſtatuta vel conſuetudines affi-
ciant paſſivè, pro hac vice dixiſſe ſufficiat,

Qui gaudeant beneficio ſtatutali. cuim.

Reſtat, ut explicemus, quæ perſonæ
gaudeant beneficio ſtatuti, tribuentis pa-
ratam executionem in caſu moræ, adver-
ſus perſonam vel res debitoris adeoq; du-
bitatur: an pro parata executione penes 196
judicem loci, ubi viget tale jus munici-
pale ſcriptum, vel non ſcriptum, poſſit in-
ſtare etiam is creditor, qui non eſt civis
ejus loci? Super hac quæſtione Rebuffus
videtur reſpondere, quòd creditorem o-
porteat eſſe civem, vel habitatorem iſtius
civitatis, aut provinciæ, ubi extat talis
conſuetudo. *Rebuff. ad ord. reg. Gall. tomo. 1.*
de lit. oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 43. & 44.
ac, quantumvis nihil alleget, tamen fortè
movetur ex eo, quòd, ſicut ſtatutum non
debet alicui, extra territorium ſtatuentis
habitanti nocere, *l. fin. de juriſd. om. jud. &*
c. ut animarum. extra de conſtit. in 6. ita ei-
dem etiam prodeſſe non debet, cùm be-
neficio meo nemini liceat uti, niſi quate-
nùs volo. *l. ſi judex circumvento. 41. ff. de mi-*
nor. l. amiciſſimos 36 §. c. de excuſ. tut. nec
videtur competere privilegium alicujus 197
communitatis vel municipii, ei, qui ibidẽ
non ſubit munera. *argum. l. manifeſtiſſimi.*
22. §. ſed cum in ſecunda. 3. verbis ubi periculũ.
ibi & lucrum collocetur. C. de furt. l. qui ſub
prætextu. 9. C. de SS. eccleſ. cum. l. 1. C. de col-
lator. lib. 12. juncta l. 1. & l. incola. 29. ff. ad
municip. ac, quòd non ſubditis non patro-
cinentur beneficia ſtatutorum, videtur
ſentire Alex. *conſ. 111. num. 1. 2. & 3. volu. 7.*
& ita in materia repræſaliarum conclu- 198
dit Bartolus, illas concedi non debere
peregrino, qui non eſt ſubjectus juriſdi-
ctioni judicis loci, qui aditur pro repræſa-
liis, *Bart. de repræſal. 5. q. princ. num. 1. & 2.*
ac ſequitur Iacobus de Canibus in eodem tracta-
tu repræſaliarum. num. 29. per l. ſi non ſpeciali. 9.
C. de teſtam. & Martinus Laudenſis de repræ-
ſal. num. 22. Statutum enim, habilitans
creditores ad impetrandam manus inje-
ctionem contra moroſos debitores, in-
telligitur de creditoribus loci, in quo ur-
get tale ſtatutum. *Baldus in l. cunctos populos*
1. num. 15. C. de ſumm. Trin. & fide cathol. cũ
quo tranſire videtur etiam Iaſon. ibid. num. 40.
41. & 42. & idem Baldus in authen. ſed omni-
no. num. 8. C. ne uxor pro mar. per l. 1. in fine.
ff. de tut. & curat. datis ab his l. etiam. 10. de
tutel. titulo generali, ac facit. d. l. cum ſpeciali 9.

C. de

199 *C. de teſtam.* Contrarium tamen verius eſt,
ex quo in actionibus voluntariæ juriſdi-
ctionis, conſuetudo loci favorabilis ex-
tenditur etiam ad alienigenas & extra-
neos *Bart. in d. l. cunctos. 1. num 25. per l. 1.*
C. de emancip. lib. licet poſſit reſponderi,
200 quòd ibi lex expreſsè determinet, bene-
ficium conſuetudinis loci proditum eſſe
non tantùm pro civibus, ſed & pro foren-
ſibus. *ac facit l. fin. ff. de mil. teſtamenta.* Ve-
rùm, quòd beneficium ſtatuti, vel con-
ſuetudinis, generaliter & indefinitè lo-
quentis, proſit etiam extraneo, niſi ſpe-
cialiter proviſum ſit contrarium, firmat
Alexander *conſ. 111. num. 5. vol. 7. poſt La-*
pum in allegatione ſua 112. incip. in civitate
Florentiæ ſunt duo ſtatuta, & ante eum tenuit
Baldus in l. de quibus 32. num. 26. ff. de ll. per
c. ſi in adjutorium diſtinct. 10. & c. dilecti. ex-
tra de foro compet. & idem Baldus in l. ſi non
ſpecialis. 9. num. 2. & 3. C. de teſtam. Salicet.
in d. l. cunctos. 1. num 8. & 9. quam ſenten-
tiam ſequuntur ibidem etiam Cynus & Fulgo-
ſius: ac, quòd etiam forenſes & extranei
gaudeant beneficio ſtatuti, tribuentis pa-
ratam executionem inſtrumentis liqui-
dis, iſtud firmat Curtius *in d. c. cùm tanta,*
ſect. 9. num. 9. & 15. Cardinalis in clem. ſape.
§. & quia quæſt 4. de verb. ſig. Baldus in con-
ſil. 285. incipiente, caſus. in fine num. 4. vo-
lum. 2. eamq; communem eſſe atteſtatur Iaſ. in
d. l. cunctos. 1. num. 4. verſ. contrarium tenent
201 *magis communiter Dd.* Unde eſt, quòd ſta-
tutum loci, tribuens paratam executio-
nem pro debito liquido, competit etiam
clericis, contra laicos, litigantibus ibidē,
202 quod ideò eſt, ex quo talia ſtatuta reſpi-
ciunt ordinem proceſſus, *Marianus Soci-*
nus in cap. quod clericis num. 5. in fine, extra de
foro compet. ibiq; Panorm. num. 12. verſ. primo
caſu. Sicut & econtra, ſtatuta diſponentia,
quòd inſtrumenta guarentigiata ha-
beant paratam executionem, non tantùm
obſervantur pro clerico contra laicum,
ſed & econtra, pro laico adverſus cleri-
cum, non tantùm in foro eccleſiaſtico,
ſed & ſeculari. *Panorm. in d. c. quod clericis.*
num. 18. poſt Bart. in l. cunctos populos, C. de
ſumma Trinit. & fide cathol. licet Panorm
ubi ſupra, finaliter contrarium teneat, ſi
cauſa decidatur in foro eccleſiaſtico; *Pa-*
norm. d. c. quod clericis, num. 19. & 22. Et eſt
203 ratio, quòd tale ſtatutum concernit ordi-
natoria judicii vel proceſſus, ideoque lex
vel conſuetudo fori attenditur, in quo
cauſa ventilatur, etiam contra clericos,
cùm iſtud ſtatutum nihil determinet cir-
ca perſonā, ſed circa cauſam, quæ ſubjici-
tur illi foro ratione bonorū ibi ſituatorū.
Rochus Curt. in c. cùm tanta. ſect. 8. n. 65. extra
de conſuet. ubi tradit, iſtud dictū cōmuniter te-
neri per Canoniſtas in d. c. quod clericis, & idem
Curt. ubi ſuprà n. 69. ubi latè. Cui nihil obſtat,
quod diximus, beneficio alterius nemi- 204
nem poſſe uti, eo invito, quia id procedit,
quandò conditor ſtatuti exprimeret, i-
ſtus beneficium activè & paſſivè compe-
tere debere ſolis civibus, non etiam ex-
traneis, & ſic clericos vel forenſes à favo-
re & beneficio talis ſtatuti clarè excipe-
ret, ſicut poſſet, *ſecundùm Alexandrum in d.*
conſ. 111. num. 8. ubi addit, iſtud communiter
teneri, poſt Baldum in l. ſi quis curialis. 12. num.
2. C. de epiſc. & cler. cùm generalis exclu-
ſio forenſium, non ſubditorum, excludat
etiam clericos. *Alex ubi ſuprà, per l. in frau-*
dem. 15. §. 1. ff. de mil. teſtam. Licet enim
ſtatuens nequeat auferre clericis privile-
gia ipſorum, habita ex jure cōmuni: ta-
men benè poteſt denegare iiſdem benefi-
cia ſui ſtatuti. *Bald. in auth caſſa. num. 2. ubi*
etiam Salicetus ſequitur C. de S S eccleſ. Quod
dicitur: ei, qui non ſubit onera, denegan-
da eſſe commoda loci, iſtud verum, ſi ſta-
tutum aliquid favoris introduxiſſet pro
oneribus reipublicæ, quæ ſupportantur
ſortè à civibus. *c. qui ſentit onus ubi Dynus.*
extra de reg. jur. in 6. ſecùs, ſi alio reſpectu
emanat, puta ad præſtationem fidei, ut
hic, quam convenit ſervari, non tantùm
civi ejus loci, ſed cuilibet extraneo, imò
& hoſti. *l. 1. de pact. l. 1. de conſtit. pecun De-*
cius in l. debitori. 7. num. 6. C. de pactis, Ra-
phael Cumanus in l. conventionum. 5. ff. eod.
ac facit c. innocens. 22. q. 4. c. noli, 23. q. 1. Et
ita etiam reſpondetur *ad text. l. 1. ff. de tu-*
telis, ubi magiſtratus jus dandi tutores pu-
pillis ſuæ tandem provinciæ habet, quia
extranei non ſpectant ad illius poteſtatis
protectionem. *l. jus dandi 3. de tutor. &*
curat. datis ab his. Nec adverſatur *d. l. ſi ſpe-*
cialis. 9. C. de teſtam. quia non meretur pro
contrario in propoſito allegari, cùm ni-
hil aliud dicat, niſi quod circa ſolenni-
tatem teſtamenti ſit obſervandum jus
commune, ut videlicet teſtes in conſpe-
ctu teſtatoris adhibeantur, niſi ſpeciale
ſit privilegium loci, vel patriæ, ubi quis
teſtatur. *l. 3. § fin. ff. de teſtibus.* Minùs 205
obſtat dictum Bartoli & aliorum ſupra
relatum in tractatu de repræſaliis, quia
loquuntur in caſu ſpeciali, ubi videlic. via

facti,

facti, vel pignorationis intenditur contra
innocentes, quod eſt contra jus commu-
ne, volens, pœnas non ſequi alios, quàm
ſuos authores. *l. ſancimus. 22. C. de pœnu.* un-
de nihil mirum eſt, ſi ſuperior, aditus pro
repræſaliis, eas non teneatur dare non ſub
jectis ſuo imperio. Sicut autem ex ſuprà
dictis innuimus, in caſu, ibi ſtatutum in
rem loquitur, dari jus paratæ executionis
etiam clericis, & quibuſcunq; forenſibus,
contra civem loci, ubi extat tale ſtatutũ,
ita verſa vice, ex eadem ratione jus para-
tæ executionis ex vi ſtatuti exerceri po-
teſt, adverſus bona clerici, vel forenſis
206 ibidem habita. Quantumvis enim aliàs
ſtatuta loci non ſortiantur effectum con-
tra bona eccleſiæ. *auth. caſſa. C. de S S. eccleſ.
c. quæ in eccleſiarum. extra de conſtit. c. eccleſia.
S. Mariæ eo tit.* [ubi exactiſsimè & latiſsimè
hanc materiam proſequitur *Panorm. in rep.
ſua. n. 26. & 37 cum ſeq.*] cùm quaſi Deo
decedere videatur, quod detrahitur mi-
niſtris eccleſiæ, *c. ſemel Deo extra de reg.
jur. in 6. & in iſtis terminis loquuntur jura præ-
dicta, & in anthen. item nulla communitas. C.
de epiſc. & cler.* unde eſt, quòd volunt Dd.
neq; collectas extraordinarias rebus ec-
cleſiæ imponi, neq; aliud onus indici, per
quod libertas eccleſiæ aggravatur, ut, ſi
ſtatutum fortè dicat, quòd bona civitatis
non alienentur in eccleſiam, *prout habet
communis opinio Doctorum, ſecundùm Iaſonem
in l. filiusfamilias. 114. ſ. divi. 11. num. 82. ff.
de legat. 1. Pariſius conſ 25. n 6. vol. 1. Schurff.
conſ. 69 n. 26. cent. 1. Gailius obſerv. 32. n. 8.
207 lib. 2.* tamen ſecùs eſt in bonis clericorum
patrimonialibus, quæ habent in territo-
rio ſtatuentium, quæ & collectari, & alio
modo per ſtatutum, in rem loquens, affici
ſolent, cum bona eccleſiaſtica multum
differant à bonis clericorum patrimonia-
libus, *ſecundùm Pariſium conſ. 40. num. 24.
part. 3* adeoq; non eſt generaliter verum,
quod dicitur, patrimonialia clericorum
gaudere iiſdem privilegiis cum bonis ec-
cleſiarum, *Felin. in d. c. eccleſia. num. 8. verſ.
ſed nihilominus prædicta.* maximè ſi bona
principaliter in conſiderationem dedu-
cantur, prout fit, quandò collectæ impo-
nuntur pro facultatibus cujusq; patrimo-
nii, vel ſi ſtatutum loquatur de collectis
aut tributis extraordinariis, indicendis pro
modo & quantitate bonorum ſoli ibi ſi-
torum. *Decius in d. c. eccleſia S. Mariæ. n. 21.
ſuper gl. 2. in finalibus verbis. de conſtit.* & An-
tonius de Butrio ſcriptum reliquit, quòd
bona clericorum patrimonialia, non gau-
deant privilegiis eccleſiæ, niſi in caſibus
per legem expreſſis. *Butrienſis in c. ſi dili-
genti. num. 18. & 19. extra de præſcript.* ubi
etiam addit, quantumvis præſcriptio con-
tra bona eccleſiaſtica non currat, niſi qua-
dragenaria, *aut quas actiones. C. de S S. eccleſ.
c. de quarta. extra de præſcript.* tamen patri-
monialia clericorum præſcribuntur, ad
inſtar aliorum bonorum, quæ tenent pri-
vati & laici, *Butrienſis d. c. ſi diligenti. nu. 18.
poſt gl. in c. poſſeſſiones 16. q. 4.* Unde ſcho-
lares, item clerici, reſpectu bonorum pa-
trimonialiũ, quæ in loco indictionis poſſi-
dent, à collectis vel aliis oneribus, quæ
prædiis in loco ſtatuti imponuntur, im-
munitatem non merentur, ex quo ipſis
liberum eſt, de illis, tanquam de proprio
patrimonio, facere quod volunt, adeò, ut
vendendo bona ſoli, habita in civitate,
poſſint ſe liberare ab oneribus, *argum. l. in
re mandata. 21. C. mandati.* Cumq; com-
modis civitatis utantur pro ſe, non de-
bent detrectare onera impoſita per ſtatu-
tum, *c. fin. extra de vita & honeſt. cler. juncto
c. qui ſentit onus à contrario. de reg. jur. in 6.*
Et hac ratione attenta, licet ſtatutum de
non alienando bona civitatis in eccleſiã, 208
reſpectu eccleſiæ non valeat, tanquam
gravans libertatem eccleſiaſticam, *ſecun-
dum magis communem opinionem Dd. qua de
teſtatur Iaſon. in l. filiusfamilias. 114. ſ. divi.
11. num. 82. ff. de lega. 1. Pariſius conſ. 25 nu.
6. vol. 1. Schurff. conſ 69. nu. 26. cent. 1. quan-
tumvis Homodeus conſ 21. num. 18. & 19. con-
trarium teneat, per fundamenta ibidem ab ipſo
adducta, quod etiam probat & ſequitur Gailius
obſer. 32. num. 5. & ſeqq. lib. 2. ubi addit num.
7. pro hac Homodei ſententia pronuntiatum et-
iam fuiſſe in Camera*; tamen illud indubi-
tatum eſt, quòd dictum ſtatutum, de non
alienando bona civitatis in eccleſiam,
non intelligatur arcere clericos vel ſcho-
lares, habitantes in loco, quin ipſi, ſi ve-
lint, emere poſſint bona civitatis, tanquã
patrimonialia, ut iis pro ſuis uſibus & ne-
ceſſitatibus fruantur, non autem, ut in-
corporentur eccleſiis, à quibus, ſicuti vel
impoſſibilis, vel ſaltem admodum diffici-
lis eſt recuperatio bonorum ſoli, *c. nullus.
extra de rebus eccleſ. non alien.* ita econtra,
cùm bona patrimonialia clericorum, vel
ſcholarium, nullo jure diſtrahi vel aliena-
ri prohibitum ſit, non minùs atque alicui
laico, nihil obſtat, quin clericus aut ſcho-
laris, ſtatuto non impediente, talia bona
emere

emere poſſit, cùm ceſſante ratione ceſſet
effectus. *c. cum ceſſante extra de appellat.* Nac
obſtat, quod *in c. quod clericis. extra de foro*
209 *compet.* habatur, clericos item ſcholares,
ſive ſint actores, ſive rei, non judicari ſa-
cundùm ſtatuta civitaris, ubi degunt, ſed
ſacundum ſuas legas, adeoq; videtur ſu-
per præmiſſa quæſtiona concludendum,
quòd ſtatuta locorum ut pro inſtumen-
tis liquidis & racogniris procadatur in
bona debitorum executivè, non compre-
hendanr clericos, val ſcholares, in loco
ſtatuti habitantes, quia conrratium, pro-
cedit, & intelligendū eſt de ſtatuto, con-
cernente perſonas ſcholarium, vel cleri-
corum, quibus laici non habens impara-
re, ſed obtemperare, *s. fin. extra de rebus ec-
cleſ. non alien. & s, bene eſt diſtinct. 96. ac fa-
cit s. ſi diligenti. & c. nullus judicum. extra
de foro compet.* ſecùs eſt, ſi loquatur in rem.
*Alex. de Imola in conſ. 1 1 5. num. 5. 6. & 7. vo-
lum. 7. & Curtius in c. cum tanto ſect. 9. num.
53. & in primis. 16. extra de foro compet.* ac di-
cit Henning. Goden. *in conſ. 7. de ſtatutu.
quod alias in ordine eſt conſ. 36. num. 6. & 7.*
ſtatutum Erfordiæ, quod donario, quam
non eſt ſubſecuta traditio rai donatæ in
vita donatoris, evacuetur viribus, locum
ſibi vindicat etiam in donatione facta
clerico. Ad propoſitum itaque redeundu,
creditor etiam clericus, vel ſcholaris, aut
aliter extraneus & forenſis, quando expe-
ritur executivè contra debitorem in lo-
co, ubi inſtrumenta liquida merentur pa-
ratam executionem, ex vi ſtatuti, gaude-
bis ipſe etiam hoc beneficio, ſicut illud
videmus in provinciis Electoratus & Du-
catus Saxoniæ, aliisq; viciniis locis, ubi de
conſuetudine, pro debitis liquidatis per
inſtrumentum racognitum, pruditur pa-
rata executio, quibuſcunq, creditoribus,
etiam forenſibus quotidiè practicari, cùm
tritum ſit in jure: quandocunq; agitur de
210 ordinativis jodiciorum, in qua nempe
forma proceſſus ſit inſtituendus, ſemper
attendendum eſſa locum fori, ubi agitur,
ſive loquamur de ordine proceſſus, ſive de
ordine faciendæ executionis, quicunque
tandem illa ſit, qui agit, vel executionem
petit, ſive civis ejus loci, ſive forenſis.
Hanc notabilem regulam pro una maxi-
ma tradit Baldus *in l. un. num. 4. C. ne filius
pro patre. per l. 2. C. quemadmodum teſtamen-
ta aper. & l. miſſi opinatores. 7. C. de exacto.*
211 *tribut.* ubicunq; enim poſtulatur executio,
ibi ſervatur ſtylus & conſuetudo illius
curiæ. *Rom. conſ. 367. num. 11. per l. 3. §. fin.
ibi: quæ ſit conſuetudo in ea provincia, in qua
judicat. ff. de teſtibus.* Etſi verò iſte taxtus 212
duplicam habet lecturam, unam videli-
cet, prout fuit inductus, cum illis verbis:
in qua judicat, dum interim alii legunt,
& volunt, attandi conſuetudinem pro- 213
vinciæ, in quam judicat, hoc eſt, ejus loci,
ex quo teſtes evocari debent, & ſecundū
hanc lecturā dicunt Doctores, probatio-
nes, vel probationis modum, non concer-
nere ordinatoria, ſed deciſoria judiciorū,
ideoq; ſtatutum loci, quòd debitum aliter 214
non probetur, niſi par inſtrumentum, nō
ligare clericos, vel alios forenſes. *Abbas
in c. quod clerici. num. 1 2. extra de foro compet.*
cùm tollere probationem par teſtes, vi-
deatur reſpicere deciſionem litis, & me-
rita cauſæ principalis, ex quo in effectu
reſecatur debitori illa peremptoria exca-
ptio ſolutionis, *contra l. ſiquidem. 9. C. de
except. & l. exceptionē. 19. C. de probat.* ideo-
que ſaltem foranſes, & non ſubditos liga-
re nequit. *Abbas in d. c quod clerici, num. 12. &
Curt. in d. s. sum tanto ſect. 8. num. 70.* & ali-
bi Baldus tradit, ſtatutum, quòd in loco 215
petitæ executionis, contra inſtrumantū
nulla poſſit opponi axceptio perempto-
ria, non arctate ſorenſem, ex quo illud
ad deciſionem cauſæ pertinet, circa quam
conſideramus locum celebrati contract⁹,
aut jus commune, non autem locum agi- 216
tati judicii. *Bald. in l. 1. num. 5. C. ne filius pro
patre.* Sed prior lectura *l. 3. §. fin. ff. de teſt.*
vulgatior ac communior eſt, teſte Contio
in d. §. fin. verbo. in qua. namqua ſequimur,
circa evocationem taſtium ax aliena pro-
vincia, in his regionibus, ut videlicat in-
ſpiciamus conſuetudinem tribunalis, in
quo judicium ventilatur, Adeoque, ſi ab
antiquo introductum ſit, quòd pro inda-
gatione veritatis, taſtes ax aliena provin-
cia citati præcedentibus tamen literis ſub-
ſidiariis ad ipſorum magiſtratus, compa-
reant in loco citantis judicis ad præfixum
in citatione terminum, evocatorum offi-
cium eſt, venita, ſin autem nulla talis con-
ſuetudo extet in loco judicii, mittuntur
articuli probatorii, cum interrogatoriis
deſuper formatis, & deſignatione nomi-
num teſtium forenſium, ad judicem ipſo-
rum domicilii, ubi teſtes degunt, ut ibi-
dem depoſitiones ſuas faciant, & judex
ejus loci talia atractata, in rotulum exa-
minis redacta, & concluſa, poſtea remit-
tit judici, coram quo proceſſus judicialis
inſti-

inſtientus fuit, *ſecundùm ea, quæ exigemus in*
tertia Parte noſtri Operis cap.7.num.37.38.39.
40. & 41. cum ſeqq. Et ſic patet, ſtatutum,
217 de evocatione ex alieno territorio teſtib⁹,
ad deponenda teſtimonia, non concerne-
re deciſionem litis, ſed tantùm ordinatio-
nem proceſſus, *ita concludit Curtius in d. c.*
cùm tanto. ſect. 8. num. 70. de conſuet. ex quo
infert ipſe ad ſuperiùs motam quæſtio-
218 nem, ſtatutum, quòd ſolutio debiti non
aliter probetur, niſi per inſtrumentum,
non concernere deciſionẽ cauſæ, ſed tan-
tùm ordinatoria litis, licet in fine addat,
de hoc articulo latiùs cogitandum eſſe,
propter authoritatem tot Doctorum, te-
nentium contrarium. Sed certe, in quan-
tum hi ipſi arguunt, ſtatutum prædictũ,
quòd nimirum debitum, pro quo parata
petitur executio, non aliter probetur, ni-
ſi per inſtrumentũ, auferre debitori pro-
bationem per teſtes, & per conſequens,
tollere ei ſuam defenſionem, iſtud nega-
tur, ex quo, licet de præſenti non admitta-
tur probatio per teſtes: tamen non peni-
tus excluditur, ſed reſtringitur tantùm, &
variatur, aut potiùs differtur defenſionis
modus. *Decius in rubr. extra de appellat. 3.*
quæſt. princ. & in l. at vim. 3 num. 4 ff. de juſt.
& jur. cùm poſt factam executionem, de-
nuò liberum ſit debitori, ſolutionem ab
ipſo allegatam probare per teſtes, atque
ita condicere ſolutum, tanquam indebi-
tum, adeò, ut dictum Baldi in præcitato
textu, *l. un. num. 5. C. ne filius pro patre.* ni-
hil obſtet, & ita reſpondet ad iſta motiva
Angelus *in l. ſi ſic. 35. num. 2 ff. de legat.*
1 ac Suarezius in l. poſt rem judicatam. 56.
fall. 12. num. 3. de re judic. quo de videantur,
quæ latiùs exigemus in tertia Parte noſtri Operis
cap. 1. num. 65. cum ſeqq. & inprimis num. 70.
Et per hæc dubium redditur dictum Bar-
toli *in l. à Divo Pio. 15. §. ſententiam. 1. nu.*
8. ff. de re jud. ubi decidit, inſtrumentum
219 guarentigiæ, vel aliter executivum, ex vi
ſtatuti vel conſuetudinis loci, ubi confi-
citur, nullus expectata requiſitione, ubi-
que mandatum eſſe executioni, etiamſi in
alio loco, quàm negotii geſti, productũ
fuerit, quod idem probat etiam Jaſon. *in*
l. cunctos. 1. repetit num. 22. C. de ſummo Tri-
nit. & in l. admonendi. 31. lectura 2. num. 92.
ff. de jurejur. ſicut & allegat Curtius in d. c.
cùm tanto. ſect. 3. num. 48. & ſect. 8. num. 70.
ac concordat Baldus *in l. 1. num. 5. C. de con-*
feſſis, ubi tradit: inſtrumentum confe-
220 ctum ſuper debito liquido, in loco, ubi vi-
get jus commune, etiamſi producatur in
alio judicio, ubi inſtrumenta, merentur
paratam executionem; tamen executari,
non præcedente ordine judiciali, non
poſſe, cum hoc pertineat ad deciſionem
cauſæ, ideoq; ſpectandum eſſe locũ con-
tractus, ubi jus commune uſurpatur, quod
nulli inſtrumento judiciali paratam exe-
cutionem tribuit, *l. minor. 25. annis, cui fi-*
deicõmiſſum. 40. ff. de minor. Cum igitur in
præmiſſa primo loco quæſtione præſup-
ponatur, inſtrumentũ in tali loco confe-
ctũ eſſe, ubi vigebat jus paratæ executio-
nis, quòd ſecundùm ſupra dicta, deciſoria
litis concernit, ideò arguunt, in foro, ubi
petitur exactio, ſervandã eſſe legem, vel
conſuetudinẽ loci, ubi celebratus fuit cõ-
tractus, non autem ejus loci, ubi lis verti-
tur. *Abbas in c. quod clerici num. 10. extra de*
foro comp. & ſic tranſire videtur privilegiũ
paratæ executionis, ad quemcunque ma-
giſtratum vel judicem, coram quo produ-
citur iſtud inſtrumentum, etiam in foro
imperii. *Iaſ in d. l. cunctos 1. num. 22. ubi ad-*
dit, Paulum de Caſtro quidem in l. 2. ff. de eo,
quod certo loco, tenere contrarium, ſed malè. Ve-
rùm, quicquid ſit, contraria ſententia 221
cõmunior eſt, & fortè etiam verior, eam-
que tenet Jaſon, ab iis, quæ ſenſit in l. cun-
ctos, ſibi contrarius, *in l. à Divo Pio. 15. §.*
ſententiam. 1. num. 7. & 24. ff. de re jud. ubi
concludit, quòd inſtrumenta executiva
ex vi ſtatuti ejus loci, ubi conficiuntur, ſi
producantur coram judice alterius terri-
torii, ubi jus commune in uſu eſt, non
merentur paratam executionem, allegan-
do Baldum *in l. 1. num 47. in fine. C. de con-*
feſſis ubi tradit illam theoricam generalẽ,
quando para executio non trahit cauſam 222
& fomentũ ſuũ à jure cõmuni, ſed ex for-
ma ſtatuti municipalis alicujus loci parti-
cularis, tunc talis executio non poteſt ex-
pediri per judicem diverſi territorii, ubi
ſimile ſtatutum non extat, eò, quòd exe-
quendo ſuam, non alterius juriſdictionẽ,
vel alterius juriſdictionis ſtatuta ſequi de-
bet. *Bald. d. l. 1. num. 47. in fine.* & addit,
illud menti tenendum eſſe, *per l. nullis epi-*
ſcopatores. 7. C. de exactor. trib. lib. 10. eamque
ſententiam tenet Alex. *de Imola in d. l. à Di-*
vo. §. ſententiam. n. 12. & n. 7. verſ. ſecundò li-
mita & idem Alex. in add. a. ad Bart. in d. §.
ſententiam. n. 1. verbo. ubiq., ibidemq. Paulus
de Caſtr. *n. 4. & idem Caſtrenſis in l. 2. n. 9.*
ff. de eo quod cert. loco. ubi ſubjicit, illud
verius eſſe, cùm non agatur de deciſione,
ſed

Digitized by Google

ſed de modo & forma proceſſus executio-
nis, quod & Baldus firmat *in alleg. l. 1. num.*
4. C. ne fil. pro patre, ubi refert, quantum
ad ordinem vel ordinatoria, ſemper re-
223 ſpiciendum eſſe ad locum judicii, ſive lo-
quamur de ordine proceſſus, ſive de ordi-
ne executionis, *per l. 2. C. quemad teſtamen-*
ta aper. cum qua opinione tranſit etiam Felinus
in ca. fin. num. 11. verſ. ſecunda intelligentia
extr. de foro compet. Cynus in l. 1. quæſt. 9. C. de
confeſſ. Paulus de Caſt. in l. 2. num. 2. C. quemad.
teſtamenta aper. Bal. in l. 1. num. 9. C. quæ ſit lon-
ga conſue. Rochus Curtius in d. ca. cum tanto.
ſect. 9. num. 43. & ſect 8. num. 69. & 70. Ioan.
And. in addit. ad Speculatorem, tit. de confeſſis.
§. nunc videndum num. 2. verb. quis de confeſſio-
ne in fine, & apoſtillator ad Baldum *in d. l.*
1. num. 5. C. ne fil pro patre. refert, quòd, ubi
poſtulatur executio, ibi ſervetur conſue-
tudo illius curiæ, ubi reus convenitur, *al-*
legat Ludo. Roma. in conſ. 240. ſed malè. voluit
allegare conſ 262. Imò, quòd plus eſt, vo-
224 lunt Doctores, adeò localem eſſe conſue-
tudinem, ut, quantumvis alias regulari-
ter unus judex teneatur ſententiam per a-
lium latam, ad pronunciantis requiſitio-
nem exequi, *l. à. Divo Pio. 15 §. ſententiam.*
1. de re jud. l. properandum. 13 §. ſin autem re-
us, 3 ibi: per relationem ad alium judicem. C. de
judic. l cum unus, 12. § is qui 1 ff. de bonis auth.
jud. poſſi. tamen, quando petitur executio
parata non ex vi judicati, vel juris com-
munis, *prout eſt in l. creditores. 3. in ſecundo*
membro. C. de pignor ſed ad literas rogatori-
as judicis loci, qui abſque proceſſu judica-
ti interlocutus eſt, executionem paratam
adverſus debitorem meritò fieri, virtute
ſtatuti vigentis in loco, tunc judex alteri-
us territorii, quantumvis requiſitus à pri-
ore judice, in cujus territorio viget con-
ſuetudo manus injectionis, non tenetur
facere paratam executionem in bonis ibi-
dem ſitis, quia requiſitus ſervat circa pro-
ceſſum conſuetudinem ſuæ curiæ. *Bal in d.*
l. un. num. 47. C. de confeſſ. Iaſ in d § ſententi-
am. num. 24 Hippol. ſing. 138. incip. judex uni-
us & cum iſta deciſione tranſit etiam Schurffius
conſ. 33. centur. 1. num. 4. ac tradit gl. in l. cùm
quædam puella. 19. verb & generaliter ibidemq;
Bar ff de jurisd. om. jud gl l. 2. verbo. ex cauſa, ſi
quis in jus voc. non ierit. Bal. in l. final. num. 46.
C. de edicto D. Adr. toll. & Menochius de adipiſ.
poſſ. remedio 4. num. 404. adeò, quod inde ſatis
apparet, iſtam ſententiam communem eſſe.
225 Quod notandum eſt pro conſtitutione
Saxonico in Electoratu, *in tub.* Uber vor-
ſagten Brieff unnd Siegeln. ubi traditur, *Supr. hoc eod c. nu.*
ſcripturam vel cautionem, etiam priva- *57.*
tam, recognitam tamen à debitore quate-
nus nihil turpitudinis continet, executan-
dam eſſe, nulla obſtante exceptione, niſi
ſolutionis, quod etiam in aliis curiis, ubi
jus Saxonicum obſervatur, uſu longiſſi-
mo introductum eſt. Si quis igitur cum
inſtrumento liquido, confecto in locis
Saxoniæ, veniat ad judicem in foro, ubi
ſervatur jus commune, petendo iſtius ſcri-
pturæ, tanquam liquidæ & recognitæ, pa-
ratam executionem, huic reſpondebit ju-
dex aditus creditorem nimis properare,
qui pignora capi ante rem judicatam deſi-
deret & prius eſſe, ut, ſervato juris ordine,
actionem adverſus reum dirigat, &, cauſa
cognita, ſententiam accipiat, *l. 1. & 2.*
C. de execut. rei jud. cùm inſtrumenta de jure
communi non mereantur paratam execu-
tionem, *l. minor. 25. annis cui fidei commiſſum.*
40. ff de minor l. tale pactum 40. §. qui provo-
cavit. 1. ff. de pact. Idque ampliatur proce-
dere, quantumvis uterque litigator, tem-
pore contractus, in Electoratu domicili-
um ſuum habuerit, nunc autem reus illud
mutaverit, ſemper enim verum eſt, quòd
judex pro executione aditus, ſervet leges
ſuæ regionis, nec ſequatur ſtatuta alterius
provinciæ. *Curtius d. c. cum tanto. ſect. 9. num.*
5. Ex quo ulteriùs inferri poteſt, ſtante ju- 226
re noſtro provinciali, quod judex debito-
rem, non ſolvendo exiſtentem conde-
mnet, adjudicando eum ad manus credi-
toris, pro faciendis illi operis, & præſtan-
dis ſervitiis, vel ad tenendum eum in com
pedibus. Landrecht. *lib. 3. art. 39.* Weichbildt.
art. 27. circa finem, de quo ſuprà num. 160. cum
ſeqq. nihilominùs, ſi obligatus, tempore
publicati interlocuti, mutavit forte do-
micilium, alius judex loci, ubi nunc de-
git reus, etiam rogatus pro executione
pronunciati, non videtur cogendus illud
exequi, vel debitorem tradere in manus
creditoris, cùm iſta ſententia ſit lata ſecun-
dùm ſtatuta loci requirentis judicis, non
autem ſecundùm jus commune, quod ſer-
vatur in provincia, cujus judex implora-
tur pro executione per ſuperiùs addu-
cta, ex quo ob æs alienum, jus civile ini-
quum judicat, liberum hominem ad ſer-
viendum compelli. *l. ob æs. 12. cum auth.*
ſeq. C. de actio & oblig. maximè, quando
reus paratus eſt cedere bonis *l. 1. & toto*
tit ff. & C. qui bonis ced. poſſ. Non deſunt
tamen, qui creditoribus cautelam mon-

ſtrant, qua mediante, poſſunt etiam alibi
petere executionem paratam, ex ſtatuto
loci, in quo negotium geſtum fuit, quòd
videlicet alibi experiantur condictione
ex lege loci. *l. 1. ubi Bar. num. 10. ff. de con-*
dict. ex lege ibiq; Alber. de Roſa. *num. 6* ubi
in longè fortioribus terminis tenet, ſi no-
227 va lex vel ſtatutū aliquid diſponat contra
jus commune, quòd ne quidem neceſſe
ſit, intentare condictionem ex lege, ſed
ex poteſtate & diſpoſitione legis, ubique
debeat eſſe parata executio, *allegat l. cum*
quaſi 30. §. ſi plures. 6 ff. de fideicom. libert. ve-
rùm ipſemet in continenti ſe corrigit, re-
ſpondendo *ad textum. d. §. ſi plures.* quòd
loquatur in caſu ſpeciali, & ubi militat
favor libertatis: condictionem autem ex
lege loci contractus, cum ſuo privilegio;
ubique locorum intentari poſſe, tenet et-
iam Jo. de Imola. *in d. l. à Divo. 15. § ſenten-*
tiam. 1. num. 4 & ibi Ang. de Peruſ. 3. in fine. &
Iaſ. num. 24. allegat textum in l ſ. §. ſed licet ipſe
actor. C. de præſcrip. 30. ann. prout enim ſemel
obligatum ſequuntur perſonales actiones
quocunq; vadat, ſicut lepra leproſum, *ſe-*
cundùm gl ſingularem in l. 3. ff pro ſoc. & notat
Iaſon. in § omnium. num. 2. Inſt. de actio. ita ſe-
quuntur etiam reum, cum dicto privile-
gio paratæ executionis, ſi condictio ex le-
ge ſtatuti intentetur, & forſan eò reſpe-
xit, atque ita ſalvari poteſt dictum *Iaſ. in d.*
l. cunctos populos. 1. num. 22. in quantùm di-
cit, judicem aditum in judicando obſer-
vare debere ſtatutum, in loco contractus
geſti exiſtens, etiamſi ſimile ſtatutum in
loco inſtrumenti producti non extet. Li-
228 cet autem iſtud ſit indubitatum; quòd ſta-
tutum circa ordinativa proceſſus compre-
hendat non tantùm cives loci, ſed etiam
clericos, ſcholares & quoſcunq; forenſes,
qui ad locum ſtatuti veniunt, ibique liti-
gare intendunt, *per ea, quæ tradit poſt Cynum*
Baldus in l cum clericis. 25. num 6. C. de epiſc. &
cler. tamen circa deciſoria litis, quatenùs
ſtatuta aliquid diſponunt de perſonis, ju-
dicantur ſcholares, item clerici, quantum-
vis in loco ſtatuti reſidentes, ſecundùm
ſuas leges, vel ſecundùm jus ſcriptum,
non autem ſecundùm conſuetudinem lo-
ci, *c. quod clerici, ubi fuſiùs hoc exigi. extra de*
229 *foro compet.* niſi in rem loquatur ſtatutum,
quo caſu afficit bona, in loco ſtatuenti-
um ſita, ſive poſſeſſa fuerint à cive, ſive
ab advena, vel aliter non recognoſcente
juriſdictionem ſtatuentium, *Carol. Ruinus*
conſ. 49. num. 7. & 8. vol. 3. poſt Bart. in l. cun-
ctos. 1. num. 27. & 32. ibiq; Salic. 13. & Baldus 23.
C. de ſumma trin per l. reſcripto. 6. §. 5. verſ. in
tributiones, quæ bonis fiunt, & ædibus. poſſeſſo-
ribus indicuntur. ff. de muner. & honor. l. an in
totum 3. verb. quæ in oppido frequenter fiunt.
C. de ædific. priva Curtius in c. cùm canto. ſect.
9. num. 13. extra de conſuet. poſt Alex. conſ. 44.
incip. Alphonſus. vol. 2 & Romanus conſ. 161.
incip. viſis. & Panor. in ca. quod clerici. num.
11. extra de foro compet. Ex quo inferunt,
ſtante ſtatuto in Anglia, quòd bona dece- 230
dentis ab inteſtato veniant ad primoge-
nitum, etiamſi defunctus, ſuper cujus hæ-
reditate litigatur, aut etiam ſucceſſor ej9,
ibidem non habuerit domicilium: tamen,
quia lex, afficit res ipſas, in Anglia, ſitas
loci ideò de omnib. bon. Anglicis judican-
dum, & determinanda lis eſt ſecundùm
Angliæ conſuetudinem, non obſtante,
quòd defunctus fortè habuit ſuam reſi-
dentiam in Imperio Romano. *Bar. d l.*
cunctos. 1. num. 42. Panorm. d. c. quod clerici.
num. 11. & 39 per l f. C. de prædiis navicu-
lar. lib. 11. Sic itaque primogenitus, qui
habet prædictum ſtatutum pro ſe, ubicun-
que tandem foveat ſuum larem, poteſt
petere, virtute prædicti ſtatuti, ſe mitti
judicis officio nobili executivè in poſſeſ-
ſionem bonorum hæreditariorum per
Angliam, *ſecundùm ea, quæ tradunt Iaſon in l.*
f. num. 25. Decius 26 Curtius 82 & Alex. 13.
C. de edic D. Adr. toll. ac latè Menochius de adi-
piſc poſſ remedio 4 num. 537. Henningus Gode-
nus conſ. 37. nu. 1 poſt Alber. de Roſat. in 1. parte
ſtatutorum, q. 46. Iaſ d l cunctos. 1. num. 90. A-
lex. conſ. 127. incip. conſideratis, num. 2. & in
conſ. 16 incip. viſo titulo quæſtionis. num. 1. vol.
1 ubi addit, iſtam ſententiam communem eſſe.
Unde infert Cynus in *d. l. cunctos. 1. num.*
10. & 11. ad ſtatutum exiſtens ultrà mon-
tes, quòd præmortuo viro, uxor habeat
medietatem bonorum ejus immobilium,
ſi decedat maritus inteſtatus, relictis du-
plicibus bonis, intrà & ultrà montes, vidua
tantùm lucrabitur medietatem de iis bo-
nis ſoli; quæ ſunt ultrà montes, juxta ſta-
tutum vel conſuetudinem loci, nō autem
de bonis, quæ ſunt intrà montes. *Cyn. ubi*
ſupra, per l. certa forma. 4. C. de jure fiſ l. conſti-
tutionibus. 24 in f. ff. ad municip. quod idem
placuit etiam Ioanni Andreæ in addit. ad Spe-
cul. tit. de inſtrum. edic. §. compendioſè num. 16.
verb. quid ſi de conſuetudine & Petr. de Raven-
na. in tract. de conſuetudine, ſect. 4. num. 20.

Statutum

231 Statutum ſiquidem de ſuccedendo in bo-
nis alicujus defuncti ab inteſtaro, ratione
bonorum, intelligitur nun tantùm de de-
functis, qui fuerunt ſubdiri & cives loci,
ubi exrat rale ſtarutum, verùm etiam de
iis, qui non fuerunt cives, ſed tantùm in-
colæ, vel etiam forenſes, ſive clerici, ſive
ſcholares, vel alii penirùs extranei, dum-
modò habuerint eo in loco bona, Sicut &
verſa vice prodeſt rale ſtatutum reſpectu
bonorum, quæ extanr in loco ſtatuenti-
um, non tanrùm civibus loci & incolis,
ſed eriam quibuſcunque aliis forenſibus
& extraneis ſuccedere inrendentibus.
*Alexander de Imola conſ. 111. num. 5. 6. & 7.
vol. 7. ubi addit, iſtam ſententiam communem
eſſe, poſt Petrum de Ancharano in c. canonum
ſtatuta quæſt. 12. principali. verſ. quæro juxta
prædicta de quæſtione tali. extra de conſtitu.
Curtius in d. c. cum tanto. ſect. 9. num. 13. &*
232 *in primis num. 16.* Quod facit ad ſtatutum
hujus civiraris Jenæ, quod, in caſu defici-
enrium liberorum lucrum omnium mo-
bilium indiſtinctè cum bonis ſoli, quæ
ſtante marrimonio conjuges compara-
runr, tribuir ſuperſtiti, eriam quo ad pro-
prierarem, quia illud extendirur ad bona
doctorum, magiſtrorum, & ſcholarium,
quę ibidem poſt mortem ſuam dimittunt,
ut nimirum in iis ſuccedatur per viduos,
excluſis proximioribus defuncti cogna-
tis, vel agnaris, licer defunctus, quo ad
perſonam, non fuerit ſubditus civitatis,
ſed Rectoris in Academia, cùm bona mor-
tuorum deferantur ſecundùm ſtatura lo-
corum, ubi extant, non ram civibus & in-
habitaroribus, ſed eriam forenſibus & ex-
teris, ex quo in rem loquirur illud ſtaru-
tum, *per ſuprà allegatas authoritates.* Pro quo
233 mover, quòd Doctores, Magiſtri, & alia
membra Academiæ, licet non ſubdiri & ci-
ves hujus oppidi: tamen ſinr ſalrem inco-
læ, & teneanr ibi larem ſuum & alias poſ-
ſeſſiones, inter quos & civitatem celebra-
tur racitus quaſi conrractus, ultro cirro-
que obligatorius, quo mediante, & civi-
tas ad defenſionem protectionemque in-
colarum tenetur, & incolæ viciſſim obli-
gantur ad munera realia & patrimonia-
lia, de bonis ibidem ſiris præſtanda. *Alex.
conſ. 111. num. 10. per l. incola. 29. ff. ad mu-
nicipal. & l. 1. C. de incolis.* Accedit & illud,
quòd ſtatutum civiratis injecit vinculum
in bona, maximè ſoli, ibidem ſituara, pri-
usquam Doctores, irem ſcholares, fixe-
runt ibi pedem, aut eo loci aliqua bona
poſſidere cœperunt, non mirum igitur, ſi
eo ſtaturo ligantur ſcholares & Dd. quan-
tumvis non ſint ſubdiri. *Aretinus in d. c. quo
clericis. circa finem, ubi adjicit, iſtam deciſio-
nem communem eſſe, eamq́ ſequitur Curtius in
c. cùm tanto. ſect. 8. num. 81. de conſuetud.* Ur-
get & aliud, quòd nempe Doctores & 234
ſcholares ſuccedant civibus hujus loci, ſe-
cundùm ſtaturà civiratis, ſicut & in aliis
neceſſiratibus contra cives urgent ſtaruta
loci, adeoque non eſt iniquum, ut in ipſo-
rum bonis eodem modu ſuccedarur ſe-
cundùm conſuetudinem hujus civiratis. *c.
fin. extra de vita & honeſt. cler. juncta l. 1. ff.
quod quiq; juris.* Sicut itaque fœminæ in vi- 235
ta mariturum, ipſorum radiis illuſtrantur,
eorumque forum ſequuntur. *l. fœminæ. 8.
in princ. & verſ fœminis dignitatem clariſſimam
mariti tribuunt. ff de ſenato. & §. hoc itaq;
verſ decet enim. auth. de coſſ. colla. 4. cum l. 1.
C. de mulier. & in quo loco. lib. 10.* ita par eſt, 236
poſt mortem virorum reddi idem jus et-
iam ipſorum viduis, ut quæ dignirarem &
jura maritorum rerinent, *l. filii. 22. §. vidua
mulier. 1. ff. ad municip. l quoties. 3. C. de pri-
vileg. ſcholar. lib. 12.* donec nimirum ad ſe- 237
cundas nuprias pervenerinr, tunc enim ad
primævum ſtatum, quem anre copulario-
nem habuerunt, revertunrur. *l. cum te. 10.
in finalibus verbis. C. de nuptiis quo de habetur
etiam textus juris Saxonici clarus in lib. 1. Land-
recht. ar 45. §. moriente autem viro. & lib. 3.
ar. 45. §. uxor. cum lectum mariti. verſ mortuo
viro.* Ac, quòd bona cujuſque loci ſubja- 238
ceant legi, vel ſtaruro territorii, in rem
loquentis, neque ſit habendus reſpectus
ad legem condiriunemve perſonæ, quæ
petit hæreditarem, vel puſſeſſiones hære-
ditarias, tener eriam Joan. Faber. *in l. cun-
ctos populos. 1. num. 18. C. de ſumma Trin. item
Romanus conſ. 161 num. 1. Alex. conſ. 44. num 4.
vol. 5. Petrus de Ravenna in tractatu de conſue-
tudine. num 20. & 21. Rebuff. de literis obliga-
tor. art 2. gl. 1. num. 7. & tit. de literis requiſitor.
in præfatione. num. 24. Panor. in c fin. num 36.
extra de foro compet. Henningus Godenus conſ.
8. de ſtatutis. Schurffius conſ. 6. num. 1. 2. & 3.
centur. 1. Brunus in tractatu ſtatutorum, artic.
8. num. 123. cum ſeqq ac noviſſimè D. Gailius
obſer. 124. num. 17. lib. 2.* ideò res, quæ ſunt
ſub territoriu regis, ſecundùm leges regni 239
judicanrur, *Baldus in c. cùm veniſſent. num. 3.
per illum tex. extra de eo qui mitt. in poſſ.* quod
& jure Saxonico comprobatur. Landrecht.

 lib. 3. art.

Lib. 3. art 33. §.f. ubi habetur. Der König ſol
richten umb eigen / hoc eſt, pro bonis ſoli
nach des Landes recht/ darinnen es liget/nicht
aber nach des Mannes recht / *quod idem et-*
iam notat gloſſa. Weichbildt. *art.9 verſ.* Ihr
240 ſollet wiſſen/ Ac, quòd in ſucceſſionibus at-
tentatur ſtatutum, vel conſuetudo loci,
ubi bona defuncti ſunt ſita, in iiſque et-
iam forenſis ſecundum loci conſuetudi-
nem admittatur, *tradunt Bart. in l. 1. num.*
41. ibiq. Bald. 17. C. de ſumma Trin. & Socin.
conſ. 288. num.3.& 4.& conſ. 292. num. 2.
& 3. vol.2. & conſ. 36. num. 2. 5. & 6. vol. 1.
ubi ſubjicit, hanc ſententiam communem eſſe, &
fuſiſſimè D.Matthæus VVeſenb. conſ.1. num. 42.
Quod quidem indubitatũ eſt in provinci-
is Saxoniæ, per textum inevitabilem, lo-
quentem in materia ſucceſſionis alicujus
advenæ & forenſis, Landrecht. *lib. 1. art. 30.*
ubi dicitur. Ein jeglich einkommen Mann
empfehet Erbe im Lande zu Sachſen / nach
des Landes Recht/ unnd nicht nach des Man-
nes Recht / Er ſeye Bayer / Schwab oder
Franck. cum quo concordat & alius locus,
ar.79. lib. 3. in verbis: Kein auslendiſch Mañ
antwortet in einem ſondern Dorffe / nach ih-
rem Dorffrecht/ ſondern nach Landrecht / Er
klage dann auff Erbe oder Gut. *ac fac. d. art.*
33. inf. eod lib. 3. Quia vero maritus &
uxor omnia bona pro indiviſo poſſident,
lib. 1. Landrecht *art. 31. & art. 45.* ſequitur,
quòd iſto caſu ſuperſtes ex conjugibus ju-
re retentionis tam diu remaneat in bonis
prædefuncti conjugis, donec ipſe conſe-
quatur lucrum dotale, ex vi ſtatuti debi-
tum, *per ea, quæ tradidimus in ſecundo Capite*
hujus Partis num 219. cum ſeqq. Sicut au-
241 tem jus commune, tribuens mulieri vi-
duæ, in caſu exiſtentium trium, vel pau-
ciorum liberorum, quartam, &, ubi plu-
res ſuperſtites ſunt, virilem portionem,
ex auth præterea. C. unde vir & ux. (ſecun-
dum quàm ante hæc tempora ſemper pro-
nunciarunt Scabini Lipſenſes, *teſte apoſtil-*
latore ad marginem gl. art. 22. Weichbildt *co-*
lum. antepen. verſ. die Fraw behelter. *litera C.*
ac notat additionator ad gl. Landrecht *libr. 1.*
art. 21. num. 4 inf & ante Lipſenſes idem
reſponderunt de jure etiam Magdebur-
genſes, quòd nimirùm vidua, ſi tres ſint
vel pauciores, ſuccedat in quarta parte
bonorum mariti mobilium & immobili-
um, & alias tantùm in virilem quotam.
gloſſ. Landrecht. *lib. 1. art. 24.* § Diß iſt ge-
ſagt. *& ibi additionator, quod firmat Schneid-*
vvin. inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. rub. de

De ſucceſſione viri & uxoris ex vi ſtatuti. Differ. Iur. civ. & Sax. 33 lib. 1. in Zob. 8. part. 3 n. 8. & 12. cum ſeqq.

ſucceſſ. inter vir. & uxor. num. 47. quam ſen-
tentiam etiam nos in his partibus Thu-
ringiæ ſemper fuimus ſecuti, & adhuc ſe-
quimur, niſi per pacta dotalia, vel ſtatuta
locorũ particularia, aliud fuerit diſpoſitũ)
intelligitur de quarta, vel virili parte o-
mnium bonorum viri, ſive in loco domi-
cilii mariti, ſive in aliis territoriis fuerint
ſita, cùm iſta quarta deferatur à jure com-
muni, *per id, quod ſcriptum reliquit Iaſon in d.*
l. cunctos populos. 1. in ſecunda repetit. num.
96. & 94. C. de ſumma Trinit. & idem Iaſon.
in l. à Divo. 15. §. ſententiam. 1. num. 6. ff. de re
jud. ita econtra, in ſtatuto loquente de
ſucceſſione ſuperſtitis conjugis in bonis 242
prædefuncti, ſive eidem medietatem, ſive
tertiam bonorum deferat, non veniunt,
niſi bona ſoli in territorio ſtatuentium ſi-
ta, alia enim regulantur ſecundùm ſtatu-
ta propriorum & peculiarium locorum,
in quibus reperiuntur. *Iaſon in d. l. cunctos. 1.*
nu 90 poſt Bart. ibidem num 41. & per alia ha-
ctenùs allegata. Dico autem ſignanter, quòd
ſtatutum loci de ſuccedendo in certa parte 243
bonorum non extendatur ad bona ſoli, in
alio quam ſtatuentium territorio ſita, ſicut
nec ad annuos reditus, qui bonis immo-
bilibus æquiparantur, tàm de jure civili,
clem. exivi de paradiſo §. cumq. annui reditus.
de verb. ſignif. l. jubemus nulli. 14. C. de SS. ec-
cleſ. l. f. C. de vendit. rerum ad civita. pertin. lib.
10 & utrobiq. in præcita. u legibus Bartol. ac la-
tiùs exequitur Tiraquellus de retractu lignagier.
§. 1. gloſſ. 6 num. 56. & ſeqq. ſicut & Gailius in
obſer. practicis, obſer. 10. per totum lib 2. quam
etiam de jure Saxonum, *Henningus Godenus*
conſ. 12. de ſucceſſ & conſ 6. de legitima. Secùs
eſt in mobilibus, præſuppoſito enim, quòd 244
ex ſtatuto loci mulieri debetur medietas
omnium bonorum defuncti, lucrabitur
eadem pecunias, ſupellectilia, item omnia
alia mobilia vel ſe moventia, quocunque
in loco exiſtant, in prædicta medietate,
cùm hæc mobilia intelligantur adhærere
quaſi oſſibus domini, & eſſe de eo loco, u-
bi defunctus habuit domicilium, *gloſſ l. 3.*
verſ. ea verò quæ pro ſoc. ſicut paulò poſt latius de-
ducetur, cùm mobilia concernant perſo-
nam, ubicunq; illa ſit, immobilia autem
territorium, in quo ſita ſunt, *prout notat ad-*
ditio latina ad Landrecht *lib. 1. art. 52. litera B.*
Hinc illud eſt, quod etiamſi maritus poſt 245
mortem uxoris omnia mobilia, ubicun-
que ſita, etiam extra territorium provin-
ciarum Saxonicarum, lucratur, exceptis
utenſi-

utenſilibus, Landrecht *lib. 1. art. 31. & lib. 3.*
art. 76. ibi: Der Mann behelt alle des Wei-
246 bes fahrende Haab: quod ſtatutum vel con-
ſuetudo, ut nimirum ſuperſtes ex conjugi-
bus lucretur omnia prædefuncti vel præ-
defunctæ mobilia, adeò ſuſtinetur favore
matrimonii, ut tradant, eo in caſu libe-
ros etiam excludi à petitione legitimæ.
Rota deciſ. 1. de reſcriptis, in novis. Chaſſanæus
in conſuet. Burgund. titulo, des infans. §. 4. in
verbo. & à ſon proſit. ac probat Gailius obſer.
124. num. 3. lib. 2. & obſer. 126. num. 6. & 8.
eo libro. Quantumvis contra iſtud ulti-
mum membrum, à communi opinione
in his terris recedatur, & pronuncietur,
quatenùs liberi ex aliis bonis maternis le-
gitimam ſuam conſequi nequeunt, ut ea
247 ipſis ſuppleatur per maritos ex mobilibus,
per additionem latinam litera B. d. art. 76. &
in gloſſa germanica, num. 4. ac notat additio la-
tina lit. C. d. art. 31. cum habetur: maritis,
pòſt mortem uxorum, deberi omnia mo-
bilia, detracta tamen liberis vel parenti-
bus legitima, ſi eam ex aliis bonis defun-
ctæ conſequi nequeant. *Ioan. Schneidevvin.*
Inſtit. de hær. quæ ab inteſt. defer. in rub. de ſuc-
ceſſ. inter virum & uxo. num. 30. ubi addit: ita
communiter pronunciari. ac ſequitur VVeſenbe-
cius conſ. 24. num. 5. vol. 1. ubi addit, quòd ita
ſæpiùs meminerit judicatum, adeoq; minimè
mutandum eſſe, quod certam interpretationem
ſemper habuit. l. ſi de interpretatione. 37. & l.
minimè. 23. ff. de ll. tamen hoc jus provin-
248 ciale, de lucrandis mobilibus uxoris, non
extenditur ad perpetuos annuos reditus
mulieris, ſive in frumentis, ſive in pecu-
niis annuatim ſolvendis conſiſtant, ut
quæ immobilium jure cenſentur. *Hennin-*
gus Godenus d. conſ. 12. de ſucceſſio. & conſ. 6. de
legitima. item Schurffius conſ. 65. num. 5. cen-
tur. 3. & ita ſemper recordor in dicaſteri-
is harum regionum, ubi jus Saxonum vi-
get, de jure reſponſum fuiſſe, *ſicut & D. Io-*
an. Schneidevvin teſtatur, in ſuis commentariis
ad Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defer. ſub rub.
de ſucceſſione inter virum & uxor. num. 33. &
34 per d. art. 35. in f. & extat exemplum ſen-
tentiæ Lipſenſium Scabinorum veterum poſt
Landrecht *ſub tit.* von *Succeſſion* auff Erbgü-
ter *in §.* Und weil die wiederkeuffliche Zinſen:
249 niſi fortè tales annui reditus, aut aliud
prædium ſoli, ex pecunia dotali mulieris,
ſtante matrimonio, per maritum fuerit
comparatum, quo caſu iſti annui reditus,
vel res ſoli, emptæ de pecunia dotali, in
terris Saxonicis, virtute juris noſtri pro-
vincialis, marito cedunt, pòſt mortem
uxoris ſine liberis prædefunctæ, non au-
tem ejus hæredibus, maximè transverſabi-
libus, Landrecht. *lib. 1. art. 31. & art. 45.* Ac,
pro hac ſententia eſt, quòd res ex pecunia
dotali comparatæ dotales eſſe videntur. *l.*
res quæ. 54. l. ita conſtante. 26. l. ſi ex lapidicinis.
32. ff. de jure dot. l. ſi mulier. 21. in f. de pact.
dotal. Si namq; res ex pecunia dotali com-
paratæ ſuccedunt loco dotis, & dos exti-
tit in mobilibus, habetur illa dos pro non
transmutata, & retinet primævam natu-
ram rei videlicet mobilis, adeoque ex vi
ſtatutorum noſtrorum, mariti lucro ce-
dunt *arg. l. ſi eum. 10. ff. qui injuriar. §. ſi quis*
caution. Quòd autem in contrariis, pro re
ex pecunia dotali per maritum empta, mu-
lieri prodita eſt actio ſaltem utilis, id ea
ratione contingit, quod ibidem agitur de
intereſſe ipſius uxoris adhuc poſt mortem
viri ſuperſtitis, quam iniquum eſſet frau-
dari dote, tanquam proprio ipſius patri-
monio, ex facto mariti, prædecedentis,
qui eam convertit in emptionem prædio-
rum ſoli, cum illud tantùm inſpiciatur,
quid ex re mulieris vir poſſideat, *l. uxor*
marito 55. ff. de don inter vir. & ux. ne dotis
conditio deterior fiat, *arg. l. 1. ſol. matr. l. 3.*
§. hæc donatio. de don. inter vir. & ux. Ideò a-
libi Accurſus ſcriptum reliquit, quòd res
empta de pecunia uxoris, fiat uxoris, iſtud
non eſſe ſimpliciter verum, ſed demum
in ſubſidium, donec fœmina ſuam conſe-
quatur dotem. *gl. verb. non negabit. in f. l. ſi ut*
proponis. 8. C. de rei vind. cùm dominium
rei emptæ ex pecunia dotali, vel quavis
aliena, per maritum, ipſi ementi applice-
tur, non autem mulieri, vel ei ex cujus
pecunia res ſoli fuit comparata, *textus ſunt*
clari in l. ex pecunia. 12. C. de jure dot. & in l.
multùm intereſt. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi. Un-
de ſatis patet, ſolum ſuperſtitis mulieris
favorem in juribus pro contrario addu-
ctis attendi, qui favor cùm ceſſet, pòſt
ejus mortem, in ipſius hæredibus, ceſſat
etiam iſtud privilegium. *c. cum ceſſante. ext.*
de appellat. Verùm, præſuppoſito, quòd ex 250
vi ſtatuti, vel conſuetudinis, debeantur
ſuperſtiti conjugi omnia mobilia, vel cer-
ta pars mobilium, dubitatur, an appella-
tione mobilium, veniant etiam nomina
debitorum, auſſenſtehende Schulden / præ-
ſertim eorum, quos in aliena provincia,
extra locum ſtatuti, ſibi habuit obligatos
præmortuus conjunx? Quid enim, ſi mu-
tuo dediſſet 1000. florenos pro quincun-

Differ. jur. civ. & Sax. 4. lib. 1. & lib. 2. art. 1. diff. 55. & 56. in Zobel. 47. part. 1. num. 7. & 9. part. 1. num. 6. & 7. item 12 in fin. & 32. Vide & differ. 38. lib. 1.

Differ. jur. civ. & Sax. 4. lib. 2. part. 6. in Zobel 9. par. 3. num. 31.

cibus uſutis, ad certum tempus, puta tri-
ennii, alicui forenſi, an iſtud nomen vel
debitum in totum, aut pro parte, pertine-
at ad ſuperſtitem, an verò tota ſumma de-
beatur aliis defuncti hæredibus, ab inte-
ſtato venientibus? Licet autem, propriè
loquendo, nomina debitorum ſ. ‹: quæ-
dam tertia ſpecies à mobilibus & immo-
bilibus ſeparata, *prout notant Bar. & Dynus
in l. poteſt. 18. ff de auth. tut. per l. quam Tube-
ronis. 7. § pen. de peculio. l. à Divo Pio. 15. §. in*
251 *venditione. 2. de re jud.* tamen, quandò quæ-
ritur de effectu, deſcendente ex obliga-
tione, vel lege, & omninò ſub certa mo-
bilium aut immobilium ſpecie, etiam po-
ni nomina neceſſe eſt, tunc, ſiquidem a-
ctio proſequitur quid immobile, ipſa quo-
que immobilis reputatur. *Bart. & Alciatus
in l. moventium. 93. ff. de verb. ſig. & idem
Bart. in d. l. poteſt. 18. n. 1. Baldus in c. 1 nu.
26. de pace ten. Decius conſ. 461. num 2. & 3.
Tiraq uellus de retractu lignagier. §. 1. gl. 7.
in princ.* [*Alvar. d. c. de pac. ten. §. ſi verò pa-
cis n 7. Afſl latè in c. 2. n 47. de Feud. cognit.
Socin. ſenior conſ. 175. n. 4. vol. 2. quem omni-
nò vide.*] ac profitetur Gailius, eam diſtin-
ctionem eſſe veriorem, quam etiam ſe-
quuntur aſſeſſores in Camera Imperii. *Ga-
ilius obſervat. 11. num. 10. libr 2.* Et ita
poteſt intelligi Chaſſanæus, quatenùs re-
ferr, nomen debitoris, ad inſtar bono-
rum ſoli in loco habitorum, cenſeri de eo
territorio, in quo reperitur. *Chaſſanæus in
conſuetud. Burgund. rub. 9. § 15. verbo & les
hortages. num. 1.* cùm, qui actionem ad im-
mobile corpus habet, ipſam rem habere
videatur. *l. rem in bonis. 52. de a quir. domi l.
is qui actionem. de reg jur. l. bonorum appella-
tione. 108. in fine, cum l 11 quod. 11. de R. I.* Sin
252 verò actio debitori competat pro rebus
mobilibus, prout ſunt pecuniæ frumen-
tum, pecora & ſimilia, quæ mobilium &
moventium appellatione continentur, *d.
l. à Divo. 15 §. in venditione. 2. & d. l. movent i-
um. 93.* talia nomina debitorum jure mo-
bilium cenſentur, *per præmemoratas autho-
ritates.* Ex quo infertur, priore caſu, quan-
do maritꝰ habuit proſecutionem ad quid
immobile in alieno territorio, lucrum ſta-
tuti, de nominibus ex aliena juriſdictio-
ne ipſi debitis, non accreſcere viduæ, vel
viduo, ex conſuetudine loci, ubi præde-
functus obiit, ſed deberi ejus hæredibus
ab inteſtato venientibus, poſteriore verò
caſu, quando eſt ſimplex creditum vel
mutuum, cedere viduæ vel viduo lucrum
talium nominum, quantumvis ex alieno
territorio debeantur, cenſentur enim ju-
re aliorum mobilium, neq; æſtimantur ex
loco, unde debentur, ſed ex toto patrimo-
nio & domicilio debitoris, quod reſpici-
unt, & cui debentur. *l. ſi fideicommiſſum.
50. §. tractatum. 1. ibi: cùm non loci ſit æs alie-
num, ſed totarum facultatum. juncto § ſed &
reſcriptum eſt 2. de judic. l. Caius. 86. de leg. 2.
ac tradit Tiraq. in l. ſi unquam. 8. verb. bona. n.
9. C. de revoc. donat.* Unde iſto caſu verè lo-
cum haber, quod dicitur: nomina debi- 253
torum non circumſcribi loco, in quo re-
periuntur, ſed cohærere perſonæ domini,
& eſſe de territorio, ubi creditor, cui de-
bentur talia mobilia, habet ſuum domi-
cilium, *gl & Bar in l. ex facto. 19. c. 2. n. 1.
ff. de hær. inſtit. & facit l. uxori. §. legaverat.
de leg. 2. l generali. 32. § uxori. 2. de uſufr. leg.*
adeò, ut mobilia, & quæ mobilium jure 254
cenſentur, non magis ſeparari poſſint à
perſona domini, quàm anima ſeparari
poteſt à corpore. *gl. verbi nom. in. quis ergo
de pec. & d. l. Caius. 86. de leg. 2. gl. 3 verb. ea
verò quæ pro ſocio, & in l. 3. verb. actiones a-
pud te remanſerunt. C. de nova. Alex conſ. 38.
num. 5. 6. & 7. vol. 1. & conſ 16. num. 3. eo-
dem vol. 1. ac ſequitur Chaſſanæus, qui ſuper
hac materia plura cumulat, in conſuetud. Bur-
gund. verb. des confiſcationis. rub. 2. §. 1 gl. 7.
per totum, ubi num. 17. fatetur, diſtinctionem
modò relatam de jure communi, & communio-
rem & veriorem eſſe, declarando tamen, ut ibi
per eum.* Sicut itaque maritus, poſt mor- 255
tem prædefunctæ uxoris, de jure Saxoni-
co lucratur omnia mobilia. ita iſtud exten-
dendum eſt non tantùm ad mobilia, ha-
bita in loco domicilii, ſed ad omnia alia,
etiam in peregrinis provinciis, ubi jus Sa-
xonicum in uſu non habetur, exiſtentia,
exceptis ſolis utenſilibus, *per generalita-
tem textus* Landrecht. *lib 1. art. 31. & lib. 3. art.
76 quod ſequitur etiam D. Io. Schneidevvin. ad
Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. ſub tab. de
ſucceſſione inter virum & uxo. num. 19. & 28.
cum ſeqq* Et iſtud quidem de ære alieno
uxoris activo, quod in pecuniis, vel aliis
rebus mobilibus, ipſa vel maritus ejus cre-
diderunt alicui extraneo, certo tempore
reddendum, ſtante ſtatuto, de quo ſuprà,
indubitatum eſt, quòd lucro mariti ce-
dant talia nomina undecunque debita,
cùm tales pecuniæ mulieri ſemel appro-
priatæ, inq; dotem, vel aliter aſſignatæ &
traditæ, ipſiusq; bonis ac patrimonio uni-
tæ & incorporatæ fuerint. Quo caſu, quā-
tumvis

256 tumvis maritus, aut uxor, iſta bona mu-
lieris dotalia velparaphernalia fœnori de-
inceps expoſuerint, vel mutuo dederint:
tamen, uxore mortua, indiſtinctè iſta no-
mina, tam quò ad capitale, quàm etiam
quò ad uſuras, reputantur pro mobilibus,
& lucro mariti cedunt, ſive diem ſolutio-
ni deſtinatum ſupervixerit mulier, ſive
non, Es ſeindt vortagte oder unvortagte
Schulden/ *prout eruditè ſcriptũ reliquit Schnei-
devvin. de ſucceſſ. inter virum & uxo. num. 37.*
cùm mulieri ſola perſonalis actio, contra
debitorem, pro iſtis pecuniis, tanquam
pro rebus mobilibus, in vita competierit,
*per ſuperiùs allegata ac notat Alexand. in d l. à
Divo Pio 15. ſ. in venditione. 2. ubi & Iaſon. & a-
lii in locis practatis.* Quantumvis enim mu-
257 lier iſtas pecunias forſan acceperit ex hæ-
reditate paterna, vel materna, easq; poſtea
ad uſuram, certo tempore reddendas col-
locarit: tamen iſtud nomen non ideò po-
teſt dici hæreditarium, Es kan nicht Erb-
gelt oder Erbſchuldt genennet werden/ex quo
hæreditas ſemel adita, & apprehenſa, de-
ſinit eſſe hæreditas *gl. magna, verbo. per unum
in l. 1. ſ. veteres. 16. de acquir poſſ ac facit l. cùm
hæredes. 23. ibi: adita hæreditate, omnia jura ad
nos tranſeunt. eo tit* ſed confunditur cum
patrimonio hæredis, & efficitur de bonis
propriis mulieris, quæ vel penes ſe retine-
re, vel ad uſuras dare, vel aliter de iis, ac-
cedente tamen cõſenſu mariti, in cujꝰ ipſa
per nuptias tutelam tranſit, pro arbitrio
diſponere poteſt. *Decius in l. hæreditas. 62.
num. 3. de reg. jur ac facit l. ſed ſi plures. 10. ſ.
filio. 2. de vulg. & pupill. junctis quæ habentur
in textu* Landrecht *lib. 1. art. 31.* Secùs eſt in
pecuniis, & bonis hæreditariis nondum
diviſis, neque dum appropriatis mulieris
ſubſtantiæ, vel per eam apprehenſis, quæ
258 noſtrates vocant, Erbſchulden oder Erbgel-
der/hoc eſt, in talibus nominibus, quæ ad-
huc debentur ex communi hæreditate,
quo caſu diſtinguendum eſt, an dies ſolu-
tionis extiterit, nec ne, ut priore caſu no-
mina debitorum tanquam quę in vita mu-
lieris fuerunt exigibilia, ſeind vortaget und
fellig geweſen bey leben des Weibes/reputen-
tur pro mobilibus, & lucro mariti cedant,
quandò verò ceſſit tantùm, nec tamen ve-
nit dies, adeò, ut debitor, aut poſſeſſor hæ-
reditatis nondum poſſit exigi, tunc immo-
bilium jure cenſetur iſtud debitum, Als
unvortaget/& hæredibus fœminæ, non au-
tem ſuperſtiti marito applicatur. *Schneide-
vvin. ubi ſupra num. 36. & 37.* & ita tota die

pronunciatur, *per articulum 76. lib. 3.* Eadem
diſtinctio obſervatur etiam circa dotalia
mulierum, ex quibus debentur viduis an-
nuatim affictus, vel fructus, in pecuniis,
vel frugibus. Siquidem enim poſt termi- 259
num ſolutioni cujuſcunq; reditus præfixũ,
ab hac luce deceſſerit dotaria, vel uſufru-
ctuaria, relictis ex una marito, & ex altera
parte hæredibus ab inteſtato venientibus
eo caſu omnes reditus, qui in vita mulieris
poterant exigi, lucro mariti cedunt, tan-
quam ſtipendium deſervitum, ut loqua-
mur cũ compillatore juris Saxonici, Landr.
lib. 3. art. 76. §. Was auch Zinſes. *ibi*: Stirbet
die Fraw nach dem rechten Zinßtage/alle Zinß
unnd Pflicht iſt des Mannes heimgefallen
Gut. In quo aliquantulum ſeſe conforma-
re videtur jus Saxonicum cum jure cõmu- 260
ni, quòd nimirùm penſiones, quarum ſol-
vendarum dies nondum venit, nec tem-
pore mortis uxoris fuerunt exigibiles,
fructibꝰ nondum perceptis comparat, ita,
ut pro immobilibus habeantur, *arg l. fru-
ctus. 33. ff. de rei vind. l. Iulian. 13. §. ſi fructibus.
10. de actio. empti.* reditus autem jure exigi-
biles æquat fructibus à ſolo ſeparatis, ut
mobilium jure cenſeantur. *Baldus in c. 1. nu.
25. ibidemq; Matthæus de Afflict. 13. de pace ten.
in uſib. feud.* [qui dicit, illud perpetuo men-
ti tenendum, quod quando venit dies ſo-
lutionis penſiones pro rebus mobilibus
habeãtur.] *& Alvarotus in d. c. 2 §. ſi verò pacis
nu. 6 eod. tit. ac probat Tiraquellus de retract.
conventionali. §. 1. gl. nu. 37. quos allegat etiam*
Gailius *obſer. 10. nu. 3. & 4. lib. 2.* ubi ulteri-
ùs infert, ſi diverſæ fuerint relictæ penſio-
nes, aliæ exigibiles, die allbereit vertaget ge-
weſen/ aliæ nondum exigibiles, die noch
nicht fellig weren/ de ſingulis judicandum
eſſe pro rata temporis, *argumento d. l. Iulia-
nus. 13. §. ſi fructibus. 10. ff. de actio. empti.*
& addit Gailius, iſtam diſtinctionem ob-
ſervandam eſſe pro ſtatutis locorum, diſ-
ponentibus, quòd poſt mortem alter-
utrius conjugum, ſuperſtes lucretur o-
mnia mobilia prædefuncti. Quæ verò
in terris Saxoniæ ſint tempora legalia ſol- 261
vendorum cenſuum, aut annuorum
redituum in pecuniis, frugibus, anſeri-
bus, gallinis, caponibus, ovibus, ovis, li-
nis, papavere & ſimilibus proventibus,
qui ex feudo, vel dotalitio debentur per
ſubditos fundi, extra videlicet conven-
tionem partium, de eo legatur Land-
recht *art. 58. lib. 2.* & illi proventus omnes
debentur marito, pòſt mortem mulieris,

quæ ſupervixetit terminum, ſolutioni cujusque præſtationis deſtinatum, *d. art. 58. juncto art. 76. lib. 3.* Et pet hoc decidi poterat dubium, quod noſtto dicaſterio haud ita diu movebatur in facto, ubi marito, nomine, uxoris Berræ, fuerant promiſſa per matrem ſponſæ aliquut millia, nomine dotis, ſolvenda demum ſponſo pòſt annum & diem, cumque Berta, nundum exacto anno, decederet, ambigebatut, an dicta ſumma dotis, ſulvenda certo die, qui nondum venerat, aut extietar, debeatur marito, tanquam tes mobilis, de jure Saxonico, an verò cederet ejus adhuc vi-
262 venti matri? Verùm, quia ex mattis bonis regulariter nulla dos debetut filiabus, *l. neq; mulier. 2. C. de jure dot cum l. cognovimus. 19. C. de hæreticu.* paterque Bertæ jamdudum fuerat mortuus, ex cujus bunis, pro dignitate natalium, ac facultatibus patrimonii, dos conſtirui debuit, *l f. C. de dotis promiſſ. juncta l. cùm plures. 12. §. cum tutor 3. ff de adminiſt. tut.* tùm etiam quòd narratio facti nobis proponebatut obſcuriùs, & absque transmiſſione dotalis inſtrumenti, teſponſum fuit de jure pro marito, præſuppunendo, dotem nempè prænominatam, ex bonis paternis filiæ debitam, de ejusque patrimunio jamdudum effectam, & a communi hæreditate ſeparatam fuiſſe, quo caſu, non aliter iſta dus promiſſa, mobilium jure reputanda fuir, quàm ſi ſponſa prædictam ſummam in ciſta ſua repoſitam reliquiſſet, aut ad uſuras crediſſet, teceptura ſortem, cum deductis in ſtipulatum uſuris certo die, quem ſive ſupervixetit fœmina, ſive non, utroque caſu tale jus, quantumvis in nominibus conſiſtens, cedere debuit luero mariti, *per ea, quæ notat Schneidevvin. de ſucceſſ inter virum & ux. n. 36. & 37. & per tegulam ſuprà traditam,* quòd actio pro pecuniis, vel aliis mobilibus cumpetens, ipſa quoque jure rei mobilis cenſeatur. *ſuprà num. 248. 249. & 252.* Et in ſimili caſu idem reſponſum fuit de jure, anno 1583. euidam Schneidnieenſi in Sileſia, cui per tutores ſponſæ, poſt mottem patris, promiſſa fuerant in numetata pecunia, dotis nomine, mille, quæ demum ſulvetentur infrà annum & diem, nulla facta mentione de cæteris bonis paraphernalibus, ſive mobilibus, ſive immobilibus, ſponſæ debitis ex hæteditare paterna, cumque intra annum nupta decedetet ex vivis, adjudicata fuerunt ipſius marito prædicta mille, tanquam mobilia, ut quæ ſemel ſeparata à cummuni hæreditate, & tutotibus nomine pupillæ ſuæ tradita, & ſic de pupillæ patrimonio effecta fuerant, non obſtante, quòd dies ſulutioni dotis præfixus nondum exciterar. Fateor tamen, ſi præſupponeremus, in hac, vel prioti facti ſpecie, iſtud debitum promiſſæ dotis, vel adhuc extiriſſe in communi curpote hæteditatis paternæ, tanquam indiviſæ, vel, quia ipſe pater in teſtamento ſuo diſpoſuiſſet, quòd filiæ aliquando eloearæ, per tutores vel alios cohæredes, certa ſumma peeuniæ deberet ex hæreditare conſtitui, quæ tamen non ſolvererut, niſi pòſt annum & diem, ita, ut talis dus, in vita ſponſæ, nondum ſit incorporata vel unita patrimonio filiæ, ſed demum veniat incotpotanda pòſt annum & diem, totum eontrarium teſpondendum erat, quòd nempè maritus prænominatam dotem, ut cujus ſolvendæ terminum Berta non ſupervixit, nequaquam lucretur, cùm ex debitis vel nominibus hæreditariis, quæ adhuc hærene ſolvenda ex corpore communis & indiviſæ hæreditatis, ea demum mobilia præmurtuæ uxoris lucretur maritus, quorum ſuluriunis dies lapſus & exactus eſt, Das heiſſet man vortagte vnnd fellhafftige Erbſchulden / ita intelligendus eſt Schneidevvin. *in loco præcitato num. 36. & 37. ac facit articulus 58. ſuperiùs allegatus, & articulus 67. §. fin. libr. 3. Landrecht.* Ac, ſi quis dicat: etiamſi, viva muliere, nondum 263
venerir dies, ita, ut jus petendi, vel exigendi debitum, ſuperſtiti marito non ſtatim naſcatur pòſt murtem uxoris, *pet ea quæ notant gloſſat. in l. eum qui Calendis. 41. §. f. verbo debeatur. & in l. centeſimis. 46. ff de verb. oblig. cum l. cedere diem 213 de verb. ſignif.* ſicut de victualitiis aut dotalitiis nuſtri temporis, quæ vocamus Leibgedinge / *tradit Zaſius in l. qui hoc anno 24. de V. O.* cùm illa ſint directa & limitata ad certum tempus, diem iſtum expectandum eſſe, neque ſtatim naſci petitionem, *argumento l. in illa. 8. & d. l. eum qui 56. §. qui ita. 4 de verb obligat.* quamdiu enim dies ſolutioni deſtinatus in pendenti eſt, tàm diu exactio ceſſat. *l. non omnis. 19. verſ. & cum pecunia. & verſ cum verò certum in fine. ſi cer. pet l ſi mandavero tibi. 17. in princ. & verſ 1. mandati c. un. §. tempore plus. extra de plus petit. § ſi*

quis

quis agens. juncto. §. plus autem. verſ. tempore plus. Inſtitut de actio. cum §. appellantur. verſ. temporales. Inſtitut. de exceptionibus : tamen, ſicut jus alicujus nominis conditionale,
264 vel ad diem, per contractum inter vivos cuicunque etiam extraneo cedi poterat. Baldus in l. per diverſas 22 C. mandati, cùm ceſſio pro traditione habeatur. gloſſ. l. fin. C quando fiſcus vel privat. Bart. in l. 1, num. 1. ibidemq; Baldus 6. C. de actio. & oblig. per l. 1. C. de hæred. vel actio. vend. & l. ad eum. fin. ff de donat. ita nihil videtur prohibere, quin idem jus, uxori competens, ad hæredes, ſive ſanguinis, ſive ex teſtamento, vel ad hæredes ab inteſtato, ex ſtatuti virtute tranſire poſſit, per illud vulgatum ; quod
265 eſt ceſſibile, idem etiam fore transmiſſibile. Bart. in l. Ex pluribus. 42. ff de adminiſt. tut. & in l. non ſolum 67 §. ſi puellæ. 5. de ritu nupt. Tiraquellus de retractu lignag. §. 26 num. 47. & 48. reſpondetur, ſicut & ſupra tactum fuit : contraria loqui in jure ſemel acquiſito, & appropriato iis perſonis, à quibus per viam ceſſionis, vel ſucceſſionis, iſtud in alios deinceps devolvi debet. Secùs eſt
266 in jure nondum plene acquiſito, prout ſunt reditus & affictus dotalitii, qui neque exacti, neque exigibiles fuerunt, tempore mortis uſufructuariæ, cum denuò acquirendum faciliùs tollatur, quam jus jam antè acquiſitum. Baldus in authen. ſi qua mulier C. d SS. eccleſ & in l. Imperator. 60. ff. de pact. & in l. pupillorum. 5. C. de repud. hæred. idemq; Baldus & Ludo. Roma in l. ſi n qui. 56. ff de acquir. hæred. per l. quod autem. 6. de his quæ in fraud. credit. & l ſi ſponſus. 5. ſi maritus hæres. 13. de dona. inter virum & uxor. Deinde in hoc themate promiſſæ dotis, pro-
267 miſſor adjecit vel præfixit diem ſolutioni in ſuum ipſius favorem, non autem in gratiam ſtipulatoris, adeò, ut promiſſor, ſi velit, poſſit quidem prævertere terminum deſtinatæ ſolutionis. d. l. eum qui Calendis. 41 §. quoties. fin. verſ. ex quo apparet. & d. §. omnis, verſ. quod in diem. Inſt. de verb. oblig non autem poteſt invitus cogi, ante lapſum anni promiſſam dotem numerare. Unde ſatis nunc liquet, muliere præmortua ante finem anni, expiraſſe in totum, ex præſumpta mente contrahentium, obligationem principalem, per d. l. non omnis. 19. in verbis : non aliter obligari quem, niſi extiterit caſus, in quem obligatio collata fuit. juncto verſ. & cum pecunia. ibi : quam diu in pendenti eſt, ceſſabit obligatio ff. ſi cer. pet. ac facit l. ſi cum 10. §. homo ſiſti. 1. ibi ; tota ſtipulatio in diem collata videtur. ſi quis cautio. judic. ſiſti. & l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. 14. verſ. Celſ. in verbo : non ante acquiri poſſe ex ea cauſa, quàm tempus præteriiſſet. de verb. oblig. Cumque & verba pactorum dotalium denotent, intentionem promiſſoris fuiſſe, quòd aliter ad ſolutionem dotis non voluerit teneri conſtituens dotem, niſi matrimonium cum nupta duraſſet per annum, & illa ipſa dos per mulierem in poſtremo caſu nondum fuerit apprehenſa, ſed hæſerit adhuc in corpore communis hæreditatis, ſicut mulier per contractum inter vivos non potuit alicui cedere illa mille, quæ de ejus patrimonio nondum erant effecta, ita ad maritum, poſt mortem ſuam, nihil horum mobilium, ex vi ſtatuti, potuit tranſmittere. l. nemo plus juris. 54. de reg. jur. l. traditio. 20. de acquir. rerum dom. ac facit d. art. 58. lib. 3. & 76. lib. 2. Landrecht. quod ipſum expreſſè firmat D. Tomingus in ſua deciſ. 29. num. 11. ubi concludit, quòd marito, cui infrà annum & diem, pòſt contractum matrimonium, certa dos per patrem promiſſa fuit, matrimonio poſtea infrà annum diſſoluto, non competat, etiam poſt lapſum anni, dotis petitio vel exactio. Cujus rei non eſt alia ratio, quàm quòd talis
dos, ante lapſum temporis ad ſolvendum 268
præfixi vel deſtinati, nondum fuit effecta de patrimonio mulieris, neque unquam incorporata ipſius bonis, ſed demum veniebat incorporanda poſt annum, & hanc pronunciandi conſuetudinem in foro Saxonico receptam & uſitatam eſſe, teſtatur idem Tomingus d deciſ. 29. in ratione dubitandi num. 5. Eſt & alia ratio in facti ſpecie, quæ narratur in præcitata deciſ. 29. quòd ibi pater ipſemet dotem promiſit vel conſtituit, ideò in ejus poteſtate poſitum fuit, ſuper re ſua legem contractui, quam volebat apponere. l. legem quam dixiſti. 10. C. de pactis. & dies illo caſu potiùs differendæ ſolutionis cauſa, ne confeſtim à tempore promiſſionis exigat ſtipulator, quod in certum tempus promiſſum & limitatum fuit, appoſitus eſſe cenſetur. Zaſius in l. eum qui ita ſtipulatur. 56. §. qui ita ſtipulatur, decem. 4. de verb. oblig. num. 10. & 12. Et ita diſtinctio circa hæreditaria, quorum dies ceſſit, vel venit, facit pro ſtatutis plurium civitatum in Thuringia, quæ, ut ſupra dictum fuit, pòſt mortem maritorum, etiam mulieribus tribuunt omnia mobilia,

relicta

relicta in bonis prædefunctorum virorum, tempore mortis, ut, ſi qua dimittant nomina hæreditaria, nec dum incorporata mortuorum patrimoniis (quia vel adhuc pars ſunt hæreditatis, aut ſaltem ſub diem, quæ nondum extitit, ex communi hæreditate debentur) ea inter mobilia non computemus, ſed tanquam hæreditaria, vnnd vnvortazte Schulden/ dimittamus hæredibus viri ab inteſtato venientibus. Sin verò prædefunctus ſemel apprehenderit quotam ſuam hæredirariam, in pecuniis, aut aliis mobilibus exiſtentem, eamque poſtea uni ex cohæredibus, aut etiam alicui extraneo crediderit, utcunque dies reperendæ pecuniæ extiterit in ejus vita, vel non extiterit, iſtud nomen pro re mobili cenſebitur, & lucro ſuperſtitis viduæ cedet, ne diverſa ſit correlativorum ratio. *l. f. C. de indicta vid. toll.*

269 De quo quidem minus dubium eſt, ex quo cum ſtatuto, tribuente lucrum bonorum mobilium ſuperſtiti conjugi, concurrit dumicilium mariti, *argumento l. exigere. 65. ff. de judic.* cùm mulier ſequatur forum viri, & ſic tàm activè, quam paſſivè, mariti, item uxoris bona afficiantur legibus loci, ubi maritus habuit ſuam reſidentiam. *l. ea quæ 32. ibidem q. gl. verbo. ante. & l. f. §. item reſcripſerunt. 3. ff. ad municipal. & de incolis. l. cùm quædam. ſin. de jurisd. om. jud. l. f. C. de incolis. juncta l. mulieres. 13. C. de dignita. lib. 12.* Et ex eodem fundamento poteſt decidi dubium illud vulgare: Moritur quidam nobilis, relictis bonis mobilibus,
270 ex eorum genere, quæ geradæ, item Morgengabe/ & comeſtibilium, hoc eſt, Muſtells nomine comprehenduntur, & deferuntur viduæ, pòſt mortem mariti, *per ea, quæ tradit tex.* Landrecht *lib. 1. art. 24. item* Weichbildt *artic. 22. 23. & 24. junctis iis, quæ latiùs explicat D. Hartmannus Piſtoris deciſ. 31. & 33. & 44. num. 19. parte 1.*

Differ. Iur. civ. & Sax. 21. lib. 1. in Zob 3. part. 3. n. 9. & 12.

Daro nunc, quòd in pluribus locis maritus habuerit certa feuda, vel prædia, quæ ſanè ſine his domeſticis adjumentis conſiſtere nequeunt, quæritur, an debeantur ſuperſtiti viduæ illa ſola mobilia, ad geradam, Muſteil & Morgengab pertinentia, quæ reperiuntur in corde ejus loci, ubi maritus habuit ſuum fixum domicilium? An verò ſimul etiam omnes aliæ hujus generis res mobiles, in aliis locis, extra locum domicilii mariti, in primis autem extra territotium Saxonicum ſitæ, veniant? Et videtur, viduam contentam eſſe debere rebus, pertinentibus
zu Weiblicher Gerade/ quæ reperiuntur 271
in domicilio mariti, ſecundùm cujus loci conſuetudinem exigunt viduæ jus & lucrum dotale, *per ea, quæ habentur in l. exigere. 65. ff. de judic. Alexand. conſ. 101. incip. ex inſpectione vol. 3. Felinus in c. 1. extra de ſponſal. ac tradit latè Curtius in c. cum tanto. ſect. 9. num. 4. extra de conſuetud.* Cui
ſententiæ etiam illud accedit, quòd jus 272
Saxonicum, maximè circa utenſilia, reſpectum habet ad poſſeſſionem viduæ, Was ſie nemlich/ zur zeit jhres Mannes Abſterbens/ in jhren beſchloſſenen Gewehren gehabt/ *per ea, quæ tradit textus* Weichbildt. *artic. 23. in princ. in verbis:* Was Weiber pflegen in jhren Gewehren zu haben. unde addirionator *ad art. 38. lib. 3.* Landrecht. *litera E. verſ. ſimiliter.* innuit, quod tantùm ejus loci gerada debeatur viduis, quæ in domicilio defuncti reperitur, ubi videlicet mulier conſuevit cummorari, addendo, quòd iſta ſententia noſtra tempeſtate habita fuerit proæquiore, ne mariti, pòſt obitum ſuarum uxorũ, per cognatas plerisque quaſi ſupellectilibus, ad uſum cujusque corris comparatis, ſpolientur. Et ſecundùm hanc ſententiam, de jure reſponderunt Scabini quondam Donenſes, & D. Simon Piſtoris, Iuriſconſultus & Conſiliarius aulæ Electoris celebratiſſimus, ſicut & filius ejus D. Modeſtinus Piſtoris Præceptor meus recolendæ memoriæ, ſuper una eademque cauſa, prout videre licet ex ipſorum reſponſis, quæ D. Hartmannus Piſtoris adjunxit quæſtioni 32. par. 1. ubi concludunt, ea ſolùm utenſilia deberi viduæ, quæ in domo ſolitæ habitationis mariti (da er Haus gehalten) reperiuntur, non autem ea, quæ in aliis locis reliquit. Neque iſtud caret ratione, cùm enim in loco domicilii concurrat quotidiana cura & cuſtodia mulieris præſetis, obeuntis munera domeſtica, circa culinã, circa texturã filorum & linteorum, item occupatio circa lectulus & cubilia, labor circa inſpectionem ſtabulorum, ubi vaccæ, oves & ſimilia animantia ſervantur, ideò in hoc privilegiata eſt mulier à jure Saxonico, Das ſie die weibliche Gerechtigkeit daſelbſt/ vnd was darzu gehörig/ vor den Erben allein hinweg nimmet/ quæ cura cum ceſſet in aliis prædiis, à

diis, à quibus abeſt mulier, meritò ceſſat ejus privilegium. *c. cum ceſſante. & ibi Tiraquellus, extra de appella.* Si tamen rectè ponderentur dicta præmemoratorum Doctorum, in præcitata quæſtione 32. ipſi loquuntur in terminis, quando poſt mortem mariti, ſuperſtes conjunx ipſa quoque decedit, relicta propiore cognata, jhre nechſte Niffteſ/ ad quam pertinere dicitur die Nifftelgerade/ *qua de loquitur text. lib. 1. art. 20. §.* Alſo behelt auch jhre Nifftel. *& clarius art. 37. ejusdem libri primi, & libr. 3. art. 38.* ſecùs eſt, ubi agitur de ſucceſſione viduæ in bonis mariti, pertinentibus ad geradam, comeſtibilia & Morgengabe. per id, quod vulgò fertur, mobilia non circumſcribi loco, ſed affixa quaſi intelligi oſſibus & perſonis dominorum, in loco, ubi fovent domicilium. *per ea quæ ſupra tradidimus nu. 254.* Et iſta ſententia, quòd videlic. omnes ſpecies utenſilium, in quibuscunque prædiis mariti, etiam extra ipſius domicilium reperta, viduis mulieribus, pòſt mortem virorum, debeantur, communior eſt, & in practica receptior, prout videre licet ex ſententiis veterum ſcabinorum Lipſenſium, appoſitis ad calcem Weichbildtrechts *ſub tit.* Von Gerade/ Morgengabe/ Muſteil vnd Erbe/ *§.* Zu Meſteile. *ibi* : Was die Menner auff jhren Schlöſſern/ Forwercken/ vnnd Höfen nach ſich gelaſſen. & ſequitur D. Hartmannus *præcitata quæſt. 32. pag. 362.* ac probatur hæc opinio per textum inevitabilem, loquentem tamen in terminis rerum comeſtibilium, Landrecht. *lib. 1. art. 22. §.* Nach dieſem. ubi legitur. Die Wittwe mus mit den Erben muſteilen alle Hoffſpeiſe/ die nach dem dreiſſigſten vberley bleibet/ in jeglichem Hofe jhres Mannes/ oder wo er ſie hette in ſeinen Gewehren. latinus textus ſic habet: vidua cum hæredibus domeſtica dividat cibaria, quæ poſt triceſimum in omnibus mariti curiis, vel ejus poteſtate reperiuntur. Licet autem reſtringat illam generalitatem tantùm ad cibaria ſufficientia pro neceſſitate unius anni, *in d. art. 22. lit. E. per tex.* Weichbildt. *art. 24. in fine princ.* tamen, quia Weichbildtrecht/ licet ſit poſtarius, non derogat juri provinciali, dem Landrecht/ *per ea, quæ tradit gloſſ.* Weichbildt *art. 1. §.* Nun fragen wir ob der Sachſſenſpiegel/ ideò poſterior opinio ſervatur hodie in practica, ſicut & ipſemet Zobelius teſtatur, *in fine ſuæ additionis, lit. E. ad art. 24.*

Pro qua & urget bonorum communio, quæ jure ſaltem Saxonico introducta eſt, inter mulierem & maritum, poſſidentes omnia bona pro indiviſo. Landrecht *lib. 1. art. 31. in princ. & art. 45. §.* Das Weib *eodem libro. ac eſt textus* Lehenrecht *juncta gloſſa cap. 69.* Unde, cùm ex bonis communibus, & communi induſtria vel labore iſta ſupellectilia comparentur, legislator Saxonicus ſuperſtiti viduæ talia detulit, quæ rationes cùm ceſſent in caſu præcedentis mulieris ante maritum, inde fit, quòd inferunt ulteriùs ſupradicti, hoc poſteriore caſu proximæ cognatæ non deberi omnes ſpecies ad geradam pertinentes, ſed tantùm eas, quæ mundum muliebrem concernunt, Was nemlichen die verſtorbene angetragen vnnd in jhrer Vorwarung gehabt/ was aber deſſen der Mann ſonſten vor gemeine Haushaltung erkaufft vnnd geſchaffet/ das folget nicht zur Nifftelgerade/ & Hartmannus Piſtoris *d. quæſt. 32 parte 1. num. 2.* allegat nonnulla præjudicia, ex quibus inferre licet, nifftelgeradæ nomine non contineri, niſi mundum muliebrem, quem uxor à principio ad virum intulit, vel conſtante matrimonio, de ſuo comparavit, aut donatam à marito vel cognatis accepit, addendo: in judicio curiæ principalis iſtud ita fuiſſe obſervatum, & eſſe æquiorem illam opinionem, eamque ſecutus fuit etiam Zobelius *in ſuis addit. ad* Landrecht *lib. 3. art. 38. litera E.* ubi innuit, præter & ultrà mundum muliebrem, nihil ex rebus ad geradam pertinentibus, lucrari proximam cognatam, niſi quicquid hujus uxor ad maritum intulit, vel, ſtante matrimonio, per donationem, vel ſuis pecuniis propriis acquiſivit, ita refert, fuiſſe quondam judicatum per Wittebergenſes, *D. Hartmannus in d. deciſ. 32. num. 3 fol 342. ſicut & reſponſum VVittebergenſium ſubjungit fol. 350. & 351.* Verùm, quicquid ſit, in provin-
ciis Sax, partis Thuring. quàm diu memi- 272
ni, contrarium, fuit judicatū, quòd nempè, *Differ. jur. civ. & Sax.*
etiam in caſu nifftelgeradæ, omnes ſpecies *26 lib. 1.*
ſub vocabulo, geradæ. *in art. 24. lib. 1. recen-* *& 31. lib. 2*
ſitæ (ſolis ovibus exceptis) veniant & de- *part. 1. in*
beantur proximæ cognatæ adeò, ut valdè *Zobel. 37.*
exigua inter geradam & nifftelgeradam *part 3 nu*
ſit differentia, ſicut & circa finem hujus *13. 14. 15.*
materiæ idipſum profitetur ſæpè memo- *21.*
ratus D. Hartmannus *in d quæſt. 32. fol. 345. ac notat Zobelius in addit. ad art. 20 lib. 1. per tex. d. art. 38. in finalib. verbis. lib. 3.* Landrecht.

Pleriſq;

Pleriſq; tamen in civitatibus, ex ſtatutis, aut conſuetudinibus locorum, habentur certæ tantùm ſpecies, quæ poſt mortem mulierum, per maritum proximæ cognatæ ſolent aſſignari, idque non alio fine, quàm ne afflictis & orbatis uxore maritis addatur alia afflictio, *contra l. iam dementiæ. 28. C. de epiſc audien.* & auferantur omnia ſupellectilia domus, non ſine magno labore per viros comparata, & quæ in dubio eorum induſtria acquiſita cenſentur, *l. Quintus. 51 ff. de donat. inter virum & uxor.* Quemadmodum autem proximiori cognatæ proditum eſt jus paratæ executionis, pro utenſilibus defunctæ, abſque alio proceſſu judiciali, ita viceverſa propiori agnato debentur executivè, ſine alio proceſſu judiciali, res expeditoriæ, per æquiparationem, *de qua habetur* Landrecht *lib. 3. art. 15. in fine.* Ex quo nunc illud ſequitur, data paritate graduum in pluribus agnatis, res expeditorias æqualiter dividi inter ipſos, eo tantùm excepto, quòd ſenior agnatus præcipuè habet meliorem gladium, *per textum clarum* Landrecht *lib. 1. art. 22. § f. ubi legitur*: Wo ihr zween oder drey zum Heergewette geboren ſeynd/ hoc eſt, qui in pari gradu agnitionis defuncto fuerint conjuncti, der Elteſte nimmet das Schwerdt zuvorn/ das ander theilen alle zu gleich. & ita ſemper in Thuringia fuit pronunciatum, quamdiu memini. Nec obſtat textus *art. 23. d. lib. 2. in pr.* obi innuitur: agnatum ſeniorem res expeditorias ſolum tollere, quia loquitur contrarium in caſu exiſtentium defuncti liberorum adhuc impuberum, quorum cùm ſenior agnatus in familia legitimus exiſtat tutor, recipit interim, non jure dominii, ſed quaſi pro cuſtodia, res expeditorias, reſtituturus illas pupillis, quando ad annos majorennitatis pervenerint. *ita ſolvit additio latina d. artic. 22. litera I. lic et gl. d. art. 23. verb.* nimmet das Heergewette / *videatur textum præcedentis articuli intelligere*, quaſi ſenior agnatus eas recipiat jure dominii, pro labore videlicet ſuæ adminiſtrationis, ſed prior intellectus ſanior & verior eſt. Porrò majus dubium eſt, præſuppoſito, quòd defunctus relinquit poſt ſe fratres ex utroque latere, & unum fratrem conſanguineum, an fratres utrinque conjuncti excludant fratrem ex latere patris tantùm? quòd videtur, ex quo proximior agnatus in iſta materia intelligitur, ſecundum jus commune, ut videlicet ei minus detegetur. *auth. poſt fratres. C. de legit. hær. aut. defunct. C. ad S C. Tertull.* Contrarium tamen veriùs eſſe judico, argumento ejus, quod, movent de gerada, eam deferri ſorori uterinæ pati modo, ſicut utrinque conjunctæ, ideoque omnes ſorores iſto caſu æqualiter ad ſucceſſionem admittendas eſſe, cùm ſola cognatio, ex fœminina linea deſcendens, nō vinculorum pluralitas conſideretur. Landrecht *lib. 1. art. 27. in verb.* ein jeglich Weib / *& ita concludit D Schneidevvin. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer. in rub. de ſucceſſ inter vir. & uxor. num. 55. & fuſiùs explicat D. Hartmann. Piſtoriꝰ quæſt. 13. num. 16. 17. 18. & ſeqq parte 1.* Quod & in agnatis locum ſibi vindicare de jure Saxonico, ſuadet parificatio, geradæ ſcilicet & Heergewettes / de qua habetur Landrecht *lib. 3. art. 15. in fine. juncto art. 27. lib. 1. §. maſculus*, ubi dicitur: ſicut mulier nobilis utenſilia proximiori cognatæ, quæ ipſam ex fœminino genere contingit, dimittit, ita nobilis maſculus conſimili modo res expeditorias in proximiorem agnatum devolvit, per illud vulgatum: Quoties duo per legem vel ſtatutum æquiparantur, diſpoſitum in uno æquiparatorum, etiam ad alterum extenditur, *gl. c. ſi poſtquam §. 1. & § f extra de elect. in 6. & tradit Ever. in loco à ſimili. num. 7.* Et ita reſpondimus de jure, ſuper utroque membro, Chriſtophoro Tangeln in Obertrebra, menſe Februario anno 1585. Simile exemplum paratæ executionis, in jure Saxonico ha-
betur ſuper bonis quomodocunque va- 274
cantibus, non invenientibus hæredem, ea enim abſque periculo violentiæ, ſine alio proceſſu judiciali impunè occupantur, poſt tricesimum, per judicem loci ſupremam ibi juriſdictionem exercentem, non autem per judicem hæreditarium, vel inferiorem, cùm ille ex fructibus juriſdictionis teneatur alere familiam, pro capiendis & citandis malefactoribus, aut aliis reis, item teneatur ſumptus facere,
pro ſartis rectis præſtandis, & erigendis 275
patibulis, furcis, compedibus, & id genus aliis, ad conſervationem pacis publicæ & æqualis juſtitiæ neceſſariis, *textus eſt juncta additione latina litera B art. 28. lib. 1.* Landrecht / *ac concordat* Weichbildt. *art. 59.* adeò ut etiamſi poſt exactum annum, veniat hæres; tamen ei obſtet præſcriptio ſaltem annalis, *addit latina litera C. d. art.*

58. & lib.

2-6 58. *& lib.2. art. 44. in princ.* Quod verum eſt in mobilibus per ſe conſideratis, ut ſunt ſer jur res expeditoriæ, utenſilia, & ſimilia, ſe- & Sax cùs eſt in bonis ſoli, exiſtentibus de hære- r lib.1. ditate, pro iis enim nulla currit præſeri- 14 lib. ptio, niſi tricennaria cùm anno & die. *l.* art 1. *hereditatis. 7. C. de petit. hæred. juncta addit.* Zob 11. *latina ad d. art. 28. litera C. & art. ſeq. 29. eod.* 1. n 4 *lib. 1.* vel, ſi mobilia adhuc inſeparata in 1 ſeqq. ipſa hæreditate hæreant, nam & tunc 30. annorum præſcriptio obtinet, *argumento addit. latina litera E. d. art. 28. per gl. l. in modicis. de contrah. empt.* utraque tamen præſcriptione cumputanda, à tempore ſcientiæ mortis defuncti, in perſona hæredis prætenſi, *gloſſ. verbo.* Kompt aber niemandt. *d. art. 28. num. 3.* Et hæc quidem, occaſione paratæ executionis, quæ inſtrumentis liquidis, ex vi ſtatuti, vel conſuetudinis apud nos vigentis, tribuitur, ad denotandum effectum ſtatuorum, per commemorationem quorundam exemplorum, ex jure Saxunico deſumptorum, brevi calamu perſtringere volui, deinceps fortè, ſi DEUS vitam & ſanitatem conceſſerit, in Obſervationibus meis practicis, quas ſucceſſivis temporibus raptim collegi & conſignavi, latiùs illuſtraturus legum noſtrarum & conſuetudinum provincialium intellectum.

SUMMARIUM
CAPITIS IV.

1. *Privilegium eſt lex privatis quibusdam perſonis data.*
2. *Privilegium juri communi vel addit, vel detrahit aliquid, circa locum, vel perſonam privilegiati.*
3. *Privilegium dicitur quaſi privans legem.*
4. *Privilegium generale quid?*
5. *Legati habent privilegium revocandi domum.*
6. *Clerici non debent trahi ad forum ſecularis judicis.*
7. *Doctores ll. non debent detineri in perſona pro debito civili.*
8. *Doctor qui prævenit fabrum, poteſt eum expellere à vicinia.*
9. *Privilegium civitatibus indultum, ut ipſis liceat ſiſtere res ſuorum debitorum ibidem repertas, etiam in rebus forenſium valet.*
10. *Privilegium fortiùs operatur, quàm pactum.*
11. *Privilegium & conſuetudo immemorialis æquiparantur.*
12. *Privilegia ſpecialia ſunt perſonalia, & cum perſona extinguuntur, nec trahuntur de perſona rei ad fidejuſſorem, vel alias perſonas, nec de loco ad locum, 17.*
13. *Privilegium immunitatis ab oneribus publicis quid?*
14. *Privilegium induciarum quinquennalium facit, ut debitor interim à ſuis creditoribus moleſtari vel exigi nequeat.*
15. *Literæ moratoriæ non extenduntur ad futuros creditores.*
16. *Moratoria ſolutio, à majore parte creditorum conceſſa, arctat etiam minorem, niſi obligatio erga unius, vel alterius perſonam fuerit jurata. 17.*
18. *Creditores chirographarii quamvis numero multi: tamen non præferuntur hypothecariis.*
19. *Privilegium dilationis moratoriæ ad fidejuſſorem non extenditur, niſi principalis, defendendo fidejuſſorem, in ſe ſuſciperet judicium, & opponeret de dicta dilatione moratoria, n. 22. ſecùs tamen, ſi fidejuſſor renunciaſſet authentic. præſente. C. de fidejuſſ. 21. & 23.*
20. *Ceſſio bonorum facta à principali non noceſſet fidejuſſori.*

CAPUT QUARTUM.

DE DETENTIONE RERUM, VEL perſonæ debitoris, cauſata ex privilegio.

De privilegio, quid? quotuplex

Quia præmiſimus in ſuperioribus, jus detinendi res vel perſonas debitorum non tantùm cauſari à lege, ſtatuto, & conſuetudine, ſed etiam à privilegio, *Molinæus in conſuet. Pariſ. tit.* 2. *gl.* 1. *verb. areſt.* ideò, abſolutis tribus primis, ordo rei poſtulat, ut paucis etiam de hac ſpecie executionis aliquid
1 attingamus. Cumque privilegium nihil aliud ſit, niſi lex, privatis quibusdam perſonis, aut certo genere hominum, vel etiam communitati poſita, vel indulta. *c. privilegia. diſt.* 3. [*Cujac. lib* 15. *obſ. c.* 8.] quæ vi-
2 delicet circa perſonam, vel locum privilegiatum, aliquid addit, vel detrahit juri communi, & alio nomine jus ſingulare appellatur. *l jus ſingulare.* 16 *ff. de legib.* Ideò
3 nomen ſuum accepit privilegium à privando, quaſi privans legem, hoc eſt, aliquid diverſum & ſeparatum à jure communi ſtatuens & inducens *Iaſ. l. miles.* 6. *num.* 10. *ff. de re judic. & l. fin. num.* 27. *de conſtit. princ.* Suntque privilegia duplicia, alia generalia, alia ſpecialia. *Franc. Lucan. in tract. de fiſco, num.* 3. *per ca. ſanè. ubi gl. extra de privil. & facit l. leges ut generales.* 3. *in*
4 *p. juncto §. fin* C. *de legibus.* Generalia dicuntur, communia alicui generi perſonarum, vel univerſitati in commune. Eorumque quædam ſunt clauſa in corpore juris communis. *Lucanus ubi ſuprà num.* 3.
5 prout eſt privilegium revocandi domum, quod proditum eſt legatis, conventis in peregrinis locis. *l.* 2. *§. legatus.* 3. *ff de judic.* item, quod tribuitur pupillis, vel viduis, ne conveniantur alibi, quàm in ſua provincia. *l. un.* C. *quando Imper. inter pup. &*
6 *viduam.* item clericorum, ne trahantur ad judicem ſecularem. *ca. ſi diligenti. extra de foro compet. authen. ſtatuimus.* C. *de epiſc. & clericis.* vel quoquo modo vapulent. *c. ſi quis ſuadente diabolo.* 17. *q.* 4. *c. ſi de terra. & porro. & c. in his. extra de privileg.* item privilegium S C. Velleiani, quo juvantur mulieres in ſuis interceſſionibus. *l.* 2. C. *ad S C. Velleian.* & Macedoniani, quo conſulitur filiisfamiliàs contra creditores. *l.* 1. *ff. ad Macedon.* item privilegium Studioſorum, *in auth. habita.* C *ne filius pro patre.* Tale eſt privilegium Doctorum juris, ne 7
quoquo modo perſonaliter detineantur pro debito civili. *Albertus Brunus de ceſſion. bon q* 10. 4. *part. princ. num.* 3. *per l. medicos* 6. *ubi gl. & Bart.* C. *de profeſſ. & medicis. lib.* 10. *& Matheſila. in ſing.* 59. licet in quodam doctore viderim contrarium practicatum, qui tamen non erat Doctor actu legens in ſtudiis approbatis, neque advocationem exercens, atque ita à privilegio, *l. medicos.* 6. C. *de profeſſo. & med. lib.* 10. excluſus, *per ea, quæ tradit Brunus, ubi ſuprà num.* 3. *quo de latiùs in ſecunda parte hujus Operis Cap.* 3. *num.* 153. *cum ſeqq.* Tale etiam eſt privilegium ordinis doctoralis, con- 8
tra fabros ferrarios, & lignarios, item alios malleatores, qui ſuo ſtrepitu nocturno & diurno impediunt meditationes & ſtudia Doctorum, talis enim Doctor, maximè actu legens, quatenùs prævenit fabrum, poteſt eum repellere ex vicinia, *prout notat Alex. de Imola in additione ad Bartolum in l. unica. §. ita ut unicuiq. num.* 3. *per illum textum.* C. *de ſtudiis liberalibus urbis Romæ. lib.* 10. ex quo, ſecundum eum, turbantur actu legentes, & diſtrahuntur à lectionibus publicis, in quibus vertitur communis ſcholarum utilitas. & hæc ſententia communis eſt, *teſte Bartolo. in l.* 1. *num.* 30. *ibidemq, Thomas Parpalea num.* 44. *Alciatus* 51. *&* 52. *item Iaſon.* 46. *ubi addit, hæc magis communem eſſe ff. ſoluto matrimonio.*

Quod

Quod idem firmat eo in loco etiam Ioannes Franciſcus Ripa num. 127. 128. & 129. & 130. Et eſt ratio, quia Doctor prævenit fabrum. *Abbas in c. f. circa finem, extra de judic.* cùm cauſa præventionis in jure potiſſimum conſideretur, prout iſtam rationem aſſignat Menochius *de arbitrar. jud. libr. 2. centur. 3. caſu 237. num. 7. per l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco pub. cum l. potior. 11. l. qui balneum. 9. qui pot. in pig. hab,* aliàs ſecùs, *Menoch. d. num 7 & 17. cum ſeqq* Quam theoricam ego practicavi haud ita diu in hoc loco, contra quendam vietorem, qui ſe mihi ingerebeat ad latus in vicinia, & ſub mediam noctem ſurgendo, ac compingendo ſtipandoque vaſa vinaria, tantos ſtrepitus & clangores excitabat, ut multas noctes inſomnes tranſigere cogerer, non ſine periculo meæ ſalutis, verùm appellati hac de re Conſiliarii Illuſtris gubernationis Wimarieoſis, dederunt Senatui Jenenſi in mandatis, ut compellerent vietorem, ea habitatione dimiſſa, de alia cogitare, vel operas ſuas in iſta vicinia omittere.

Aliqua privilegia non ſunt redacta in volumen legum civilium, cujusmo-
9 di eſt in propoſito noſtro, privilegium ab Imperatore concedi ſolitum civitatibus, aut aliis communitatibus, ut, in caſu moræ, liceat eis ſiſtere, vel impedire res ſuorum debitorum, etiam forenſium, in illa civitate privilegiata repertas, prout tale privilegium habetur Pariſiis, *teſte Rebuffo ad conſtit. reg. Galliæ, tomo primo. in tit. de literis obligat. art. 6. gloſſ. 3. num. 4. & de ſententiæ executione, art. ult. gloſſ. 1. num. 12. verſ. 5. & num. 4.* Sicut civibus montis Peſſulani ſimile privilegium, adverſus ipſorum debitores indultum eſt, *teſtante Rebuffo ubi ſupra art. 11. gloſſ. 3. num. 18.* Et iſtud jus detentionis, competens ex privilegio, æquiparatur ei, quod procedit à conſuetudine vel ſtatuto, ſi enim pactis partium illud permittitur, *prout notant omnes interpretes in l. creditori. 5. C. de pact. quò de infrà capite 5. hujus Partis, per totum latiùs.* ergò idem eſt in privilegio, quod,
10 ad inſtar ſtatuti, ipſum quoque fortiùs operatur, quàm pactum. *Bal. in l. 3 num. 1. C. de bon. quæ lib. junctis. quæ tradit Iaſon. in l. non impoſſibile. 50. ff. de pactis.* Unde & illud eſt, quod traditur, conſuetudinem ſaltem immemorialem, habere vim privi-
11 legii. *l. hoc jure. 3. §. ductus aquæ. 4. ff. de aqua quotid. & æſti. coll. c. ſuper quibusdam. §. præterea. extra de verb. ſignif.*

Specialia privilegia vocamus, propria ſingulorum, quæ plerumque & certæ perſonæ conceduntur, & cum perſona extinguuntur. *l. privilegia. 196. cum l. in omnibus cauſis. 68. ff de reg. jur. §. ſed & quod Principi. verſ. planè ex his quædam ſunt perſonales. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. l. leges ut generales. 3. in princ. juncto. §. fin. in fi. C. de legibus. de quo videantur plura apud Franciſcum Lucanum in d. tract. de fiſco num. 3.* Tale eſt, quod Princeps alicui, ob bene merita, vel egregias dotes ingenii & doctrinæ, tribuit privilegium ſcilicet immunitatis à gabellis & datiis, aut ſimilibus oneribus publicis, à quibus is aliàs non foret exemptus, *de quo Angelus in l. 1. §. ſi quis tutor. ff. quando appell. ſit.* Hujus generis eſt privilegium privati alicujus creditoris, quo mediante, Imperator mandat judici debitoris immediato, ut ipſe ſuper debito liquido faciat executionem paratam, contra debitorem, ſine alio proceſſu judiciali, cum Princeps poſſit in certis caſibus, maximè ex cauſa, tollere ſolennitates judiciorum, ab ipſo introductas, & ita defenſiones juris poſitivi, competentes reo, adeò, ut, redeundo ad jus primævum, vel gentium, creditori manu regia adminiſtretur juſtitia, ab executione proceſſum inchoando, *ſecundùm Felinum in c. quæ in eccleſiarum. num. 55. extra de conſtit. per l. 2. in princ. ff. de orig. jur. & addit Felinus ubi ſuprà, hanc ſententiam communem eſſe.* Cujus farinæ eſt & beneficium induciarum quinquennalium, quod pro temporum diverſitate, annales, item literas dilatorias, ac moratorias dilationes nominant. *Rebuffus ad conſtit. reg. Gall. tomo 1. in tractat. de dilat. annalib.* ac indulgentur debitoribus ad eum finem, ne infrà tempus in privilegio præfixum, moleſtentur à ſuis creditoribus, *de quo in l. quoties. 2. C. de precibus imper. off.* ut videlicet medio tempore liceat eis reſpirare, & cogitare de modis ſolvendi exigendo viciſſim ipſorum debita, in quibus alios obſtrictos habent, atque ita pervenire ad pinguiorem fortunam. Cùm enim talis moratoria præſcriptio non auferat creditori jus ſuum, ſed differat tantùm. *d. l. quoties. 2. in princ.* & in mora modici temporis non vertatur magnum præjudicium. *l. ſi debitori. 21. ff. de judiciis,*

judicis, ideò creditoribus, pendente illa
dilatione, contra tale privilegium aliquid
attentare non permittitur, licet in curia
Parlamenti Delphinatus Galliæ iſtud non
obſervari tradat Guido Papæ *deciſ. 97.* il-
15 lud autem certum eſt, tales literas ad fu-
turos creditores non extendi, *Idem Guido
deciſ. 113. num. 1.* Videmus etjam inter-
16 dum beneficium moratoriæ dilationis,
aut induciarum annalium, vel quinquen-
nalium, ab ipſis partibus indulgeri debito-
ri, quo caſu minor pars majori cogitur
conſentire. *l. ſ. C. qui bonis cedere poſſunt. l.
majorem. 8. & l. ſi unus. 27 §. Marcellus. verſ.
hodiè tamen. cum verſ. ſeq. ff. de pact.* Si tamen
17 unus creditor habeat aliam ſecuritatem
pinguiorem, cui præ aliis innitatur, puta,
quia debitor cum juramento ipſi obliga-
tus eſt, hoc caſu ad conſentiendum in di-
lationem, à majore parte creditorum da-
tam, non cumpellitur. *Alex. conſ. 205. in-
cip. viſis num. 6 vol. 2.* imò, licet Imperator
concederet debitori inducias ad ſolven-
dum: non tamen intelligeretur velle de-
rogare actui jurato, *idem Alex. conſ. 38. num.
4. 5. & 6. vol. 3. ac notat Everhardus in ſuis topi-
cis, loco à vi juramenti. num. 31.* pari modo
18 concludunt Doctores, quòd creditores
chirographarii, quantumvis majorem par
tem creditorum conſtituant; tamen ne-
queant præjudicare uni vel pluribꝰ credi-
toribꝰ, munitis hypotheca ſive circa datio
nē dilationis, ſive circa remiſſionem partis
debiti. *l. reſcriptum. 10. ff. de pact. l. ſi præce-
dente. 58. § Lucius. 1. mandati. Quo de videatur
latiſſimè diſſerens & diſtinguens Benevenut.
Stracha in tract. mercator: tit. de decoctorib. parte
19 6. num. 13. cum ſeqq.* Eademque ratione iſtud
privilegium moratorium perſonale tan-
tùm eſt, & ad fidejuſſorem debitoris non
extenditur. *c. privilegium. extra de reg. jur.
in 6. & d. §. ſed & quod princip. verſ. ſanè.* cum
nec de perſona ad perſonam, nec de
loco ad locum trahi debeat, *ſecundum
Cagnolum in l. in omnibus cauſis. 68. per
illum tex. num. 8. & 11. ibiq; Decium
num. 6. ff. de reg. jur.* quia ſtricti juris
eſt. *Baldus in l. 1. in princ. C. de legi-
bus. Iaſon. in l. 1. num. 17. & ibi Bartol.
num. 2. ff. de conſtitut. princip. & in l. 3.
§. quod autem. quod quiq; juris. gloſſa in
ca. ſanè. extra de privileg.* ac in terminis,
quod privilegium moratorium, item
literæ annales, vel quinquennales,
non proſint fidejuſſoribus, quin me-
dio tempore poſſint exigi, tradit in
ſpecie Rebuffus *ad conſtit. reg. Galliæ
tomo 1. in tractat. de literis dilat. annal.
artic. 1. gloſſ. 1. num. 24. poſt Staphilum
de literis gratiæ, per l. etſi fidejuſſor. 24.
cum l. ſciendum. 25. de re judic. ac notat
Bartolus in l. hæres à debitore. 21. §. quod
ſi ſtipulator. 3. num. 2. de fidejuſſor.* pro
qua habetur textus de jure melior, at-
tenta videlicet ratione decidendi, *in §.
fin. verſ ecce enim debitor. Inſtit. de replica.*
ubi legitur: quod exceptio ceſſionis 20
bonorum non proſit fidejuſſori, cùm,
qui alios pro debitore obligatos ha-
bet, id egiſſe videatur, ut, in even-
tum lapſi facultatibus debitoris, ipſe
nihilominus recipiat ac conſequatur ſu-
um ab iis, quos pro principali obliga-
tos habet. *ac facit l. 1. §. ſed aut proprio.
verſ. qui alieno. ibi: hoc curamus, adhiben-
do fidejuſſorem, ut, quod in obligationem
deduximus, tutius nobis debeatur. ff. de a-
ctionib. & obligat. cum l. ſi rem. 12. judicat.
ſolvi.* & quantumvis reus, qui promiſit
judicatum ſolvi, datis fidejuſſoribus,
acquirat durante lite, privilegium, ne
cogatur invitus litigare: tamen nihilo-
minùs committitur ſtipulatio contra fi-
dejuſſores, adeoque nihil prohibet, et-
iam durantibus induciis quinquennali-
bus debitori conceſſis, ejuſdem fide-
juſſores, pro dando, quod in pactum
deductum fuit, convenire, ſaltem in
caſu, quando renunciatum eſt in lite-
ris obligatoriis beneficio auth. præſen- 21
te. C. de fidejuſſor. *Bald. in d. l. quoties
num. 4. & ibi Cynus num. 8. ubi dicit: ſe
habuiſſe iſtam quæſtionem de facto, fuiſſeq;
valde arduam, & agitatam inter cives al-
bos & nigros de Piſtorio, ac ibidem Salic.
num. 4. verſ. aut fidejuſſore contractus quod
& Bartol. probat in l. cum filiusfamilias. 49.
§. ſi ſtipulatus. 1 num. 2. ff. de verb. oblig.
ac notatur in c. 10. hujus Partis, num. 382.*
Sed, an eo nomine fidejuſſor conventus 22
poſſit denunciare litem ſuo principali, ita,
ut debitor ipſum defendat, in ſe judicium
ſuſcipiendo, & ex ſua perſona opponendo
privilegium moratorium? quo caſu vide-
tur dilatio, data reo, impedire medio tem-
pore exactionem erga fidejuſſorem, *Bal in
d. l. quoties. 2 nu. 5. & ita ſentire videtur etiam
Bartol. in d. l. etſi fidejuſſor. 24. num. 2.
per authent. de fidejuſſor. in princip. § ſed
& hoc quidem. verſ. judex det tempus in-
terceſſori. coll. 1. & auth. præſente. C. de fi-
dejuſſor.* alias ſiquidem privilegium
moratorium

moratorium non ſortiretur ſuum effectum, ſed pet indirectum, & alia via fieret, quod pec directum fieri prohibetur. *Cynus. in d. l. queties. 2. in fine.* Etiamſi autem hæc Cyni & Baldi opinio procedere poſſit in fidejuſſore ſimplice, qui non intelligitur aliter ſe obligaſſe ad ſolutionem, niſi quatenùs excuſſus & non ſolvendo repertus fuerit principalis. *d. §. ſed hec quidem. & d. auth. præſente*: tamen ſecùs
23 eſt in caſu, quando authen. præſente fuit renunciatum, prout ſuprà tactum eſt, ex quo iſtud beneficium ordinis, ut primùm exigatur principalis, & tunc demum deveniatur ad fidejuſſorem, concernit favorem non publicum, ſed hominum privarorum, puta fidejuſſorum, qui pro aliis ſpondent, indubitatum nunc eſt, ſiquidem fidejuſſor renunciavit *d. auth. præſente.* talem renunciationem valere, ideoque fidejuſſorem etiam iſto caſu, non minùs atque principalem, primo loco conveniri & exigi poſſe, non obſtantibus induciis quinquennalibus, indultis à Principe ſoli perſonæ rei, *per ea, quæ in ultimo Capite hujus primæ Partis num. 381. cum ſeqq. explicantur latiùs.* Ideò, ſi reus pro ſuo intereſſe excipiat de impetrato privilegio moratorio, replicabit creditor, quòd illud non proſit fidejuſſori, qui in propoſito exigitur tanquam principalis. Et pro hac ſententia, in caſu factæ renunciationis dicto beneficio auth. præſente. non ſemel conſului, & obtinui ſententiam pro meis clientibus, quod noretur tanquam in practica quotidianum.

SUMMARIUM
CAPITIS V.

1. *Pactum executivum quid?*
2. *Conventionis vocabulum generale eſt, & accipitur de omnibus dandi & faciendi obligationibus.*
3. *Creditori invito aliud pro alio ſolvi non poteſt.*
4. *Solvere obligatus non ſatisfacit pacto, ſi paratus eſt fidejuſſores vel pignora creditori invito obtrudere.*
5. *Redditum non dicitur, quod non redditur in eodem genere & bonitate.*
6. *Factum promittens, puta, deſcriptionem libri, ſub pacto executivo, ut in caſu moræ debitor includatur compedibus creditoris valet. idemq́; eſt in pacto non faciendi, ſi contrà fiat.* 7.
8. *Pactum executivum apponi poteſt contractui, non tantùm mutui, ſed & pignoratitio.* 9. *item venditionis.* 10. *denique omnibus contractibus mundi.* 11. *idemq́; eſt in ultimis voluntatibus.* 12.
9. *Pignora recipiunt quælibet pacta, excepto pacto l. commiſſoriæ.*
13. *L. creditores. C. de pignor. eſt fundamentum omnium manus injectionum in bona debitoris.*
14. *L. ob æs. C. de act. & obligat. baſis eſt omnium paratarum executionum in perſonas obligatorum, pro cauſis pecuniariis.*
15. *Diſputatio quaſi ferro viam aperit veritati.*
16. *Veritas arguendo pro & contra magis ſplendeſcit in lucem.*
17. *Judex nemo ſibi ipſi eſſe debet in ſua cauſa, contra videlicet invitum, ſecùs contra volentem. num.* 43.
18. *Poſſeſſas ab aliis res nemo debet propria authoritate auferre, aliàs vim committit.* 19. *niſi pactis contrahentium ipſi hoc concedatur.* 15. & 44.
20. *Vis privata punitur civiliter in amiſſione crediti, & criminaliter, niſi de conſenſu partium fuiſſet exercita.* 39.
21. *Executionem judicati facere non licet, etiam ei creditori, qui habet pro ſe ſententiam.*
22. *Executio eſt meri & mixti imperii, neque competit privatis.* 22. *quod verum de executione, quæ venit in conſequentiam judicialis proceſſus, aliàs ſecùs.* 52.
23. *Emphyteuta, ob non ſolutum canonem per triennium, poteſt quidem expelli è prædio emphyteutico, ſed debet id fieri cum miniſterio judicis, niſi in pacto aliud ſit proviſum.* 53.
24. *Colonus, finita locatione miniſterio judicis expellitur, licet is non ſibi, ſed domino poſſideat.* 25. *item* 54. 55. & 56.
26. Debet, *eſt verbum præciſæ neceſſitatis, in-*

terdum tamen etiam accipitur pro Poteſt.*num.58.*

27. *Poſteriora derogant prioribus.*

28. *Libelli oblationi, & aliis requiſitis in authen. offeratur. non poteſt renuntiari litigatorum pactis.*

29. *Libelli oblatio reſpicit etiam utilitatem publicam, ut videlicet ſciat judex, ſuper quo pronunciare debeat.*

30. *Ordini pro forma requiſito non poteſt renunciari.*

31. *Auxilium ordinarium excludit extraordinarium, niſi hoc ſit pinguius, 70. vel ſit inductum pro auxilio ordinarii 72.*

32. *Facti via non habet locum, ubi juris remedium ſupereſt.*

33. *Proceſſus ab executione non eſt inchoandus, niſi aliud pacto fuerit inductum. 35.*

34. *Executio paratæ nunquam proditur pro ſtipulationibus extrajudicialibus, non prætoriis niſi conſenſerit debitor, quòd ab executione contra eum inchoetur proceſſus. 42. & 77.*

36. *Hominis cautela vel proviſio facit eum ſecurum, ut legum cautelis non indigeat.*

37. *Manuinjectio toleratur, propter voluntatem & conſenſum domini.*

38. *Conventiones partium, & judicis juſſus æquiparantur, in terminis, in quibus pariſicantur à lege: aliàs fortior eſt ratio conventionis, quàm judicati. 50.*

39. *Violentia actualis non officit, ubi præcedit licentia conventionalis.*

40. *Ingreſſus alienæ poſſeſſionis de conſenſu debitorum, excuſat ab omni violentia & clandeſtinitate, item à pœnis violentiæ.*

41. *Conventio partium, quod, in caſu moræ, detur parata executio creditori, non excludit miniſterium judicis.*

42. *Voluntas debitoris excludit violentiam creditoris. 45.*

46. *Spoliatus nõn dicitur, qui accommodat licentiam ingrediendi poſſeſſionem bonorum ſuorum creditori.*

47. *Voluntas non durabilis non dicitur voluntas, niſi ſimus in actibus momentaneis, qui recipiunt ſuam conſummationem à conſenſu ſemel præſtito. 43.*

49. *Pœnitentia non habet locum poſt jus ſemel acquiſitum parti.*

50. *Iudicia redduntur in invitum.*

51. *Sententia producit tantùm civilem obligationem.*

55. *Poſſeſſionis ſuæ cauſam nemo ſibi poteſt mutare.*

57. *Ex verbis enunciativis, vel narrativis facti in aliqua lege, non benè arguitur.*

59. *Civilitas eſt amica legibus.*

60. *Conſilii verba, poſita in lege, non neceſſitant.*

61. *Qui peccat contra urbanitatem, non meretur pœnam.*

62. *Vrbanum habitum à lege, minoris eſt potentiæ, quàm æquitas, & ſic non præfertur rigori juris.*

63. *Pactum de ingrediendo alienas poſſeſſiones, non operatur acquiſitionem poſſeſſionis. & 97.*

64. *Poſſeſſio aliena poteſt intrari abſq; licentia judicis, & pacto partis, ſi hoc fiat jure familiaritatis, aut viciniatis.*

65. *Poſſidere, & in poſſeſſione eſſe, ſunt diverſa.*

66. *Iuri publico, licet habeat annexum privatum commodum, non poteſt renunciarè, niſi illa privata utilitas ſeparabilis ſit à publico commodo. 67.*

69. *Libellus eſt de materia ex qua formatur ſententia.*

70. *Iudicialis ordo poteſt in totum remitti pactis partium.*

73. *Poſſeſſioni incumbere praſtat, quàm in perſonam agere.*

74. *Via magis explicata & compendioſa eligi debet.*

76. *Inſtrumentum etiam executivum, cum quo adiitur judex, non meretur à publico paratam executionem, ſecùs ſi pars utitur manuinjectione. 77. Contrarium tamen verius eſt. 78.*

79. *Periculum ubi majus vertitur, pleniùs conſulendum.*

80. *Pacto privatis permiſſum. poteſt expediri etiam per aditum judicem in executionem pacti.*

81. *Iudex ad telam judiciorum ordinariam tunc demum compellit partes, quando ipſi inter ſe aliter non concordant.*

82. *Poſſeſſionis alienæ ingreſſus, cum conſenſu judicis, quare ſit ſecurior, quàm ingreſſus partis, etiam permiſſus ex pacto.*

83. *Molinæi refutatio, concludentis contra communem opinionem Dd in hæreditores.*

84. *Perplexitas dicitur, ſuper qua, quicquid reſpondetur, arguitur falſi*

85. *Argumentum à perplexis dicitur indiſſolubile.*

86. *Contradictoriæ in uno eodemq; ſubjecto ſimul & ſemel ſtare non poſſunt.*

87. *Correctio legis non præſumitur in una eademq; lege.*

88. *Iurium contrarietas quoquo modo evitanda,*

89. Æqui-

89. *Æquiparatorum à lege eadem eſt ratio & diſpoſitio, & num. 38. in terminis videlicet, in quibus æquiparantur, aliàs ſecùs. num. 50.*
90. *Lex non debet eſſe de indubitabili.*
91. *Pignus datum creditori poteſt cuicunq; vendi, dummodò contrarium non ſit actum in contractu, præcedente tamen denunciatione erga debitorem. 92.*
93. *Creditor non poteſt ingredi poſſeſſionem pignoris, à debitore poſſeſſi propria auctoritate.*
94. *L. pignoris. C. de pignor. act. verus & genuinus intellectus.*
95. *Debitor non poteſt, etiam ſoluto debito, privata auctoritate auferre creditori res ipſi oppignoratas & traditas.*
96. *Pacto etiam executivo munitus creditor civiliùs & ſecuriùs facit, ſi ingrediatur poſſeſſionem bonorum debitoris, in caſu moræ, cum judicis auctoritate, & num. 59. maximè ſi intendat poſſeſſionem acquirere. 63. & 97.*
98. *Creditor, ex vi pacti ingrediens poſſeſſionem bonorum debitoris, debet abſtinere ab ingreſſu violento, ſi inveniat reſiſtentem cum armis, ſecùs ſi verbis tantùm ſeſe opponat, ex juſta tamen cauſa. 106. & hæc ſententia receptior eſt, 110. vel debet pro iſta vice recedere, alio tempore reverſurus, & commodiùs idem facturus. 112. niſi creditori ſemel fuiſſet tradita poſſeſſio, ſive verè. 113. ſive fictè, puta, per conſtitutum. 114. cum ſeqq. vel per precarium. 117.*
99. *Exequendi licentiam habens, etiam à judice, non debet cum vi armata executionem facere. 104. 105.*
100. *Pactum inductivum peccati non valet.*
101. *Defenſio rerum, maximè arduarum, permittitur cuiq;, etiam cum armis, dummodò defendens ſit dominus & poſſeſſor rei, quæ intenditur invadi. 102.*
103. *Poſſeſſio civilis animo retinetur, & amittitur, ſed non acquiritur animo.*
107. *Cauſæ juſtitia, vel injuſtitia conſiſtit in diſcretione judicis, non partis, & quando debitor, opponens ſe invadenti, dicatur fovere juſtam cauſam? num. 111.*
108. *Poſſeſſor, qui ſeſe opponit creditori, in dubio intelligitur fovere juſtam cauſam, & habetur pro reo, vel defenſore, ideoq; ei plus favetur. 109.*
115. *Conſtitutum transfert naturalem & civilem poſſeſſionem in creditorem, ſuper qua, ſi turbetur, poteſt etiam cum armis dejicere reſiſtentem. num. 116.*
117. *Precarium transfert in rogatum ſaltem civilem poſſeſſionem, maximè, ſi præcedat titulus donationis, vel ſimilis, quo caſu utraq; poſſeſſio transfertur in rogatum. 118.*
119. *Creditor in caſu conſtituti, vel precarii, poteſt dejicere poſſeſſorem, reſiſtentem etiam cum armis, niſi tamen juſtam habeat cauſam reſiſtendi. 120. ut quia allegat ſolutionem. 121. vel, ne expellatur à naturali poſſeſſione. 122. quo caſu debet hoc facere in continenti, non ex intervallo. 123. item abſq; fuſione ſanguinis. num. 124.*
125. *Animæ ſalus præferenda eſt rebus tranſitoriis.*

CAPUT QUINTUM.

DE PACTO PARATÆ EXECUTIONIS IN BONA DEBITORIS.

IN ſuperioribus Capitibus actum fuit de cauſis paratarum executionum, quæ oriuntur ex legibus generalibus certorum locorum vel hominum. Nunc ſermo convertendus eſt ad illam paratæ executionis ſpeciem, quæ principaliter ex conventione contrahentium fomentum ſuum trahit, prout eſt pactum ingrediendi, vel apprehendendi bona debitoris, in caſu moræ, *de quo in l. creditores. 3. C. de pign.*

1 Vocamus autem pactum executivum, conventionem debitoris cum creditore, quòd in caſu, quo non datur, quod ipſi dari debuit, aut non fit, quod fieri debuit, aut fit, quod fieri non debuit, ſtipulator aut creditor habeat licentiam, proceſſum ab executione inchoandi, contra reum, hoc eſt, quòd poſſit, vel ipſemet propria authoritate ingrediendo occupare, *juxta l. 3. ff. de acquir. rer. dom.* vel etiam acquirere *Pactum executivum quid?*

quirere

quirere poſſeſſionem bonorum rei. *Bal. in d l.creditores. 3. num. 3. per l. ſi quis ante 10. ff. de acquir. poſſeſſ.* vel a judice petere, ut ejus miniſterialium officio inducatur, ex lege conventionis, in poſſeſſionem bonorum obligati, vel res debitoris ſequeſtrentur, ubicunque repertæ fuerint, abſq; alia ſolennitate judiciali, ſecundùm quòd in pacto diſpoſitum eſt. *Hæc definitio probatur in d.l.creditores. 3. & quæ ibi tradunt Bart. Salic. Albericus de Roſata, Bal & alii Dd. C. de pign.*
2 Accipiatur autem vocabulum *Conventionis*, in definitione poſitum, prout ibidem etiam innuitur, generaliter de quibuſcunque contractibus & obligationibus, ſive dandi, ſive faciendi, *argumento l. ſtipulationum quædam 2. in princ. de verb. oblig.* cùm iſta pacta executiva latè pateant, & nonnunquam opponantur obligationi dandi, ut in mutuo, ubi non redditur ad diem ſolutioni præfixum, quod dari debuit, *d l creditores. ibi : qui, non reddita ſibi pecunia, conventionis legem ingreſſi, poſſeſſionem exercent.* Idemq; eſt, ſi detur, quod dari non debuit, puta ſi ſolvatur loco pecuniæ frumentum, vel diverſa res, & alterius generis quam accepit creditor, hic enim locum habet, quòd aliud pro alio, creditore invito ſolvi non poteſt. *l. 2. §. mutui datio. verſ. nam ſi creditor ſi cert. pet.* cùm in aliam rem, quam quæ credebatur, non fuerit concepta obligatio, *l. ſi ita fidejuſſorem. 42. de fidejuſſor.* Idemq; eſt, ſi in vicem ſolutionis of-
3 ferantur creditori invito fidejuſſores, vel pignora, quantumvis idonea, quia nec hoc
4 etiam caſu ſatis fit mutuum danti, qui ita concepit pactum, ut pecunia ſolveretur. *l. ſi ſe non obtulit. 4. §. ait prætor. 3. de re judic. l. promiſſor Stichi. 21. ſ. conſtituto. 2. in princ. de conſtit. pecu. l. quod ſi non ſolvere. 10. de pignor. act. & l item liberatur. 6. §. fin. quibus mod. pignus vel hypo. ſol quo de latiùs in tertia Parte hujus Operis c. 11. num 94. cum ſequentibus.* Poteſt itaq; in prædictis omnibus lex conventionis exerceri, quia non videtur redditum, quod non eſt deductum in ſtipulationem. *d. l ſi ita fidejuſſorem. 42 de fidejuſſ.* Ac
5 ſi aliud, etiam in qualitate, quam quod acceptum fuit, redditur, minùs reſtitutum intelligitur. *l 3. §. reddita. commodati.* Eodemq; modo procedit iſtud pactum exe-
6 cutivum ſuper obligatione faciendi, puta, ubi non fit, quod fieri debuit, *argumento l. exceptiones. 3. de except.* prout tradunt Dd. exemplum de ſcriptore, qui promiſit creditori ſuo ſcribere librum medicinæ vel juris, & in caſu, quo non ſcribit, obligat ſe ad compedes, vel vincula ſtipulatoris *Bar. Alex. de Imola. Iaſ. & alii poſt gl. in l. ſtipulatio. 21. ſ. opus autem. 3. verſic. ſive autem. in verbo. ſive de novi op. nunt & in l. alia. 14 ſ. eleganter 1. ſolut matrimo. & l ſtipulationes non dividuntur. 72. verſ. Celſus. de verb oblig.* Similiter po-
teſt hæc conventio adjici ſtipulationi nun 7
faciendi, ut, quia promittis per te non fieri, quò minùs mihi hærediq; meo vindemiam tollere liceat, &, ſi quid contra feceris, in eum eventum mihi liberum ſit, poſſeſſionem aliorum bonorum tuorum intrare, ac detinere, tàm diu, donec conſequar quod mea intereſt, impedimentum mihi creatum non fuiſſe, *argumento l. in executione. 35. ſ. quod ſi ſtipulatus fuero. 3. de verb.*
oblig. Et ſic poteſt concedi pactis dicta li- 8
centia inchoandi proceſſum ab executione, non tantùm in mutuo, *d. l. creditores. 3.*
ſed & in pignore, ut videlicet liberum ſit 9
creditori, cui ſuppoſita eſt res pro pignore, in caſu amiſſæ poſſeſſionis, ad ſe revocare pignus ex manib. debitoris, ſive clam, ſive palàm, etiam propria authoritate. *gl. verb contrectare in l cum creditor. 55. ff. de furt.* cùm in pignoribus quælibet pacta, extra tamen conventionem legis commiſſoriæ, tolerentur. *l. 1. & per totum C. de pact. pignor.*
item in venditione *l ſi quis ſub hoc pacto. 56.* 10
ff. de contrah. empt. l. Titius. 9. de ſervo export. l. 1. & 2. C. ſi mancip. ita fue. alien. ne proſtit. l. 1. & 2. ff. ſi ſer. expor. ven. adeò, ut Doctores iſtud pactum paratæ executionis extendant generaliter ad omnes contractus 11
mundi, *teſte Bart in d l. creditores. 3. num. 30. & ibi Bal. 3, Salic. 4. & ſequitur Anton. Negusz. in tract. pigno. 4. part. princip. num. 11. & 12.*
ſicut & ad ultimas voluntates, *de quo eſt* 12
tex. in l. Titia cum teſtamento 34. ſ. 1. ibi : volo eam à ſeipſa accipere. & ibi gl verbo. non ſit verſ. vel tertio à ſe. ff. de legat. 2. Cæterum, quia quaſi fundamentum omnis generis manus injectionum, præcipuè in res vel bona
debitorum, eſt materia l. *creditores C. de pi-* 13
gno. cùm, quæ pactis contrahentium fieri non prohibentur, eadem lege, vel ſtatuto indici poſſe, nulla extet dubitatio. *l. non impoſſibile. 50. ff. de pactis.* prius eſt, ut in manꝰ ſumamus *d. l. creditores. 3.* de parata executione in bona debitorum loquentem, eaque abſoluta, tranſitum faciamus ad *l. nemo carcerem. 2. C de exactor. tribut.* juncta *l. ob æs 12. C de act. & obligat.* quæ de manus injectione in perſonas reorum tractant. Itaque *in l. creditores 3. C. de pignorib.* hæc eſt facti

Reſolutio l. creditores C. de pignorib. per rationes dubitandi & decidendi.

Vide & infr. part. 3. c. 5 num 19 de ead. l.

facti quæſtio, inducendo eam ad propoſi-
tum noſtrum : Titius, accepta quadam
ſumma pecuniæ mutuo à Cajo, obligat ſe
ad reſtitutionem dictæ ſortis in certo ter-
mino, addito pacto executivo, ſi contin-
gat, eum eſſe moroſum circa ſolutionem,
quòd iſto caſu creditor habeat licentiam,
proprio motu, vel cum miniſterio judicis
ejuſdemque familiæ, ingrediendi, acqui-
rendi, ſeu aliter detinendi bona vel poſ-
ſeſſionem rerum debitoris. Quæritur
nunc, an tale pactum de jure ſubſiſtat? &,
an ejus virtute, pòſt moram, poſſit adver-
ſus debitorem proceſſus inchoari ab exe-
cutione, ita, ut creditor invadat & deti-
neat poſſeſſionem bonorum debitoris,
vel propria auctoritate, vel ſaltem, medi-
ante judicis, ejuſdemque miniſterialium
officio, abſque alio proceſſu vel ordine ju-
15 diciali? Et, quia vetus dictum eſt : ferro
aperire viam, qui per contraria tranſit.
Bal. l. precibus. 8. num, 33. C de impub. & aliis
16 *ſubſtit.* ac arguendo pro & contra, veritas
magis ſplendeſcit in lucem, *c. grave. 35 q.*
9. l muneruum. 18. §. mixta. 26. ibi: notando &
diſputando ff. de muner. & honor. vix enim
fieri poteſt, ut lateat veritas, tot oculis
ſpectata, tot inſinuata ſenſibus, prout in
ſimili loquitur Imperator, *in l. hæc conſul-*
tiſſima. 8. circa finem. C. qui teſtament fac. poſſ.
nos quoque illud punctum in utramque
partem examinabimus. Ac prima fronte
17 videtur in genere dicendum creditorem,
nec propria authoritate, nec mediante mi-
niſterio judicis, poſſe inviolare in bona de-
bitoris. Prius membrum ex eo probatur,
quod judiciorum vigor, juriſque publici
tutela, ideò in medio poſita ſit, ne quis
ipſe ſibi permittere valeat ultionem. *l.*
nullus 14. C. de Judæis. l. 1. C ne quis in ſua cau-
ſa. l. qui jurisdictioni. 10. ff. de jurisdic. om. jud.
l. penult. de arbit. l. Julianus. 16. in fi. de judic.
Quod vel maximè in propoſito tenen-
dum, ubi debitor & dominus eſt, & poſ-
ſidet bona, quæ creditor intendit occupa-
re, contra illud vulgatum : quòd res ab
18 aliis detentas, aut poſſeſſas alius impedi-
re non debeat. *l. 1. & 2. C. ut memini lic ſi-*
ne jud. author. ſigna impon. Poſſeſſio ſiqui-
dem, ſive juſta, ſive injuſta, nemini debet
auferri, niſi via ordinaria. *l. 1 ſ. 1. ibi: præ-*
toria poteſtate. ubi Alber. num. 1. ff. ſi mul. vent.
nom in poſſeſſ. mittatur. concordat l. ſi ſuper
poſſeſſione. 9. C. de tranſact. c. 1. c. laudabilem.
extra ut lite pend. ac, ſi contra fiat, ſpolium
19 committitur, ita ut ſpoliatus ante omnia
veniat reſtituendus, ut maximè prædo fu-
iſſet, *c. in literis. c. gravis. & tot. tit. extra de*
reſtit. ſpol. Ac alibi habetur, quòd invaſor
alienæ poſſeſſionis vim ſaltem privatam
committat. *l. in poſſeſſionem. 5. C. ad l. Jul. de vi*
pub. & tam civiliter ad reſtitutionem con-
veniri, quam etiam criminaliter, puta, le-
ge Julia de vi privata, puniri poteſt. *l. ſi de*
poſſeſſione. 4. & l meminerint. 6. C. unde vi Ac, 20
ut maximè opponatur, quod hic inter-
ceſſit pactum ingrediendi, factum à do-
mino, *juxta l. creditores. 3. C. de pignor.* ta-
men, quia pactum & ſententia æquiparan-
tur, *l. 1. C. ſi in cauſa judic. l. penult. C. de pi-*
gnor. act. habensque etiam rem judicatam, 21
pro ſe non audet, virtute talis judicati a-
lienarum rerum poſſeſſionem ingredi, &
quaſi privatam executionem facere, abſ-
que ſpeciali licentia judicis, *Alex. de Imola*
in l. juſtè poſſidet. 11. num 28. & ibi Bar. Iaſ. ac
alii ff. de acquir poſſeſſ. l. non eſt ſingulis. 176. de
reg. juris. l. dotis. 9. ibi: ingrediendi, ſine compe-
tentis judicis authoritate, non habes facultatem.
C. ſol. matr & l. cum debitoris. 7. in verb. ad poſ-
ſeſſionem pignoris magis judicis officio venire te
convenit. C de judic. l ſi ex ſtipulatione. 5. ff. de ac-
quir. poſſ. l. 1. & 2. C. ut nem lic. ſigna impon. rei
alienæ. ideò idem juris erit de pacto execu- 22
tivo. Quod vel ex eo etiam convincitur,
quòd executio, item miſſio in poſſeſſio-
nem, ſunt actus ſaltem meri & mixti im-
perii, qui expediuntur judicis officio no-
bili. *l. jubere cavere, 4. & ibi Bart. de jurid. om.*
jud. l. ea quæ. 26. ad municip. l. 1. de offic. ejus cui
mand. eſt jurid. l. nec quicquam. 9. §. 1. de offic.
proconſ.; non autem competunt privato,
neq; pactis contrahentium conferri valēt
illi, qui ipſe nulla munitus eſt jurisdictio-
ne. *l privatorum. 2. C. de jurid. om. jud.* Præ-
terea corroboratur hæc ſententia ex eo, quod
communiter dici ſolet : pacta contrahen-
tium eſſe majoris operationis, quàm diſpo
ſitionem legis. *gl ordinaria in rub. C de decr.*
decur. lib. 10. l. fin C. de fidejuſſor. & l. non im-
poſſibile. 50 ubi latè Iaſon. ff. de pactis. Licet au-
tem emphyteuta privari, ex juris diſpoſi- 23
tione, non ſolvendo canonem de prædio
emphyteutico, infrà triennium, rectè ex-
pellatur, *c. potuit extra locati. l. 2. C. de jure*
emphyteut. tamen iſtud fieri debet auctori-
tate judicis, non autem propria. *gloſſ. d. l 2.*
verbo. repellere. & ibi Bal num. 10. Bar. 3. An-
gel. de Peruſ. 3. Salic. 10. & 11. C. de jure em-
phyt. & hæc ſententia, de non expellendo
propria authoritate emphyteutam, commu-
nis eſt, *prout refert Alber. de Roſat. in d. l. 2. nu. 3*

Differ. jur civ. & Sax. lib. 2. part. 3. in Zobel 45. part. 2. num. 16

Concur-

Concurrit & illud, quòd domini prædiorum, adverſus conductores, qui, finita lo-
24 catione, è prædiis conductis diſcedere nolunt, competentibus legum remedus uti debent, eoſque privata authoritate expellere non permittitur. *l. conductores. 34. C locati. l. colonus. 12. & l. cum fundum. 18. ff. de vi & vi ar.* cùm tamen colonos ſibi non
25 poſſideat, neque naturaliter, neque civiliter, *l. malè agitur 2. C. de præſcript. 30. an.* ſed ſoli domino, cujus videlicet nomine poſſidetur. *l quod meo 18. ff de acquit. poſſeſſ.* Unde, cùm in terminis noſtræ, l. creditores. debitor poſſideat, & quidem ſibi ipſi, non debet è ſua poſſeſſione expelli privata creditoris authoritate, & hæc opinio negativa videtur probari per literam l. creditores. in finalibus verbis, ibi: attamen judicis authoritate poſſeſſionem adi-
26 piſci debent. ponderando verbum, *Debent*, quod eſt præciſæ neceſſitatis. *Rebuffus in l. debitor. 108. num 8. de verb. ſig post gl. in clem. attendentes, verbo debuit. de ſtatu Monach. ac facit l. 1 in princ ff de edin l. 1 §. qui magiſtratum, quod quiſq; juris. l. hæc autem. 5 ff ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur l. 2. §. 1. de curat. bon. dando. l. 1. §. 1. quod vi aut clam.* Nec obſtat principium l. creditores, cum corrigatur per ſequentem diſpoſitionem, prout in
27 jure frequens eſt, poſteriora derogare prioribus. *l ſed & poſteriores. 28 ff de ll. l. pacta noviſſima. 12. C. de pactis.* Et regulariter attenditur, quod ultimo loco diſpoſitum eſt. *l. ſi quis ante 10. verſ. quod ſi. ff. de acquir. poſſ.* De ſecundo membro, puta, quod creditor, in caſu dicti pacti executivi, ne quidem cum judicis miniſterio poſſit invadere poſſeſſionem bonorum obligati, patet,
28 quod libelli oblatio, & alia requiſita *in aut. offeratur. C. de lit conteſt.* deſcripta, non tantùm ad utilitatem partis privatam introducta ſunt, ut deliberet reus, an cedere, vel contendere debeat, *l. 1 ff de edendo l. edita. 3. C eo. c. 1 & 2. extra de libelli oblat.* ſed
29 etiam ad utilitatem judicis, ut ſciat, ſuper quo ſententiam ferre debeat. *l. de qua re. 74 ff. de judic. l. ut fundus 18 communi divid. c. licet Heli extra de Simo.* & ſic eſt jus publi-
30 cum, & ordo pro forma requiſitus, cui non poteſt renunciari. *l. jus publicum. 38. & ibi Bar num. 2. de pactis. gl. c. de cauſis. ubi late Felinus, de offic. deleg. & idem Bar. in d. auth. offeratur. num 3. pro quo facit l. nemo poteſt. 55. ff. de leg. 1.* Accedit & illud, quòd ad auxilium extraordinarium non pateat
31 ingreſſus ei, qui habet ordinarium. *l in cauſa. 16. ibi: cùm ipſo jure munitus ſit, non debet tribui extraordinarium. de minor. l. cum fine. 11. in princ. de Carbon. edicto. l. 1. in fine, ibidemq; gl. verb ſupervacuum. ad municip. l. quædam 9. in princ. de edendo. l. unica. C. de ibeſaur lib. 10. & notatur in l. 3. C. de tut. vel curat qui ſatis non dedit,* ac alibi ſcriptum reliquit Romanus ubicunque ſuppetit re-
medium juris, ceſſare debet via facti. *Lud. Rom. conſ. 71. num. 6.* item ab executione 32 33
non eſt inchoandus proceſſus. [ſed primò debet de cauſa cognoſci & per definitivam ſententiam terminari.] *l. 1. & 2. C. de execut rei judic l. negantes. 9. C. de action. & oblig l. un C. de probib pecu. ſequeſtr. ca. 1. 2. & 3. extra de ſequeſtra. poſſ. & fruct. cum ſimilibus.* Ultimo loco pro hac ſententia negativa movet id, quòd exclamat Angelus:
conventiones vel ſtipulationes extrajudi- 34
ciales, non prætorias, mereri paratam executionem, hoc eſſe contra omnia jura mundi. *Angelus in l. tale pactum. 40 §. qui provocavit 1. num. 3. per illum tex. ff. de pactis ubi ſubjicit. quod iſte intellectus ad literam communis ſit. Angelus d. §. qui provocavit. 1. num. 3. & ibi Iaſ 9 per l minor. 25. annis, cui fideicommiſſum 40. ibi: paratam ex cauſa judicati executionem ad initium alterius petitionis redigerat. ff de minor.* Sed contraria ſententia, affir-
mativa puta, quòd virture pacti de ingre- 35
diendo poſſeſſionem bonorum obligati, creditores, qui, non reddita ſibi pecunia, conventionis legem ingreſſi, poſſeſſionem occupant nullam vim facere intelliguntur, verior eſt, per tex. inevitabilem, & cui reſpondert non poteſt, in hac *l. creditores. 3. ubi Bart. num. 4.* ac habetur ſimilis tex. *in l pignoris 11. ibi: creditori, citra conventionem, vel præſidalem juſſionem, debiti ſui cauſa, res debitoris arbitrio ſuo auferre non permittitur. C. de pignor. act. à contrario ſenſu.* Sic ſtipulatio, de tollendo rem emptoris, ſi contra legem venditionis ventum fuerit, eam habet vim, ut res vendita per primum venditorem poſſit auferri propria auctoritate, non tantùm ab emptore, ſed etiam à tertio poſſeſſore. *l ſi quis ſub hoc pacto. 56 ff. de contrab. empt.* qui enim, vigore pacti de manus injectione, ſibi ipſi legem dixit, jure ſuo uſus exiſtimatur. *l 1. & 2. C ſi ſer. export. ven. l. 1. C. ſi mancip. ita fue. alien ne proſtit. ac facit l. Titia cum teſtament. 34 §. Lucius 1. ff de leg. 2. juncta ibidem gl. ſi. in verb. non ſic interpretandam in prima expoſitione, ubi declarat verba textus, à ſe accipiat,*

quaſi

quaſi dicatur, legataria non petat ab hærede, ſed
36 *propria authoritate ingrediatur.* Cujus rei ratio eſt, quòd, qui ipſe ſibi ſpecialiter in omnem eventum cavit, cautelis juris non indiget. *l. 1. §. ſi convenit. 6. depoſiti. l. & habet. 13. §. cum quis de reſtituendo rem, ipſe ſibi cautum habet. 3. de precario l. 4. §. ſi ex conventione, de re jud. l. minor. 25. annis, cui fideicommiſſum. 40. de minor. l. ſi cauſam. 2. C. de execut. rei jud. l. fin. C. de pact. conventis.* Voluntas ſiquidem
37 domini excuſat factum manus injectionis. *l. qui ratiario 30 ubi Bart. per illum tex. in verb. ſua auctoritate detinuit juncto verſ. ſed ſi debitor ſua voluntate conceſſiſſet ff. de pignor. act. l. legitima 6. de pactis.* Ac alibi dicitur: conven-
38 tionem partium præſidali juſſioni æquiparari. *l. 1. C. ſi in cauſa judic. pignus cap. l. penult. C. de pignorat. act.* Sicut itaque vim non committit, qui prætoris decreto poſſeſſionem ingreditur. *l. juſtè. 11. ff de acquir. poſſ. l. non videntur, 167. § qui juſſu 1. de reg. jur. c. quod quis mandato. extra eod. in 6.* ita à vi excuſatur, qui occupat poſſeſſionem bonorum debitoris ex pacto *Bart. d. l. creditores. 3. num. 23.* cùm paria ſint, conventum eſſe, & judicatum eſſe. *l. ſi convenerit. 26. ff. de re judic.* adeò, quòd ſententia, etiam injuſta, vel nulla, pacto vel conſenſu partium confirmari poteſt. *l. 2. & ibi notat gloſſa, verb. ſocii. C. communi utriusq; jud.* & ſic violentia actualis non
39 officit, ubi præcedit licentia conventionalis, ſive ſcientia & præſentia debitoris eo tempore, quando ex pacto apprehenditur poſſeſſio, intervenerit, ſive non, propter conventionem præcedentem. Et excuſa-
40 tur talis ingreſſus ab omni vitio clandeſtinitatis & violentiæ, *gl. l. penult. C. de pign. act. Salic. in l. creditores. 3. nu. 4. & 13. Bal. 3. Bart. 20. Franciſcus de Aretio in l. ſi ex ſtipulatione. 5. nu. 4 ff. de acquir. poſſeſſ.* ſimiliter à pœna bonorum raptorum, item legis Juliæ de vi publica & privata, item, ne incidat in edictum divi Marci. *l. extat. 13. quod metus cauſa.* item à pœna. *l. meminerint. 6. & l. ſi quis in tantam. 7. C unde vi Anton. Neguz. in tract. de pig. 4. partis princ. num. 9. & 13. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 1. num. 90.* Et, quòd virtute pacti
41 executivi creditor etiam propria auctoritate rectè invadat poſſeſſionem rerum debitoris, neq; cogatur invitus adire eo nomine judicem, tenet poſt alios Panor. *in c. de cætero num. 13. extra de re judic. & conſ. 42. num. 1. vol. 2. Albericus de Roſate in l. nec quicquam 9. §. ubi decretum. 1. nu 5. ff. de offic. præſ.* Circa quod tamen illud eſt notandum, ſi pactum vel inſtrumentum ſonaret ſimpliciter de parata executione, iſtud accipiendum eſſet de executione facienda miniſterio judicis, non autem de executione privata, ſumpta videlicet denominatione a potentiore ſignificatu vocabuli executionis. *argumento l. 1. § qui in perpetuum. ſi ager vectig. id. vel emphyt. petatur.* quo caſu aditus judex poterit inſtrumentum illud, roboratum pacto executivo, executioni mandare, abſque omni ordine judiciali. *Rodericus Suarez. in repetit. l. poſt rem judicatam 56. ad declarationem legis regni. § 1. num 12 ff de re judic. Rebuffus ad ordin. reg. Galliæ tomo in tract. de literis oblig art. 6 gloſſ 2 num. 8. & idem in gl. 3. num. 27. ubi allegat textum, quem dicit ipſe non omnibus cognitum, ideoq; notandum eſſe, in l. cum quaſi 30. §. ſi plures. 6. ibi: perinde obligati erunt, atq; ſi ob eam rem ex cauſa judicati ageretur. de fideicom. libert. tum gl. l. 2. C. communia utriusq; jud.* Quod ampliat idem Rebuffus, procedere etiam in inſtrumento non authentico, neq; ſigillato, dummodò hoc actum ſit inter partes, quod habeat executionem paratam contra bona debitoris, *Rebuffus ubi ſupra num. 29. ac ſequitur Aymon Craveta conſ. 4. num. 12 par. 1.* unde Boërius ſcriptum reliquit: quòd quamvis inſtrumenta, quantumcunque authentica, regulariter non mereantur paratam executionem, *d. l. minor. 25. annis, cui fideicommiſſum. 40 de minor.* tamen ſecùs eſt, ſi expreſsè conſenſerit debitor, incipi proceſſum ab exe- 42
cutione adverſus ſe, vel bona ſua. *Boerio deciſ. 295. nu. 10. Firmanus in ſuo repert. verb. conſenſu partium.* unde & Gailius ſcriptum reliquit: valere pactum debitoris cum creditore, ut poſt moram rei camera imperialis inchoet proceſſum in ipſius bona ab executione, ita, quòd inſtanti creditori executoriales literæ abſque mora decernantur, ſub pœna pecuniaria. *Gailius de pace pub lib. 2. c. 2. num. 26. ubi num. 28. adjicit, ita fuiſſe ex conventionibus partium aliquot mandata executorialia decreta, in cauſis pecuniariis.* [Ratio eſt, quia pacto juris ordini renunciari poteſt, *tex. notab. in l. 3. C. de pignor. & hypoth.*] Et hæc ſententia, quòd videlicet ex vi pacti executivi, liceat creditori ingredi & occupare poſſeſſionem bonorum debitoris, vel propria authoritate, vel cum conſenſu judicis, abſq; eo, quòd præcedat ordo judicialis, alias requiſitus a lege, communis eſt, reſtante etiam Molinæo *in conſuet. Pariſ. tit. 2. gloſſ. 1. verb. areſt. num. 189.* licet tandem in contrariam opinionem deflectat, quam paulò pòſt refutabimus.

Quod

Quod ampliatur procedete, ut idem juris
ſit etiam in pactu faciendæ ſequeſtratio-
nis, cujus ratione, ſi contra moroſum pe-
tatur manus injectio, ſive in bona, ſive in
perſonam obligati, ſecundum tenorem
literæ, audietur reus cum hac ſua petitio-
ne, abſque eo, quòd probet de ſuſpicione
fugæ, vel dilapidationis. Ferratienſis *in
forma ſeqneſtri ſeu Saximenti. verbo. ſapiens.
num. 4 quem allegat etiam Franciſcus Curtius
in tract. de ſequeſtru. num. 73.* licet ab hac
ſententia ipſe etiam ibidem declinet, per
exigua quædam moriva, quibus pauló
pòſt reſpundebitur, & ſic Ferrarienſis, ubi
proximè, concludit, affirmativam opinio-
nem eſſe veriorem, quo de notatur etiam
ſuprà. *cap. 2. num. 179.* Nec obſtant con-
traria, ſuperiùs adducta & primum, quòd
nemo ſibi ipſi jus dicere debeat, quia iſtud
verum eſt contra invitum, ſecùs contra
43 volentem & conſentientèm, talis enim
conſenſus habetur pro eo, ac ſi contra de-
bitorem judicatum fuiſſet. *l. penult. ibi: ci-
tra conventionem, vel præſidalem juſſionem, res
debitoris auferre non convenit. à contrario. C. de
pig. act. l. 1. C. ſi in cauſa judic. pig. capt. ſue. ac
concordat l. dotu. 9 ibi: non conſentientibus hæ-
redibus, ingrediendi facultatem non habes. iti-
dem à ſenſu contrario. C. ſolut. matr.* Unde &
colligitur ſolutio ad illa jura, quæ argu-
unt, ingreſſum alienæ poſſeſſionis non
catere violentia, adeóque punibilem eſſe,
44 *per prius allegata*, ex quo loquuntur con-
traria de violento & temetario invaſore
alienorum bonorum, qui neque licenti-
am judicis, neque partis, de ingredienda
poſſeſſione debitotis, pro ſe habet. *d. l. ex-
tat. 13. cum ſimilibus*, quod non eſt in pto-
poſito, ubi intervenit expteſſa approbatio
& voluntas rei, declatata in pacto execu-
tivo, quæ excludit violentiam, tanquam
contratiam voluntati. *l. 1 verſ. vis enim de eo
quod metus cauſa.* & alibi dicitur: volenti
45 neque vim inferre, neque injuriam. *l. 1. §.
usq; adeò. de injuriis. c. ſcienti & volenti. extra
de reg. jur. in 6.* quam ſolutionem innuit etiam
46 *Bart. in d. l. creditores. 3 num.* 4. Sic nec ſpo-
liatus dici poteſt, ſed ipſemet ſe ſpoliat,
qui in hoc conſenſum ſuum accommo-
dat. *argumento l. inter omnes. 46. §. rectè di-
ctum 7. de furt.* & dolo caret, qui legem
conventionis ingreſſus, invadit poſſeſſio-
nem bonorum obligati ex ipſius licentia.
*d. l. creditores 3. & l. nullus videtur. 55. ff. de
reg. jur.* cùm juris executio non habeat in-
juriam, vel dolum. *l. injuriarum. 13. verſ.
juris enim. de injuriis.* Ac, ſi replicetur: quan-
tumvis olim id promiſerit, tamen debi 47
torem hodiè diſſentire, neque dici accum-
modatam voluntatem, in qua quis non
perſeverat. *l. item eorum. 6. § quid ſi actor. 2.
ibi, permiſſa videntur, quæ permiſſa durant
quod cujuſq; univer. no. l. ſi pro patre. 10. §. ver-
ſum 6. de in rem verſo.* habetur enim volun-
tas pro non intetpoſita, quæ non durat. *l.
ſtipul es. 44. in fi. de fideju* ſicut non ſufficit,
litem inſtituere, niſi quis eam proſequa-
tur uſque ad finem. *l nam etſi, 15. §. hære-
di. 1. de inoff. teſtamento juncta authen. qui ſe-
mel. C. quomodo & quando judex*: Dico, con-
traria loqui in actibus requitentibus tra-
ctum temporis ſucceſſivum, prout eſt in
pecunia mutuo accepta per ſervum, quæ
tunc demum obligat dominum actione
de in rem verſo, ſi verſa durat, & manda-
tum revocatum habetur pro non dato. *d. §.* 48
quod ſi actor. ſecùs eſt in actu momentaneo,
qui ſtatim perficitur in principio, volun-
tare videlicer partium, abſque alia conti-
nuatione vel perſeverantia. *ita reſpondet
Menoch. in tract. adipiſc. poſſed remed. 3. num.
37. ſumpta diſtinctione ex Philippo Decio in l. ſi
quis hæredem. 6. num. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.
poſt Alexand conſ 53. incip. conſideratis. num.
12 vol. 6.* In actibus ſiquidem momenta-
neis, prout ſunt contractus, qui recipiunt
ſuam conſummationem ex conſenſu par-
tium, vel rei interventu ut in venditione,
mutuo, & ſimilibus, initium ſolum ſpe-
ctatur. *l. ſicut. 5. C. de actio. & oblig. l. ab em-
ptione. 58. ff. de pactis. l. quid ergo 13. verſ. præ-
tor ad initium ſe retulit. de his qui not. infam.*
& verè hic locum habet vulgatum illud:
quòd cujuſque rei potiſſima pars ſit prin-
cipum. *l. 1. §. & certè de orig. jur. l. ſi procu-
ratorem 8 in princ. mandati. quo de tangitur et-
iam infra cap. 8. num. 71. & 72. hujus Partis.*
Ac, quòd licentia de ingrediendo & oc- 49
cupando bona debitoris, in eventum mo-
ræ, conceſſa creditori, non tollatur per re-
vocationem debitoris, ex intervallo ſub-
ſequentem, teſtatur Bart. *in d. l. creditores,
3 num. 18. & ibidem Salicet. num 4. & 10. in-
quit*: quòd obligato non liceat, contra
conventionem juris creditoris conſerva-
tivam venire, vel mutare conſilium ſu-
um in ejus præjudicium. *per c. mutare c.
quod ſemel. extra de reg. jur. in 6.* cùm jus ſe-
mel quæſitum ex conventione partium
non tollatur unius partis revocatione, vel
pœnitentia, licet ſecus ſit in mandato, quod
in ſolum favorem mandantis ſuſcipitur,
l. aliud.

l. aliud. 106. in fine. & ibi notat Bart. n.1. ff.
de ſolut. ac idem Bart. in l. ſi cum fundum. 36.
per illum textum de pact. cum l. hoc jure. 19. ſ.
penult. de donat. unde eſt, quod manda-
tum revocatur morte mandantis. *l. & quia.*
6. de jurid. om jud. cùm ampliùs velle de-
ſinat. *arg. l. 1. C. de SS. eccleſiis.* Quòd verò
50 objicitur, judicatorum & conventorum
parem, aut ſaltem non minorem eſſe rati-
onem, *l. 1. C. ſi in cauſa judic.* & victorem
in cauſa, etiam eum, qui habet rem judi-
catam pro ſe, arceri ab ingreſſu alienæ
poſſeſſionis, abſque licentia judicis. *d. l.*
juſtè. ubi Alexander. reſpondeo, reſpectivè
intelligendum eſſe antecedens, de cauſis
nimirum in judicium ſemel deductis, ut
nempè, qui habet judicatum pro ſe, ſem-
per authoritate judicis uti debeat, & cùm
ſemel fuerit ingreſſus limen judicii, extra
permiſſionem judicis nihil faciat, aut at-
tentet, ſed expectet & petat jus dicentis
officium, etiam pro facienda executione.
l. à Divo Pio. 15. § ſententiam. 1. ff. de re jud. l.
executorem. 8. C. de execu. rei jud. Econtra
verò, qui ipſe ſibi cavit extrajudicialiter
per pactum ſcilicet de occupandis propria
authoritate bonis obligati, in eventum
moræ, is ex vi conventionis, etiam pro-
prio motu, & ſine requiſitione magiſtra-
tus, ingredi poteſt, *per d. l. creditores. 3. in*
princip & ſic nulla judicis interpellatione
ſuper hoc eſt opus. Accedit & illud, quòd
regulariter fortior ſit ratio conventionis,
aut pactorum inter partes initorum, quàm
judicati, ideò videlicet, quòd judicata,
ſicut & judicia, reddantur in invitos, cu-
jus contrarium eſt in pactis conventis. *l.*
inter ſtipulantem. 83. §. Stichum. 7. de verb.
oblig. l. neq; fœmina 54. l. ſi rem 73. de procurat.
argum. à ſpeciali in l. jus ſingulare 61. de legi-
51 *bus.* Hinc eſt, quòd ſententia producat
tantùm civilem obligationem, non au-
tem naturalem. *l. Julianus verum debitorem*
59 in princ. ibi. verus debitor manet, etiam ab-
ſolutus. de condict. indeb. Legitima autem
conventio producit non tantùm civilem,
ſed & naturalem obligationem ſimul. *l. 1.*
l. legitima conventio. 6. l. jurisgentium. 7. §.
quin imò. 5. de pactis. ac, quòd ſit major ra-
tio pactorum & conventionum, inter par-
tes celebratarum, quàm judicatorum, tex-
tus eſt expreſſus *in l. tale pactum. 40. ſ. qui*
provocavit 1. ibi: nullo alio de principali cauſa
diſcuſſo, judex conventionem partium ſequetur.
52 *eo tit. de pactis.* Nec movet, quòd executio
ſit meri & mixti imperii, ideòq; privatis
competere non poſſit, *l. juſtè. 11. de acquir.*
poſſeſſ. quia replicatur, prout priùs iſtud et-
iam motivum procedere in executione,
quæ ſequitur lites in judicium deductas,
& per ſententiam, quæ tranſiit in judica-
tum, terminatas. Ad quem enim ſpectat
judicare, ad eundem etiam ſpectat exequi,
quia eſt appendix neceſſaria, & ultimus
actus telæ judiciariæ, quo videlicet me-
diãre, rei judicatæ vigor ad effectum per-
ducitur, vel per ipſum judicem & ejus mi-
niſteriales, *l. executorem. 8. & l. ordo 3. C. de*
execut. rei judic. vel, ad ejus mandatum,
per alios. *l. à Divo Pio. 15. ſ. ſententiam Romæ*
dictam. 1. ff. de re judic. Secùs eſt in executio-
ne conventionum, quibus pacta contra-
hentium certam legem executionis præ-
ſcribunt. *l. 1. ſ. ſi conveniat. depoſiti. l. legiti-*
ma conventio. 6. de pact. Ad l. 2 in verbo. re- 53
pellere. C. de jure emphyteut. ſolutio in
promptu eſt, quòd videlicet *d. l. 2.* non de-
ſtruat, ſed magis adſtruat deciſionem ſu-
periùs poſitam, ut videlicet conventiones
de expellendo, vel non expellendo em-
phyteutam, in eventum non ſoluti cano-
nis, prout in contractum deductæ ſunt,
obſerventur, adeoque primo caſu, ſi quid
de expellendo emphyteutam, in caſu mo-
ræ conventum ſit, liceat expellere poſſeſ-
ſorem, etiam propria authoritate, ſin mi-
nùs, repellet eum per viam juris, me-
dianet judicis officio. *gl. verb. repellere.*
in d. l. 2. & hanc ſolutionem innuit prin-
cipium *d. l. 2. juncto. ſ. ſin autem.* Sicut
enim ab initio dicitur, pactiones initas in-
ter contrahentes, etiam de rejectione em-
phyteutæ, in omnibus capitulis obſervan-
das eſſe, ita *in d. §. ſin autem.* ponitur totum
contrarium, attenta natura dictionis, Au-
tem, quæ eſt adverſativa, ac adverſatur
præcedentibus, diverſam determinatio-
nem inducendo, tam in jure, quam in fa-
cto. *Iaſ. in l. 1. num. 11. ff. ne quis eum, qui in*
jus voc. eſt gl. l. patris 20 ubi Bart. de vulg. &
pupill. ſubſtit. & idem Bart. in l. hoc ac plus. 9.
ſ. de his autem. de damno inf. quam ſolutio-
nem probat etiam Salic in d. l. 2. num 12 & in l.
in poſſeſſionem. n. 1. 2. & 3. C ad l. Iul. de vi pub.
idque ideò, ut pactum aliquid operetur
ultra jus commune. *argum. l. ſi quando 109.*
ff. de legat. 1. Quia itaque extra caſum pa-
cti licet domino expellere emphyteutam,
cum requiſitione judicis, igitur, ſi expreſ-
ſe in conventionem deductum ſit, ut, in
caſu moræ, rejiciatur emphyteuta, debet
hoc intelligi, quòd poſſit expelli poſſeſ-
ſor, etiam propria authoritate domini.

Salic. d l. 2. num. 11. Neque enim dicitur
iſto caſu violentiam inferre, ſed violen-
tiæ poſſeſſoris reſiſtere, qui intendit præ-
dium emphyteuticum, abſque ſolutione
impoſiti canonis, quaſi gratis retinere, ab
eoque dominum excludere. & ſic nihil
dicitur ibi alienum à noſtra l. creditores.
Etſi autem ſubjungat Salicetus, ſuper hoc
cogitandum eſſe: tamen addit, prædicta
ſibi pro nunc videri veriſſima. *Salic. d. l. 2.*
num. 12. & hanc opinionem, contra gl. & com-
munem, amplectitur, tanquam veriorem, Iaſ. in
d l. 2. num 109. & 110. per ſatu bona & præ-
gnantia fundamenta, de quibus ibi. Ad l. colo-
54 nus ff. de vi & vi armi. cum concordantti-
bus, reſpondet Angelus, contraria loqui
in poſſeſſione interverſa, quando videli-
cet colonus dominum poſſeſſione civili
deturbat, adeoque non ampliùs alieno,
ſed proprio nomine intendit poſſidere,
tunc enim judicis authoritate expelli de-
bet. *Angelus d l. 2. num. 3. in fi. & ibi Salic. 10.*
C. de jure emphyt. & videtur iſta ſolutio proba-
ri per d l colonus. in princ ibi: non admiſit. & l.
cum fundum. 18 in verb intrare prohibent. ff. de
vi & vi arm. Sed hæc ſolutio facilè morderi
55 poteſt, cùm nemo ſibi cauſam poſſeſſionis
mutare poſſit, [nulla cauſa extrinſecus ac-
cedente.] *l. cum nemo. 5. in princ. C de acquir.*
poſſeſſ l ad probationem. 23 C. locati l qui bona.
19 §. 1 & l. 3. §. illud. 19 ff. de acquir. poſſ. l. 2.
§ 1 pro herede. ideò alii adferunt alias ſo-
56 lutiones, quaſi videlicet contraria loquan-
tur in reſiſtente & opponente ſe cum ar-
mis, ſecùs ſi reſiſtat ſolo verbo, ſine juſta
cauſa, tunc enim, ſecundùm eos, licitè in-
trari poteſt poſſeſſio, etiam propria autho-
ritate. *Bart in hac l. creditores. n. 19 cujus in-*
tellectus communiter approbatur, ſi credimus So-
cino conſ. 147. n. 11. vol. 1. quod idem etiam
ſenſiſſe videtur Tiraquellus de jure conſtituti poſ-
ſeſſorii. parte 1 n. 3. Etſi verò iſta diſtinctio
in ſe vera eſt: tamen, quia ad propoſita
motiva divinat potiùs, cùm ex verbis le-
gum non pateat, quòd coloni ſeſe repe-
tentibus dominis oppoſuerint, cum, vel
ſine armis, item cum juſta, vel injuſta
cauſa, ego aliter ſolvo: quòd nimirum
57 dicta contraria *d. l. colonus. 12. & l. cum fun-*
dum 18. loquantur de dominis, qui, repul-
ſi per detentatores à repetitione ſuarum
poſſeſſionum de facto intentabant inter-
dictum unde vi, & ſic, quæ leguntur ibi,
interdictum nempe unde vi, competere
non admiſſo, iſta ſunt tantùm verba nar-
rativa, vel enunciativa, quæ nihil diſpo-
nunt. *l. ex hac ſcriptura. 16. & ibi Bart. ac alii*
Dd de donat. Sæpè enim fit, quòd in nar-
ratione alicujus facti, concurrant plures
circumſtantiæ, & poſtea ſubjiciatur deci-
ſio, ubi tamen aliàs vel una circumſtan-
tia ſufficeret ad deciſionem, ita, quòd plu-
ra copulata non requirebantur, prout tra-
dit Bolognetus *in l. ut vim 3. n. 66. de juſt. &*
jure. per c. 2 ibi: ſe ſuaq; defendendo. extrà de
homicid. Cumq; ex narratione facti in lege
propoſiti non liceat arguere, quando ju-
riſconſultus in eo non fundat deciſionem
ſuam, prout tradit Iaſon *in l. ſi ita quis pro*
miſer. 135. nu 6. de verb. oblig & in l unica. le-
ctura 3. n. 22. poſt gl. ibi C quando non peten-
tium partes. Alex. in l. qui ſe patris. fin. n. 7. C un-
de lib & Everhard in topic loco à contrario ſen-
ſu. n. 13 per c. ſi Papa juncta ibi gloſ. ext. de privi-
leg in 6. Iaſ. in § quoniam. n. 5. inſt. de act. in-
ferri inde nequit, quòd dominus in ter-
minis iſtarum legum, tanquam turbatus
in ſua poſſeſſione non potuiſſet eam repe-
tere propria authoritate, *Sal. in d l 2. n. 101.*
C. de iure emphyt. maximè, cùm dominus per
colonum poſſideat civiliter & naturali-
ter. *d. l. male agitur 2. C. de præſcript. 30. an.*
quo caſu turbatus, cui intervertitur poſ-
ſeſſio, poteſt eam tueri, etiam per viam
facti. *Menoch. de retin poſſeſſ. remed. 3 n. 252.*
418. & 489. poſt Papienſem in for. libelli pro
turbata poſſeſſione. verb. ſi præſentialiter turbat.
n 1. Parùm etiam adverſatur motivum, ad- 58
ductum ex finalibus verbis. l. creditores.
3. ibi, judicis authoritate adipiſci debent. quia
reſpondet gl. quòd verbum, debent, expo-
nitur hoc caſu, pro poſſunt, *gl. verb. debent.*
d l. creditores. 3. quam probant ibi Bart. Ful-
goſ. Angel. ac Menoch. *in tract. adipiſc. poſſ.*
remed. 5. n 5. ut ita ſit ſenſus, quod creditor,
cui liberum eſt propria authoritate ingre-
di poſſeſſionem bonorum debitoris, idem
& multò magis poſſit hoc facere cum li-
centia judicis, cum dictio, Debet, in ora-
tione affirmativa poſita, ſi reſpiciat favo-
rem ejus, ad quem profertur, exponatur
pro Poteſt. *l obſervare 4 § fin de offic. proconſ.*
l. qui interrogatur. 5. de interrog in jur. fac. ac no-
tat gl. in l. ſæpè. 8 per illum tex. de offic. præſid.
Sed hæc ſolutio vix eſt, ut ſubſiſtat, cum
verbum, *Debet*, directum ad eum, qui ali-
quid petit, regulariter ſit neceſſitativum,
per ea quæ ſuperius *num. 26.* fuerunt tradi-
ta, & textus modò adducti ex diametro
probant contrarium. Secundo re-
ſpondet Bartolus (quæ tamen ſolutio in
effectu videtur coincidere cum prima)
quod

Digitized by Google

quòd ultima verba, in fine *l. creditores.* po-
ſita, non ſapiant vim præcepti, ſed conſi-
lii. *Bart. in d l. creditores. 3. n. 3. & 4* quaſi
diceretur in propoſito: poteſt quidem
creditor, ex vi conventionis, poſſeſſio-
nem bonorum debitoris à ſe ipſo accipe-
re, eamque propria authoritate occupa-
re, de rigore juris, conſultiùs tamen,
59 item cautiùs, & urbanitati civilitatique
magis amicum eſſet, ſi ingrederetur cum
auctoritate judicis. *gl. d l. creditores. 3. in ſe-
cunda ſolutione. ac ibi Bart. num 3 & 4. & pro-
bat eam Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. num.
5. per l. quidem Hiberus. 13. ibi: cum Hibero lo-
quatis, ne rem illicitam faciat. de ſerv. urba. præd.
cum l. incivilem. 2. C. de furt. l. ii qui 24 ff de rei
vindic. & eſt melior de jure tex. in l. ſi pupillo-
rum. 7. §. ſi pupillus 1. in illis verbis: poteſt cre-
ditor jus ſuum exequi, tutiùs tamen fecerit, ſi
prætorem ſuper hoc adierit. ff. de reb. eorum qui
ſub tut.* quo caſu judex aditus, parte etiam
non vocata, accommodabit familiam ſu-
am petenti, ad aſſociandum creditorem,
pro occupanda poſſeſſione rerum debito-
ris, donec eam realiter fuerit ingreſſus, ne
videlicet interveniant rixæ & ſcandala.
*Salic. in d. l. creditores. 3. num. 9. & 30. eiuſq;
dicto adſtipulatur Alex de Imola in conſil. 131.
incip. in cauſa & lite num. 6. vol. 4. ac ſequitur
Matthæus de Afflictu in conſtit. Neapol. lib. 1. de
cultu pacis. rub. 8. num. 22. ubi ſubjicit. iſtam
practicam Saliceti in contingentia facti fuiſſe ap-
probatam in ſacro concilio.* Et hic eſt intelle-
ctus antiquus Guidonis & Accurſii, cum
quo tranſiverunt omnes Dd. uſq; ad tem-
pora Bartoli, & eundem hodiè etiam ſe-
quuntur communiter moderni, ſecun-
dùm Salic. *in d. l. creditores. 3 num 1. circa fin.
& num. 6. 9. & 30.* Cæterum, quia conſilii
60 verba nullam præciſam neceſſitatem im-
ponunt ei, ad quem diriguntur. *l. conſilii.
47. de reg. jur.* ideò, quantumvis creditor
contra hoc conſilium legis, vel contra ci-
vilitatem, propria authoritate ingredia-
tur poſſeſſionem bonorum debitoris: ta-
men ex hoc capite nec pœnam merebitur,
Salic d l. creditores. 3 num. 4. & 30. nec urba-
nitas illa deficiens vitiat actum. *Bart. in d. l.
creditores 3. in princ. & num. 2. & 4. ibidemq;
Salicetus. n. 3. & in l. 2. num. 13. C de jure em-
61 phyt.* Inurbanè enim commiſſa, dum ta-
men non prorſus ſint à jure reprobata,
non inducunt pœnam, *per l. 2 §. nam perpe-
tuæ. ff. de ſepulchro viol. & d. l. incivilem. 2. C.
de furt.* ex qua ſolutione infert Salic. quòd
62 habitum pro urbano à lege, non præfera-
tur rigori juris, & ſic minoris eſt poten-
tiæ in jure urbanitas, quàm æquitas. *Salic.
d. l. creditores. 3. num. 5. per l. placuit. 8. C. de ju-
diciis.* Adfertur & tertia ſolutio ad finalia
verba *l. creditores.* ita, quòd verbum, De-
bent, relinquitur in ſuo proprio & neceſſi-
tativo ſenſu, debere vel oportere credito-
res judicis auctoritate poſſeſſionem adi-
piſci, quando videlicet ingrediuntur bo-
na debitoris eo animo & fine, ut acqui- 63
rant eorum poſſeſſionem, tunc enim ex
pacto de ingrediendo non ſufficit ingredi
propria authoritate, quia illud tribuit tan-
tùm nudam tenutam, & aſininam quan-
dam detentionem, *de qua in l. officium. 9. ff.
de rei vindic.* ſed ad hoc, ut poſſeſſor efficia-
tur, neceſſariò debet intervenire interdu-
ctio judicis in poſſeſſionem, *Bart. in l. cre-
ditores. 3. n. 4. Salic. 1. & 7 ubi addit, quòd hunc
etiam intellectum ſequuntur communiter moder-
ni.* Licet enim ibidem Angelus de Peruſ.
n. 3. & Baldus *eodem numero* inſurgant con-
tra hanc ſolutionem, urgendo, quòd, ſi li-
centia de ingrediendo non importaret
poſſeſſionis acquiſitionem, verba præto-
ris eſſent deriſoria, cùm & alias ingredi-
ens alienam poſſeſſionem, abſque animo 64
acquirendi, non dicatur vim committere,
ſecundum eos in d. l creditores: tamen ipſo-
rum opinio procedit in ingreſſu, qui fit
jure familiaritatis amicitiæ, vel vicinita-
tis. *l. qui jure familiaritatis. 4. de acquir. poſſeſſ.
l. 1. §. is cujus. 7 de itin. actuq; privat. & l. uſu
31. uſufr quemad. cav.* ubi videlicet ingreſ-
ſus nullum alium finem habet pro ſe,
quàm, quòd ſe in alieno horto vel fundo
expatiando oblectet, & tempus fallat. *d. l.
qui jure. 41.* non autem, ut acquirat cuſto-
diam rei, & ſit moleſtus domino, contra
ipſius voluntatem, ſicut fit in propoſito
noſtro, ubi ingrediens poſſeſſionem ex
pacto, ſaltem efficitur cuſtos rei, & creat
domino moleſtiam donec ipſi ſatisfiat de
credito, *per ea, quæ notant Bart. in l. ſi finita.
15. §. Iulianus. 16. & ibi Iaſon. Alexand. de I-
mol. & alii. de damno infect. & in l. Fulcinius. 7
ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. qua de re videantur,
quæ traduntur fuſiùs in tertia Parte hujus Ope-
ris cap 12 num. 23 cum ſequentibus.* Ideò prin-
cipium legis ſolùm tribuit creditori jus
cuſtodiæ, ſicut ejuſdem finis pollicetur in-
greſſo cum judicis authoritate poſſeſſio- 65
nem, vel poſſeſſionis acquiſitionem, cum
omnibus poſſeſſionis commodis, cum ali-
ud ſit in poſſeſſione eſſe, aliud poſſidere,
*argumento l. 3. §. fin. & l. ſi quis ante 10. de acq.
poſſ juncta l officium. 9. de rei vindic.* An autem
in pacto ingrediendi, ingreſſus ſine pro-

ceſſu judiciali de licentia judicis acquitat
poſſeſſionem, *juxta l. creditores 3. in ſecundo
membro C. de pignor.* videantur, quæ tradun-
tur in tertia patte hujus operis *cap. 5. n. 27.*
Minùs urget, quòd libelli oblatio, & alia
requiſita in auth. offeratur. G. de litis
66 conteſtat. ſunt publici juris, & non minùs
ob publicam, quàm privatam utilitatem
introducta, ideòque tali judiciorum or-
dini non poſſit renunciari. Quia contra-
rium loquitur de jure publico, quod pro
mero favore communis utilitatis princi-
paliter inductum eſt, & ab utilitate priva-
ta non poteſt ſeparari, *argumento c. ſi dili-*
67 *genti. extra. de foro compet.* Secùs eſt, ſi iſtud
jus habeat ad mixtam privatam utilita-
tem, quæ recipit ſeparationem ab utilitate
publica, quo caſu non minùs valebit re-
nunciatio, quàm, ſi beneficium iſtud con-
cerneret ſolùm utilitatem privatam. *Bart.
in l. ſi quis in conſcribendo. 29. in 1. repet. n. 3.
ibiq; Sal. 3. C. de pactis. allegat. l. jurigentium.
7. §. ſi paciſcat. 13 ff. eod.* Et ſic renunciatio
beneficii legalis, quatenùs perſonam re-
nunciantis concernit, valet, publico au-
tem juri vel intereſſe non infert præjudi-
cium. *Pan. in c ſi diligenti. num. 7. ibiq; Felin.
20. ext. de foro compet.* Cumque iſtud bene-
ficium ordinis judicialis, quo pacto ſit
procedendum coram judice, ſit favor qui-
dam privatus, ſeparabilis à favore publico,
ex quo nullæ ſunt partes judicis contra e-
os, qui ſeparant ſe a judiciis, & ſua ſponte
volunt recedere à contentionibus & rixis,
*l. 1. §. inde quæritur. de nov. oper. nunc. l. 13. §.
æquiſſimum. 3. de uſufr.* nihil impedit renun-
ciationem hujus beneficii, quo minùs vi-
delicet poſſint partes invicem paciſci, ut,
omiſſo omni ordine judiciali, procedatur
executivè, *Abbas in c. de cauſis. n. 8. ext. de of-
fic. deleg. per gloſſ. cap. fin de re jud. in 6. & d. l.
creditores 3. C. de pig.* Ac, ſi ulteriùs urgea-
tur, quòd jus publicum *in d. auth. offeratur.*
68 concernat formam actus, quæ dat eſſe rei,
& quæ rem conſervat in eſſe. *l. Iulianus. 9. §.
ſed & ſi ff. ad exhib.* adeòque ordini pro for-
ma intruducto non poſſit renunciari. *Bar.
in l. jus publicum. 38. num. 2. de pactis. & in d.
auth. offeratur. n. 3. per l. nemo poteſt. 55. de leg.
1. cum l. 1. § ſi quis ita de verb. oblig.* replica-
tur, ſicut & ante dictum fuit, contraria
obtinere, quando partes utrinque ſemel
judicii telam fuerint ingreſſæ, inſtituto
videlicet legitimo proceſſu, tunc enim or-
do pro forma traditus debet obſervari,
neque poteſt ei pactis partium derogari,
puta, quòd libellus non edatur, quia eſt de
materia, ex qua formatur ſententia, & ſic, 69
deficiente libello, tanquam materia, defi-
ceret etiam materiatum. *Bald. in d. auth. of-
feratur. nu. 6. per l. qui res. 98. §. aream, 8 ff. de
ſolut.* ſecùs, ſi ſit conventum inter partes,
ut ſine omni judiciali proceſſu devenia-
tur ad executionem. *hanc ſolutionem innuit
Rebuffus in ordina. regni Gal. tom. 1. tit. de lite-
ris oblig. ar. 6. gl. 3 n. 25* ex quo liberum
eſt partibus, in totum remittere ordinem 70
judicialem, paciſcendo invicem, ut, in ca-
ſu non ſervati contractus, contra fallen-
tem inchoetur proceſſus ab executione,
ſine omni alia ſolennitate, *teſte gloſſa in c.
ſi. verb. illuſtrium. in medio. ext. de re jud. in 6 ac
probat Hoſtienſis cum aliis Cc. in c. de cauſis. ubi
Pan. n. 8. ext de offic. deleg gl. verb judices re-
cuſare in c. cùm olim. de cauſa poſſ. & propr. Spe-
culator tit. de libelli conceptio §. nunc dicendum
n. 18. Felinus in c. ſi diligenti n. 20. ibiq; Pan. n.
7. extr. de foro compet.* Et, quòd pendeat ex
voluntate partium, renunciare ordini ju-
diciario in totum, eſt communis opinio
omnium Dd. ſecundùm Marantam *de ord.
jud. par. 2. n. 41.* licet ſubjiciat, non valere
pactum litigatorum, quòd pòſt ingreſſum
litis ordo judicialis omittatur in uno vel
altero actu tantùm, *Maranta ubi ſupra* Nec
his refragatur, quòd, ubi habetur auxili-
um ordinarium, ibi ceſſat extraordinari-
um. *l in cauſæ. 13. ff. de minor.* ſiquidem iſtud 71
procedit, quando utrumque beneficium,
tàm ordinarium, quàm extraordinarium,
tendit ad unum eundemque finem, nec
eſt magis agenti conſultum per unum,
quàm per alterum remedium. *d. l. in cauſæ.*
Secùs, quando remedium extraordinari-
um pinguius providet, tunc enim ita quis
uti poteſt extraordinario, ſicut ordinario
remedio, iſta ſolutio colligitur ex traditis
à Panorm. *in c. ex parte. 1. n 9. ext. de reſt. ſpol.
argumento textus juncta. gl. in c 2. ext. de in in-
teg. reſt. lib. 6. & notat Iaſ. in l. in provinciali.
3. §. 1. n. 9. in quæſtione. an ordinarium faciat
ceſſare extraordinarium 1 fallentia. 4 ff. de novi
oper. nunciat.* Sic poteſt etiam extraordina-
rium remedium concurrere, & intentari
cum ordinario, quando extraordinarium
proditum eſt pro auxilio ordinarii *Iaſ in d.* 72
*l. provinciali §. 1. n. 9. verſ. ſecunda principalis.
fall. 1. per l. 1. §. dixerit aliquis. de publica. &
Petrus de Anch. in c per hoc. n. 1. ext. de hær. in
6. ac ſequitur Bal. in ſuis addit, ad Spec. poſt §.*

fin. in

ſin in tit. de ſent. n. 77. allega pro hoc l. 1. ʃ. per
hanc. in primo reſponſo. & ibi gl. magnam verb.
vindicare. circa fin ff. de rei vind. Atqui in pro-
poſito longè conſultius eſt, urgere ingreſ-
ſum bonorum ſummarium, & incumbe-
73 re poſſeſſioni, tanquam pignori, quam in
perſonam agere *§ furti. v. conſt. 1. de obl. quæ*
ex delict. l plùs cautionis. 25 ff. de reg. jur Quia
itaq; litem ordinariam inſtituere, & bene-
ficio juris communis uti, valde futurum
erat laborioſum, & exitiale creditori, ob
id ipſum proſpexit ſibi de ſpeciali reme-
dio manus injectionis, vel executionis pa-
ratæ, ſive privatæ, ſive publicæ, quod præ-
74 bet ei viam magis explicatam & compen-
dioſam, quam creditor negligere non de-
bet. *Bal. in l. 2. n. 4 C. de præd min.* Nec ad rē
75 facit objectio illa generalis, de prohibita
ſequeſtratione, vel areſtatione, vel de non
inchoando proceſſum ab executione, quia
fallit iſta regula in caſu, quo aliud ſit con-
ventum inter partes, *per ea, quæ probantur*
ſuperiùs in capite ſecundo hujus Partis num. 179.
& paulò antè in hoc ipſo capite num. 42. Ad
communem Dd. ſententiam, qua dicitur,
pacta vel conventiones extrajudiciales
non mereri paratam executionem, *d. l. mi-*
nor 25 annis, cui fidei commiſſum. de minor. Bal-
dus affert iſtam ſolutionem, quòd *d. l. mi-*
76 *nor.* & Dd. volentes, inſtrumenta non ha-
bere paratam executionem, loquantur de
executione facienda miniſterio judicis, ſe-
77 cùs eſt, ſi pars ipſa virtute pacti velit ingre-
di. *Bal in l tale pactum 40. §. qui provocavit. de*
pactis. n. 14. quaſi dicat, quandocunq; adi-
tur judex cum inſtrumento executivo,
non eſſe aliter procedendum ad executio-
nem, niſi ſervato juris ordine, *per ea, quæ*
tradit Iaſ. in l. edicto. 3. num. 6. C. de edict. Hadr.
toll. & ſic non facit Baldus aliquam diffe-
rentiam, ſive in pacto vel inſtrumento
contineatur clauſula executiva, ſive non,
licet in priori caſu bene fateatur, poſſe ex-
ecutionem expediri ab ipſa parte, virtute
videlicet conventionis. *Baldus in d. ʃ qui*
provocavit. n. 14. d. l. per creditores. in prin & re-
ſpondet ad d. *ʃ. qui provocavit.* quòd ibi pa-
ctum adjectum erat conforme ſententiæ,
cum appellans promitteret ſatisfacere ju-
dicato, ideo judex ibidem, nullo alio diſ-
cuſſo, ſecundum eum, mandat ſententiā
executioni, non autem ipſum pactum, ac
ſequitur Angelus *in d. §. qui provocavit. ubi*
addit, hunc intellectum communem eſſe, licet
Bart. ibidem n 2. & 3. cum aliis ipſum ſecu-
tis, teneant contrarium, puta, quòd in ter-
minis *d. ʃ. qui provocavit.* judex non exe-
quatur ſententiam, ſed conventionem
partium, per expreſſa verba illius legis in
fine. Poteſt meo judicio reſponderi, & tu-
tius, contraria videlicet jura, in quibus di-
citur, inſtrumentis denegari paratam exe-
cutionem, loqui de ſimplici obligatione
debitoris, redacta in inſtrumentum, non
autē de executiva, qua de loquitur textus
in d. l. creditores. 3. C. de pignoribus. Sic in *d. l.*
minor. reus condemnatus de ſolvendo
cum victore pro certa ſumma pecuniæ,
tranſegerat, exponendo ei, licet minori,
cautionem quaſi creditæ pecuniæ, & ita
paratam ex cauſa judicati executionem
redegerat ad initium alterius petitionis,
in quo læſus minor merito reſtituebatur
in integrum. *d. l. minor.* Eodemque modo
in *l ſi pacto quod pœnam. 14. C de pactis.* tran-
ſigens cum Titio, promittebat ei pœnam,
ſi placitis non ſtetiſſet, cumque dubitare-
tur, an illa pœna ſubjecta ſtipulationi ſum-
mariè poſſet exigi, reſpondet Imperator,
eam, more judiciorum, actione ex ſtipu-
latu, per ſolennem proceſſum exigendam
eſſe. Pariter *in l. 2. C. de execut. rei judic & in*
l. ſi ſeſe non obtulit 4 ʃ. fin. de re judic. victores
in cauſa poſt ſententiam recedebant a re
judicata, novandi animo, ac ſtipulaba tur
ubique certum quid pro eo, quod ipſis fue-
rat adjudicatum, ac, quia quærebatur,
præſuppoſita mora debitoris, an pro pa-
cto eodem modo parata eſſet executio,
quemadmodum pro judicato, in cujus lo-
cum ſucceſſerat illa nova conventio? de-
ciditur, quòd non, cùm novatio interceſ-
ſerit, & ſic pacta, quantumvis liquida, non
merentur paratam executionem, ſed, ſer-
vato juris ordine, ſuper talibus obligatio-
nibus actio contra reos dirigenda, & cau-
ſa cognita, ſententia accipienda eſt. *l. 1. C.*
de execut. rei jud. l negantes 9. C. de act. & oblig.
cùm hoc expreſſe non ſit actum inter par-
tes, quòd, nullo præcedente proceſſu, vel
ordine judiciali, veniatur ad executio-
nem, adeoque non præſumuntur litigan-
tes in dubio voluiſſe renunciare ordini
proceſſus a jure introducto, ſed contra-
ctus ſuos legibus ſcriptis conformare.
quam ſolutionem in propoſito reperio
ante me approbaſſe etiam Rodericum
Suarez. *in l. poſt rem judicatam 56. ad decla-*
rationem legis regni num. 14 ff de re judic. ac
Rebuffum ad conſtitut regni Galliæ tit. de literis
obligat. art. 6 gloſſ. 3 n. 2. Secus itaque eſt, 78
quando obligatus per actum expreſſum

tribuit creditori poteſtatem ingrediendi propria authoritate. *d. l. creditores. in princ.* hic enim locum habet, quod dicitur, proviſionem hominis tollere proviſionem legis. *l. fin. C. de pactis conventis.* Cumque non diffiteatur ipſemet Baldus, creditorem iſto caſu ab occupatione alienæ poſſeſſionis, etiam quæ fiat privata authoritate, non arcendum, quid vetat, in caſu non motæ querelæ judicialis, ſuper eo judicem requiri, ut ipſius miniſterialium officio mediante creditor inducatur in poſſeſſio-
79 nem? cùm, quibus majus periculum intenditur, illis pleniùs ſit conſulendum. *l. 1. ff. nam vel magis ff. de Carbo. edicto. c. ubi majus. extra de elect. in 9. c. quieſcamus. diſt. 42. & c. fin. 7. q. 2.* quo caſu, factum judicis reputabitur pro facto partis. *Ang. de Peruſ. in l. 1. in princ. C. ſi in cauſa jud. pig. l. ſi ob cauſam 13. C. de evictio.* cùm quod pacto fieri permittitur, idem etiam indubitatum ſit explicari poſſe per judicem in executionem pacti, *prout fatetur ſimiliter alibi Baldus in l. conſentaneum 2. num. 26. C. quomodo & quando judex, quam rationem deciſionis etiam affert Rebuffus in conſt. reg. Galliæ, de literis oblig. ar. 6. gl. 3 num. 28. idq; & tutius & urbanius eſſe probatum fuit, ſupra num. 60. cum ſequentibus, in ſecunda ſolutione contrarietatis, quæ colligitur ex principio & fine l. creditores.* Si e-
80 nim in hoc ſemel concordarunt partes, quòd ad executionem paratam procedatur abſque ordine judiciali, prætor, nullo alio diſcuſſo, juſtam partium conventionem ſequi debet. *d. l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. ff. de pact.* ex quo ejus auctori-
81 tas ideò in medio poſita eſt, ut controverſias eorum dirimat, inter quos lites exiſtunt, *l. quidam exiſtimaverunt. 2. ſi cert. pet. c. finem litib. extra de dolo & contum.* à quibus ſi ipſimet ſponte recedunt, judiciali proceſſui & ordini renunciando, debet ipſe has conventiones, tanquam non improbatas ratas habere, *l. 1. §. inde quæritur, de novi op. nunc.* & pacta conſenſu facta cuſtodire *l. 1. de conſtitut. pec.* Et hanc ſententiam, quòd videlicet, in caſu permiſſæ
82 creditori licentiæ de ingrediendo propria auctoritate, judex aditus poſſit eundem immittere per ſuos officiales, firmat Iaſon. *in l. juſtè. 11. num. 16. & 19. ff. de acquir. poſſ. ubi addit, omnes communiter Dd ita tenere.* Eaq; via, adeundi judicem pro impetranda inductione in poſſeſſionem bonorum debitoris, ex vi pacti executivi, quod permittebat ingreſſum alienæ poſſeſſionis, etiam privata authoritate, duplici nomine ſecurior videtur; primò namque vix eſt, ut quis effugiat injuriarum actionem, ſaltem ratione violatæ jurisdictionis, ejus poteſtatis, in cujus territorio illa vis privata fuit commiſſa. *Chaſſanæus in conſu. Burgund. rub. 13. §. unico num. 2. & 3. per c. ex parte. 1. ubi notant Dd. extra de verb. ſig. ac facit l. ſi quis. 8. §. ſed hæc. & ff. ſed & ſi quis. C. de præſcript. 30. an. ac ſequitur Iacobus de Beluiſo in ſua practica, tit. de fuga reorum. numer. 40.* Deinde etiam aliter non eſt tutus ingreſſus privatus, pro evitando periculo armorum & fuſionis ſanguinis, ſi creditor inveniret reſiſtentem, *per ea, quæ tradit Alex. in d. l. juſtè. 11. num. 25. de acquir. poſſ.* Ultimò præſtat habere judicis authoritatem, ex quo qui juſſu judicis poſſidet, is contra violentos invaſores & turbatores attentius defenditur per eum, qui ipſum immiſit, *l. 1. cum l. ſi quis miſſus. 3. ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſus eſt.* ne deinceps, ſicut creditor facilis fuit in ſeipſum immittendo, ita reus, maximè potentior, eodem modo facilis ſit in extramittendo, vel repellendo creditorem, *prout in ſimili dixit Baldus in l. edict. 3. num. 5. C. de edict. D. Adr. toll. per l minor. 39. in princ. ff. de evict. & l. ſi pacto quo pœnam. 14. in fin. C. de pact.* Cujus rei illuſtre poſſet adduci exemplum noſtra ætate, de quodam creditore, ex vi pacti executivi invadente bona cujusdam cœnobii principalis, ſibi obligata in inſtrumento, pòſt moram, in eventum videlicet non factæ ſolutionis ad præfixum terminum, qui occupator poſtea per hæredes domini debitoris eadem facilitate, qua ingreſſus erat poſſeſſionem cœnobii, ea deturbatus & dejectus fuit, cùm potentioribus pares eſſe non poſſimus, *l. 1. in fine ff. de aliena. jud. mut. cauſa facta l. 1. C. ne liceat potentior. l. ſi per impreſſionem. 11. C. quod metus cauſa. l. 1. C. ſi quacunque præd. poteſtate. cum ſimilibus.* Quamvis autem, ut ſuperiùs etiam monuimus, hæc concluſio, quòd creditor, virtu- 83
te licentiæ ſibi permiſſæ à debitore, propria auctoritate valeat ingredi poſſeſſionem bonorum obligati, communis ſit: tamen ſubtilis & acutiſſimi judicii Juriſconſultus Carolus Molinæus, contra illam inſurgendo, non veretur profiteri, Doctores communiter omnes hactenus erraviſſe, qui ſenſerint, licitam eſſe prehenſionem rerum debitoris ex pacto, abſque authoritate judicis, quia, ſecundùm eum, hoc non probatur lege. *Molin. in conſ. Pariſ. tit. 1.*

tit. 2. gl. 1. verbo. ateſt. num. 183. & reſpondet
ad *d. l. creditores.* quòd in illa non Docto-
rum, ſed ſua Molinæi ſententia probetur,
ex quo ibi in fine expreſsè innuitur, cre-
ditorem cum judicis auctoritate poſſeſſio-
nem adipiſci debere. Deinde, ſecundùm
ipſum, etiam *l pen. C de pign. act.* nihil pro-
bat pro communi, ſed adverſus illam, quia
verba finalia ibidem poſita, ſi Molinæo
credimus, non debent intelligi de faculra-
te auferendi debitori rem pignoratam,
quam creditor jamtum poſſidebat, ſicue
pater ex verbo, reſtitui debere, ſtatim ſub
initium textus poſito, ſed de poteſtate vē-
dendi & transferendi pignoris dominium
in alium, quod citra conventionem, vel
præſidalem juſſionem, fieri non poteſt.
hæc ille, ubi ſupra, per d l. penult. Sed Moli-
næus, ut cum venia tanti viri loquar, ita
torquendo textus, non conciliat contra-
rietatem, quæ ex hoc intellectu reſultat,
d. l. creditores. ubi ſub initium in effectu di-
citur, quod creditores, legem conventio-
nis ſecuti, poſſeſſionem impunè ingredi
poſſint, & mox ſequitur, quòd debeant
adipiſci judicis auctoritate, & ita poſſunt,
& non poſſunt ingredi, per quod implica-
84 tur perplexitas, quem locum Dialectici
tractatum τῦ ψευδομένου vocant, quo vide-
licet mediante, quicquid reſpondetur, ſem
per arguitur, reſpondentem dicere falſum.
*tex. eſt & ibi not. gloſſ ac Dd. in l. ſi ii qui qua-
dringenta. 80 in princ verſ etenim quicquid con-
ſtituetimus verum eſſe, falſum reperietur. ad l.
Falcid. l. æquiſſimum. 5. § 1. ad Tertullian. c. cùm
contingat. & c. capitulum ſanctæ crucis. extra
de reſcript. ac meminit Euerb. in ſuis top. loco à*
85 *tractatu.* Argumentum enim, quod à per-
plexis ducitur, habetur pro indiſſolubili,
& aliàs dicitur, quòd in implicatis & per-
plexis ceſſant regulæ Dialecticorum &
Legiſtarum. *Iaſon in l. ita ſtipulatus. 115. nu-
mer. 58. de verb. obligat.* ubi citat exem-
plum hujus loci ex Gellio *in 5. lib. Noctium
Atticarum cap. 10.* de Prothagora, ejusque
diſcipulo Eutalo, qui præceptori ſuo pro-
miſerat dare centum ea die, qua primùm
cauſam oraſſet, & viciſſet. Quantumvis
autem evadebat excellenter doctus, nul-
lam tamen cauſam perorandam ſuſcipie-
bat, ne videlicet Prothagoræ condemna-
retur ad exolutionem promiſſæ mercedis,
id animadvertens Præceptor convenit diſ-
cipulum in judicio, ea intentione, quòd
ſive victus, ſive victor exiſteret, utroque
tamen caſu teneretur ſatisfacere de dida-
ſtro, ſi enim, inquit, ego vicero, tu reus
cogeris ſolvere virtute judicati, propter
ſententiam. Sin verò tu viceris, iterum
neceſſitas ſolvendi tibi imponerur pro-
pter pactum, cùm in prima cauſa victor
peroraveris. Eutalus, retorquendo hoc
argumentum contra magiſtrum, ſi, inquit,
vicero, tutus ero virture ſententiæ, vel ex-
ceptione judicati, ſin ſuccubuero, tuebor
me ex pacto, eò, quòd in prima cauſa non
victor, ſed victus extiti. Sic in propoſito
noſtro, poſſe ingredi poſſeſſionem propria
authoritate, & non poſſe ingredi ſine mi-
niſterio judicis, implicant perplexitatem,
& ſunt contradictoria, quæ ſimul & ſemel 86
in eodem ſubjecto ſtare non valent, *Ia-
ſon in l. ſi quis. 8. pro emptore num. 282. ff. de u-
ſucap. l. ſi ancillam. 4. in fine. pro ſuo. ac facit l.
ubi pugnantia. 188. de reg. jur.* Nec obſtat,
quòd in *d. l. creditores.* membrum poſterius
derogare priori videtur, *argumento l. pacta
noviſſima.* 12. C. *de pact.* quia illud verum,
quando apparet de intentione legiſlato-
ris expreſſa, quod ſcilicet voluerit corrige-
re priores leges, aut prius dictum, ſecùs 87
eſt in dubio, neque verò correctio præ-
ſumitur in una eademque diſpoſitione,
vel lege. *l. penult. ubi Bald notat. in fine. C. per
quas perſonas nob. acquir. ac facit l. cum expe-
diat in princ. in illis verbis: jurium correctio, ſi
ſuſtineri valeant, evitari debet. extra de electi
in 6. cum l. ſi quando. 35. C. de inoffic. teſtam.*
Ad hoc itaque, ut evitetur legum contra- 88
rietas, *argumento l. 2. §. contrarium. C. de ve-
ter. jure enucl.* neceſſe eſt tenere, quòd prin-
cipium *l. creditores.* loquatur de licentia
ingrediendi poſſeſſionem bonorum obli-
gati, etiam privata authoritate, finis au-
tem loquatur de acquiſitione alienæ poſ-
ſeſſionis, qua mediante ingreſſus fit poſ-
ſeſſor, quæ non permittitur ſine judicis
authoritate, vel, quòd primum membrū
l. creditores. loquatur de rigore juris, poſte-
rius autem de vrbanitate vel civilitate, *ſe-
cundùm ea, quæ paulò antè num. 59. & 63. fu-
ſiùs ſunt explicata.* Ulteriùs, etſi Molinæus
iſtam æquiparationem conventionis par- 89
tium, & præſidalis juſſionis, *de qua in d. l.
pen. C de pig. act.* intelligat, quò ad quid,
puta, quò ad tranſlationem vel alienatio-
nem pignoris, ut tunc demum licita ſit,
quando illud creditor vellet alienare: ta-
men nihil reſpondet ad alia jura, quæ ad-
æquant legem conventionis cum juſſu
prætoris, etiam quò ad ingreſſum & oc-
cupationem rei alienæ. *l. dotis. 9. ibi: hæ-
redibus mariti non conſentientibus, ingre-
diendi, ſine judicis authoritate, facultatem*

non habes. à contrario ſenſu. C. ſol. matr. &
manifeſtè innuit Juriſconſultus, cum, qui
ingreditur alienam poſſeſſionem cum vo-
luntate domini, pro prædone non habe-
ri, in *l. ſi ex ſtipulatione. 5. à contrario. ff. de
acquirend. poſſ. & l. minus. 2. ibi: ſi ſcien-
te venditore in poſſeſſione fuiſti. C. eod. titul.*
Unde alibi reſpondit Imperator, pignus
pro executione judicati captum per præ-
torem diſtrahi debere, non aliter, atque
conventionale pignus, quod ex juſta obli-
gatione deſcendit, per creditorem vendi
poteſt. *l. 1. C. ſi in cauſa judica. pignor. cap.*
Ideoque, ſicut pro conventionali pigno-
re, cujus poſſeſſio fortuito caſu vel aliter
amittitur, proditur actio hypothecatia;
ita idem eſt in prætorio pignore, *l. 2. C. de
prætor. pignor.* Et econtrà, ſicut ex commiſ-
ſione prætoris licitum eſt ingredi alienam
poſſeſſionem, *l. juſtè. 11 ff. de acquir. poſſ l non
videntur. 167. § qui juſſu, l. de reg jur.* ita idem
poteſt concedi pactis contrahentium,
cùm quilibet rei & contractui ſuo poſſit
legem imponere, quam vult. *l. in re man-
data. 21. C. mandati. l 1. § ſi conveniat ff. depo-
ſiti. l. legem quam dixiſti 10 C. de pact* propter
naturam æquiparatorum. *de qua Bart. in l.
Marcellus 11 § quod autem, 1. num. 1. ff. rerum
amot.* Præterea illa ſolutio, quam adfert
Molinæus *ad l. penult. C. de pignor. act.* non
caret ſcrupulo, hoc enim innuit, quòd de-
bitori, poſt ſolutionem debiti pignus re-
petenti, res ſuæ reſtitui debent, in quo
rectè & bene dixit, *argumen l. ſi rem. 9. §. o-
mnis. 3. ff. de pignor. act.* ſed, quòd addit, ſe-
quentia verba *in d. l. penult. ib. nec creditor, ci-
tra conventionem, vel præſidalem juſſionem, ob
debiti cauſam, res debitoris arbitrio ſuo auferre
poteſt*, intelligenda eſſe de facultate ven-
dendi, quaſi videlicet creditor non ha-
beat poteſtatem pignora diſtrahendi, citra
voluntatem debitoris, vel citra decretum
judicis, id non video, quo pacto ſalvari
poſſit. Aut enim intelligimus caſum *d. l pe-
nult. in finalibus verbis*, de creditore, qui, re-
cepto debito, volebat res pignoratas ven-
90 dere, ac tunc reſponſum iſtud eſſet de in-
dubitabili, *contra l. quod Labeo 9. ubi notat gl.
ff. de Carbo. edict. & l. 1. in fi. ad municipalem*,
cùm ſemel recepto debito, pignus veniat
reſtituendum domino. *d. l ſi rem 9 § omnis.
3.* bona namque fides non patitur, bis i-
dem exigi. *l. qui bis idem. 18. de verb. oblig. l.
bona fides. 57. de reg. jur.* [& ipſamet natura
dictat iniquum eſſe, ut bis idem ex ea-
dem cauſa petas, *l. ſi quis dolo. 51. ff. de re
judic. l. quia dicitur. 32. § 1. ff de evict.*] aut ve-
rò præſupponimus; quod creditor non-
dum receperat ſuum, ideoque poſt ſolu- 91
tionis terminum effluxum, volebat res ſi-
bi hypothecatas vendere, & ad hoc non
requiritur vel auctoritas judicis, vel et-
iam conſenſus obligati, ſed ſufficit, con-
ventionem non eſſe factam in contra-
rium, puta, ne venderetur pignus, ſaltem
de jure Digeſtorum, textus eſt manifeſtus
*in l. ſi convenerit. 4. verſ. ſed etſi non convenerit.
ff de pignor. actio.* quin & de jure Codicis
eodem modo non prohibetur creditor
vendere pignus, etiam ſine requiſitione
judicis, & invita ac contradicente parte,
*l. 1 & per totum. C. debitorem vendit, pignor.
impedire non poſſe.* dummodò obſervet ſo-
lennitatem legis, puta, quòd denunciet 92
hoc debitori, atque ita bona fide rem ge-
rat. *l. creditor hypothecas. 4. C. de diſtract. pi-
gnor. cum l fin. §. ſin autem nulla pacto C de
jure dom impet.* Minus urget, quod pro ſe
allegat Molinæus, Imperatorem *in d. l. pe-
nult.* circa determinationem principii, lo-
qui per verbum, reſtitui debere, ex quo
infert, creditorem fuiſſe poſſeſſorem, id-
eoque in fine legis agi de tranſlatione re-
rum pignoratarum in alium & tertium, ſi-
ve vendendo, ſive quoquo modo alienan-
do, *arg. l. 1. C. de reb. alien non alien.* ſiquidem
iſtud præſuppoſitum eſt mera divinatio,
& figmentum, de quo nec ſomniavit Im-
perator *in d. l. penult. C de pignor. act.* imò
prorſus alienum eſt à verbis legis, à quo-
rum propria ſignificatione non receditur,
niſi probetur de contraria mente diſpo-
nentis, *l. non aliter. 69. ff de leg. 3. & l non di-
ſtinguemus. 32. de arbitru.* & in claris non eſt
locus conjecturis. *l. continuus. 137. §. cum
ita 2. de verb. obligat.* Ac certè, ſi penitiùs
exigamus literam, nihil *in d. l. penult.* di-
citur diverſum ab his, quæ habentur in
d. l. creditores. cùm in præmemorata
l. penult. C. de pignor, act. determi- 93
netur, citra conventionem, vel præſida-
lem juſſionem, non eſſe auferendas de-
bitori res ſuas per creditorem. quaſi di-
cat Imperator, inverſo ordine literæ, ut
finalium verborum explicationem præ-
mittamus: ſicut creditor, extra caſum
pacti, vel extra licentiam & juſſum ju- 94
dicis, in caſu non ſoluti crediti, non
debet involare propria authoritate in
poſſeſſio-

Digitized by Google

poſſeſſionem bonorum debitoris, *l. extat.*
13.ff quod metus cauſa.l.in poſſeſſionem. 5. C. ad
l.Iul.de vi publ. l.5. ff. ad l. Iul de vi privat. ita
econtrà reſpondet ad quæſtionem in
principio legis propoſitam, ſi videlicet ab
initio contractus, pro majori ſecuritate,
creditori fuerint hypothecata certa bona
debitoris, & ſimul tradita, *ſecundùm expoſi-*
tionem gloſſæ primæ d l penul. verb.obligatas &
non traditas. per l plebs 238.§ pignus ibi:ma-
nu traduntur. ff. de verb ſig. ſoluto etiam cre-
59 dito, eodem modo debitori non permit-
titur, propria auctoritate repetere pignus,
aut ejus poſſeſſionem invadere, ſed debet
uti actione pignoratitia, *l.ſi rem. 9.§. omnis.*
3 ff de pignor act. & ſic legis remedio, *d l.ex-*
tat.13.ff. quod metus cauſa. Et hic eſt ſimpli-
ciſſimus, ac non tàm literæ *d l.penult.* quàm
etiam *l.creditores.* & aliis in hac materia al-
legatis juribus amicus, & maximè con-
ſentaneus intellectus. Per quæ nunc ap-
paret, ſufficicaret propugnatam eſſe
communem opinionem, quod videlicet
virtute pacti de ingrediendo poſſeſſionem
bonorum debitoris, creditor, poſt mo-
ram, rectè occupet ejus bona, etiam pro-
96 pria auctoritate. Reſtringitur autem, ut
ſupra etiam monuimus, hæc concluſio,
primum de urbanitate vel civilitate, ſe-
cundum quam creditor, ex vi pacti, non
ingreditur bona obligati ſine permiſſu ju-
dicis, pro maiori videlicet cautela & ſe-
curitate, quæ in actibus quibuſcunque ad-
hibita non nocet. *l. in teſtamentis. 26. C. de*
teſtam.cum l.quæ dubitationis. 81. ff. de reg.jur.
& hæc limitatio communiter approbatur, teſte
Saliceto in d.l. creditores, 3, num. 1. & 6. C. de
pignor. quo de videantur ea, quæ ſuperius num.
59.& ſeqq. tacta ſunt latiùs. Cautela itaque
eſt, quod, in caſu habitæ licentiæ ingre-
diendi propria auctoritate, eandem cre-
ditor, ante ingreſſum; ſimul petat à judi-
ce, qui tunc, parte etiam non vocata, fa-
miliam ſuam accommodabit requirenti,
ut creditorem aſſocient ad occupandum
poſſeſſionem rerum debitoris, donec eam
realiter fuerit ingreſſus, ut videlicet, metu
miniſterialium judicis, adverſa pars ſibi
temperet ab injuriis, rixis & ſcandalis.
Salic. in d.l.creditores. 3. & ejus dicto adſtipu-
latur Alex. de Imola in conſ.131. incip. in cauſa
& lite. num. 2. vol. 4. ac ſequitur Matthæus de
Afflict. in conſtit. Neapol. lib. 1. de cultu pacis,
rub. 8. num. 22. ubi ſubjicit, iſtam practicam Sa-
liceti in contingentia facti fuiſſe approbatam in
ſacro concilio. Fallit ſecundò, in creditore,
qui, virtute pacti de ingrediendo conce- 97
pti, non tantùm intendit ingredi, ſed et-
iam acquirere & exercere poſſeſſionem,
id enim non poteſt ſine licentia judicis fi-
eri. *d.l. creditores. 3 in fin. & hæc quoq; decla-*
ratio communis eſt, ſecundùm Salicet. in d l. cre-
ditores. 3. num. 7. & attigimus ſuprà num. 63.
Quæ tamen limitatio an ſit vera, videan-
tur, quæ traduntur in tertia Parte hujus
Operis. *cap. 5. num. 27.* De ingreſſu verò,
vel acquiſitione poſſeſſionis, & quis cu-
juſque ſit effectus, in eadem tertia parte
hujus libri explicabitur latiùs, *capite 12.*
Fallit tertiò, in creditore, qui, virtute con- 98
ventionis ingreſſurus poſſeſſionem bono-
rum debitoris, invenit reſiſtentem cum
armis, aut eum, qui objicit corpus ſuum,
talem enim poſſeſſorem per vim & arma-
ta manu non debet expellere. *Matth. de*
Afflict. in d. conſt. Neapol. lib. 1 rub 8. de cultu
pacis. num. 15. & 16. Innoc. in ca. cum olim.
ſuper gloſſa verb. prætorium: extra de privileg.
Siquidem iſtud pactum, ſicut & permiſſio 99
judicis, ut quis propria authoritate occu-
pet poſſeſſionem bonorum debitoris, aut
condemnati, ad vim armatam non ex-
tenditur, *ſecundum Salicetum. in l. creditores.*
3. num. 10. Bar. 18. Angel. de Peruſ 3. Bal. num.
4. C. de pignor. Panorm in ca. de cætero. num. 13.
extra de re judic. Angelus in l. à Divo Pio. 15. n.
8. ff eod. tit. Salic. in auth. & qui jurat. num.
26. C. de bon. auth jud. poſſid. Bar. l. juſtè. 11.
num. 3 ff. de acquir. poſſeſſ. & hanc reſtrictio-
nem Bartoli ſequuntur communiter interpretes,
atteſtante Iaſone in d. l. juſtè 11. num. 21. &
ibidem Ludo. Rom. addit, eam ſervari in practi-
ca, propter authoritatem Bartoli & Innocentii,
item propter ſcandalum, ne fortè talis in-
greſſus præbeat occaſionem tumultus, aut
fuſionis ſanguinis. *l. non eſt ſingulis. 176. ff.*
de reg. jur. l. æquiſſimum. aliàs incipit l. ſi cujus.
13. §. ſed ſi inter. 3. de uſufr. Ac, ſi quis iſtud 100
pactum, de ingreſſu cum vi armata vellet
intelligere, hoc eſſet contra leges, tan-
quam inductivum peccari, *argumento. l. il-*
lud convenire. 5. de pact. dotal. l. pacta quæ con-
tra, 6. C de pactis, cum ſimilibus. Quantumvis
autem allegatur Baldus *in ſua diſput. incip.*
accuſatus de vi turbativa. qui taxat hoc in Bar-
tolum, quaſi peſſimè & inſipidè loquatur,
cùm illud ſit abſolutum pro defenſione
rei ſuæ, aliquem arma capere poſſe. *l. ut vim* 101
3. & ibi Iaſ num. 23. de juſt. & jure. per l. 1. §. eum
qui. verſ. vim vi repellere. de vi & vi armata. ac
cum

eùm Baldo videtur concordare etiam Salicetus in
d. l.creditores. 3.num. 12. in ſ. ibi : ego puto,
quòd licet indiſtinctè, maximè quando agitur de
periculo vel amiſſione rei arduæ & magnæ, per l.
furem.9.ad l. Cornel. de ſicar. & ſequitur Iaſon
in §. ſuper eſt. num.69. Inſtit. de action. & ali-
bi firmat idem Salicetus, quòd de licentia
judicis poſſit privatus alium capere, ac, ſi
reſiſtentem vulnetet, non tenetur, *Salic.*
in l.neminem. 3.num.3. C.de exhib. reis:tamen
iſtud ſpeciale eſt reſpectu facinoruſorum
hominum, & ſic favore reipub. cujus in-
tereſt, provinciam purgari à malis homi-
102 nibus, licet ejuſdem Saliceti & Baldi ſen-
tentia contra Bartolum poſſet furſan pro-
cedere in caſu, ubi quis ſimul eſt dominus
& puſſeſſor, vel ſaltem poſſeſſur rerum,
ſuper quibus moventur arma, *per ea, quæ*
paulò poſt num.103. exigemus latiùs. Secùs eſt
103 in propoſito, cùm per pactum executi-
vum, de ingrediendo, poſitum in inſtru-
mento contractus, quod allegatur, cre-
ditor neque acquiſiverit dominium, neq;
poſſeſſiunem, ſive naturalem, (quia ei nun
inſiſtit. *l. 1. de acquir. poſſ.* imò naturalis eſt
penes debirorem. *l. is cui. 5. ut in poſſeſſ. leg.*
ſervan. cauſa.) ſive civirem. Quantumvis e-
nim hæc ſulo animo retineri, *l. clam poſſi-*
dere. 6 l. quemadmodum. 8. de acquir. poſſeſſ.
item ſula affectiune amitti puſſit, *l. 3. §. in*
amittenda eo tit. tamen ſulo animo acquiri
ſine corporali inſiſtentia vel occupatiune
rei nunquam poreſt, *d l.3. in princ.& § Ne-*
ratius eod. Ex quo iraque creditor nihil ju-
ris rrealis in bunis debitoris habet, meri-
to denegatur ipſi licentia expellendi debi-
torem, reſiſtenrem cum armis, hanc ratio-
nem etiam innuit. *Iaſ. in l. 2. num. 107. ibi-*
demq; Salic.12. C. de jure emph. facit, quòd ne
104 quidem judici licet ita committere parti
licentiam exequendi, vel expellendi con-
demnatum ex bonis victori adjudicatis, ſi
poſſeſſor ſeſe opponat cum telu, *argumen-*
to l. miſſi opinat 10.C. de exact. tribut. lib.10.&
ibi notat Iohan. de Platea, ac ſequitur Cynus in
l. fin. num.7.C. ſi per vim & Angel. de Peruſ. in
d. l. creditores.3. num 4. ſubjicit, ita tenere A-
zonem, & ejus ſententiam veram eſſe. Eſtque
illud, quod Baldus alibi innuir, ſibi, quo
ad hoc, contrarius ab iis, quæ tenuit in di-
ſputa. accuſatus de vi: licentiam habitam
à judice, de ingrediendo poſſeſſionem ali-
enam propria auctoritare, inrelligi de in-
greſſu civili, abſque videlicet violentia fa-
cti. *Bal. in ca.1.§. ſi quis verò. num. 31. de pace*
jura. fir. in uſib feud. & hæc opinio videtur æqui-
or Romano, quem allegat Alex. de Imola in l ju-
ſtè poſſidet. 11. num. 28. ff. de acquir poſſeſſ. li-
cet adjiciat Alexander, alteram opinio-
nem, quòd videlicet de licentia judicis
creditor pro executione poſſit ingredi poſ
ſeſſionem rerũ debiroris, etiamſi inveniat
reſiſtentẽ, de jure eſſe veriorem. *Alex. in d.*
l. juſtè. e 1.num.28. quod & ſentire videtur Pa-
nor. in d.c. de cætero. num. 6. extra de re judic.
per d. l. juſtè. 11.& l. non videntur. 81. ff. qui
juſſu. ff. de reg. jur. ac probatur per rub. & ni-
grum C. ne non lic ſigna impon. reb. al. ſine licen-
tia judicis. à contrario ſenſu. Siquidem credi-
tor iſtud nun facit, tanquam privarus, ſed
jure publico, *argumento l continet. 3. §.1. ver-*
bo. non eam vim, quam magiſtratus intulit jure
licito, & honoris cauſa, quem ſuſtinet. ff. quod
metus cauſa. Prior ramen ſententia, quòd
videlicet licentia exequendi, eriam à judi- 105
ce imperrara per victorem in cauſa, vel
quemcunque alium creditorem, non in-
cludat executionem privatam, habentem
annexum factum violentiæ, contra reſi-
ſtentem cum armis, prout ſuperiùs ali-
quoties attigimus, communis eſt, quam
omnes indifferenter Dd. tenent, *ſecundum*
Iaſ in d l. juſtè. e 1. num. 21 & 22 & l. in emphy-
teoticarius. 2 num. 103. C. de jure emphyt. &
hanc ſententiam magis communem eſſe, firmat
etiam Matthæus de Afflict. in conſtit. Neapol.
lib. 1. de cultu pacis, rub. 8. num. 22. & 23 poſt
medium. Sic itaque concluditur, alienam
poſſeſſionem, neque ex pacto contrahen-
tium, neque ex ſpeciali permiſſu judicis
inrrari poſſe violenter, ſi ingreſſurus in-
veniat reſiſtentem cum armis poſſeſſorem
Verùm illud nun carer dubio, ſi debitor 106
ſeſe opponat invaſori, non quidem cum
armis, ſed verbis, proteſtando nimirum,
& jubendo, ne ingrediatur creditor, an
nun obſtante iſta reſiſtentia verbali, ſal-
tem ex vi pacti, juncta permiſſione judi-
cis, creditur nihilominùs poſſit ingredi
poſſeſſionem bonorum debitoris? Salice-
tus reſponder, iſto caſu licere creditori ap-
prehendere poſſeſſionem, invito eriam,
& contradicente debitore, dummodò is
non habeat aliquam juſtam cauſam, ob
quam adverſarium admittere nolit. *Salice-*
tus in allegata l. creditores. 3 num. 11. & 12. Ve-
rùm iſtud dictum non eſt abſque ſcrupu- 107
lo, quia, an debitor habeat juſtam cauſam,
nec ne, hoc conſiſtit in diſcretione judi-
cis, non autem partis, ne ſibi ipſe jus dixiſ-
ſe videatur. *l. 1. C. ne quis in ſua cauſa.* & illa
diſputatio de juſtitia cauſæ, vel, uter ex li-
tigato-

tigatoribus foveat juſtiorem litem, niſi
dirimatur per prætorem, dabit anſam &
faces armorum, ita ut à verbis deſcenda-
tur ad verbera, & ſic illa reſiſtentia, quan-
tumvis verbalis, fortè erit cauſa fuſionis
ſanguinis, *argumento l. penult. in fi. ibi: niſi for-
tè tumultus aliter ſedari non poſſit ff. ad l. Cornel.
de ſicar* quæ ipſa etiam fuit ratio prohibiti
ingreſſus poſſeſſionis contra eum debito-
rem, qui cum armis reſiſtit, *prout ſuperiùs
tradidimus.* Et ſatis juſtam cauſam eo ipſo
108 videtur fovere reus, quòd poſſidet, unde
plùs juris habet in tuenda poſſeſſione, quã
is, cui factum eſt pactum de occupando
poſſeſſionem, in caſu moræ, &, qui de præ-
ſenti planè non poſſidet, cùm, ubi obſcura
ſunt jura partium, contra petitorem judi-
cati ſoleat. *§ commodum Inſtit. de interdict. c.
in pari cauſa extra de reg. jur. in 6.* Pro reo au-
109 tem habetur, & partes defenſoris ſuſtine-
re intelligitur is, qui corporaliter poſſi-
det, vel detinet rem, *argumento l. liberis. 7. §.
ſ ff. de liber. cauſa. tradit Tiraquellus in ſuo tra-
ctat le mort. ſaiſſit. par. 6. declar. 7 num. 2 per
d. §. commodum.* etiamſi non conſtet de ju-
re poſſeſſoris, quia ſufficit eum poſſidere.
*l. res alienas. 28 C. de rei vindic. l. uti f ut. 5 ff ſi
uſufr pet.* Licet autem hæc ſententia (quod
110 videlicet, non attenta juſtitia vel injuſti-
tia cauſæ, ob quam debitur ſeſe creditori
verbaliter opponit, ſemper licitus ſit in-
greſſus,) videatur eſſe probabilis: tamen.
altera, Saliceti ſcilicet opinio, eſt recepti-
or. & hæc eſt I V. fallentia ad concluſio-
nem ſuperiùs formatam, quòd videlicet
ex pacto non liceat ingredi poſſeſſionem
bonorum debitoris, opponentis ſe etiam
nudis verbis, dummodò juſtam cauſam
reſiſtendi habuerit. Secùs, ſi prohiberet
creditorem ingredi abſque juſta cauſa.
*Bart. d. l. creditores. num. 19. & ibi Salic. 12.
Angel de Peruſ. 3. Bald 3. & Neguz. de pignor.
4. par. principalis. num. 14. & Iaſon. l. 2. num.
104. C. de jure emphyt. cum qua ſententia com-
muniter interpretes tranſeunt, teſtante Socino
conſil. 147. num. 11. vol. 1. & Tiraq. de jure con-
ſtit. poſſeſſorii, parte. 1. num. 37. quod idem pro-
bat etiam, ac ſequitur Menochius de adipiſc. poſ-
111 ſeſſ. remed. 5. num. 80.* exemplificarque Bar-
tolus, quid vocet juſtam cauſam, puta,
quando debitor ſolutionem debiti, cujus
nomine poſſeſſio nunc invaditur, integra-
liter offert, *argumento l. 2. ibi: debi-
toris denunciatio, ne creditor vendat pignus,
ita demum efficax eſt, ſi univerſum, tàm ſortis,
quàm uſurarum debitum offerat creditori, C. de-
bitorem vendit. pig. imped. non poſſ. cum l. ſi reus
paratus 73. ff. de procurat.* vel, quia objicit,
diem ſolutionis nondum expiraſſe. *gloſſ.
verb. allegatio. in l. non abs re. 10. C. unde vi.* aut
alia allegatione per leges approbata niti-
tur. *Bart. d. l. creditores. num. 19 per l colonus.
12 in fi ibi: niſi propter juſtam & probabilem
cauſam id feciſſe. ff. de vi & vi arm.* Tradit ta-
men iſto caſu Salicetus cautelam pro cre- 112
ditore, quæ poteſt eſſe generalis ad omnẽ
reſiſtentiam debitoris, ſive realem, ſive
verbalem, ſi metuat invaſor pugnas, ſan-
guinis fuſionem, vel tale quid ex ingreſſu
eventurum, quod tendat in delictum, aut
videat materiam præparatam ad malum,
quòd pro tunc debeat recedere, alio tem-
pore reverſurus, & commodiùs item fa-
cturus. *Salic. d. l. creditores. 3 num. 12 in fi-
ne.* Porrò, quòd dictum fuit, creditorem 113
non poſſe repellere debitorem reſiſten-
tem cum armis, id non tenendum eſt pro
regula generali vel univerſali, ſed cum
illa declaratione, niſi videlicet cred tur
ſemel habuerit poſſeſſionem rerum debi-
toris, ſibi ab ipſo traditam, vel verè, ita ut
debitor diſcedat à poſſeſſione, in eamque
dimittat creditorem. *arg. l. generaliter. 9.
ibi: nobis volentibus. ff. de acquir poſſeſſ.* vel et-
iam fictè, quod fit in terminis propoſiti 114
noſtri, ſi ultrà pactum ingrediendi inter-
veniſſet etiam conſtitutum. *Bart. d l. credi-
tores. 3. num. 11. & 19.* per quod transfertur
naturalis & civilis poſſeſſio in creditorem. 115
*l quod meo. 18. l. re pignoris. 37 ff. de acquir. poſſ.
l. quadam mulier. 77. de rei vindic. l. ſi pignus. 37.
de pignora. act l. minus inſtructus. 2. C. de ac-
quir. poſſ. l. qui bon. 10. in principio, & l. interdũ.
21. §. fin. eod.* hæc enim eſſet juſta cauſa, in 116
caſu non factæ ſolutionis, per vim expel-
lendi debitorem etiam reſiſtentem, ſive
cum verbis, ſive cum armis, ex quo tunc
reus intervertit creditori poſſeſſionem, ſi
non ipſum planè ſpoliat. *Bart. in d. l credito-
res. num. 11. ac facit, quod notat Baldus in l. 2.
num. 29. C. de ſervit. ſequitur Sylvanus conſ. 26.
num. 5. ac Vitalis de Cambanis in tract clauſula-
rum. verb. conſtituit precario nomine poſſidere. nu.
12. & ſeqq pag. 32.* Adeoq; creditor iſto caſu
non dicitur vim inferre, ſed illatam pro-
pulſare, *arg. l. qui poſſeſſionem. 17. l. cum fundum
18. ff. de vi & vi arm. & idem Bartolus in ſæpius
allegata l. creditores. num. 29. & 26. ſicut idem
tenet Franc. de Aretio in l. ſi ex ſtipulatione. 5. nu.
5. ff. de acquir. poſſeſſ. & Alex. conſ. 82 nu. 8 vol. 2.*
Idemq; foret, ſi debitor, ultrà pactum in-
grediendi, conſtitueret creditorem etiam 117
poſſeſſo-

poſſeſſorem rerum ſuarum, eandemq; rurſus poſſeſſionem precariò ab eo rogaret, donec ſolvat, quo caſu in creditorem rogatum transfertur poſſeſſio ſaltem civilis. *l. & habet. 15. § eum qui ff. de precario. & l. interdum. 21. in princ. ubi Bald. notat de acquir. poſſ.* qui, ſi circa executionem talis pacti inveniret reſiſtentem debitorem, poſſet ſaltem ſuam civilem poſſeſſionem, in qua eum turbat debitor, armis defendere. *Iaſ. d. l juſtè 11. per l. 3 § eum qui cum armis. de vi & vi arm. & in l. 2. num. 104. & 105. C. de jure emphyt. Alex. d. conſ. 82. num. 8. Anchor. conſ. 263. in fine. Romanus in l ſi ex ſtipulatione. 5. in fine ff de acquir. poſſ. Imola in c. potuit. num. 32 extra locati. Bart. d. l creditores. 3. num 18. & ibi Salic. 12. & 25. Neguz. in tract. pign. par. 4. num. 14.* Et, quòd civiliter poſſidenti liceat corporaliter ingredi auctoritate prætoris, teſtatur Baldus *in conſ 436. incip. quidam creditor. nu. 3. vol. 3. per l. ſi ſervus 6. quæ, ſecundùm eum, ad hoc propoſitum propriè convenit, ibidemq; gloſſa magna. verſ. vel dic. non erat. C. quod cum eo qui in alie. pot. & l. clam poſſidere. 6. § fin cum l ſeq. ff de acquir. poſſeſſ.* Idq; multò magis tenendum, ſi precarium præcedat aliquis titulus translativus dominii, prout eſt venditionis, puta, ſi dicat debitor, quatenùs non ſolvero tempore præfixo, fundus Sejanus erit tibi emptus ex tunc prout & nunc, ideòque tibi trado ejus poſſeſſionem, quam medio tempore mihi precario concedi peto, quo caſu transfertur & naturalis &
118 civilis poſſeſſio in creditorem, ùt, qui habet titulum, & propter titulum dominium rei habeat. *Rebuffus ad conſtit. regni Gall. in tract. de donat. & earum inſinuat. ar. 3. gl. 3.* Eſtq; ratio, quod ille, qui de præſenti rem tenet, mihi, non ſibi poſſideat, *d. l. quod meo 18. de acquir. poſſeſſ. cum l. non ſolum. 33. §. finali, de uſucap & hæc ſententia communis eſt, quam omnes ſequuntur, teſte Tiraquello in tractatu de jure conſtituti poſſeſſorii, part. 1. num. 37* Etiamſi autem pleriq; Dd. in locis nunc allegatis, videantur concludere indiſtin-
119 ctè, quòd in caſu conſtituti, item precarii (ſive debitor foveat juſtam, ſive injuſtam reſiſtendi cauſam) creditor, etiam contra objicientem corpus ſuum, poſſeſſionem rerum, quas de facto debitor tenet, valeat occupare: tamen Menochius illam concluſionem reſtringit pluribus modis, Pri-
120 mò ſiquidem etiam in his terminis, conſtituti & precarii, diſtinguit, an videl. reus habeat legitimam cauſam contradicendi, ut ne tunc quidem liceat creditori intrare

poſſeſſionem contra reſiſtentem, *Menoch. de adipiſc poſſ. remed 5. num. 81.* & ante eum idem tenuit Salic. *in l. in poſſeſſionem 5. in pr. C. ad l. Iul. de vi pub. & Socin. conſ. 78. nu. 7. vol. 3.* ubi inquit: quòd, quamvis in contractu ſit pactum executivum, cum clauſula conſtituti; tamen ne tunc quidem poteſt quis via facti uti, reſiſtente illo, qui naturaliter rem tenet, quando ex juſta cauſa contradicit, puta objiciendo, quòd ſolverit, vel dennò ſolvere paratus ſit, *per ea, quæ traduntur in 3. Parte hujus Operis cap 12. nu 93.* Secùs, ſi forte reus allegaret, datum ſibi mutuum non 121
eſſe, vel ſimile quid, tunc enim, quia illa cauſa habetur pro non cauſa, licitus eſt iſto caſu ingreſſus, etiam contra reſiſtentem. *Menochius ubi ſuprà nu 83 poſt Bart. in l. a. nu. 2 nu. 3. & ibi Iaſ. 103. C. de jure emphyt. idem tenet etiam Imola in c potuit. n. 30 extr. locati. quæ declaratio ſatis placet.* Iuſtam autem cau- 122
ſam dicimus eſſe ejus, qui opponit ſe creditori, ad eum finem, non ut ipſum expellat, vel privet ſua civili, ſed ut tueatur ſe in naturali poſſeſſione, ideoq; talem poſſeſſorem per vim expelli non debere cenſet. *Menoch. de adipiſc poſſ remed. 5. nu. 82 poſt Imolam in d. c. potuit. nu 32. extra locati.* Secundò reſtringit idem Menochius hæc dicta Do- 123
ctorum, quòd tunc demùm procedant, quando creditor ſtatim, ſimul atq; videt, debitorē ſine juſta cauſa reſiſtere, nec admittere ipſum in poſſeſſionem, per vim ingreditur. Secùs, ſi hoc faceret ex intervallo, *Menoch. de adipiſc poſſ. remed. 5. num. 84. allegat Imolam in d. c. potuit nu. 32 & Bart d. l. creditores. 3. num. 18. per l. 3. §. eum igitur, qui cum armis. 9. verſ ſed hoc confeſtim, non ex intervallo ibiq. gl ff. de vi & vi arm.* Tertiò reſtringit hanc limitationem Menochius ad talem violentiam, quæ tamen non habeat admixtum delictum, *Menoch ubi ſuprà nu.* 124
85. puta, ubi violentia non adhibetur cum coadjuvatione hominum, vel fuſione ſanguinis, iſta enim totaliter eſt prohibita. *Salic. d. l. creditores. 3. nu. 11. & ſequitur Neguz. de pign. 4 parte princ. nu. 14.* Quod inde procedit, quia adverſarius, qui oppugnatur, ſaltem naturaliter inſiſtit poſſeſſioni, ideoque reſiſtentia, quam facit etiam cum armis, præſumitur in dubio pro defenſione rerum ſuſcepta, maximè, ſi ſint magnæ æſtimationis & pretii, *argumento c. 2. ibi. ſe ſuaq; defendendo. extra de homicid. l. 1. C. unde vi. l. 3. §. eum igitur. 9. ff. de vi & vi arm. l. is qui aggreſſorem 2. l. ſi ut allegas 4. C. ad l. Cornel. de ſicar. & tactum fuit paulò antè n. 122.*

Quantum

Quantumcunq; enim non contemnendi valoris ſint bona, quorum poſſeſsionem quis invaſurus eſt: tamen, quia ſunt tranſitoria, quibus longè præferenda eſt animæ noſtræ ſalus, cujus reſpectu totus etiam mundus debet haberi pro re vili, *ſecundùm Bolog. in l. ut vim. 3. num. 66. ff. de juſt. & jure. per l. ſancimus. 21. in fine, ibi: animas hominum quibuſcunq; rebus præferri. C. de SS. Eccleſ.* (quid enim juvat lucrari totum mundum, ſi animæ ſuæ periculum quis faciat. *c. Matthæus. extra de ſimonia*) bene cautus & ſollicitus creditor eſſe debet, ne, inhiando rebus tranſitoriis cum violentia facti, ſe vel ipſum, vel alium, in diſcrimen non tantùm vitæ: ſed etiam æternæ ſalutis præcipitet, *arg. c. ſuſcepimus. ubi not. Abb. extra de homicid. & c. ſignificavit extra de pœnit. & remiſsion.* Sic itaque probata eſt concluſio noſtra, in qua tradidimus, manus injectionem in bona debitoris, virtute pacti executivi, etiam abſque ordine judiciali per creditorem fieri poſſe. Quam concluſionem generaliter intelligi volumus, non tantùm de ea manus injectione in bona debitoris, quam creditor facit propria authoritate, ſed etiam de ea, quæ fit per judicem, ſive per viam paratæ executionis, ut, quia inſtrumentum cantat, contra debitorē, in caſu moræ, poſſe procedi ad executionem, ſive per viam miſsionis in poſſeſsionem, ſive per areſti viam, ſive per medium ſequeſtrationis, puta, quando conventum eſt inter partes, ut, in caſu moræ, creditor habeat licentiam detinendi vel areſtandi res obligati. Idemq; per omnia juris eſt in terminis juris municipalis ſcripti, vel non ſcripti, dictantis poſt moram creditori tribui paratam executionem, vel licentiā areſtandi, vel aliter detinendi bona debitoris, cùm à pacto ad ſtatutum affirmativè ductum argumentum in jure ſit infallibile, *l. non eſt impoſsibile. 50. & ibi notat gl. ac Iaſon. ff. de pact. ac facit l. finalis C. de fidejuſſor. & gloſ. communiter approbata in rub. C. de decretis decur, lib. 10.*

SUMMARIUM CAPITIS VI.

1. Fœminæ & maris conjunctio diverſorum ſexuum & formarum fœtus edit.

2. Pacta qualiacunq; appoſita contractibus veſtiunt & informant illos.

3 Detentio debitoris eſt multiplex.

4. Manus injectio in perſonam debitoris quid?

5. Carceris definitio.

6. Privatus carcer regulariter prohibitus.

7. Carcer eſt quadruplex, pœnæ, cuſtodiæ, 8. pœnitentiæ. 9 item tædii. 10. qualis eſt carcer debitoris, qui uſurpatur pro executione pacti num. 81.

11. An valeat conventio ut in caſu non factæ ſolutionis debitor incarceretur?

12. Debitor moroſus, etiam ex pacto non poteſt carcerari.

13. Captura perſonæ eſt citatio realis, & ſpecies juriſdictionis.

14. Iuriſdictio per privatum privato conferri nequit.

15. Captura occaſionem præbet tumultibus & rixæ, ideò non permittitur creditori, etiam ex vi pacti, capere debitorem, ſive ut privato, ſive ut publico carcere coërceatur. 16. 20. contrarium tamen verius. num. 47. 48 55. & 101.

17. Scriptor libri moroſus poteſt ex pacto conjici in compedes. & num. 47.

18. Obligatus ad factum, cujus induſtria fuit electa, non liberatur præſtando intereſſe, ſicut in obligatione facti, quod concernit publicam utilitatem, 19.

21. Debitor non poteſt ſe obligare, in caſu moræ, ad ſubeundum publicum carcerem, etiā cum juramento, niſi tale pactum ſuſtineatur ex loci conſuetudine. 22. item nu. 47. 53. vel initur ſuper obligatione momentanea, num. 54. licet magis communis opinio ſit in contrarium, num. 47. & 48. cum ſeqq. & num. 55. 56. item 91.

23. Debitor non excuſſus, nec non ſolvendo repertus non poteſt carcerari, ſicut nec debitor inſufficiens, qui tamen fidejuſſores ſufficientes habet. 24. niſi ad carceres ſeſe adſtrinxerit, num. 80. item 53. & 55. cum ſeqq.

25. Fidejuſſorum facultates cenſentur aggregatæ facultatibus principalis. & 12e.

26. Pecuniaria pœna non luitur in corpore, niſi obligatus deſinat eſſe ſolvendo.

27. Minima etiam pœna corporalis major eſt quavis pecuniaria.

28. Carcer non niſi ad cuſtodiam inventus regulariter.

29. Liber homo non debet in ſtipulationem deduci.

30. Membrorum suorum nemo eſt dominus, quo ad extinctionem vel amputationem eorũ. num 86. ideò non poteſt ſe obligare teſtis ad membri abſciſſionem, in caſu depoſitæ falſitatis. 31. & 35.

32. Verberandi poteſtas an alicui concedi poſſit per pactum?

33. Libertas hominis infringitur per pactum partis de carcerando ipſum in caſu moræ.

34. Servire hominem liberum ob æs alienum, indignum eſt.

35. Servitus mortalitati comparatur, intelligendo de ſervitute illiberali, qua quis efficitur mancipium domini, ſecùs in ſerviente, qui præſtat operas ſuas creditori. 82.

36. Perſonæ detentio magis eſt ignominioſa, quàm detentio rerum.

37. Carceratio ſpecies eſt torturæ, intelligendo de carcere ſubterraneo noxiorum hominũ, ſecùs in carcere debitorum. 81. & 91.

38. Carcer mala manſio, & cuſtodiæ deputatur. non pœnæ.

39. Carcerem ex cauſa pecuniaria nemo debet pertimeſcere, niſi ex pacto. num. 45.

40. Malitiis hominum obviandum, quibus major datur anſa incarcerando debitorem.

41. Debitor detentus in carcere arcetur à divinis intelligendo, de ingreſſu eccleſiæ, non autem ab iis quæ aliter pro ſalute animæ conducunt. 97.

42. Debitor detentus in carcere retrahitur ab exhibitione uxoris, & procreatione ſobolis, contrarium tamen veriùs. 100. & 98.

43. Carceratio debitorum eſt quædam ſpecies executionis.

44. Ceſſioni bonorum non renunciatur. & 95. & 96.

45. Debitor ex pacto executivo poteſt capi ſine aliquo proceſſu judiciario, ut maximè nulla ſit adverſus eum ſuſpicio. 46.

49. Torturæ pactum non valet, etiamſi conveniatur, quòd judex eam inferat. 51. cum per eam debilitetur corpus. 52.

50. Pactum, quòd, in caſu non ſervatæ fidei, adverſarius mihi alapam infringat, an valeat?

54. Pactum, quo quis ſe pro alio obligat ad pœnam corporalem, non valet.

55. Captura permiſſa alicui privata authoritate ex pacto debitoris, poteſt ad inſtantiam creditoris per judicem exerceri, in executionem pacti.

56. Debitor carceratus per judicem ad petitionem partis, ex vi pacti, poteſt per creditorem mitti, & licitè recedere, etiam ſine requiſitione judicis.

57. Locus obſtagii non præſcribitur arbitrio judicis, ſed pendet à poteſtate creditoris.

59. Servus dicitur eſſe in bonis noſtris, liber homo autem extra commercium eſt. 60.

61. Adſcriptitius ex pacto obligatur ad perpetuò hærendum in prædio, & eſt nihilominùs liberi ſtatus.

62. Interdictum, de libero homine exhibendo, non habet locum contra eum, qui detinet volentem.

63. Plagii crimen non incurrit, qui liberum hominem volentem vendit.

64. Conſenſum ſemel accommodari ſufficit, licet in eo non perſeveretur.

65. Remittentibus actiones ſuas non datur ad eas regreſſus.

66. Legatum uxori relictum, ut ſtet cum hæredibus teſtatoris, utile eſt.

67. Argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus valet.

68. Ultio vel vindicta privata ex pacto non eſt prohibita, dummodò ſervetur moderamen legis.

69. Executiva pacta, vel ſtatuta non auferunt defenſionem reis, ſed differunt tantùm.

70. Citatio ex partium conventione remitti poteſt.

71. Libelli oblationi poteſt renunciari per pactum.

72. Argumentum à rebus ad perſonas & econtra validum.

73. Furioſus retinet nihilominùs bona ſua, & dignitatem.

74. Debitor fiſcalis poteſt executari abſq; omni alio proceſſu, ſuper debito liquido. 75

76. Operarum pactum valet, etiam perpetuarum.

78. Obſtagii obligatio licita eſt.

79. Sententia, quæ tranſiit in rem judicatam, ſicut parti officium judicis, pro executione parata, ita idem eſt in pacto paratæ executionis.

81. Contumax pro cauſa pecuniaria poteſt per judicem puniri carcere.

82. Detentio liberi hominis doloſa prohibita eſt, ſecùs in voluntaria, & quæ fit ex legitima cauſa.

83. Mariti pactum, quòd pro dote exigatur in ſolidum, reprobatur.

84. Debitor dicitur quaſi ſervus creditoris.

85. Pactum bonis moribus naturalibus contrarium prohibetur, ſecùs, ſi civilibus tantùm obviet.

17. Pa-

87. Pactum perpetui & præciſi carceris non valet. ſecùs, ſi ſit temporale.

88. Faciendi obligatio, licet poſt moram in contractibus ſuccedat ad intereſſe, tamen in ultimis voluntatibus præciſa eſt.

89. Liber homo non poteſt obligari, ut ſervitus aut pignus in eo conſtituatur. 90.

92. Carceris pactum creditori eſt ad hoc proditum, ut magis ſollicitè cogitet debitor de remediis ſolvendi, pro ſua liberatione, & num. 99.

93. Renunciare juri publico nequit, ſi illud jus utilitatem privatam, à publica tamen inſeparabilem, contineat, aliàs ſecùs.

94. Clerici conventi non poſſunt in laicum judicem conſentire.

96. Debitor carceratus in caſu moræ ex pacto, offerendo ſe ad ceſſionem bonorum, è carcere liberatur.

98. Debitori in carcere detento non præciditur uxoris cohabitatio.

99. Captivus poteſt pro utilitate reipub. liberari è carcere, etiam invito debitore.

100. Carcer talis eſſe debet, in quo poſſit etiam operas ſuas facere detentus. & 113.

101. Communi opinioni non inhærendum, ſi lex vel urgentiores rationes habeantur in contrarium.

102. Carceratus pro debito pecuniario in agone mortis debet relaxari, adhibita tamen fida cuſtodia ad domum, ne, ſi per fugam evadat judex poſtea teneatur ſolvere, quod debebat principalis.

105. Carceratus ſuis expenſis ſe exhibet, ſi habet, alias debet ali per carcerari facientem. 103. ac niſi fiat, impunè relaxatur, etiam invito creditore. num. 104.

106. Carceratus per magiſtratum ex officio, ſi non habet unde ſe alat, alitur à judice, niſi ad alterius inſtantiam fuerit captus, tunc enim capiens providebit ei de ſumptibus.

107. Carceratus ad inſtantiam privati, ſi is alimenta denegat, impunè relaxatur per judicem, niſi alia ſit loci conſuetudo, quòd carcerati vivant ex eleemoſynis. 108.

109. Carceribus includi fœminæ non debent pro cauſa pecuniaria, etiamſi recuſent cedere bonis. 110.

111. Debitores in cauſa pecuniaria non ſunt includendi carceribus ſubterraneis, vel compedibus ligandi, ſed liberæ cuſtodiæ committendi, niſi conſuetudo loci ſit in contrarium.

112. Debitori ex cauſa pecuniaria poteſt etiam tota civitas, vel diverſorium certum in ea deputari pro carcere, ſecundum dignitatem videlicet perſonæ.

114. Carceratio debitoris evitatur per dationem in ſolutum prædii melioris, item per ceſſionem bonorum. 121. ſecùs tamen, quò ad ultimum, eſt de jure Saxon. 125.

115. Ordo executionis qui ſervandus eſt adverſus debitorem in l. à Divo Pio §. in venditione de re jud.

116. Debitoris defuncti corpus non debet areſtari. & de areſtantis pœna. 118. licet Angelus teneat contrarium. num. 119.

117. Sepulturæ non tradita corpora fœtorem excitant. 120.

120. Sepultura cœmiterii cui denegatur, poteſt ſepeliri in horto ſuo, vel alio loco privato. 121. Ceſſione bonorum evitatur carcer, & quomodo.

122. Cedenti nihil relinquitur, præter nuda panicularia.

123. Bonis cedentiū curator datur.

124. Ceſſio bonorum debitoris non liberat fidejuſſorem, ſi creditor contra eum velit procedere.

125. Debitor non ſolvendo exiſtens condemnatur de jure Saxon. ad compedes vel operas creditoris, nec auditur cedendo bonis, & talia ſtatuta valent.

126. Ab obligatione operarum debitor non liberatur cedendo bonis.

127. Debitor offerens rem meliorem de ſuis bonis, pro ſolutione pecuniæ debitæ, vel alia pignora, evitat adjudicationem ad manus creditoris, idemq́; eſt, ſi offerat idonea nomina num. 130.

128. Creditor non cogitur unum pro alio recipere invitus, quo ad hoc, ut dimittat remedium executionis inſtitutæ vel inſtituendæ contra debitorem, non autem, quod ſtatim poſſit devenire ad manuinjectionem contra perſonam obligati.

129. Captura perſonæ non aliter permittitur, niſi prius excuſſis bonis debitoris, & ſolvendo non repertis.

131. Solvendo etiam is dicitur, qui habet nomina debitorum ſaltem exigibilia. Item is qui quamvis bona non poſſidet in loco in quo convenitur: alibi tamen ſufficientes facultates habet. 132.

133. Debitor habens fidejuſſores idoneos priùs datos, evitat per hoc carcerationem & adjudicationem ad manus creditoris, donec ipſi quoq; excuſſi fuerint.

134. Fidejuſſorum novorum oblatio an impediat executionem paratam, in perſonam debitoris? hoc eſt, adjudicationem debitoris

ad manus creditoris, quæ quæſtio in utramq; partem diſcutitur. 135. & quid hic tutius ſequendum oſtenditur. 136.

135. *Ius ex lite reſuſcitari non debet.*

137. *Creditor abducens condemnatum ad manus debitorem, ejus uxori & liberis tenetur cavere de non offendendo, item, de alimentando ad inſtar ſuæ familiæ.*

138. *Debitoris adjudicati & conſtricti operæ de jure Saxonico taxantur.*

139 *Laboranti non debent ſubtrbhi alimenta.*

140. *Operæ debitoris adjudicati creditori quotidiè minuunt debitum, etiamſi in manicis ferreis detineretur, nihil operando.*

141. *Debitores non ſolvendo exiſtentes, ex lege 12. tabularum, cujus verba hic recitantur, & quæ non multum diſcedit à jure Sax. 143. ad capitis pœnam, vel ad ſervitutem condemnabantur. 142.*

142. *Dura quidem utraq; lex, ſed quia ſic ſcripta, eſt ſervanda. 141.*

144. *Leges pro diverſis hominum moribus ſæpe mutantur.*

145. *Debitor fugiens ad eccleſiam impunè extrahi poteſt.*

146. *Nobiles non condemnantur, niſi in quantum facere poſſunt.*

147. *Nobiles privatæ conditionis hominibus præferuntur, quia dicuntur habere dignitatem. 148.*

149. *Doctores actu legentes non patiuntur executionem in perſonam, propter magnam ipſorum claritatem, ſecùs in non exercentibus ſuam profeſſionem. 151.*

150. *Doctores actu legentes in ſtudio privilegiato per 20. annos, adipiſcuntur comitivam primi ordinis.*

152. *Militum privilegia extenduntur etiam ad nobiles, obtinentes feuda pro ſervitiis, niſi heluando, vel propter turpitudinem vitæ, ſe indignos faciant privilegio. 153.*

154. *Solvendi impotentia vel inſufficientia, an probatur per creditorem, vel debitorem?*

155. *Paupertas debitoris allegata per creditorem, per eundem etiam probari debet, ſi antè fuit dives & poſſeſſionatus, aliàs ſecus. 162.*

156. *Nomina debitorum habens dicitur eſſe ſolvendo, nec patitur executionem in perſonam, ſi modò certa & exigibilia ſint, aliàs ſecùs, 164.*

157. *Carcerem evitare volens, tenetur omnia ſua bona exhibere, ut ne obulum quidem retineat. 159. etiam ſub juramento 158.*

160. *Mobilia executandus eo ipſo habere non dicitur, quando non producit ea.*

161. *Dives nemo naſcitur, ideò ſolvendo quis nõ præſumitur, niſi appareat, eum eſſe poſſeſſionatum, vel olim fuiſſe divitem. 162.*

163. *Pauper, item dives quis dicatur, arbitrio judicis relinquitur.*

165. *Fidejuſſor nunquam præſumitur idoneus, niſi probetur.*

CAPUT SEXTUM.

DE MANUSINJECTIONE IN PERSONAM DEbitoris, ortum habente à pacto executivo.

1 SICUT EX CONJUNCTIONE maris & fœminæ natura procreat diverſorum ſexuum & formarum fœtus, *l. maximum vitium. 4. §. conſtitutio. verſ. qui enim differentiam. C. de liber. præter.* ita non diſſimiliter in contractibus partium conventio, tanquam mater, non unam, ſed plures manuuminjectionis ſpecies edit ac producit, *argumento l. licet. 42. ff. ea obligatio ff. de procur.* cùm
2 multiplicia, imò omnis generis pacta, quæ in ſpecie prohibita per leges non inveniuntur, circa contractus admittantur. *l. 1. §. ſi conveniat. ff. depoſiti. l. 1. C. de pact. pig. & l. 2. in princ. C. de jure emphyt. ac not. gloſ. & Bart. in l. jurigentium. 7. ff. quin imò. 5. de pact. l. legem quam dixiſti. 10. C. eod.* Nonnunquam enim agitur inter contrahentes, ut in caſu moræ, creditori liceat injicere manum in bona obligati, quo de quantùm ſufficit, actũ fuit in cap. præcedenti, interdum convenitur, quòd æquè liceat in perſonã manusinjicere, ſicut in bona, cum captura videl. debitoris, quæ ipſa quoq; inter ſpecies executionis refertur, *ſecundùm Bart. in l. is qui reipub. 44. n 3 ff ex quib. cauſ. major. per l. 1. & 2. de teſſ. bonor.* Atqui ea ipſa executio, 3
per detentionem perſonæ debitoris, in eventum moræ, includatur carceri, *de quo habetur per gloſ. & Doctores in l. ob æs. 12. C. de act. & oblig. c. lator. extra de pignor. & notant Legiſtæ in l. creditores. 3. C. de pignor.* vel convenitur, ut ad creditoris inſtantiam, reus per judicis officiũ areſtetur

tam

tàm diu, donec ſatisfaciat creditori. *Mo-*
lin. in conſuet. Pariſ. tit. 2. gloſ. 1. verb. areſt.
ſæpiùs etiam in ſtipulationem deducitur,
ut, in eventum non ſervatæ fidei, debitor,
ad requiſitionem creditoris, ipſemet ſe ſi-
ſtat in aliquo certo loco, inde non receſ-
ſurus, donec ſolvat, quod genus executio-
nis in perſonam obſtagium vocamus, &
habetur de eo textus *in c. ex reſcripto. extra*
de jurejur. quin & illud non eſt inuſitatũ,
quòd debitor, recepta mercede vel mu-
tuo, obligat ſe ad operas temporales, cer-
tas vel incertas, tantiſper, donec conſe-
quatur creditor, id, quod in obligatio-
nem eſt deductum, *qua de re videatur An-*
gel. de Peruſ. in d. l. ob æs. 12. num. 2. & auth.
inò ſequente C. de action. & oblig. cum gl. in
l. nemo carcerem. 2. ubi etiam notat Bart. &
Ioan. de Platea. C. de exact. lib. 10. Vocamus
4 itaque manus injectionem in debitorem,
quando ipſe, in eventum non factæ ſolu-
tionis, prehenditur aut ſiſtitur perſonali-
ter ac corporaliter, ad eum finem, ut ſe-
cundùm formam conventionis, aut diſ-
poſitionis in inſtrumento vel ſtatuto
comprehenſæ, captivus in carcere, vel in
aliqua libera cuſtodia (prout in areſtis &
obſtagiis fieri ſolet) vel ad præſtandum
operas teneatur, ſive per partem, ſive per
judicem requiſitus, à quibus locis aut ope-
ris, conſtricto impunè recedere non licet.
l. 2. ff. de libero hom. exhib. l. hominis. 2. de u-
ſufr. leg. Verùm, quia iſta diſputatio de de-
tentione perſonarum pendet principali-
ter ab ea quæſtione, an valeat pactum de
carcerando debitorẽ in caſu moræ? ideò,
quid ſuper hoc articulo juris ſit, ab initio
5 explorandum venit. Definitur autem
carcer, eſſe locus publicus, ſecurus horri-
bilis, repertus non ad pœnam, ſed ad fa-
cinoroſorum cuſtodiam. *Bald. in tract. de*
carcere, num. 2. quem tamen aliqui Bartolo aſ-
ſcribunt (quod verius eſt, ſicut & inter alias
Bartoli lecturas habetur) Ac dicitur in defi-
nitione, eſſe locum publicum, ad diffe-
rentiam privatorum carcerum, qui regu-
lariter ſunt inhibiti, *l. un. C. de privat. car-*
cer. & additur, ſecurus, quia inventus eſt
pro aſſecuratione noxiorum, qui detinen-
tur ex criminali cauſa, ſangvinis puta, vel
aliam corporis pœnam ingerente, *arg. l.*
nemo carcerem. 2. verſ. carcer pœnalium. C. de
exactor. trib. lib. 10. de quo in l. de cuſtodia. 1.
& l. divus. 3. ff. de cuſtod. reorum. ideoque
additur, horribilis, quia ut plurimùm ſub-
terraneus eſt, & omni luce carens, ad dif-
ferentiam ejus carceris, qui aſſignatur de-
bitoribus pro cuſtodia, donec ſolvant. Et-
ſi enim Doctores aliàs triplicem carcerẽ 7
regulariter conſtituant. *Io. de Imol. in l. ne-*
mo carcerem. n. 6. C. de exact. trib. lib. 10. unum
pœnæ, prout eſt damnatio in metallum,
ſive ad certũ tempus, ſive ſine præfinito
tempore, quo poſteriore caſu condemna-
tio ad decennium intelligitur. *l. capitaliũ.*
28. §. divus. juncta l. ſine præfinito. 23. ff. de
pœnis. itẽ, condemnatio ſervi delinquen-
tis ad perpetua vincula vel cõpedes. *l. ſer-*
vus 10. C. eod. tit. alium cuſtodiæ, quæ ta- 8
men tendit ad faciendam tandem pœnæ
executionem adverſus carceratum. *d. l.*
divus. & d. l. nemo carcerem. verſ. carcer noxio-
rum: & tertium pœnitentiæ. *c. quamvis ibi:* 9
in perpetuum vel ad tempus carceri mancipes, ad
pœnitentiam peragendam. extra de pœnis. in 6.
& c. fin. de hæret. eod. tit. quo de videatur Roma-
nus ſing. 711. n. 1. ac latè Hippol. in pract. crim.
§. attingam. n. 26. & ſingul. 565. per l. aut
damnum. 8. §. ſolent. ff. de pœnis. l. qui neq; 48.
§. ſolutum. l. vinculorum 24. l. verùm. 218. de
verb. ſig. l. qui in carcerem. 22. quod metus cau-
ſa l. penult. §. fin. de dona cauſa mort. tamen
eſt & quartus carcer, debitorum videli- 10
cet, quo de tractatur in materia noſtra, &
nihil aut parùm cum omnibus trib. ſuprà
deſcriptis cõmune habet, quia nec ſubter-
raneus, nec opacus eſt, ut hominũ noxio-
rũ, neq; vel ipſe pœnæ loco ingeritur, ne-
que ad pœnam, vel ad pœnitentiam tendit,
ſed eo tantùm fine imponitur, ut tantiſper
hæreat reus in locis pro carcere deputa-
tis, donec ſatisfiat creditori, eumq; vocant
tædialem. *Ioh. de Platea in d. l. nemo carcerem.*
in principio. verſ. carcerem intelligo, tàm pœnalẽ,
quàm tædialem. per illum textũ, verſ. ſi quis ob-
durata. propter moleſtiam videlic. & tæ-
diũ, quod captivo injicit illa commoratio
diutina in uno eodemque loco. Hoc ita
præmiſſo, dubiũ incidit, an valeat conven- 11
tio inter creditorem & debitorẽ inita, ut
hic, in caſu non factæ ſolutionis ad præ-
fixũ diẽ, carcerari poſsit? Et iſta quæſtio
continet tria membra, primò, an, virtute
dicti pacti, creditor propria auctoritate
manus in reum injicere, eumq; detinere
poſsit in ſuis privatis parietibus & latu-
mis? *arg. l. ſuccurritur 9. ex quib. cauſ. ma-*
jor. l. qui in carcerẽ 22. quod metus cauſa. l. cum
hæredes 22. §. item quæro. de acquir. poſſ. aut,
ſi forſan iſtud juribus abominabile vi-
deatur, an licitum ſit creditori, ex vi præ-
renſæ conventionis, debitorem ſuum ſal-
tem proprio motu apprehendere, & ap-
prehenſum deinceps publicis carceribus

juſdicentis commendate? tertiò & ulti-
mò, an ad minùs in caſu præmiſſi pacti,
non facta ſolutione ſub diem deſtinatum,
reus, ad inſtantiam creditoris, per officia-
les ac familiam judicis capi, ac carceribus
conſtringi valeat, donec creditori ſatis-
12 fiat? De primo accipite hanc concluſio-
nem pro indubitata, quòd videlicet cre-
ditori non permittatur, etiam in caſu ex-
preſsæ conventionis, debitorem moro-
ſum propria authoritate capere ac carce-
rare. *Dynus in l. alia. 14. §. eleganter. quem
ibidem refert & ſequitur Alex. num. 6. Ioh. de
Imola 5. Bart. n. Alber. 5. Bald. num. 1 & Fran-
ciſc. Aretinus 2. ff. ſol. matrim. ubi addit Areti-
nus, iſtam opinionem per Dd communiter teneri,
& idem profitetur Alciatus in c. cum non ab ho-
mine. num. 75. extra de judic. quam ſententiam
certam & veram eſſe probat etiam Ioh. Franc.
Ripa in l. obligatione generali, 6. num. 22. ff.
13 de pignor.* Cum enim captura perſonæ ſit
citatio realis, & ſpecies jurisdictionis,
*Alex. in d. l. alia. §. eleganter. nu 6. verſ. octa-
vo quòd non poſſit. per § ſi verò. auth. de exhib.
reis. & ibi gloſ. verb. judex. collat. 5. Alex. in l.
imperium 3. num 22. & ibi Bart. 8 ff. de jurisd.
om. jud. & idem Bart. in l. interdum. 49. §. qui
furem. num. 2. de furt. alleg. l. Divus Pius. 3. de
ſervis fugit. cum §. & judicare. ibi: non debent
trahere obligatos. accipiendo verbum trahe-
re pro eo, quod aliàs dicimus, apprehendere,
vel ſiſtere auth. de defenſor. civit. colla. 3.
ſed meliùs probat text. in l. un. C. de privat.
14 carcer. inhib.* ſatis patet, quòd per dictum
pactum de capiendo & carcerando debi-
torē, non potuit conferri juriſdictio cre-
ditori, qui per ſe erat privatus, & nullam
habebat juriſdictionē, vel à Principe, vel
à lege ſibi tributam, *l. privatorum. 3. C. de
jurisd. om. jud. juncta l. 1. in princ. ff. de offi-
cio ejus cui mandata eſt jurisdictio.* Accedit &
15 illud, quòd captura privata præbeat oc-
caſionem tumultibus & rixæ maximè, ſi
creditor inveniat debitorem reſiſtentem
per ea, quæ in materia prehenſionis bo-
norum, facienda propria creditoris au-
thoritate, notant Alex. *in l. juſtè. 11. nu. 77.
& alii Dd. de acquir. poſſ. & omnes in l. alia. 14.
§. eleganter. ſolut. matrim. & in l. creditores.
3. C. de pignor. ac ſequitur Matth. de Afflict.
in conſtit. Neapol. lib. 1. de cultu pacis. rubr. 8.
num. 16. per l. non eſt ſingulis. 176. de reg. jur.
& l. ſi cujus. 13. §. ſed ſi inter 3. verſ. æquiſ-
ſimum. de uſufruct. ac faciunt, quæ latiùs fue-
rant tractata in Cap. præced. num. 93. & 99.
cum ſeqq.* Idemque juris eſt & in ſecundo
16 membro, quòd videlicet creditori non
liceat ex pacto capere debitorem pro-
pria authoritate, quantumvis eum po-
ſtea in continenti præſentet judici ad
publicum carcerem. *Iohan. de Imola in d. l.
alia §. eleganter. num. 3. verſ. idem dicas, ſi
ad publicum, quòd ſenſit etiam gloſ. l. inter-
dum. 56. §. qui furem. verb. damnato. de furt.
& Alexand. in d. §. eleganter. num. 9. ibidemq́;
Albericus num. 5. & 6. Angelus in l. nemo. 55.
num. 1. de legat. 1. & hanc quoq; ſententiam re-
fert communem eſſe Iohan. Franc. Ripa in d. l.
obligatione generali. 6. num. 24. de pignor. pro
qua etiam militant omnia fundamenta pro de-
ciſione primi membri adducta.* Etſi verò cùm
hac ſententia pugnat *gloſ. in l. ſtipulatio 21.
§. opus. verſ. ſive autem. de novi oper. nunc.* ubi
tradit, valere pactum cum ſcriptore ali- 17
cujus libri initum, ut, in eventum moræ,
teneatur in compedibus tantiſper, donec
ſcripſerit librum, & addit, omnes Dd.
Bononiæ tunc reſidentes in hoc concor-
daſſe, quam ſequitur etiam Specul. *in tit.
de renunciat. & concluſ. §. 1. verſ. item eſt be-
neficium. num. 29. Bald. in c. quemadmodum
num. 7. extra de jurejur. & in l. ſi traditio. 4.
quæſt. 1. C. de action. empti. & in l. ſi, hi con-
tra quos. 22. C. de locato. & in l. quisquis 26.
in fi. C. de epiſcop. & cler. Iohan. de Imola in
c. 2. num. 19. extra de pignoribus. Bart. in l.
ſtipulationes non dividuntur. 72. quam ipſe le-
git cum §. Celſus num. 36 verſ. aut erat im-
plendum in perſona actoris. de verb. oblig. &
in l. ſtipulatio. 21. §. ſive autem, num. 1. de no-
vi oper. nunt.* Albericus *nu. 7.* ubi poſt Guiel.
de Cuneo ſubjicit, iſtam gloſſam eſſe
communiter approbatam, &, quòd ſcri-
ptor libri, obligans ſed ad compedes,
in eventum moræ, poſsit in vinculis de-
tineri, eam ſententiam communi Dd.
calculo approbari fatetur Jaſ. *in d. l. ſtipu-
lat. 21. §. habet autem. num. 11. de nov. oper.
nunc.* ubi reprehendit Alexandrum. *in l.
alia. 14. §. eleganter. num. 6. verſ. fallentia ſe-
cunda. in fi. ſolut. matrimon.* tenentem di-
verſum: tamen iſtud eſt ſpeciale, tùm,
quia ibi fuit electa induſtria perſonæ 18
unde tenetur præcisè ad factum. *l. nemo
eſt qui neſciat. 5. de duobus reis l. inter artifi-
ces. 31. de ſolut.* tùm, quia vertitur in eo
publica utilitas, quò ſcholaris habeat
multos bonos libros, ex quibus ſe poſſit 19
inſtruere ad publicam utilitatem. *Alber.
in d. § ſive autem num. 5 6. 7. & Alex. d. l.
ſtipulationes non dividuntur. 72. num. 29.* li-
cet ipſe ibidem magis inclinet in contra-
riam ſententiam, *quæ eſt Bartoli, in d. l. ſti-
pulatio. §. ſive autem, num. 1. circa finem.* Ego
addo

addo tertiam ſolutionem, quòd ſcriptor
libri, ex non ſervata obligatione, poſſit
includi carceribus, donec ſtet promiſ-
ſis, iſtud intelligendum eſſe, ut fiat me-
diante judicis officio. Aditus enim à cre-
ditore prætor, expoſito ipſi pacto execu-
tivo, faciet apprehendi ſcriptorē, eiq́; aſ-
ſignari certum locum, in quo detineatur
ligatus compedibus vel manicis ferreis,
donec abſolvat ſcripturam, & ita nihil
contrariabitur dicta gloſs. *in l. ſtipulatio.*
§. ſive autem. concluſioni noſtræ. Ac quòd
20 pactum, quo quis obligat ſe ad carceres,
ſive privatos, ſive publicos, permitten-
do manusinjectionem creditori, non va-
leat iſtud communiter approbari, teſta-
tur Vivius *in tract. commun. opin. verb. debi-*
tor non poteſt ſe obligare. & Alciatus *in c. cùm*
contingat. num.69. extra de jurejur. ac firmat
Emanu. Soarez. *in communi ſententiis verb.*
carceri.num.14. Tertium membrum hujus
articuli majorem aliquantò dubitatio-
nem recipit, an ſcilicet ex pacto debito-
ris, de carcerando ipſum in caſu moræ,
creditor poſſit adire judicem, pro impe-
tranda ejus familia, cujus miniſterio debi-
tor & capiatur, & includatur publico car-
ceri, donec ſatisfaciat de ære alieno? Et
circa hoc quoque punctum non deſunt,
qui exiſtiment, iſtud pactum non valere,
21 nec poſſe debitorem ſe obligare etiam
ad publicum carcerem, ut videlicet in eū
conjiciatur per officiales publicos pòſt
moram. *Ioh. de Imola in l. alia. 14. §. elegan-*
ter. ſolut. matrim. & in l. Titio centum 71. de
condit. & demonſtr. Franc. Aret in d. l. alia §.
eleganter. n. 7. & refert Baldus: ridiculos
eſſe, qui volunt, capturam ex pacto lici-
tam eſſe, ſine alio proceſſu judiciali. *Bald.*
conſ. 289. num. 9. vol. 1. non ſatis memor eorū,
quæ ipſe tradiderat in d. l. Titio centum. 71. §.
Titio centum. & in l. alia. §. eleganter. Ac,
quòd nemo ſe poſſit obligare ad carceres,
tradit Lucas de Penna *in l. curioſi. 1. C. de*
curioſ. & ſtationar. lib. 12. & in l. cum ſcimus.
22. num. 5. C de agricol. & cenſit. lib. 11. Chaſ-
ſan. in conſuetud Burgund verb. rentes vend.
rub. 5. §. 3. num. 10. Et hanc partem amplecti-
tur Brunus in tract. de ceſſione bonor. 5. quæſt.
princ. quæſt. 20. num. 14. poſt Ioan. de Imola in
locu præcitatis, & in c. cùm contingat, extra
de jurejur. additq; Brunus ubi ſuprà, iſtam ſen-
tentiam communem eſſe, allegando ad hoc Feli-
num in c. ex reſcripto. num. 13. ubi idem firma-
re videtur extra de jurejur. Et quod non va-
leat pactum carceris etiā publici, in even-
roboretur conſuetudine

loci, refert quoque Molin. *in tract. de com-*
merc. quæſt. 36. num. 21. & cum hac opinio-
ne ita generaliter tranſit Didacus. *variar.*
reſolut. lib. 2 cap. 1. num. 7. verſ. 1. [eſſet
enim ea obligatio perpetua quædam, &
præciſa ſervitus, ad quam liber homo ſe
adſtringere nequit. *l. 2. ff. de lib. hom. ex-*
hib. l. Titio. 73. ff. de condit. & demonſtr. not.
gloſ. & Dd. in l. antiquitas. 14. C. de uſufruct.]
Pro qua parte urget etiam, quòd ad ca-
pturam nunquam deſcenditur, niſi priùs
excuſſo & non ſolvendo invento debito- 23
re, *l. 3. §. tutores. & ibi gloſ. verb. vinculis.*
ff. de ſuſpect. tutor. quam ibidem num. 3. & in
l. nemo carcerem. 2. num. 5. C. de exact. trib.
ſequitur Bartolus, & Baldus in l. fin. ff. de in jus
voc. & in l. 1. C ſi quid in fraud. patron. & in
l. poteſt. 23. num. 1. ff. de leg. 1. Ripa in l. obli-
gatione generali. 6. nu. 20. de pignor. hoc am-
pliat, ut, priuſquam deveniatur ad captu-
ram, non tantùm neceſſaria ſit excuſſio 24
bonorum debitoris principalis, ſed etiam
fidejuſſorum ejus, quorum facultates, quò
ad effectum illius debiti, ſuper quo fide-
juſſio intervenit, principaliter obligati
facultatibus aggregatæ cenſentur. *l. ſi plu-* 25
res. 27. §. præterea ſi quæratur, de fidejuſſor.
& notat Hippol. in ſuis ſingul. ſingul. 3. incip.
ad hoc ut carcerationem. Non enim quis
luit in corpore pro pœna pecuniaria, niſi
ita demum, quandò non poteſt ſolvere. 26
l. 1. § fin. ff. de pœn. l. ſi quis id quod. 7. §. in
ſervu. de juriſdict. om. jud. cum l. fin. de in jus
voc. ex quo quælibet pœna corporalis,
quantumcunq; minima, major eſt quavis 27
pecuniaria, *l. in ſervorū. 10. ff. de pœnn.* Dein-
de carcer regulariter non eſt inventus,
niſi ad cuſtodiam. *l. aut damnum. 8. §. ſo-* 28
lent. de pœnis. & notat gloſ. in cap. quamvis.
extra eod. in 6. at, ſi probaremus pactum
carceris, importaret pœnam, imò quaſi
hominis caro & corium deduceretur in
commercium incluſionis carcerum,
prout loquitur Albertus Brunus de ceſſio. bono-
rum. 5. quæſt. princ. quæſt. 20. num. 5. pòſt
Bald. in l. 1. num 9. C. qui bon. ced & debitor
quaſi in periculū vitæ conjiceretur, quòd
eſt contra bonos mores. *l. alia 14. §. ele-*
ganter. ff. ſolut. matrim. ex quo liber homo
nec in ſtipulationem deduci, nec ejus ca- 29
ſus aut adverſa fortuna ſperari debet. *Inſt.*
de inut. ſtip. in princ. cum liber homo. 103. de
verb. oblig. Et, ſi opponeretur, prædicta
contraria procedere, quò ad obligationē
tertii, quem nos non habemus in poteſta-
te, & cui paciſcendo neq; prodeſſe, neq;

obeſſe

obeſſe poſſumus. *l. ſi unus. 27. §. ante omnia ff. de pactis. l. ſtipulatio iſta habere licere. 38. §. alteri & l. inter ſtipulantem. 83. de verb. oblig. cum ſimilibus.* reſpondetur: quòd ne quidē ſuum ipſius corpus debitor quoquo modo poſſit obligare ad injuriam realem, quæ inferatur corpori, cùm nemo ſit dominus membrorum ſuorum, *d. l. liber homo ac ſatis l. 1. §. ſed cùm homo. de his qui dejecer. l. ſi quis. 6. §. fin de pœn, l. omne delictū. 6. §. pen. de re milit. l. 2. l. 3. C. ſi res. alleg. pig.* [Et liberum corpus æſtimationem non recipiat, *d. l. 1. ff. de his qui dejec.*] Ex quo fundamento Gailius infert: pacta
30 debitorum, quibus ſe obligant ad pœnam banni imperialis, ut videlicet, in eventum moræ, declarentur & denuncientur in bannum Imperii Romani, non valere. [Quia ad pœnam corporalē, ut eſt pœna Banni (nam damnatum vitæ periculo exponit) nemo ſe obligare poteſt.] *Gailius de pace publica lib. 2. c. 2. num. 13.* Et decidit Guido Pap. quæſtionem in facto ipſi propoſitam, de eo, qui juravit veritatem fateri ſub pœna amiſſionis manus, quod eriā
31 in caſu compertę falſitatis non debeat, ipſi abſcindi manus, cùm talem obligationē inire reus non potuerit, *Guido Papæ deciſ. 278.* quia eſſet quaſi homicida ſuæ vitæ, contra illud: Non occides. Ac alibi tradit Angelus, non valere pactum, quo me-
32 diante tibi concedo poteſtatem verberandi me, ſi inveniar in tua vinea. *Angel. in d. l. ſi unus. §. pacta quæ turpem. num. 1. de pact. licet in hoc ab Angelo diſſentiat Bart. in l. 1. §. uſq; adeò num. 3. ff. de injuriis.* imò plùs dicit Baldus, quòd ne quidem ſacramento firmetur talis conventio, de carcerando debitorem in caſu moræ. *Bald. in auth. ſacramenta puberum. num. 4. C. ſi advers. vendit. & Imola in c. cùm contingat. in 1. membr. nu.*
33 *7. extra de jurejur.* Accedit, quòd pactum carceris infringat jus libertatis, in qua nati ſumus; & quæ nullo pretio æſtimabilis eſt. *l. libertas. 106. & l. non eſt ſingulis. 176. §. infinita de reg. jur. l. procurator. 8. §. ſi quis à procuratore, rem ratam hab.* ideoque non eſt admiſſibile. *l. Titio. 71. §. Titio centum relicta. de condit. & demonſtr.* item liber homo, ne quidem volens, poteſt paciſcendo ſe aſtringere ad ſervitutem, *Io. Fab. in l. nec ſervis. 1. C. de injuriis. per l. nec ſi volens. 6. & l. Liberos. 10. C. de liber. cauſa.* &
34 alibi dicitur: liberum hominem ob æs alienum ſervire durum eſt. *l. ob æs. 12. cum auth. ſeq. C. de action. & obligat. c. lator. extra de pignor. §. quia verò hujusmodi. auth. ut nulli jud. collat. 9. l. fin ff. quæ res pignori l. qui filios. 6. C. eod. auth. ut non ſi. pignor. coll. 8.* cùm ſervitus mortalitati compare- 35
tur, *l. ſervitutem. 209. de reg. jur. l. intercidit. 59. in ſi de condit. & demonſtr. l. cùm hic ſtatus. 32 §. ſi donator. de donat. inter vir. & uxor. ac ſatis l. res uxoris. 24. C. eod tit.* ſervitutis autē inſtar habetur, detineri carceratum, ita, ut à loco deputato quis non poſſit recedere. *l. 2. ff. de lib. hom. exhib. & ibi notant Bart. & in l. qui neq; 48. l. vinculorum. 224. de verb. ſignif. & d. l. Titio. 71. §. Titio centum relicta, ne à monumento. ubi Bald. & Paul. de Caſtro.* facit, quòd perſonæ de-
tentio majoris ſit ignominiæ, quàm ca- 36
ptura rerum, *Bald. l. penult. nu. 14. C. mandati.* Imò plùs dixit Baldus, quòd carcera- 37
tio ſit ſpecies torturæ, & mortuus in carcere dicatur mortuus in cruciatu. *Bald. in l. 1. num. 6. C. de his qui ad libert. & gloſ. verb. tormentis. in clem. 1. de hæret.* ideoque
in legibus appellatur mala manſio. *l. ſi ho- 38*
minem. 7. ff. depoſiti. l. item apud Labeonem. 15. de injur. propter videlicet ſqualorem, frigus, tenebras, inediam, ſolitudinem, & diuturnitatem. *VVeſenbec. conſ. 43. per l. 2. circa finem. C. de cuſtodia reorum. & l. 3. ff. eo.* quia ſpoliat captura carceratum libera poteſtate fruendi communis aëris & cœli in qua natus eſt. *Bart. in ſua diſput. incip. Lapus fuit captus num. 1. Bald. l. ſi quis non dicam 5. nu. 6. C. de epiſc. & cler. per d. l. 2. ff. de lib hom. exhib. & d. l. Titio centum.* Hinc eſt, quòd Imperator reſcribat: carcerem pro pœnalibus & hominibus noxiis re-
pertum eſſe, quem debitor ex cauſa pecu- 39
niaria perhorreſcere non debeat. *l. nemo carcerem. 2. C. de exact. trib. lib. 10.* Quibus
adminiculatur, quòd hominum malitiis 40
eſt obviandum. *l. in fundo 38. de rei vindic. l. 2. in princ. ſol. matrim. l. 1. §. illud, in fine, de aqua quoti. & æſt. cum l. ſi cui 9. verſ. non enim de ſervit. tit. generali.* Cumq; ex vi pacti capi faciens debitorem nihil aliud agat, niſi quòd magis reddat ſibi obnoxium reū, qui cogitur in vinculis ipſe ſibi ſubminiſtrare expenſas, ſi habet, unde ſe alat, *per gloſſam cōmuniter approbatā in l. fin. C. de erog. annon. militar. lib. 12.* & extra carceres faciendo operas, quotidiè poſſit aliquid lucrari, & ita ad pinguiorem fortunā pervenire, quod ipſi in carcere denegatur, *Vitalis de Cambanis in tract. clauſ. in quæſt. an ceſſioni bonorum renunciari poſſit. num. 32. mihi pag. 390.* adeoque, qui extra carcerem nō

potuit

potuit ſatisfacere, vix eſt, quòd in cuſto-
dia cogitet de remediis ſolvendi, & ſic
nec ſibi quid proficit creditor, & nocet
debitori, *contra l. reſctipta.7. C. de precib. Imp.
offerend.* ideoq; meritò arguitur de duritia,
arg. l. ſervus ea lege. 7. ff. de ſervis export. ac
peccat contra legẽ naturæ, ad quam con-
diti ſumus, ut videl. beneficiis alii alios
afficiamus, *d. l. ſervus. in fin.* ac quàm mini-
mas aliis creem⁹ moleſtias aut nocumen-
ta, *l. 1. §. 1. de peric. & com. rei vend. l. exempto.
11. §. emptorem de act. empti.* Quin & illud
addo, peccare contra conſcientiam, &
ædificare ad gehennam creditorem, qui,
41 continendo debitorem in carcere, impe-
dit, quò minùs ipſe poſſit audire verbum
Dei, & in publico preces facere, & ſic ſa-
luti animæ ſuæ conſulere. *argum. c. qui ſa-
cramento. 22. q. 4. c. cùm contingat. cum c. ſi
verò. extra de jurejur.* ſicut & per carcera-
42 tionem impeditur cohabitatio cum uxo-
re, & ita nocetur utilitati publicæ, circa
procreationem liberorum hominum, *ar-
gum. l. 1. ff ſoluto matrim.* item, circa mini-
ſterium reipubl. in obeundis muneribus
perſonalibus, *de quibus in l. 1. & toto tit. ff.
de muner. & honor.* item impeditur vir cir-
ca exhibitionem victus & aliorum neceſ-
ſariorum ad ſuſtentationem uxoris & fa-
miliæ. *argum. l. pro oneribus. 20. C. de jure dot.*
43 Accedit, quòd carceratio debitoris ſit
ſpecies executionis, *Bart. l. is qui reipubl. 39.
num. 3. ff. ex quib. cauſ. majo. Alexand. in l. à
Diva Pio. 15. §. in venditione. num. 5. & 6. ff.
de re jud.* ad quam executionem in perſo-
nam non devenitur, quamdiu extant bo-
na debitoris, *gloſ. l. 3. §. tutores. ff. de ſuſp.
tutor. & Alex. in d. §. in executione. nu 8.* Ul-
timò, ex prodit beneficium ceſſionis pro
44 debitoribus, ne in carceres detrudantur.
*l. 1. & l. qui bon. ced. poſſ. c. Odoardus. extra
de ſolut.* quia verò huic beneficio ceſſio-
nis non poteſt renunciari. *ſecundùm omnes
Dd. in l. alia. 14. §. eleganter. ff. ſolut. matrim.
Guido Papæ deciſ. 211. per totum. Angel. in §.
fin. num. 11. Inſt. de action. Alex. conſ. 37. n. 7.
vol. 2. Felinus c. ex reſcripto. num. 13. extra de
jurejur. quam ſententiam communem eſſe refert
etiam Ripa in d. l. obligatione generali 6. n. 3.
ff de pignor. & poſt eum Albertus Brunus de ceſ
ſio. bon. 5. quæſt. princ. quæſt. 20. num. 3. eamq;
ut humaniorem, amplectitur Salic. in d. l. 1.
num. 9. poſt Richardum de Malumbre, & Cy-
num ibi. C. qui bon. ced.* quam ſententiam
etiam Camera Impererialis, in ſuis deci-
ſionibus obſervat, *teſte Gailio de pace publ.
lib. 2. cap. 2. num. 23* ſatis jam patet, obli-
gationem, per quam ſe debitor, in even-
tum non factæ ſolutionis, aſtringit ad de-
tentionem judicis, & ad carceres, quan-
tumvis publicos, nullius eſſe momenti.

Verùm, quicquid hujus aſſeratur in
medium, contraria opinio, quòd videlic. 45
pactum conventum in inſtrumento, ut, in
caſu non factæ ſolutionis ad terminum,
liceat reum capere & carcerare, ejus ſit ef-
fectus, ut pòſt moram, ad creditoris in-
ſtantiam, debitor, ſine omni alio proceſſu
vel ordine judiciali, per familiam judicis
capi, & tàm diu in carcere publico deti-
neri valeat, donec ſatisfaciat, communior
eſt, & melioribus ac firmioribus nititur
fundamentis, *eamq; tenuit Abbas conſ. 24.
nu. 1. part. 2. Ang. de Peruſ. in l. alia. 14. §. ele-
ganter. num. 5. verſ. ad carcerem autem publicũ
ſic. ff. ſoluto matrim. ubi etiam idem pòſt Bal-
dum probat Alex. de Imola num. 9. & idem An-
gel. in §. quia verò num. 11. auth. ut nulli
judic. colla. 5. & in auth. ut non ſi. pignor. in
princ. coll. 5. Baldus in l. Titio centum 71. ne
à monumento. num. 1. & ibi. Paul. de Caſtr. 3.
de condit. & demonſtr. ubi ſubjicit, ita conſu-
luiſſe Dynum, & ſic tenere Cynum pòſt Andr.
de Vbia. in l. fin. C. de lib hom. exhib. ubi ta-
men Cynus nihil ejuſmodi dicit. & idem Baldus
in l. 1. num 10. C. qui bon. ced. poſſint. Anton.
de Canatio in tract. de. execut. teſtum. nu. 60.
67. & 68. quod idem etiam firmat Paris de Pu-
teo in tract. ſyndict. ſub rub. barateriæ verbo.
captura. num. 3. mihi fol. 73. ac Baldus in l.
conſentaneum. 8. ubi poſt multa ita concludit,
num. 26. C. quomodo & quando judex. An-
gelus in repetit. l. nemo carcerem. 2. C de ex-
act. trib.* ac ſequitur Maranta *de ordine ju-
dic part 6. de citat. num. 11* ubi tradit, illo
caſu poſſe capi debitorem ſine alio pro-
ceſſu, vel etiã citatione, quantumvis nulla 46
adſit ſuſpicio, vel fugæ, vel dilapidationis,
adjiciendo, hæc diligenter eſſe notanda
pro ponderatione clauſularum executiva-
rum in inſtrumentis, ac ante eũ idẽ renuit
*Matth: de Afflict. in conſt. Neapol lib. 1. de cul-
tu pacis rub. 8 n. 16 & in deciſ. Neapol. reſpon-
ſo. 326. nu 3. Alex. de Imola in conſ. 131. in-
cip. in cauſa inter univerſitatem Scrazarolo-
rum. num. 3. & 4. vol. 4. Iohan. Neviz. conſ.
52. num. 4. Romanus conſil. 142. num 2.*
Boer. *in repetit. d. l. conſentaneum. 8. con-
cluſ. 5. & 6. ac deciſ. 295. num. 10. & 17.*
ubi refert, talia pacta, de detinendo de-
bitorem in priſone, vel carcere publi-
co, quotidiè fieri, *idem tenet Ant. de Maſſa in
forma*

Digitized by Google

forma cameralis oblig. quaſt. 6. part. 3. Ioh. Fab.
in § fin. n. 7. Inſtit. de action. & huic ſententiæ
accedit etiã Vitalis de Cambanu in tract. clau-
ſularum, ſuper quæſtione, an ceſſioni bonorum
renunciari valeat. nu. 19. in fin. mihi fol. 387.
Alciatus in repetitione rubricæ, extra de judic.
num. 74. & in rub. de jurejur. num. 210. Di-
dacus, item Covarruvias in lib. 2. var. reſol.
cap. 1. pòſt medium, ubi tenet, liberum ho-
minem non poſſe detineri invitum, niſi
ex cauſa pacti, pura, ſi aliud fuerit conven-
tum. Chaſſ. in conſuetud. Burg. rub. des rentes
vendoes. §. 3. num. 8. Guido Papæ deciſ. 61.
num. 1. ubi addit, illud communiter obſer-
vari de generali conſuetudine, de quo infe-
47 riùs nu. 101. eodem modo tangitur. Idque vel
ex eo ſuadetur, quòd alibi tradunt Dd. va-
lere pactum cum ſcriptore, qui promiſit
conſcribere certos libros, &, niſi hoc fe-
cerit infrà tempus præfixum, obligat ſe ad
pœnam compedum & carceris publici,
de quo ſuprà num. 17. ac in his terminis in-
dubitata eſt apud me illa deciſio Specula-
toris in tit. de renunc. & concluſ. §. 1. num. 29.
& Ioh. de Imola in c. nullus presbyt. num. 19.
48 extra de pignor. Quam diſtinctionem, an
videlicet obligaverit ſe reus ad privatum
carcerem & privatam detentionem, quòd
iſto caſu non valeat pactum, an verò cõ-
venerit, ut, ſub eventum moræ, in publi-
co carcere detineatur, quòd tunc à captu-
ra, mediante tamen officio judicis, pro-
ceſſum inchoare liceat, ſequitur etiã So-
cinus conſ. 99. num. 11. lib. 4. addendo iſtam
diſtinctionem magis communem eſſe.
Ad quod & allegatur, quod alibi tradit
gl. in l. interdũ. 56. §. qui furem. verb. damna-
to. in fine, & ibi Angel. de Peruſ. num. 6. ff. de
furt. quòd licet pactum, quo mediante,
49 quis ſe ſubjicit torturæ alicujus privati,
nullius ſit momenti: tamen ſecùs, ſi dice-
ret, ſum conventus, quòd ducar ad judi-
cem, ibique quæſtionibus ſubjiciar, talis
enim conventio valet, ſecundùm Ang. in
d. §. qui furem. n. 6. [Volenti enim non fit
injuria, text. in c. ſciendi, de R. I. in 6. & in l.
cum donationis 34. C. de transact.] pro qua
ſententia poſſet adduci ſimiliter & Bar-
tolus qui in l. 1. §. uſq; adeò num. 2. de injuriis,
50 refert, toletari pactum, quòd adverſa-
rius meus, in eventum non facti vel præ-
ſtiti quod promiſſum eſt, alapã, vel aliud
mihi inferat, per quod tamen corpus non
frangatur aut deſtruatur, idq; propter cõ-
ſenſum partis. Bartol. d. §. uſq; num. 2. Ex
quo itaque, ſecundum Angelum, tortura
non infert aliquam abſciſſionem aut fra-
ctionem membrorũ, ſed eſt tantùm laxa-
tio quædam & diſſolutio nervorũ, qui de
facili poſſunt denuò rectificari, prout ſen-
tire videtur Angel. in §. quia verò nos oportet.
num. 16. auth. ut nulli judic. colla. 9. ſatis, in-
quit ipſe, poſſet attentari, quòd toleratur
pactum torturæ per judicem infligendæ.
Angel. in d. §. qui furem. num. 6 Sed hæc ipſa
ſententia cõmuniter reprobatur, & con-
trarium ſentit Paris de Puteo, ſuper quæ- 51
ſtione mota de duobus captivis, quorum
alter alterum arguebat de furto, &, facta
invicem conventione, quòd unus pòſt
alium torqueretur per judicẽ pro eruen-
da veritate, cùm primus in tortura perſe-
verantur diceret, ipſius antagoniſtam
feciſſe dictum furtum, peteretque illum
eodem modo torqueri ex pactu, alter re-
cuſavit ſubire torturam, & provocavit
ad jus, decidit Paris de Puteu eum tor-
quendum non eſſe, ſed fuiſſe conventio-
nem invalidam. Paris in tract. ſyndic. paulò
ante finem, in verb. quæro de una notabili quæ-
ſtione, n. 1. mihi fol. 349. & in hoc concor-
dat Bart. in d. §. qui furem n. 2. innuendo, quòd
iſta gloſ. deviet à veritate. & eam repræhen-
dit Alex. ibidem, cùm nemo ſit membro-
rum ſuorum dominus l. liber homo 37. ad l.
Aquil. ubi etiam Florianus huc tenet con-
tra gl. in d. l. interdum. 56. § qui furem. ac
ſequitur hanc ſententiam Gailius de pace
publica lib. 2. cap. 2. n. 15. quòd idem etiam
teneri communiter aſſerit Mantua cent. 1.
num. 12. & ſequitur Clarus in lib. 5. recept.
ſentent. §. fin quaſt. 63. n. 7. quia negari non
poteſt, per quæſtiones debilitari corpus, 52
& iſtam diſſolutionem membrorum vel
articulorum graviorem eſſe utriuſq; ma-
nus abſciſſione, teſte Imperatore, in d. §.
quia verò nos oportet. in princ. auth. ut nulli ju-
dic. colla 9. & experientia teſtatur, multos
in ipſa tortura, maximè immodica, mor-
tem ſuam obiiſſe, propter cruciatum &
extremas corporis anguſtias, quas ne-
quiverunt ſuſtinere. Boſſius in pract. crimi-
nali, tit. de tortura. n. 12. & 13. ad quod alle-
gatur etiam Ioh. Andr. in novellis. c. cùm in
contemplatione. de reg. jur. Catharinus in tract.
ſyndicatus, charta. 31. colla. 3. verſ. & adverte
Bald. in l. 2. num. 3. C. quorum appellat. non
recip. ac facie l. item apud 15. §. quæſtionem. &
§. quamvis. ff de injuriis l. 1 §. quæſtionis. ad SC.
Syllanian. Et ita ſuper contingentia facti,
ubi unus accuſabat alterum furti, & accu-
ſator offerebat ſe ad torturã, quaſi per illã
inten-

intenderet probare veritatem criminis, quo de inſimulabat reum captivum, ita tamen, ut pòſt primum tractum accuſans ſimilem experiretur fortunam. Vnd ſolte einer einen Zug umb den andern leiden/ conſulti nos in Dicaſterio Jenenſi, ſuper cauſa ſuſpecti & captivi cauponis in Liſla, anno 1575. menſe Majo reſpondimus de jure, judicem ad neutrius torturam accedere poſſe. [Imò Judex ad torturam hoc caſu procedens puniri debet, quia talis modus probandi, non eſt juri conſentaneus, *Clar. d. loco.*] Licet autem hanc ſententiam, quòd videl. non valeat pactum, quo mediante quis, in eventum fractæ fidei, ſe ſubjicit torturæ etiam judicis, exiſtimem veriorẽ, & in judicando ſequendam eſſe, propter defenſionem videl. & cruciatum, qui infertur membris, tamen, quia in pacto carceris publici ceſſat illa ratio afflictionis corporis & nervorum, non mirum eſt, ſi iſtud pactum toleratur, *prout atteſtatur Guido Papæ d. deciſ. 61. hoc*
53 *quotidiè fieri.* Verùm eſt, quod Molinæ. in effectu ſentit, alteram opinionem, quaſi videl. non valeat conventio, quòd debitor pòſt moram etiam per judicem capiatur, & in carcerem publicum detrudatur, de jure veriorem videri, niſi conſuetudo ſit in contrarium. *Molinæus in tract. de commerciis. quæſt. 36. num. 271. Capella Tholoſ. deciſ. 61. Petrus Iacobi in ſua pract. de bonorum ceſſione. Ripa in l. obligatione generali. 6. num. 29. & ſequitur Didacus var. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 7. verſ. ſecundum hoc ipſum.* Quo poſteriore caſu minùs relinquitur dubitationis, cùm tunc duplex concurrat vinculum, ſcilicet ipſum pactum contrahentium, & conſuetudo, quæ iſtam conventionem per ſe invalidã, ſecundùm Molinæum, firmat, prout in ſimili ſcriptum reliquit Decius *in c. quæ in eccleſiarum. nu. 14. extra de conſtit. alleg. Baldum in c. venientes. num. 7. extra de jurejur. & Archidiac. in c. certè. 12. q. 1. in princip. & ſic fortiùs ligat. auth. itaq. Commun. de ſucceſſ.* ideò alibi Felinus refert: quamvis pactum, quòd quis ſe ponat in manibus inimici, non valeat: tamẽ aliud eſt, ſi iſtud pactũ ſtatuto vel moribꝰ ſuſtineatur. *Felin. in c. contingit. n. 1. extra de ſentent. excommun.* poſt gloſs. *in c. cùm homo. verbo ſupplicium 23. q. 5.* quam probavit Felinus *in c. 2. num. 12. extra de conſt.* licet iſta gloſs. loquatur de eo, qui ſe pro alterius delicto obligat ad pœnã corporalẽ *Dec. in l. nec ex pratorio. 27. n. 6. ff. de reg. jur.* in quo tamẽ ipſo etiam contrariũ ſenſit Didacus *lib. var. reſol. 2. cap. 8. n. 8. verſ. huc accedit.* Ac ſanè teſtatur quotidiana experientia, iſtis 54
pactis, de ingrediendo carcerẽ obœdientiarum & non recedendo, donec ſatisfiat creditoribus, hodiè nihil eſſe uſitatius, ſicut de obligationib. momentaneis, ubi quid ſemel ſolvendum venit, illud pactũ executivum de ingrediendo carcerẽ publicũ, approbari conſuetudine, atteſtatur ipſemet etiam Molinæ. *in d. tract. de cõmerc. quæſt. 36. n. 271.* licet ſecùs ſit, ſecundùm eundem, in obligationibus ſucceſsivis & perpetuis, quo caſu carcer, qualiſcunq; ille ſit, idem quoq; perpetuus futurus eſt. *Molin. d. num. 271. & in ſuis addit. ad conſ. Alex. 181. incip. viſo inſtrumento. n. 9. vol. 2.* Ex quo ſequitur, quantumvis verba contra- 55
hentiũ generaliter concepta ſint, de mancipando carceri debitorem in caſu moræ, ſuſtineri tamen iſtud pactum ſaltem eo fine, ut, excluſa apprehenſione privata, permittat eum, quæ fit per miniſteriales judicis, & qua mediante reus poſtea ducitur ad publicum carcerem, tùm, ut pactum cõmuni conſenſu initum aliquid, & quidem illud operetur, quod operari poteſt, *argum l. ſi ſtipulatus, 4. ff. de uſur. l. 1. in f. ad municip. l. ſi quando. 109 juncta ibi gloſ. verb. alioquin fruſtra legaturus fuiſſet. de leg. 1.* tùm etiam, quia ceſſant omnia abſurda pro prima opinione circa pactum carceris adducta, & illud firmat Baldus *in d. l. conſentaneum. 8. num. 26. C. quomodo & quando judex.* ubi dicit: quandocunque ex pacto captura debitoris licita eſt; judex poteſt dare nuncium pro capiendo, in executionem videlicet ipſius pacti. *argument. gloſ. in §. ſervi, Inſtit. de libertin. & notat Angel. in l. ſi ei. in princ. de leg. 1.* Ac roboratur firmaturq; concluſio noſtra non tàm uſu & conſuetudine, quàm lege, quicquid dicat Albertus Brunus *de ceſſio. bonorum 5. quæſt. princ. quæſt 20. n. 3.* quod ſanè teſtatur Hoſtienſis, Henricus Boick, Cardinalis & Felinus. *in c. ex reſcript. num. 13. pòſt gloſſam ibi. extra de jurejur.* ubi aſſerunt, hanc eſſe cõmunem, quam ſequitur etiam Baldus *in l. 2. num. 9. C. de patribus qui filios diſtrax.* Zaſius in ſingularibus reſponſis *cap. 8.* Gailius de pace publica *lib. 2. c. 2. num. 8. & 9.* ubi tradit, generaliter areſtationes, ſive manuuminjectiones, & apprehenſiones ex cauſa civili valere, & ratas eſſe per totam Germaniam, dummodò

modò publica magiſtratus authoritate,
non privata fiant, *allegat Pyrrhum ad conſue-
tud. Aurel. rub. de exetut. inſtrum c. 22. & de
execut. ex locato, cap. 7.* [*Salic. in l. 1. C. qui
bon. ced. poſſ. n. 4. Bl. ad Rub. C. de revoc. iis quæ
in fraud. cred. n. 5.*] Quod vel maximè ve-
rum eſt, ſi iſtud ſit conventum inter par-
tes, quæ pro ſua voluntate & obligatio-
nem & liberationem inducere poſſunt,
unde alibi legitur, debitorem, qui ad in-
ſtantiam creditoris bannitus vel areſtatus
56 extitit in certo loco, ad permiſſionẽ cre-
ditoris licitè recedere à loco areſti vel
banni, etiã ſine requiſitione judicis. *Bart.
in l. 1. §. & pòſt operis, num. 4. ff. de novi oper.
nunciat.* cùm rem etiam judicatam victor
in cauſa poſſit tollere, & novare ſua vo-
luntate. *l. 4. §. ſi ex conventione. ff. de re jud.
cum l. minor 25. annis, cui fideicommiſſ. 40. de
minor. & ſimilibus.* licet Jacobinus de S.
Georgio *in l. neq; impuberes. 22. ff. de in jus
voc. §. qui in jus.* contrarium aſſerat, quòd
areſtatus nimirum, vel quoquo modo
carceratus pro debito, etiam obtenta li-
centia à creditore, ſine permiſſu judicis,
impunè non poſſit ex areſto recedere, ſed
opus eſt ei bulleta judicis, cujus dictum
refert & probat Chaſſan. *in conſuetud. Burg.
rub. 5. §. 2. nu. 15. idemq; ante eum tenuit An-
gel. in d. l. neq; impuberes. 22 §. fin. num. 1. ibiq;
Bart. num. 3. de in jus vocando. Paris de Puteo
in tract. ſyndicatus, verb. licet dicatur. in fin.*
cùm ejus ſit relaxare cujus eſt carcerare,
*l. fin ff. de officio procurat. Caſ. l. nemo. 37. &
l. nil tam naturale. 35. de reg. jur.* Cæterùm,
quia præcitata contraria propriè loquun-
tur in terminis carcerationis, quam ad
mandatũ judicis exſequitur nuncius pu-
57 blicus, cujus contrarium fit in obſtagio,
ubi locus obſtagii non præſcribitur arbi-
trio judicis, ſed pendet à poteſtate credi-
toris, adeò, quod judicis officium iſto ca-
ſu ſuccedit invicem patris, *argum. l. credi-
tores. 3. in ſecundo membro verſ. attamen judi-
cis authoritate. C. de pignor. l. c. ibi. invicem ob-
ligationis ſuccedit ex cauſa contractus jubentis
authoritas. C. ſi in cauſa judicati.* nihil impe-
dit quin in propoſito obſtagiatus, qui ad
monitorium etiam judicis, ingreſſus eſt
obſtagium, *c. ex reſcripto. extra de jurejur.*
poſſit licitè recedere, permittente credi-
tore, quantumvis judicem ſuper eo non
requiſiverit, & iſtud practicatur tota die
in locis, ubi obſtagia adhuc durant. Ex
quibus omnibus nunc paret, negativam
ſententiam, quòd videlicet pacto quis ſe
obligare nequeat ad carcerem, falsò ha-
beri pro communi, ac magis communem
eſſe in contrarium, ſi numerum Doctorũ 58
ſpectemus. Ne itaque creditor qui virtute
pacti perit areſtationem vel carceratio-
nem perſonæ, iſto caſu gravetur onere
probandi conſuetudinem, ideò, quo jure
ſuſtineantur pacta publici carceris, etiam
ceſſante conſuetudine, operæ pretium eſt
inveſtigare.

Probatur autem hæc noſtra concluſio 59
primùm, per l. Titius ſervum 9. de ſervis
export. l. ſi quis ſub hoc pacto, 56. de cõ-
trah. empt. *l. 1. & 2. C. ſi mancip. ita fuerit
alienatum ne proſtit. l. 1. & per totum C. ſi ſer-
vus export. veneat.* in quibus locis omnibus
habetur, quòd, accedente pacto de ma-
nusinjectione, regulariter permiſſa ſit de-
tentio, licet ſecundùm Bart. ad iſta con-
traria facilis eſſet reſponſio, quòd allega-
ti textus loquantur in ſervis, qui dicuntur
eſſe in noſtris bonis, *§. ſingulorum. Inſtit. de
rer. diviſ. §. jus autem gentium. Inſtit. de jure
nat. gent. & civil.* non autem in capite libe-
ro, quod dicitur extra hominum com- 60
mercium *§. fin. Inſtit. de contra empt.* unde
& ſervi, quatenùs noſtro dominio ſeſe
ſubtrahunt, furtum ſui nobis facere di-
cuntur, adeò quòd poſſumus eos etiam
propria authoritate in noſtram poteſtatẽ
retrahere & vindicare. *l. interdum. 13. §.
ſervi. de publ. l. Pomponius. 16. in princ. de ac-
quir. poſſeſ. quam ſolutionem innuit Bart. in l.
alia. 14. §. elegantur. num. 10. ſol. matrim.*
Ego tamen nihil hic reperio diverſitatis,
quare manusinjectio ex pacto non ita de-
beat concedi contra debitorem, quam
prout datur adverſus alienum ſervum,
cùm in propoſito ſervus venditus, & tra-
ditus emptori, tàm quò ad dominium,
quàm etiam quò ad poſſeſſionem in no-
ſtra poteſtate eſſe deſierit. *l. traditionibus.
20. C. de pactis. & §. per traditionem. Inſtit. de
rerum diviſ.* adeoq; pro recuperatione ſer-
vi cum tali pacto diſtracti nulla alia eſt
prodita actio, quàm ex ſtipulatu, propter
legem videlicet manusinjectionis, appo-
ſitam in contractu, allegatis ſuprà jurib⁹.
Sicut itaq; ex pacto licet mihi propria au-
thoritate retrahere ſervum, in caſu, quan-
do contra conventionem ventum fuerit,
ita multò magis poterit detineri debitor
in caſu obligationis executivæ in perſo-
na, ſaltem officio judicis, ſi in præfixo
tempore non ſolverit, ex quo jus dicen-
tis authoritas facit licitum, quod aliàs
erat

erat illicitum, *argum. eorum, quæ habentur in l. juſtè poſſidet. 11. ff. de acquir poſſ.* Quin &
61 adſcriptitius obligatur pacto, quòd ſemper hæreat in prædio. *l. omnes. 8. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* & tamen talis aſſcriptitius glebæ connumeratur inter homines liberæ conditionis, *ſecundùm gloſſam verb. aut ſerv. Inſtit. de jure perſon. in princ. ac facit l. jubemus. 37. §. ſervos. C. de epiſc. & cler. & §. aſſcriptitios. auth. de ſanctiſſ. epiſcopis. colla. 9.* Ac, ne cogitemus, hoc
62 eſſe ſpeciale in aſſcriptitio, idem diſponitur etiam in aliis liberis capitibus. *l. 3. §. generaliter. cum §. & ſi quis volentem. ff. de lib. hom. exhib.* ubi non prohibetur detentio liberi hominis, facta de ejus con-
63 ſenſu, vel ex alia juſta cauſa. Sic plagii crimen non incurrit, qui liberum hominem volentem vendit. *l. liberum 15. à contrario. C. ad l. Flaviam de plagiar.* volenti ſiquidem non fit injuria vel vis *l. 1. §. uſq; adeo. ff. de injuriis. cap. ſcienti. extra de reg. jur. in 6.* Et, ut maximè replicaretur, de-
64 bitorem, quantumvis olim conſenſerit in ſuam capturam: tamen hodiè detineri invitum, reſpondetur ſufficere ſemel conſenſum adhibitum eſſe, *l. in diem. 9. verſ.* nullam enim poteſt videri injuriam accipere, qui ſemel voluerit. *ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. prodeſt. in ſi quor. legat. l. videamus. 17. ibi: ſufficit ſemel perveniſſe, quoà metus cauſa. l. de acceſſionib. 14. §. fin. in fin. ibi. illo tempore, quo contrahebas, videris ceſſiſſe. de diverſ. & temp. præſcript.* & ſic ſemel obligatus deinceps conſilium ſuum in præjudicium creditoris mutare non poteſt. *ca. mutare. extra de reg. jur. in 6.* & aliàs di-
5 citur: ſemel remittentibus jus ſuum poſtea denegari ad illud regreſſum. *l. quæritur. 14. §. ſi venditor. ff. de ædil. edicto. l. cùm donationis, 34. C. de tranſact. l. fin. C. de remiſſ. pignor. ac facit l. fin. §. itaq; verſ. ex quacunq; in illis verbis:* quod ſemel repudiatum eſt, redintegrari minimè concedimus. *C. de condit. inſert. quo de etiam ſuprà c. prox. num. 47. & ſeqq.* Et, quamvis ſtare in certo loco ita adſtrictum, ut non liceat recedere videatur quodammodo ſapere ſpeciem ſervitutis. *l. 1. & 2. ff. de lib. hom. exhib.* tamen eſt ſibi quod imputet, qui detinetur in carcere ex ſua propria voluntate. *d. l. 3. §. item ſi quis volentem eod. tit.* Sic videmus, utile eſſe legatum uxori relictum, ut ſtet cum hæredibus teſtatoris in certo loco. *l. qui quatuor. 30. §. uxori meæ, ſi cum filio meo Capuæ erit, hæres ducenta dato de leg. 3.* Cumque
bonum ſit argumentum ab ultimis vo- 67
luntatibus ad contractus, *l. quidam teſtamento. 96. de legat. 1. cum ſimilibus*, infertur, pactum carceris, quod nihil aliud eſt, niſi detentio ad certum aliquem & determinatum locum, non eſſe improbatum. Ut autem maximè urgeri poſſit, quòd *in d. §. uxori.* legatum fuit conditionale, & ſic ſtetit in arbitrio legatariæ, quamdiu vellet in loco deſtinato morari, & acceptare legatum, quod non videtur in propoſito, ubi debitor præcisè & purè ſe obligat ad detentionem in caſu moræ: tamen, ſi penitùs exigamus quæſtionem noſtram, hæc etiam promiſſio, de ſtando in carcere, donec ſolverit, in effectu merè eſt conditionalis, & committitur liberæ voluntati rei, an bima trima die velit ſe liberare, per ſolutionem ejus, quod debetur, à nexibus carceris. Præterea debitor in propoſito ſcivit, vel ſaltem ſcire debuit. *argum. l. regula. 9. de jur. & facti ignor. & l. quod te. 5. ſi cert. pet.* ob æs alienum neminem poſſe invitum, ac non excuſſum, nec contumacem ad carcerem rapi. *gloſ. l. 3. §. tutores verb. vinculis. de ſuſp. tut. d. l. ob æs. cum auth. ſeq. & l. nemo carcerem. 2. C. de exact. tribut. lib. 10.* igitur obligando ſe ad carcerem intelligitur beneficio legum pro ſe introducto renunciare. *l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact.* Sicut autem debitor legis auxilio dignus non eſt, qui contra legem delinquit, & nunc beneficium ſemel abdicatum repetere intendit, *contra l. auxilium. 37. ff. de minor. juncta l. quæritur. 14. §. ſi venditor. de ædil. edict.* ita creditor, qui ex pacto facit detineri perſonam obligati per judicem, non habet pertimeſcere aliquod crimen, cùm noverit, arbitrium hujus ultionis ſibi ab adverſario conceſſum eſſe, *ſecundùm gloſ verb. repellere. in l. 2. C. de jure emphyt. per l. devotum. 5. C. de metatu. lib. 12.* licet ille textus loquatur in permiſſione propriæ ultionis, quæ à lege proditur. *d. l. devotum.* ſed idem
eſt etiam in ultione ex pacto, dummodo 68
ſervetur moderamen legis. Et, ſi dicatur, quòd tale pactum executivum, cujus virtute proceditur ad areſtum vel detentionem perſonæ, tollat citationem, & ſic defenſionem juris naturæ, *de quo Alex. l. juſtè poſſid. 11. num. 27. de acquir. poſſeſſ. argum. clem. paſtoralis. de re judic.* re-
ſpondetur, non funditùs tolli defenſio- 69

n m, ſed variari tantùm ordinem & mo-
dum defenſionis, quæ ipſi reſervatur pòſt
implementum ſuæ obligationis de ſtan-
do in arreſtu vel carcere. *ita ſolvit. Matth.
de Afflict. in conſti. Neapol. lib. 1. de cultu pa-
cis, rub. 8. num 19 de quo tangitur aliquid e-
tiam in tertia Parte hujus Operis cap. 7. n. 19. &*
70 *ſeqq.* Facit, quòd ex partium conventione,
poteſt remitti citatio. *Lud. Rom. conſ. 142.
n 2 alleg. l. diem proferre. 27. §. ſi quis ex liti-
gatoribus. juncta gloſſ. verb. promatur. ff. de
arb* ubi habetur, valere compromiſſum,
quòd feratur ſententia, etiam una vel al-
71 tera parte abſente, & non citata, ſicut
& poteſt renunciari libelli oblationi. *l. 3.
§. ſed ſi talis ibi: ſine ſcriptis, conſentientibus
tamen partibus. C. de privil. ſchol. lib. 10.* Ac,
ne dicatur, hoc eſſe ſpeciale, ratione ſcho-
larium, & propter utilitatem cauſæ pu-
blicæ, habetur pro hoc textus inconvin-
cibilis *in l. creditores. 3. C. de pignor.* ubi va-
let conventio de inchoando proceſſum
ab executione, ſive privata, ſive publica,
ſine omni interventu aliarum ſolennita-
tum, quæ conventio ſi ſuſtinetur ſuper
bonis debitorum, quid eſt quod prohi-
beat pactum detentionis perſonæ? cùm
72 bunum ſit argumentum à rebus ad perſo-
nas, & econtra. *l. ſi quis inquilinos. 112. §.
ſi ita legatum. de legat. 1.* Unde qui furere
73 cœperit, ſicut retinet dominium rerum,
ita etiam dignitate vel ſtatu ſuo, in quo
perſona conſtituta eſt, privatus non cen-
ſetur. *l. qui furere. 20. de ſtat. hom.* & tenuit
74 alibi Socinus, quòd, qui ex libris publi-
cis apparet debitor, poſſit, nullo interve-
niente proceſſu judiciali, condemnari.
*Socinus conſ. 151. num. 9. vol. 1. allegat. l. 2.
§. quod ſi frumentaria. ff. de adminiſtr. rerum
ad civit. pertin. concordat Bart. in 2. repetit.
l. nec quicquam. 19. §. ubi decretum num. 3.
ff. de offic. proconſ. ac facit l. miſſi opinatores.
7. C de exactor. tribut. lib. 10. l. quoniam
nonnulli. 18 C. de appellat.* Hinc eſt, quod
75 ſemel redactus in numerum debitorum
fiſcalium, quia debitum liquidum & abſq;
controverſia eſt, poteſt exigi & conde-
mnari reus abſque omni alio proceſſu.
*Platea in l. uni. num. 1. C. de conductor. & pro-
cur. lib. 11. & l. penult. num. 2. C. de convent.
fiſci debit. per illum textum & l. un. C. de ca.
& diſtrah. pignor. trib. lib. cauſa. lib. 10. de
quo videantur quæ ſupra cap. 2. num. 170. cum
ſeqq. & cap. 3. num. 86. dicta fuerunt latiùs.*
Sic videmus, utile eſſe pactum, quo de-
76 bitor ſe obligat creditori ad faciendas
operas, etiam perpetuas. *Salic. in l. anti-
quitas. 14. num. 4. ubi addit, hanc ſententiam
communem eſſe, & ibi Baldus num. 8. C. de
uſufruct. Franciſc. Ripa in l. obligatione gene-
rali. 6. num. 10. ff. de pignor. quo de paulo poſt
latiùs cap. 9.* Sin vero licet quem detine- 77
re ad operas ex pactu, quid vetat eidem
certum locum ratione conventionis de-
putare pro carcere, ex quo non licet re-
cedere debitori, donec promiſſis ſteterit.
*Angel. de maleſic. verb. ſama publica. num. 87.
& Angel. in l. qui in carcerem. 22. ff. quod me-
tus cauſa.* Similiter indubitatum eſt, va-
lere pactum obſtagii, quod nihil aliud 78
eſt, niſi privatus quidam carcer, ex quo
non licet movere pedem obſidi de loco
pro obſtagio deſtinato, donec ſatisfaciat
creditori. *c. ex reſcripto. extra de jurejur.
Bald. in d. l. 2. num. 9. C. de patr. qui fil. diſt.
qua de re in capite octavo latiùs agetur.* Ulti-
mò facit, quòd, ſicut conſuetudo, ita e-
tiam pactum dat ordinem cauſæ, ut in ea
procedatur ſummariè & executivè, prout
conventum fuit inter partes, *Rodericus
Suarez in repet. l. poſt rem judicatam. 56. in
declarat. legis regni. un. 10. ff. de re jud. & eſt
caſus, ſecundùm eum, ſingularis in l. miſſi o-
pinatores. 7. C. de exact. trib. lib. 10.* quæ ta-
men, mea quidem ſententia, nihil pro-
bat in propoſito, licet per ſe verum ſit
illud dictum, *per l. 1. C. ſi in cau jud l. pe-
nult. C de pignor. act. & facit l. 1. §. ſi conve-
niat ff. depoſiti. l. legitima. 6 de pact. l. 1. C. de
pact. pignor. cum ſimilibus*, unde idem Sua-
rez ſubjicit, quod ex conventione ma-
nus injectionis in perſonam debitoris 79
oriatur jus quoddam executivum præce-
dentis obligationis, & facit iſtam obliga-
tionem habere paratam executionem,
ſecundùm voluntatem partium, ſicut ex
ſententia naſcitur actio judicati, vel offi-
cium judicis, conſiſtens in executione ju-
dicati. *Suarez. ubi ſupra num. 11.* Et, hac
ſententia retenta pro vera, pactum vide-
licet, quòd debitor in caſu mutæ, ad in-
ſtantiam creditoris per judicem capiatur,
& in publica cuſtodia detineatur, utile
eſſe, reſtat, ut reſpondeamus ad argu-
menta ſuperiùs ab initio hujus capitis re-
lata, quæ fortiter videntur obſtare con-
cluſioni noſtræ, etiam circa tertiam di-
ſtinctionem, de pacto carceris publici.

Primò itaque ad id, quod objiciebatur 80
ex gl. l. 3. § tutores. verb. vinculis. de ſuſp. tut.
reſpondetur, contrariū loqui in ſimplici
debi-

debitore ex cauſa tutelæ, qui nullo modo
ſe adſtrinxit ad carceram in caſu moræ,
ejus enim facultates priùs executi debent,
antequam ad capturam perſonæ devenia-
tur. *d. l 3. ∫. tutores ac notat gloſſ. in §. cum*
quoq; Inſtit. de action. ſecùs ſi corpus debi-
toris obligarum ſit ex pacto, ita reſpon-
der Rebuffus *in tract. de lite. obligat art. 11.*
gloſſ. 3. num. 1. & 2. allegat Ioh. Fab. in §. pe-
nult. num. 6. in fin. Inſtit. de jure perſon. & ∫.
fin. n. 3. Inſtit. de action. Eodemq; mododiſ-
ſolvitur contrarium de d. l. nemo carcerẽ
2. C. de exact. trib. lib. 10. quia nec ibi debi-
tor promiſit ſubire carcerem, in even-
tum non factæ ſolutionis: ſecùs eſt, ubi
intervenit ſtipulatio de hærendo in car-
cere, donec ſtetur promiſſis, quia talis pro-
viſio hominis tollit proviſionem legis.
l. fin. C. de pact. convent. nec poreſt dici per-
verſus ordo juris, à quo diſceditur cum
voluntate partium, *l & habet. 15. §. cum*
quis ff de precar. c. unico. extra de commoda-
to. c. bona fides. depoſiti. cùm liceat paci-
ſcentibus abdicare ſe beneficium, in
ipſorum favorem indultum. *Panorm. c.*
cùm dilectus num. 2. extra de arbitr. Quod
autem pactum executivum de detinendo
debitorem, inducat carcerem pœnæ, i-
ſtud negatur, quia debitor in propoſito
non aſſervatur ad pœnam aliquam, *de qua*
loquitur l aut damnum. 8. ∫. ſolent. ff de pœ-
nis. ſed rantùm ad cum finem, ut ſatisfa-
ciat promiſſis, eo enim ipſo, quo reus li-
berabit ſuam fidem, liberabitur is viciſ-
ſim è ſua cuſtodia. *Inſtit. quibus mod. toll.*
oblig. in princ. Quod & à ſimili probatur,
quia judex inobedientem & conruma-
cem vel moroſum reum, etiam pro cauſa
pecuniaria poteſt in carcerem conclude-
re donec pareat. *Bart. in l. 1. nu. 9. ff. ſi quis*
jus dic. non obtemp. & ſic multò magis lice-
bit judici, ex pacto conventionis inter
partes initæ, ad inſtantiam creditoris,
uti remedio carcerationis adverſus debi-
torem, pòſt moram. *arg. l. 1. C. ſi in cauſa*
judic. & l. pen. C. de pign. action. Nec adver-
ſatur, quòd carcer vel detentio ſit quaſi
ſervitutis ſpecies, *l. 2. ff. de lib. hom. exhib.*
cùm iſtud contrarium loquatur de deten-
tione doloſa & violenta, ubi quis invitus
& contradicens, detinetur. *l. 1. ff. eod.*
ſecùs in voluntaria, ſiquidem per eã non
inducitur aliqua ſervitus, ſaltem illibera-
lis. *l. 3. §. cum qui volentem de lib. hom. exhib.*
l ei quoq, 11. in verb. bona fide ſerviat homo liber.
ex quib. cauſ. majores in integr. reſtit. & infrà
num. 89. Ad l. alia. *∫.* eleganter, ſoluto ma-
trim. reſpondetur, ibidem non valere pa- 83
ctum, cujus virtute maritus ſe obligavit,
ut in ſolidum conveniri poſſet, *contra l in*
condemnatione 173. de reg. jur. ratione vi-
delicet reverentiæ, quam uxor debet ma-
rito, *d. ∫. eleganter. l. patronus. 17. l. non tan-*
tùm dotu. 20. de re judic. ſecùs eſt in credito- 84
re, qui nullo modo debet reverentiam
debitori, imò totum contrariũ, cùm de-
bitor mutuo accipiens etiam ſervus cre-
ditoris eſſe dicatur, *ita ſolvit Alex. in d. §.*
eleganter, nu. 6. per gl. l. fideicommiſſa. 11. ∫. Er-
go etſi nomen verb. non accipere. de legatu. 3.
& l. 3. verb. à cliente. C. de novat. Quod de
bonis moribus objicitur, quaſi illis pacta
non debeant obviare, hoc intelligendum 85
venit de bonis moribus naturalibus, quæ
videlicet prohibitionem juris naturæ,
vel turpitudinem aliquam concernunt,
ut quia ſe quis obligat ad maleficiũ com-
mittendum, *de quo habetur in l. ſi plagii fa-*
ciendi cauſa, 123. l. generaliter. 26. & l. ſti-
pulatio hoc modo concepta. 61. ubi Zaſ. & Dd.
de verb. oblig. ſecùs, ſi ſint contra bonos
moras civiles. *Zaſ. d. l ſtipulatio. num. 49.*
Minùs facit, quòd nemo dominus mem- 86
brorum ſuorum exiſtat, *l. liber homo 37.*
ad l. Aquil. quia contrarium loquitur de
extinctione vel amputatione membro-
rum, ad quam non poteſt extendi pactũ:
ſecùs eſt in pacto carceris, quo de in pro-
poſito agitur. *ita ſolvit. Bart. in l. 1. ∫. uſque*
adeò. num. 2. & 3. ff. de injur. Nec enim car-
cer, de quo nos loquimur, eſt afflictivus
vel extinctivus membrorum, ſed arctat
debitorem abſque omni periculo corpo-
ris ad hærendum in certo loco, donec ſol-
vat. Ac, ſi urgeatur illud ipſum etiam
prohibitum lege, *per l. Titio centum. 71. ∫.*
Titio 100. relicta, ne à monumento. de condit.
& demonſtr. reſpondetur: in contrario hoc 87
actum eſſe, ut Titius perpetuò, & quidem
purè ac præcisè maneret adſtrictus ad
commorandum in loco monumenti, vel
ad habendum domicilium in illa civitate,
& non alibi, ideoque commodè decidi-
tur ibidem, quòd talis appoſitio condi-
tionis aut modi non valeat, quia infrin-
git jus libertatis. *d. ∫. Titio:* ſecùs eſt in
terminis noſtræ quæſtionis, ubi qui obli-
gavit ſe ad carcerem, non tenetur ad hoc,
vel perpetuò, vel etiam præcisè, ſed libe-
ratur quandocunq; ſolvendo pecuniã vel
intereſſe, per ſuperiùs adducta. Ac, ſi re-
plicetur, *in d. ∫. Titio.* potuiſſe legatarium

eodem modo evitare iſtud onus perpe-
88 tuò manendi in loco deſtinato,cùm in faciendi obligationibus pòſt moram obligatio ſuccedat ad intereſſe. *l. ſi quis ab alio 13. §. fin. in finalibus verbis. de re judic. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. verſ. Celſus. de verb. oblig.* negatur antecedens, cùm, qui gravatur ex teſtamento ad aliquid faciendum, iſtud præcisè facere teneatur, neq; liberetur præſtando intereſſe. *l. fideicom. 11. §. ſi quis opus. de leg. 3. & l. Imperatores. 13. in princ. de pollicita.* quia in teſtamentis & ultimis voluntatibus uberior fit interpretatio, quàm in contractibus. *l. in teſtamentis. 12. de reg. jur. l. ſi pars 10. de inoff. teſtam. Bart. & omnes Dd. in l. 1. C. de S S. eccleſ. & pleniſſimè Iaſon in l. quæ de legato. 46. ff. de leg. 1. ac facit c. cùm dilecti. extra de donation.* [Nam in teſtamentis appellatione filiorum veniunt nepotes; ſecùs in contractibus. Et relicta in teſtamentis paratam habent executionem, *ut notat Angel. per illum text in §. illud quoq; Auth. de hæred. & Falcid.*] Minùs obſtant leges, diſponentes, quòd
89 liber homo, ne quidem volens ſe ad ſervitutem adſtringere poſſit. *d. l. nec ſi volens. 6. C. de liber. cauſ.* Primò ſiquidem reſpondetur; pactum carceris nullam imponere ſervitutem, &,ſi qua ſit, non eſt illiberalis, aut quæ mortalitati comparetur, puta, qua quis efficiatur perpetuum mancipium ejus, cui ſolvit. *§. in poteſtate. Inſt. de his qui ſunt ſui.* ſed loquimur de ſervitute liberali, ubi quis bona fide ſervit; *argum. l. ei quoq;. 11. ibi: ſive bona fide ſerviat homo liber. ff. ex quib. cauſ. majores.* & non perpetua, ſed ad tempus, & tàm diu durabili, donec ſolverit quod debet iſte carceratus. *ita ſolvit Bald. in l. 2. n. 1. C. de patr. qui fil. diſtr. ubi poſt Nicol. de Matatis addit,* talem non dici propriè ſervum, ſed ſervientem, ejuſdemq; ingenuitatem & libertatem non eſſe abſorptam aut extinctam, ſed velatam ad tempus. *Bald. ubi pro-*
90 *ximè n. 1.* Eodemq; modo reſpondetur ad contrarium *d. c. lator. extra de pign. & l. qui filios. 6. C. quæ res pign. ob. poſſunt.* quia non detinetur in propoſito debitor, ut in eo conſtituatur jus pignoris, ſed ut cogitet de viis ſolvendi, ſi velit liberari à carcere, *ita ſolvit Ioh. Franc. Ripa in l. obligatione generali 6. n. 9. ff. de pign.* Nihil etiam ad-
91 verſus cõmunem concluſionem faciunt incommoda carceris, puta, fœtor, ſqualor, tenebræ, ſolitudo, & alia ſuperiùs relata; quia contraria procedunt in carcere noxiorum ſubterraneo, in quo cuſtodiuntur deputati ad pœnam ob aliquod flagitium. *d. l. nemo 2. verſ. carcer pœnalium. C. de exact. trib. lib. 10.* ſecùs eſt in carcere debitorum, vel obœdientiarum, qui aſſignatur reis in cauſis pecuniariis, & plerunq; habetur in locis editioribus, ſuper portis civitatum, aut in curia, ita ne adimatur carcerato lumen Cœli & Solis. Nec adverſatur, quod iſtud pactum non tàm nocet debitori, quàm quod ne quidẽ creditori eſt per hoc conſultum, cùm eo mediante & duriùs obligetur reus, & nequeat cogitare ita facilè de remediis ſolvendi, ſicut faceret & facere poſſet extra carcerem, *contra l. reſcripta. 7. C. de precibus Imperat. offer.* quia retorquetur iſtud argumentum contra negativæ opinionis aſſeclas,
puta, quoniam hæret in carcere, ideò ma- 92
gis erit ſollicitus de ſatisfactione, ad hoc, ut revertatur ad priſtinam libertatem, in qua ſi eſſet, forſan per fugam ſubtraheret ſui conveniendi copiam creditori. Pro qua ſolutione facit, quòd regulariter quilibet creditor intelligatur in ſtipulationem deducere, quòd ipſi maximè prodeſt, & confert ad citiùs recipiendum ſuum, *prout tradit Vitalis de Camba. in tract. clauſul. in quæſtione; an ceſſioni bonorum poſſit renunciari? num. 34. argumento l. quoties. 15. ff. de ſervitut. & l. ſicuti. 8. ad fin. ſi ſervit. vindic. à contrario. ac facit l. inter ſtipulantem. 83. & l. ſtipulatio iſta habere licere. 38. §. alteri, de verb. oblig.* Et ſic prædictus carcer non erit magis pœnalis, quàm tædialis, *ſecundùm Vitalem. ubi proximè, & Ioan. de Platea in l. nemo carcerem. 2. in princ. C. de exact. trib. lib. 10.* Neque ſane carcer cu-
ſtodiæ publicæ, in quo ſiſtuntur rei ex 93
cauſa pecuniaria, ita eſt concluſus, quin præcedente ſaltem ſuper hoc ſalutatione judicis, ad colloquium ſuum amicos & cognatos admittere poſſit, pro deliberatione de remediis ſolvendi, ſicut probat experientia quotidiana in iis civitatibus, ubi habentur carceres obœdientiarum. Nec movet, quòd prohibitio capturæ liberi hominis videatur concernere jus publicum, ordinis videlicet judicialis, cui renunciari nequit. *l. jus publicum. 38. de pact.* quia iſtud pactum, paratæ manus injectionis in perſonã debitoris, non magis cõmodum publicum, quàm privatũ, eorumq; qui contraxerunt æs alienũ, reſpicit, & ſic nõ eſt remotũ à re privata pactũ, ideoque renunciare huic beneficio licet.

l. ſi

l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact. c. cùm olim. & ibi Abbas. num. 7. extra de præſcript. & eſt optimus textus in l. ſi unus. 27. §. pacta. quæ turpem. verſ. in ſumma. ibi: ſi pactum à re privata remotum ſit, non ſervandum eſſe, à contrario ſenſu. ff. de pactis. Ac, ſi inſtetur, iſtud privilegium, de non capiendo liberum hominem, eſſe proditum pro toto genere hominum liberorum, & ita pactis privatorum abdicari non poſſe, *arg. c. ſi diligenti. extra de foro compet.* reſpondetur: con-
94 trarium loqui in caſu ſpeciali, ratione ordinis clericalis, quòd per ipſos privilegio fori non poſſit renunciari, ne, ſubeundo tribunal judicum laicorum, ſecularibus negotiis immiſceantur, atque ita abſtrahantur, a divinis officiis. *c. 1. extra ne cler. vel mon. ſecular. negotiis ſe immiſc.* quod non eſt hic. Parùm etiam facit in oppoſitum, quod allegabatur pactum, de capiendo & carcerando debitorem in caſu moræ,
95 ideò non valere, quia beneficio ceſſionis bonorum renunciari nequeat, *per ea quæ ſuperiùs. num. 39 fuerunt adducta.* Primo ſiquidem reſpondetur: illam ſententiam ſatis eſſe dubitabilem, & tenetur contrarium per Fridericum de Senis *conſ. 60. n. 1. poſt Specul. in tit. de renunc. & concluſ. §. 1. n. 29. ubi in ſpecie loquitur de renunciatione beneficii. l. ob æs. 12. C. de act. & oblig.* &, quòd beneficio ceſſionis poſſit renunciari etiã abſque juramento, & ita multos Doctores ſentire, ſcriptum reliquit Panor. *conſ. 42. num. 1. vol. 2. & idem probat Iacobus de Arena. quem allegat Vitalis de Cambanis in tract. clauſularum. ſuper illa quæſtione, an beneficio ceſſionis renunciari poſſit. num. 7. & 33.* quia carcer iſto caſu nõ eſt afflictivꝰ membrorum corporis, ſed eſt quidam modus executionis, per quem devenitur ad exolutionem debiti, adhibita tamen quadam moderatione & miſericordia, *prout loquitur Bald. in l. 1. num. 9. C. qui bon. cedere. quod & Bart. innuit in l. alia. 14 §. eleganter nu. 13. ff. ſolut. matrim. & facit deciſ. Rotæ. 32. nu. 3. ſub tit. de ſentent. aliás eſt deciſio 678. in antiquis, ac concordat Staphilus in tract. de literis gratiæ, verb. quando quis petit.* Quamvis au-
96 rem altera opinio communior ſit, quòd huic beneficio ceſſionis bonorum renunciari non poſſit, ſecundùm Vitalem, *ubi ſuprà*; tamen adhoc pactum carceris non eſt inutile, medio ſiquidem tempore, donec cedat bonis debitor, detinetur in carcere, quin imò etiam derento denuò liberum eſt cedere bonis, ſaltem de jure civili, & per hoc evitare diuturniorem carcerem, per ea, quæ circa ultimam fallentiã hujus concluſionis, exigentur latiùs. Minùs poteſt adducere pro ſe debitor, quòd
per carcerem abſtrahatur à divinis, quia 97
quantumvis per hoc in templo prohibeatur eſſe; tamen privatim ſuæ animæ ſalutem curare poteſt, advocando adſe homines religioſos & miniſtros eccleſiæ, à quibus & conſolationem, item remiſſionem à peccatis, & Sacramentum cœnæ Domini petere ipſi licet, quæ omnia ne quidem condemnatis ad ultimum ſupplicium denegati ſolent, *c. quod te. extra de pœnit. & remiſſ. & c. fin. de ſentent. excom. in 6. & paulò pòſt circa primam fallentiam num. 102. annotabitur*, quòd in periculo vitæ conſtitutus debitor è carcere planè dimitti poſ-
ſit. Quod ad cohabitationem cum uxore, 98
& ad ſobolis procreationem attinet, illud non eſt ita in conſideratione, ex quo per gratiam Dei mundus alioquin hodiè eſt ſatis populoſus. Præterea monuimus ſuprà, carceres ad pecuniarias cauſas deputatos non eſſe ita rigoroſos, ut præcidatur mulieribus omnis ad viros aditus, & ego memini, ante paucos annos in quodam regno vicino, debitorem in carcere concluſum aliquot liberos ex uxore per tempus captivitatis ſuæ ſuſcepiſſe, prout & de in metallum damnatis legitur *in l. capitalium 29. ff. & ut generaliter. 5. aliás incipit Divus Hadrianus. verſ. proinde & mulieres ad metallum damnatæ liberos pariant. ff. de pœnis.* Munera verò publica adeò non impe-
diuntur per captivitatem debitoris, ut, ſi 99
reſpubl. ejus ſervitiis indigeat, licitum ſit ex hac cauſa captum, etiam inviro creditore, ad ſe retrahere, *argum. l. Lucius. 11. de evict. l. item ſi verberatum. 15. de rei vend. at notat Bart. in l. Antiochienſium. 37. de reb. auct. jud. poſſ. aliàs incipit de privil. cred.* Ad exhibitionem verò uxoris & familiæ, quæ impediri videtur per carcerationem debitoris, ideò non habetur reſpectus, quòd, qui nudus eſt, & ipſemet nihil habet, nihil dare, ſicut & eidem detrahi poſ-
ſit. *arg. l. nam is nullam. 6 ff. de dolo.* Neque
ſanè carcer, de quo loquimur, ita arctus 100
vel anguſtus eſt, quin ibidem eodem modo debitor operas, quas didicit, regulariter facere & exercere poſſit. Vitalis de Cambanis *in tract. clauſul. mihi pag. 390. nu. 32. per l. nemo carcerem. 2. verſ. ſecuri. C. de exact. trib lib. 10.* ubi inquit: detinendos eſſe debitores in aperta, libera, & ad uſum

hominum inſtituta cuſtodia, & ſic non prohibentur aliquid lucrari, qui ſaltem otio non indulgere volunt. Ultimò nec
101 illud obſtat, quòd opinio negativa adſtruitur eſſe communis, *per Brunum de ceſſio. bonor. quæſt. princ. q. 20. n. 3. 14. & 15. pòſt alios ibidem relatos*, quia, prærerquā quòd communi opinioni non ſit inhærendum, ſi reperiantur textus juris in contrarium, vel urgentiores rationes. *l. 2. §. ſed nec multitudini. C. de vet. jure enucl. & c. ego ſolu. diſt. 9.* ſaltem in præcedentibus abundè probatum extitit, affirmativam ſententiam eſſe de jure veriorem, & teſtimonia ſuperiùs adducta *num 45. & 46. cum ſeqq.* ſatis demonſtrant, ſive numero, ſive authoritatibus ſcribentium inniti velimus, facilè vincem⁹, hodiè eam plurium & illuſtriorum doctorum authoritatib⁹, quàm contratiam, munitā eſſe, prout & hanc communi calculo Doctorum magis approbari reſtatur Socinus *conſ. 99. num. 11. vol 4. in quem inclinat etiam Ioh. Franc. Ripa in l. obligatione generali. 8. num. 36. verſ. contrariam ſententiam ff. de pign. ac noviſſimè Minſing. in ſuis obſervat. Cameræ cent. 6. obſ. 51. num. 7. hanc ſententiam & veriorem & communiorem eſſe profitetur.* Sic itaq; firmata eſt concluſio ſuperiùs poſita, quòd videlicet conventio, ut in caſu moræ debitor, ad inſtantiam creditoris, á familia judicis capiatur, & in carcere publico cuſtodiatur, tàm diu, donec ſatisfiat creditori, valeat, eamq; de generali conſuetudine obſervari refert Henningus Godenus *conſ 2. de injur. num. 26.*

102 Ripa tamen, ubi ſupra, addit notabilem limitationem, quòd non procedat hæc concluſio, imminente periculo mortis, tunc enim debitor dimittendus eſt ex carcere, ut curam animæ ſuæ agere poſſit, cùm ſalus morituri cuicunque cauſæ pecuniariæ præferri debeat. *Ripa d. l. obligatione. num 31. per c. non ſatis diſt. 86 & facit l. jubemus. 10. C. de SS. eccleſiis.* Cautus tamen iſto caſu ſit judex, ut nihilominùs ægro cuſtodes adhibeat, *argum. ejus, quod tradit Ioh de Plat. in d. l. nemo carcerem. num. 14. C. de exact. trib. lib. 10. poſt Bart. in l. qui in carcerem. 22. num. 1. ff quod metus cauſa.* ne, in eventum reconvaleſcentiæ, vel morbi ſimulationis, evadendi & ſubtrahendi ſui copiam occaſio præbeatur debitori, atque ita judex litem faciat ſuam, & conveniatur pro debito principali, in vicem debitoris, *per ea quæ tradit Ioban. Fab. in §. fin. num. 6. Inſtit. de action. per l. quoties. 3. C. de exactor, tribut. lib. 10. ac facit l. quemadmodum 29. §. magiſtratus. 7. & ibi Baldus. ff. ad l. Aquil.*

Fallit ſecundo in caſu extremæ mendicitatis & famis, quando videlicet debitor carceratus nec ipſe habet, unde ſe alat, nec victum, & alia neceſſaria accipit à faciente carcerari, *prout iſtud requirit gloſ. communiter approbata in l. fin. verb. agnoſcere. C. de erogat. mil. anno. libr. 12. Specul. tit. qui filii ſint legit. num 20. Iaſon. in l. ſi victum. 34. num. 2. & 3. ff. de re jud.* nam & tunc judex impunè poterit debitorem relaxare, etiā 103
invito creditore, ne fame contabeſcat in carceribus, *Ripa d. l. obligatione generali. 6, num. 31.* Etſi enim carceratus ſive pro pe- 104
cuniaria, ſive pro criminali cauſa, ipſemet ſibi debet adminiſtrare expenſas, & de victu, ſtratis, aliiſque neceſſariis providere, *per ea, quæ tradit Paris de Puteo in tract. ſyndic. verb. an carceratus. mihi fol. 48. num. 2. ac probatur per dictam gloſ. l. fin. C. de erog. mil. anno lib. 12.* tamen, ſi talis ſit 105
inopia captivi, ut non habeat, unde ſe exhibeat, ſiquidem judex reum per ſe & proprio motu, vel reſpectu debiti, in quo reipublicæ tenebatur, vel maleficii ratione, de quo inquirebat, carceraverit, ei victus adminiſtrandus eſt ex publico. *l. judices. 8. ibi: victualem ſubſtantiam non habentibus faciant miniſtrari. C. de epiſc. audien. Paris ubi ſupra & Boërius deciſ. 303. num. 2.* 105
Ad inſtantiam verò privati carceratus, 107
qui ipſe non habet, ex quo alimentetur, exhibendus eſt per carcerari facientem, *allegatis ſupra juribus, & ita diſtinguit etiam Felinus in c. 1. num. 9. extra de lib. oblat. & in c. ex reſcripto. in fi. de jurejur. & ſequitur Brunus de ceſſ. bon quæſt. 5. princ. num 8. quo de tractatum fuit etiam ſupra cap 2. num. 113. cum ſeqq.* ac, ſi iſtud non fiat, nec provideatur per creditorem de lectis, alimentis, aliiſve neceſſitatibus ipſi capto, poterit reus vel actione injuriarum adverſus detinentem agere, *l. ſi victum aut ſtratum. 24. ff. de re judic.* vel petere à judice dimiſſionem ex cuſtodia, ad quod judex pronus & facilis eſſe debet, *ſecundùm Matthæum de Afflict. in deciſ. 71. & notat Angel. de Aretio in §. fin. in fin. Inſtit. de action. ac latiſſimè proſequitur Antonius Corduba de Lara in repetit. l. ſi quis à liberis. 5. § ſolent. 8. num. 37. & 38 ff. de liber. agnoſc. allegando Corſetum in ſing. incip. creditor. & Gerardum in ſing. 78. incip. pauperes. & Lucam de Penna in l.*

Digitized by Google

in l. fin. C. de his qui num. liberorum ſe excuſant. lib. 11. & latiſsimè Brunus de ceſsio. bon. quæſt. 6. princ. num. 8. quo de habetur etiam ſuprà d. cap. 2. num. 111. cum ſeqq. Ideoque cauti ſint creditores, adhibendo omnia poſſibilia remedia, ſi quo pacto per ſtipulationem fidejuſſoriam, vel alio modo ſuum recipere valeant, ne ſtatim, in eventum moræ, proſiliant cum debitoribus ad carceres, cùm & commentarienſibus, in caſu inopiæ obligari, de ſuo ſatisfacere, & carceratum, ut dictum fuit, propriis ſumptibus exhibere cogantur, edocti de ſuo periculo ex illo Phormionis Terentiani, ubi inquit:

Aliud aliis eſt periculũ, unde quid abradi poteſt,
Mihi ſciunt nihil eſſe, dices, ducent damnatum domum,
Alere nolunt hominem edacem.

108 Quod tamen ſublimitatur, niſi aliud ſic introductum de conſuetudine loci, puta, quod carcerati ꝓ debito pecuniario, vivãt tantùm ex eleemoſynis tranſeuntiũ, quo caſu relevantur creditores ab exhibitione carceratorum pro cauſa pecuniaria, prout Pragæ, Norimbergæ, & in aliis pluribus civitatibus hoc practicatur.

109 Reſtringitur tertiò, in fœmina debitrice, quæ ne quidem ex pacto quocunque capi, vel capta detineri debet, *Rebuff. in ord. reg. Gall. tit. de literis obligat. art. 11. gloſ. 3. n. 32.* idq; propter periculum pudicitiæ, quod vertitur cum ea, quæ conſtringitur in loco aliquo ſolitario. *Decius in l. fœminæ 2. nu. 78. ff. de reg. jur. & Iaſ. l. plerig. 18. nu. 34. ff. de in jus voc.* Quod ampliatur pro-
110 cedere etiam in fœmina recuſante bonis cedere, ut ne illa quidem carceribus includi poſſit, *Albert. Brun. de ceſsio. bon. 1. quaſt. 4. quæſt. princ. num. 1.* ſaltem jure authenticorum, *argum. §. neceſſarium. auth ut nulli judicum colla. 9. auth. ſed hodiè. C. de offic. divers. judic. cum auth. ſed novo jure. C. de cuſtod. reorum.* & hæc ſententia quòd mulier pro debito non carceretur, communis eſt, ſecundùm Gomezium *de contract. tomo 2. cap. 11. num. 51.* quod ipſum tamen an ſit univerſale, de eo videantur tradita in capite tertio Partis ſecundæ hujus Operis. *num. 199. cum ſequentibus.* [Idem eſt in matre, ratione adminiſtrationis tutelæ filiorum, quæ quidem pro reliquorum ſolutione in carcerem duci non poteſt, *Hippol. in priv. crim. attingam n. 54.* & probatur ea ratione, quod mater etiam ob adminiſtrationem tutelæ habet privilegium, ne conveniri valeat, ultra quã facere poſsit.]

Fallit quartò in carceribus ſubterraneis 111
& tenebricoſis, qui non magis hominibus, quàm beſtiis & vermibus communes ſunt, luciſque privationem, adeoq; torturæ ſpeciem inferunt. *Bald. in l. 2. nu. 6. C. de epiſc. & cler. & in l. 1. C. de cuſtod. reorum.* ſicut nec de tali carceratione hæc intelligenda ſunt, quæ fit cum injectione vinculorum & compedum, *de qua in l. ſolutum. 48. & l. vinculorum. 224. de verb. ſignific. & l. qui in carcerem. 22. quod metus cauſa*, ſed de ædificio convenienter ad cuſtodiam deputato, quod alio nomine carcerem obœdientiarum, vel civilem coërctionem, vulgò Bürgerlichen Gehorſam nominamus, *d. l. Nemo carcerem. 2. verſ. ſecuri. in illis verbis:* contineatur in aperta, & libera, & ad uſum hominum instituta cuſtodia, *C. de exacto. trib. lib. 10.* ubi etiam Platea *num. 14.* fatetur, carcerem debitorum eſſe talem locum, quem impunè non poteſt egredi detentus, ac vocatur a- 112
lio nomine tædialis. *Ioh. de Plat. in d. l. nemo. in princ.* ac liberum eſt judici, deputare debitori, pro dignitate perſonæ, etiã unam aliquam domum privatam, vel publicam, aut palatiũ. *Angel. de Aret. in §. fin. n. 2 verſ. in carcere verò publico. Inſtit. de act.* vel etiam totam civitatem pro carcere obœdientiæ. *Iaſ. in l. ſi pecuniam. 5. §. ſed ſi acceperit. 3. nu. 6 ff. de condict. cauſa data. & ſequitur Regulus noſter in ſuo proceſſu cap 103. num. 9.* quo de videantur, quæ tradimus latiùs in cap. tertio Partis ſecundæ *n. 166. cum ſeqq.* & in cap. 7. hujus Partis *nu. 10.* Sic in pleriſq; civitatibus videmus extare carceres obœdientiarum ſuper portis 113
earum, aut in palatio, vel aliis locis eminentioribus, ubi eſt aër pervius, ac habetur lumen Solis & Lunæ, *de quo tradit Bart. in tract. de carceribus. n. 2. per l. 1. verb. ſalubribus locis. C. de cuſtod. reo.* ac ſi aliter tractaretur incluſus debitor, poſſet, tanquam gravatus, à tali duricie carceris appellare, *arg. c. ut debit. extra de appell. & l. lata ſententia. 22. C. eod. tit.* prout ejuſmodi cauſam, per viam appellationis ad judicium noſtrum curiale devolutã, nuper admodũ habuimus in lite, vertente inter quendam nobilem ex una, & ejus ſubditos ex altera parte, ſuper pecuniario debito, ꝓ quo appellans conquerebatur, ſe in ſubterraneũ & pro ſceleſtis ædificatũ carcerẽ conjectũ fuiſſe, quod fieri nõ debet, niſi fortè ex

ſtatuto vel conſuetudine loci habeantur carceres debitorum etiam duriuſculi & aſperiores, in quibus includuntur, qui contraxerunt magnum æs alienum, & decoctores atq; falliti nominantur, tunc enim obligatio ad carceres publicos, etiam duriuſculos, valebit, *per ea quæ tradit Bart. in l. ſi deceſſerit 4. num. 2. qui ſatiſdat. cog.* idque vel maximè in propoſito, propter duplex vinculum, concurrentis videlicet pacti & conſuetudinis, *arg. auth. itaq; C. commun. de ſucceſſion.*

114 Fallit quintò, in debitore moroſo circa ſolutionem ejus, quod debetur, qui tamen offert in ſolutum unum aliquod prædium immobile ex ſuis bonis melioribus, puta, quod facilè reperiat emptorem, eo ſiquidem ipſo reus evitabit carceres, ad quos ſive per pactum, ſive per ſtatutum loci adſtrictus erat, cùm in hoc nihil decedat creditori. *hanc limitationem adſtruit Felinus in c. quod ad conſultationem. num. 11. extra de re judic. per §. quod autem de cætero. verſ. rerum verò datio fit hujuſmodi, ut, quæcunq; meliora ſunt, dentur creditoribus, & ibi: Bart. Auth. de fidejuſſor. coll. 1. & facit l. eum à quo. 16. cum auth. ſeq. C. de ſolutio. idem tenet Aretin. in §. fin. num. 2. in fi. Inſtit. de action. poſt Bart. in l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. ac ſequitur Albert. Brun. de ceſſ. bon. quæſt. 34. 4. quæſt. princ. allegat Imolam in l. filiofamil-*
115 *lias. num. 2. ff. ſolut. matrim.* idque propter ordinem executionis. *deſcriptum in l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. de re judic.* quò mediante, fit initium captionis pignorũ à mobilibus & ſe moventibus, ab iisq; ad immobilia, &, illis non ſufficientibus, ad nomina debitorum pervenitur, &, ſi nec inde etiam poſſit ſatisfieri creditori, recurritur demùm ad extremum remediũ, puta, detentionem perſonæ, *ſecundùm gloſ. communiter approbatam. in l. 3. §. tutores. verb. vinculis. de ſuſpect. tut. & ſequitur Bart. in l. nemo carcerem. 2. C. de exact. trib. cum Angelo Aretino in d. §. fin. num. 2. verſ. quòd carceratus pro debito fiſcali. de quo etiam ſupra cap. 2. num. 067. cum ſeqq. tactum fuit.* Et quòd juſtiſſimum ſit, ei, qui offert rem meliorem ex ſuis bonis creditori, parci circa carcerationem, patet, cùm creditor, qui accipit ſuum ex venditione rei immobilis, non habeat quod conqueratur, &, ſi ipſe urgeret ex pacto ſolutionem faciendam in pecunia, *per l. 2. §. mutui datio. in fin. ſi cert. pet.* convinceretur de malitia & duricie, quia ipſius nihil referret, *argum. §. ideò autem. Inſtit. de ſervit. cum l. ſi cum. 14. ad fin. ſi ſervit. vendic.* Et an debitor per oblationem rei melioris in vim pignoris, evitet adjudicationem ad manus creditoris, videatur infrà pleniùs num. 127.

Fallit ſextò, in debitore, qui deceſſit ex humanis, non prius exoluto ære alieno creditoribus, ejus enim defuncti cor-
pus detineri, ſequeſtrari, vel areſtari non 116
poteſt. *l. cùm ſit injuſtum. 6. cum auth. ſeq. C. de ſepul. viol. ac facit auth. ut defuncti ſeu funeorum non injur. coll. 5.* [& appellatio creditoris, ne cadaver debitoris ſepeliatur, recipienda non eſt, *Spec. tit. de appell. §. in quibus. verſ. 8.*] cùm reipubl. interſit, mor-
tuorum corpora quàm citiſſimè manda- 117
ri ſepulturæ, ne cadavera fœtorem excitent, & peſtem aut alios morbos cauſentur. *arg. l. 3. §. divus ff. de ſepul. viol. ac notat Specul. in tit. de appell. §. in quibus. num. 10. Nicol. Boërius deciſ. 287. Didac. Covarruv. lib. 2. var. reſol. cap. 1. num 10.* ideoque credi-
tores, qui contrarium attentant, de jure 118
civili puniuntur in tertia parte ſuorum bonorum, & cadunt ab actione contra hæredes debitoris ipſis competente, ac tantundem iiſdem ſolvere tenentur, & inſuper infamia notantur, *prout tradit Ripa in tract. de peſte, primo remedio præſervativo num. 101. verſ & primòquæro & in l. obligatione. 8. num. 34. verſ. viſo de libero homine ff. de pignor.* Angelus tamen hoc reſtringit
in inſtrumento vel ſententia, quæ ex for- 119
ma ſtatuti, ad beneplacitum & voluntatem creditoris executioni mandari debet, tunc enim, ſecundùm ipſum, ſicut liberum fuit creditori, contra debitorem ſuum viventem, in bona ejus facere executionem, ita poteſt ea fieri pòſt mortem in corpus ipſius, ne ſepeliatur, donec creditori ſatisfiat. *Angel. in d. auth. ut defuncti verſun. eorum non injur. §. 1. collat. 5. ac ſequitur Hippol. de Marſil. in l. fin. col pen. num. 63. verſ. item adde prædictis. ff. de quæſtion. & in ſingul. 199. incip. in jure expreſſum.* de quo tamen dicto ego valdè dubito, cùm ratio publicæ utilitatis cuicunq; cõmodo privato ſit anteferenda, *arg. l. 1. ff. ſol. matrim. & in contraria etiam ſententia eſt Thomas Grãmat. deciſ. 82. incip. incidit ſermo. quam & probat Felin. in c. ſicut Iudæi. n. 1. extra de Iudæis & Saracen. ac adſtipulatur Gomez. in tomo 2. de qualitat. contractuum cap. 12. nu. 56. quod idem tenuit etiam Roderic. Suarez. in repet. l. poſt rem judicatam, in declarat. legis regni extenſione 5, num. 1. & 2. ubi addit, iſtud Angeli*

dictum

dictum eſſe terribile, nec probari lege. [imò impium eſſet apud Ethnicos, ne dum apud Chriſtianos, cadaver inopis debitoris inſepultum detineri, ex ea cauſa, quod æs alienum minimè ſolvatur. Ratio ſiquidem naturalis divina & humana jura nequaquam patiuntur defunctorum cadaveribus ſepulturam negari; niſi id fiat ob aliquam cauſam, quæ Reip. commodum ſpectet.] Hinc eſt, quòd, cui denegatur ſepultura publica per epiſcopum loci, is poſſit ſepeliri in horto, vel alio loco privato, ex eadem ratione, ne corpus hominis inhumatum maneat, & odorem ingratum excitet. *Ripa in d. tract. de peſte nu. 102.* Etſi enim ipſi defuncto facilis jactura ſepulchri eſt, ſive humatus, ſive inhumatus maneat, cùm ejus corpus careat omni ſenſu: tamen in primis viventium gratia ſepultura reperta eſt, quibus cadavera, tanquam naribus fœtida, & oculis inſeſta, occultantur, *ſecundùm Ripam in d. tract. de peſte num 98. & 99. ac faciunt text. in l. ſunt perſonæ. 43. verſ. nam propter publicam utilitatem, & l. ne corpora aut oſſa. 38. ff. de religioſ. & ſumptib. fun.* cumque hæc res dilationem non recipiat, ideò prohibetur defunctorum ſequeſtratio, *arg. l. fin. ff. de appell. recip. & l. conſtit. 16. de appell. tit. generali. & l. quiſquis. 5. C. quorum appellat. non recip.*

De ceſſione bonorum, & quomodo debitor incarcerationem effugere poſſit.

121 Fallit ſeptimò concluſio noſtra, in debitore cedente bonis, eo ſiquidem caſu evitat carceres, etiamſi in eventum non factæ ſolutionis, ad carcerem ſubeundum ſe obligaverit, vel alter extiterit ſtatutũ, quòd inſtrumenta guarentigiata mandentur executioni per carcerem, & quavis alia via, quæ magis placuerit creditori. *Bald. in l. 1. n. 3. C. qui bon. ced. poſſ. Petrus de Anchor. in c. canonum ſtatuta, verſ. occurrunt aliæ quæſtiones extra de conſtit. ſequitur Alex. conſ. 82. num. 2. vol. 2. Paulus de Caſtr. in l. alia. 14. §. eleganter. 1. ad finem, ff. ſol. matrim.* Ac, quod per pactum manusinjectionis non excludatur remedium ceſſionis, patet, cùm non debeat plùs operari tacitum, quam expreſſum. *l. expreſſa nocent. 195. de reg. jur.* Sed ſuprà convictum fuit ex communi Dd. ſententia, per conventionẽ debitoris cum creditore, etiam expreſſam, non poſſe renunciari beneficio ceſſionis, prodito pro reis in cauſis pecuniariis, *ſecundùm Ripam in l. obligatione generali. 6. nu. 30. ff. de pign.* unde nec per ſimplex pactum manusinjectionis intelligitur illud beneficium ceſſionis aliquo modo abdicatum, *& hoc in ſpecie decidit Albert. Brun. de ceſſio. bon. quæſt. 3. princ. n. 4.* ubi loquitur in fortioribus terminis, puta, quòd reus ſecum juramento obligaverat ad detentionem perſonalẽ, & tamen concludit, per ceſſionem evitari carceres. *quod ipſum etiã voluit Felin. in c. ſi diligenti. nu. 4. extra de foro compet. & Ioh. de Imola in c. cùm contingat. de jurejur.* licet per hanc ipſam ceſſionẽ parùm 122 admodũ conſulatur debitoribus, cum in ea omnia ſua bona creditoribus cedere cogantur, ita, ut ne unus obulus quidem cedentibus relinquatur, præter camiſiam & nuda panniculatia, veſteſq́ quotidianas. *Aretin. d. § fin. nu. 6. Inſtit. de action. arg. l. divus. 6. verſ. panniculatia ff. de bonu damn.* alia omnia reis auferuntur, etiam uſque ad peram & ſacculum, *prout loquitur Iaſ. in d. § fin. num. 26.* & probat Ludovicus Gomeaius qui dicit, hodie debitores executari in omnibus bonis, etiam uſque ad indumenta, non relicta ipſis niſi unica veſte, qua corpus tegant, ne nudi incedant, *Gomez. in §. item Serviana. n. 37. Inſt. de act. & Albert. Brun. de ceſſio. bon. quæſt. 3. princ. nu. 9.* ubi addit hanc ſententiã cõmunem eſſe, & communiter in practica ſervati, & ante eum idem tenuit Panorm. *in c. Odoardus num. 8. ext. de ſolut. & Petrus Iacobus in rub. de ceſſio. bon. & Aufrerius in deciſionibus Capellæ Tholoſ. deciſ. 436.* & ſic ei vix dimittitur interula. *Bald. in d. l. fin. num. 4. C. qui bon ced.* quo fit, ut cedens deinceps panem oſtiatim, aut honeſtis manuum laboribus quærere cogatur, niſi fame perire malit, cùm econtra carcere detentus hoc ſaltem beneficii conſequatur, quòd, ſi ipſe non habeat, unde ſe alat, ſumptibus detineri facientis exhibend⁹ veniat. *Boer. deciſ. 103. num. 1. de quo ſupra num. 103. 104. cum ſeqq. latiùs dictum eſt.* Bonis autem ce- 123 dentium curator datur, qui ea adminiſtret, aut vendat, ac creditorib. vel de fructibus, vel de pretio rei ſatisfaciat. *l. fin ff. de curat. bon dan.* & contra debitores cedentium utiles actiones exerceat. *l. curatori circa princ. eo tit. ac notat. Brun. de ceſſione bon. quæſt. 18. pr. num. 10 11. & 12.* Quam qui- 124 dem ceſſionem creditor, qui fidejuſſores unà cum principali reo obligatos habet, acceptare non cogitur, ſed poteſt, ſpreto debitoris beneficio, impunè contra fidejuſſores, ſecundùm formã literarũ, in qua ſe obligarunt, procedere. *Bart. in l. heres à debitore. 21. §. Quod ſi ſtipulator. 3. nu. 1. & 2. de fidejuſſ. Ang. de Aretio in §. fin. Inſtit. de act. num. 18. ac faciunt, quæ de privilegio moratoria*

Sup cap 3 n 160 cum ſeqq latiùs. Effer jur civil. & Sax 10. lib.1 in Zobel. 30. part.2. num.10

tinæ dilationis diximus ſupra cap. 4. num. 16. & 17 cum ſeqq. Etſi verò per jus noſtrum provinciale non agnoſcitur iſtud flebile & miſerabile beneficium ceſſionis bonorum, ſed penitùs excluditur, ita, ut debitorem non ſolvendo exiſtentem, non obſtante quacunq; ceſsione, condemnet ad manus creditoris, cui liceat deinceps debitorem vel in compedibus, vel ad opera-
125 rum aut ſervitiorum exhibitionem detinere. Landrecht. *lib. 3. art. 30. ac concordat text.* Weichbild. *art. 27. circa finem:* tamen ejus legis illa forte poteſt aſsignari ratio, quòd debitor circa exhibitionem operarum vel ſervitiorum, ſemper exiſtimetur ſufficiens, ideoque non liberatur ab iis per bonorum ceſsionem, *argum. ejus quod tradit Salicet. in l. 1. num. 5. & 6. qui bonis ced. poſſunt. quo de latiùs infra cap 9. num. 90. hujus partis.* [Major apud veteres *ex l. 12. tabb.* obæratì & perfidi debitoris conditio erat, quia ea lege permittebatur non ſolùm corpus debitoris in ſupplicium dare, ſed etiam inter creditores ſeeare & illud partiri licitum erat, eò quod vinculorum pœnam deterrimi homines contemnerent, & tanta immanitate pœnæ fieret, ne unquam ad eum perveniretur, uti ex ipſa lege 12. tabb. videre eſt, quam præclarè & latè explicat Aul. Gellius *noct. Attic. lib. 20. c. 1.*] An autem extra caſum pacti de manusinjectione in perſonam, ſaltem antè impetratam bonorum ceſsionem, de jure civili judicis officium implorari poſsit, pro compellendo debitorem non ſolvendo exiſtentem, ad operandum vel ſerviendum creditori, donec ei ſatisfiat, videantur tradita in capite *9.* hujus partis num, 30. cum ſeqq. Idq; planè indubitatum eſt, ſi notoriè ſit inops debitor,
126 nec habeat unde ſatisfaciat creditori, propter expreſſam literã juris Saxonici, quod condemnat debitorem non ſolventem ad manus creditoris pro faciendis operis, aut hærendo in compedibus, donec ſolverit, quemadmodum etiam Baldus ſcriptum reliquit, de ſtatuto ſuper inſtrumentis guarentigiatis, ut ea mandentur executioni etiam per carcerationem perſonæ, tunc namq; debitores, ſecundùm eũ, non audiuntur offerendo bonorum ceſſionem *Bald. in l. 1. num. 3. verſ. quæro ſi ſtatutum dicit in verbis: niſi ſtatutum nominatim C. qui bonis cedere poſſunt.* cùm ſtatuta præciſe & ad unguem, prout loquuntur, ſint ſervanda, & plenioris cenſeantur operationis, quàm pacta, *l. non impoſſibile. 50. de pact. ac concordant in his ipſis terminis cum Baldo Iohan: de Imola in l. alia. 14. §. eleganter, quem ipſe legit pro initio legis, num. 5. ibidemq; Angel de Peruſ. & Paulus de Caſtro uterq; n. 4. ff. ſolut. matrim. & ita conſulunt Cornæus conſ. 212. incip. placet. vol. 2. ac ſequitur Albertus Brun. de ceſſione bon. quæſt. 3. princ. num. 4.*

Cæterùm illud non caret dubio, ſi reus
forſan de præſenti non habeat paratam 127
pecuniam, offerat autem immobilia, vel unam rem meliorem de ſuis bonis, aut alia pignora, ad valorem æris alieni aſcendentia, an, quia creditor invitus aliud pro alio in ſolutionem accipere non cogitur. *l. 2. §. mutui datio. ff ſi cert. pet.* per hoc obligatus evitet adjudicationem juris Saxonici ad manus creditoris? Et quia paulò antè in quinta fallentia. *num. 114.* diximus, iſtud remedium evitandi carceres de jure civili proditum eſſe, *per §. quod autem de cætero. auth. de fidejuſſ. coll. 1.* & leges Saxonicæ circa hoc nihil immutant, non video, quid prohibeat in propoſito, quin eodem modo, per oblationem bonorum æquivalentium debito, adjudicationem ad manus creditoris exactus effugere debeat, *argum l. præcipimus. 32. C. de appell. ac facit textus* Landrecht. *lib. 3. art. 39. verſ.* Wer nicht gelten mag. *à contrario ſenſu.* Nec obſtat d. §. mutui. & quod habetur Landrecht. *art. 40. lib. 3 in princ.* ubi dicitur: Wer Pfennige oder Silber gelten ſoll/ beutet er da andere Haab und Pfande vor / er wird
damit nicht ledig. quia dicti textus ſunt in- 128
telligendi, quod contradicentibus aut invitis creditoribus, qui unum pro alio in ſolutionem accipere recuſant, per hoc debitores non evitent executionem in bona, ſed procedatur adverſ' eos ſecundùm formam juris, *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione 2. de re jud.* non autem, quòd deveniri ſtatim poſsit ad manusinjectionem contra perſonam, ad eum finem, ut tradantur macerandi creditoribus. Quamdiu namq; ſuperſunt bona, ex quibus ſolutio fieri poteſt, medio tempore ceſſatur ab adjudicatione perſonæ in manus debitoris, quod & innuit Zobelius *d. art. 39. lit. B.* & idem in caſu ſtatuti, tribuentis creditori paratam executionem adverſus perſonam debitoris, tenet Antonius Canarius *in tract. de execut. inſtrum.*
num 66. 67. & 68. Nunquam enim deve- 129
nitur ad capturam perſonæ debitoris, niſi prius rei bona excuſſa & non ſolvendo

reperta

reperta fuerint, *gloſſ. l. 3. §. tutores. in verb. vinculu. de tutel. & rationibus diſtrah. l. nemo carcerem 2. C. de exactor trib. lib. 10.* Ac, ſi objiciatur, prædia locu ſolutionis oblata forte non eſſe ſufficientia, vel non habere mox emptorem, in primis eum, qui pro parata pecunia illa cumparet, reſpondetur: eo caſu liberum eſſe creditori, pign° ita traditum ſubhaſtare, & quanti emptorem invenerit pro parata pecunia diſtrahere. *l. à Divo Pio. 15. §. quod ſi res. 5. juncto §. ſed ſi emptor. verſ. oportet enim res captas pignori pro præſenti pecunia diſtrahere. ff de re judic. quo de videantur, quæ habentur plenè in tertia Parte hujus Operis cap. 9. per totum, & in primis num. 94* ac, ſi quid ad integram ſatisfactiunem deeſt, ad illud reſiduum denuò poterit experiri per viam paratæ executionis in alia bona rei. *d. l. à Divo Pio. 15. §. quod ſi res. 5.* ſin verò omnia ejus bona non adæquant reſiduam quantitatem debiti, vel forſan offerantur res inutiles futuræ creditori, quæ pro nullis ſunt habendæ, *ſecundùm Baldum in auth. ſed hodie. num. 4. C. de act. & oblig. per l. ſi nullæ. 10 ff ut in poſſ. legatorum.* tunc demum ſuccedit adjudicatio juris Saxonici ad manus creditoris, ſicut ſecundùm ordinem prædictum de jure reſponderunt etiam veteres ſcabini Lipſenſes, Senatui Mittveidenſi anno 1543. cum illis verbis: Wenn / nach geſchehener Hülffe zu den Gütern / der Gleubiger nicht bezahlet wird / mag er in dem vbrigen / was zu voller Bezahlung mangelt / ſich an des Debitorn Perſon / wie Recht / halten / dann nach Sächſiſchen Rechten zu ge-
130 baren. quemadmodum poſt paucos menſes M. Otto Hutman Pegavienſis, in ſimili cauſa ſimilem deciſionem eodem anno accepit. Idemq; per omnia eſt de eo, qui in caſum deficientium bonorum, offert nomina debitorũ certa & idonea, vel exigibilia, quantumvis aliquam dilationem habentia, cùm illa mora modici temporis meritò non debeat eſſe in conſideratione. *l. ſi debitori. 21. ff. de judic.* Ex quo namq; hoc beneficium illo caſu reportat creditor, quòd per receptiunem nominum, ſaltem poſt tempus conſequetur ſuam ſatisfactionem, licet tardiùs, multò ſatiùs ipſi eſt, huic remedio acquieſcere, quàm eo ſpreto, debiturem vel ad operas detinere, vel ad compedes diſtringere ſecundùm quam ſententiam pronunciarunt etiam præmemorati ſcabini Lipſenſes Wolfgango Tilen judici oppidano in Friberго anno 1544. ut ſequitur: Vnd leſſet ſich der Gleubiger an die Vbergebung vnnd Anweiſung des auſſtehenden Erbgeldes / ob ſich gleich deſſelbigẽ Entrichtung verziehen möchte / billich begnügen / hat auch darüber nicht fug / ſich an des Schuldigers Perſon / ſolcher Schuld halben / zu halten / ꝛc. Et hæc poteſt eſſe ad concluſionem noſtram, in qua tenebamus, obligatum ex vi pacti vel ſtaturi pòſt moram ad manus injectiunem in perſonam, rèctè detineri, ſaltem officio judicis mediante, IIX. reſtrictio, & cautela pro evitatione carceris, vel adjudicationis rei ad manus creditoris. Solvendo 131
namq; is etiam intelligitur, qui habet nomina debitorũ ſaltem idonea & exigibilia. *Bald. in l. facere 28. ubi etiam Alex. ff. ſolu matrim. & idem Bald. in l. 2. in princ. de noxal. act. not. Decius in l. nemo dubitat. 95. num. 2. de reg. jur.*

Nonò fallit in debitore qui, ut maximè 132
non ſit poſſeſſionatus in illo territorio, ubi ejus detentio petitur, allegat ſufficientiam ſuarum facultatum in alio loco, vel territorio. Quo caſu ante omnia audiendus, & bona ejus excutienda ſunt, priuſquam ad detentionem perſonæ deveniatur, ita, ut ante excuſſionem ad capturã perſonæ non poſſit perveniri. *Bald. in conſ. 248. incip. in cauſa Baptiſtæ vol. 4. Paul. de Caſtro in l. ſi ꝑ deicommiſſum. 50. §. 1. de judic. quos adducit Hippol. de Marſil. in practica criminali §. attingam. num. 57.*

Tradi poteſt etiam decima reſtrictio 133
vel cautela pro debitore inſufficiente, cujus adjudicatio petitur per creditorem, ut videl. reus alleget ſufficientiam ſui fidejuſſoris. cujus facultates, quo ad hoc dicuntur eſſe aggregatæ patrimonio debitoris principalis, non minùs atq; plurium confidejuſſorũ dicuntur bona quaſi commixta vel unita. *Paul. de Caſtr. in l. ſi plures 27. §. præterea ſi quæratur. 2. de fidejuſ. & mandat.* ubi per illũ textum infert, ſiquidẽ maritus fidejuſſores dotis dederit, quantumvis poſtea ad inopiam vergere cœperit, mulierem tamen dotis reſtitutionem, vel conſignationẽ petere non poſſe, cùm fidejuſſor adhuc ſit idone⁹, licet ab illa opinione finaliter deflectat, *per l. ſi conſtante. 24. ff. ſol. matr. & l. ubi adhuc. 29. C de jure dot.* Quatenus n. fidejuſſor idoneus eſt, eatenus ipſe principalis ſolvendo eſſe intelligitur. *Bal. in auth. ſed hodie. n. 1. C. de act. & oblig. ac facit l. mulier. 28. ubi Bald. n. 2. C de jure dot. Dec. in d. l. nemo dubitat 95. n. 1. ff. de reg. jur.* [Plane n. ait Ulp. vice ſolutionis ſufficit, ut quis aut fidejuſſor, aut pignori-

bus

bus idoneis caveat, *l. reſcripto. 6. §. debito-*
res. 1. ff. de muner. & honor.] Sed quid juris
134 de debitore, qui quamvis ipſemet non ha-
beat paratam pecuniam, aut etiam bona,
vel ſua vel fidejuſſorum priùs datorum,
ex quibus ſatisfieri poſsit creditori, offert
tamen ſufficientem cautionem cum no-
vis fidejuſſoribus? nam & tunc ad operas
vel compedes creditoris videtur ceſſare
condemnatio, *arg. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. &*
ibi Bald. per illum textum. ff. qui ſatiſd. cog.
Ferrar in form. ſaximenti in verb. Sapiens. vir.
num. 5. Si enim ſequeſtrum rerum diſſol-
vitur per cautionem fidejuſſoriam, *allega-*
tis juribus. & notat Cyn. Salic. & alii in l. un.
C. de prohib. pec. ſequeſtr. & c. 2. ubi Panorm.
Butr. & Cc. ext. de ſequeſtr. poſſ. & fruct. ac
notatur infra part. 3. cap. 11. num. 93. quantò
magis idem in detentione perſonæ ad
compedes vel operas dicendum venit,
argum l. ſi hominem. 7. ff. depoſiti. quod ma-
jorem injuriam habet, quàm manusinje-
ctio in bona. *Bald. in l. ſi clericus. 2. num 6.*
C. de epiſc. aud. ac certè pro iſta opinione
videtur facere textus inevitabilis *in l. fin.*
§. Labeo ait: ibi: non cogi judicium accipere,
qui reum locupletem offerat. ff. ſi cert. pet. ubi
habetur: quòd adverſus eum, qui pro ali-
quo fidem ſuam interpoſuit, ut Sejo decẽ
ſolverentur, non poteſt proceſſus aliquis
executivus, vel etiam ordinarius inſtitui,
ſi præſtet idoneũ fidejuſſorem. Sed contra-
ria ſententia Rebuffo magis placet, quòd
videlicet carceratus ob debitum liquidũ
vel guarentigiatum, & habens paratam
executionem, non liberetur à carcere vel
manusinjectione, præſtando fidejuſſo-
res, ſed teneatur præcisè ſolvere, *ita tenet*
Rebuffus in ordin. reg. Gall. de literis oblig. art.
11. gloſ. 3. num. 10. per gloſ. parvulam & ul-
timam, quam refert pro ſingulari in l. fin. in fin.
& ibi Bald ff. ſi cert. pet. ad hoc, ne videli-
135 cet oriatur una obligatio ex alia. *l. 4. §.*
præter ait. de re judic. l. terminato. 3. C. de
fruct. & lit. expenſ. c. finem litibus. extra de
dolo & contumac. Nec obſtat *d. l. ſi fidejuſ-*
ſor. §. fin. quia loquitur de ſequeſtro ob
litem agitandam, vel cœptam proſequen-
dam, ſecùs eſt in ſequeſtro perſonæ, de-
creto ad finem faciendæ executionis ſu-
per debito liquido, *per ea quæ notabimus in*
tertia Parte hujus Operis capite 11. num. 110.
cum ſeqq. Ac, ſi urgeatur ſolvendo etiam
eum dici, qui habet fidejuſſorem idoneũ,
d. l. ſi plures. 27. §. fin. de fidejuſſ. l. nemo du-
bitat. 9. de reg. jur. reſpondetur: prædicta
contraria loqui de fidejuſſore ab initio
contractus interveniente, cujus faculta-
tes intelliguntur eſſe aggregatæ patri-
monio principalis debitoris, ſecùs eſt in
terminis executionis, ibi enim verè locũ
habet, quòd lis ex lite reſuſcitari non de-
beat. *d. l. 4. §. ait prætor. de re judic.* Minùs
adverſatur, quod habetur *in l. fin. §. La-*
beo. ff. ſi cert. petit. quia in dicto contra-
rio fidejuſſor non præcisè ſe aſtrinxit ad
ſolvendum, ſed ad curandum, ut Sejo
ſolveretur, quo caſu liberatur ille expro-
miſſor, ſi idoneum & locupletem reum
præſtet. *gloſ. d. §. Labeo. verb. cogendum. per*
l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. 97. §. poſſum uti-
liter. 1. in finalibus verbis: quid enim mea in-
tereſt, utrum à te hoc fiat, an verò apud alium
æquè ſalvam pecuniam promiſſam habiturus ſim.
l. ſi quis ſtipulatus ſit. 112. § ſi quis ita ſtipula-
tus. 1. cum l. illa ſtipulatio. 67. § eum qui de-
cem. ff. de verb. obligat. ubi clarè innuitur,
promiſſorem, qui effecturum vel curatu-
rum ſe promiſit, ut ſtipulanti decem den-
tur, fruſtrà exigi pro decem, cùm is libe-
rari poſſit per oblationem locupletis rei.
Nemini tamen ſuaſerim, ut ita præcisè
urgeat adjudicationem rei ad manus cre- 136
ditoris, non acceptando in propoſito etiã
novos fidejuſſores, maximè, qui de ſolu-
tione futura ad modicum tempus ſpon-
deant, quo caſu mora exigui temporis in
aliqua conſideratione eſſe non debet. *l. ſi*
debitori. 21. ff. de judic. dummodò tales rei
vel fidejuſſores non tam patrimonio,
quàm etiam fide idonei exiſtimentur, ut
facilè patiantur ſe conveniri, *l. ſi quis ſti-*
pulatus. 112. §. ſi quis ita, in fine. de verb. oblig.
Indubitatum namque eſt, quòd creditor
per iſtud medium citiùs conſequetur ſuã
ſatisfactionem, quàm per adjudicationẽ
perſonæ ad manus, quo caſu, quod diæ-
tim acquiritur ex operis debitoris, id de-
mum minuit ſubindè debitum, per ea,
quæ explicantur in cap. 9. hujus Partis
num. 40. quę particularis exactio multùm
habet difficultatis & incommodi, *l. planè.*
3 ff. famil. herciſ. Notandum autem obiter
eſt circa illam Saxonico jure uſitatã con-
demnationem debitoris ad manus credi-
toris, quòd hic, prius quam abducat debi- 137
torem, teneatur uxori & liberis idoneè
ſatiſdare, datis pignoribus aut fidejuſſori-
bus, *juxta l. 1. qui ſatiſd. cog.* de exhibendo
& alimentando condemnatum, ad inſtar
alterius ſuæ familiæ, & de non offenden-
do vel quoquo modo lædendo ipſum, ſed
de re-

de reſtituendo incolumem pòſt receptã
ſatisfactionem. *ita eſt gl. notabilis.* Weichb.
art. 27. §. Ihr ſollet wiſſen / würde alſo ein
Mann in des Richters. *verſ. fin.* ubi etiam
138 habetur, illas ipſas operas in ſingulos dies
recipere certam taxationem ex arbitrio
judicis, atq; ita quotidiè quantitatem de-
biti diminui, ſiquidem ſi ſit artifex, quic-
quid debitor de die in diem ex ſuo officio
lucrabitur, illud omne aſſignabitur cre-
ditori, qui eum alit, & in ſuo famulitio
habet. *Vitalis de Camba. in tract. clauſ. ſuper
quæſt. utrum bonorum ceſſioni poſſit renunciare
num. 4.* ſin ſemetipſe exhibet, tùm quod
ſupereſt ultrà neceſſarium debitoris vi-
139 ctum, qui laborantibus ſubtrahi non de-
bet, id cedit creditori. *Vitalis ubi ſupra, per
l. ſuo victu. 18. de oper. libert. de quo in cap. 10.
hujus Partis num. 98 99. 100. 101. tractabi-
140 tur fuſius*, ac, quòd operæ taliter ſer vien-
tium de die, in diem extenuent ſortem,
tenet pòſt Nicolaum de Matat. etiam
Bal. *in l. 2. num. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax.*
Ad eundemq; modum, ſi creditor elegit
compedes perſonæ, ita, ut eum in mani-
cis ferreis potiùs detinere velit, quam ad
operas compellere, tunc in ſingulos dies
æſtimatur illa diſtrictio, ad inſtar opera-
rum, quas præſtare potuiſſet, ſi iis adhi-
bitus fuiſſet, & ita attenuat etiam illa de-
tentio in compedibus paulatim quantita-
tem debiti. *gloſſ. d. §.* Ihr ſollet wiſſen. *verſ.
fin. juncta ibi marginali additione litera C. in
verb.* Mit Gefängniß ſitzet einer ſeine Schuld
abe. *& notat Regulus in ſuo proceſſu judiciario
cap. 103. num. 11. verſ.* Aber nach den Sachſ-
ſen Rechten. Licet autẽ illud valdè videa-
tur durum eſſe & crudele, liberum homi-
141 nem ita pro cauſa pecuniaria tenere liga-
tum compedibus: tamen, ex quo lex pro-
vincialis ita ſcripta fuit, ſervanda eſt, *argu-
mento l. proſpexit. 12. qui & à quib. manumiſſi
lib. non fiant*, cùm non omnium legum, quę
ſunt de poſitiva juſtitia, ſemper poſſit red-
di ratio, *l. non omnium. 20. ff. de ll.* ſed ſuffi-
ciat, Principem ita diſpoſuiſſe, juxta illud
vulgatum:

Differ. jur. civ. & Sax. lib. 1. part. 4. diff. 12. in pn. & lib. 1. diff. 10. in pn. in Zobell. diff. 30. part. 2. n. 6.

*Sic placuit magno, qui nos diſtinxit, Othoni.
gl. c. 1. ibiq; Phil. Franc. extra de ætate & qua-
litate in 6.* Ac certè minùs habet crudeli-
tatis, quàm lex 12. tabularum, quæ debi-
torem tribus vicibus aut nundinis in pu-
blicũ productum, ſi ad ſatisfaciendũ erat
inidoneus, condemnabat ad capitis pœ-
nã, vel ad venditionem in ſervitutem, ut
142 ex pretio ejus ſatisfieret creditori, imò, ſi
plures erant creditores, diſſecabatur: cu-
jus meminit Didacus Covar. *in tract. var.
reſol. lib. 2. c. 1. nu. 1. allegat legem 12. tab. in
tit. de re judic.* Poſtea illa lex fuit mitigata,
ut liceret debitorem teneri in vinculis,
eaq; pœna apud Romanos ſæpiſſimè fre-
quentabatur, *teſte Didac. ubi ſupra num. 11.*
cujus rei teſtis eſt etiam Cicero in oratio-
ne pro Flacco, de quodã Heraclide, cùm
inquit: judicatum non faceret addictus
Hermippo, & de tali nexu, quo mediante
tradebantur debitores creditoribus, me-
minit enim Budæus *tit. de in diem addict. ex
Quintil. lib. 7. cap. 4. de quo latiùs apud Di-
dacum ubi ſuprà.* Et, quia leges noſtræ Saxo- 143
nicæ non procul diſcedunt à lege 12. ta-
bularum in hac materia, libet verba ejus
aſſcribere: Æris confeſſi, æriſq; debiti
judicatis triginta dies juſti ſunto. Pòſt
dein, manus injectio eſto: in jus ducito.
Ni judicatum faxit, ne mur quips endo eo
in jure vindex eſit, ſecum ducito. Vincito
aut nervo, aut compedibus quindecim
pondo, ne minore, aut ſi volet, majore
vincito. Si volet, ſuo vivito ni ſuo vivit,
qui eum vinctum habebit, libram farris
endo die dato, ſi volet plus, dato. Ni cum
eo pacit, ſexaginta dies in vinculis reti-
neto. Trinis nundinis continuis in comi-
tium procitato, æriſq; æſtimiam judicati
prædicato. Tertiis nundinis capite pœnas
luito, aut trans Tyberim peregrè venum
ito. Atq; ita videmus, pro diverſarum 144
provinciarum diverſis moribus, veteres
interdum leges immutari, interdum etiã
ab immutatis rurſum diſcedi ad jus anti-
quum, juxta illud Claudiani:

Vide Gell. lib. 20. c. 1. Cujac. obſ. lib. 3. c. 39.

——— *Priſcamq; reſumunt
Caniciem leges, emendanturq; vetuſtæ,
Succeduntq; novæ.*

*ac facit c. non debet. extra de conſangvin. & af-
fin.* Et iſta lex Saxonica, de adjudicatione
debitoris ad manum creditoris, à qua ob-
ærati per ceſſionem bonorum ſeſe non
potuerunt liberare, crebrò practicata fuit
in his provinciis Thuringiæ noſtræ: cõ-
muniter tamen poſtea intervenerunt mu-
lieres. & cognati, qui quomodo ſuam fi-
dem interpoſuerunt pro debitoribus, ne,
in contumeliam familiæ, repeterentur ad
perpetuum quaſi carcerem. Quod adeò
verum eſt, ut procedat etiam in debitore 145
fugiente ad eccleſiam: Etſi enim de jure
communi pro cauſis civilibus inde non
poſsit extrahi *l. præſenti. 6. §. cum autem. 3.
ubi Cynus C. de his qui ad eccleſ. confug. Alber. in
c. inter alia. nu. 22. Oldrad. conſ. 504.* tamen
quia ex beneficio ſtatuti Saxonici talis re-

poteſt detineri ad operas, non debet ab
operis defendi per fugam ad loca ſacra:
Ita Gomeſ. tomo 2. cap. 12. num. 55. de qualitate contractuum.
Quin & illud obſervandum eſt, illam
146 adjudicationem locū habere in ſolis ple-
beiis, & vilioribus, ſecùs eſt circa perſo-
nas in dignitate conſtitutas, prout ſunt
nobiles, ſive ex ſuis erga rempub. meritis,
ſive ab origine natalium, item Docto-
res, & ſimiles, qui, eùm ita ſint privile-
giati, ut nequeant exigi, niſi in quantum
facere poſſunt, ideò pro debito civili rea-
liter nec citari, nec detineri valent, *ſecun-
dùm gloſſ. & Bart. in l. medicos 6. & ibi Iohan.
de Plat. C. de profeſſ. & med. lib. 10. ac probat
Mathesil. in ſuis ſingularibus, ſingulari 59 verb.
nota quòd legum Doctores & Paris de Puteo in
tract. ſyndicatus verb. an Doctor. num. 5. per l.
miles 6 & ibi Bartol. cum aliis interpretibus.
ff. de re jud. ac plenè Albertus Brunus de ceſſio.
bon. 10. quæſt. 4. quæſt. princ. num. 3.* imò,
quòd tales perſonæ ne quidem poſſunt
obligare ſuum corpus ad compedes, te-
net Hippol. de Marſil. *in pract. crim verb.
attingam num. 61. & ſeqq.* Idque ratione di-
gnitatis, in qua ſunt conſtituti, adeò, ut
147 privatæ conditionis hominib9 præferan-
tur. *l. 1. & per tot. C. de dignit. lib. 10. & l. 2.
C. ut dignit. ordo ſer. lib. 12. de quo latiùs in
ſecunda Parte hujus Operis cap. 3. num. 166. &
167. cum ſeqq.* & hæc eſt undecima Fallen-
tia ad concluſionem ſuprà formatam.
148 Quòd autem nobiles ipſi quoq; dicantur
in dignitate conſtituti, & differant à ple-
beiis, probatur *in l. nobiliores. 3. C. de com-
merciis & mercat. & in l. milites 31. C. locati.*
149 De Doctoribus autem habentur textus
*in c. quando extra de magiſtris. & in d. l. me-
dicos. 6. C. de profeſſ.* Doctores enim qua-
ſi ſplendor firmamenti lucere, & tanquā
luminoſæ candelæ univerſum corpus or-
bis profligatis errorum tenebris, velut
ſydus matutinum, & ſtellæ in omnem
perpetuitatem manſuræ, irradiare dicun-
tur. *c. ſuper ſpecul. extra de magiſtris. c. ex eo.
de electio. in 6.* ideò abibi ab Imperatore
dicuntur nobiliſſimi. *l. providendum. 7. C. de
poſtul.* & ſcriptum reliquit Azo in proœ-
mio Inſtit. quòd ſcientia juris civilis fa-
ciat ejus profeſſores per urbem terrarum
ſolenniter principari, & in aula Imperia-
li ſedere, ipſorum ſiquidem doctrina to-
tum illuminat mundum, & ad obœdien-
dum Deo ac magiſtratui vitam ſubjecto-
rum informat, *auth. habita C. ne filius pro pa-
150 tre.* Hinc eſt, quòd Juriſperitis actu legen-
tibus per 20. annos in ſtudio privilegiato,
etiam dignitas comitū ſacri palatii, quam
comitivam primi ordinis vocant, abſque
tamen adminiſtratione (cùm nec pagos,
nec oppidula poſſideant) attribuatur. *l. 1.
in fine juncta gloſſ. fin. & ibi Ioh. de Plat. nu. 2.
C. de profeſſor. qui in urbe Conſtant. juncta l. 1.
C. de comit. & archi. lib. 12. de quibus & aliis
doctorum privilegiis videantur. Felin. in rub. &
c. fin. extra de magiſtr.* Sed hanc prærogati-
vam, quòd non liceat in perſonam debi-
toris executionem facere contra Docto-
res, reſtringit Bartolus ad actu legentes,
& quidem in ſtudiis approbatis, vel ſaltē
advocatiam exercentes. *Bart. in d. l. medi-
cos. 6. n. 2. & ibi Ioh. de Plat. ac facit l. advo-
cati. 14. C. de advoc. diverſ. judic.* innuens in
aliis ſecùs eſſe. Quod ita vidi de facto ob- 151
ſervatum cum quodam doctore, qui, cùm
nec actu legens, nec advocatiam exercens
eſſet, ſed, ſua vocatione relicta, alienis, ac
ad ſuam profeſſionem non pertinentibus
negotiis ſe immiſceret, includebatur ob
æs alienum per aliquot annos carceri, do-
nec concordaret cū ſuo creditore. Quan-
tumvis autem Albertus Brunus privile-
gia militum reſtringat ipſe quoq; ad actu 152
militantes, ideoque, ſecundum eum, no-
biles noſtri temporis, non merentur i-
ſtud privilegium, *Albert. Brun. de ceſſion. bon.
11. quæſt. 4. quæſt. princ. num. 2. poſt Bart.
in l. ex eo. 42. ff. de milit. teſtam. & alias ibi-
dem adductas authoritates:* tamen ego ma-
gis in Baldi ſententiam inclino, quòd vi-
delicet nobiles, obtinentes à dominis feu-
da pro ſervitiis militaribus obeundis,
quandocunq; requiruntur, eadem in hoc
gaudeant prærogativa, quæ competit mi-
litibus armatæ militiæ. Illi enim licet
non ſemper actu militent: tamen poten-
tia, & habitu milites ſunt, ac omnib. mo-
mentis, quibus exiguntur ſervitia, domi-
no militare coguntur, & ita quaſi ſedent
in perpetuo procinctu & apparatu cū ar-
mis, equis & famulis, ad ſervien ſū domi-
no. *Bald. in l. 1. in fi. C. qui bon. ced. poſſ.* argu-
mento, quod de parato ad defenſione re-
gis quoties neceſſitas popoſcerit, tradit
Jacob. de Ravenna *in l. 1. & ibi Cynus quæſt.
5. ac Salicetus num 9. C. de jur. & fact. igno.
& ipſemet Brunus de ceſſio bonor. 11. quæſt. 4.
quæſt. princ. nu. 10.* In quorum tamen nu-
merū non includo nobiles & milites ho- 153
rum temporum, qui, degenerando à virtu-
tib9 ſuorū pgenitorū, pro repub. non oc-
cupantur, ſed tantùm ſua diſſipando, per
plateas ambulant, tumultuando, potando
& he-

& heluando, illi ſiquidem militum privilegiis non gaudent. *Paulus de Caſtr. in l. ſancimus. 8. num. 2. C. de reſtit. milit. Cynus in d. l. 1. quæſt. 6. num. 1 1. C. de juris & facti ignor. & Albericus. in l. militem. 7. num. 1. C. de procur. ubi addit, ſe ita de facto obtinuiſſe. quod & Bruno placet ubi ſuprà 11. quæſt. 4. quæſt. princ. num. 5.* propter turpitudinem videlicet vitæ, quam elegerunt, *per l. ſi qua. 2. ibi: honeſtæ nobiliśq; perſonæ decore privetur. C. de ſecund. nupt. l. 1. ibi: omnem honorem reatus excludit. C. ubi Senato vel clariſs. l. Senatoris filia. 47. & ibi Bald ff. de ritu nupt. l. 2. l. judices. 1 2. & l. quoties. 17. in verb. dignitate per ſuum facinus privatos. C. de dignitat. lib. 1 2.* qua de re & quo pacto amittatur nobilitas, videatur laté Tiraquellus in tract. nobilitatis cap. 24. Cæteris autem omnibus, & nobilibus, & doctoribus hoc prærogativæ etiam per terras Saxoniæ debetur, quòd videlicet, ad inſtar aliorum plebejorum, ob æs alienum non veniant vel carcerandi, vel condemnandi ad manus creditoris, *de quo latiùs in capite 3. ſecundæ Partis Oper. noſtri n. 153 cū ſeqq.*

Ultimò pro coronide hujus capitis, ſi
154 debitor poſſideat quidem bona immobilia, ſed plures extent creditores, quorum aliqui per viam executionis impetrarunt jamdudum generale pignus in bonis obligati, alius autem urget executionem in perſonam debitoris, qui tamen nectit moras, & ad evitandam carcerationem, ex vi ſtatuti vel pacti permiſſam, vel adjudicationem creditoris ad manus, allegat, ſe adhuc ſolvendo, ideoque vel carcere, vel adjudicatione ad manus creditoris gravandum non eſſe, altero illud negante, dubitatur, cui hoc in caſu incumbat probatio? Ac ſanè creditori hoc o-
155 nus probandi incumbere, urgeri poteſt ex eo, quia is allegat impotentiā ſolvendi, ideò ipſi imponenda probatio, *argum. l. ei incumbit. 2. de probat. l. ex perſona. 3. C. ead. & in terminis iſtud decidit Iacobus de Arena in tractatu de excuſſione debitoris, num. 14. per l. fin. §. fin. ff. ſi cert. pet. ac videtur bonus textus in l. ſi creditores 3 1. §. fin. in illis verbis: ſi non inopia laborantem creditores oſtendere potuerint, de rebus auct jud. poſſid. alias incipit de privil. cred.* præſumptionem namque juris, quòd idoneus ſit, quilibet pro ſe habet. *§. ſed & propter paupertatem. in verſ. niſi ſe imparem oneri poſſit docere. Inſtit. de accuſat. tuto. vel cura.* Neq; verò locus eſt executioni in perſonā, quæ immobilia, vel etiā no-
156 mina debitorū poſſidet, donec excutiantur. *l. 1. & l. 2. C. qui bon. ced. poſſ juncta gl. l. 3. §. tutores, verb. vinculis. ff. de ſuſp. tut. l. nemo carcerem. 2. C. de exact. trib. l. 1 0.* quia uterq; ſolvendo dicitur, cùm executio etiam in bonis debitorum debitoris noſtri fieri poſſit. *l. à Divo Pio. 1 5. §. ſic quoq. ff. de re jud. pro quo movet l. fatere. 28. ubi notant Bart. Bald. & Dd. ſol. matrim. cum l. 5. qui actionem. 15. de reg. jur.* Sed contrarium reſpondendū videtur, ex quo enim debitor non agnoſcit ſuā bonā fidem in reddenda pecunia ipſi mutuo data, neq; vel bonis cedere, vel curatorem bonis dari permittere vult, præſumitur adverſus illum, quòd tergiverſetur, & prætendat ſuam idoneitatem ad eū tantùm finē, ut ludat adverſariū, & interim evitet detentionem ad compedes, aut operas debitoris. Cum non eſſe & non apparere pariticentur, *arg. l. quoties. 6. ff. qui ſatiſd. cog. ac facit l. ſolvendo, 114. de verb. ſig. & §. fullonis verò. Inſt. de oblig. qua ex delicto naſc. ac tradit Decius in l. nemo dubitat. 95. ff. de reg. jur.* Etſi enim cōmuniter Dd. in eo concordent, excuſſionem debitoris primo loco fiendā eſſe, antequā ad fidejuſſores, vel ad capturā principalis rei deveniatur, *Iaſ. in l. decem 1 16. n. 27. ubi etiam alii interpretes iſtud notant. ff. de verb. oblig.* tamen impoſſibilis creditori redditur excuſſio, quandò reus occultat ſua bona, *arg. l. 2. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10. ac notat Aymon Cravet. conſ. 77. n. 5. part. 1.* Sicut autem non præſumitur ſolvendo, qui bona ſua vendidit, aut aliis hypothecavit, *Bart. in l. tres tutores. 55. n. 4.*
ff. de admin. tut. ita, qui gravamen carceris 157
intendit effugere tenetur manifeſtare, & quidem ita ſpecificare omnia ſua bona, ut ne obulum quidem taceat, *ſecundùm gl. & Bart. in l. penult ff. de bon. ceſs. Alber. de Roſate in rub C. qui bon. ced. poſſ n. 7. & Bald. in auth. ſed hodie. num. 2. C. de act. & oblig. ac notant communiter omnes Dd. in l. 1 C. eod. tit.* Imò,
quod plus eſt, compellitur talis reus, ad 158
hoc ut evitet compedes, & ad ceſsionem bonorū admittatur, omnia ſua bona mobilia ſaltem, item jura & nomina ſpecificare mediante juramento, *l. ſcimus. 22. §. licentiam. 10. C. de jure delib. l. 2. §. in exigendis. ibiq; Bart. nu. 12. C. quando & quib. quarta pars. lib. 10. l. præſenti. 6. §. 4. verſ. ſicubi. C. de his qui ad eccleſ. conf. l. Divus. 7. ff. ſi cui plus quā per l. Falcid. pro ut hoc quaſi in terminis decidit Ferrar. in forma reſponſionis libelli in actione hypothecar. §. exceptionem excuſſionis. num. 16. verſ. & idem ſervatur in fidejuſſore*, ac quod debitor mediante juramento tene-

tur omnia ſua bona manifeſtare, eriam in
eo caſu, ubi in locum pecuniæ debitæ of-
ferr ſolutionẽ de bonis ſuis, ut quòd ſibi
videtur melius, eligar creditor, tenet idem
Ferrar. in forma reſponſ. lib. in action. hypothec.
verſ. exceptionem ſolutionis. nu. 3. ubi addir i-
ſtud obſervare generalem practicã, unde
Brunus in ſuo tract. de ceſſ. bon. aſſignar opri-
159 mã caurelã pro creditoribus, quòd offi-
tialis aut executor dicar debitori: bona,
in quibus executio fieri poſſit, exhibeas,
alioquin in perſonam tuam executionẽ
faciam, Brun. de ceſſio. bon. quæſt. 5 princ. nu.
1. poſt Paridem de Put. in tract. ſyndic. §. pone
commiſſa eſt executio. nu. 4. mihi fol. 124. ubi
addit, ſi tunc reus in mora ſit exhibendi,
procedet creditor ad capturam, quæ eo
ipſo dicitur juſtificata Paris ubi ſuprà allegat
Andream de Iſernia in conſtit. regni, incip. circa
violentiarũ quam cautelã ſequitur etiam & cõ-
mendat Maranta de ordine judiciorũ parte 6. ſub
tit. de exec. ſententiæ. num. 23. Hinc eſt quod
160 Alex. tradit practicã, quo pacto appareat
in executione, non poſſe capi mobilia:
ſtatuitur enim, inquit condemnato ter-
minus ad oſtendendũ mobilia, quæ habet,
aliàs proceditur ad pignorationẽ immo-
bilium. Alex. de Imola in l. à Divo Pio. 15. §.
in venditione. 2. n. 24. poſt gl. ibi. ff. de re jud.
per l. ſi quis inſtit. 23. de hæred. inſt. & l. ſi ſer-
vus. 4. de rebus autho. jud. poſſ. additq́; hanc
practicam eſſe multùm notabilem, pro
facienda excuſſione reorum. Alex. d. §. in
venditione. nu. 24. & tradidit ante eum ibidem
Bart. n. 7. ubi adjicit, quòd iſte novus mo-
dus diſcuſſionis ſit bonus, quem probat etiã
Iaſon. in d. § in venditione. n. 18. aſſerens, iſtud
communiter ab omnibus teneri. Nec obſtant
motiva, ſuperiùs in contrarium adducta,
& primo l. ſi creditores. § fin. quia contrariũ
161 loquitur in poſſeſſionato vel divite, qui
nec dum quicquam ex bonis ſuis dimi-
nuiſſe aut alienaſſe probatur, ſecùs, ſi ni-
hil conſtet de ipſius facultatibus, vel præ-
ſentibus, vel in præteritum, vel appareat
bona pleraq; detineri in manibus aliorũ
ipſius creditorum, quo caſu, niſi probetur
contrarium, quilibet præſumitur pauper,
juxta illud Catonis:

Nudum natura creavit.

pro quo eſt c. ſicut hi diſtinct. 47. ac notat Lu-
cas de Penna in l. 2. C. quando & quibus quar-
ta pars deb. lib. 10. & pulchrè Franc. Aretin.
in conſ. 66. incip. viſo puncto, col. 7. verſ. quòd
autem non probetur, apparet. ubi refert, qua-
162 litatem divitiarum regulariter eſſe repu-
gnantem naturæ, ut, quæ nullum divitem
producat, ideo, qui ſe ſolvendo eſſe alle-
gat, probare debet, ſe habere bona immo-
bilia, & olim fuiſſe divitem, & reputatũ
pro ſufficiente: licet etiam illa præſumtio
valdè ſit debilis, argumento ejus, quod tradit
Bart. in l. in confirmando. 8. num. 1. per illum
textum. ff. de confirm. tut. ſecùs eſt, ſi in bo-
na convenri hodiè diminuta, vel paſſim
aliis creditoribus obligata, vel arreſtata
fuiſſe appareat, aut doceatur. Alciatus in ſe-
cunda regula præſumptionum. præſumpt. 27. per
totum, & in primis num. 4. Bart. in l. tres tu-
tores. 54. in fine ff. de adminiſtr. tut. Decius
in l. nemo dubitat. 95. num. 4. ibiq́; Cagnolus
8. ff. de reg. jur. Sic in d. §, ſed & propter
paupertatem præſumere debemus, tuto-
rem habuiſſe bona immobilia, ideò, ſi ve-
lit ſe excuſare ab onere rutelæ, debet pro-
bare, ſe nunc inſufficientem eſſe. Alex.
conſ. 37. num. 1. vol. 7. per l. paupertas. 7. ff. de
excuſat. tut. & idem Alex. in conſ. 91. num. 3.
eo volum. 7, ubi addit, iſtud committi ju-
dicantis arbitrio, attenta videlicet quali- 163
tate & conditione perſonarum, quæ de
præſenti eſt, & hæc ſententia communi-
ter probatur. teſte Iaſone in l. ſi conſtante 24.
num. 148. ff. ſolut. matrim. Minùs adverſa- 164
tur l. facere 28. ſolut. matrim. cum l. à Divo
Pio. 15. §. ſit quoq; 8. de re judic. quia illud
procedit in nominibus certis & exigibi-
libus, quandò videlicet debitores noſtri
debitoris ſunt facilis conventionis & ex-
actionis: alias ſecùs. Decius in d. l. nemo
dubitat 95. num. 3. ibiq́; Cagnolus num. 7. Bal.
in l. 2. in p. de noxal. Alex in l. facere. 28. ſo-
lut. matrim. & eſt textus pro hoc optimus in l.
ſi quis ſtipulatus. 112. §. ſi quis ita ſtipulatus
in verbis: idonei non tàm patrimonio, quàm fi-
de quoq; æſtimantur ff. de verb. oblig. l. 2. qui
ſatiſd. cog. l. ſcire oportet 21. de tutor. & cu-
rat. datis ab his Rebuffus in l. ſolvendo. 114. de
verb. ſignif. per l. vel à debitoribus. 13. ibi: de
facili exigi poſſit. de religioſis. Sic itaq; debi-
tor in dubio non magis præſumitur ſuffi-
ciens ad ſolvendum, quam de fidejuſſore 165
dicitur, eum aliter non intelligi idoneũ,
niſi probetur, prout tradit Alex. in conſ. 37.
incip. viſo & oportune diſcuſſo num. 3 vol. 2 per
l. ſi verò. 5. § qui pro rei ff. qui ſatiſd. cog. &
ibi habetur gl. de hoc melior quàm ſit in jure, ſe-
cundum Baldum in l. non prius. 4. C. quando
fiſcus vel privat. ac notat Iacob. Butrigar in l. a-
ctor. 23. ad finem. C. de probat. quo de tamen
infrà latiùs in hac ipſa parte Operis cap. 10.
num. 352.

SUMMA-

SUMMARIUM CAPITIS. VII.

1. *Liber homo non areſtatur pro cauſa pecuniaria, niſi aliud fuerit conventum inter partes. 5. & 17.*
2. *Perſonæ digniores ſunt rebus.*
3. *Pactum facit licitum, quod in ſe eſt illicitũ.*
4. *Areſtum minùs gravat partem quàm carcer. num. 9.*
5. *Pactum pignorandi debitorem non prohibetur: imò & clerici eo tenentur.*
6. *Carcerare quẽ poſſum, eundẽ & areſtare licet.*
7. *Sequeſtratione permiſſa, multò magis permiſſa intelligitur bonorum deſcriptio.*
8. *Executionem paratam habens in res vel perſonam debitoris, poteſt petere earum ſequeſtrationem.*
9. *Areſtatio eſt detentio magis civilis, nec tàm ignominioſa quàm carceratio, & poteſt coniungi cum pacto carcerandi in eodem inſtrumento. 10.*
11. *Carceratione alicujus nobilis petita, judicis arbitrio continetur, an potiùs illum areſto detinere velit.*
12. *Nobilis, aut aliter magnæ dignitatis, non præſumitur profugere ex loco ſibi pro areſto deputato.*
13. *Areſtandi licentiam etiam propria auctoritate habens, debet nihilominùs adire judicem, quod multis de cauſis eſt tutiùs. 15.*
14. *Executor quis in ſua cauſa eſſe poteſt ad decretum judicis.*
16. *Nuncio publico in his, quæ ſunt ipſius officii, plena datur fides.*
18. *Areſtatus poteſt ſe liberare ab areſto per ceſſionem bonorum, de jure civili, ſecùs de Saxonico, ſi debitum eſt liquidum, alias liberatur etiam per cautionem fidejuſſoriam, de judicio ſiſti. 19.*

CAPUT SEPTIMUM.

DE PACTO ARESTI, VEL SEQVESTRAtionis perſonæ.

ETSI PACTUM ARESTI, item obſtagii ſicut & detentionis, ad præſtationem operarum, propriè pertinet ad caput præcedens, cum hæ ſpecies executionis paratæ à pacto carceris parùm admodum differant: tamen, quia ſuperiùs monuimus, aliud eſſe ſequeſtrationem, & aliud carcerationem, de ſingulis ſpeciebus hujus manusinjectionis ſeparatim agere voluimus, ideoq; nunc ſubnectimus præſens caput, in quo dubitatur, an ex conventione partium liceat reum, in caſu moræ, perſonaliter areſtare, vel ſequeſtrare? quod eſt aliquantò mitiùs, quàm detinere in carcere, cum plerumq; contingat, areſtatis deputari vel palatium civitatis, vel totam civitatem, vel ſaltem diverſorium publicũ pro cuſtodia, ubi & amicorum, & aliorum hoſpitum ſubinde venientium & recedentium conſortio ac confabulationibus uti poſſunt, argumento quòd alibi de ſequeſtratione rerum ſcriptum reliquit Baldus, quòd illa, tanquam quæ apud bonum virum fit, minùs ſit oneroſa & tædialis, quàm miſsio in poſteſsionem. *Bald. in l. un. num. 2 in fine. C. de probib. pecun. ſequeſtr.* Quamvis autem ſint, qui

An liber homo pro debito civili areſtari vel pignorari poſſit.

teneant, liberum hominem pro debito 1 pecuniario non tantùm non capi, ſed ne quidem areſtari, vel pignorari poſſe, *pro quibus facit c. 1. ut or. extra de pignor. l. qui filios. 6. C. quæ res pignor. oblig. poſſ. & auth. ut non fiant pignoratio. in princ. collat. 9. & iſta ſententia pro communi habetur, à qua in practica non eſt recedendum, ſi credimus Iohanni Franciſco Ripæ in l. obligatione generali. 6. num. 20. ff. de pignor.* tamen ejus dictum accipiendũ eſt in caſu, de quo loquitur, puta, ſi non aliud exiſtat ſtatutum in loco, vel aliud ſit conventum inter partes, tunc enim, ſicut à ſequeſtratione rerum, ita & ab areſto perſonæ, ſine cauſæ cognitione, non debet inchoari proceſſus. *arg. l. 1. & 2. C. de execut. rei jud. ob æs. n. cum auth. ſeq. C. de act. & oblig.* Et hoc tantò minùs, quantò perſonæ ſunt digniores quibuſcunque re- 2 bus, quæ propter homines, & in humanos uſus conditæ ſunt. *§. fin. Inſtit. de jure nat. gent. & civil. l. 2. ff. de ſtatu hom. & l. juſtiſſim. 44. de ædil. edict.* Sed quando aliud actum fuit inter partes, habet locum, quòd vulgò dicitur: pactum facere licitũ, quod aliàs erat illicitum. *Abbas in c. 1. num. 6. extra commodati. & in c. fin. de precario. per l. pacta conventa. 12 ff. de contrahend. empt. & c.*

contractus ex conventione extra de reg. jur. in 6.
[Et dicit Franciſc. Mar. *deciſ. 896. per tot.*
part. valere ſtatutum, quod quis pro de-
bito civili per modum areſti capiatur,
qualia ſtatuta paſſim ſunt in Germania in
uſu frequenti.] Prout itaque conventio
interpoſita de detinendo in caſu moræ
debitorem per officiales judicis in publi-
co carcere valet, per ea quæ ad longum
in priori capitulo ſunt firmata: ita, quia
4 areſtum minus gravat partem, quam car-
cer, nihil prohibet, pacto induci, ut debi-
tor areſtetur ac ſiſtatur in certo aliquo lo-
co, mediante tamen miniſterio judicis,
cùm & Angelus profiteatur, valere pactũ,
quòd poſſis me pignorare, *Angelus de Peruſ.*
in d. auth. ut non ſi pignor. num. 2. *Quod idem*
tenet etiam Ferrar. in forma execut. ſententiæ
definitivæ, verb. ſapiens. num. 21. poſt Bart. in l.
ſacrilegii. 9 §. cum eo ad l. Iul. pec. Verùm,
5 quòd ex pacto obligatus ad areſtum re-
ctè detineatur, ſaltem per officium judi-
cis, expreſſe tenet Joh. Fabr. *in §. ii quoq;*
num. 2. in fi. inſtit. de action. & ſubjicit, hoc
ita practicari in curia regis Franciæ, adeò,
ut, etiam clerici, virtute hujus pacti, ad
obſervantiam contractus compelli poſ-
ſint, *Faber ubi ſupra nu. 3.* licet ibi magis vi-
deatur loqui de obſtagio, quàm areſto,
propter l. obſides. 11. quam allegat. ff. qui teſt.
fac. poſſ. ac eſt melior textus de obſtagio in jure
in c. ex reſcript. extra de jurejur. sed cùm ra-
tio diverſitatis nulla aſſignari poſſit, ex
quo uterque detinetur ex pacto, ideò u-
trinque idem juris obtinet, *arg. l. illud 32.*
ad l. Aquil. l. à Titio 64. de furtu. Imo, quan-
6 tumvis expreſsè conventio concepta ſit,
ut in caſu non factæ ſolutionis, liceat
debitorem capere: tamen nihil prohibet,
illa via, tanquam aſperiori, relicta, reum
areſtare, non minùs atq; creditor, cui pri-
vata authoritate manusinjectio ex con-
ventione permiſſa eſt, poteſt adire judi-
cem, & petere detentionem fiendam of-
ficio miniſterialium, *Paris de Puteo in tract.*
ſyndic. verb. captura. mihi fol. 73. num. 5. quod
firmat etiam Felin. in c. ſignificaverunt. nu. 14.
extra de judic. Unde alibi tradit Baldus,
7 quòd, ubicunq; cadat ſequeſtratio, ibidem
& permiſſa ſit bonorum deſcriptio, *Bald.*
in l. 1. num. 6. C. de prohib. pecun. ſeq. Eo-
8 demq; modo, cui executio parata prodi-
ta eſt, huic multò magis, ad ipſius inſtan-
tiam, ſequeſtrum concedi debet, quod eſt
minus. *Bald. in l. dies. 11. n. 1. C de feriis.* Ut-
que plùs eſt, fundum de facto apprehen-
dere & auferre, quàm impedire, ita plùs
eſt, perſonã capere, quàm areſtare. *Molin.*
in conſuet. Pariſ. tit. 2. gl. 1. verb. areſt nu. 3.
& 11. idq; ex illa regula generali, quòd
cui liceat quod plùs eſt, eidem non cen-
ſeatur denegatum quod minùs eſt. *c. cui*
licet. extra de reg. jur. in 6. l. nec in ea. 22. §.
jus occidendi. ff. ad l. Iul. de adult. [ſi ſcilicet
plus & minus ſunt ejuſdem ſpeciei: ſecus
eſt in diverſis ſpeciebus.] Sed areſtatio
eſt detentio magis civilis, & honorifica, 9
quàm ſit carceratio, *ſecundum Ioh. de Nevi-*
za. in conſ. 22. nu. 2. & minùs etiam igno-
miniola, quàm captura. *Paul. de Caſtro in l.*
4. §. condemnatum. num. 3. & ibi Iaſ. num. 23.
& Alex. de Imola 30. ff. de re judic. Sic non
diſſimili ratione pactum ſequeſtri cum 10
pacto carceris in eodem contractu, ſaltẽ
alternative conjungi poteſt, ut videlicet
liceat pòſt moram debitoris ipſius bona
detinere, vel etiam ipſum in perſona are-
ſtare vel carcerare, *ſecundùm Matthæum de*
Aſſlictu in conſtit. Neapol. lib. 1. de cultu pacis.
rub. 8. num. 16. de quo in cap. ultimo hujus partis
latius, adeo etiam, quòd petita carceratio-
ne debitoris, adhuc reſideat in arbitrio 11
judicis, an velit decernere capturam, an
verò areſtationem adverſus obligatum,
cùm in materia carcerum multùm defera-
tur nobilitati, dignitati, & integritati
perſonarum. *Nevizan. d. conſ. 22. n. 2. & no-*
tat Alber. de Roſate in l. 1. num. 3. ff. de custod.
reor. itemq; Lucas de Penna in l. quoties. 17. C.
de dignit. lib. 12. ac Paris de Puteo in tract. ſyn-
dic. verb. fidejuſſor. officialium mihi fol. 174. nu.
3. & 4. unde refert Angelus, quod mul-
toties vidit, judicem ſtatuere pro carcere
unam civitatem. *Angel. de Peruſ. in l. nullus.*
2. nu. 3. C. de exhib. reis. & l. qui in carcerem.
22. num. 1. ff. quod metus cauſa. quod & placuit
Franciſco Curtio in repet. l. admonendi. 31. n. 8.
& ibi Iaſ. nu. 174. & 182. ff. de jurejur. Ac
eſt ratio, quòd non præſumatur vir nobi- 12
lis, aut alius probatæ dignitatis & famæ
profugere ex eo loco, qui ipſi pro carcere
eſt deputatus. Et hæc eſt cauſa, quare no-
ſtris temporibus, ubi iſtæ detentiones de-
bitorum ex ſtatuto, vel conſuetudine lo-
ci uſurpantur, civibus, item negociatori-
bus, & id genus aliis debitoribus, pro a-
reſto, ut plurimùm aſſignatur locus ali-
quis publicus in curia vel ædificiis, extru-
ctus ſuper portis oppidorum. Nobilibus
autem deputatur vel propria domus, ſi
quam in urbe habent, vel diverſorium
urbis, vel etiam tota urbs pro cuſtodia,
quam

quam promittunt, ſtipulata manu ſeſe
adſtringentes, quòd ex loco ipſis pro cu-
ſtodia deputato non velint recedere, *de*
quo latiùs infrà Parte 2. cap. 3. num. 167. Et
hoc genus hominum vocamus verſtrickte/
verkōmmerte oder angehaltene Leute/ *qua de*
ſpecie executionis loquitur etiam Conradus La-
gus in Methodo juris civilis cap. 32. de execut.
13 *rei jud. num. 23.* Diligenter autem obſer-
vent creditores hanc civilitatem & cau-
telam, de qua ſæpè monuimus, quantum-
vis pactum expreſsè in eum finem con-
ceptum ſit, ut poſſint debitores propria
authoritate detinere vel areſtare, quòd
nunquam hoc faciant proprio motu, ſed
cum miniſterio judicis, *Bart. in l. credito-*
res.3. nu.18.C. de pign. Iaſ. l. juſtè poſſidet. 11.
nu. 16. & 21. ff de acquir. poſſ Innoc. in c. cùm
olim. ſuper gl. verb. per prætorem. extra de pri-
vil. & ſubjungit Ludov. Rom. in d. l. juſtè. quòd
iſta doctrina Bartoli, tam propter ejus authori-
tatem, quàm etiam ob æquitatem ſervatur in
14 *practica.* Etſi enim quis in ſua ipſius cauſa
per decretum judicis rectè conſtituatur
executor, *l. 1. à contrario ſenſu. C. ut nemini*
liceat ſine jud. author. ſig. ac notat Angel in l.
eum qui. 14. §. ſi epiſtola. ff. de furt. Bart. l. ſi
finita. 15. §. Iulianus. num. 21. ff de dam. in-
fect. & Alex in d. l. juſtè. num. 27. de acquir.
15 *poſſ* tamen altera ſententia magis eſt com-
munis, *teſtante Matthæo de Afflictis in conſtit.*
Neapolit. lib. 1. de cultu pacis, rub 8. num. 23.
tùm, quia privata requiſitio pro areſto
debitoris, etiam ex juſſu judicis facta,
non caret periculo & ſcandalo, ac facilè
præbere poſſet occaſionem majoribus
tumultibus, *argument. l. non eſt ſingulis. 176.*
de reg. jur. cum l. 13. verſ. æquiſsimum de uſufr.
tùm etiam, quod creditori minor adhi-
betur fides ſuper allegatione mandati ju-
dicis, de areſtatione vel alia detentione
rei, vel executionis in bona debitoris cō-
demnati, cùm teſtimonium cujuſq; in re
ſua valde ſit ſuſpectum. *l. nullus. 10. ff. de*
teſt. Ideoq; iſto caſu creditor adibit judi-
cem, ab eo petendo areſtationem ſui de-
bitoris, & judex ita requiſitus per nun-
cios & executores publicos faciet præce-
ptum obligato, ut vel ſolvat, vel hæreat
in tali loco, donec lis finem acceperit.
Hoc enim edictum prætoris & majoris
erit authoritatis, *argum. l. ſi. prætor. 75. de*
judic. & l. 1. ſi quis juſdic. non obtemp. & ple-
nioris fidei, cùm nuncio atteſtanti de
mandato jus dicentis, in his quæ ſpectant
ad ejus officium, plena adhibeatur fides,
ſi ſit publicus & juratus, *ſecundùm gloſſam* 16
in c. cùm parati. extra de appell. l. omnes 37. §.
ſi autem apparitor. C. de epiſc. & cler. Specul.
tit. de citatione §. ſequitur num. 7. & 8. Lan-
francus in cap. quoniam contra num 15. extra
de probat. ac concordat jus Saxonicum
Landrecht. *lib. 1. art. 8.* Ubi habetur, quòd
teſtimonium præconis obtineat vim duo- 17
rum teſtium. Ex his itaq; conſtat, areſta-
tionem ex vi quidem pacti permiſſam, ſed
eam expediendam eſſe cum miniſterio ju-
dicis. Et huic ſententiæ ſubſcribit con-
ſuetudo totius ferè Germaniæ, & maxi-
me harum provinciarum notoria, *ſecun-*
dum Zaſium in ſuis intellectibus ſing. lib. 2 cap.
8. num. 3. & teſtatur D. Henningus Godenus
conſ. 103. num. 56. Benè verum eſt, ut tra- 18
dit Rebuff. *in ordin. regni Gall. tomo 1. de li-*
teris obligator: art. 2. gloſ. 1. num. 76. ab hac
obligatione areſti, prout & carceris debi-
torem de jure civili poſſe liberari per ceſ-
ſionem bonorum, cùm pactum areſti nō
tollat beneficium juris. Verùm illud in
provinciis Saxoniæ non eſt expeditū, cu-
juſcilicet virtute, excluſa ceſſione bono-
rum, ad inſtantiam creditoris, ſi ſolvere
reus nequeat, venit adjudicandus credi-
tori ad manus, *per ea quæ in præcedenti cap.*
num. 124 cum ſeqq. fuſiùs proſecuti ſumus. &
ſupra cap. 3. num. 160. Si itaq; ab obligatio-
ne compedum, aut carceris item adjudi-
cationis ad manus creditoris, quòd a què
dutum eſt, per bonorum ceſſionem in fo-
ro noſtro non eximitur reus, infertur mul-
tò magis, eundem per ceſſionem bonorum
non poſſe evitare areſtum, tanquam miti-
us malum *argum. c. 2. extr. de dolo & contum.*
Idque ſine dubio procedit, quandò de de- 19
bito conſtat, quod ſi illiquidum eſt, & ſu-
per debito negato offerat ſe juri reus, tunc
per ſatisdationem condignam cum pi-
gnoribus aut fidejuſſoribus, de judicio ſi-
ſti & judicatum ſolvi, liberatur à nexibus
areſti vel ſequeſtrationis, *per textum l. ſi fi-*
dejuſſor. 7. §. fin. ubi notant Iaſ & alii Dd. qui
ſatiſd. cog. Felin. Panorm. & alii in c. 2. extra
de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. De quo tamen
articulo, videantur, quæ traduntur latiùs
in tertia Parte Operis noſtri *cap. 11. nu. 93.*
& 94. cum ſeqq.

SUMMARIUM
CAPITIS VIII.

1. *Obſtagium ab areſto quomodo differat.*

2. *Indices authoritate factum, quod propria authoritate expedire quis poterat, non vitiatur.*

3. *Obſtagium promittens in certo loco poteſt eò citari, quantumvis ibi non reperiatur.*

4. *Obſtagium quid, & unde dicti obſides.* 5.

6. *Liber homo pro debito non pignoratur vel detinetur invitus, ſed volens ſic.* 7.

8. *Obſides noſtri temporis non mutant ſtatum, nec ſervire compelluntur.* 10.

9. *Pro obſtagio tenendo reus etiam extrajudicialiter à creditore interpellari poteſt.*

11. *Iuramentum & datio fidei æquiparantur, circa promiſſionem obſtagii.*

12. *Promiſſor facti alieni non tenetur, niſi ſe obligarit ad pœnam, vel intereſſe.* 13.

14. *Difficultas vel impoſſibilitas facti excuſat à pœna.*

15. *Obſtagii pactum, etiam injuratum, & inter privatos, valet.* & 19.

16. *Monachi æquiparantur ſervis.*

17. *Nocere proximo per id, quod nobis non prodeſt, eſt peccatum contra legem naturæ.*

18. *Obſtagiorum cauſa finalis.*

20. *Pactum obſtagii non eſt contra bonos mores naturales, nec inducit ſervitutem, aut conſtringit libertatem.* 22. & 25.

21. *Pactum moribus naturæ contrarium juramento non confirmatur.*

23. *Obſtagiorum origo cœpit à jure naturali ſecundario.*

24. *Obſides olim non poterant teſtari, ſed ipſorũ hæreditas applicabatur fiſco, hodiè verò ſecùs.* 25.

26. *Obſides etiam noſtro tempore dantur.*

27 *Obſides hodiè tractantur ut homines liberi.*

28. *Capti in libello non moto Sarracenis aut aliis exteris regnis, non fiunt ſervi capientium.*

29. *Obſtagia nobilium.*

30. *Obſtagii promittendi forma.*

31. Geiſſung *unde dicatur.*

32. *Obſtagium promittitur per fidejuſſores alternativè.*

33. *Copula*, Et, *poſita inter duo incompatibilia, reſolvitur in disjunctivam.*

34. *Alternativorum electio pertinet ad debitorẽ, ſi rerum disjunctarum qualibet eſt in obligatione, & ſolutione.* 36.

35. *Alternativè poſitæ inter duo, quorum unum eſt in obligatione, alterum ad cautelam creditoris, electio ad creditorem ſpectat.*

37. *Practica in terris Saxoniæ in termino obſtagii obſervanda.*

38. *Plura remedia cui competunt, ei, uno electo, non denegatur regreſſus ad aliud, ſi creditori per primum non ſit ſatisfactum.* 41. 42. & 43. *aliàs ſecùs, num.* 48. & *ſeqq. dummodò deſcendant ex eadem cauſa.* 50.

39. *Debitor carceratus ad inſtantiam creditoris, non evitat executionem in ſua bona.* & *num.* 45.

40. *Debitoris captura non liberat fidejuſſorem, quin etiam is capi poſſit, ſi ex vi pacti ſe ad hoc obligavit.*

41. *Ceſſio bonorum facta per principalem, non prohibet proceſſus inſtitutionem contra fidejuſſorem.*

42. *Creditor, dimiſſo proceſſu, adverſus principales, vel tertios poſſeſſores rerum inſtituto, poteſt regredi ad fidejuſſores.*

43. *Fidejuſſoris detentio non prohibet capi reũ, etiam in caſu, quo fidejuſſor appellaſſet.*

44. *Miſſus in bona debitoris, ſi non conſequitur integram ſatisfactionem, poteſt petere etiam carcerationem rei.*

46. *Sequeſtratio bonorum non impedit exactionem debitoris per ordinariam viam.*

47. *Exceptio de proceſſu contra alium ſuper eadẽ cauſa inſtituto, non liberat reum.*

48. *Electio unius remedii ex pluribus impedit recurſum ad aliud,* & *num* 45 *dummodo prius remedium habuerit ſuum effectum, aliàs non, num.* 49. & 50. *item niſi proteſtetur de uno ad aliud habere regreſſum. num.* 65.

49. *Ordinaria via proſecutus jus ſuum, ad extraordinariam poſteà ſe poteſt convertere.*

51 *Argumentum à perſonis ad res valet.*

52. *Alternativa promiſſio implemento unius mẽbri contenta eſt.* 53. *quando per hoc integrè ſatisfit ſtipulatori.* 54. *ut, qui duos fines ſibi propoſitos habet, ſecùs, ſi unum finem tantùm, ad quem tenditur per diverſa media.* 55.

56. *Remedia plura ſi competant petitori, quod ex uno non conſequitur, poteſt alia actione proſequi, & ſalutaris eſt proteſtatio. quod ex uno conſequitur, id ex alio ſe petere non velle, ſive ab eodem, ſive ab alio ſimul obligato.* 66.

57. *Iudicio prætorum non debent eſſe contenti inferioribus.*

58. *Lex majoris operationis eſt quàm pacta contrahentium, niſi in uno & altero caſu lex idem diſponat, num.* 63.

59. *A lege*

59. *A lege ad pactum affirmativè ductum argumentum non valet.*

60. *Contumacia rei durabilis per prætorem pleċtitur duriùs.*

61. *Si electio circa plura remedia legis competit judici, ſi ad eum verba legis dirigantur, aliàs parti, maximè quando pro privata utilitate partis interpoſitæ reperiuntur. num. 62.*

63. *Pactum futuræ ſucceſſionis regulariter non valet, niſi ſtatuto ſuſtineatur.*

64. *Pacta contrahentium dicuntur lex contractus.*

65. *Obſtagio durante, nihil prohibet vel contra ipſos, vel contra principalem executionem in ipſorum bona petere, proteſtando tamen quòd uno electo, non velit recedere ab alio, ibid.*

66. *Plura remedia intentans proteſtari debet, quod conſequitur ex uno, id ſe non petiturum ex alio.*

67. *Fidem fallens an poſſit notari ut perfidus.*

68. *Injuriarum actione conveniri non poteſt, qui volenti injuriam infert.*

69. *Pactum debitoris cum creditore, quòd in eventum non factæ ſolutionis ad terminũ, hic poſſit reum publicè divulgatis literis contumelia afficere, an valeat? & nu. 70.*

70. *Alapam alicui impingens ex pacto, non convenitur injuriarum, niſi ex intervallo hoc fiat.*

71. *Voluntas ſemel accommodata ad actum durabilem, & habentem tractum temporis ſucceſſivum, non poteſt mutari, ſecùs in contractu momentaneo. 72.*

73. *Hominis voluntas non ſemper durat in eodem ſtatu.*

74. *Conventio, quòd repertus alio tempore in meo horto vapulet, non valet.*

75. *Pactum de rumpenda pace non valet.*

76. *Pactum, quo quis ſe ponit in manibus inimici, prohibetur.*

77. *Pactum torturæ ſubeundæ de jure non toleratur.*

78. *Famæ & vitæ cauſa æquiparatur.*

79. *Infamiæ metus major quàm mortis eſſe debet honeſto viro.*

80. *Fama bona nobis opus eſt ob proximum, conſcientia bona quoad Deũ & noſmetipſos.*

81. *Quæ contra dignitatem aut pietatem noſtrã ſunt, in obligationem deduci non poſſunt.*

82. *Judiciorum vigor ad prohibitionem privatæ vindictæ inductus eſt. 83.*

84. *Juſtitiæ non minima pars eſt alterum non lædere.*

85. *Debitor non ſervans conventa, coram ſuo judice de perfidia rectè arguitur, nec tenetur arguens injuriarum.*

86. *Injuriam alicui dicens coram judice quæ ſit vera, excuſatur ab animo injuriandi.*

87. *Injuriato non licet dicere? tu mentiris, ſi injuria per adverſarium ipſi illata ſit vera.*

88. *Obſtagia noſtri temporis nihil ſunt, niſi helluationes.*

89. *Crapulæ inducunt mentis exilium & libidines.*

90. *Ebrietas in Deum contumelioſa, & dicitur voluntaria inſania. 91.*

92. *Obſtagia in Electoratu & Ducatu Saxoniæ abrogata propter utilitatem ipſarum partium, & 95.*

93. *Æquipollentium non refert quid fiat. 94.*

96. *Obſes an licitè recedat ex obſtagio, cui propter inopiam hoſpes denegat ulteriora alimenta?*

97. *Juramentum habet clauſulam poſſibilitatis & facultatis.*

98. *Obſtagiatus ex obſtagio licitè recedit cum conſenſu creditoris, quantumvis judicem, qui eum requiſivit pro obſtagio, ſuper eo non adierit.*

99. *Obſes an liberetur ab obſtagio per ceſſionem bonorum?*

CAPUT OCTAVUM.

DE PACTO OBSTAGII DEBITORIS.

Obſtagium quomodo ab areſto differat.

ABSOLUTO PACTO ARESTI, oportune ad pactum obſtagii tranſeundum, quod affine areſtationi remedium eſt, adeò, ut iſtis etiam vocabulis interdum indifferenter uno pro alio utamur. Revera tamen in eo à
1 ſe invicem diſcedunt, quòd requiſitio pro areſto de conſuetudine ſaltem regulariter expediatur, interveniente judicentis, vel ejus familiæ officio: detentio autem ad obſtagium communiter fiat mediante monitione, vel interpellatione creditoris etiam extrajudiciali. *c. ex reſcript. extra de jurejur.* Neq; tamen negatur, quin pòſt moram in ſolvendo com- 2
miſſam, aut ſi requiſitus pro obſtagio ſiſtere nolit, etiam judex rei adiri poſſit, ad eum finem, ut videlicet compellat debitorem

Explicatio c. ex reſcripto de jurejur.

turem præſtare conventa, ſolvendo nem-
pè quòd debet, aut ſervando obſtagium,
propter illud vulgatum: quodcunq; pro-
pria authoritate expedite licet, illud ſi
fiat judice authore, non meretur pœnam.
*Roderic. Suarez. in l. poſt rem judicatam. 56. in
declaratione legis regni §. ſecutus. num. 13. ff.
de re judic* & in iis terminis propriè loqui-
tur *d. c. ex reſcript.* cujus obſtagii habetur
etiam mentio Landrecht. *lib. 2. art. 11. §.*
hat er auch gelobt vor die Schuld einzureiten.
3 Quod ampliant procedere, ut obligatus
ad ſe repræſentandum in certo loco, poſ-
ſit a judice loci ad creditoris inſtantiam
citari, quamtumvis alibi pro nunc degat,
ut ſiſtat ſe ad obſtagium in loco deputa-
to, *ita Iaſ. in l. ſi convenerit. 18. num. 41. de ju-
riſd. om. jud. Bald. in l. cum Archimedoram. 4.
num 6. C. ut in poſſ. lega. Felin. in c. finali. nu.
22. extra de foro compet. & Ioh. Franc. Ripa in
c. 1. num. 67. extra de judic.* contrarium ta-
men de jure verius eſſe cenſeo, quòd ni-
mirum judex reorum deberet requiri pro
ſervando obſtagio, *per ea quæ traduntur in
ſecunda parte hujus Operis, cap. 1. num. 99. &*
4 *100.* Eſt autem obſtagium conventio
quædam jurata, vel aliter data fide con-
firmata, de ſiſtendo & non recedendo ex
certo loco, donec conventis ſatisfiat, *ita
definit Anton. de Butrio in d. c. ex reſcript. num.
10.* [unde patet hujuſmodi obſtagia eſſe
ſpeciem carceris.] Et nomen aſſumpſit
5 obſes ab obſidendo, ea videlicet occaſio-
ne, quòd obſeſſi quondam dabant vades
& ſponſores in publica cauſa, pro ſervan-
dis fœderibus, quos obſides appellant. Et
hinc eſt, quòd volunt Dd. pro publica
cauſa obſtagium promitti poſſe, non pro
privata. *Bald. in l. ob æs. 12. num. 3. C. de act.
& oblig. Felin. in d. c. ex reſcript. num. 6. in ſe-
cunda fall.* Feſtus vocabulum obſides vult
compoſitum ex ob & fides per mutatio-
nem literæ, ac dici obſides, quaſi ob fidem
datos. Licet enim quemadmudum in
præcedenti capite eodem modo tactum
6 fuit, regulariter liber homo, quantumvis
res defuerint pro cauſa pecuniaria pigno-
rari *c. 2. extra de pign.* vel obſes dari non
poſſit. *l. qui filios. 6. C. quæ res pignori*, imò
creditor, qui liberum hominem pignori
accepit, relegatur. *l. fin. ff. eo.* & jure au-
thenticorum, qui liberam perſonam præ-
ſumpſerit detinere vel pignorare pro de-
bito, ultrà pœnam corporalem cui ſubji-
citur, amittit etiam jus crediti, & refundit
tantundem debitori, quem detinuit, *§.
quia verò. 1. & §. hujuſmodi. auth. ut nulli ju-
dic. 134. colla. 9. & facit d. l. ob æs. 12. cum
auth. ſequenti. C. de act. & oblig.* tamen iſta
contraria omnia pro parte loquuntur de
tertio, quòd videlicet tertius non conſen-
tiens, non poſſit dari obſes, partim etiam,
quòd debitor non poſſit teneri in obſta-
gium invitus videlicet, vel eo fine, ut jus
pignoris, aut ſervilis miniſterii in ipſo
conſtituatur, iſtam ſolutionem innuit
ipſemet Imperator *in d. §. quia verò ſub fi-
nem.* Secùs eſt, quando detinetur ex pacto, 7
l. 3. §. qui volentem. ff. de lib. hom. exhib. &
alia intentione, non ut ſerviat, vel ut pi-
gnus in eo conſtituatur, ſed ut fiat, quod
in conventionem eſt deductum. *ita reſpon-
det gloſ. verb. obſides. d. c. ex reſcript. & ibi
Anton. de Butr. num. 14. Abbas 7. Bald. 1. Ioh.
de Imola 8. Felin 6. & omnes Dd. eo in loco pro-
bant iſtam ſolutionem, cùm qua etiam tranſit
Bald. in l. 2. num. 9. & ibi Salic. 4. & Azo in
fi. C. de patrib. qui fil. diſtrax. Bald. l. 1. n. 5.
C. qui bon. ced. poſſ.* Ideò Felinus *in d. c. ex re-
ſcript.* ſubjungit rationem, quare permit-
tatur obſtagium, quia inquit, obſides 8
non mutant ſtatum, neq; ſervire compel-
luntur, ſed tantùm morantur in loco, ad
eum finem, ut ſolidiùs obſerventur con-
venta. *Felin. ubi proximè, nu. 7. Ioh. de Plat.
in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10.
num. 10. & gl. 2. d. c. 2. extra de pign. ac ſe-
quitur Iaſon. in l. rogaſti. 11. §. ſi tibi. num. 10.
ff. ſi cert. pet.* Ex quo infertur, pactum de-
bitoris, quòd, in caſu non factæ ſolutio-
nis, hærebit in certo & nominato loco, 9
neque inde movebit veſtigia, donec cre-
ditori ſatisfiat, valere & virtute hujus
pacti reum etiam extrajudicialiter inter-
pellari poſſe per creditorem, ut conven-
tionem obſtagii adimpleat, ſicut & de ju-
re ad hoc tenetur, ac, ſi volens non ſiſtat,
officio judicis ad id compelletur, & in il-
lis terminis propriè loquitur *d. c. ex reſcript.
ac notat Socin. in tractatu fallentiarum regula.
174. verb. homo liber. Bald. in l. ob æs. 12. nu. 1.
in fi. C. de act. & oblig. Guido Papæ deciſ. 61.
num. 2. Abbas & Imola in c. laıor. extra de pi-
gnor. & Bald. l. 2. num 9. C. de patrib. qui fil.
diſt.* Detinentur enim non in cauſam ſer- 10
vitutis aut alicujus miniſterii, ſed ut libe-
ri homines, quibus ſua libertas in nullo
alio conſtringitur, quam in non receden-
do à loco, ad quem ſeſe obligarunt. *Au-
guſt. Berous conſ. 159. num. 16. vol. 3. Bartol.
in extravag. de pace Conſtant. in gl. verb. damna.*
Ac, ſi urgeretur, in iſta decretali, *incip. ex
reſcript,*

reſcripto hoc eſſe ſpeciale, ratione juramenti interpoſiti ibidem à debitoribus, quod venit obſervandum, dummodo ſine periculo ſalutis æternæ, & præjudicio tertii ſervari poſſit. *c. cùm contingat extra de jurejur. & c. quamvis de pact. in 6.* illud negatur, cùm nõ tàm conſideretur ipſum
11 juramentum, quàm interpoſitio fidei, pro præſtandis conventis, maximè de jure canonico. *cap. pervenit. 2. ubi gl. & Butr. nu. 4. extra de fidejuſſ. c. ad aures, quod metus cauſa. ac notat Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. 11. nu. 57. Inſtit. de action. Felin. c. præterea. num. 25. extra de ſponſal.* licet de jure civili aliud ſit, *teſtante Fabro in d. §. item ſi quis. num. 25.* & hic idem eſt in obſtagio etiam non jurato. *Anton. de Butrio in d. c. ex reſcript. num. 10. per text. in c. expoſita, ubi Innoc. extra de arbit. & facit c. ſimpliciter. 23. q. 8. cum l. obſides. 11. ff. qui teſtam. fac. poſſunt. & l. divus. 31. de jure fiſci.* Neque verò tantùm promittuntur obſtagia à principalibus debitoribus, ſed & ab ipſorum fidejuſſoribus, prout quotidiana teſtatur experientia.
12 Ac, ſi moveatur, fidejuſſores ſpondentes, vel quolibet modo intercedentes pro principali, non poſſe exigi, cùm ipſi promittant factum alienum, puta ſolutionem, quæ conſiſtit in facto debitoris, *contra l. 4. §. Cato & l. ſtipulatio iſta habere licere 38. in princ. ibi: nemo alienum factum promittendo obligatur. de verb. oblig. & §. ſi quis alium. 2. Inſtit. de inutil. ſtip.* reſpondetur: quòd illa promiſſio non ſit ita nuda,
13 & tantùm directa ad factum à tertio præſtandum, *de qua in d. §. ſi quis alium. Inſtit. eod.* ſed habeat adjunctam in effectu pœnam, & obligationem facti proprii, puta, ſi moroſus fuerit debitor in ſolvendo ad terminum, quòd ipſe fidejuſſor de ſuo iſtud debitum, aut, quantò minùs creditor à principali conſequi poteſt, ſolvere, & obſtagium ipſi præſcriptum præſtare velit. *arg. l. decem ſtipulatus. 116. de verb. oblig. l. ſi decem. 12. de ſolut.* ita, quòd non liberabitur fidejuſſor alienæ ſolutionis, præſtando eam operam, quam poteſt, admonendo videlicet principalem & ſimilia faciendo. *Abbas in d. c. ex reſcriptio. in fi. num. 10. ibidemq́; Anton. de Butr. num 17.* ſed æquiparatur fidejuſſor ſub pœna obſtagii promiſſori alieni facti, qui in eventum non facti quod fieri debuit, obligavit ſe ad pœnam vel intereſſe, & ſaltem incurrit pœnam conventam, quantumvis omnem etiam extremam diligentiam adhibuerit. *l. ſancimus. 16. C. de fidejuſſ. Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti. 97. §. poſſum. ff. de verb. oblig. cum §. verſa vice. 20. Inſtit. de inutil. ſtipul.* Etſi enim alias dica- 14
tur, circa promiſſionem de facto tertii, ſi promiſſor fecerit quod potuit, & tamen perficere nequivit, quod talis difficultas facti regulariter excuſet à pœna, *l. ſi vehenda fin. §. penult. ff. ad l. Rhod. de jactu. & l. continuus. 137. §. illud inſpitiendũ. de verb. oblig.* (quam ſententiam & cõmuniorem eſſe, & in practica ſervari, teſtatur idem Aretin. *in d. l. ſi ita ſtipulatus fuero, te ſiſti. 97. nu. 1. verſ. & quia dixi. ac ſequitur Iaſ. in allegata l. ſtipulatio iſta habere licere. 38. num. 10.*) tamen caſus noſter nullam habet dubitationem, cùm fidejuſſor, in terminis propoſiti noſtri, prout ſuperius etiam tactum fuit, nihil promittat impoſſibile, nec tàm factum alienum quàm propriũ, puta, quod, ſi principalis non ſolvat, fidejuſſor obnoxius ſit de ſuo ſatisfacere, vel in caſu moræ præſtare obſtagium, quantumvis fortè principalis ad hoc non erat adſtrictus. Licet autem Panorm. in effe-
ctu ſentire videatur, obligationem ad 15
obſtagium inter privatos non aliter tenere, niſi accedat juramentum, *Panorm. d. c. ex reſcript. num. 7. in fin. per fundamenta valdè tenuia, quæ paulò pòſt diſſolvemus*: tamen altera opinio favorabilior & communior eſt, ut videlicet ſerventur conventiones, *Felin. d. c. ex reſcript. n. 7. Bald. l. 2. n. 9. ibidemq́; Salic. 4. C. de patrib. qui fil. diſtrax.* cùm in plebeiis non minùs atq; in publicis aut illuſtribus perſonis exuberare debeat fides. *l. 1. de pactis. l. 1. de conſt. pecun.* dummodò is, cui mittuntur literæ monitoriales pro ſervando obſtagio, in illud ſemel vel ipſe conſenſerit, vel poteſtati debitoris ſubjectus ſit, ut ſervus, *Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. juris. in princ.* aut monachus *d. c. ex reſcript.* ut qui non aliter, & fortè duriùs abbati addictus eſt, quam ſervus obſtringitur domino. *c. multos. diſt. 54.* cùm omnia quæ in jure traduntur de ſervis, locum ha- 16
beant etiam in monachis. *Bart. Iaſ. & alii in l. cùm fundus 31. §. ſervum tuum. ſi cert. pet.* Quod idem eſt, ſi homo liber, in eventum non ſolutæ pecuniæ, vel proprio vel fidejuſſorio nomine ſpondeat, intrare obſtagium, *per ſupra dicta.* Ac ſi objiciatur, quoniam creditor prohibetur uti operis obſidum, neq; licet ipſi eos alteri pignorare, vel quoquo modo diſtrahere, *d. l. qui filios. 6. C. quæ res pign. dar. poſſ.* & ſic nihil

nihil redit utilitatis ad credentem. Quid
17 prohibet igitur quin obſtagiatus ſtatim
redeat ad ſuam naturalem libertatem?
cùm in legem naturæ peccet, qui urget,
quod ipſi non prodeſt, & nocet proximo.
l. reſcripta 7. C. de precib. Imp. offer. l. fin. ff. de ſenat. l. fin. C. de præpoſ. ſacri cubic. l. 12. l. neq; Dorotheum. 61. C. de decur. lib. 10. repli-
catur: contraria loqui in caſu, ubi prorſus
nihil emolumenti redit ad detinentem,
quod non eſt in propoſito, ubi iſta reſul-
18 tat utilitas ad creditorem (& hæc eſt fina-
lis cauſa obſtagii, ſicut & omnium reme-
diorum executivorum, pro cauſis civili-
bus in perſonas inductorum) quòd reus
ita detentus, de viis ſatisfactionum dili-
gentiùs cogitabit, requiretq; crebriùs, ac
faciliùs inveniet cognatos & alios, qui
pro ipſo ſolvant, aut aliter ſecurum red-
dant creditorem, ad hoc videlicet, ut de-
tentus revertatur in priſtinam libertatẽ,
quod non facturus eſſet, ſi omnimodo
naturali libertate gauderet, prout tota
die videmus, tales debitores, qui libenter
mutuum accipiunt, eſſe ſomnolentos, &
quærere tantùm de die in diem dilatio-
nes, donec videant extremis morbis ex-
trema adhiberi remedia: quam rationem
innuunt Felin. *in d. c. ex reſcript. num. 7. Alex. de Imola in l. alia. 14. §. eleganter. n. 6. ff. ſol. matrim. & Specul. in tit. de renunciat. & concluſ. §. 1. num. 29.* in quibus locis ad-
dunt præmemorati Doctores, obſtagiorũ
etiam injuratorum, conventiones inter
19 quoſcunq; privatos comprobari generali
conſuetudine. Unde & conſtitutionibus
Imperii non tantùm tolerantur, ſed etiã
multis præjudiciis in Camera confirmata
eſſe talia obſtagia, teſtis eſt Ant. Gailius,
lib. 2. de pace publ. cap. 2. num. 6. & 5. & in obſerv. practicis lib. 2. obſer. 45. per totum: licet
Johannes Franciſcus de Ripa ſuper iſta
quæſtione diſtinguat, an nempe hoc aga-
tur, ut obſides tranſeant in poteſtatem,
vel ſervitutem eorum, quibus dantur, quo
caſu, inquit, ipſe, non dantur, niſi in cau-
ſa publica, & ab hoſtibus, aut non dedun-
tur ad ſervitutem, ſed tantùm pro ob-
ſervatione conventorum & interpoſitæ
fidei, & tunc poſſunt etiam inter privatos
dari. *Ripa d. l. obligatione generali. 5. num. 12.*
20 *ff. de pignor.* Neq; verò hæc detentio per
viam obſtagii eſt contra bonos mores
naturales, aliàs etiam juramentum in tali
pacto ſuperveniens non foret obligato-
rium, *c. non eſt obligatorium. extra de reg. jur. in 6.* ac notat *Baldus in l. pacta quæ contra. 6. C. de pact. in princ. & l. non dubium. 5. C. de ll.*
cùm tamen juramenti appoſitio, etiam 21
teſte ipſomet Panormitano, tale pactum,
à privatis cum privato initũ, confirmet.
Panorm. in d. c. ex reſcripto. num. 7. Ad alte-
rum Panormitani motivum, quaſi hoc 22
pactum in ſervitutem redigat paciſcentẽ,
aut ſaltem conſtringat ipſius libertatem,
ex quo denegatur de loco recedere. *l. Titio 100. §. Titio centum. de condit. & demonſtr. l. 2. de lib. homine exhib. cum gl. c. de raptoribus. 36. q. 1. Sicut & ad id, quod notat Innoc. in c. nuper in princ. extra de ſent. excõmunicat.*
reſponſum ſuperiùs eſt, contraria loqui de
detentione inviti, & per pactum propriũ
non adſtricti ad talem commorationem
in certo loco. *d. l.* 2. & ita loquitur etiam
d. l. Titio 100 §. Titio centum. ubi legatario
præter ipſius voluntatem per teſtatorem
injungebatur, habitare in uno aliquo lo-
co, & quidem illa mora reſidebat in ar-
bitrio detinentis, & ſic poterat eſſe per-
petua, ac cauſari damnum corporis, aut
valetudinis, propter deficientem motũ.
d. §. Titio. & d. l. 2. ſed hæc detentio ad ob-
ſtagium fit ex præcedente conſenſu debi-
toris, neq; damnificat corpus, niſi per ac-
cidens, quando videlicet obſides immo-
derato cibo & potu ſe replent, quod non
eſt in aliqua conſideratione; item talis
detentio non eſt durabilis, ſed tempora-
lis, eoq; ipſo extinguitur, quando ſatis-
factum fuerit creditori. *Felin. in d. c. ex reſcript. num. 8.*

Cœpit autem obſtagiorum origo à ju- 23
re naturali ſecundario, quod alio nomine
jus gentium appellamus, *per ea quæ habentur in §. jus autem gentium. Inſtit. de jure natur. gent. & civil.* quòd, ſicut introduxit ſer-
vitutes, *l. manumiſſiones. 4. l. ex hoc jure. 5. ff. de juſt. & jur.* adeò, quòd capti in bello
redigebantur olim in poteſtatem capien-
tium, *§. ſervi. Inſtit. de jure perſonar.* ita eo-
dem modo introduxit jura obſtagii, quæ
duraverunt uſq; ad tempora Romani Im-
perii. Hoſtes enim devicti ab Imperio vel
Imperatoribus, & econtra, cogebantur
pro facienda pace, vel compoſita ſervan-
da, dare obſides. *Felin. in d. c. ex reſcript. nu. 6. fall. 1.* qui ſanè quondam non habebant
multò plùs privilegiorum, aut libertatis,
quàm captivi, cùm & teſtari prohiberen-
tur, niſi ſpecialem gratiam ſuper hoc à
Principe impetraſſent, *d. l. obſides. 11. juncta ibi gloſſ. ff. qui teſtam. fac. poſſ. gloſſ. in §.*

Vide Gailium in editione 4. d. obſ. 5. num. 45. ubi hoc jus noviſſima Imperii lege anno 77. ſub tit. 37. immutatum aſſerit.

24 *ejus qui. Inſt. eo.* & ipſorum etiam fortunæ, iis defunctis, ad hæredes non pervenirent, ſed fiſco applicarentur. *l. divus Commodus. 31. cum l. ſeq ff. de jure fiſci.* Hodiè
25 autem obſidum conditio, qui capiuntur in bellis, motis vel infrà terminos Imperii, vel contra alios, dogma Chriſti nobiſcum profeſſos (inter quos ſervitus ampliùs locum non habet. *l. hoſtes. 24. & ibi Bart. num. 16. de captivis & poſtlim. reverſ. ac notat Molin. conſ. 16. num. 13. lib. 1. & in conſuet. Pariſ. tit. 1. gloſſ. 3. num. 8.*) melior & tolerabilior eſſe cœpit, nec enim mutant libertatem, nec ſervire compelluntur, ſed tantùm ad eum finem tenentur, ut timore pejoris coërcitionis & cuſtodiæ, diſtrictiùs teneantur fœdera & pacis conditiones, pro quibus dati ſunt. *Bald. in d. l. 2. num. 9. C. de patribus qui fil. diſtrax. Felin. d. c. ex reſcripto. num. 2. ac ſequitur Gailius de pace publ. lib. 2. num. 11. & de talibus loquitur textus in c. ſuppliciter. ibi: obſides dignos, de quibus confidere poſſitis, accipite. 23. q. 8.* quod
26 etiamnum noſtris temporibus uſitatum eſt. Sic Franciſcus rex Galliæ ab Imperatore Carolo V. ſub annum ſalutis Chriſtianæ 1525. in die Matthiæ Apoſtoli, qui erat 24. Februarii, captus ad Ticinum, cùm aliquandiu fuiſſet in cuſtodia victoris, dando duos filios majores natu pro obſidibus ſervandi fœderis, liberatus fuit, teſte Jovio in ſua hiſtoria noſtrorũ temporum lib. 23. in fine. Suntque iſti obſides
27 per omnia tractandi ut liberi homines, arbitrio videlicet boni viri, unde & contractus inter vivos celebrare, *Auguſt. Berous conſ. 159. num. 16. vol. 3.* & teſtamenta facere poſſunt. *Bart. d. l. obſides. 11. ac concordat Baldus in l. 1. num. 19. C. de SS. eccleſiis.*
28 ubi etiam iſtud extendit ad captos in bello legitimo, inter tamen Chriſtianos populos, & ſubjungit, quòd audiverit ab antiquis advocatis Peruſii, fuiſſe ibi quæſtionem de facto ſuper hæreditate Borgaritii de Maſſiano comitis, qui captus fuit à Piſanis in conflictu de monte Carino, &, facto teſtamento, in cuſtodia Piſanorum deceſſit. Quantumvis enim iſtud bellum erat juſtum, tanquam indictum ab Heinrico Imperatore: tamen, ex quo pòſt mortem Heinrici captus fuit, finito nempe mandato ejus, qui diffœdandi jus habebat, *argum. l. 4. ff. locati. cum l. & quia. 6. de juriſd. om. jud. & l. judicium ſolvitur. 58. de judic.* & quia bellum erat inter Chriſtianos, fuit tunc de jure obtentum, teſtamentum ejus valere. *arg. l. qui à latronibus. 13. qui teſt. fac.* Sicut autem obſtagia cœperunt primùm à militia, per antè dicta: 29
ita hodiè remanſerunt veſtigia veterum obſtagiorum, in primis inter milites noſtrorum temporum, quos nobiles nuncupamus, ipſorumq; fidejuſſores, illi ſiquidem, pro adimplendis quibuscunq; obligationibus dandi vel faciendi, ut plurimùm creditoribus promittunt obſtagia, in eventum non ſoluti debiti, vulgò dicimus: Sie haben ſich uff Leiſtung verſchrieben. & eſt forma promittendi obſtagii 30
vulgaris in perſonis fidejuſſorum: *Et nos fideiuſſores omnes & ſinguli, pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris ſpondemus, quatenus principalis ad præfixum diem non ſolverit creditori, quòd ipſi faciemus ſolutionem de ſorte, uſuris, & omni intereſſe, qua in re ſi moroſos etiam nos eſſe contigerit, damus ei licentiam utendi parata executione, vel propria authoritate, vel mediante judicis officio, in noſtra bona, eaq; occupandi & poſſidendi pro arbitrio, absq; omni impedimento, vel requirendi nos omnes & ſingulos pro obſtagio, quo caſu, ad omnem requiſitionem creditoris, eiusq; hæredum, vel cuiuscunq; bonæ fidei poſſeſſoris harum literarum, ſive oretenus illa fiat, ſive in ſcriptis, omnes & ſinguli cum tot equis & ſervis ingrediemur hoſpitium publicũ eius civitatis, quod & quam nobis ipſe pro obſtagio determinaverit, & ibi tenebimus legitimum obſtagium, & jura obſtagii ſervabimus, prout ab antiquo fieri conſuevit, inde non receſſuri, donec creditori, eiusq; hæredibus, aut bonæ fidei poſſeſſoribus huius obligationis, tàm de ſorte, quàm etiam de uſuris, ac omni intereſſe, plenè ſit ſatisfactum.* Unde & Gailius fatetur, per Germaniam obſtagiorum uſum eſſe frequentiſſimum. *cap. 2. num. 6. lib. 2. de pace pub.* [nam ſi in cauſa civili, puta, mutui vel alterius contractus pacta conventa ſub obſtagii obligatione non ſervantur, debitores vel eorum fidejuſſores interpellantur literis creditorũ, ut ſe juxta obligationis formulam loco & tempore convento ſiſtant, non receſſuri, donec promiſsis ſatisfaciant: non ſiſtentes ſe, famoſis picturis publicè ubiq; affixis,

Vide ſupra nu. 19.

Q

affixis, mirabiliter traducunt.] Opinor
31 autem etymon Germanicæ dictionis, Lei-
ſtung / derivatum eſſe à vocabulo leiſten/
quod eſt præſtare, Ich will leiſten was ich
zuſage / hoc eſt, volo ſtare promiſsis. Et
32 concipitur hæc obligatio debitoris, ut
plurimùm alternativè, puta, quòd velit
ſolvere, vel ad interpellationem credito-
ris ſe ſiſtere in certo loco, aut, quod in ef-
fectu non eſt diſsimile, promittit ſolvere,
& niſi ſolvat, hærere in loco ipſi præfixo,
vel præfigendo, donec ſatisfiat creditori,
33 quo poſteriore caſu copula, *Et*, quia po-
nitur inter duo diverſa & incompatibilia,
cùm is, qui ſolvit, non debeat detineri
in perſona, *contra l. bona fides. 57. ff. de reg.
jur.* talis copula mutat officiũ ſuum, quod
eſt copulare, & reſolvitur in disjunctivã.
*l. ſi Titio fructus. 33. & ibi Bart. per illum text.
de uſufruct. juncta l. fin. C. de codicill. Bald. in
auth. hoc locum. circa finem. C. ſi ſecundò nupſe-
rit mul. Salicet. in d. l. multum. 6. C. ſi quis al-
teri vel ſibi. ac melius facit l. ſi hæredi plures
conditiones 5. in fi. ibi, ſi disjunctim, cuilibet ff.
de condit. inſtit.*

Cæterùm, hic non incommodè cadit
illa dubitatio, cùm plerumque, ut habet
formula, hæc promiſsio debitoris, item
ejus fidejuſſorem, concipiatur alternati-
vè, quòd videlic. fidejuſſor promittit ſol-
vere, vel obſtagium præſtare, an electio
iſto caſu ſit debitoris, aut creditoris? Quæ
quidem quæſtio magni momenti eſt, ſi-
quidem enim in fidejuſſorũ arbitrio hoc
reſideat, & ii obſtagii jura in loco ad hoc
deſtinato teneant, per hoc eſt parùm con-
ſultum creditori, qui non propterea mox
recipit ſuas pecunias, quod ſanè videtur,
34 cùm in alternativis electio ſit debitoris,
*ut probatur in l. plerumq. 10. §. ſi res in dotem.
verſ. verùm ſi ita fuerit. ff. de jure dotium. c.
in alternativis. extra de reg. jur. in 6. cum §.
huic autem qui loco. ubi Iohan. Fab. notat In-
ſtit. de action. ac facit authen. habita. C. ne fi-
lius pro patre.* & ſic, quomodocunque con-
cipiatur hæc clauſula obſtagii, videtur
ſemper in poteſtate debitorum eſſe, exe-
cutionẽ paratam in bona eludere. Pro re-
ſolutione breviter dico, quòd electio in
propoſito non ſpectet ad debitorẽ, ſed ad
35 creditorem, cùm iſto caſu dictio alterna-
tiva ponatur inter duo, quorum unum eſt
in obligatione, alterum autem apponitur
ad cautelam creditoris, *prout tradit Bart. in
l. quamvis. 6. per illam text. num. 2. ff. de pi-
gnor. act.* ubi movetur hæc quæſtio in ter-
minis: promiſiſti mihi ſolvere centum in
Paſchate, vel dare obſides, aut aliud ſuffi-
ciens pignus, volo te cogere ad ſolven-
dum præcisè, quæritur an poſsim? re-
ſpondet Bartolus, quòd ſic, cùm, quod di-
citur de obſidibus, ſit adjunctum pro fa-
vore creditoris, & ſic in ejus odium re-
torqueri non debet. *l. quod favore. 6. C. de ll.*
Et aliâs dicitur, inducta ad augmentum,
prout obſtagii cautela adjicitur pro ma-
jori ſecuritate creditoris, non debent o-
perari diminutionem *l. legata inutiliter. 14.
ff. de adim. legat. l. cauſam. 10. §. puellam. de
manumiſſ. l. qui legati. 5. C. ut in poſſeſſ. leg.*
ideò, quantumvis ſolutionis ſtipulatio-
ni acceſſerit ſtipulatio etiam obſtagii,
non tamen ab ipſa petitione ſolutionis
intelligitur receſsiſſe creditor. *text. l. cla-
ms in l. 4. §. ſi ex conventione. verſ. ſed etſi pi-
gnora accepta ſint, in verbis: non ceſſare execu-
tionem, quippe cùm acceſſerit aliquid rei judica-
tæ, non eſſe à re judicata receſſum. ff. de re judic.
& ibi Alex. de Imola num. 2. & 5. Iaſ. 5. Paulus
de Caſtro. 5.* per quem textum inferebat
Tiraquellus *de retractu lignagier. §. 3. gloſ. 3.
num. 16.* quod permittens ad certum diem
ſolvere, vel fidejuſſores, vel pignora, non
liberatur, offerendo pignora vel fide-
juſſores, invito debitore, *per d. l. quam-
vis. 6. & ibi Bartol. de pignor act. ubi addit,
iſtud perpetuò menti tenendum eſſe. & idem
Caſtr. in l. cùm proponas. 17. num. 4. in fi.
C. de tranſact.* Nec obſtat *d. c. in alterna-
tivis, cum aliis priùs adductis*, quia contraria 36
procedunt in alternativa rerum, quarum
quælibet eſt in obligatione & ſolutione:
ſecùs, ſi una eſt in obligatione, & altera
ad cautelam creditoris adjecta, ut eò ma-
gis reddatur ſecurus, *ita ſolvit Iaſon in d. l.
4. §. ſi ex conventione. num. 5. ibidemq. Alex.
de Imola 5. Bart. in l. quamvis 6. num. 2. & 3.
de pignor. act. ac notat Everh. in ſuis top. loco à
vi dictionum alternativarum. num. 7. Tiraquel-
lus ubi proximè §. 3. gloſ. 3. num. 16. in fine.
qua de re tangitur etiam infrà in ſecunda Parte
hujus Operis cap. 1. num. 47.* Ex quo infer-
tur, quòd per terras Saxoniæ, ubi inſtru- 37
menta ſigillata merentur paratam exe-
cutionem, abſque alio proceſſu & ordi-
ne judiciali, in terminis propoſiti noſtri
licebit creditori pòſt moram, dimiſſa via
obſtagii executionem paratam in bona
debitorum, vel fidejuſſorum urgere, ſi-
cut iſtud à cautis creditoribus ita regu-
lariter practicatur.

Quin

Quin & majus dubium eſt, ſi creditor ſemel elegerit viam obſtagii, requirendo videlicet mediante judicis officio fidejuſſores, ut ſe ſiſtant in certo loco, tanquã obſides, vel literas monitoriales ad fidejuſſores emittat, quòd vel ſolvant infrà tempus ipſis aſſignatum, vel ingrediantur obſtagium, & requiſiti ingrediantur loca pro obſtagio ipſis deputata: an poſtea liceat creditori mutare conſilium, & petere paratam executionem in ipſorum bona? Super quo dubio ego affirmativè decidendum cenſeo, per notata Angeli *in l. qui reſtituere. 68. num. 3. ff. de rei vindic.* ubi
38 tradit, electionem unius remedii executivi non præcludere viam aliis, quando per primum non eſt ſatisfactum creditori. *Bartolus in auth. at qui ſemel. num. 19. C. quomodo & quando judex. Baldus in l. conſentaneum. num. 16. C. eo. Iohan de Platea in l. nemo carcerem. 2. num 10. C. de exacto tribut. lib. 10.* ac probatur per expreſſum juris text. *in l. perſecutione 24. C. de pignor.* ubi habetur: quantumvis creditor egerit hypothecaria contra poſſeſſores pignorum, nihil tamen impedire, quò minùs regreſſum ad principalem reum habere, eumque perſonali actione convenire poſſit. Hinc eſt, quod Baldus *in c. contingit. num. 19. & 20 extra de dolo & contum.* videatur dubium noſtrum quaſi in terminis decidere. Reus, inquit, poſitus eſt in carcere,
39 quia debitum liquidum non ſolvit, quæritur, an interim, ad creditoris inſtantiã, debeat pati miſſionem in bona, & venditionem? ac reſpondet, quòd ſic, non obſtante theorica, *l. quod in hæredem. 9. §. eligere. ff. de tribut. act.* quia, ſecundùm eundem, loquitur in remediis cogendi &
40 addit *ibi num. 20.* quòd ſimili modo captura rei principalis non liberet fidejuſſorem, quin is etiam capi poſſit, *& idem Baldus in l. 2. n. 2. C. de fidejuſſ. quem ſequitur Hippolytus de Marſil. in l. unius. 18. §. cuſtodiæ. n. 31. & 36. ff. de quæſt. & in tract. de fidejuſſ. num. 380. & in ſingulari 300. Stracha in tractatu de mercat. tit. de decoctoribus, num. 46. & poſt alios Petrus de Duenna in reg. 277. Bart. in l. hæres à debitore 21. §. quod ſi ſtipulator. in fine, ff. de fidejuſſ.* ubi dicitur: quantumvis creditor miſſus ſit in poſſeſſionem bonorum debitoris, fidejuſſorem tamen æquè, ut priùs, obligatum remanere. *& ibi Bart. nu. 1. & 2. ac concordat §. fin. Inſt. de replica. & ſubjicit Bart. in d. §. quod ſi ſtipulator rationem*, quòd quamvis deventum ſit ad capturam: tamen creditori nondum eſt ſatisfactum. *l. nepoti. 6. in fine, de fundo inſtructo.* unde Baldus *in c. dilectus nu. 4. de appellat.* dixit, quod carcer non ſolvit debitum, ſed burſa pecuniaria, quod dictum refert & ſequitur Marſil. *in §. attingam. num. 54. practicæ criminalis.* Et legitur alibi,
quòd ceſſio bonorum, facta per principa- 41
lem debitorem, non proſit fidejuſſori. *Angel. Aretin. in §. fin. num 10. Inſtit. de action. per d. l. hæres. 21. §. quod ſi ſtipulator. ubi Bart. num. 1. & 2. & l. ubicunq; 60 juncta ibi gloſſa, de fidejuſſor.* uno ſiquidem convento, niſi is ſolidum perſolverit, aut alio modo creditori integraliter ſatisfecerit, alter non liberatur. *l. fin C de fidejuſſ. quo de videantur quæ tradidimus ſuprà cap. 4. nu. 20.*
Eidemque, qui egit hypothecaria con- 42
tra ſingulares ſucceſſores, vel pignorum poſſeſſores, liberum eſt, iſta via dimiſſa, fidejuſſores convenire. *Bald. in l. etiam. 9. num. 1. C. de fidejuſſ.* cùm unum præſidium non excludat aliud. *l. penul. ff. quibus mod. pign vel hypoth. ſol.* Sicut & econtrà, ſe-
cundùm eundem, ſi primò captus eſt fi- 43
dejuſſor, poteſt etiam adhuc lite durante capi reus, adeò, ut non juvetur principalis, quantumvis a tali gravamine appellatum fuiſſet. *Baldus ubi ſupra num. 20. allegando gloſſam, quam ipſe commendat tanquam ſingularem, in l. creditor. 60. verb. poſſe ff. mandati.* alibi ſcriptum reliquit Bartolus: qui de pluribus remediis ſibi competentibus unum eligit, eum per hoc non cenſeri aliud dimiſiſſe: adeoque,
ſecundùm ipſum qui miſſionem in bona 44
impetravit, idem poſtea non prohibetur petere, quòd reus mancipetur carceri. *Bar. in l. conſentaneum 8. num. 17 per illum textũ. ibidemq; Alexander in ſuis addit. litera L. C. quomodo & quando judex. pro quo allegant etiam textum in l. 4. § ſi ex conventione ff de re judic. l. 1. §. ex hoc verſ. ſed finge. de ventre inſpic. c. quoniam frequenter. §. fin. verſ ſin autem perſonali in verbis: altetutra pœna judex ab initio ſit contentus, ad aliam nihilominus proceſſurus, ſi hoc mereatur protervitas contumaciæ. extra ut lite non conteſt. Bart. in l. nemo carcerem. 2. num 7. C. de exact. trib. 10. & idem Alex. in d. l. hæres. §. quod ſi hic ſervus: in addit. ad Bart litera C. ff. de fidejuſſ. Bald. in l. 1. ad finem. ff. ſi quis judic. non obtemp. & ibi Iaſon. num. 22 per d. l. 1. §. quid ergo. de ventre inſpic.* ac eſt melior de jure textus *in allegata l nemo carcerem. 2. verſ. ſe-
curi.* ubi habetur: qui ob non ſolutum 45

debitum fiſcale, detinentur perſonaliter
in cuſtodia, ſiquidem ita præfracti ſint,
& ulteriùs contumaces in ſolvendo exi-
ſtant, ad omnem ipſorum ſubſtantiam
manum apponi poſſe. Unde eſt, quòd, qui
46 impetrat ſequeſtrationem, ex vi ſtatuti,
in bona ſui debitoris, idem non impedia-
tur alio modo petere ſuum debitum, ita
ne per exceptionem ſequeſtri repellatur
à limine judicii petitor, ex quo per prio-
rem viam ipſi nondum eſt ſatisfactum.
*Baldus in l. qui legati. 5. num. c. C. ut in poſſ.
legat. ſer cauſa eſſe Itc. adducit gloſſam ordina-
riam & ſingularem in auth. de fidejuſſor. §.
quod ſi pignus. colũ 4. Archidiaconus in c. 1.
extra de ſequeſt. poſſ. & fruct. in 6.* & in hanc
ſententiam concludit cum aliis Jaſon *in
præcitata l. 1. num. 23. ff. ſi quis jus dicenti.*
ubi vult, quòd, ſi in actorem translata ſit
poſſeſsio rerum debitoris ex primo de-
creto, adhuc poſſit petere, reum citari
perſonaliter: & econtrà, licet reus ad in-
ſtantiam creditoris poſitus ſit in careeri-
bus: tamen adverſus eundem licebit pe-
tere miſſionem. *Bald in l. ignorare. 3. in
fine. C. de reſtit. mil. Philipp. Decius conſ. 73. in-
cip. præſtantiſſime Doctor. num. 1.* & in termi-
nis propoſiti noſtri legitur alibi, quòd
debitor alternative obligatus ſolvere cre-
ditori, vel tenere obſtagium, etiamſi ad
requiſitionem creditoris hæreat in obſta-
gio obligatus, nihilominùs per remedia
juris legitima, puta, per viam paratæ ex-
ecutionis, ſi ea aliter vel pacto vel ſtatu-
to ſit permiſſa) compelli ad ſolvendum
poſſit, ex quo per intentationem unius re-
medii non intelligitur aliis renunciaſſe.
*Guido Papæ conſ. 105. incip. in caſu vertente.
num. 3. & 4. poſt Bartolum in l. 1. ff. de lege
commiſſor. & idem Guido Papæ magis ſpecialiter
in conſ. 114. incip. quia in cauſa. num. 5. verſ.
ſecundo quia videmus, quod & in effectu fir-
mat Iaſon. in l. 1. §. quid ergo. ff de ventre in-
ſpic. & Anton Capicius. deciſ* 119. ſicut & pa-
ri modo miſſus in poſſeſſionem bonorũ
debitoris, deinceps poteſt redire ad fide-
juſſorem, ita, ut unius viæ electio credi-
tori, quò ad alios correos aut ſimul obli-
gatos, non præjudicet. *Angel. de Aretio in
d. § fin. num. 10. Inſtit. de action. ubi addit:
iſtud perpetuò notandum & menti tenendum
47 eſſe.* Nec auditur reus excipiendo de prio-
re proceſſu, contra ipſum vel fidejuſſo-
rem inſtituto, quia replicabitur ipſi, quòd
per primam viam nondum fuerit plenè
vel integrè creditori ſatisfactum. *Ang. in l.
qui reſtituere. 68. num. 5. ff. de rei vindica. Iaſ.
in d. l. 1. num. 23. ſi quis judic. Rebuffus de li-
teris obligator. arg. n. gloſ. 3. num. 25. & ſeqq.*
Non enim ſequitur, creditor proceſſit per
viam ſequeſtrationis, aut cujuscunq; alte-
rius manusinjectionis adverſus Titium,
igitur recepit ſuum debitum, ex quo hæc
illatio a ſeparatis inſtituitur, *ac probat Bar-
tol. in authen. qui ſemel. num. 19. C. quomodo
& quando judex.* unde concludunt etiam
domini de Rota, quando primus actus
vel primum remedium nondum fuit ſuũ
effectum ſortitũ, nihil impedire, quin ſu-
ſpenſo primo, ad alterum deſcendi poſſit,
cùm humanitas juſtæ pœnitudinis nemi-
ni ſit auferenda. *d. deciſ. 8. num 2. per ta. ſi
quis libellos 2. quæſt. 5. c. cum ceſſante, & c. in-
terpoſita. extra de appell. l. Papinianus 8. §. me-
miniſſe. verſ. cæterùm ſi ante ſententiam deſti-
tut. ff. de ineff. teſtam. l. ſi conveneris 18. ibi, ſi
mutata voluntas fuerit, de juriſd. omn. jud. ac
videantur quæ traduntur infrà parte 3. cap. 5.
nu. 40.* Nec adverſatur, quòd cui plura re-
media competant, ei, poſt unius electio- 48
nem denegetur ad aliud regreſſus. *l. quod
in hæredem. 9. § eligere. ff. de tributor. act. l.
rùm filius. 76. §. variis. de legat. 2. l. nemo ex
his. 43. §. quoties. de reg. jur. c. ut qui duas.
extra de elect. in 6.* quia illud verum, ſi viæ
primæ electio facilè de jure ſortiri po-
teſt effectum, aliàs non. ita limitat Ti-
taquellus *in l. boves 89 §. hoc ſermone num.
14. de verb. ſig. per l. ſi verò 8. de bonis libert.
l. filium. 5. §. ſi quis contra. de legatis. præſtand.*
ac, quod per electionem unius remedii
inutilis, non tollantur alia utilia, proba-
tur textibus juris *in l. mater decedens. 19. ibi §.
Romanus, de inoffic. teſtam. l. Clodius. 97. de
acquir. hæred. l. legitimam. 8. de petit. hæred.
& l. fin. C. de codicill.* Sic, ſi reus ordinatio
judicio pulſatus lariter, non prohibetur a-
ctor, virtute cõventionis inter partes ini-
tę, vel occupare bona debitoris privata au-
thoritate, vel mediante judicis officio ea
detinere, ſeu ſequeſtrare. *Dec in l. fin n. 7 C.
de edicto D. Adr. toll.* & alibi Accurſius tra-
ditũ reliquit, quòd unum remediũ extra- 49
ordinarium ne quidem tollat aliud præſi-
diũ extraordinarium, *gl. l. quemadmodum.
29. §. magiſtratus. verbo in factum ff. ad l. A-
quil. & in l. de pecoribus. 5. C. eo tit. & gloſ. in
l. ſi filiusfamiliàs. aliàs incipit, viaticum. 14 ff.
ſi cert. pet. & in l. qui bona. 13. §. ſi quis opus.
de damn. infect.* Quod maxime verum eſt 50
de plurib⁹ remediis rerum perſecutoriis,
ex eodem fonte & cauſa deſcendentib⁹,
quo

quo caſu unius electio non impedit alterum intentati. *Angel. de Aretio in §. fin. nu. 8. per illum textum poſt gloſſam.verb. conſumit. Inſti. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur. ac facit l. cùm ex uno. 32. ff. de action. & oblig. l. nunquam plura 2. de privatis delictis. l. 1. l. faciendæ. 8. arborum furtim cæſarum. l. & ita.3. §. fin. nautæ,caupo,ſtabular. ac pleniſſimè Albericus de Roſate in l. in provinciali. num.5. 6.7. 8. & per totum de novi operis nuntia.* & militat pro illa ſententia textus quaſi inconvincibilis, & aureis literis ſignandus *in l. fin. in princ. & §. invenimus enim. cum ſeq. C. de fidejuſſo*, ubi legitur: per electionem unius ex pluribus fidejuſſoribus, vel etiam unius ex correis promittendi vel debendi, alios liberationem non mereri, niſi ſatisfactum ſit creditori, ſed manere ipſi jus integrum, donec in ſolidum ei pecuniæ exſolvantur, vel alio modo ſatisfiat,& ſic ſupereſſe ipſi actiones integras,& perſonales, & hypothecarias, donec per omnia creditor contentetur. Licet autem ille textus loquatur de electione unius inter plures perſonas, ut per electionem unius creditori non denegetur recurſus ad alios: tamen bonum & frequens eſt
51 argumentum in jure de perſonis ad res. *Albericus de Roſate & Baldus in l. qui ſarere. 20. ff. de ſtatu hom. per l. ſi quis inquilinos. 112. § ſi ita legatum. de lega. 1. l. ſi quis filio exhæredato. 6. verſ. ergo. de injuſto, rupto irritoque facto teſta. ac notat Everhard. in loco à perſona*
52 *ad res.* Ac, ſi quis urgeat, in alternativis promiſſionibus, ſub disjunctiva vocula comprehenſis, ſufficere, alterutram partem obligationis adimpleri. *c. in alternativis. in ſecundo membro, ibiq; Dynus num. 4. extra de reg. jur. in 6. ac facit l. ſi hæredi plures conditiones. 5. in fine, ibi: ſi disjunctivè cuilibet, hoc eſt, cui placet, ut exponit gloſſa. ff. de condit. inſtit. ac concordat §. ſi plures, verſ. ſi illud aut illud factum fuerit, cuilibet, hoc eſt, alterutri conditioni obtemperare ſatis eſt, Inſtit. de hæred. inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. 129. verſ. at ſi ſic. in verbis. ſufficit unum factū. de verb. oblig.* &, ſi ulterius inſtetur, quòd
53 etiam tunc, quando ſtipulatori electio in alternativis competit, is actor electione alterutrius contentus eſſe, nec deinceps ad alterum redire debeat, propter naturam alternativæ, quæ contenta eſt implemento unius membri ex promiſſis alternativè, vel cum disjunctione. *l. cùm pupillus.78. §. disjunctivè. & l. quod traditum 87. ibidemq́; gl. ff. de condit & demon. cum l. cùm quærebatur.13. in princ. verſ. ecce enim, ſi quis ſtipulatur, ſi navis ex Aſia venerit, aut Titius conſul factus fuerit, tantum ſibi dari. ff. judicatum ſolvi*: facilis eſt ſolutio ad contraria, quòd ea procedant in caſu, ubi per implementum alterutrius facti, vel conditionis, integrè ſatisfit voluntati ſtipulatoris. 54
Neq; enim ejus intereſt, utrum ex duob⁹ promiſſor faciat, aut utri conditioni pareat, cùm ambo fines aut effectus æquè placeant ſtipulatori. *d. §. ſi plures. Inſtit. de hær. inſtit. & d. l. ſi quis ita ſtipulatus. 129. de verb. oblig.* Cæterùm in propoſito unum ſolum finem pro ſe habet creditor, ad quē reſpicit, ut nimirum conſequatur ſuum 55
debitum, licet de pluribus remediis ad eū finem tendentibus ſibi proſpexerit, unde, ſi unū medium ex his eligit, obſtagiū puta perſonæ, & nihil cum eo proficit, ſed uno tempore, ſicut alio cogitur carere ſuo debito, ex quo obſides vivunt in diem, heluando, potando, non aliter ac Epicuri de grege porci, nihil aut parùm admodùm de ſolutione ſolliciti, nihil prohibet, quin creditor, qui videt illud remediū obſtagii eſſe inefficax & inutile, ſeſe convertere poſſit ex vi pacti ad aliud præſidium, paratæ videlicet executionis in bona fidejuſſorum, & obſidum, in quibus plùs ſecuritatis eſt, quàm in detentione perſonæ. *l. plùs cautionis. 25. l. minus eſt, 204. de reg. jur. & §. furti. Inſt. de obligationib. quæ ex delicto.* ac, ſi aliter doceretur, jam pluritas beneficiorum, quam creditor excogitavit pro ſuo favore, & majore ſecuritate, in ipſius redundaret & retorqueretur perniciem & læſionem, *contra l. quod favore.6. C. de legibus. l non eo minus. 14. C. de precur. l. 3. §. duæ. ff. de Carbon. edicto l. ſi judex. 41. de miner.* Et notum eſt, quando plura remedia 56
competunt, electo uno, petitur non prohibetur proſequi, quòd minùs in uno, quàm in altero continetur. *gloſ. l. cum ex uno 32. verbo obtinuit. per illum text. de actio. & obl.* & ita patitur ſibi deduci & defalcari in poſteriore remedio, quod ex priore adeptus eſt, ad hoc, ut conſequatur reliquum. *l. 1. l. facienda. 8. ff. arborum furtim cæſarum.* Nec movet, quod poſſet urgeri, *d. l. cum ex uno, & concordantes ſuperiùs adductas, ſicut & Iaſ. in d. l. 1. nu. 22. & 23. pòſt alios ibid ſi quis jus dic. non obtempt.* loqui in pluribus remediis contumaciæ, proditis videlic. pro judice, ut ei ab uno ad aliud progredi liceat, quaſi iſtud ſpeciale ſit, ob authoritatem videl. judiciorū, ne judicia, vel prætorum edicta & decreta habeantur eluſoria, vel contemtui ſint inferio-

ribus ſuis & ſubditis, *l. ſi præt. 75. in fine, de*
jud. l. ſi in fine ne quid in loco publ. l. fin. §. fin.
verſ non autem. ibi . ne ludibrio fiant leges. C.
de bonis quæ lib. quæ ratio ſpecialitatis ceſ-
ſat in privatis, cujus requiſitio faciliùs &
impuniùs contemnitur, quam judicis. Eo-
demque modo *in l. 1. ff. arborum furt. cæſ. &*
d. l. cum ex uno, & ſimilibus, oſtenditur ipſa
58 lex, *l. non dubium. C. de legibus.* quæ cumu-
lationem plurium auxiliorum videtur tri-
buere ſucceſſivè, pura, quòd unum pòſt
aliud intentetur, cùm lex ſemper fortio-
ris operationis ſit, quam pacta contra-
hentium. *l. non eſt impoſſibile, ubi notat Iaſ.*
num. 1 ff. de pact. unde, quia lex ipſa pro-
didit adito judici, pro tuenda ſua juriſdi-
ctione, vel etiam privato, pro judiciali
petitione ſui debiti, & ad conſervationē
ſui juris, plura præſidia & arma, ideò e-
lectio unius non præcludit viam aliis.
59 *d. l. 1* & ſic malè infertur à lege ad pactũ
affirmativè, quia eſt argumentum à ma-
jore ad minus. *Iaſon. in d. l. non impoſſibile.*
50. num 1. de pactis. cùm non omnia per-
mittantur privatis, quæ publica authori-
tate, vel lege permittente, in judiciis
conceduntur. *l. non eſt ſingulis. 176 de reg.*
jur. & plùs operatur actus judicialis,
quàm extrajudicialis, *argum. l. eum pro quo*
quis apud offic. cavit. 17. ff. de in jus voc. l. ma-
numiſſio per lictorem, etiam domino tacente,
expeditur. 23. de manumiſſ. vind. ac notat Bar.
in l. 8. num. 2. de verb. obligatione. Cæterum,
ſi rectè ponderemus fundamenta, pro
priore opinione adducta hæ diſſolutio-
60 nes nihil obſtant. Quod n. de authoritate
judiciorum dicitur, in ſe quidem verum
eſt, eam apud ſubditos non habendam
in vili pretio, & ſecuriùs contemni mo-
nitionem partis, quàm judicis, adeò, quòd
hic pro tuenda ſua juriſdictione, reme-
dia juſdicenti prodita acuere, &, pro cõ-
tundenda contumacia partis reæ, malo
nodo pejorem & duriorem ſubinde poſ-
ſit applicare cuneum. *c. quoniam frequenter*
§. in aliis. circ. finem. extra ut lite non conteſt.
c. cùm non ab homine de judic. eligendo vide-
licet unam vel aliam pœnã, quæ magis ti-
meri videtur, *d. c. quoniam §. in aliis. verſ. ſi*
autem in perſonali, & d. l. 1. ſi quis jus dic. non
61 *obtemp.* ſiquidẽ iſtud ideò fit, quod in præ-
dictis locis lex dirigit verba ad judicem,
per ea quæ notat Panormit. in c. inter cæteras.
num. 6. extra de reſcript. & in c. à crapula. de
vita & honeſtate cleric. neque ſe opponit
pars, ſive unum, ſive aliud remedium eli-
gat judex pro contundenda rei contu-
macia: Secùs ſi dirigantur verba ad par-
tem, non ad judicem. Quibus caſibus, &
in dubio, ea accipitur interpretatio, ut par-
ti tributum intelligatur jus eligendi. *Bart.*
num. 3, in l. 1. §. expilatores. de effractor. po-
teſt & aliter ſolvi, contraria videlicet lo-
cum habere, quando pœnæ principaliter
concernunt jus & intereſſe publicum,
quod conſiſtit in animadverſione faci-
noroſorum. *arg. l. congruit. 13. de offic. præ-*
ſid. Secùs eſt, ſi in pœnis alternativis, prin- 62
cipaliter vertatur intereſſe vel privata u-
tilitas partis. Quo caſu parti datur optio,
unum auxilium è pluribus (quod ipſi ma-
gis expedire putaverit) eligendi. Iſta eſt
notabilis limitatio, quam tradit Abbas *in*
c. prout nu. 28. extra de dolo & contum. Com-
mendando eam veluti ſingularem, quam
nullus Canoniſtarum attigerit, *allegat In-*
nocent. in c. 2. num. 2. extra de jurejur. & Bart.
in l. conſentaneum. 8. num 16. C. quomodo &
quando judex. Ex quo nunc illud infertur:
ſiquidem creditor ſibi providerit de plu-
ribus remediis in pacto etiam extrajudi-
ciali pro receptione ſuæ pecuniæ, vel cõ-
ſervatione ſui juris, quin & unum ex iis
ipſe eligere & coram judice urgere, ac ſi
illud forſan viderit inefficax eſſe, poſſit
ad aliud remedium ſibi conducibilius
deſcendere. *Ioan. de Platea in l. nemo carce-*
rem 2. num. 16 C. de exact. tributorum. lib. 10.
per l. creditores. 3 C. de pign. Iaſ. in l. 1. n. 23.
ff. ſi quis jus dic. Quamquamvis n. regulariter
major ſit vis legis, quàm conventionum,
item actionum judicialiũ, quam extraju-
dicialiũ, adeò, quòd ſtatutũ poſſit firmita-
té & robur concedere actui, aliter per le-
gem prohibito & improbato, ſicut poteſt 63
approbare pactũ futuræ ſucceſſionis. *Iaſ.*
d. l. non impoſſibile. 50 num. 4. per c. morib. &
c. filii nati. ſi de feudo fuerit controverſ. inter
dominũ & agnat. &, ut ſuprà probatũ fuit,
multa valent in judicio geſta, quæ extra-
judicialiter facta nõ tenerent: tamẽ iſtud
indubitatum eſt, ſicut lex plura præſidia
pro creditorib⁹, & ipſorũ favore introdu-
xit, ita pari ratione permiſſum eſſe credi-
tori, ſibi proſpicere & cavere, quantò ma-
gis poteſt *l. fin. C. de pact. convent. l. quæ du-*
bitationis. 81 ff. de reg. jur. l. teſtamentũ. 17.
C. de teſtam. & talis conventio, quæ impo- 64
nitur contractui, dicitur ipſa quoq; lex.
l. 1. §. ſi conveniat ff. depoſiti. l. legem. quam
dixiſti. 10 C. de pactis. l. fin. C. de pign. ac notat
Iaſ. in d. l. non impoſſibile. 50. nu. 5. ff. de pact.
pro quo eſt textus ſingularis in hac mate-
ria *in l. fin. §. ſi enim pactis conventis hoc fieri*
conce-

conceditur, C. de fidejuſſ. ubi deciditur: licitas eſſe conventiones de pluribus remediis adverſus debitores principales, vel etiam correos debendi, aut fidejuſſores uſurpandis, ita, ut ab uno remedio diſcedatur ad aliud, & ab una perſona contra aliã. Ac, quòd conventio partium executiva non minoris authoritatis ſit, quàm juſſus judicis, faciunt textus juris, *ut l. creditores. 3. in princ. C. de pignor. l. pignoru. 11. ibi: citra præſidalem juſſionem, vel conventionẽ partium. C. de pign. act. l. dotis. 9. ibi: hæredibus non conſentientibus, ſine authoritate cõpetentis judicis juſtam cauſam non habes. C. ſoluto matrim.* quod pluribus firmatum eſt ſuperiùs in hac ipſa parte Operis *cap. 5 per*
65 *totum.* Adeoq; in propoſito noſtro, ſi per requiſitionem debitorum vel fidejuſſorũ in obſtagium, creditor nihil proficiat, nihil impedit, quin is, etiam durante adhuc obſtagio, paratam executionem adverſus obſides, in deputato obſtagio hærentes, mediante judicis officio, poſtulare valeat, cùm ſemper militet illa ratio, quòd per viam intentatam, obſtagii videlicet, creditori nondum ſit ſatisfactum, *per ea quæ notant Baldus & Canoniſtæ in c. contingit. num. 20. extra de dolo & contumac.* Quod vel maximè verum eſt, ſi, durante obſtagio fidejuſſorum, creditor urgeat paratam executionem adverſus bona principalis debitoris, *per ea quæ ſupra tradidimus num. 40. 41. 42. 43. & 46.* cùm iſto caſu plura remedia contra diverſos intententur, *arg. l. & ita. 3. §. fin. l. licet 6. § poſſumus. ff. nautæ, caupones, ſtabular.* ſicut idem non prohibetur etiam adverſus ipſos obſides, *arg. d. l. fin. C. de fidejuſſ.* Cautela tamen eſt in hoc ancipiti paſſu, & quaſi quotidiè practicatur per creditores, ut, ſtipulando ſolutionem ſub pœna obſtagii, vel paratæ executionis in bona, proteſtentur ſtatim ab initio contractus, apponendo inſtrumentis clauſulam, quòd eligendo unum remedium, per hoc non intendant recedere ab altero remedio, ſed ab uno ad aliud tàm diu habere regreſſum, donec ipſis integrè ſatisfactum fuerit. Anton. Maſſa Galeſius in forma obligationis Cameræ *parte 1. n. 1.* & in illis verbis; obligavit & hypothecavit ſua bona, item conſenſit, ſe in eventum non ſervatæ fidei, areſtari, capi, incarcerari, & detineri, uno eodemque tempore, vel diverſis, uſq; ad plenariã ſolutionem. *Maſſa ubi proximè.* Ideò Notarii plerumq; ſuis inſtrumentis apponunt illã clauſulã: alio remedio per electionẽ alterius non ceſſante. *qua de Bærius in repetitione l. conſentaneum. 8 C. quomodo & quando judex. & in Capite decimo hujus Partis n. 224. ea de re latiùs.* Pro majore tamen ſecuritate nõ eſt negligendum, quemadmodũ & ſupra tetigi, quod, qui plura remedia, ſive ſimul & ſemel, ſive unum pòſt aliud intentat, is proteſtetur, ſe ex altero tantùm velle conſequi, quod ipſum contingit, *juxta l. 1. §. quia autem in fine ff. quorum legat.* maximè, 66
cum iſta incertitudo cauſetur ex facto adverſarii, de quo probabilis eſt dubitatio, an ex primo remedio ſuum ſit conſecuturus petitor. *argumentum quod tradit Iaſon. in l. edita n. 33. C. de edendo & Bart. in l. ubi autem non apparet 75. § illud ff. de verb. oblig. pòſt gl. l. nemo ex his. 43. §. 1. de reg. jur. & gl. magnã in c. abbate ſane extra de re judic. in 6.*

Cæterùm, quia ut plurimùm circa materiam noſtram concipiuntur obligationes in perſonis debitorum, & fidejuſſorũ, quod, in caſu non ſoluti debiti, vel non ſervati obſtagii, liceat creditori traducere reos per literas diffamatorias, in loco publico intimatas, aut aliter; quæritur hic non intempeſtivè, an virtute iſtius pacti, de obſtagio, vel areſto, vel etiam aliter, ſi pactũ nullũ ſit appoſitũ poſt moram liceat diffamare debitorem, tanquam perfidũ, aut perjurum, ut qui fidẽ data & promiſſam, contra officium boni viri, fefellerit? *arg. l. 1. ibi: grave eſt fidem fallere. ff. de conſt. pec.* in quam ſententiam & Cicero lib. 1. & 3. Officiorum, item pro Roſcio Comœdo ſcriptum reliquit; nefariũ & perfidioſum eſſe, fidem frangere, quæ vitam continet. *ac facit l. 1. §. meritò. in fine. ff depoſiti.* Ac certè docet experientia, id quaſi tota die fieri, quod tales notentur de perfidia per famoſas ſcripturas, picturas & libellos, publicè paſſim appoſitos, de quo etiã meminit Gailius *de pace publ. lib. 2. cap. 2. n 6.* ac videtur, in caſu conventionis, ita expreſsè conceptæ, iſtud ſuſtineri, per illud vulgatũ: quod volenti non infertur injuria *l. 1. §. uſq; adeò de jurejur. c. ſcienti & volenti. extra de reg. jur. in 6* Ex quo ſequi videtur,
67 Pactum diffamationis an valeat.
68
69
ſi reus aut fidejuſſores, in eventũ non ſolutæ ad diẽ pecuniæ, per creditorẽ impetantur cum opprobriis & criminationibus, aut cum famoſis picturis, privatim vel publicè intimatis, denegari ipſis querelã & actiones ſuper injuriis, *Bart. d. l. 1 §. uſq; adeò num. 2 & 3. ut qui ſemel voluerunt l. in diem 9 verſ nam ſi nullam de aq. plu. arcenda. l. 3. §. item ſi quis volentem. de lib. hom.*

exhib. l. ſed ſi unius permiſſu. 17. de injuriis. l.
nemo fraudare videtur. 145. de reg. jur. l. non
putavit. 8. §. ſi quis ſua manu. de bon. poſſ. con-
tra tab. l. cum donationis 34. C. de tranſact.
& l. venditor. 11. C. de reſcind. vend. Ac tra-
70 dit Bart. quòd, ſi quis permittat & con-
tentus ſit, ſibi dari alapam, ea ipſi rectè
impingatur, nec timere habeat percu-
tiens, quaſi ex illo maleficio conveniri
poſsit injuriarũ, *Bart. d. l. 1. §. uſq. adeò. nu.*
2. verſ. quandòq. quis promittit. Quibus tamẽ
nonobſtantibus, contrarium verius eſt,
ſive loquamur de injuria reali, ſive per-
ſonali, inferenda alicui etiam ex pacto, ſi
non in ipſo continenti fiat, ſed demum
ex intervallo, prout & ipſemet Bart. re-
ſtringit ſuum dictum, de alapa infringen-
da alicui ex pacto, ad tempus verbi, *arg.*
l. in delictis. 4. §. ſi extraneus. de noxa. act.
quandò nimirum adhue voluntas adeſt.
& ita loquuntur contraria in d. l. 1. §. uſq. adeò
& in d. c. ſcienti & volenti. aliud autem eſſe
monet, ſi ex intervallo ſequatur injuria.
Bart. d. l. 1. §. uſq. adeo num. 3. Etſi verò iſti
limitationi videtur obviare textus *d. l. in*
diem. 9. cum aliis ſuperiùs adductis, in qui-
71 bus innuitur ſufficere, quòd ſemel quis
voluerit, quo caſu mutatio voluntatis
non admittitur: tamen contraria pro-
cedunt in actu facti, habentis & requi-
rentis cauſam continuam & durabi-
lem, vel tractum temporis ſucceſſivum,
puta conceſsionem aquæductus, vel ſimi-
lis juris, cùm nihil proſit impetranti, ha-
bere jus ſervitutis, aut quid aliud ad unã
aliquam horam & momentũ temporis,
l. et apud. 5. §. fin. ff. depoſiti. l. 1. §. prodeſt quo-
rum leg. l. videamus. 17. quod metus cauſa. l.
de acceſſionib. 14. in fi. de diverſis & temp. præ-
ſcript. l. fidei commiſſa. 11. §. ſi quis decem. de le-
gat. 3. l. fin. C. de remiſſ. pign. cum l. fin. C. de
condit. inſertis. item ſtipulatio fabricari in-
ſulam, quo caſu ſemel voluiſſe, vel cœpiſ-
ſe fabricam non ſufficit, niſi ſit abſoluta,
arg. l. ſi inſulam. 14. ff. de verb. oblig. ſecùs eſt
72 in actu promiſsi facti momentaneo qui
ſtatim recipit ſuam perfectionem & con-
ſummationem, argumento ejus, quòd di-
ſtingvat Bartolus de actu reiterabili vel
momentaneo, circa obligationes facien-
di, *in l. ſtipulationes non dividuntur. 72. nu. 30.*
de verborum obligationibus. per l. ſi ſic ſtipulatus.
93. num. 2. non enim ad unam vim pertinet eo-
dem titulo & l. noviſſima. 19. judic. ſolvi juncta
l. ſi procurator. 18. rem ratam haberi. ubi ha-
betur, quòd promiſsio, judicatum ſolvi,
item dolum malum abeſſe & abfutu-
rum, cum ſimilibus, demonſtrent fa-
ctum permanens etiam in futurum tem-
pus, nec admittant, pœnitentiam vel re-
vocationem, ſed cogatur promiſſor in
prima voluntate perſeverare; ſecùs eſt
in facto non reiterabili, ſicut fit in eo, qui
ſe obſtringit ad ferendam alapam, quo
caſu, non obſtante obligatione prima,
mutare voluntatem ſuam non prohibe-
tur, *per ea quæ tradit Dynus in c. mutare. extra*
de reg. jur. 106. tùm, quòd ſtipulator ex
hac infractione alapæ pòſt aliquod inter-
vallũ factæ, non ſentiat ipſe aliquod com-
modum, & noceat proximo. *contra l. re-*
ſcripta. 7. C. de precib. Imper. offer. tùm etiã,
quòd iſta obligatio proficiſcatur à quadã 73
levitate animi humani, cujus voluntas
cùm ſit ambulatoria, poteſt mutari de
die in diem. *l. 4. ff. de adim. leg. et. l. cum hic*
ſtatus 32. §. ait oratio. verſ. pœnitentiam. de
donat. inter vir. & uxor. l. 1. C. de ss. eccleſ.
de quo tactum fuit etiam ſupra cap. 5. num 47.
& 48. Unde idem Bartulus inf. rt ad pa-
ctum, quo mediante unus ruſticus per- 74
mittit alteri, ſi deinceps in ejus horto vel
vinea reperiatur, quòd dominus horti
poſſit eum verberare, nam, ut maximè
promiſſor denuò ingrediatur hortũ do-
mini, tamen ex vi pacti non debet pulſa-
ri, ideò, quòd conſenſus ab initio adhi-
bitus, tempore verberationis intelligatur
ceſſare. *Bart. in d. l. 1. §. uſq. adeò. num 6* Et
pari modo non valet pactum duarum ci-
vitatũ inter ſe, quòd cuilibet liceat rum- 75
pere pacem, cùm utrumq; ſit contra tran-
quillitatem publicam. *Bald. in auth. ſacra-*
menta puberum. nu. 2. C. ſi adverſus vendit Eo-
demq; modo non valet conventio, qua
mediante offendens ponit ſe in manibus 76
offenſi vel injuriati, ut de eo poſſit ſume-
re vindictã, aut facere quod vult *Bart. in d.*
§. uſq. num. 4. & in l. ſed ſi unus. 17. §. prætor.
num. 1. de injuriis. quia iſtud eſſet peccare
in ſuum corpus. *contra l. fin §. ſi quis autem*
de bon. corũ qui ſibi mortem conſci. l. liber. hom.
13. ad l. Aquil. Et alias dicitur, non vale- 77
re pactum, quo quis ſe ſubjicit torturæ,
Gailius de pace publ. lib. 2. num. 15. ac ſupra ta-
ctum fuit latiùs cap. 6. num. 49. 50. & ſeqq.
Cùm itaque conventio non valeat, per
quam damnificatur aliquo modo corpus,
maximè ſi id non fiat in continenti, ſed
ex intervallo, non eſt diverſum, idem cõ-
cludere circa hoc pactum diffamationis:
quòd videlicet pari modo prohibitum eſ-
ſe intelligatur, debitorem non ſolventẽ
arguere perfidiæ, vel mendacii, vel aliter
cum

eum injuria afficere, ſive ad hoc ſe debi-
tor obligaverit ex pacto, ſive non cùm fa-
mæ & vitæ periculū æquiparetur, & expe-
78 ti vita non debet, quæ cùm infamia exiga-
tur. *l. juſta cauſa 9. in illis verbis: periculo vitæ*
infamiævé, de manumiſſ. vindict. l. Iulianus. 26.
ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. ac alibi habe-
79 tur, quòd metus infamiæ in proprio, vel
liberorum corpore, major quàm mortis
eſſe debeat bonis viris. *l. iſti quidem. 8. §.*
quod ſi dederit, quod metus cauſa. cùm infamia
ſequatur, & aggravet opinionem & ho-
noré infamati apud omnes bonos & ho-
neſtos viros. *l. honori. 2. §. 1. de obſeq. à lib.*
& libert. præſt. Duabus ſiquidem rebus no-
80 bis in primis opus eſt, bona ſcilicet con-
ſcientia, quò ad Deum & nos ipſos, bona
fama verò, quò ad proximum. *c. nolo. 12.*
q. 1. & c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. & Salo-
mon inquit: melius eſt nomen bonum
quàm divitiæ multæ. Unde Juriſconſul-
81 tus ſcriptum reliquit: quòd, quæ facta læ-
dunt pietatem, exiſtimationem, & vere-
cundiam noſtram, in obligationem de-
duci prohibeantur, ſicut nec facere nos
poſſe credendum eſt. *l. filius qui. 15. in fine,*
de condit. inſtit. ut quæ ſalva dignitate vel
promitti, vel præſtari nequeant, *l. nepos*
Proculo. 125. §. poteſt etiam illa. ibi: quæ ſalva
dignitate. de verb. ſig. l. veſtis an veſtimenta.
23. §. muliebria. ibi: quibus uti non facile po-
teſt ſine vituperatione de auro & argent. leg. ac
concordat c. faciat homo quod poteſt. 22. q. 2.
Et hæc quidem ratio militat in perſona
debitoris, quare non poſſit in caſu moræ
creditori dare licentiam, publicè ſe diffa-
mandi, ne in famam propriam crudelis
exiſtat. In perſona autem creditoris ideò
82 prohibetur talis injuria, quod judiciorū
vigor, jurisq; publici tutela ſint in medio
conſtituta, ne quis ſibi permittere valeat
ultionem *l. nullus. 14 C. de Iudæis.* ſicut nec
inter alios caſus permiſſæ privatæ vindi-
ctæ reperitur, quòd ex pacto liceat alicui
inferre injuriam, *in l. 1. & 2. C. quando lic.*
ſine jud. ſe vindic. unde nec nos illud dicere
debemus, *argum. l. non diſtinguemus. 32 ff.*
de arbitr. juncto §. conſideremus. auth. de trib.
& ſem. colla. 1. ac fac. l. extat. 13. quod me-
tus cauſa. l. ſi quis in tantam. 7. C. unde vi. cū
83 *ſimilibus.* Nec caret hæc vindicta pericu-
lo, quia fortè offenſus, cujus fama ita pu-
blicè proſcinditur, viciſſim cogitaturus
eſt de ultione qualicunque, quæ poſſet ad-
ferre turbationem tranquillitatis publi-
cæ, ac præbere occaſionem tumultibus &
fuſioni ſangvinis. *l. non eſt ſingulis. 176. de*
reg. jur. & propulſandæ ab hominibus,
non autem inferendæ ſunt injuriæ. *c. non*
inferendæ. 22. q. 2. Cumque juſtitia pars ſit 84
vel maxima, neminem lædere. *l. juſtitia.*
10. verſ. juris præcepta. ff. de juſt. & jur. regu-
lam caritatis & dilectionis ſequamur, quæ
malum non operatur, &, quod nobis fie-
ri non patimur, aliis non faciamus. *c. ubi*
ſana. 24. quæſt. 1. Neq; tamen hoc eam ra-
tionem habet, quaſi creditor contra veri- 85
tatem, prædicare debear fidem ſui debi-
toris, quam ita præter æquum & bonum
fallit, quin ſaltem coram judice, vel in li-
bello ſupplicatorio jus dicenti porrectu,
liceat de reo impunè dicere, vel ſcribere,
quòd contra datam, & ſigillo atq; idio-
chiro ſuo confirmatā fidem, reus in ſolu-
tione ejus, quod debetur, fuerit ceſſator,
per id, quod tradit Romanus in l. fin. ff. quod
quisq; juris. cùm jusdicentis interſit, ſcire
iſtas circumſtantias, ut ſecundùm eas de-
ciſionem ſuam formet, non minùs atq; ſi
tale delictum alicui objiciatur, quod rei-
publicæ ſcire conducat, cùm veritas con-
vitii excuſet proferentem, *l. eum qui no-*
centem. 18. de jurejur. ſacu q. l. igitur. 12. §. &
generaliter dicendum, de liberali cauſa. ac notat
idem Romanus conſ. 96. incip. ſuper eo quod quæ-
ritur. num. 2. per l. ſiquidem. 10. C. de injur. l.
ſi quis de libertate. 12. à contrario ff. eo. & l. ſi
tibi ſervitutis. 31. C. de liberali cauſa. juxta
illud Horatii in libr. 1. ſermonum. ſa-
tyr. 1.

—————————— Si quis
Opprobriis dignum allatraverit, integer ipſe,
Solventur riſu tabulæ, tu miſſus abibis.

Cùm enim illa ſupplicatio pro citatione,
vel etiam ipſa querela & libelli oblatio,
nihil aliud contineat, quam facti narra-
tionem, & quidem judici propoſitam, jam
omnis animus injuriandi abeſſe præſumi-
tur. *Roman. d. conſ. 96. num 2. & Oldrad. de*
Ponte conſ. 53. num. 1 & 2. per l. injuriarum
actio. 13. §. 1. & §. quæ jure. de injur. cum l. fa-
ctum. 155. §. non videtur. de reg. jur. [Et cum
injuria denominetur ex eo quod fiat,
quod jus non eſt, *l. 1. ff. de injur.* Conſen-
taneum eſt, eum injuriam facere non vi-
deri, qui jure ſuo utitur.] Et huic ſen-
tentiæ ſinanter accedit Didac. Covarruv.
var. reſol lib. 1. cap. 11. nu. 6 verſ. tertio cum
verſ. tertiū ubi tradit: objectionē vitii, etiā
veri, & cujus ſcire reipublicæ interſit, non
excuſare injuriantē ab injuria, niſi ob in-
tereſſe & utilitatē ipſius negotii, quod in
judicio ventilatur, & ad comprobationē
juris agentis, aut ſe defendentis, procedat.
allegat

allegat Speculatorem ibiq; Ioannem Andreæ in §. 1. de injur. litera B. paulò antè finem additionis. Unde eſt, quòd ſi quis in libello, vel producto ſuo dixerit, aliquem eſſe infamem, & probet hoc, ad finem repellendi eum à teſtimonio, non, tenetur de injuria, *Abbas in c. ſi. num. 5. extra de injur. per c. teſtimonium de teſtib c. licet. de accuſa. per id, quod alibi refert Felin. in c 1 n. 17. verſ. qui autē probat. extra de except. Alexand. de Imola in l. fin. num. 2 & 3. ff quod quisque iuris.* Ideò ta-
87 iter cum veritate injuriato non licet retorquere injuriam, dicendo, quòd alter mentiatur. *Felinus in c dilecti filii. num 10. verſ. primo dummodo. extra de except. ac ſequitur Cattenus in practica criminali. verſ. circa quartum, de modo defendendi, num. 13. mihi fol. 177.* Quod facit ad quæſtionem, haud ita dudum de facto nobis propoſitam per quendam debitorem, qui conventus coram ſuo ſuperiore, quaſi falleret fidem, non ſervando promiſſa roborata ſuo ſigillo & autochiro, dixerat, creditorem ea fingere, tanquam mendacem virum, eo nomine conventus debitor per creditorem, allegabat, ſe provocatum, & defendendi animo feciſſe, ideoque petebat abſolvi: ſed nos de jure reſpondimus, ex quo verum ſcripſerat creditor, & quidem ad jusdicentem, coram quo petivit paratam executionem in bona obligati, virtute inſtrumenti executivi, debitorem injuriarū actionem non evitare, anno 1583. menſe Septembri. Cæterùm, revertendo
88 ad materiam obſtagiorū, illa noſtris temporibus nihil aliud ſunt, niſi meræ crapulæ & heluationes, per quas & mentis inducitur exilium, & omnium libidinum provocatur incendium. *c. venter. & c. 1. dict. 35.* in quibus verificatur illud Horatii in Epiſt. 2. ad Lollium lib. 1. epiſt.

Sirenum voces, & Circæ pocula norunt,
Vivunt ut canis immundus, vel amica luto ſus,

cùm ex obſidibus hodiè nemo laudetur, niſi qui calices frequentiores & pocula exhauriendo, plures ex ſociis & aliis hoſpitibus inebriat, aut totos forſan, enecando potationibus, ad orcum mittit, prout crebrò fieri videmus, *arg. c. à crapula. extra de vita & honeſt. cleric.* Adeoq; contra no-
89 ſtros obſides verè locum habet, quod vir nunquam ſatis celebratus, deq; omnibus ſcholis & civibus, non tàm noſtræ patriæ, quàm etiam totius orbis terrarū, optimè meritus, piæ & ſanctæ memoriæ Philipp. Melanthon, communis Præceptor noſter, de Germanorum moribus in generè dicere ſolebat: eos crebris ingurgitationibus accerſere ſibi tria mala, paupertatem videlic. adverſam valetudinē, & maledictionem divinā. Sie ſauffē ſich arm/kranck/ vnd in die Helle. Cùm igitur invocatio 90
Nominis divini, & boni motus Spiritus ſancti, per iſtam continuationem crapularum in hominibus non tàm impediantur, quàm, quòd luxurioſa per ſe res ſit vinum, & contumelioſa in Deum ebrietas, nec poſſit eſſe, qui cum his miſcetur, ſapiens. *c. luxurioſa diſt. 35.* & Chaſſanæus ebrietatē definit, eſſe voluntariā inſaniā. 91
Chaſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 6. verſ. meſſior. n. 57. Ideò jam olim Duces Saxoniæ in his partibus Thuringiæ obſtagiorū uſū 92
penitùs abrogarunt, ac haud ita diu, pio non minùs zelo, illuſtriſsimi herois, adq; ſinceræ pietatis, & omnium liberiorum doctrinarum & ſcientiarum, cunctarūq; virtutū principalium ſtudia & exercitia nati, Electoris Saxoniæ D. Auguſti &c. publicè promulgatis conſtitutionib. prudentiſſimè proviſum eſt, per omnes provincias & territoria, quibus imperat, ne creditorib⁹ deinceps ibidem fidejuſſores ad obſtagia requirere liceat, néve requiſiti ſeſe ſiſtant, ſcituri, quòd obſtagium ingreſſis, ꝓ repetitione expenſarū, damnorū, & intereſſe, denegabitur jus executionis adverſus principales debitores, prout patet ex ipſius Celſitudinis novellis, conſtit. 22. §. Wir wollen auch das eintrittē. parte 2. Ac, ſi quis objiciat, per talem legem 93
aut conſuetudinem creditorib. magnoperè præjudicari, qui per hoc tardiùs, aut ægre ſaltē, ſatisfactionē ſuā recepturi ſunt, replicatur: eos non habere, quod conquerantur, cùm in iiſdem provinciis longo uſu & lege introductum ſit, quòd inſtrumenta liquida & recognita, quantumvis in cautionibus per debitores ſubſcriptis de eo nihil ſpecialiter expreſſum ſit, mereantur paratam executionem in bonis ſuorum debitorum, prout apparet ex antiquis conſtitutionibus domus Saxonicæ, *ſub tit.* Verſaȝte Brieff vnd Siegel. *& habetur in novellis d. conſt 22. §.* Hiergegen aber. *& in conſt. Thuringicis ſub rub.* Von bekändtlichē Schulden. *21.* Ex quo itaq; per talem exe- 94
cutionem paratam habetur effectus obſtagii, videl. ſatisfactio, ideò non curatur de modo. *l. 3. C. de inſtit. & ſubſtit.* cùm ex æquipollentib. non referat, quid fiat. *l. Iulianus. 45. ff. de condit & demon. l. fideicōmiſſa. 11. §. ſi cum de leg. 3. l. ſervo 58. de condict indeb. L.*

Idq; in tuto impon. fallunt pariter, quæ tractata ſunt ſupra ad num. 9.

deb. l. mulier. 22. in princ. ſ. decreviſſe ad Trebell. l. filius matrem. 25. C. de inoffic. teſtam.
95 Adeoq; prodeſt hæc obſtagiorum abrogatio non tàm principalibus debitorib⁹, quàm ipſis etiam fidejuſſorib⁹, cum principales, quantumvis moroſi, tandem cogantur, vel inviti ſatisfacere fidejuſſoribus, de ſorte & uſuris, cum omni intereſſe creditoris, aut actione mandati, *l. mandati. 14. C. de fidejuſſor. l. fidejuſſorem. 52. & l. ex mandato. 20. ff. mandati.* aut ſaltem ad hoc compelli poſſunt per actiones ceſſas fidejuſſoribus à creditoribus, *ſecundùm ea, quæ in cap. 10. verbo. cedendarum. num. 415. & ſeqq. hujus Partis latiùs habentur.* Accedit illud etiam, quòd, ſi ſponſores ingrediantur obſtagium, & fortè debitor non ſolvendo, vel aliter inidoneus exiſtat, ipſemet non ſolùm creditori ſatisfacere, ſed & obſtagii expenſas de ſuo ferre, ac nihilominùs curam rei familiaris interim, donec hærent ut obſides, negligere coguntur, ita, ut utriq; parti, tàm principali, quàm fidejuſſoribus ſatiùs ſit, ab initio laborare de ſolutione, vel potiùs miſſionem in bona pati, quàm unum malum cum alio conduplicare. *c. duo mala. diſt. 13.*

Denique pro coronide hujus capituli quæritur, quid juris de obligato ad obſtagium ſervandum, ſive jurato, ſive non, ſi
96 obſes nihil habeat ampliùs facultatũ & hoſpes, ut cui non ſatisfit de precio cibi & potus, in poſterum denegat exhibitionẽ & alimenta, an excuſetur, ſi recedat ab obſtagio; Videtur, quòd non ſed potiùs debet victũ manib. quærere, vel oſtiatim panẽ mendicare, ad hoc, ut ſervet promiſſa, *arg. c. clericus victum & c. clericus quilibet. diſtinct. 91. juncto c. cum voluntate. §. prædicatores. in fine, extra de ſent. excom.* Contrariũ tamen verius eſſe innuit, quòd videl. excuſetur, qui iſto caſu diſcedit ex obſtagio, *Hoſtienſis in ſua ſumma. extra de jurejur. cap. quo modo verſic. quid ergo. & concordat Imbertus de Bovenco in auth. ſacramenta puberum. num. 57. C. ſi adverſus vendic. ac ſequitur Guido Papæ deciſ. 61. num 2. pro quo facit c. querelam. ibi: ſi non ex neceſſitate fecit à contrario, & c. brevi. extra de jurejur.* ex quo, qui circa obſervantiam promiſſionis, ſive ſimplicis, ſive juratæ, laborat inedia & cum fame conflictatur, quaſi cum natura bellũ gerit, & verecundia deterretur à mendicando, cùm facere poſſe non intelligamur, quod ſalva honeſtate non poſſumus. *l. filius qui. 15. ff. de condit. inſtit. cum l. nepos. Proculo. 125. de verb. ſig.* ideò merito excuſatur à perjurio vel perfidia, *argum. c. ſi propter neceſſitatem extra de furt.* habet enim
juramentum illam tacitam conditionem 97
poſſibilitatis & facultatis, *l. fin. ibi: non videtur pejeraſſe, qui ex conceſſa cauſa aliud fecerit. ff. qui ſaciſd. cog. l. fin. ad municipal. junct. l. adigere. 6. ſ. quamvis. de jure patronatus. & l. fin. C. de non num. pecun. quo de videatur Alciatus in c. cùm contingat. num. 176. extra de jurejur. & hanc partem amplectitur etiam Ioan. de Imola in d. c. cùm contingat. num. 285. & 286.* Rectiùs tamen & conſultiùs facit obſtagiatus, qui quoquo modo ex obſta-
gio intendit recedere, ut cum conſenſu 98
creditoris hoc facit, quo caſu impunè recedere poteſt, quantumvis per judicem pro obſtagio ingrediendo requiſitus fuerit, *per ea quæ notavimus in ſexto capite hujus partis, nu. 56.* Quòd ſi iſto caſu conſenſum ſuum denegat creditor, & obſtagiati, in tali neceſſitate deſerant obſtagiũ, nemo hoc illis vitio vertet, qui cum fame, & ſic cum ipſa natura diutiùs colluctari noluerunt, *per ſupra dicta.* Ac, quòd obligat⁹ ſtare in certu loco, timore periculi, quod creatur vitæ vel ſanitati alicujus obſtagiati, poſſit inde impunè recedere, tradit Felinus *in c. accedens 2. n. 10. extra ut lite non cõteſt. per l. habitatores. 27. ſ. iterũ ff. locati.* Ea enim, quæ ſine periculo ſalutis explicari non poſſunt, reputantur pro impoſſibilibus, ad quæ nemo obligatur, *Marian Socin. in tit. de citation. art. 18 num. 6. poſt Oldradũ conſ. 44. incip. citatio.* Quo pacto autem aliter recedens ex obſtagio puniatur, videbimus in tertia Parte hujus Operis *cap. 11. nu. 49.* Etſi verò in caſu promiſſi obſtagii Gailius velit, debitorem bonis cedentem
ab obſtagio liberari, ſicut ceſſio liberat à 99
carceribus. *Gail. obſ. 45. num. 5. lib. 2. pract. ob. poſt Heinricum Boik in c. Odoardus. extra de ſolut. & Guidonem Papæ ſing. 852.* tamen iſtud non eſt abſolutum, cùm obligatus ad factum non liberetur cedendo bonis. *Iaſ. in ſ. fin. nu. 12. Inſt. de action.* Et eſt ratio, ſecundùm eum, quia iſtam obligationem facti obligatus ad obſtagiũ ſemper poteſt præſtare, cùm ea tantum hæreat in perſonali reſidentia obſtagiati, vel areſtati ad certum aliquem locum. Ac, ſi dicatur: obligationem faciendi pòſt moram ſuccedere ad intereſſe. *l. miles. 6. ſ. fin. de re jud.* reſpondet Jaſon ubi ſuprà, illud verum, ubi poteſt præſtari intereſſe, hoc eſt, in noſtro caſu, ſolvi pecunia, aliàs ſecùs, *l. in ſtipulationibus. 54. § fin. ff. de verb. oblig.* Præterea ceſſio principalis

rei

rei non liberat fidejuſſorem, quia perſonalis hæc exceptio eſt, quæ ad fidejuſſorem non extenditur. *l. exceptiones quæ perſonæ. 7. ff. de except. tit generali.* ſicut de exceptione moratoria, principali conceſſa, ſuperiùs dictum fuit *cap. 4. n. 16.* An autẽ, in caſu non factæ renunciationis beneficio authen. præſente. C. exigi poſſit pro obſtagio, de eo videantur, quæ traduntur in decimo Capite hujus Partis, *n. 378.*

SUMMARIUM
CAPITIS IX.

1. Pacti operarum definitio.

2. Opera eſt diurnum officium, nec præſtantur operæ noctu, 4. niſi alia ſit conſuetudo artificii, quod quis didicit, vel regionis, in qua exigitur. 5.

3. Operæ præſtantur de manu uſq; ad veſperam.

4. Artificialis dies dicitur, quamdiu Sol exſtat ſuper noſtrum horizontem.

6. Operæ ſunt duplices, officiales, & artificiales, & quomodo differant.

7. Officialium operarum nomine veniunt etiam obſequiales, item miniſteriales, ac ſerviles, quæ cõſiſtunt in offitio & obſequio. 13.

8. Operæ artifitiales conſiſtunt in artificio addidicito per doctrinam, & partim tendunt ad exhilarationem, partim ad cõmodum domini. 9. & 11.

9. Voluptatum artifices qui dicantur.

10. Aulicis Gnathonibus den kurtzweiligen Rähten/*nulla debeatur merces.*

12. Operæ ſerviles rectiùs connumerantur inter officiales. & num. 13.

13. Operæ ſervorum & brutorum æquiparantur.

14. Operas præſtare debitor, quantumvis non ſolvens, extra caſum pacti, de jure civili non tenetur.

15. Operæ miniſterialium liberales præſtantur ab hominibus liberis, illiberales à ſervis.

16. Obligatio ad perpetuas operas an valeat per rationes dubitandi negativè prius concluditur.

17. Intellectus l. 3. §. ne tamen. ff. de uſufruct. & num. 74.

18. Operarum ſtipulatio eſt ſtipulatio faciendi, in qua poſt moram obligatio ſuccedit ad intereſſe 19.

20. Teſtator ei, quem non manumittit in teſtamento, non poteſt operas imponere. & nu. 83.

21. Hæres juſſu teſtatoris manumittens ſervum non imponit ei operas, quia ex neceſſitate facit. & 84.

22. Pater à filio emancipato operas ſtipulari nequit. & 85.

23. Operæ promittuntur per libertos, non autem per liberos homines, etiam juratò, dummodò liber homo per errorem eas promiſiſſet, putans ſe libertum eſſe. & nu. 86. cum ſeqq.

24. Operarum pactum eſt reſtrictivum libertatis naturalis.

25. Operarum pactum valet, in eventum non factæ ſolutionis per debitorem. & nu. 27. quantumvis quis ad perpetuas operas ſe obligaverit. num. 66.

26. Operæ præſtandæ creditori ex pacto, ſunt modus quidam exolvendi debitum.

27. Operæ ita debent exigi, ne plùs juſto gravetur debitor & num. 68.

28. Operæ debitoris poſſunt peti ex cauſa pacti imò etiam ceſſante pacto. 29. 32. mediante judicis officio, dummodò iſtud fiat antè impetratam quinquennalem dilationem, vel ante oblatam bonorum ceſſionem. 30.

31. Præſtatio operarum jur. Sax. etiam abſque pacto indubitati juris eſt.

33. Dilatio quinquennalis etiam de jure Sax. locum habet, dummodò petatur ante adjudicationem debitoris in manus creditoris. Sed in ceſſione bonorum jus Sax. à jur. civ. in hoc differt. 34.

35. Operæ peti poſſunt in libello præcisè ſed conventus poteſt ſe liberare, pecuniam debitã offerendo quandocunq;.

36. Æquitas regina juris.

37. Hypothecaria agens contra tertium poſſeſſorem, licet proſequatur rem, tamen conventus liberatur, offerendo pecuniam

38. Operarum in æſtimatione attendenda eſt qualitas artificii, ætas, valetudo, robur, & dignitas debitoris, itẽ cõſuetudo regionis 91.

39. Merces diurna in uno loco major eſt, quàm in alio, item major eſt in æſtate, quàm in hyeme.

40. Operarum æſtimatio de die in diem minuit debitum.

41. Operas à libero corpore nobis debitas etiam aliis locare poſſumus, maximè artificiales, ſi talis operarum delegatio non noceat promiſſori. 42. & num. 91.

43. Feudi dominus non poteſt vaſallos invitos in alium alienare.

44. Dominos non mutare intereſt ſubditorũ, & econtra

45. Libe-

45. Liberum corpus non recipit æſtimationem niſi circa operas amiſſas in libero corpore, vel membro. 49. 50.

46. Corporis læſio, etiam minima, gravior eſt, qualibet pœna pecuniaria.

47. Liberum corpus & ejus membra in nullius ſunt dominio.

48. Libertas actionum & loco motiva inæſtimabilis eſt.

50. Vulnera vel cicatrices, quas accipit liber homo ex facto adverſarii, non æſtimantur de jure civili, ſecùs de jure Saxonico. 51.

52. Digiti, pedis, pedicæ amputatio, item dentis eradicatio, ſingula æſtimātur pro duobus ioachimicis, de jure Saxonico.

53. Vulnera accepta in facie, ore, naribus, lingva, vel oculis, Stichel debilitationes membrorum, puniuntur in amputatione manus, ſi criminaliter agatur, aliàs non, niſi in dimidio VVerigelto. 54.

55. Vulnerator hodiè de jure Saxonico, ſi ſequitur debilitatio ex membro, condemnatur læſo ad pœnam dimidii VVerigelti tantùm etiamſi criminaliter agatur, quamvis contrarium in amputatione manus, & talione Lipſiæ practicatum. 56. Id quod & jure provinciali Thuringiaco obtinuit. 57. quo tamen ſi probabilis ſit cauſa offenſionis, ſive civiliter, ſive criminaliter intentetur actio præter dimidium vverigeltum, ad mercedes medicorum, impendia curationis, & ad æſtimationem operarum, quibus caruit, & cariturus eſt, inſuper condemnatur reus.

59. Damnum violentiæ ablativæ emendatur, quanti æſtimaverit damnificatus, niſi adverſarius illud minuat ſuo juramento.

60. Pecuniaria pœna facilè contemnitur à ditioribus.

61. In caſu neceſſariæ defenſionis vel homicidii fortuiti, quæ pœna irroganda. 63. 65.

62. Delictorum frequentia auget pœnā.

63. Homicidium non doloſum de iur. Saxonico punitur in vverigelto, præſtando agnatis, & ſexaginta ſolidis ſolvendis judici, ac ſimul homicida relegatione plectitur.

64 Homicidii pœnam pecuniariam dictantia ſtatuta ſunt irrationabilia.

66. Vaſalli accepti ſeudi obligant ſe ad ſervitia perſonalia, pro ſe & hæredibus in perpetuum. & num. 75. eaq; ſunt vel determinata, vel indeterminata. 68.

67. Ruſtici accepto manſo obligant ſe ad certas vel incertas operas, de anno in annum domino pro manſo ſuo præſtandas. & num. 75.

69. Subditi qui nimis onerantur aſſiduis operis, poſſunt ſuperioris officium implorare.

70. Servitia inhærentia prædiis tranſeunt etiam ad ſingulares ſucceſſores, origo tamen eorum cœpit ex pacto. 71.

72. Mercenarius locat operas ſuas ſive diurnas, ſive annuas pro certo ſalario, id quod præſtandum donec operatur.

73. Operæ licet in perpetuum locentur, tamen ſunt redimibiles per pecuniam quandocunq; præſtatur. 75.

74. Operarum perpetuarum pactum valet, quando obligatio poſt moram ſuccedit ad intereſſe, aliàs ſecùs. num 16.

76. Refutatio fidelitatis aut ſervitii ſine refutatione feudi fieri non poteſt.

77. Feudum à fidelitate nomen habet.

78. Refutatum feudum dominus liberè concedit alteri.

79. Feudum refutans, etiam pòſt refutationem tenetur dominum non offendere.

80. Vaſallus vim illatam à domino impunè propulſat.

81. Feudatarius & dominus circa jus fidelitatis ad paria judicantur.

82. Maritus, ſoluto matrimonio, non tenetur de deterioratione fundi dotalis poſtea contingente.

83. Onerari non poteſt qui non honoratur in aliquo commodo pecuniario.

84. Neceſſitatis, non meræ liberalitatis cauſa quid faciens, non meretur præmium, ſed gratis exhibere tenetur.

85. Liberi parentibus debent officium, non operas.

86. Errans non conſentit.

87. Erroris jure ſalvo, regulariter omnes contractus celebrari intelliguntur.

88. Error reddit invalidum contractum, etiam juramento firmatum.

89. Liberti operas promittunt, non autem liberi homines. & num 23.

90. Ceſſio bonorum non habet locum in obligatione faciendi, vel operarum.

91. Operæ exigendæ ſunt ſecundùm artificium operas debentis, & præſtandæ ſecundùm voluntatem ſtipulantis. 92.

93. Operis pluribus intentus debet eas operas præſtare in quibus prævalet.

94. Artificium nullum edoctus debitor ſolvit operas officiales.

95. Operæ debentur ſecundùm dignitatem promiſſoris.

96. Operæ artificiales præſtantur victu debitoris, o[illegible]les ſumtu domini. 98.

97. Opera[illegible]rtificialium debitor habet ſuā

quietem pro valetudine, & pro acquirendo etiam proprio victu.
99 *Operæ taxantur arbitrio judicis, vel ſecundùm æſtimationem magiſtrorum artis.*
100 *. Perito in ſua arte credendum.*
101 *, Operæ præſtantur in eo loco, quem deputat ſtipulator, ſicut & illo tempore, quod præſcribit creditor.* 102.

CAPUT NONUM.

DE PACTO OPERARUM.

RESTAT, UT DE ULTIMA ſpecie manus injectionis, quæ ex conventione oritur, & pactum
1 operarum vocatur, itidem aliquid tradamus. Eſt autem detentio ad operas, remedium executivum, quo mediante, creditor compellit debitorem, ut ipſi vel ſolvat quod debet, vel loco pecuniæ ſervitia & operas, in eventum non factæ ſolutionis promiſſas, exhibeat, donec ſatisfaciat, *de quo in l. ob æs. 12. cum auth. ſeq. C. de action. & obligat.* Antequam autem deveniatur ad determinationem quæſtionis, an pactum operarum valeat, hoc eſt, an debitor pro cauſa pecuniaria in eventum non ſoluti debiti, poſſit ſe obligare ad faciendas operas creditori, neceſſariũ eſt, pro terminorum explicatione, priùs vocabulum Operarum definire. Diciturque
2 que opera in hac materia diurnum offi-
De operis. cium, *l. 1. ff de oper. lib.* quod per diem exhibet quis alteri, de manu uſque ad veſperam, donec lux eſt, juxta illud Geneſis
3 *c. 1. ibi*: appellavitque lucem diem, & tenebras noctem, & regius Propheta David dicit *Pſal. 103.* Orto ſole exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſq; ad veſperam. *de quo Rebuffus in l. 2. §. 1. de*
4 *verb. ſig.* Et iſtud temporis ſpacium, ab ortu videlicet ſolis uſq; ad occaſum, quamdiu extat ſol ſupra noſtrum horizontem vel hemiſphærium, vocant juris interpretes diem artificialem, tanquam artificiis deditum. *Bart. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. num. 18. de condict. indeb.* de noctu enim regulariter non præſtantur, niſi tempore neceſſitatis, *Bald. in rubr. C. de oper. libert. num. 1.* cùm debeant exhiberi, ſalva valetudine & quiete hominum, *argum. l. continuus. 137. §. cum ita. verbo. non diebus ac noctibus, ff de verb. oblig. cum l. nec audiendus. 17.*
5 *de oper libert.* Ego verò in hac materia diẽ artificialem non ita reſtringo ſimpliciter ad tempus lucentis adhuc ſolis, ſed capiendum eſſe exiſtimo, atr[illegible]is & inſpectis more regionis, & [illegible]otum artificiis, cùm pleríque artifices, maximè per hyemem, etiam de noctu operentur, prout videre eſt in ſartoribus, ſutoribus, fabris ferrariis & ſimilibus opificibus, quorum aliqui operantur de hora tertia, vel quarta matutina, uſque ad nonam, vel ſeptimam veſpertinam, pro conſuetudine videlicet cujusque loci. *Rebuffus in d. l. 2. §. 1. verſ. advertendum eſt. de verb. ſign.* Dividuntur autem ope- 6
ræ dupliciter, in officiales, quibus & obſequiales annumeramus, & artificiales, Zaſius etiam addit tertiam ſpeciem, earum videlicet, quas ſerviles, & aliàs ſordidas nominant, *Zaſius in ſuis intellect. ſingularibus, lib. 2. cap. 3. num. 19.* Officiales vel obſequiales appellant conſiſtentes in officio & obſequio, quod inferior ſuperiori debet. *l. officio 5. C. de negot. geſt. l. 1. & tot. tit. ff. de obſequiis à lib. & libert. part. & patron. præſt. ac facit l. patron. 2. C. qui pet. tut.* & diſcernuntur ab artificialibus,
quòd officiales operas quilibet exhibere 7
noverit, etiam abſque arte. *l. legatis 65. §. ſi ex officio. ubi not. gl. verb officio. de leg. 3. & Bart. d. §. libertus. num. 8.* qui reſpiciunt regulariter perſonam edentis, & ejus, cui eduntur. *Bart. d. §. libertus. num. 19.* prout eſt, ſervire domino in menſa, in Camera, aſſociare eum per terram, *l. quod riſi. 20. l. hæ demum 38 in fine, de oper. liber.* & in ſumma, ſi Zaſio credimus, concernunt principaliter perſonale cõmodum, & honorẽ domini, *Zaſ. in ſuis ſingul. lib. 1. cap. 3. num. 14.* Sed Accurſius inter officiales operas reputat etiam eas, quæ quomodocunque ſaltem in conſequentiam, ſerviunt utilitati domini, puta eſſe agaſonem, aurigam, mulionem, opilionem, ſubulcum, aut paſtorem, ſaltuarium, armigerum, dapiferum, cocum, pincernam, oſtiarium, & hujus generis aliorum hominum, quorum operas Zaſius ubi ſupra ſervilibus aſcribit, *poſt gloſ. verbi, officio. d. l. legatis, 65. §. ſi ex officio.* Artifi-
ciales dicuntur, quæ cõſiſtunt in artificio 8
didi-

didiciro per doctrinam, *Bart. d. §. libertus. num.8. per d. l. legatu. 65. §. ſi ex officio ad artificium. & ibi gloſ. verb. tranſierit.* quæ & fabriles appellantur. *Iaſ. d. l. ſi non ſortem.26. §. libertus. n.24.* Et hæc partim exhibentur ad exhilatationem domini, in quorũ numero ſunt cantores, parabolani, cytharædi, athletæ, muſici, gladiatores, mimi, ſaltatores, hiſtriones, *Iaſon. d. § libertus, n. 3. Zaſ. ubi ſupra num.15. & 17. & eſt textus in l. ejus artificis. 16. & l. hæ demum. 38. verſ. nec arenarius ff. de oper. libert.* quod genus hominum alibi Juriſconſultus appellat vo-
9 luptatum artifices, Freudenmacher *l. ut jurisjurandi. 7. §. dabitur. eo. tit.* Saxo vocat joculatores, Spielleute/ut qui jocando demulceant & devinciant ſibi animos ſuperiorum Landrecht *lib. 1. art. 37. ac notat gl. verbo.* Den man alleine nicht rechtloß/ *verbo.* Die ſchiſſen ſind Spielleute und Geuckler. *art.70. lib.3.* Aulici illud hominum genus, quod quaſi aſſiduè aſſectatur dominos, ad placitum iis loquendo, plures vinorũ calices exhauriendo, & per omnia ſeſe accommodando ad ingenia Principum, civiliore vocabulo nominant, fürwitzi-
10 ge Räthe. Quibus etſi de jure nulla debetur merces, niſi in ſtipulatum deducta fuerit, ſed ſufficit illis frui menſa, converſatione, poculis, & veſtitu dominorum, cum nulla ſit voluptatis æſtimatio, *Zaſius in ſuis ſingularibus lib. 1. cap. 3. num. 44. per l. fin. ibi: voluptatis, ob quam dilexit eum dominus, non habetur æſtimatio. ff. de operis ſerv. ac facit l. in voluptuariis. 11. & l. voluptuariæ. 7. de impenſis in rebus dotal. factis:* tamẽ, ut nunc ſunt mores noſtrorum temporum, iſti voluptatum artifices in aulis hodiè plùs diteſcunt, quàm vigilantiſſimi Conſiliarii, in quorum operis ac conſiliis Principum & totius reipublicæ ſalus conſiſtit & requieſcit, Ita crebro fit, ut ſtulti melioris conditionis ſint, quàm prudentes, & periti, *contra id quod legitur in c. cum qui. de præbend. in 6.* ideò rapiant & capiant quantùm poſſunt, dùm durat gratia, à qua ſi cadant, vel princeps moriatur, iiq; contenti futuræ liberalitatis expectatione in tali ſervitio dominorũ ſe collocarint, nihil exigere poſſunt ab hæredibus, juxtà illud vulgatum: Wer auff Gnade dienet/dem wird mit Barmhertzigkeit gelohnet/Landrecht. *lib.1. art.22. §.* Wer auff Gnade/& alibi dicitur, quòd hiſtrionibus & joculatoribus illata injuria emendetur umbra viri, Man giebet jhnen zur buſſe einen Schatten eines Mannes/ Landrecht. *lib. 3. art.45.* cùm infames ſint, & quaſi mortui, ac pro umbris habeantur, *ut exponit ibi gloſſ. verb.* Spielleuten. *d. art. 45.* Aliæ autem operæ 11
concernunt ſaltem perſonale commodũ domini, circa res & patrimonium ipſius, in quorum numero recenſeo ſutores, fabros, lignarios, ferrarios, piſtores, pictores, librarios, calculatores, ſcribas, & ſimiles artifices, quos videmus in aulis neceſſarios, & ad latus eſſe Principum, ut horum operis, quocunq; tempore pro ſuis veſtimentis, equis, curriculis, item in menſa & cellis, proque libris & rationibus ſuis utantur. *Iaſon. d. §. libertus. num. 3. & tactum fuit ſupra num. 7.* Servi-
les vocat Zaſius omnes, cujuſcunque ge- 12
neris, etiam turpes & beſtiales, puta, verrere domum, aream, plateas, operari in molendino, ruri macerari, haurire aquas, fodere, ligna ſcindere, & ad culinam ac fornaces portare, metere & colligere ſegetes, eas convehere in horrea, ligna ex ſylvis cum equis educere, eſſe beſtiarium, agaſonem & ſimiles. *Zaſ. d. lib. 1. cap. 3. nu. 29. per l. finalem in fin. ff. de oper. ſer.* & de iſta
ſpecie operarum ſervilium eſſe intelli- 13
gendam æquiparationem brutorum animantium cum ſervis, *tradit Zaſius ubi ſupra, poſt gl. in rub. ff. de oper. ſerv. ac facit text. in l. huic. 5. verſ. ſed etſi habitatio. ibi: ſi operæ hominis, vel cujusvis alterius animalis relictæ ſint. ff. uſufructuarius quemadmodum caveat. cum l. 2. §. igitur ubi ſervus exæquat quadrupedes, ad l. Aquil. & l. 3. §. conſtituitur uſusfructus etiam in ſervis & jumentis de uſufr.* Quam tamen ego ſpeciem ſervilium operarum (*prout tactum fuit ſuprà num. 7.*) includo generaliter ſub operis miniſterialibus, quæ & obſequiales & officiales dicuntur, tùm, quia præſtantur ad mandatũ & obſequium domini, *l. 1. de obſeq. à lib. & libert. præſt.* tùm, quia fiunt officii gratia, quod quis debet hero vel domino, a quo mercedem vel alia beneficia habet & obtinet. *l. officio. 5. C. de negot. geſt.* ſive illæ operæ ſint certæ, ſive incertæ. Et, quòd tantùm duo ſint ſpecies operarum, officiales, videlicet, & artificiales, *teſtatur Iaſon in d. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. num. 2. & ibi Bart. 78. & 79. poſt gloſſ. d. l. legatu. 65. §. ſi ex officio verb. officio & verb. tranſierit. de leg. 3. de quibus operis & rhoydis hominum videatur Iacobinus de ſancto Georgio laté, in ſuo tractatu de rhoydis per totum.*

His ita præmiſſis, tranſeundum eſt ad

deciſionem quæſtiunis propoſitæ, & pro
14 opinione negativa, quòd videlicet tale
pactum operarum non valeat, videtur eſſe
textus ad literam *in l. ob æs. 12 cum auth.*
ſeq. C. de actio. & obligat. ubi habetur:
quod ob æs alienum ſervire liberos homines
creditoribus, jura non permittant.
& ibi gloſſ. verb. ſervire, in illu verb. vel retine
propriam ſignificationem, cùm quis ſe obligat
15 *ad ſerviendum.* Duplex ſiquidem eſt ſervitus,
una videlicet illiberalis, qua mediante
quis ſubjicitur alterius poteſtati,
tanquam mancipium, *de qua in § ſervi. Inſtit. de jure perſon.* alia eſt liberalis, qua quis
in libertate ſerviat, hoc eſt, famuletur &
operas præſtet. *Salic. d. l. ob æs. 12. num. 1.*
ad neutram autem, ſecundùm ipſum, poteſt
ſe debitor obligare per pactum. *Salic.*
*& Bald. in d. l. ob æs 12 in prima caſus poſitione, ibidem q. Bartol. verſ. item quod non facit
ſervitia. & exemplificat Angelus de Peruſ. in
eo, qui accepta pecunia, obligavit ſe ad ſerviendum
vel miniſtrandum. Angelus. d. l. ob æs. 12.
num. 1. & ibi Odofredus ac Fulgoſ. item Cynus
in princ. qui omnes tranſeunt cum lectura gloſſæ
& Bartoli, adeò, quòd, iſta ſententia quaſi
communiter teneri videtur per Dd in d. l. ob æs.*
16 Idque vel eò maximè, quod facile factu
eſt, ſi debitor ſit inops, neque poſſit ſolvere
pecuniam, quæ in conventionem deducta
eſt, ut perpetuò cogatur ſervire, vel
miniſteria ſervilia exhibere, quod eſt
contra illud vulgatum: neminem poſſe
ſe obligare ad perpetuas operas, *prout notat
gloſſ. verbo, tibi, in l. poſt certi. 36. C. de
liber. cauſa. ac in l. 3. §. ne tamen. ff. de uſufr.
& in l. hominis. 3. in princ. de uſufr. leg. & in
§. uſusfructus. ubi ſequitur etiam Platea, Inſtit. de uſufr. per illum textum.* Pro cujus in-
17 ductione præſupponit gloſſator, in operis
debitoris conſiſtere uſumfructum
creditoris, qui habet promiſſorem obligatum
ex pacto, tanquam innuat, quòd
propter libertatem promiſſoris vel debitoris,
in ejus perſona, ceu capite liberu,
quaſi conſiſtat dominium vel proprietas,
penes ſtipulatorem autem uſusfructus
hominis, *argum. l. 3. & 4. ff. de oper.
ſer.* jam ita arguit: proprietates non debent
eſſe in univerſum inutiles. *d. § ne tamen*
ideò uſusfructus finitur morte uſufructuarii.
§ finitur. Inſtit. de uſufr. [quod
idem eſt, & maxima & media capitis diminutione,
l. pen. C. eod. ſive fuerit conſtitutus,
ſive conſtituendus *l. qui uſumfructū.
36 §. 1. ff. eod.*] Porrò, caſu quo diceretur,
pactum perpetuarum operarum valere,
uſusfructus, quem habet creditor ex operis
obligati, nun terminaretur, etiam extincto
uſufructuario, puta creditore, ſed
tranſiret ad hæredes ſtipulantis, quibus
non minùs, atque ſibi ipſi, per pactum
proſpexiſſe creditor eo ipſo intelligitur,
quòd aliquu caſu, puta, ſi ſibi non ſatisfieret,
voluit operas eſſe perpetuas, & ad
hæredem tranſitorias. *l. ſi pactum. 9. ff. de
probat. l. un. C. ut actio ab hæred. & contra
hæred.* & ſic talis promiſſio operarum, ſecundùm
Dd. non valet: alias enim nunquam
uſusfructus conſolidaretur cum
ſua proprietate, ſed proprietas, item libertas
eidem debitori, veluti libertatis
in corpore ſuo exiſtentis domino, qui ſe
obligaſſet ad operas, forent inutiles, *per
ea quæ tradit Florianus in l. in hoc judicium 14.
§. 1. ff. communi divid. & Roman. in l. ſi finita.
15. §. poſtea autem de damno infect.* unde
refert Baldus, tale pactum, quo ſe obſtringit
liber homo ad perpetua ſervitia,
eſſe nullum. *Bald. poſt gloſſ. in d. l. poſt certi.
36. in princ.* quaſi onerativum libertatis.
*l. 1. §. quæ onerandæ. quarum rerum actio non
datur.* Et, quòd quis operas ſuas in perpetuum
promittere nequeat, aſſerit etiam
Zaſ. *in l. ſi mora 9. per illum text. ff. ſol. matr.*
Pro quo & illud facit, quòd promiſſio o- 18
peratum eſt obligatio faciendi, cùm factū
in ſtipulationem deducatur. *l. ſtipulationes
non dividuntur. 72. in princ. verſ. idem puto,
& ſi quis faciendum quid ſtipulatus ſit, foſſam
fodi, fabricari inſulam vel operas de verb.
oblig.* Cumque faciendi obligatio non 19
obliget præcisè ad factum, hoc eſt, ad operandum,
ſed tantùm ad intereſſe. *d. l. ſtipulationes
72. § Celſus. l. ſi quis ab alio. §.
fin. de re jud. ac habetur textus expreſſus in l. in
ſtipulationib. 54. § operarum ibi: ſolutio operarū
expeditiſſima eſt, ſi malit promiſſor æſtimationē
operarū offerre. de verb. obl.* ſatis jam cō-
ſtat, pactū operarū non valere. Cui adminiculatur,
quòd ne teſtator quidem, qui 20
tamen de re ſua pro arbitrio diſponendi
habet facultatem, *l. parentibus. 8. l. omnimodo
30. C. de inoff. teſtamento, & cujus ordinatio
legis inſtar eſt, §. diſponat. auth. de nupt.
coll. 4* non poſſit ei, quem in teſtamento
manumiſit, imponere operas: idq; propter
favorem libertatis, *l. planè 34. §. fin.
cum l. videndum 95. ff. de leg. 1.* idemq; eſt,
ſi fideicōmiſſoria libertas relicta, & hæ- 21
res juſſus fuerit libertate donare ſervum,
nam ne tunc quidē manumittens operas
liberto imponere poteſt, aut ſi hoc de facto
fiat, nō poterunt exigi *d. l. videndū 95.*

& l.

& l. cerdonem. 42. de oper. libert. concordat l. 2.
& l. mater. 5. C eod. tit. Sic libero & inge-
22 nuo homini non poſſunt imponi operæ,
etiam per viam contractus inter vivos,
adeò, quòd pater eas fruſtrà ſtipuletur à
filio emanciparo. *l penult. ff. de obſequiis à*
23 *lib. & libert. præſtand.* Soli enim liberti ma-
numiſſi promittunt operas, liberi autem
homines non item, qui, ſi ad præſtationem
operarum ſe etiam cum juramento ob-
ſtrinxerint, & inſuper fidejuſſorem dede-
rint, nec ipſi, nec fidejuſſor tenebuntur.
l. ſi quis pro eo. 56. juncta l Græcè 8. § illud.
24 *de fidejuſſ.* Ultimò, præſtatio vel pactum
operarum eſt reſtrictivum libertatis natu-
ralis, ita, ut electio operarum, quas exer-
cere velit, non ſit penes promiſſorem, ſed
præcisè ligetur ad ea ſervitia, quæ credi-
tor ipſi imponit, *contra l Titio centū. 71. §.*
Titio centum ne à monumento. de condit & de-
monſtrat. l. cum duobus. 52. §. idem reſpondit,
ſocietatem pro ſocio.

25 Verùm, præmiſſis non obſtantibus, te-
Differ. jur. neatur concluſio, quòd debitor per con-
civ & Sax. ventionem bene ſe poſſit obligare, in ca-
54. lib. 2. ſu non factæ ſolutionis, ad præſtandas
part. 6. in operas, tam diu, donec ſatisfiat credito-
Zobel 30. ri. *pro quo ſunt textus inevitabiles in l. hominis*
num. 7. *operæ. 2. & in l. hominis quoq. 3 de uſufr. le-*
gat. & in l. qui operas 33. l. qui mercedē. 40.
& tot. tit ff locati. in quibus habetur, ho-
minis etiam liberi operas legari, locari,
& in ſtipulationem deduci poſſe. *l. operæ*
in rerum. 9. & l operarum. 50 ibi: liberum &
quemlibet alium operas edentem de oper libert.
l. ſi non ſortem. 26 § libertus. verb ſed ſi dele-
gatus de condict. indebit. l. ſtipulationes non
dividuntur. 22. in princ. verſ item operas, l. in
in ſtipulationibus. 54. §. operarum ſtipulatio. de
verb. oblig. l fin. in illis verbis laboris obſequio,
vel opera quinquennii vicem beneficii referre. C.
de captiv. & poſtlim reverſ. cùm operari, vel
26 liberalia miniſteria ſubire non ſit ſpecies
ſervitutis, ſed quidam modus exolvendi
debitum, adhibita tamen moderatione
& miſericordia, *ſecundùm Vitalem de Cam-*
ba. in tract. clauſul. ſuper quæſtione an pacto
poſſit renunciari bonorum ceſſioni. num. 3. &
33. & eſt originale dictum Baldi in l. 1. num 9.
C qui bon. ced. hoc eſt, ut circa impoſitio-
27 nem operarū obſervetur *ἐπιείκεια*, ne plùs
juſto gravetur laboribus. *l. operarum. 50.*
cum l nec audiendus. 17. ff. de oper. libert. Ac,
quòd debitor pro pecunia credita, firmi-
ter ſe poſſit adſtringere per pactum ad
præſtandas operas, libero homini conve-
nientes, tenet Angel. de Peruſ. *in authen.*
imò num. 2. C. de actionib. & obligationib. per l.
cùm ſtipulatus ſim à Proculo 113. ff. de verb.
obligat. ac facit l. quiſquis. 16. ibi: in ruralib.
obſequiis, quo maluerit ſubrogato. C. de epiſc.
& cler. Quæ concluſio ampliatur proce-
dere etiam in operis perpetuis, nam & in 28
perpetuū poteſt liber homo operas ſuas
alicui promittere, maximè ſi eſt pauper,
nec habet unde ſolvat, aut aliàs vivat, *gl.*
verb. nunquam. verſ. nos contra. & Salic. in l.
antiquitas num. 4. ibidem Baldus & Albericus
num. 1. in fine Odofredus 3. Cynus 4. Paul. de
Caſt. 4 Fulgoſ n 2. C. de uſufr. per l. unicam, ibi:
colonatu perpetuo fulciatur. C. de mendic. val.
lib. 11. ſumpto argumento à lege ad pactū
l. non eſt impoſſibile. 50. ff. de pactis. & d. l quiſ-
quis. 16. & §. 1. auth. de ſanctiſſ. epiſc. collat.
9. quam opinionem tenet ſimiliter gloſſa in l. 3.
§. ne tamen ff. de uſufr. num. 7. & ibi Aretin.
& in §. uſusfructus. num. 1. Inſtit. eod & Ioh.
Faber in §. penult. Inſtit. de jure perſon. Spe-
cul. tit. de locato. §. poſtquam verſ quid ſi loca-
vit: num. 18. gl. verb lex. in ca. lator. extra
de pignor Albericus de Roſate in l. hominis 2.
ff de uſufr. leg. gloſſ l ſi hi 14. verb. redeme-
rant. per illum text. C. locati. Guid. Papæ deciſ.
314 num. 2. Bart. d. l. Titio centum. 17. §. Ti-
tio 100. in tertio reſponſo. num. 2 ff. de condit.
& demonſtr. ac ſequitur Baldus *in d. l 1. nu.*
9. C. qui bon. ced. poſſunt: ubi hoc habet
pro conſtante, quòd liber homo poſſit
operas promittere tàm diu, quouſque per
operarum æſtimationem, aut aliter ſatiſ-
fiat creditori de debito: *concordat Petrus*
Zitcæus de jure ſiſtendi. cap. 4. num. 4. & hæc
ſententia, quòd videlicet valeat obliga-
tio liberi hominis etiam pro perpetuis
operis faciendis, communi Dd. calculo
approbatur, *teſte Chriſtophoro Porco ſuper*
gloſſ. verbo ſalva, in 3. & 4. addit num. 2. Inſt.
de uſufruct. in p. Ang. Aretinus in §. uſusfructus.
num. 1. Inſtit. eod. Didac. Covarr. in tractatu
ſponſal. 2. part. cap. 7. num. 5. quam & com-
munem eſſe refert Emanuel Suarezus in com-
mun. opin. litera O num. 16. Imò, quòd et-
iam ceſſante pacto creditor poſſit inſta- 29
re, ut judex compellat debitorem non
ſolvendo exiſtentem, ad præſtandum o-
peras & ſerviendum tantiſper, donec ei
ſatisfaciat, tenet *gloſſ. verb. maximè. circa*
finem, & ibi Ang. num. 4. in l pro hærede. 22.
§ ſi quid tamen. de acquir. hæredit. Bald. in d.
l. fin. num. 5. C. de captivis & poſtlim. reverſ.
& in d l. 1. num. 9. C. qui bon cedere poſſ. & in
l. 1. num. 5. C. de oper. libert. Firmianus in ſuore-

pertorio, verb. debitor pauper. num. 18. & ſequitur additionator ad Bal. in l. ſi tempore. 1. in fi. C. de oper libert. ideoque hanc optimam
30 fore cautelam pro creditore tradit Brunus, quòd antequam debitor dilationem petat quinquennariam, vel ſe ad bonorũ ceſſionem præparet, creditor inſtet apud judicẽ, quò compellat reum, ad præſtandum creditori operas & ſervitia, eò uſq; donec illum contentaverit. *Albert. Brun. de ceſſio. bono. 6 quæſt. princ. num. 9. qui dicit, ſe hoc vidiſſe Romæ obſervari, & iſtam ſententiã probat gloſſa* Lehenrecht *cap. 60. §.* Wer Zinsgut haben wil / *& §.* Nun möchte jemand
31 fragen. Quæ quidem præſtatio operarum ex perſona debitoris, etiam non deducta in pactum, indubitata eſt de jure Saxonico, quo in his terris utimur, Landrecht *lib. 3. art. 39. ibidemq; additionator hicra C. per illum textum*, ubi habetur: ſi petatur ab aliquo debitũ in judicio, qui ſolvendo non eſt, nec invenire poteſt fidejuſſorem, judex eum pro debitis creditori tradere debet, ad faciendas operas, vel ad includendum eum compedibus, ita tamen. ut obligatum tractet in victu & labore, ſicut aliam familiam, aliter autem eum non tormentet. Et hoc, quòd videlicet debitor non ſolvendo exiſtens cogatur laborando ſatisfacere, refert Regulus noſter, de jure Saxonum eſſe ſpeciale, in ſua practica *cap. 103. n. 11. §.* Aber nach Sachſenrecht. *qua de re videntur tradita ſuperiùs cap. 6 nu. 125. cum ſeq. & nu. 137. 138. cum ſeqq. ibidem* Licet autem, attentis quæ circa hoc
32 ultimum punctum notant Brunus, Baldus & alii Dd. modò relati, poſſit dici, nihil iſto caſu ſpecialitatis inter jus commune & Saxonicum eſſe, per ſuprà dicta: tamẽ ego de hoc puncto, an videlicet, ceſſante pacto, debitor, in eventum non factæ ſolutionis, ex vi juris communis compelli poſſit ad operandum creditori, ſatis dubito, & magis inhæreo communi opinioni interpretum, *in l. ob æs. 12. C. de act. & oblig.* ſuperius relatæ. Ac, ſi omninò Bruni ſententia deberet eſſe receptior, dico, in alio eſſe ſpecialitatem, quòd ſecundùm Dd. juris civilis, iſta petitio operarum debeat fieri ante ceſſionem, item ante impetratas inducias quinquennales, per priùs adducta. De jure verò Saxonico,
33 licet non eam inficias, dilationes quinquennales vel annales, debito modo impetratas, ipſas quoque impedire vel ſuſpendere executionem, item exactionem debiti, uſque ad finem quinquennii, vel anni, per illud vulgatum; quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur. *l. præcipimus. 32. in fi. C. de appellat. l. ſancimus. 26. C. de teſtam. cum ſimilibus*; tamen ex quo ceſſio bonorum de jure noſtro provinciali planè non agnoſcitur, *per ea, quæ ad longum tradidimus ſup. cap. 6. num. 125. cum ſeqq.* ideò locum habet in foro Saxo- 34
nico iſta operarum exactio, ſive antè, ſive pòſt oblatam bonorum ceſſionem petatur, & in hoc differt Saxonicum à jure civili. Quod tantò magis tenendum eſt, ſi ultra iſtam diſpoſitionem juris noſtri provincialis, accedat etiam expreſſus conſenſus debitoris, qui promiſit famulari in eventum non factæ ſolutionis, quo caſu, poſt moram rectè petuntur operæ in ſtipulationem deductæ, cùm non ſolverit reus, quod promiſit. *argum. d. l. ſi quis ab alio. 13. § fin. de re jud. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. in princ. l. ſi ita ſtipulatus. 14. l. interdum 73. de verb. oblig. ac notat Aymon Craveтта conſil. 234. num. 8. parte 1.* Licet autem iſto caſu ſtipulatori 35
liberum ſit, implorando judicis officium pro executione, præcisè petere operas in ſtipulatum deductas, *ſecundùm Angelum in l. pro hærede. 22. §. ſi quid tamen. num. 4. ibi; habet jus eligendi, utrum velit operas, vel æſtimationem de acquir. hæred.* tamen nihil prohibet, quin denuò debitor, etiam adjudicatus creditori pro faciendis operis, offerendo pecuniam, poſſit ſe quandocunque ab operis liberare, & hoc ipſum ſuadet æquitas, quæ dicitur regina juris, 36
ſecundùm Zaſium in l. ſi inſulam. 84. num. 11. de verb. oblig. Nec enim ita rigide cum hominibus liberis agendum eſt, ut, ſi in modico non ſervetur conventio, mox deveniatur ad laqueum, *prout in ſimili loquuntur Doctores. in l. ſi ſervum 91. §. ſequitur per illum tex. ubi: poſſe emendare moram etiam poſtea offerendo. eod. tit. de verb. oblig.* Axiologia eſt, prout ſupra etiam tangebatur, quod, ubicunque agitur ad factũ (prout in propoſito petuntur operæ. *d. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. in princ. ibi: vel operas. de verb. oblig.* nunquam quis ad factum præcisè compellatur, ſed liberetur reus, præſtando intereſſe: *Angel. de Peruſ. in d. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. num. 2. & ibi Bart. 37 cum aliis Dd.* prout videre eſt in obligatione rem reſtitui, quando creditor agit hypothecaria, proſequendo 37
debitum. *l. Paulus, 12, §. 1. quib. mod. pig.*

vel

Differ. jur civ. & Sax. 55. lib. 2 part. 6 in Zobel 30. num. 10.

Digitized by Google

vel hypoth. ſol. l. ſi fundus. 16. §. in vindica-
tione. de pignor. & l. mulier. 19. qui pot. in
pignore hab. ubi tertius poſſeſſur, hypo-
thecaria conventus, non compellitur
præcisè reſtituere, ſed, ſiquidem credi-
tori ſolvat pecuniam, cujus nomine res
hypothecata fuit, abſolvi debet. Cauſa
autem, propter quam creditor exigit o-
peras promiſſoris, eſt ipſa pecunia in ter-
mino præfixo non ſoluta, adeoque prin-
cipaliter habetur reſpectus ad pecuniam,
minùs autem principaliter & in conſe-
quentiam quandam, ad operas, & hæ qui-
dem operæ deinde recipiunt ſuam æſti-
mationem. l. ſi non ſortem. 26. §. libertus.
verſ. nam plerumq. cum ſeq. de condict. indeb.
& l. in ſtipulationibus. 54. §. operarum. verſ.
ſolutio. de verb. oblig. ſecundùm videlicet
38 qualitatem artificii, quod obligatus didi-
cit. l. ejus artificii. 16 de operis libert. vel a-
liter ſecundùm robur hominis, & opor-
tunitatem temporis. d. §. libertus, attenta
etiam ratione ætatis, valetudinis, aut di-
gnitatis promiſſoris. d. l. nec audiendus. 17.
l. operarum. 50. de oper. libert. item ſecun-
dùm conſuetudinem cujusque regio-
nis, quæ frequentatur in conductione
operariorum, illa enim ſervanda eſt, quia
ſic actum videtur. Bart. d. §. libertus. n. 12.
per l. excepto. 18. verbo. ſecundùm præteritam
conſuetudinem. C. locati. l. domini prædiorum.
5. ibi: niſi conſuetudo. C. de agricol. & cenſit.
lib. 10. & l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua.
verſ. ea quæ moris & conſuetudinis ſunt. ff. de
39 ædil. edict. Unde videmus, quòd in diver-
ſis provinciis plùs & minùs conſtituatur
mercedis mercenario in ſingulos dies, &
hyeme quidem minùs, æſtate verò plùs.
Iaſon. in d. l. ſi non ſortem. 26 §. libertus. num.
12. notab. 8. Bald. l libres. num. 15. C. de
40 oper. libert. Et, quicquid hujus acquirit
dietim creditor ex operis debitoris, hoc
de die in diem extenuat ſortem principa-
lis debiti: Bal. in l. 1. num. 5. C. de oper. li-
bert. & l. fin. num. 5. C. de capt. & poſtlim.
reverſ. per l. 1. & 2. C. de pignor. act. ac facit
gloſſ. Landrecht. lib 3. art. 39. & melior art.
27. Weichbild in §. Ihr ſollet wiſſen / wird
alſo ein Mann in des Richters. in fine, ibi:
Man ſoll ſeinen Dienſt und Arbeit ſchatzen/
und am Gelde anſchlagen. Quod procedit
etiam in caſu, quando creditor include-
ret reum compedibus, tunc enim æſti-
mantur ejus operæ, quas facere potuiſ-
ſet, ſi ejus ſervitio dominus uti voluiſſet,
per ea, quæ pleniùs exegimus in cap. 6. hujus

Partis, num. 138. & 139. cum ſeqq. Adeò
autem obligatur creditor in caſu pacti,
quo de loquimur, ut creditor operas
promiſſoris etiam alteri pro certa mer-
cede locare valeat. Bald. in l. 1. num. 9. verſ.
in concorda. C. qui bon. ced. poſſ. Operæ e- 41
nim, maximè artificiales, ejus naturæ
ſunt, ut, jubente domino, cuicunque edi
debeant, l. operæ in rerum. 9 ff. de oper. li-
bert. l. hominis quoq. 3. de uſufr. leg. ac not.
Bart. in l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. num.
30. de condict. indeb Bald. l. 1. num. 5. C. de
oper. libert. & Zaſ. in ſuis ſingularibus intelle-
ctibus. lib. 1. cap. 3. num. 50. Siquidem &
qui locat uti frui re in qua uſumfructum
habet, dicitur, l. arboribus. 12. §. uſufru-
ctuarius & l. 8. §. conſtituitur. ff. de uſufru-
ctu. cùm operarum mercedes dicantur
fructus hominis. Bart. in l. 1. §. divus. nu.
6. de var. & extraord. Bal. in l. 2. num 1. ad
finem. C. locati. per textum l. cum duobus.
52. §. in coeunda. ff. pro ſocio. ubi traditur:
operarum pretium artis eſſe velamentũ,
huc eſt, pecuniam velare, vel ſupplere,
quod deeſt arti, vel operæ unius ſocii, ac
eſt melior textus in l. 3. & 4. de oper. ſervo-
rum. Quod indubitanter procedit, ſi ta-
lis delegatio operarum promiſſori nihil 42
noceat. Bald d. l. libert. 10. num. 14. arg l.
2. in princ. ff. ſolut. matrim. ut, quia debito-
ris operæ per creditorem forte delegan-
tur alicui tyranno, ſævienti in familiam,
tunc enim invitus debitur ad operas al-
teri, quàm ſtipulatori, faciendas compel-
li non poteſt. argum. l. invitus. 34. in princ.
& l. generaliter. 24. §. quoties autem. verſ. co-
getur. juncto verſ. quod ſi nolit. de fideicommiſſ.
libertat. Hinc eſt, quòd dominus feudi 43
vaſallos invitos non poſſit in alium alie-
nare. c. 1. §. ex eadem lege. de lege Corradi,
in uſib. feudal & hæc eſt communis concluſio
Feudiſtarum, teſte Curtio in tract. feud 6.
part princ. quæſt. 2. num. 3. per gloſſ. commu-
niter approbatam in d. l. invitus, 34. Sicut 44
enim intereſt domini, non mutare ſubdi-
tos, ita ſubditorum intereſt, non mutare
dominos. Innoc. in c. auditis. & ibi notat
Felinus num. 26. extra de præſcript. cùm jus
domini, & jus vaſalli, per omnia ju-
dicentur ad paria. Alvarotus in c. 1. §. ex ea-
dem, per illum textum de lege Corradi. & per c.
1. in fine, de forma fidel. ſuper quo latius in-
ſiſtentem legere licet Felinum in ca. dilecti.
verb. hominibus invitis. extra de major. &
obed. [Afflict. in c. 1. num. 13. de forma fidel.]

licet illud ultimum de conſuetudine ma-
lè obſervetur. Sic itaque debitor, qui pro-
mitit operas, in caſu non ſoluti crediti,
poteſt compelli ad earum præſtationem,
tàm diu, donec ex earum æſtimatione,
vel aliter ſatisfiat creditori, allegatis ſu-
45 prà juribus. Ac ſi quis dicat, liberum
corpus non recipere æſtimationem. *l. 1. §. corporum. ad l. Rhod. de jactu. l. qua actione 7. in princ. ad l. Aquil. l. 1. §. ſed cùm homo liber. l. fin. de his qui dejecerunt vel effud. & l. ex hac lege. 3. ſi quadrup. pauper. fec. dic.* reſpon-
deatur: contraria loqui in æſtimatione
ipſius corporis, vel membrorum ejus per
ſe, tùm, quòd digniora nobilioraque &
præſtantiora ſint membra hominis, quàm
quòd aliquod pretium condignum eis re-
ſpondere vel cōparari poſſit, ideoq; quæ-
46 libet, etiam minima læſio corporis, per
ſolum ictum fuſtium, gravior & durior
reputatur quacunq; pœna pecuniaria. *l in ſervorum. 10. inſt. de pœnis.* tùm, quòd liberi
47 hominis membra, quaſi in nullius bonis
vel dominio ſint. *l. liber homo. 13. ad l. Aquil. 1 Inſtit. de inutil. ſtipul. l. inter ſtipulantem. 83. §. ſacram. de verb. oblig.* tùm etiam propter
48 libertatem actionem & loco motivæ, in
obeundis vel non obeundis laboribus,
quæ non recipit aliquod pretium aut æſti-
mationē *l libertas omnibus. l. libertas ineſtimabilis. 106. cū l. non eſt. 176. §. infinita. de reg.*
49 *jur.* Secus eſt in operationib⁹ humani cor-
poris, quæ benè valent deduci in taxatio-
nē, prout videl. unius operatio melior eſt,
quàm alterius. *d l. ejus artificii. 16. & l. hæc demum. 38. de oper. libert.* unde, quantum-
50 vis lædatur liber homo ex ictu vel injuria
alterius, ipſius tamen deformitatis acce-
ptæ, vel cicatricum ex vulnere, non ha-
betur ratio, cùm corpus liberum ſit in-
æſtimabile, ſed in condemnatione habe-
tor reſpectus ad mercedes medicis præſti-
tas, item ad impenſas in curatione factas,
& operas hactenùs per curæ tempus o-
miſſas, quibus caruit, & eas, quibus dein-
ceps cariturus erit, propterea, quòd in-
utilis ad laborandum factus eſt. *d. l. ex hac lege. 3. in fin. & l. fin. de his qui dejecer.* & ſic,
ea ratione, quòd membrum debilitatum
in æſtimationem deduci nequit, ad amiſ-
ſas membri operas habetur conſideratio
51 de jure civili. Cæterùm, in quantum di-
catur de æſtimatione mutilati membri
corporis, ſciendum eſt, de jure Saxonico
quodlibet membrum, etiam liberi homi-
nis, ſi mutiletur, habere certam & deter-

Pœna juris Saxonici quando tā inter agitur de damno dato corpori.

minatam à lege æſtimationem, quam
proſequitur agendo quoquo modo læſus,
52 adeò, quod cujuſque digiti, vel pedicæ,
einer Zeen/ amputatio item dentis læſio,
punitur in decima parte vvergelti, quod
efficit duos florenos uſuales cum ſex albis
vel groſſis, Landrecht, *lib. 2. art. 16.* §. Jeg-
53 lich Finger. Vulnera verò ex propoſito in-
flicta in facie, ore, naribus, lingua, vel
oculis, vulgò Schandmal appellata, item
quæcunque alia, quæ habent profundita-
tem ungvis, & longitudinem longiſſimi
articuli in medio manus digito, tunc vi-
delicet, quando adhuc ſunt recentia, ne-
que tùm intumuerunt, vulgo Kampfbar/
oder Fleiſchwunden nominata, *prout deſcribuntur per gloſſam* Weichbild *art. 81. &* Land-
recht *lib. 1. art. 68.* ſicut & ictus cum mu-
crone, vel pugione, vulgò Stiche/ item
quæcunque debilitationes membrorum,
vulgò Lembden/ſi pro iis criminaliter aga-
tur, pœna vulnerantis olim erat amputa-
tio manus, Landrecht. *d lib. 2. art. 16. §.*
Wer den andern lähmet: Sin autem civili-
54 ter experiatur læſus ad æſtimationem pe-
cuniariam, tunc talia vulnera, vel debi-
litationes hoc jure non plectuntur du-
riùs, quàm in dimidio vvergelto, *d art. 16. §.* Welcher Mann au dem Munde. Li-
cet autem Regulus noſter in proceſſu
juris Saxonica atteſtetur, hodie de con-
ſuetudine, etiam pro actionibus crimi-
55 naliter ſuper vulnere vel debilitatione
membrorum intentatis, pœnam amputa-
tionis manus ab uſu receſſiſſe, & in ejus
locum ſubiiſſe civilem, adeò, quòd talis
vulnerator, ultra quantitatem dimidii
vvergelti, non ſit condemnandus. *Regulus ubi ſuprà cap. 138. num. 4. §.* Begibt ſich
aber eine Frevelthat mit Kampfer oder Lemb-
den/ *verſ.* Doch ſo iſt dieſe Straff jetzund: ta-
56 men contrarium vidi etiam meis tempo-
ribus Lipſiæ de jure reſponderi, ubi pro
illato capiti vulnere, vulnerator, utpote
qui ſine omni cauſa innocentem ita im-
petuosè adortus fuerat, condemnabatur
in amputationem manus. Sicut & ſimili-
ter pro manus amputatione pœnā talio-
nis pronunciari memini, nec injuria, cùm
per hoc, ex juſta videlicet cauſa, fiat re-
curſus ad antiquas leges juris divini, quod
oculum pro oculo, manum pro manu
plecti jubet. *Exod. cap. 20. ac facit c. ſex differentiæ. 23. q. 3.* Et in noſtro Dicaſte-
57 rio contra eos, qui ex propoſito, ac me-
ra temeritate, hominem vel transfixe-
runt,

Differ. jur. civ. & Sax. 67. lib. 1. & lib. 2. part. 5. diff. 5. in Zobellanis diff. 30. nu. 7 part. 3. & 7. part. 4. nu. 10. ead. part. diff. 18. nu. 7.

runt, vel ictu bombardæ transverberarunt, ita tamen, ut mors inde ſecuta non ſit, eandem pœnam amputationis manus dictavimus. At, ſi civiliter agatur, aut, caſu quo criminale intentetur judicium, probabilis cauſa offenſionis, aut culpa levior damnificantis appareat, hodiè uſitatum eſt, condemnare vulneratores in medietatem vverigelti, ita tamen, ut ul-
58 tra illam pœnam 12. vicenarum, vulnerator etiam reſarciat vulnerato mercedes medicorum, impenſas in curatione factas, unà cum operis, quibus ipſe caruit, & cariturus eſt per tempus ſuæ vitæ, propter debilitationem principalium membrorum, quorum uſus ad vitæ adminiculum ipſi fuit interceptus. Adeoque circa amiſſionem operarum præteritarū & futurarum ſuppletur iſto caſu, quod deeſt juri Saxonico, ex jure civili, *l. ex hac lege. 3. ſi quadrup. paup. fec. l. fin. de his qui dejecerunt.* quod & juri divino conforme eſt. *Exod. cap. 21.* ubi dicitur: percuſſorem iſto caſu, quando mors non ſequitur, ſaltem condemnandum ad impenſas medicorū, & operas læſi, ut ita accipiat læſus ſuæ mutilationis qualemcunque recompenſam, tùm, quia valde durum & crudele foret, pro accepto damno corporis perpetuo & irreparabili, in brachio, pede, vel alio membro, per cujus uſum, vulneratus antea tàm ſeipſum, quàm totam familiam honeſtè exhibere potuit, ſatisfactione 12. vicenarum ipſum contentum eſſe, quæ ad victum unius ſemeſtris, aut quadrantis anni vix ſuppetant, & ita pro ſequenti vitæ tempore fame confici, vel oſtiatim panes quærere compelleretur:
59 quo caſu vilior eſſet æſtimatio damni illati perſonæ, quàm damni accepti in rebus noſtris, quod ultimum de jure Saxonico debet emendari à violento invaſore, quanti videlicet æſtimaverit illud damnificatus, niſi adverſarius hoc poſſit minuere ſuo juramento. Landrecht. *lib. 3. art. 47.* tùm etiam, quòd, ſi ſufficiat pro iſto inſultu pœna pecuniaria tàm vilis, dabitur per hoc turbulentis & ſeditioſis hominibus occaſio delinquendi, *contra l. illud convenire. 5. ff. de pact. dotalib.* maximè
60 ditioribus, qui tam exilem mulctam pecuniariam non admodum curant, dummodo indulgeant ſuis affectibus. *Panorm. in c. 2. num. 2. extra de delict. puero.* cùm cito violetur auro juſtitia, nullamq; reus pertimeſcat culpam, quam redimere nummis exiſtimat, *ca. pauper. 11. quæſt. 3.*

Ex quo fortè ſimilis æquitatis ratione at- 61
tentari poſſet, etiam circa occiſionem hominis liberi, in caſu neceſſariæ defenſionis aut homicidii fortuiti, pro qua de jure Saxonico imponitur pœna pecuniaria, non ſufficere unum vverigeltum. *de quo habetur* Landrecht. *lib. 2. art. 16. in fine,* ſed habendum eſſe eodem modo reſpectum ad æſtimationem operarum defuncti, ex quibus, ſi ſupervixiſſet, exhibere uxorem & liberos cum familia potuiſſet: his enim per unius vverigelti præſtationem non ſatisfit, ideoque ultra æſtimationem legis petere poſſe videntur ab interfectore, etiam alimenta, per totum tempus vitæ, ſecundum videlicet æſtimationem ejus artificii & lucri, quod potuiſſet annuatim ex opere artis vel manuum acquirere interfectus, donec vel vidua ad ſecundum matrimoniū, vel liberi ad eam ætatem pervenerint, in qua ipſi ſibi manibus ſuis victum acquirere poſſunt, tum, quod in hoc vertitur intereſſe familiæ, tum etiam propter frequentiam exceſſus legitimæ tutelæ circa homicidia, ob quam exaſperan- 62
tur meritò pœnæ, cùm multis graſſantibus, opus ſit exemplo. *l. aut facta. 16. § fin. & l. ſi quis 36. § qui abortionis. ibi: etſi dolo malo non faciant, res tamen mali exempli eſt. ff. de pœnis.* item, ut unius ultio & vindicta gravior, ſit metus & terror multorum *l. divus 15. in fi. eod. tit. l. 1. C. ad l. Iul. repetund. cum l. quicunq; 8. § ſi verò. C. de hæret.* Regulariter tamen ho- 63
diè uſitatum eſt, pro homicidiis fortuitis, dummodò præcedat culpa interfectoris, vel neceſſariis, ubi tamen legitimæ tutelæ vel defenſionis modus fuit exceſſus, condemnare homicidam primo ad emendam 60 ſolidorum, perſolvendam judici territorii, in quo delictum commiſſum eſt, & ſimul imponere ei mulctam integri vverigelti, præſtandam agnatis occiſi, una cum relegatione homicidæ, ſive perpetua, ſive temporali, pro arbitrio juſdicentis, & ſecundum qualitatem facti, idq; ideo, ne, ſi homicidis quotidie quaſi ante oculos hæredū interfecti oberrare liceat, ulterioris detur occaſio tumultus. Verùm tamē eſt, quod alibi Abbas Panorm. poſt Hoſtienſem ſcriptum reliquit, *in c. 2. num. 2. extra de del. puero,* quod ſtatuta, imponentia pœnā pecuniariā; maxime verò, pro 64
homicidio, ſint irrationabilia, quia aliis

mulcta facilè ſpernitur à divitibus, *per ſupra tradita num. 60. & licet Bart. in diverſa ſit ſententia in l. 2. num. 10. ff de publ. judic.* tamen contraria opinio receptior eſt, *teſte Anania in ca. fin. num. 1. extra de delict. puero. Decius in ca. 2. num. 2. de conſtit.* quam & veriorem & magis communem eſſe refert Julius Clarus *lib. 5. recept. ſententiarum, §. homicidium. num. 19.* Ideò vi-
65 di nonnunquam, pro qualitate & circumſtantia exceſſuum, homicidis imponi pœnam amputationis manus, vel perpetuæ relegationis, ad arbitrium jusdicentis, prout memini Numburgi cuidam, qui eum, à quo alapam acceperat, ſtatim confodit pugione, per ſententiam ſuper actis latam iſtam pœnam amputationis manus, vel relegationis alternativè dictari, anno 1552. Cæterùm, ad propoſitum, unde ratione æſtimationis operarum, in hominis liberi corpore, vel membris, digreſſi fuimus redeundo, conſtat ex ſuprà dictis, pactum operarum etiam perpetuarum legibus non improba-
66 ri. Hinc eſt, quòd vaſalli ab antiquis temporibus uſque in hodiernum diem, acceptis feudis, obligent ſe ad ſervitia dominorum perpetua, tàm pro ſe, quàm etiam pro omnibus ex corpore ipſorum deſcendentibus maſculis & fœminis, modò de his nominatim dictum ſit in inveſtitura. *c. in quibus cauſ. feud. amit. c. fin. de capit. qui cur. vend. & c. firmiter. de probib. feud. alien.*
67 Sic agricolæ & cenſiti, accepto manſo, obligant ſe & ſuos ad certas vel incertas operas diurnas, de anno in annum, pro tempore determinato præſtandas nobilibus ſuis, vel aliis dominis, cum manibus aut equis, vulgariter Mit Hand oder Pferde frönen / ſecundùm conventionem ab initio inter eos celebratam. *Iacobin. de S. Georgio in tract. feudorum ſub rub. de thoydu num. 5. & ante eum Speculator tit. de feudu. §. quoniam ſuper homagiis. num. 15.* De-
68 terminata & certa ſervitia appellamus, Geſatzte Fronen / puta, in vere tot dies cum aratro, in meſſe tot dies cum curru: indeterminata verò ſervitia non habent circumſcriptum aliquod tempus, ſed pendent ex arbitrio & libera voluntate dominorum, & toties præſtandæ ſunt, quoties exiguntur. *Gailius obſerv. 62. num. 12. lib. 2.* ubi tamen addit, ad ſuperiorum officium pertinere, ut provideant, ne dominorum arbitria in cyclopicam ſævitiam tranſeant, ac ſubditi aſſiduis operis, angariis & perangariis ita graventur, ut vix ſuppetat eis tempus ſe & ſuos alendi, *& idem Gailius obſerv. 17. lib. 1. per totum*; ſicut in aliquibus locis noſtræ viciniæ fieri videmus, quòd ſubditi per integram ſeptimanam onerentur continuis laboribus, in diebus feſtis autem tabulariorum vi-
ces ſubire cogantur. Contra quæ injuſta, 69
ac indebita ſervitia dominorum, poteſt implorari officium ſuperioris, ut dominorum oppreſſionem & tyrannidem reprimant, quantumvis aliquandiu ſub tali jugo hæſerint, & per plures vices indebita ſervitia præſtiterint. *Chaſſan. in conſuetud. Burg. rub. 1. §. 4. num. 14. & 15.* cùm, ſecundum eundem ibi, talis præſtatio ſervitiorum præſumatur metu extorta, *allegat Baldum in tit. de pace Conſtantiæ. verbo.*
pactiones. num. 2. Licet autem talia ſervi- 70
tia hodiè dicantur eſſe realia, & prædiis inhærere, adeò, ut quocunque vadant prædia, ad eos etiam rhuydæ deferantur. *l. quisquis cenſibus. 16. C. de epiſc. & cler. ubi gloſſ. & Bal. hoc notant*, ex quo res tranſit cum onere ſuo. *l. res pignoris. 10. C. de remiſſ. pign. l. ſi debitor. 12. in fi. C. de diſtract. pign. fac. c. cùm non ſit. extra de decimis & c. recolentes. de ſtatu monach.* tamen origo ho-
rum ſervitiorum cœpit à pactis, teſtante 71
Jacobino *ubi ſupra num. 5. & notat gloſſ.* Weichbild *art. 3. §* Zu einer Auffleſung.
Denique ab hac conventione pendent 72
ſervitia noſtrorum miniſterialium, unſerer Dienſtmänner / *de quibus habetur in gloſſa germanica art. 42. num. 5. verſ.* Da unſere Vorfahren. *paulò antè finem lib. 3* Landrecht. & aliorum hominum mercenariorum, qui, accepta certa mercede, locant nobis operas ſuas, vel diurnas, vel annuas, pro ſalario, *d. l. qui operas. 38. ff locati.* quibus donec operantur, debetur ſalarium: infirmis autem & ægrotantibus, tanquam qui operas non impendunt, ſubtrahitur & diminuitur, pro tempore durantis impedimenti. *ita Bald. in l. liberti libertæq. 10. num. 16. C. de oper. libert. l. ſi ſervus communis. 18. §. fin. ff. de ſtipul. ſervo.* Contraria tamen ſententia videtur verior de jure, *per l. qui operas. 38. ff. locat.* ubi dicitur: locatori operarum deberi promiſſum ſalarium, ſi non ſtetit per eum, puta, impeditum valetudine, quò minùs laboraret, *& facit l. Mævia, 13. de annuis leg. cum l. fin. in princ. ad l. Rhod. de jactu.*
Cui con- 73
cluſioni ſuperiùs formatæ, &, ut viſum fuit, dilatatæ, & ampliatæ, non obſtant

Differ jur. civ. & Sax. 39 part. 1. lib. 1. & Zobell sp. part. 2. n. 5.

primo

primo loco *l. ob æs.* & quæ ibi notant Legiſtæ *C, de act. & oblig.* quia loquitur contrarium extra caſum pacti, quod videlicet debitorem non ſolvendo exiſtentem, aut de facto non ſolventem, pòſt moram non poſſit creditor ad operas diſtinere. Ac ſi illa *l. ob æs.* extenderetur etiam ad caſum pacti, quando videlicet conventum eſſet, ut in eventum moræ reus teneretur laborare, donec per operas creditori fuerit ſatisfactũ, tunc obſtarent omnia jura mundi, diſponentia, quòd promiſſor operarum teneatur ad earum exhibitionem. *Angelus de Peruſ. in auth. ſine num. 2. C. de actio. & oblig.* ita tamen, quòd debitor ex cauſa pecuniaria non præciſè compellatur ad operas, ſed tunc demùm, ſi nolit, aut nequeat præſtare pecuniam. *Angel, ubi ſuprà*: Licet autem communiter Dd. tranſeant etiam cum ſecunda lectura, *glo. in d. l. ob æs. 12.* quaſi ne quidem valeat obligatio ad operas expreſſa in cauſa civili: tamen iidem omnes, nullo excepto, *in l. antiquitas C de uſufr.* tenent contrarium, à priore ſententia recedendo, per ea quæ ſuperius fuerunt tradita *num. 28.* Quòd

74 vero de perpetuarum operarum promiſſione dicitur, quaſi illo caſu uſusfructus nunquam rediret ad ſuam proprietatem, *gloſ. l. 3. §. ne tamen ff. de uſufructu.* id locum habet in obligatione præciſa, pura, quando quis præciſè tenetur ad perpetuò ſerviendum, vel operandum creditori, tunc enim uſusfructus nunquam conſolidaretur cum proprietate: ſed hic non agitur de tali pacto operarum præciſo, ſed in quo ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi modò hoc eligat, vel ante, vel pòſt moram, promiſſor. *l. in ſtipulationibus. 54. §. operarum. verſ. ſolutio. de verb. oblig.* & hanc ſolutionem innuit Bald. *in d. l. antiquitas, num 8,* ubi ſuper quæſtione, an liber homo locare poſſit operas ſuas in perpetuũ, reſpondet, quòd non, ita videlicet, quòd præciſè teneatur ſervire, ſed cauſative ſic, puta, ſi nolit ſervire, ut præſtet intereſſe, quod in propoſito noſtro eſt ipſa pecunia

75 in ſtipulatum deducta. Adeoque nihil adverſatur, quòd obligatio faciendi poſt moram ſuccedat ad intereſſe, quia illud ipſum eſt intereſſe debitoris, & eo fine petit operas ab obligato, ut conſequatur id, quod ſibi debetur. Nec movet, quod ſuperius *num. 66 & ſeqq.* de operis vaſallorum, item ruſticorum in perpetuum ex pacto præſtandis, tradidimus, à quibus ipſi non liberantur ſolvendo intereſſe, vel pecuniam, quia iſta pacta ſunt realia, & afficiunt res ipſas, quarum nomine promittuntur ſervitia, *per ea quæ tradit Albericus de Roſate in l. creditores, 3. num. 6. 7. & 8. pòſt alios Dd. ibi, C. de pignor.* ideò liberum eſt talibus hominibus, dimittere, refutare, vel vendere manſum, in quo hærent talia ſervitia, atque ita ſe ab illis liberare. Neque verò vaſallo, vel ſubdi- 76
to fidelitatem & ſervitia refutare, vel denegare domino licet, retentis tamen prædiis, vel feudis, quorũ ratione homagium præſtitit, & ſervitia ſuperiori exhibere obnoxius eſt, cùm quamdiu retinet feudum, reſpectu juris jurandi [illegible] præſtare teneatur, *Schurff in conſ. 27 num. 1, & 2. centur. 1.* ubi addit (a [illegible] ad caſum, qui eo tempore de facto ac [illegible]) magnam eſſe repugnantiam, [illegible] fructus feudi habeat ſine [illegible] 77
feudum nomen [illegible], *ſecund. [illegible] in ca. 1. §. nulla autem, verbo, à facultate. per quos fiat inveſt. 1.* Licet enim inveſtitura [illegible] uſu præcedat fidelitatem, *pro ut refert Matthæus de Afflictis in d. §. nullam & ca. 1. ubi textus. quid præced. deb. an fidelitas. vel inveſtitura*; tamen, ſi fidelitas non ſequatur, aut quandocunque reſpuatur, apertum domino rurſus feudum eſt, adeò, ut illud deinceps alteri liberè poſſit con- 78
cedere. *Afflict. d. ca. 1. §. nulla num. 2.* Et eſt juſta cauſa auferendi bona, & non relinquendi vaſallum in pace bonorum infeudatorum. *ca. hac edictali. §. præterea ſancimus, de pace ten. & ejus viola.* ideò ſubjicit Schurffius *d. conſ. 27. num 5.* quòd vaſallus, durante cauſa feudali, & retento in manibus feudo, ab obſervatione fidelitatis non excuſetur, ſed, ſi alium, quàm fidelem ſe gerat, juſta offertur cauſa domino, eundem pari ratione diſveſtire, ſicut eum inveſtivit, *Afflictus d. §. nulli num. 12 per l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. jur.* [Omnis enim res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolvitur.] Accedit & illud, quòd refutans feu- 79
dũ domino, etiam pòſt refutationem non debeat dominũ quoquo modo offendere, propter reliquias præcedentis vaſallagii. *Iacobin. de feud. verb. & unus ex dictis vaſallis refutaverit n. 1.* quæ ſententia cõmunis eſt, *teſte Iulio Claro de feudis 34. nu. 2. in fine quod & Bortholdus ſequitur de feudis cap. 8. num. 53.* Ideòque nulli authori eſt velim, cui quoquo modo moveter [illegible]

guerta per dominum, quòd ei mox feu-
dum refutet, ſed jus ſuum juſtè proſequa-
tur, coram videlicet Patibus, ſi juſtitiæ
80 locus relinquitur. Sin verò dominus de
facto vim inferre non ceſſet, poterit eidē
vaſallus impunè reſiſtere, & vim illatam
à ſe propulſare abſque periculo amiſſio-
81 nis feudi, ex quo dominus & vaſallus, ra-
tione fidelitatis, ad paria judicantur, *gloſ.
c. 1. §. nulli per quos fiat inveſt. ac facit c. un.
§. domino, ſi de feudo def. contentio ſit.* ubi ha-
betur: ſi dominus apertā feloniam com-
mittat adverſus vaſallum, quòd puniatur
reſpectu vaſalli in amiſsione proprietatis
feudi. *& facit c. un. quemadm. dominus feudi
prop. privetur.* Ob quamcunq; enim felo-
niam vaſallus privatur utili dominio feu-
di, ex eadem dominus amittit directum
ejus dominium. *gloſ. c. de forma. verbo. vi-
cem. 22. q. 5. & latè Burcholdus de feudis cap.
8. num. 133. 134 135. & 136.* Idq; de rea-
libus operis, aut ſervitiis, domino, à quo
recognoſcuntur prædia, præſtandis indu-
bitatum eſt: ſecùs in pactis operarū per-
ſonalibus, quæ promittuntur in eventum
non factæ ſolutionis ejus, quod debetur,
82 per ſuperiùs tradita. *Ad l. ſi mora. ff. ſoluto.
matrimo.* datur ſolutio, quòd ibi operæ de
colendo agrum non fuerint in ſtipulatio-
nem deductæ, ſed exerceretur cultura
fundi dotalis propter fructus debitos ma-
rito ex dote. *l. pro oneribus. 20. C. de jure
dotium.* quo diſſoluto per divortium, cùm
mulier oblatum agrū ad ſe recipere nol-
let, ceſſantis culturæ nomine meritò ma-
ritus ſuper deteriotatione fundi conveni-
ri non poterat, qui dolum tantum, non
etiam culpam, & quidem ex mulieris fa-
cto contingentem, præſtare debuit, ne
per hoc agrum mulieris in perpetuum
colere cogeretur, cùm, ceſſante propter
matrimonū diſſolutionem uſufructu ma-
riti, ceſſet etiam ejus opera, quam reſpe-
ctu uſusfructus inde percipiendi hacte-
nùs impendit. *c. cùm ceſſante. extra de appell.*
adeoq́ue non meretur reprehenſionem,
qui rei ampliùs ad ſe non pertinenti ſeſe
immiſcere metuit. *l. culpa eſt. 36. ff. de reg.
jur. l. ſi judex fin. de var. & extraordinariis.
cum l. ſi quis abſentis. 5. §. ſi judex. de action.
& oblig.* Parùm etiam facit, quod teſtator
prohibetur ſervo, quem manumittit in
teſtamento, imponere operas, *l. videndū.*
83 *95. de legatis. 1.* cùm, quem non honorat
teſtator, eundem etiam non debeat one-
rare, *l. ab eo. 9. C. de fideicom. l. 1. in fi. C com-
mun. de legat. l. ſed ſi ſic. 6. §. 1. ff. de leg. 3.*
Et conſiſtit ille honor in commodo pe-
cuniario, ita, ut qui non honoratur in pe-
cunia, vel alia re, quæ recipit æſtimatio-
nem, non poſſit gravari. *d. l. ab eo. 9. ab ibi
notant Bald. & Salic. in princ. & idem Bald. in
l. Titius. 9 num. 1. per illum textum. C. de oper.
libert.* Cumq; libertas non recipiat æſti-
mationem, *l. libertas. 106. de reg. jur.* patet
manifeſtè donato libertate in teſtamen-
to non poſſe impuni onus operatum. Quòd
autem hæredi fideicommiſſario, qui juſſu 84
teſtatoris donat ſervum libertate, dene-
gatur operas imponere liberto. *l. cerdonē.
42. de oper. libert. cum ſimilibus*, id alia ratio-
ne contingit, quia videlicet hæres, qui de
mandato teſtatoris confert libertatem,
facit hoc ex cauſa neceſſitatis, ob aditam
videlicet hæreditatem, non autem meræ
& ſpontaneæ liberalitatis, ideoq́ue non
meretur præmium. *Bald. in l. 2. num. 1. C.
de oper. libert.* Quod enim quis ex neceſſi-
tate impertit, gratis exhibere tenetur. *l. 3.
§. utrum. ff. ad SC. Syllania.* Ad l. penult. de
obſequiis, quare videlicet filio dimiſſo ex
patria poteſtate, pater non poſſit impone-
re operas, patet ex textu ſolutio, quòd pa- 85
rentibus liberi reverentiam & obſequia,
non autem operas debent. *d. l penult. de
obſequiis à liber. & libertis. l. patri qui filium. 4.
ſi quis à parente manumiſſus* & habetur ali-
bi: liberos ad paterna obſequia provo-
candos magis meritis, quàm pactionibus.
*l. ſi quando. 35. §. illud etiam. C. de inoffic. te-
ſtam.* Quòd verò dicitur, pacta operarum 86
liberi hominis etiam jurata non valere,
l. ſi quis pro eo. 56. in princ. ff. de fidejuſſor. id
inde eſt, quia in contrario fuerunt operæ
promiſſæ per eum, qui putabat ſe eſſe li-
bertū, cùm tamen non eſſet, & ita igno-
rabat conditionem ſuæ perſonæ, adeò, ut
ex tali errore non potuerit induci vali-
dus conſenſus. *l. ſi quis per errorem. 15. ff de
jurisd. omn. jud.* cùm regulariter omnes 87
obligationes intelligantur, ſalvo jure er-
roris, *teſte Baldo in l fin. §. Titius. in 2. nota-
bili. ff. de condict. indeb. & facit l. ſi filia. 20.
in princ. fam. hercisc.* Unde inferebat idem 88
Baldus, quòd error reddat invalidū con-
tractum, etiam juramento firmatum. *Bal.
in c. 1. §. item ſacramenta num 3. de pace jura.
firmanda.* ex quo deficit fundamentum
conſenſus, tanquam anima contractus *idē
Bald in l. emptione. 3. num. 4. C. plùs valere
quod agitur. per l. final. C. de non num. pecun.*
quam ſolutionem innuunt & verba text.

d. l. ſi

d.l. ſi quis. dum inquit: pro eo, qui libertus
89 non eſſet, & operas præſtare juraſſet, fide-
juſſit, quaſi dicat: juravit præſtare operas,
quas liberti ſolent, cùm tamen libertus
non eſſet, ſed ingenuus, ſiquidem & ju-
ramentum per ſe non eſt modus inducen-
dæ obligationis, *ſecundum Bart. & Bal. in d.
l. ſi quis pro eo. 56. in princ.* cùm ad hoc, ut ju-
risjurandi ſuper operis obligatio contra-
hatur, libertum eſſe oporteat, qui jurat, &
libertatis cauſa jurare, *l. ut jurisjurandi 7. ff.
de oper. libert.* Ac, ſi aliud diceremus, quod
videlicet *in d. l. ſi quis.* promiſſor ſciverit
ſuum ſtatum, eſſet impoſſibile defendere
illum textum à contrarietate, aliorum ju-
rium, *in l. hominis quoq; 3. de uſufruct. legat.
& cæteris ſuperius adductis*: cùm ſimplex pro-
miſſio non debeat plùs operari, quam ju-
rata, *l. 1. cum auth. ſacramenta puberum. C ſi
adverſus vendit.* Ad d. l. 2. ff. de lib. hom. ex-
90 hib. & l. Titiu centum. §. Titio 100. ne à
monumento. de condit. & demonſtr. re-
ſpondetur quòd contrarium non loqua-
tur de pacto operarum, ſed de ſtando &
hærendo in certo loco, ac quidem perpe-
tuò & præcisè, *prout ſuperiùs etiam demon-
ſtratum fuit, cap 6. hujus Partis num. 87.* Ul-
timò, ſi urgeatur, contra exactionem o-
perarum, etiam pacto promiſſarum, ad-
huc opponi poſſe exceptionem ceſſionis
bonorum, *l 1 2. & l fin. C. qui bon. ced. poſſ.*
reſpondetur: illud beneficium locum ha-
bere in obligatione dandi; ſecùs eſt in ob-
ligatione faciendi, vel operarum, ad quas
præſtandas debitor ſemper præſumitur
eſſe ſufficiens, & ſolvendo, adeoque per
ceſſionem non potuit ſeſe liberare à præ-
ſtatione ſervitii promiſſa. *Salic. l. 1. num. 6.
verſ. quæro quinto, an obligatus. C qui bon. ced.
poſſ.* &, quòd obligatus ad factum, non
audiatur, volens cedere bonis, tenent gl.
& Dd. *in l. ſtipulatio. 21. §. pen. de nov. oper.
nunc. & Maſuerius in practica forenſi, tit. de
obligat. & renuncia. num. 6. verſ. tertiò ſi eſt ob-
ligatus ad factum.* Locuples autem, vel ſuf-
ficiens ad ſolvendum, non auditur, volens
bonis cedere. *Salic. d l. 1. num. 5. ac notatur
ſuprà cap. 6. num. 126.* Sive igitur ex pacto,
ſive ſtatuto loci, prout fit de jure noſtro
municipali, Landrecht *d. art. 39 lib. 3.* quis
obligatus ſit ad operandum creditori, in
caſu non factæ ſolutionis, ſemper pòſt
moram, officio judicis compelli poteſt ad
ſerviendũ creditori, donec aut per operas,
aut alio modo reddat contentum credito-
rem, per concluſionem noſtram. Edet au-

tem debitor operas artificio ſuo conve- 91
nientes, *ut ſuprà num. 8.* ad commodum
tamen & utilitatem domini. *d l ſi non for-
tem. 26. §. libertus. & ibi Bart. num. 8. de con-
dict. indeb.* adeoque ſi ſutor erit, calceos
parabit, ſi ſartor, veſtes, ſi ſcriptor, ſcri-
bet, ſi pictor, pinget, & ita de ſimilibus
judicandum eſt, *l. ejus artificii quod didicerit
16. cum l. nec audiendus. 17. ibi. non poteſt ope-
ras, quas propoſitum vitæ recuſat l. hæ operæ. 23.
in princ. l. demum. 38. §. ſi tamen libertus. l. ope-
ræ in rerum. 9. de oper. lib.* Ac, ſi dominus
hujus debitoris artificio nõ indigeat, pote-
rit ejus operas tutò alteri pro certa merce-
de locare, vel delegare; *l. hominis quoq; 3. de
uſufr. legat. ac facit. l ſi libertus artem. 27. l o-
peræ in rerum. 9. in fin. de oper. libert.* dummo-
dò per hoc non præjudicetur debitori, per
ea, quæ notavimus ſuprà *num. 42.* Neque
poſſet iſto caſu creditor obligatum cogere
ad faciendum alias operas, quam in qui-
bus ſe exercuit tempore promiſſionis, jux-
ta illud: exerceat artem, quam didicit. 92
d l nec audiendus. 17. in fine. Sicut enim ini-
tur ratio ejus, cui edendæ ſunt operæ, ne
ex uſu ejus fiant. *l. quoties. 24. in in §. fin.
ibi: ex commodo patroni operas edere debet. eod.*
ita viciſſim reſpectus habendus eſt ad per-
ſonam promiſſoris, ne videlicet talia mi-
niſteria reus obire compellatur, quæ à
propoſito ac inſtituto ſuæ vitæ ſunt alie-
na. *d. l nec audiendus, 17. d l. hæ demum. 38.
ac facit l. plenum. 12. §. equitii. 4 de uſu & hab.
cum l. idemq; 10 & l. ab eo. mandati.* Quod
bene notandum eſt contrà moroſos & a-
cerbos creditores, qui onera intolerabilia
debitoribus ſuis imponunt: prout facie-
bat quidam in his regionibus, qui ribal-
dum quendam, antea ex ſpoliis clientum,
quibus operas ſuas garriendo præſtiterat,
vivere ſolitum, cùm ei ad manum ex vi
juris Saxonici per ſententiam condemna-
retur, volebat includere lapidicinis, ut ibi
cum aliis mercenariis, diurnas, quibus
non aſſueverat, operas faceret. Et, quòd
ſervitia conventa debeant præſtari, ſecun-
dum qualitatem & conditionem operan-
tis, hoc eſt, prout ipſe ſcit operari, teſtatur
etiam Bal. *in l. liberti libertæq; 10. num. 13.
C. de oper. libert.* Sin vero promiſſor uno 93
tempore pluribus operis artificialibus, &
diverſi generis vacabat, judicabitur de eo
ſecundùm artem, in qua plurimùm verſa-
batur. *Bar. d. §. libertus num 28. ac facit l. le-
gatis ſervis. 65. §. ſi unus ſervus. de legat. 3.* Quod
ſi debitor, ſub tempus promiſſionis, aut 94

condemnationis, nullum exercebat artificium, vel nullum didicerat, tunc io dubio intelligitur operas officiales promiſiſſe, & ad eas condemnandus eſſe. Bart.d. §.libertus.num 28.& ſequitur Zaſius in ſingul. intellectibus.lib.1.cap.3.num. 40. Neque iſto etiam caſu creditor debitorem ad obeunda mannalia & ſervilia officia compellere
95 puteſt. Qui enim artificium non tenet, tales operas exhibere debet, quæ non ſint contra ejus dignitatem, puta, quòd dominum comitetur, cum eo moretur, ſimul peregrè pruficiſcatur, aut negocium ejus exerceat, prout loquitur JCtus in l hæ demum.38. ff de aper. lib. ac obedientiam humiliter præſtet in his quæ jubetur, & officio ejus competunt. c. in ſumma & c. ſi inimicus.diſt.83. niſi planè vilis perſona ſit, ejus ſiquidē operis ad omnia, etiam ſervilia miniſteria uti poſſumus. Zaſius in ſuu ſing intellect.lib 1.c.3 n.19. per l fin.ff.de ſtipul. serv in ſi. facit l huic.5.ad finem verſ etſi habitatio. quemadmod uſufr.caveat.l.2.§.1.ad l. Aquil. Circa quod obſervandum obiter & illud eſt,
96 quòd operæ artificiales regulariter veniāt edendæ proprio victu & ſumptibus eorū, qui illas debent. Bal.d l.n.9. C. qui bon. ced. poſſ.per l.ſuo victu.18.ff. de oper. libert.ac notat. Zaſ.ubi ſuprà c 3.n.51. Ratio eſt, quia unusquiſque, quod ſpopondit, ſuo impendio dare debet, quandiu id, quod debet, in rerum natura eſt. l quod niſi ſiat.20. de oper. l.b.
97 Tenetur ei tamen ſtipulatior tantum otii vel temporis relinquere, quantum ad faciendum alimentorum quæſtum, & ad curam corporis ſui ſufficit. l.penult. l aut certè. 29.de oper.libert. quem & ſecundum conditionem perſonæ, interdum meridiano tēpore acquieſcere, & valetudinis ſuæ rationem habere patietur. l. medicus. 26. eod. tit.
98 Officiales autem operæ, in quas & ſerviles vel miniſteriales includimus, per ea, quæ ſuprà n.14. dicta ſunt, præſtantur ſumtibus & victu dominorum, quibus eduntur. Zaſ. ubi ſuprà n.52 junctis, quæ ibidem tradit n. 69. & 70. per l. operæ enim.21.de oper.lib. maximè quando mercedem, vel pretium pro labore non recipiunt, ſed gratuitas operas exhibent. l.in rebus.18. §.poſſunt. ff. commodati. Bart d §.libertus.num 32.& ibi Iaſ. 28. & 25. Salic.24. Iaſ.num 66. Bald in l. liberti. 10. nu. 14.C de oper libert. Bart in l.2.C.de negot.geſt. per l. fructus.4 ff de oper. ſervorum. ac facit. c. cum ex officii.§. cui ſpiritualia. ibi. nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare. extra de præſcript. cum §. ne autem labor ſine mercede procedat. auth.de judic. coll.6. Qualeſcunque autem faciat operas promiſſor aut debitor, in uno 99
vel alio caſu, ſemper taxabuntur illi labores arbitrio judicis, in quantum videlicet bono viro æquum videbitur, argum. l. ſi in lege.24.in princ.& §. ſi domus. cum l. qui inſulam.30.ff. locati.l.ſi ſocietatem.4 pro ſocio l.hæc venditio.7.de contrah. emt. habito videlicet reſpectu ad conditionem & artificium ejus, qui operas edit, per ſuprà deducta n.39 & 40. Ac, ſi dubitet judex, quanti cujusque operæ diurnæ æſtimandæ ſint, conſultum eſt, magiſtros artificiorum adhiberi, qui arbitrentur, quid pro operis cujusq; diei de ſumma principalis debiti ſit defalcandum argumento quod habetur in c.quia judicante.ubi Felin. num.1.ibiq; Panorm. extra de præſcript. ſcriptum reliquit; ſi de controverſia finiū
lis ſit, eam per agrimeſſores determinan- 100
dam eſſe. Eodemq; modo, ſi alicujus operis ædificium & periculum quis in ſe ſuſcipiat, non priùs agit ad mercedem, donec id per aliquos peritos approbetur. l. opus quod.36. cum l. ſeq. ff. locati. & in rebus publicis benè conſtitutis, deſignantur, qui opera & operas locata vel locatas, inſpiciant & judicent, teſte Oldendorpio in ſuis claſſibus actionum claſſe 4.ſub rubr locati in quæſtione, quod veniat in hoc judicium num 3. quia peritis in ſua arte credendum venit, l. 1.in princ.& ibi Bart.de ventre inſpic. maximè, ſi ſint deputati a publico, vel a magiſtris mechanis ejus artificii, Zaſ l 1.§.fin.num. 9. de verb oblig.& concordat Gomezius tomo 2. in tit. de contractibus cap.9.in 4. illatione ante finem. per §. quod autem dictum eſt.auth. de non alien. aut permut rebus eccleſiæ.collat.2 ac facit l ſemel.6.C.de re milit de quo latius videatur Bal. in l.hac edictali.6 § hu illud.C. de ſecundis nupt. Bart.l ſi quis arbitratu.43 num 7 ff de verb. oblig.& in l. 3 ad finem. C. de pigno. Iaſon. in §. quædam num. 78. Inſt. de action. Decius in cap. propoſuiſti.num.15. extra de probat. Bart l.2.numer.20.& ibi Arius Pinelus in tertia parte cap. ultimo, num.2. C.de reſcind vendit. Sicut au-
tem ſuperius oſtenſum fuit, operarum e- 101
lectionem pertinere ad ſtipulatorem, ut videlicet edantur, quæ ipſi placent: ita de loco idem ſentiendum eſt, ut videlicet eo in loco præſtentur, in quo illas exigit is cui debentur. Bald.in d.l liberti. 10. numer. 14. C. de oper libert. Bart. in l. ſi ſtipulatio. 38. §. ſi quis inſulam.ff. de verb. oblig. Ex quo &
illud elicitur, obligatum ad operas, non 102
poſſe tempus pro tempore eligere, aut aliis temporibus ſervitia præſtare, quam quæ ei ad

ei ad hoc deputantur per ſtipularorem aut creditorem. *Dynus in l. uſumfructum cùm mariar, 5. §. 2. de uſufruct. legat. Florianus l. quæſitum. 37. de uſufruct. Bal. in l. Ex tonductio. 15. §. item cùm quidam. in fin. ubi Alex. notat. locati.* & aliàs à loco ad rempus bonum eſt argumentum, & econtra. *l. vinum. 22. ibidemq́; Bart. & alii ſi cert. pet. l. fin. de tendict. tritit, l. Ratio. 3. §. ſi per venditorem. de act. emti.*

SUMMARIUM
CAPITIS X.

1. *Subtilitas nimia ſæpè periculoſa eſt.*
2. *Clauſulæ inſolitæ arguunt dolum.*
3. *Forma inſtrumenti exeturivi.*
4. *Solutio etiam in alia petunia: quàm ut eam rem accepit, creditori fieri poteſt, dummodò ſit ejusdem æſtimi & ligæ. & 6 minutam tamen pro groſſa accipere non renetur. 7, & 9. 13. ſitut net tenetur aliam accipere, ſi hoc expreſſè actum ſit in inſtrumento, quid ipſi reddi debeat. 16.*
5. *Argenti debitor liberatur dando petuniam ſignatam, ejusdem tamen æſtimationis.*
8. *Quæ ad formam nummorum requirantur & in quo intrinſeca monetæ bonitas conſiſtat.*
10. *Moneta citiùs redutibilis ad primam materiam, unde conflata eſt, dicitur melior.*
11. *Moneta minuta plùs habet additamenti de cupro, quàm groſſa.*
12. *Sumptus in moneta cudendo facti, augent ejus æſtimationem.*
14. *Trinarios, vel id genus monetæ minutæ, nemo ultra vigintè quinq; florenos pro magna ſumma accipere cogitur in Imperio Romano. 17.*
15. *Pactum non debet eſſe fruſtraneum.*
18. *Moneta reddi debet in eodem pondere, & intrinſeta etiam bonitate. & 20.*
19. *Monetæ groſſioris valor æſtimatur per minunutam, & etontra.*
21. *Monetæ bonitas conſiſtit in materia argenti vel auri, in forma autem, quam habet impreſſam, ex charactere Imperii, & æſtimatione, vel valore, quem habet deputatum à publico. 22. & 24.*
23. *Monetam tudere eſt de regalibus.*
25. *Bonitas in moneta conſideratur, ſecundum aliquos, duplex: intrinſeca, quæ conſiſtit in materia pura, usq; ad legitimum additamentum, exterior eſt approbatio & valor publicus.*
26. *Forma monetæ mutata quomodo debeat fieri ſolutio, remiſſivè.*
27. *Ludo vel aliter de præſenti mox dilapidature mutuata pecunia, an repetatur? & 31.*
28. *Mutuum filiofamilias factum ad ſtudia, vel in legatione, repetitur, non obſtante SC. Macedoniano.*
29. *Mutuum factum tivitati, ecleſiæ, vel pupillo, debet probari, in rem verſum eſſe.*
30. *Mutuum pro refectione, vel emptione rei, tribuit privilegium perſonale, ut aliis chirographariis præferatur.*
31. *Liberatio præſupponit obligationem.*
32. *Hæredes obliganeur ex contractu defuncti, quantumvis eorum ibi nulla ſit facta mentio.*
33. *Pacta manus injectionis & ſimiles obligationes ad quas perſonas extendantur.*
34. *Mora contrahitur per lapſum diei appoſiti ad ſolvendum, abſq; aliqua requiſitione.*
35. *Vſuræ non debentur ex mutuo, niſi in ſtipulatum ſint deductæ.*
36. *Vſuræ definitio.*
37. *Vſuræ damnatæ in veteri teſtamento & novo 38. item jure canonico. 39. & Imperii conſtitutionibus. 43. 44.*
39. *Vſurariis denegatur ſepultura, & communio Chriſtianorum.*
40. *Vſura ſpecies furti eſt, & dicitur improbum fœnus, quatenùs videlicet legitimum & à conſuetudine præſcriptum interuſurium excedit.*
41. *Vſura quaſi fœtus eſt, quotidiè treſcens in utero nummi erogati.*
42. *Mutuum debet eſſe gratuitum, quia nummus non fructificat: niſi hominis accedat induſtria. 69.*
43. *Vſuræ in mutuo, neq; ex ſtipulatu, neq; ex mora debentur: niſi probetur, quòd tantū treditoris interſit 48. & n. 118. 120.*
44. *Vſuræ quintunces in retrovenditionibus. & non aliter permittuntur in Imperio. de quo tamen num. 77. & 78.*
45. *Vſuræ jure quoque civili noviſſimo ſunt interdictæ. de quo tamen num. 71. etiam de pecuniis pupillaribus. 46. quod tamen, quemadmodum intelligi debeat, videatur n. 72. & 73.*

47. Vſuræ in totum jure canonico prohibitæ, & n. 80. ſecùs de jure civili. 71.

48. Permutatio quondam fuit principalis negotiatio.

49. Nummus mutuo acceptus, & fructificans accipienti, non debet eſſe creditori ſine lucro, & num. 61.

50. Iniquum eſt debitorem locupletari, cum creditoris damno.

51. Bona ſoli æſtimantur ſecundum fructus, quos annuatim ferre poſſunt.

52. Vſuræ in contractibus emptionum & venditionum à Theologis conceſſæ.

53. Pretio venali rerum immobilium ſæpè non reſpondent fructus.

54. Studia diverſorum diverſa.

55. Mercator, qui multum lucratur cum pecunia accepta, gratitudinis ergò mediocre lucrum creditori debet, id quod exemplo agricolæ, & patrisfamilias etiam explicatur. 56 57.

58. Vſuræ quantitas ex parte ſtipulantis certa eſt, ex parte verò accipientis incerta.

59. Sterilitas unius anni compenſatur cum ubertate poſterioris temporis.

60. Paupertas fatalis, in quam quis præter culpam incidit, commiſeratione digna eſt: ſecùs in voluntaria.

61. Mutuum dare ſine uſuris, præcipitat tandem in extremam inopiam.

62. Fructus de centum florenis, collocatis in emtionem bonorum ſoli, vel redituum redimibilium, annuatim æſtimantur in quinque 63.

64. Contractus annuorum redituum perpetuò redimibilium jur. div. can. & conſtit. Imper. licitus & conceſſus.

65. Mutui, quia ſtatim à mutuo dante ejus dominium tranſit in accipientem, lucrum ſoli debetur accipienti, non autem credenti, quo pacto intelligatur?

66. Beneficium pro officio mutuationis referre par eſt.

67. Aliis faciendum, quod ſibi quis fieri poſtulat.

68. Vſuræ illicitæ damnantur jure divino, non autem legitimæ.

69. Pecunia ipſa quoq; fructificat, ſi accedat induſtria hominis.

70. Permutatio quondam conferebat lucrum contrahentibus, in cujus locum hodiè ſucceſſit nummus.

71. Vſuræ l. eos. C. de uſur. non intelliguntur ſublatæ jure noviſſimo.

72. Vſuræ pupillares olim erant neceſſariæ, hodiè autem ſunt reſtrictæ ad eum caſum tantùm, quando mobilis eſt pupilli ſubſtantia. 73.

73. Annui reditus coacti ex bonis pupilli cautè ſunt recondendi, vel ſi in mobilibus extet pupilli ſubſtantia, ad uſuras dandi.

74. Leges humanæ non poſſunt tollere divinas, ſed bene limitare. 75.

76. Leges divinæ ſaltem ex cauſa publicæ utilitatis poſſunt limitari.

77. Vſuræ per conſtitutiones Imperii ſublatæ comprehendunt illegitimas, non autem uſuras licitas, ubi genuinus intellectus conſtitutionum Imperii von wucherlichen Contracten/ explicatur & n. 78.

79. Legum correctio non inducitur per argumentum à contrario ſenſu.

81. Reſpublica ſine commerciis, & commercia ſine uſuris mediocribus, mutuo accepto reſpondentibus, conſiſtere nequeunt.

82. Vſuræ quincunces ad centenarium permittuntur in territorio Saxonico Thuringiæ, ſicut & olim in Electoratu, vel domo Saxonica lineæ Dresdenſis. 83. Quod & hodiè fit, propter renovationem veteris conſtitutionis. num. 100. qua ſublata fuit diſcrepantia, quæ in utraq; antea domo invaluerat de qua hic n. 84.

85. Vſuras moderatas in mutuo approbat Baldus, alias magnus canoniſta, imò jure gentium & naturali permitti dicit, ubi querela de fœneratorib. noſtris. 86.

87. Vſuræ uſurarum in totum prohibitæ.

88. Arguens alios de vitiis, illis ipſe carere debet.

89. Vſuræ quincunces tolerantur in toto imperio de conſuetudine, & ſic in provinciis Saxoniæ & Thuringiæ.

90. Ius omnibus, & omni tempore æquale eſſe debet.

91. Intereſſe probatio difficilis, & ſæpè ad minimam quantitatem redigitur.

92. Provinciæ cujusq; mores ſequendi: etiam quò ad dijudicationem contractuum uſurariorum.

93. Statuta, permittentia uſuras quincunces, aut etiam duriores, valent. item num. 95. & 96.

94. Dotis non reſtitutæ nomine, de conſuetudine Saxonica ſolvuntur viduis uſuræ decunces ſeu dextantes.

96. Statutum, quòd miſſus ex primo decreto in centum annuatim lucretur quinque valet.

97. Communiter pro licito habitum non meretur pœnam, etiamſi aliquo modo tendat adverſus legem.

98 Vſuræ

98. *Vſuræ quincunces approbantur etiam à Luthero & aliis Theologis modernis.*

99. *Per provintias Thuringiæ quincunces uſuræ adjudicantur creditoribus, ſive in ſtipulationem deductæ fuerint, ſive non, ſaltem ob moram, tanquam intereſſe commune.*

101. *Vſuræ quincunces ubi uſurpantur, creditori non denegatur de majori intereſſe probare, ſi onus probandi in ſe ſuſcipere velit.*

102. *Vſurarum quincuncium renovativa conſtitutio in Electoratu, an trahatur retrò etiam ad uſuras ante tempus novæ conſtitutionis decurſas? item ad lites adhuc indeciſas? pro & contra diſſeritur, & nu. 105. ubi declaratio conſtitutionis Electoralis de anno 83.* vom Wucher. *item 108. cum ſeq. & n. 104.*

103. *Lex nova declaratoria, vel renovatoria veteris juris, ad præterita trahitur, etiam ad cauſas in lite pendentes in ſecunda inſtantia. n. 106.*

104. *Declaratio nihil novi inducit, ſed, quod prius eſt, confirmat. 107.*

109. *Ius Saxonicum duas tantùm præſcriptionum ſpecies agnoſcit.*

110. *Ad conſuetudinem interducendam quæ requirantur. & præcedenti num.*

111. *Intereſſe ex mora debitum regulariter probari debet: ſecùs ſi ſit conventum ſecundùm conſuetudinem loci, ubi & declaratio habetur conſtitut. 30. Elect. parte 2.*

112. *Princeps unum calamum & unam linguam habere debet.*

113. *Intereſſe verum & probatum plùs meretur favoris, quàm uſura lucratoria, quantumvis ſtatuto permiſſa.*

114. *Vſura lucratoria, & recompenſatoria quid?*

115. *Lucrum non capere, & ſuum in totum amittere, non ſunt paria.*

116. *Creditores hypothecarii, licet præferantur chirographariis in ſorte, tamen uſuras non conſequuntur, niſi demùm poſt ſatisfactionem chirographariorum ſuper ipſorum capitali.*

117. *Obligatio re contracta non initur in plus, quàm fuerit datum. 119.*

121. *Vſuræ, loco intereſſe promiſſæ: non debentur, quantumvis reus in inſtrumento dicat, ſe certò ſcire, quòd in tantum aſcendit creditoris intereſſe.*

122. *Tempus non eſt cauſa augendæ vel minuendæ obligationis.*

123. *Mutui in contractu facilè præſumitur fraus.*

124. *Mora non contrahitur, pendente dilatione ad ſolvendum, & n. 130.*

125. *Intereſſe ex mora quod nam ſit de ſententia Molinæi.*

126. *Interſſe definitio.*

127. *Intereſſe cujusq; conſiſtit in facto, ideo probari debet.*

128. *Probatio de intereſſe damni emergentis quo pacto fiat?*

129. *Intereſſe damni emergentis dicitur uſura recompenſatoria, & debetur omni jure, numer. 130. non tantùm pro mora facta in ſolvendo, ſed etiam ante moram. 131. & 132.*

132. *Lucri etiam ceſſantis habetur ratio in mercatoribus, &, quo pacto debeat iſtud probari? ibid. 133.*

134. *Intereſſe ratione ſufficit probationem à communiter accidentibus, aut ſolitis concludere.*

135. *Negotiari olim ſolitus non præſumitur hodiè negotiari, niſi aliud probetur.*

136. *Lucri ratio tunc habetur, quando mercator, poſt contractum mutui cum alio celebratum, nihilominus mercaturam ſuam exercet: aliàs ſecùs.*

137. *Lucri ceſſantis intereſſe debet quoddammodò certum eſſe.*

138. *Lucratum fuiſſe quem per prius, non infert, quòd & inſequens tempus iſtud lucrum pro certo habere potuiſſet.*

139. *Intereſſe probato ex parte producentis ſaltem ſemiplenè, locus eſt juramento ſuppletorio, quod judex petenti actori deferre cogitur. 140. maximè, ſi aliquantò plùs, quàm ſemiplenè fuerit probatum. 142. dummodò non inhoneſtæ conditionis ſit, ac veritatem ſciat. 143. licet in contrarium militent authoritates multæ. n. 144.*

141. *Iuramentum ſuppletorium peti poteſt poſt aperturam & publicationem atteſtationum, etiam poſt concluſionem cauſæ in ſecunda inſtantia.*

145. *Iudex ex officio poteſt deferre juramentum ſuppletorium. Libri mercatorum ſemiplenè probant, & faciunt locum juramenti ſuppletorii. 146.*

147. *Pactum, de ſtando nudæ aſſertioni creditoris, non valet: pro qua ſententia multæ rationes afferuntur, contrarium tamen communiter tenetur. 151. 158. ſed in his terris contra communem deciditur 159.*

148. *Avaritiæ vitium in omnibus præſumitur.*

149. *Mercator ſine perjurio & mendacio vix eſſe poteſt.*

150. *Scripturæ major eſt fides, quàm vivæ vocis.*

152. *Ius divinum decreto principis tolli aut mutari non poteſt, nedum pactu privatorum.*

153. *L. ſ. C. de fideicom. intellectus.*

154. *Iusjurandum expedit lites.*

155. *Intereſſe non liquidatum à parte non poteſt taxari per judicem.*

156. *Allegare & non probare, vel nihil allegare, parificantur.*

157. *Intereſſe per judicem reſtringitur ad eam quantitatem, quæ eſt uſitata in provincia.*

160. *Capitula probationum ſuper intereſſe quomodo formanda, ſup. 133. 134.*

161. *Expenſæ qualiter probentur remiſſivè.*

162. *Pactum, de ingrediendo bona debitoris poſt moram, non tribuit jus hypothecæ, ſed perſonale tantùm? niſi hypothecæ, vel pignoris in contractu fiat mentio num 163.*

164. *Clauſula, ab omni nexu æris alieni libera, quid importet?*

165. *Pignoris jus habens in alicujus bonis, ſi ſubſcripſit ſecundæ obligationi ſui debitoris, in qua is fatetur, bona ſua eſſe libera, & nemini oppignorata, intelligitur jus pignoris remittere.*

166. *Scientia ſola de alienatione rei ſibi pignorata, non adimit creditori jus pignoris. & n. 140.*

167. *Scientia ſine contradictione minùs operatur, quàm ſubſcriptio tabularum.*

168. *Subſcribens ſe teſtamento ſolenni, non intelligitur jus ſuum in rebus, quas fortè legavit teſtator, remittere.*

169. *Errantis non eſt conſenſus.*

170. *Legatum alienæ rei valet, ita, ut domino pro ea ſolvatur juſtum pretium, ſi eam velit dimittere, ſin minus, ſolvitur legatario per hæredem æſtimatio.*

171. *Scientia actus, quem quis non poteſt impedire, non inducit conſenſum.*

172. *Teſti officium ſuum non debet eſſe damnoſum.*

173. *Bonorum appellatione non veniunt jura, largè tamen venit etiam id, quod habetur in perſecutionibus. 176.*

174. *Bona dicuntur à beando.*

175. *Locuples non dicitur, qui quid habet in actionibus.*

177. *Bonorum in obligatione veniunt præſentia, non autem futura: ſecus in ultimis voluntatibus. 180.*

178. *Donatio bonorum omnium intelligitur de præſentibus.*

179. *Verba generalia & indefinita ad tempus contractus referenda ſunt.*

181. *Voluntas ultima ſemper eſt revocabilis, non item in contractibus.*

182. *Conſtitutum transfert poſſeſſionem civilem & naturalem.*

183. *Conſtituti clauſula ſalutarior eſt, quàm precarii.*

184. *Conſtituti ex pacto, creditor poteſt expellere etiam vi armata eum, qui ipſi vult interverter poſſeſſionem.*

185. *Alienationis prohibitio non impedit translationem domini in re de facto ita alienata: niſi eam præceſſerit contractus pignoris, cum adjectione clauſulæ, quòd debitori non liceat eam alienare, n. 186.*

187. *Feudalia ſunt inalienabilia ſine conſenſu domini.*

188. Alienationis *vocabulo venit etiam uſusfructus conceſſio, & hypotheca.*

189. *Bona cenſitica & emphyteutica ſine conſenſu domini oppignorantur, proq; eorum revocatione creditori competit hypothecaria adverſus tertium poſſeſſorem. 190.*

191. *Pignus habens ſibi conſtitutum in inſtrumento publico, præfertur aliis creditoribus, hypothecam privatam habentibus, ſive res, in qua pignus extat, feudalis, ſive allodialis fuerit.*

192. *Publicum inſtrumentum majorem fidem meretur, quàm privatum.*

193. *Clandeſtini contractus non carent ſuſpicione fraudis.*

194. *Cenſiticorum bonorum infeudationem, & annuum canonem reſervant ſibi domini, quibus & laudemium per ſequentes ſucceſſores ſolvi oportet. 195.*

196. *Domino invito non debet obtrudi non acceptabilis colonus.*

197. *Hypothecam habens conſtitutam cum conſenſu ſuperioris, de jure Saxonico præfertur habenti hypothecam anteriorem, etiamſi prior per publicum inſtrumentum ſit conſtituta.*

198. *Alienatio bonorum ſoli, etiam de allodiis, non valet abſq; conſenſu domini, in tertium: ſecus eſt, quò ad impletionem contractus, 199.*

200. *Hypotheca judicialis præfertur extrajudiciali.*

201. *Hypotheca judicialis dicitur, non quòd eam coram tribunali impetrari oporteat, ſed quòd judicis conſenſus quoquo modò impetratus accedat.*

202. *Oppignoratio bonorum ſoli debet fieri coram ordinario loci ſuperiore, ſi ibi pignora fue-*

ra fuerint ſita, aliàs coram immediato. 203. dummodò tamen is in loco pignorum habeat juriſdictionem ſaltem inferiorem, 204.

205. Præceptum executionis, vel juſſus judicis de mittendo, ante apprehenſam poſſeſſionem, non tribuit mittendo jus pignoris.

206. Actor in rem agens, poteſt convenire reum vel coram judice loci, vel domicilii.

207. Executio parata ex vi instrumenti guarentigiati, & judicati, æquiparantur. 218.

208. Pignora capta in cauſam judicati, vel inſtrumenti guarentigiati, non ſtatim diſtrahuntur, ſed expectatur quadrimeſtre, à die factæ executionis, & medio tempore ſubhaſtantur. De jure verò Saxonico, poſt captionem pignorum, expectantur tres quaterdenæ, & medio tempore præconizantur, ac dantur plùs licitanti, 209. & 210.

211. Pactum de ingrediendo, acquirendo, & detinendo poſſeſſionem, quid operetur.

212. Pactum, quòd pignus in ſolutum habeatur in eventum moræ, non valet: niſi addatur, quòd habeat in ſolutum pro juſto pretio, 214. vel, niſi iſta conventio interponatur demùm poſt moram. 215.

213. Pignoris contractus non admittit pactum legis commiſſoriæ.

216. Traditio etiam ficta, ſequens titulum, transfert dominium.

217. Clauſula, utendo fruendo bonis meis, quemadmodum ego iis uti frui conſuevi, quid importet?

219. Solutio ubicunq; locorum deſtinata, operatur, quòd ubiq; poſſit cogi ad ſolvendum debitor: ſecus eſt, ſi promittat ubiq; ſtare, vel poſſe conveniri, tunc enim reus poteſt pœnitere, 220.

221. Solutionem deſtinans in certo loco, intelligitur ibidem contraxiſſe.

222. Obſtagii promiſſor, in caſu non factæ ſolutionis, pòſt moram interpellandus eſt pro obſtagio ſaltem extrajudicialiter.

223. Via, quam elegiſti, tibi pateat.

224. Renuncianti jus ſuum denegatur ad illud regreſſus, niſi pacto contrahentium aliud actum fuerit. 225.

226. Litis pendentia impedit, quò minus debitor ex inſtrumento executivo etiam alibi executari poſſit: niſi aliud in contractu ſit conventum. 327.

228. Iuriſdictionis loca & tempora poſſunt mutari per partes.

229. Exceptio non numeratæ pecuniæ pro reis prodita.

230. Lege inventa, invenitur fraus legis.

231. Exceptionem non numeratæ pecuniæ opponens, habet fundatam intentionem pro ſe per præſumptionem legis, ante videlicet biennium, poſtea autem excipiens debet probare negativam non factæ numerationis.

231. Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ facit, ut debitor perdat beneficium legis, præſumentis numerationem non factam, ideoq; debet negativam probare: contraria tamen ſententia verior, 235. & communior. 235.

233. Renunciatio non debet eſſe otioſa.

234. Superfluum ne quidem minimum verbum in contractibus intelligi debet, dummodò intellectus non repugnet juri.

236. Exceptio non numeratæ pecuniæ non tollitur per renunciationem obligati, ne creditoribus fraudum feneſtra aperiatur, & hæc communis eſt, 238. niſi renunciatio fieret pòſt intervallum, 240. & 246. vel eſſet jurata, 248. vel lapſum biennium. 252.

237. Temporis in eodem inſtanti præſumitur idem animi motus.

239. Renunciare quilibet favori ſuo poteſt: niſi per hoc detur alteri malignandi occaſio: vel exceptio non tam favore debitoris, quàm etiam odio creditoris prodita fuerit. 241.

242. Exceptio requirens latiorem indaginem & probationem, non impedit executionem & 253.

243. Exceptio non numeratæ pecuniæ infrà biennium propoſita, impedit proceſſum paratæ executionis, quantumvis ei renunciatum ſit per partem. 245.

244. Exceptio de non numerato probatur eo ipſo, quòd creditor non probat contrarium.

247. Renunciatio exceptionis, geminata ex intervallo, plùs operatur, quàm ſimplex.

249. Renunciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ intelligitur, quatenùs ſubſecuta ſit numeratio.

250. Cauſæ finalis defectus circa obligationem rei, impedit obligationem.

251. Iuramentum de jure canonico obſervandum.

254. Executio facta contra debitorem non impedit, quin, ea finita, denuò jus ſuum proſequi poſſit creditor. 255.

256. Doli vel violentiæ futuræ renunciatio invalida eſt: ſecus de præterito. 256. & 258.

259. Renunciatio cujuscunq; læſionis quid operetur?

2[?]0. *Exceptioni quòd ab executione non inchoëtur proceſſus, renunciari poteſt.*

261. *Renunciatio l. ob æs.* C. *de act. & oblig, cujus ſit effectus?*

262. *Renunciatio ceſſionis bonorum quid importet, remiſſivè.*

263. *Renunciatio de remediis juris non ſcripti quid operetur?*

264. *Dilationis moratoriæ impetrationi an poſſit renunciari?*

265. *Dilatio ad ſolvendum, data debitori, non creditoribus ipſorum jus.*

266 *Privilegia ſpecialia faciliùs tolluntur, quàm jura communia.*

267. *Renunciatio de exceptione ſimulationis non valet, etiam cum juramento, & hæc communis eſt opinio. n. 268.*

269. *Contractus ſimulatus verè non dicitur contractus, quia abeſt conſenſus partium, nu. 270.*

271. *Apparentia tantùm ſunt in conſideratione: ſecus de non apparentibus.*

272. *Exceptio ſimulationis eſt facti, quæ non præſumitur, ſed probatione indiget.*

273. *Iuramento aſſeverans, omnia contenta in inſtrumento eſſe vera, & in nullo contravenire, ſalvat contractum à ſimulatione & 274.*

275. *Renunciatio generalis non excludit beneficia juris in ſpecie non expreſſa: niſi aliquibus in ſpecie enumeratis, apponatur generalis renunciatio omnium aliorum jurium. 276.*

277. *Iurata promiſſio plùs arctat, quàm ſimplex.*

278. *Perjurii ultor* DEVS *eſt.*

279. *Promiſſio ſimplex an æquiparetur juramento?*

280. *Iuramentum an requirat corporalem tactum rei ſacræ. & 285.*

281. *Promiſſio ſub fide, vel per verbum veritatis, æquiparatur juramento 286. & 288.*

282. *Simile non eſt idem. & 283.*

244. *Loco juramenti promittere, an idem ſit, atq; jurato promittere.*

287. *Iuramentum etiam propria ſuperſtitione electum, puta per ſuam ſalutem, item ſub fide, eſt ſervandum, maximè à perſonis in dignitate conſtitutis utpote Principibus Comitib. nobilib. etiam & Doctorib. 289.*

290. *Digniores fidem ſuam ſtrenuiùs obſervare tenentur.*

291. *Fidejuſſores ideò accipiuntur, ut quis plures habeat obligatos.*

292. *Conſtitutor merus obligans ſe ut principalē & quidem purè absq; conditione, ante principalem exigitur, n. 299. cum ſequentibus, ex quo intelligitur expreſſè novatum primum debitum, & hæc ſententia obſervatur in practica. 306.*

293. *Fidejuſſor conſtituens ſe principalem, ante excuſſionem debitoris exigi non poteſt, de jure* Codicis. 294 296. 298. *& hæc communis eſt 297.*

295. *Sponſor dicitur conſtitutor alieni debiti.*

300. *Gloſſa recitans plures opiniones, & neutram approbans, intelligitur tranſire cum ultima.*

301. *Gloſſæ adhærendum tanquam carrocio veritatis.*

302. *Iacobi de* Beluiſo *magna authoritas.*

303. *Promittens id, quod debet Titius, videtur promittere ut principalis, non ut fidejuſſor.*

304. *Carcerati obligationem ſuſcipiens in ſe, ut debitorem liberet à carcere, non juvatur exceptione non factæ diſcuſſionis.*

305. *Exceptio excuſſionis eſt de apicibus juris. & 309. item 394. infra.*

306. *In Inſtrumentis contractuum ne minimum quidem verbum ſine operatione ponendum.*

307. *Obligans ſe purè pro alieno debito habetur pro principali, quod ſic in practica communiter obſervatur.*

308. *Summariis in cauſis excluduntur exceptiones, quæ ſunt de juris apicibus.*

310. *Tutor ſe obligans pro pupillo, ſi non addit, quòd iſtud faciat officii nomine, habetur pro principali.*

311. *Dolum abeſſe, ſtipulatio, quid importet?*

312. *Hæredes tenentur ex contractu defuncti, & quid de jure* Saxonico? 314. *&* 315. *ubi verus intellectus.* §. Wo ein Mann Bürge. Weichbildt *art.* 118.

313. *Fidejuſſoris contra hæredes poteſt ex pacto, vel ſtatuto, parata peti executio, de jure civili, ſicut &* Saxonico: *niſi dictum ſit in contractu, quod poſt mortem unus ex fidejuſſoribus ſubſtituatur alius. 319.*

316. *Hæres non tenetur ex delicto defuncti, niſi quatenus ad ipſum pervenit: de jure canonico tamen debet exonerare conſcientiam defuncti.*

318. *Dictionis taxativæ natura eſt excludere omnes alios caſus in diſpoſitione poſitos.*

320. *Fidejuſſor ad certum tantùm tempus ſe obligans, exacto tempore non tenetur.*

321. *Fidejuſſor decedens absq; hærede, transfundit onus ſuæ ratæ in confidejuſſorem.*

322. Mortis *vocabulum propriè intelligitur de naturali: niſi ex morte civili idem reſultet effectus, qui ex naturali. 323.*

324. *Pecu-*

Digitized by Google

324. *Pecunia eſt vita & ſecundus ſanguis hominis.*

325. *Conditio, cujus eventus nihil operatur, fruſtrà expectatur.*

326. *Hæredum propria bona non ſubjiciuntur pacto, vel ſtatuto executivo, niſi vel hæreditas amplius non extet. 327. vel hæres omiſerit confectionem inventarii. 328. vel negarit ſe hæredem. 329.*

330. *Hæredem quem eſſe, quo pacto probetur?*

331. *Hæres debet priùs certificari & interpretari de debito ſui anteceſſoris, antequam ad paratam executionem contra eum procedatur.*

332. *Hæres debitoris non poteſt moleſtare hæreditatem, vel alium cohæredem, pro iſta parte, in qua eſt hæres.*

333. *Hæres debitoris, ex pacto manus injectionis in perſonam, poſt moram non poteſt detineri perſonaliter: ſecus ſi tale ſit ſtatutum. 334.*

335. *Statuta odioſa non extenduntur de perſonæ in perſonam: niſi tertius ille ſit ſuus hæres obligati.*

336. *Statuta majoris operationis ſunt, quàm pacta.*

337. *Differentia Socini de ſtatuto loquente in rem, vel in perſonam rejicitur, & communi opinioni inſiſtendum docetur.*

338. *Fidejuſſor pro debitore, ut poſt annum ſolvæ, etiam exacto anno tenetur, quia antè exigi non poteſt. 340.*

339. *Mora rei nocet fidejuſſori, & 351.*

340. *Debitum ante lapſum terminus non poteſt exigi.*

341. *Tempus non eſt modus finiendæ obligationis.*

342. *Fidejuſſor, ſi poſt lapſum termini, ad ſolvendum appoſiti, prorogetur debitori ſolutio, inſcio fidejuſſore, ipſe durat nihilominùs obligatus. 344. 346. 353. 355. quamvis contrarium videantur tenere Ferrar. & Tiraq. n. 345.*

343. *Prorogatio ſolutionis intelligitur fieri cum præcedentibus qualitatibus. 347.*

348. *Pignorum & fidejuſſorum cauſæ æquiparantur.*

349. *Fidejuſſor non liberatur per dationem aliorũ fidejuſſorum: niſi animo novandi accepti ſint.*

350. *Novatio quantumcunq; generalis olim liberabat fidejuſſorem hodiè non.*

352. *Fidejuſſor pro officiali ad certum tempus, ſi, eo finito, ipſi prorogetur officium, citra conſenſum, vel ſcientiam interceſſoris, ex tunc ampliùs non tenetur, pro futuri ſcilicet temporis rationibus.*

354. *Fidejuſſor pro mercede conductionis quinquennalis, ſi, ea finita, prorogetur locatio, de ulteriori tempore non tenetur, ad mercedem tamen priorum annorum rectè convenitur.*

356. *Fidejuſſor, proteſtando, quòd creditor exigat debitum, vel ipſe nolit ampliùs teneri, non liberat ſeſe.*

357. *Fidejuſſor non poteſt cogere creditorem, ut pignus debitoris vendat: quia liberum eſt perſonali actione illum convenire: niſi in id, quod ex pignore redigi nequit, acceptus ſit n. 359.*

358. *Fidejuſſor, proteſtando poſt lapſum termini, quòd creditor exigat à debitore ſuum creditum, aliàs non vult amplius teneri, contra creditorem poſtea agentem, de dolo excipere poteſt.*

359. *Fidejuſſor indemnitatis, vel in ſubſidium, quandò minus à debitore exigi poteſt, non exigitur: niſi poſt lapſum termini ſolutionis creditor ſit in mora exigendi, donec reus labatur facultatibus.*

360. *Fidejuſſor non poteſt agere contra creditorem, ut pignus ſuppoſitum creditori vendat: ipſe tamen benè vendere poteſt, ſi in id intervenit, quod ex pignore redigi nequit.*

361. *Fidejuſſor poteſt urgere debitorem, lapſo tempore, ut ſe liberet.* & *n. 364. 365. cum ſequentibus.*

362. *Fidejuſſori antè factam ſolutionem non competit actio contra principalem ad ſolutionem niſi conſignatam pecuniam obtuliſſet recuſanti creditori, vel diu ſtetiſſet in obligatione. 363. vel fuiſſet lapſus ſolutionis dies, aut ita inter partes conventum fuiſſet, aut debitor labatur facultatibus. 364.*

363. *Solutio vera & interpretativa æquiparantur. & n. 376.*

365. *Fidejuſſor condemnatus ad ſolvendum, poteſt agere contra reum, etiam ante ſolutionem: idemq; eſt, ſi per inſtrumentum executivum ſit obligatus. 366.*

367. *Fidejuſſor carceratus ratione moræ rei principalis, poteſt etiam ante ſolutionem petere, compelli debitorem, ad ſe exonerandum.*

268. *Fidejuſſor ex inſtrumento executivo, ante ſolutionem non agit contra ſuum principalem, etiamſi ex inſtrumento jurato ſit obligatus, 369. ad hoc ut aliquid ipſi reſtituat: ſed benè, ut ipſum indemnẽ ſervet 370*

quod

quod verum eſt, ſi intempeſtivè iſtud fiat. 371.

372. Executandus de proximo habetur pro executato.

373. Confeſſio creditoris de recepta pecunia, eſt ſufficiens ad hoc, ut fidejuſſori pateat regreſſus contra principalem, quando lapſi ſunt triginta dies, 376. ſecus, in confeſſione debitoris de numerato. 374.

375. Iura proniora ad eliberandum.

376. Creditor contra confeſſionem receptæ ſolutionis, poſt 30. dies exceptionem non ſotæ pecuniæ opponere prohibetur.

377. Cautela qua fidejuſſor poteſt agere contra principalem, antequam ſolvat.

378. Fidejuſſor ſimplex olim ex arbitrio creditoris primo loco poterat exigi: hodiè illud immutatum, 379. niſi fortè proceſſus executivus contra fidejuſſorem inſtituatur 380. vel authentic. præſente, renunciatum fuerit. 381.

382. Renunciatio authen. præſente, & renunciatio omnium beneficiorum pro fidejuſſoribus proditorum æquiparantur.

383. Fidejuſſori proſunt regulariter omnes exceptiones competentes reo principali: fallit in privilegio moratoriæ ſolutionis. 384.

385. Fidejuſſor excipiens de executiendo principali, non auditur, quando is notoriè eſt inops. 386 aut bonis ceſſit. 387. item ſi eſt abſens, aut difficilis exactionis. 388. & 391. vel bona debitoris talia ſunt, quòd non facilè reperiant emptorem. 392.

386. Solvendo quem non eſſe notoriè quo pacto probetur, modis videlicet quinque qui recenſentur hic & num. ſeqq. 387. 388. 389. 390.

388. Solvendo dicitur, qui bona habet etiam in alieno territorio, licet non ſint ſita ſub judice executionis.

393. Mercatorum in cauſis non habet locum exceptio excuſſionis, & idem in aliis, ubi de bona fide & æquitate tractatur. 411.

395. Fidejuſſori jurato denegatur beneficium excuſſionis, idemq́; judicandum eſt de impediente excuſſionem contra principalē, 396. & eo, qui fidejuſſionem negat. 397.

398. Fidejuſſor ſuccedens debitori non juvatur exceptione ordinis.

399. Fidejuſſor conſtituens ſe reum, animo novandi, fruſtrà de excuſſione excipit: idemque eſt de fidejuſſore judicatum ſolvi, 400. & ſponſore indemnitatis 401. item in eo, qui promittit pro naturaliter tantùm obligato 404.

402. Litigioſam rem emens pendente judicio, & conventus hypothecaria, non auditur excipiens de excuſſione principalis rei.

403. Excuſſionis beneficio non utens non impedit quò minùs proceſſus ſit validus.

405. Fidejuſſor obligatus ad obſtagium, an poſſit excipere de excuſſione rei? negatur, & diluuntur contraria. 406.

407. Excuſſionis exceptio non datur tertio poſſeſſori, ſi creditor rem ab eo poſſeſſam antea tenuit per viam conſtituti: idemq́; eſt, ſi agat contra debitorem debitoris. n. 408.

409. Diviſionis, vel epiſtolæ D. Adriani, quid differat ab auth. præſente, renunciatione?

410. Fidejuſſor, item correus, unus ex pluribus in ſolidum conventus, excipit de diviſione, etiamſi ſolidum promiſerint, niſi executivè agatur. 411. vel in contractu huic beneficio renuncietur. 412.

413. Obſes unus ex pluribus confidejuſſoribus, an poſſit egredi obſtagium, ſolutis expenſis alimentorum hoſpiti pro ſe tantùm, non etiam pro aliis ſociis?

414. Obſtagii hoſpes ut plurimùm ſtipulatur à creditore indemnitatem.

415. Ceſſione non impetrata fidejuſſor, etiam ſolvens nihil repetit à debitore, vel etiam confidejuſſore, & quidem ante ſolutionem impetranda ceſſio, 416. niſi proteſtetur tempore ſolutionis, de ceſſione ſibi deinceps facienda. 417.

418. Solutionem recipiens in ſolidum ab uno fidejuſſore, intelligitur ſolventi vendere ſua nomina, ita, ut proditus ei ſit regreſſus cōtra creditorem, etiam poſt intervallum, pro jurium ceſſione. 419.

420. Fidejuſſor ſolvens, an mandati actione repetat à confidejuſſoribus ſuis quotam, aut ſaltem actione negociorum geſtorum? 421.

422. Correi debendi habent utilem actionem recuperandi ſuum, etiam abſq; ceſſione: ſecùs in pluribus fidejuſſoribus. 423.

424. Ceſſio actionum peti poteſt per fidejuſſorem à creditore etiam poſt ſolutionem.

425. Fidejuſſor ſolvens ſolidum, præſumitur, voluiſſe ſuas ratas à confidejuſſoribus repetere?

426. Donatio non præſumitur ubi alia conjectura capi poteſt.

427. Negociorum geſtor utili actione negociorum geſtarum, quod expendit, repetit.

428. Solutione ejus, quod debetur, tollitur obligatio, in perſona videlicet creditoris, non autem ejus, qui ſolvit, quin minùs ſuum poſſit recipere à ſuis correis debendi.

429. Co-

4[illegible] *Cedendarum actionum renunciatio valet, & quid operetur?*

430. *Renunciatio generalis omnium beneficiorum excludit etiam ſpecialia beneficia &* 432. *&* 433. *contrarium tamen practicatur.* 434.

435. *Generalitas operatur in qualibet ſpecie, ubi per medium habile verificari poteſt.* 431. *item, tantum operatur, quod ad omnia, quantum ſpecialis, quo ad ſpeciem.* 432. *& hoc procedit in reſcriptis & ſtatutis ſecus in contractibus partium.* 436.

437. *Renunciatio generalis non trahitur ad ignorata: niſi in genere de iis potuit cogitari.* 438.

439. *Renunciationes generales apponuntur crebrò inſtrumentis cum modica deliberatione, inſcientibus principalibus per notarios.* 440.

441. *Notarii circa extentenſionem non debent apponere clauſulas, de quibus nihil fuit actum: idq́; multò magis ſi contrarium ſit actum.*

402. *Notarii non intelligunt effectum clauſularum.*

443. *Renunciationes ſunt ſtricti juris, adeò ut ſpecialia ab expreſſis remedia non includant, idq́; conſtitutiones Electoral. Saxonicæ ſequuntur part. 2 ar. 17. de qua conſtit. etiam infra num.* 448. 449.

444. *Renunciatio generalis fidejuſſorum de omnibus beneficiis ipſis competentibus, inducit renunciationem auth. præſente, epiſtolæ. D. Adriau. & cedendarum actionum, & hæc communis eſt.* 446. *quando in primis quibusdam ſpecialiter enumeratis ſequitur clauſula: & renunciat omnibus aliis.*

445. *Fidejuſſor renuncians privilegiis pro fidejuſſoribus introductis, non poteſt ſe deinceps juvare, quòd exceptioni diviſionis, vel authent. præſente, in ſpecie non renunciarit.*

446. *Renuncians in ſpecie quibusdam remediis, ſubjecta deinceps generali renunciatione omnium cæterorum beneficiorum, excludit renunciantem ab exceptione privilegiorum, ſibi aliter competentium.*

447. *Comparationi literarum creditur, nec diverſitas atramenti viciat inſtrumentum, ſi eadem ſit manus.*

449. *Generalis clauſula, aliquibus remediis fidejuſſorum in ſpecie enumeratis ſubjecta, quid operetur.*

450. *Fidejuſſor indemnitatis, etiam renuncians in ſpecie beneficio excuſſionis, adhuc poteſt uti exceptione auth. præſente.*

451. *Indemnitatis fidejuſſor promittit, quandò minus creditor à debitore exigere poteſt.*

CAPUT DECIMUM.

DE FORMULA OBLIGATIONIS, VEL inſtrumenti executivi pro cauſis pecuniariis.

VIſo, num & quo jure ſuſtineantur pacta paratæ executionis, aut manus injectionis in bona vel perſonas noſtrorum debitorũ, priusquam porrò ad materiam, vel objectum paratarum executionum deveniamus, reſtat, creditoribus formam quandam uſitatam cautionum vel obligationum executivarum, & clauſularum, quæ in talibus inſtrumentis hodie apponi ſolent, monſtrare & præſcribere, tùm, ut ipſos magis ſecuros reddamus de recipiendo debito, tùm etiam, ne inuſitatis clauſulis utendo, diſputationibus occaſionem præbeant, ac feneſtras patefaciant, & ita paratam in res vel perſonas reorum executionem, ipſimet ſua quaſi culpa differant ac impediant: adeò,
1 ut ipſorum ſubtilitas in eorundem perniciem revertatur *argument. l. ſancimus, 7. in p. C. ad SC. Trebell. ac notat Cagnolus in l. quæ dubitationis. 81. n. 4. ff. de reg. jur.* Etſi enim diligenter ſibi vigilare & proſpicere in cõtractu nemo prohibetur, neq; in hoc aliqua mala fides vel fraus præſumitur, *l. non ex eo. 30 C de evict. l. teſtamentum. 17. C. de teſt. l. qui non probaſſe. 3. C. de calum.* tamen multitudo clauſularum, præſertim inſolitarũ, 2
inſtrumẽtum magis reddit ſuſpectum de fraude & ſimulatione, *ſecundum gloſſam notabilem c. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtit. ac notant Bal. Salic. & alii in l. emptione. 3 C. plus valere quod agitur.* [immò clauſulæ inſolitæ ſuſpicionem fraudis in tantum inducavit, quod ſi opponatur in reſcriptis principum, etiamſi dicatur motu proprio, invalidant reſcriptum, *Franc. Curt. conſ 74. Et Tiraquellus de retractu conventionali, in præfatione, num. 28. pòſt Baldum in conſ. 75. num. 2, vol. 2,*

vol. 2. fatetur: quò plus cautelarum ſit, eò plus præſumatur fradis, doli, & ſimulationis, per textum, quem ipſe commendat, tanquam optimum, ſi non oſcitanter expendatur *l. ita fidei. 40. ff. de jur. fiſci. ubi, ſecundùm eũ habetur, qui ita facit actũ, ne fraudẽ feciſſe videatur, contra eum magis præſumi fraudem, & notant Canoniſtæ in c. ad noſtram. extra de empt. & vend. & in c. illo vos extra de pignor. ac in primis Capolla de ſimulat. contract. in 9. præſumpt. num. 48.* Conſuevit autem talis eſſe in contractu mutui forma obligationis, vel ſcripturæ privatæ, ad quam etiam aliorum contractuum formæ ſunt exigendæ:

3 *Instrumentum executivum.* *Ego A. B. teſtatum facio hoc meo chirographo, pro me & meis hæredibus, quod vir ſtrenuus & providus C. D. ad preces meas, ipſa die data hujus cautionis, mihi mutuo dedit mille florenos, monetæ Saxonicæ, groſſæ,* (a) *in taleris probis, ponderoſis & uſitatis,* (b) *quam ſummam ego in præſenti pecunia mihi realiter & actualiter adnumeratam, adq; ſecuras manus traditam, accepi, inq; rem & utilitatem meam ac meorum eam verſam eſſe, virtute hujus cautionis profiteor,* (c) *ipſumq; creditorem libero.* (d) *Et ſimul me obligo ad ſortis ſupra nominatæ reſtitutionem, faciendam creditori, ejusq; hæredibus,* (e) *& bonæ fidei poſſeſſoribus hujus inſtrumenti,* (f) *in Kalendis Ianuarii anni proximè ſubſequentis, absq; omni alia requiſitione vel interpellatione creditoris,* (g) *unà cum legitimis & per has provincias uſitatis interuſuriis,* (h) *in moneta groſſa, proba, ac tali, in qua creditum accipi, cum omnibus expenſis in eam rem factis, ac fiendis, & omni damno & intereſſe,* (i) *ſuper quibus omnibus & ſingulis nudæ aſſertioni creditoris, absq; alio proceſſu, liquidatione, vel juramento, ſtare, plenamq; fidem adhibere, ſtipulata manu promitto.* (k) *Proq; pleniore ejus ſecuritate, oppignoro* (l) *creditori omnia mea bona, mobilia & immobilia, ab omni nexu & onere æris alieni libera,* (m) *quæ vel de præſenti poſſideo, vel deinceps quacunq; ratione acquiſiturus ſum,* (n) *cum omnibus juribus ibidem mihi competentibus.* (o) *Ac inſuper conſtituo, prædicta mea bona omnia & ſingula in poſterum non meo, ſed creditoris nomine poſſidere,* (p) *neque ea ulteriùs, absq; conſenſu creditoris, vel obligare, vel aliter diſtrahere.* (q) *Et ſuper hac oppignoratione curabo, ut dominus, à quo recognoſco mea prædia vel feuda, huic meæ obligationi infra certum tempus conſenſum ſuum adhibeat.* (r) *Ac ſi, quod DEUS prohibeat, contingat, me fidem datam fallere, tribuo creditori meo licentiam & poteſtatem, præmemorata mea bona omnia & ſingula ſequeſtrandi, areſtandi, detinendi,* (s) *vel per viam paratæ executionis occupandi.* (t) *ita, ut in eorum poſſeſſionem realem aut officio judicis inducatur,* (u) *aut ipſemet illa, ſine curiæ vel ſuperioris aditione, ingrediatur,* (x) *occupetq; privata authoritate, & retineat,* (y) *ac, ſi iſtam viam eligat, loco crediti, pro juſto pretio in ſolutum habeat,* (z) *plenoq; jure poſſideat.* (Aa) *In qua poſſeſſione, utendo fruendo bonis meis, tanquam ſuis, per omnia quemadmodum & in quantum ego uti frui, ſolitus fui, illa vendendo, obligando, vel quoquo modo alienando, de iisq; pro ſuo arbitrio diſponendo, non aliter per magiſtratum loci defendatur, quàm ſi ſolenniter, & ex cauſa judicati in poſſeſſionem inductus fuiſſet.* (Bb) *Sin verò creditor meus plus ſpei reponat ſuper executione in perſonam, quam in bona mea, liberum ẽt illo caſu ipſi permitto, ut, in eventũ moræ, faciat me ſequeſtrari, capi, vel aliter in perſona detineri,* (Cc) *quando & ubicunq; me repererit.* (Dd) *Quin & ſi libet in eventum moræ obſtagiũ mihi inducere,* (Ee) *promitto ulteriùs, ad creditoris requiſitionem quamcunq;, etiam extrajudicialem ſive in ſcriptis, ſive oretenus factam,* (Ff) *in quocunq; loco & diverſorio, quod mihi denominaverit, cum tot equis & ſervis, ſponte me ſiſtere, & inde non recedere,* (Gg) *donec ſolvam ultimum quadrantem pecuniæ mihi creditæ, cum omnibus uſuris & intereſſe, ad beneplacitum creditoris, ejusq; hæredum, & bonæ fidei poſſeſſorum hujus cautionis.*

Digitized by Google

tionis. Quibus præmemoratis remediis compulſivis omnibus & ſingulis, tàm in perſonam, quàm in res meas, (Hh) *licebit creditori ſimul uti, atq; uno ad aliud diſcedere, ac rurſum habere regreſſum, uno eodemq; tempore, & loco,* (Ii) *vel etiam diverſis temporibus & locis, unius tribunalis executione alterius tribunalis executionem aut proceſſum, non impediente, vel retardante, juribus diſponentibus, quòd, ubi cœptum eſt judicium, ibidem etiã finem accipere debeat, non obſtantibus.* (Kk) *Ac, ne aliqua ratione videar meæ obligationi contravenire velle, renuncio exceptionibus non numeratæ vel non receptæ pecuniæ,* (Ll) *doli mali, fraudulentæ perſuaſionis,* (Mm) *violentiæ ac metus* (Nn) *& cujuſcunq; læſionis, aut machinationis,* (Oo) *ac ſpecialiter illis legum beneficiis, quibus prohibetur ab executione proceſſum inchoari,* (Pp) *item, quod debitor pro pecuniariis & civilibus cauſis in perſona detineatur* (Qq) *ſicut & remedio ceſſionis bonorum, & omnibus aliis remediis, exceptionibus, ac dilationibus, de jure ſcripto, vel non ſcripto,* (Rr) *item ex ſpeciali mandato vel indulto Cæſareæ Majeſtatis quoquo modo impetratis, vel deinceps impetrandis,* (Ss) *ſtatutis etiam & ordinationibus, ſive generalibus, ſive particularibus, de præſenti extantibus, aut in poſterum extituris, exceptioni contractus non ita celebrati vel initi, plusvé minusvé item geſti, quàm quod continetur in literis:* (Tt) *& ſummatim omnibus aliis in univerſum privilegiis, ſive generalibus, ſive ſpecialibus, item exceptionibus, de jure vel facto competentibus, ac ſpecialiter juribus, dicentibus, generalem renunciationem non valere, niſi præceſſerit expreſſa ſpecialis.* (Vu) *Adeò, ut hæc mea obligatio in omnib. ac ſingulis punctis & clauſulis, ſine aliqua tergiverſatione, vim legis obtineat. Quæ omnia & ſingula ſuprà ſcripta ſtipulata manu, ſub fide mea* (Xx) Bey meinen Fürſtlichen/ Gräfflichen/ Adelichen Ehren/ Trewen/ vnd gutem Glauben (diverſificando clauſulam ſecundum dignitatem perſonæ, cum qua contrahitur) *loco juramenti corporaliter præſtiti, promitto, & in me recipio fideliter obſervare, ac in nullo contravenire.*

Adjiciuntur ut plurimùm etiã fidejuſſores, majoris aſſecurationis gratia, his aut ſimilibus verbis:

Et pro majori aſſecuratione eorũ omniũ, quæ continentur in præſenti inſtrumento, rogavi cognatos & amicos meos, E F. G H. *&* I K. *ut fidẽ ſuã pro me interponant,* (Yy) *tanquam principales. Et nos fidejuſſores ita rogati, fidẽ noſtrã pro principali reo obligamus, cõſtituendo nos pro hoc debito principales,* (Zz) *promittimusq́ue omnes & ſinguli, ſeparatim & conjunctim, pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris,* (Aaa) *quòd, in caſu non factæ ſolutionis ad diem in hac cautione præſcriptum, ipſimet creditori ſponte, ſine aliqua ejuſdem requiſitione, vel ſi, nobis ceſſantibus, ab illo quoque modo & quandocunq; interpellati fuerimus, non obſtante cujuscunque temporis curſu,* (Bbb) *poſt moram debitoris computando, tam de ſorte, quàm de promiſſo interuſurio, cum omnib. expenſis, damnis, & intereſſe, ſolvemus. Ad cujus rei majorem evidentiam & fidem, nos ipſi oppignoramus omnia bona ac jura noſtra, præſentia & futura, liberam creditori tribuendo poteſtatem, poſt moram, pro executione hujus debiti, omnibus viis compulſivis, quæ competebant ei contra principalem, iiſdem etiam adverſus nos omnes & ſingulos, hæredesq́; & ſucceſſores noſtros utendi, ſive in perſonam, ſive in bona noſtra, ſive ad utrumq; ſimul, ac vel eodem tempore & loco, ſive diverſis temporibus & locis intendatur executio. Sicut & adverſus nos, ac ſucceſſores noſtros quoscunq; omnes cautelas & clauſulas præmiſſas, & circa obligationem rei principalis proditas, hoc loco pro repetitis & expreſſim inſertis haberi volumus.*

Circa finem inſtrumenti ſubjiciuntur uſitatæ clauſulæ renunciationum ſub forma ſequenti.

Renunciamus præterea in ſpecie beneficio authen. præſente. C. de fidejuſſorib.

(Ccc) *diviſionis, vel epiſtola D. Hadriani* (Ddd) *cedendarum actionum,* (Eee) *& novarum conſtitutionum, de fideiuſſoribus, & plurib. debendi correis, omnibus etiam aliis exceptionibus, principali noſtro quandocunq; & quoquomodo, ſive nunc competentibus, ſive in poſterum competituris: adeò, quòd contra hanc noſtram obligationem, & tributam licentiam paratæ executionis, poſt terminum ſolutioni præfixum, non tuebitur nos ulla exceptio, nullum reſcriptū, nullum areſtum, aut præceptum, ſive principale, puta ab Imperatore, vel Pontifice, ſive à quibuſcunq; R. Imperii ſtatibus aut ordinibus impetratum, ſive deinceps impetrandum, nec appellationis aliquod remedium, quin, iis non obſtantibus, ad paratam executionē omnibus ſuprascriptis modis & viis procedi, & uno electo ad alterum recurri, vel utrumq; ſimul cumulari poſſit, ſecundùm id, quod habet aut ſonat noſtra vel debitoris noſtri principalis obligatio, eò uſq;, donec ad arbitratum creditoris ipſi ſatisfiat. Quibus ſupraſcriptis ſingulis, & omnibus aliis jurium beneficiis ac remediis, etiam quæ expreſſa non ſunt, non aliter, atq; ſi particulariter & nominatim in hoc ipſo inſtrumento comprehenſa & ſpecificata fuiſſent,* (Fff) *ego principalis, & nos fideiuſſores, providè, omnibus benè deliberatis & perpenſis, renunciamus, ac ſub fide noſtra nos obſtringimus, iſta omnia & ſingula, quæ in his literis continentur, fideliter præſtare, neq; contrà facere, de jure, vel de facto: remotis omni fraude doloq;. Quarum literarum fidem ego N. principalis, & nos NN. fideiuſſores ſigillis noſtris congenitis & ſolitis, ſicut & autochiris noſtris roboravimus ac communivimus.*

Explicatio formulæ.

In hac formula inſtrumenti, habentis paratā executionē, ex pacto inter contrahentes appoſito, inſeritur primo loco clauſula: (*a*) ACCEPTÆ ET SOLUTÆ PECUNIÆ IN MONETA GROSSA, quę innuit, pro taleris acceptis debitorē non poſſe ſolutionem facere de nūmis triobolaribus, trinariis, aut alia minuta pecunia, *per ea quæ tradit Bart. in l. Paulus 101. num. 4. ff. de ſolutio.* Nā etſi moneta, etiam diverſæ for- 4
mæ, quando ſaltē ejuſdem eſt ligæ & æſtimationis, & ſic æquivalet acceptæ, reſpui non debeat. *gl. l. 2. §. mutui. verb. non poſſit. ſi cert. pet.* ac facit textus *l. 1. de contrab empt.* ubi dicitur: pro ſubveniendo difficultatib⁹ contractuū, circa permutationes mercium pro mercibus, electā eſſe materiam, cujus publica & perpetua æſtimatio æquiparet quantitatē quarumlibet merciū, eamq; in forma publica deinceps percuſsā fuiſſe, uſumq; ſuum non tàm ex ſubſtantia, quàm ex quantitate præbere. Cui cō- 5
ſonat illud Pomponii *in l. 1. §. fi. de auro & argent. leg.* ubi habetur: quòd debitor certi ponderis argenti, liberetur ipſo jure, dando pecuniam numeratā, ſi in pecunia ſoluta eadem fuerit æſtimatio. Nec enim tàm ad ipſam maſſam materiæ, quàm ad pretiū præſentis temporis, reſpectus habitus fuit, *l. cum certum. 9. l. cum aurum. 19. l. Titiæ amicæ. 35. in verb. aurum vel pretium auri. de auro & argent. leg. ac facit. l. ſi quis argentū. 35. ibi: vel in ipſo argento, vel in ejus æſtimatione. C. de donat.* ſic pro argento aurum ſolvi poteſt. *l. 1. C. de arg. pret. 10. lib. 11.*
Ac, quòd pro pecunia ſignata unius mo- 6
netæ liceat ſolvere aliam pecuniā ſignatam, alterius formæ & impreſſionis, puta, pro ſolido Mutinenſi ſolidum Bononienſem, item minutam pecuniam pro groſſa, & ècontra, probat gloſſa magna *in l. 2. §. mutui. verſ. ſed Hugo. ſi cer. pet. quàm ſequuntur Cynus Bald. Bart. & Ang. ibidem, & in l. fructus. 7. §. ob donationes. ſol. matr. & in l. quæ extrinſecus. 65. de verb. oblig. item Paulus de Caſt. in l. Paulus reſpondit. 101. n. 3. de ſolut. ac Salic. in l. ſi quis argentum. 35. nu. 1. & 2. C. de donat. lateq; Franciſ. Curt. in d. §. mutui. n. 14.* & hæc ſententia communis eſt, teſte Alexandro de Imola *in d. §. mutui. n. 2. & in additione ad Bartolum ibid. n. 7. lit. D* ubi eodem modo refertur: iſtam opinionē magis communem eſſe, ibidemq; Bartolus teſtatur, iſtam opinionem approbari uſu, & ſic illi ſtandum eſſe. *Bartolus d. §. mutui. num. 4. in fin. per l. Imperatores. 71. de contrah. empt.* quod & Baldus obſervari generali conſuetudine totius mundi tradit, *in l. libera. 8. num. 7. C. de ſent. & interlocut. omn. judic. verſ. & nota, quòd diverſitas pecuniarum. idemq; firmat Alexand. de Imola in addit. ad Bartol. in d. l. Paulus. 101. num. 4. verb. dare florenos, litera B.* Prædictis

An nummi mutuo dati in alia forma reddi poſſint.

tamen non obſtantib⁹, contraria ſenten-
7 tia verior videtur, quòd videl. creditor in propoſito monetam parvã aut minutam pro groſſa accipere non teneatur. Primò ſiquidem regula eſt: creditorem non cõpelli, unũ pro alio, & ſic nummos mutuo datos in alia & diverſa moneta vel forma, quàm dedit, invitũ recipere. *d. l. 2 §. mutui datio, in fine, cum l. eum à quo 16. C. de ſol. & liber. & l. ſi ſe non obtulit. 4. §. f. de re judic. l. promiſſor. 21. §. fin. de conſtit. pec. l. item liberatur. 6. §. qui paratus. quib. mod. pig.* Deinde etiam quia cõtraria omnia loquuntur in caſu, quando eſt eadem bonitas intrinſeca, quò ad materiã argenti vel auri, & extrinſeca, quò ad valorem. *d. l. cùm quid 3. ibi: in eadẽ bonitate, ſi cert. pet. ac facit optimus text. in l. 1. ibi. dũmodò & debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ. C. de vet numiſm. poteſtate. lib. 11.* ita, ne ex redditione monetæ in alia forma creditor habeat expectare aliquod damnũ. *l. Paulus reſpondit. 101. ibiq́; Caſtrenſ. n. 3. ff. de ſolut.* Scio ſane Dd. communiter
8 concludere, intrinſeca bonitatẽ monetæ conſiſtere in ſolo curſu, valore & æſtimatione, quam habet à publico, utpote, quæ conſtituit formã, ſubſtantiam & eſſe ipſorũ nummorũ, ſine quo valore nummus inexpendibilis eſt, & publica approbatione remota, deſinit eſſe pecunia, *l. eleganter. 24. §. qui reprobos. de pign act junct. l. Iulian. 9. §. ſed & ſi quis. ad exhib & fac. l. 1. C. de veter. numiſmatis poteſtate lib. 11.* Verũ quid reſpondeant ad jura in contrariũ allegata, non ſatis percipio. Primò namq; textus *in l. 1. de contrah. emt.* ad ſubſtantia nũmi requirit tria, primò bonitatẽ materiæ, ibi, Electa eſt materia, puta auri & argenti, pro ut ſupplet ibi gloſſa. Secundò formã publicã *d. l. 1 ibi*: Forma publica percuſſa, quam aliqui extrinſecæ bonitati connumerant. *Afflict. d. c. un. verbo, monetæ, num. 6. Quæ ſint regalia, ac notat Brun. de aug. mon. n. 15. per l. 2. C. de falſ. moneta Laudenſis eodem tractatu de monetis, n. 12.* Tertiò deſiderat *d. l. 1. de contrah. emt.* juſtum & legitimum pondus monetæ: ibi: non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate, hoc eſt, ex pondere uſum ſuũ præbet. Et quòd vocabulũ quantitatis ibidẽ accipiatur pro debito pondere, ſatis convincit textus *in c. quanto. extra de jurejur.* ubi moneta Regis Arragoniæ ex eo ſolo capite abrogatur, & pro reproba judicatur, quod fuit defraudata legitimo pondere, eodemq́; modo *l. 1. C. de veteris numiſm. poteſt. l. 11.* requirit in moneta publica hæc duo, quaſi pro ſubſtantia, probitatẽ videl. materiæ, item debitum pondus. Sic itaq; ſolus valor ſine materiæ bonitate & legitimo pondere non conſtituit ſubſtantiã nummi, quemadmodũ & hæc duo non præſtant uſum expenſioni monetæ, niſi accedat valor publicus. Etſi verò non referat creditoris, 9
utrum accipiat taleros Saxonicos, aut alterius Principis in Imperio Romano, quia omnium eſt eadem bonitas intrinſeca & extrinſeca, juxta conſtitutiones Imperii, & ita de ſimilibus: tamen ſecùs eſt in minuta moneta, ex qua id reſultat incommodi ad creditorẽ. Primò, quia in numerando & iterũ expendendo, multùm conſumitur temporis, & accipiens faciliùs fallitur, accipiendo reprobos nũmos pro probis. Secundò, moneta parva ponderoſior eſt, & plùs loci occupat in vaſis vel ciſtis, & difficiliùs, majoriq́; cum periculo transportatur de uno loco in aliũ. Adde & illud, quia talis minuta moneta minoris alibi, vel etiam nullius eſt valoris, teſte Franciſco Curtio *in tract. de moneta, qui habetur in 1. volumine tractatuum n. 24. poſt Martinum Laudenſem in eod. tract. de moneta, qui habetur ibidem vol. 10, n. 3. 4. & 15.* Ultimò etiã bonitas intrinſeca non reſpondet bonitati majoris monetæ, prout paulò pòſt monſtrabimus, hanc ſolutionem innuit *gloſ. in d. l. 2. §. mutui. verb. non poteſt. ibi*: æſtimatio eſt in nummis argenteis, ære non contaminatis quaſi dicat: etiamſi quantitas debeatur in moneta groſſa: tamen poteſt ſolvi etiam in minutiore, dummodo ſit æqualis bonitas, tàm circa materiam, puta, quòd non ſit ultrà modũ ære contaminata, quàm etiam circa formã, hoc eſt, æſtimationem. *& concordat gloſſa. d. l. Paulus reſpondet. 101. in verb. cogitur recipere in alia forma, ſi ei damnum non eſt, de ſolut. & hoc eſt de mente Baldi in d. l. libera. 8. num. 6. C. de ſent. & interloc. omn. jud. & Bartoli in d. l. Paulus. 101. n. 4 ibi: non tenetur accipere in alia moneta, quæ non ſit ejuſdem legæ. ac Curtius ubi ſupra de monet. num 23.* Eundem ſiquidem uſum debet præſtare pecunia quæ redditur, in forma, quem præſtat in materia, & tantùm in materia, quantùm præſtat in forma. *Bart. d. §. mutui. n 6.* adeoq́; non ſufficit, eandem præſtari æſtimationem in diverſa forma monetæ, quæ ſolvitur, niſi ejuſdem etiam ſit materiæ, & puritatis, æqualiſq́; bonitatis cũ moneta accepta, aliàs damnificaretur creditor.

ditor. *d. l. Paulus reſpondit 101. creditorem. & Ferrarienſis in form. reſponſionis libelli pro actiou hypothec. ∫ relaxandũ. n. 2. per l. elegan-ter. 24. ∫. qui reprobos. de pign. act. & l. cùm quid. 3. ſi cert. pet. in f. & notat Ant. de Butr. in c quanto. num. 14. extra de jurejur. at facit l. cum quid. 3. ibi: id agi intelligatur, ut ejuſdem generis in eademq; bonitate reddatur, qua datũ eſt. ff. ſi cert. pet. Baldus in l. ſi quis argumentũ. 35. in princ. C. de donat & in d. l. libera. 8 nu. 6. C de ſent. & interloc. omn. judic.* Quòd autem in nummis, triobolaribꝰ, trinariis, & aliis hujus generis monetis minutis, utcunque habeant ſuã deſignationem & æſtimationẽ à publico, ſecundùm pondus vel numerũ, minùs eſt de materia vel argento, quã in taleris, patet, ultrà ſuperiùs enumeratas difficultates, quòd, quæ
10 moneta citius eſt reducibilis ad primã materiam auri vel argenti, unde conflata eſt, dicitur eſſe melior *Bart d. l. 2. ∫. mutui datio. n 4. & 7.* nummorum verò reſolutio in primam materiã eò difficilior eſt, quò majori ære reperiuntur contaminati, &
11 plùs additamenti de cupro participant. Quod ſanè neceſſariò fit: primo ob expenſas, quæ in cudendo tales monetas fiunt, & longè majores ſunt, quàm in ſignandis taleris, ſicut probat experientia. Quantumvis enim numiſmata publica publicis expenſis cudenda, nec pluris taxanda forent, quam materia ipſa ſine publico charactere æſtimaretur, *ſecundùm gl. d. l. 1. de contrah. empt. verb. prabet ac tradit Matth. de Afflict. deciſ 90 item Bart. in l. Paulus. 101. num. 5. ff. de ſolut. per l. 4 ∫ 1. finium regund. & idem Bart. in l. qui falſam. 19. num. 9. ad l. Cornel. de falſ. & in l 1. ∫. fi. num. 1. de auro & argent. leg. ubi reprehendat Innocentium tenentem contrarium, in c. quanto. extra de jurejur. & hanc opinionem communiter teneri refert Curt. jun. in l. 2. ∫. mutui datio. num 12. ff. ſi cert. pet.* tamen con-
12 traria ſententia, quòd nimirùm ſumptus, qui in cudenda moneta fiunt, augeant ejus æſtimationem, quantumvis intrinſeca bonitas non reſpondeat valori nũmorũ dato de publico, magis communis eſt, & in quotidiano uſu practicatur, *Innoc. in c. quanto in princ. ibidemq; Abbas num. 11. Anton de Butr. 10. Ioan de Imol. 17. Egid. de Bellam num. 2. de jurejur. Laudenſis in tract de monet. num. 9. Petrus Velluga in Speculo Principum, tit. de mutatione monetæ. num. 7. Boër. deciſ. 327. num. 3. Albertus Brunus in tractatu de augment. & diminut. concluſ. ult. num. 2.*

Quam quidem ſententiam hodiè communiter obſervari in practica, teſtatur ipſemet etiam Bart. *in l 2. mutui datio. n. 7. ff. ſi cert. pet at probat idem Didac. Covarruv. in quæſt. practicis, de veterum collatione numiſmatum, cap. 7. num. 5. Molin de contract q. 100. num 798.*] & idem de mutatione monetæ *in princ. & num. 5. per multas autoritatex, de quibus ibi,* additque, iſtud jamdudum in toto orbe Chriſtiano receptum eſſe, *quod & Curt. refert. d. l. 2. ∫ mutui. nu. 12 per l. 1. ∫. 1. & l. videlicet. 29. ex quibus cauſ. major. at facit l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. 7. quemadmod. teſtam. aper.* Deinde in reductione ſignatæ monetæ ad primam 13
materiam, plùs iterum ſit impendii, propter ſeparationem cupri ab argento, ideò receptum eſt, in minuta moneta non rectè fieri ſolutionem pro groſſa. *Bart. l. 2. ∫ mutui datio. num. 4. & 7. & ibi Iaſ 9. Cumanus. num. 11. verſ. advertatis. Bal. 6. Angel. de Peruſ. 3. Salic. 9. Franciſc. Curt. jun. num. 16. & 17. Albericus de Roſa. 14. Paul. de Caſtr. 7. Franc Ripa 12. Odofred. 5. & Alex. de Imo. num. 2 ſi cert pet. ubi addit Alex. hanc diſtinctionem communiter approbari.* De quo qui-
dem hodiè minùs eſt dubii, propter or- 14
dinationem de monetis, per Ferdinandũ Imperatorem anno 1559. Auguſtæ publicè promulgatam, ubi in genere definitur: quòd nemo cogatur, in ſolutionem qualemcunque ſummæ alicujus notabilis, de minuta pecunia ultra 25. florenos accipere, reliqua verò omnia etiamſi ſpecialiter ea de re conventum nihil ſit, in groſſiore & uſitata ſolvi debent. Accedit, quòd in terminis hujus quæſtionis, quam formula noſtra deſcribit, illud fuerit expreſſe actum, ut in eadem moneta groſſa, in qua debitor accepit creditum, & non in alia, fiat ſolutio, iſtud enim placitum partium obſervandum eſt, *Paulus de Caſtro in l. Paulus reſpondit. 101. num. 3.*
de ſol. ad hoc, ut pactum aliquid opere- 15
tur. *l. ſi quando. 109. ibi: alioqui fruſtra. de legat. 1. l. ſi ſtipulatus. 4. de uſur. cum l. 1. in fi. ad municip. ac facit l ex empto 11. ibi: nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtari, quod inter contrahentes eſt actum. de act. empt.* & in ſpecie Franc. Curt. jun quantumvis *in d l. 2. §. mutui.* teneat aurum pro argento, & econtra, item pro argento monetã argenteam, ejuſdem tamen pretii, ſolvi poſſe: tamen limitat, iſta, niſi aliud fuerit conventũ. *Curt. d §. mutui. n. 14. verſ ultimò pro iſta in fin.* Eandemq; reſtrictionem
innuit

innuit etiam Panorm. *in c. quanto n. 15. extra de jurejur. verſ.* ant fuit dictum, mutuo
in florenis, & volo mihi reſtitutionem
16 fieri in florenis, quo caſu in alia moneta,
quàm accepta, maximè alterius materiæ
puta argenti pro auro, vel econtra, ſolutio fieri non poteſt. *Abbas, ubi proximè* Imò,
quòd ex obligatione, concepta de certa
ſpecie monetæ reddenda, creditor non teneatur recipere aliam monetam, quantũvis probã, & conformẽ æſtimationi promiſſæ monetæ, teſtatur per multas authoritates Didac. Covarr. *de vet. numiſ. collat.*
17 *cap. 7 §. 1. n. 1.* licet addat, conſuetudine cõtrarium receptũ eſſe. Sed ſuſtinetur prior
opinio, per præcitatũ edictũ Ferdinandi
Imp. diſponens; ſolutionem eſſe faciendam in ea moneta, qua de cantat cautio
mutui deſuper confecta. *publicatũ Auguſtæ
an. 1559. §.* Die jetzo genante Reichsmüngen. ubi habetur: Was vff Gold geteidinget vnd verſchrieben iſt / deß gleichen was hinfort alſo geh moett / paciſciret, oder angedinget wird / das ſoll mit Golde vnd nicht mit anderer Müntze bezahlet werden. Et in multorum adhuc recenti memoria hæret, cùm
Bohemici groſſi, quorum viginti conſtituunt unum florenum uſualem, in his regionibus ab uſu recederent, quendam
tunc magni nominis Principem, ut a quadam civitate libera imperii redimet præfecturam, quondam oppignoratam pro
aliquot millenis florenis, in nulla alia
moneta, quam Bohemicorum groſſorũ,
rursum exolvendis, coactum fuiſſe, precibus impetrare a Ferdinando Imperatore, ut ad eam quantitatem denuò de novo cudi faceret in Bohemia tales groſſos,
pro ſatisfaciendo voluntati creditorum,
& tenori ipſius obligationis: licet aliud
determinet Ferrar. *in forma reſponſionis libell. ſuper act. hypot. verb. relaxandum jure pignoris. num. 3.*
18 (b) PONDEROSIS, PROBIS, ET USITATIS, aut, prout fieri ſolet, quòd creditores
provident ſibi in inſtrumentis de reddendo nummos ejuſdem materiæ, valoris,
ponderis, & curſus, *de hoc videatur Anton. de Bue. in d. c. quanto, num. 10* vel ut Afflictus
loquitur, ejuſdem ligæ, ponderis & tenutæ, *Afflict. c. un. verſ monetæ. num. 6 quæ ſunt
regalia.* Quarumvis enim moneta talis
ubiq; cudi debeat, ut quibuſcunq; in locis
tanti expendi valeat, prout habet æſtimationem, *Bald. d. c. quanto. num. 11. extra de jurejur. per l. ideo arbitrium 3. ff. de eo quod*
19 *cer. loco*, ejuſdemq; valor æſtimetur nummis minutis, ſicut & econtra minutæ
monetæ valor taxatur & æſtimatur per
groſſiorem. *Ant. de Butr. in d. c. quanto. n. 12.*
tamen ob difficultatem temporũ, in quæ
incidimus ratione bellorũ, & aliarũ tempeſtatum, videmus alicubi cudi monetas
etiam groſſiores, in taleris, ad exemplum
& imitationem earum, quæ in Imperio
Romano uſurpantur, pondere quidẽ non 20
multum diſtantes, ſed differentes bonitate intrinſeca, propter contaminationẽ
æris vel cupri, quod habent admixtum illæ extraneæ monetæ, excedentis mixturam cupri in ſignatis nummis Imperii:
adeoq; non rectè fieret ſolutio alicujus
quantitatis debitæ in taleris, ſi ſolvantur
extranei & forenſes, extra videl. territoriũ
imperii Romani ſignati vel impreſſi, cùm
in monetis, *ut ſupra etiam tactum fuit. nu 8.*
triplex bonitas vel probitas cõſideretur,
circa videl. materiã, formam, & æſtimationem, *teſte Alberto Bruno in ſuo tract. de mo-* 21
*netis, qui habetur in 2. vol. tractatuũ. n. 13. &
Panorm. d. c. quanto. n. 9.* Materia ſiquidẽ
in ſe debet eſſe proba, puta argentea, vel
aurea, non adulterata *l. 1. & l. fin. C. de vet. numiſ. poteſt. cum l. 1. C. de ponder. & auri illat. l. 1. C. de auro coronar. l. 1. C. de argent.* 22
pretio. lib. 10. ac facit l. 1. §. 1. ibi: electa materia eſt. ff. de contrah. empt. Forma eſt impreſſio, vel ipſum ſignum publici characteris, aut inſcriptio Principis, authoritate publica, non autem privata, monetis
adjecta, juxta illud Chriſti: Cujus eſt inſcriptio *Matth. 22. ac notat Brunus de monetis
num. 15 per d l. 1. §. 1. ibi: forma publica percuſſa de contrah empt. poſt Panorm. & Anton.* 23
*de Butr. in d c. quanto. & Bart. in l. 1. & 2.
C. de falſ. monet.* cùm monetas cudere ſit
unum de regalibus. *c. un. verb. monetæ, quæ
ſint regalia Fab. de monte, in tract. de empt. &
vend. 5. quæſt. princ. n 3 & 4.* [& quidem de
Regalibus Majeſtatis. Quia jus cudendæ
publicæ monetæ & poteſtas concedendi
aliis magiſtratibus jus formandæ monetæ 24
publicæ, ſoli competit Imperatori, *l. 2. C.
de falſ monet.*] Æſtimatio autem, quam &
valvam, & valorem monetæ nuncupant,
aſſignatur à publico, adeò, quia nonnunquam unius & ejuſdem monetæ valor,
etiam in uno eodemq; loco diminuitur,
aut extollitur, pro conditione temporis,
& locorũ conſuetudine, *per ea, quæ tradit
Ant. de Buer in d c. quanto n. 12. & ibi Panor.
at ſequitur Brunus, ubi ſupra nu. 15. verſ valor.
item Fab de Monte in tract. de empt. & vendit.
d 5. quæſt princ. n. 6.* Martinus verò Lauden-

ſi hanc diſtinctionẽ brevius contrahit,
ſecundùm doctrinã Dd. in l. quæ extrinſecus. 65.
de verb. oblig. & conſiderat duplicem tan-
tùm bonitatem vel qualitatẽ, circa num-
mos ſignatos, unam intrinſeca, quæ con-
ſiſtit in materia argenti vel auri, ut vide-
licet ſit pura, uſq; ad additamentum cu-
pri, correſpondens expenſis in cudendo:
item, in pondere, puta ne in libripendio
25 puſilla exiſtat vilior aliis. Alteram in ex-
trinſeca probitate, quam efficit forma
characteris publici, & valor a communi
vel publico deputatus, prout approbatur
uſu vel curſu cujuſq; loci & temporis, *ac*
ſequitur Baldus in d. c. quanto. n 9 Laudenſis in
tract. de monetis qui reperitur vol. 1 o. num. 18.
& 19 Didac. Covarr in quæſt pract. cap 8 de
vet numiſm collat. n 1. Carol. Molin. de com-
merc q 93. n 716 de quibus videantur, quæ
latiùs proſecuti fuimus ſuprà num. 7. & 8. cum
26 *ſeqq.* Quid autem juris ſit in moneta, quo
ad æſtimationem, a tempore contractus
mutata, vel etiam totaliter abrogata &
prohibita, cujus temporis æſtimatio circa
ſolutionem attendenda ſit, videantur. Ja-
ſon. Bart. & alii, *in l. cum quid 3. l. vinum.*
22. ſi cert. pet. Canoniſtæ *in c. quanto. extra*
de jurejur. item Albertus Brunus *de mutat.*
mon. p. 1. n. 3 p. 2 n 2, 3 4. 5. 6. 7. & part. 8.
n. 3. item part 18 limita 8. n. 8.

(c) IN REM ET UTILITATEM MEAM
AC MEORUM VERSAM ESSE. In rem
27 verſionis ideò fit mentio, ut videatur ad
luſum, vel aliam prodigalitatem debitorẽ
datum mutuum, quod non repetitur, ſi
mutuo dans fuerit colluſor, aut mutuum
accipiens prodigus, quamvis inſtrumen-
tum executivum deſuper confectum fue-
rit, *Salic. in auth. alearum uſum. num. 1. & 3.*
C. de relig. & ſumpt. fun. juncta l. u cui bonis.
6 ff. de verb. oblig. Secùs, ſi ludens, & ali-
ter non prodigus, à tertio ſumſiſſet mu-
tuum, ei enim competit repetitio, *gloſ. l. 1.*
verb. ſimpliciter. ff. de aleator. Imola in l ſi quis
cùm ſciret. 8. & ibi Bart. pro empt. Panorm. in
c. penult. nu. 15. extra de vita & hon. cler. &
idem Bart. in l. ſi filiofam. 2. ff. ſi in alea. ff.
quarum rerum act. non datur. Sic videmus,
28 ubi filiofamilia datur mutuum in vita pa-
tris, eo caſu ceſſare repetitionem, *l. 1. ad*
Macedon. niſi talis pecunia in rem & utili-
tatem ſtudiorũ fuerit collocata, quo caſu
non juvabitur debitor exceptione Mace-
doniani contra creditorem, *Bald. in l Ma-*
cedoniani. 5. per illum textũ in verb. ſtudiorum
vel legationis cauſa, & l. f. §. f. ad SC. Maced.
l. ſed ſi paterfam. ſ. hoc ſenatus conſ. ff. eod.
Idemque ſi civitati fiat mutuum, & tota 29
univerſitas civitatis, legitime convocata,
confiteatur in inſtrumento, iſtud in uſũ
communitatis verſum eſſe, tenebitur ef-
fectualiter ſolvere, ad quod aliàs non te-
neretur, niſi liquidis documentis proba-
retur verſio, *l. civitas. 27. & ibi Bart. ff. ſi*
cert. pet. Idemque etiam de pupillo ac ec-
cleſia ſentiendum eſt, *Bart. in l. 1. C. qui &*
adverſ quos. Alex. & Bald in l ſingularia. 15.
in fin ff ſi cert. pet. & idem Bald. in l. ei, qui
ſervo. 7. C. quod cum eo, qui in alien poteſt Et
generaliter iſtud verum eſt, ſi quis con-
trahit cũ vero ſimiliter mox conſumtu-
ro, talis contractus adeò videtur eſſe pro-
hibitus, ut ne quidem juramento valida-
ri poſſe credatur, *ſecundùm Alciatum in c.*
cùm contingat. n 206. extra de jurejur. per l.
ſi quis cum ſciret. 8. ff de uſucap. pro empt Sic 30
mutuum, factum, pro refectione, cujus
fit mentio in contractu, ejus operatio-
nis eſt, ut tribuat privilegium ſaltem per-
ſonale, cujus ratione mutuator aliis cre-
ditoribus chirographariis præfcratur. *l.*
qui in navem 26 juncta ibi gl. & l. quod quis.
34. cum l. ſi ventri. 124. §. 1. de privil. cred.
juncta l. interdum 5. & l. hujus. 6. qui pot. in
pig. & l quamvis. 7. C. de pig.

(d) IPSUM CREDITOREM LIBERO Hæc
clauſula probat, quod creditor impleve- 31
rit ſuam obligationem de dando mutuo,
a qua ſe liberavit per adnumerationem
pecuniæ promiſſæ, *arg l. decem 116. de*
verb. oblig. & ejus, quod tradidit Bald. in l ſi
abſenti. 4 num 9 C ſi cert pet per l. minor
25. annis, cui fideicommiſſum 40 in princip ibi:
caverat ſe accep. ſſe. ff. de minor, ex quo in cau-
tione fatetur reus, tantam pecuniam ad
ipſius manus perveniſſe, ideoq; ſe viciſſim
obligat ad redditionem dicti mutui, in
loco & tempore deſignatis. *l. 1. 2. & 3. l.*
ſi intra 8 l. ſi quaſi 7 C. de non num. pec & c.
ſi cautio. extra de fide inſtrum. qua de re ta-
men, &, an iſta clauſula excludat exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ, ſaltem
infrà biennium proponendam, paulò
pòſt in verb. renuncio exceptioni non
numeratæ *nu 243. & ſeqq.* latiùs agemus.

(e) HÆREDIBUS. Hæredis vocabulum 32
hoc loco membranam occupat, & ad
ſuperfluam cautelam, pro tollenda omni
dubitatione, vel diſputatione adjicitur,
l. quæ dubitationis. 81. de reg jur. ſiquidem
& alias, ut maximè in inſtrumento de eo
nihil dictum fuerit, talis obligatio hinc
inde

inde activè vel paſſivè regulariter ad cō-
trahentium hæredes tranſitoria eſt. *l. ex
contractu. 49. ff. de act. & oblig. l. 1. C. ut act.
ab hæred. & contra hær. incip.* & in ſpecie
manusinjectionis ex pacto competentis
tradit Baldus *in c. ſi qua verò, nu. 7. in fin. de
pace jura. firm.* addendo rationem, quòd
iſta manusinjectio non competat ex pri-
vilegio, ſed ex jure communi, *allegat. l.
qui ratiario. 30 ff. de pig. action. ſed eſt melior
textus, ubi etiam alii Dd. notant, in l. credito-
res. 3. C. de pignor. de quo tamen plura videan-
tur infra n. 312. cum ſeqq.*

(*f*) Bonæ fidei possessoribus ideò
33 additur, quòd pacta manusinjectionis, &
ſimiles obligationes non proſint aliis
perſonis, quam contrahentibus. *l. ſtipula-
tio iſta habere licere, 38. §. alteri. l. inter ſtipu-
lantem. 83. de verb. oblig.* & iis, in quas jus
ſuum creditores tranſtulerunt. Quis au-
tem dicatur bonæ fidei poſſeſſor, paulò
pòſt explicabimus *in 2. Parte hujus Operis
cap. 2. num. 77. cum ſeqq.*

(*g*) In Kalendis Januarii, absq;
34 omni requisitione creditoris. Hæc
clauſula ideò neceſſaria eſt, ut debitorem
ipſo jure conſtituamus in mora, cujus
multi & magni ſunt effectus, *de quibus ha-
betur in l. mora. 32. ibidemq; gloſſa in verbo, dif-
ficilis. ff. de uſur* ne videlicet opus ſit inter-
pellare debitorem, qui forte ſui conve-
niendi nobis ſubtraxit copiam, & antè
moram ad uſuras nullas tenetur, niſi de-
mum à tempore requiſitionis, congruo
loco & tempore factæ. *d. l. mora 32.* cùm
non omnis dilatio ſolutionis inducat cō-
miſſionem moræ, *l. ſciendum. 21. eod. tit. ac
facit l. ſi ex legati. 23. de verb. oblig cum l. quod
te 5. ſi cert. pet.* Diei verò certæ appoſito,
maximè cum dicta clauſula, in contracti-
bus interpellat pro homine ipſo jure,
adeò, ut deinceps non pateat excuſationi
locus, quaſi nullus debitorem admonue-
rit, *l. magnam. 12. ibidemq; Bald. & Salic. C.
de contrah. & commit ſtip. l. 2. §. fin C. de ju-
re emphyt. l. creditor. 3 C. de pignor. l. pecuniæ.
9. ff. de uſur l. ſi fundus. 4. §. fin. de lege com-
miſſ. l. Thais. 41 §. intra de fideicommiſſ. liber-
ta,* ac, quòd ſtatim pòſt lapſum diei, ipſo
jure incurratur mora, nec expectetur tem-
pus etiam modicum, hæc ſententia com-
munis eſt. *Bolognetus conſ 16 num. 2.*

(*h*) Legitimis interusuris. Hæc
35 adjectio inde eſt, quòd de jure civili re-
De uſuris. gulariter non debentur uſuræ ex con-
tractu mutui, niſi per ſtipulationem ſint pro-
miſſæ. *l. quamvis. 3. C. de uſur.* ſuper quo
tamen articulo, quia valdè diſputabilis
eſt, præmittendum: uſuram eſſe omne id, 36
quod excedit ſortem acceptam, vel quic-
quid petit aut exigit creditor, ob uſum
capitalis ſummæ, ultrà id, quod dedit. *In-
noc. & omnes Ca. in c. 1. c. conſuluit. c. navi-
ganti. extra de uſur. ac facit c. plerig;. c. ſi fœ-
neraveris. & c. uſura. 14. q. 3. l. rogaſti. 11. §.
ſi tibi. ff. ſi cert. pet. §. 2. I. quib. mod. re contra.
oblig.* Quia verò executiones, quibus de
tractamus, ut plurimùm verſantur circa
contractus mutui, ubi videlicet creditor
exigit à debitore non tantùm ipſum ca-
pitale, ſed etiam aliquid ultrà ſortē, pro-
pter videlicet officium mutuationis, cùm
ſua pecunia aliquandiu caruerit: in du-
bium vocatur, an uſuræ peti poſſint? &
in qua quantitate? Pro quo ſciendum eſt, 37
uſuras, maximè quæ cadunt in mutuo,
propter officium mutationis, regulariter
damnatas & reprobatas eſſe. de jure
quidem divino, habentur textus,
Levit. 25 Pecuniam non dabis fratri tuo ad
uſuram, & ſuperabundantiam frugū non
exiges. *Deut. 23.* Non fœnerabéris fratri
tuo ad uſuram pecuniam, neque fruges,
neque quamlibet aliam rem, ſed fratri
tuo, abſq; uſura, id quo indiget, commo-
dabis. Item *Exod. 22.* Si pecuniam dede-
ris mutuo populo meo pauperi, qui habi-
tat tecum, non urgebis eum tanquam ex-
actor, nec uſuris opprimes. *& Ezech c. 18.*
legitur, quòd anima ad uſuram dans pro-
ximo, & ampliùs accipiens, non vivet.
Ac in primis commendat juſtum regius
Propheta David Pſal. 15. ab eo, quòd pe-
cunias ſuas non dedit ad uſuram. Quin
& in novo Teſtamento Chriſtus *Luc. 16.* 38
præcipit: Mutuū date, & nihil inde ſpe-
rare. Et hæc quidem uſura, quam vocant 39
lucratoriā, & ex qua percipitur plùs quam
dedimus, jure canonico adeò non tolera-
tur, ut manifeſtis uſurariis & communio
eccleſiæ, & ſepultura Chriſtiana denege-
tur. *c. quia in omnib. ubi Abbas num. 7. extra
de uſur. & c. quanquā uſurarii. eod. in 6.* quia
ſecundùm eos ſpecies furti eſt, *c. ſi quis. &* 40
c. ſeq. 14. q. 4. & hæc communis eſt, teſte
Panorm. *in c. cùm ſit. num. 18. extra de foro
compet Didac. Covarruv variar. reſolut. lib. 3.
c. 1. num. 7. Salic. in auth ad hæc n. 3. & 5 Ibi-
demq. Bald. 2. C de uſur.* unde & Ariſtote-
les *lib. 1. cap. 7. pol.* ſcriptum reliquit;
contra naturam pecuniæ eſſe, ut num-
mus nummum pariat, & Baldus aſſimi-
lat uſuram vermiculo ligni, de die in 41
diem arrodenti quaſi medullas omnium

 facul-

facultatum mutuo accipientis, donec tan-
dem totum devoret, quod habet proxi-
mus in patrimonio. *Bald. conſ. 449. incip.*
42 *jus naturale. num. 8. vol. 3.* Cumque mutuum
debeat eſſe gratuitum, ita, ut creditor ni-
hil recipiat, quam idem genus rerum fun-
gibilium in pondere, menſura, vel nume-
ro conſiſtentium, quas dedit. *l. 2. in princ. ſi
cert. pet.* & quod ultra accipitur, in furti
quaſi crimen incidere videtur, ideò ad lu-
crum uſurarium rectè accommodari po-
teſt illud Heſiodi: Mala lucra æqualia da-
43 mnis. Ac certè pro hac ſententia dimicant
acerrimè non tantùm veteres & recen-
tiores Theologi, ſed omnes Canoniſtæ,
imò etiam Legiſtæ, qui ſimpliciter dene-
gant creditoribus omnem actionem pro
uſuris, ſive in ſtipulatũ deductis, ſive ali-
ter ob[illegible] debitis, niſi creditores do-
cere p[illegible] ſis ob tale mutuum, maxi-
mè p[illegible] antum abeſſe, in quod pro-
miſſum [illegible] citum interuſurium ſe ex-
tendat, ſive damni incurſi ratione, ſive et-
iam lucri ceſſantis reſpectu, ſive mercator
is ſit, ſive alius privatus. *Dec. conſ. 119. n. 9.
& 11. & conſ. 167. in f. Alex. conſ. 121. n. 2.
3. & 4. vol. 2. & conſ. 63. num. 4. vol. 4. item
conſ. 31. n. 12. & 8. vol. 6. Aymon. Cravett. conſ.
189. n. 7. & conſ. 75. n. 5. par. 1. Aret. conſ. 151.
n. 3. & 4. & Conrad. Sumanhard. de Calum.
contract. quæſt 84.* & ſubjicit, hanc ſen-
tentiam cõmunem eſſe, adeò quidem, ut
omnes cujuscunq; generis uſuræ, in quib.
aliquid acceſſionis percipitur ultra ſortẽ,
etiam generalib. conſtitutionibus Impe-
rii damnatæ, & ſub pœna confiſcationis
44 quartæ partis ſortis reprobatæ reperian-
tur: exceptis ſolis illis uſuris, quæ ex pa-
cto retrovenditionis, ad rationem quin-
que pro centum, in perpetuis redditibus
admittuntur, prout videre licet in Reichs
Abſchieden zu Augſpurg. *anno 1500.* Item
zu Augſpurg *anno 1548. ſub rubrica.* Von
reformation guter Policeyen, *tit.* Von wucher-
lichen Contracten. Quod idem noſtri tem-
poris Jurisconſulti ſequuntur, prout ap-
paret ex conſilio Schurffii *3. cent. 2. per to-
tum. & ad l. eos. 26. cum l. quamvis. 3. C. de
45 uſur.* reſpondent, eas conſtitutiones ſaltẽ
eſſe revocatas *per l. cunctos populos. 1. C. de
ſumm. Trin. & auth. de eccleſiaſt. tit. colla. 9.*
ubi præcipitur ſubditis, quòd vivant in
religione Evangelii, ex cujus præceptis
unum eſt, mutuum dare & inde nihil re-
cipere: ſed ego allego textum magis
prægnantem in loco valdè peregrino,
*puta in authen. noviſſimè. C. de admin. tut. &
in corpore unde ſumitur, authen. de his. qui ob-
lig. ſe habere perhibent res minorum.* ubi pro-
hibentur tutores etiam pupillares pecu- 46
nias in uſuras convertere, niſi probetur
tantùm ipſorum intereſſe, *per ea. quæ
traduntur in voc. ſequent. verbo intereſſe.* &
hæc ſententia de abolendis uſuris, ſi cor-
ticem literæ in ſacris ſcripturis attenda-
mus, conſcientiis ſecurior eſt. [Impp.
Cõſtitutiones approbant tantum emtio-
nes redditũum ad rationem quincunciũ,
puta, viginti pro uno floreno factas, *prout
videre in d. tit.* von wucherlichen Contracten.
§. *pen.*] Cæterum, quicquid hujus ſit, di- 47
vi Imperatores, habito reſpectu ad com-
mercia hominum, quibus in hac ſocieta-
te humana carere non poſſumus, &, quæ
abſq; pecuniis paratis exerceri nequeunt,
quia videbant mutuationes ejus tempo-
ris eſſe tales exactiones, per quas pars
mutuo accipiens planè redigebatur ad
extremam paupertatem, & ex duobus
malis minus & tolerabilius eligendum
judicabant, uſuras pro mutuo non tàm in
ſtipulatum deduci, quàm etiam exigi re-
ctè poſſe permiſerunt. *l. quamvis. 3. C. de
uſur.* Et, ne proximus exhauriretur per
illud lucrum, quod exigitur ultra ſortem,
certum modum & quantitatem præfini-
verunt, ultrà, quàm uſuras vel ſtipulari
vel exigere non liceret. *l. eo. 26. C. de uſur.*
reſtringendo videlicet dicta veteris &
novi Teſtamenti, prohibentia uſuras, ad
regulam charitatis Chriſtianæ, & juris
naturæ, dictantis: Quicquid vultis, ut
faciant vobis homines, idem & illis præ-
ſtate, *Matth. 7. prout teſtatur Molin. in tract.
commerc. quæſt 2. num. 71. quo de infra nu. 67.*
Sicut enim olim negociationes & contra- 48
ctus conſtituebantur ex permutatione
mercium, adeò, quia ex ulteriore dein-
ceps commutatione earum, quas quis ſi-
bi comparabat, licebat homini induſtrio
augere de die in diem ſuum patrimoniũ,
prout videre eſt ex illa, ſed valdè inæqua-
li permutatione Glauci cum Diomede,
qua de Homerus ſcriptum reliquit Ilia-
dos lib. 6.

Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Quod Andr. Alciat. *lib prætermiſſorum. 2.
ad titulum de contrah empt. mihi fol. 162. ita
vertit:*

*Pro factis ex ære, boveſq; valentia centum
Accipiens, bubus vix æquiparanda novem,*

Ad quam hiſtoriam & Martialis alludit
in quodam diſticho:

Tàm

Tàm ſtupidus nunquam nec tu,puto , Glauce
fuiſti,
Chalcea donanti, chryſea qui dederas.
ita poſtquam in locū permutationis ſuc-
ceſſit nummus, hodie in forma publica
cudi conſuetus, *l. 1. de contrah. empt. & l. 1.*
de rer. permut. quem videlicet à me mutuo
accipit mercator, aut alius, aucupando
ſuū quæſtum & utilitatem cum mea pe-
cunia,æqualitatis ratio ſuadet, beneficiū
modici alicuj⁹ lucri mihi pro officio meo
retribui, ad hoc ut ſubſtitutum ſequatur
naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur.
l. ſi eum 10. § qui injuriarum, ſi quis cautio:
quemadmodum in cōtractu emptionis,
poſt traditionū rei venditæ,loco fructuū,
qui inde percipiuntur, ex mora non ſolu-
ti pretii deberi conſtat pretii uſuras ven-
ditori. *Arg. l. Julianus. 13. §. ex vendito. ff. de*
act. empt. l. curabit. 5. cum l. fructus. 13. C.
49 *eo* adeo, quia nummus mutuo datus, &
fructificans accipienti, non debet eſſe pla-
nè ocioſus abſq; fœnore mutuatori, *de quo*
latiùs infra num 61. Exemplo res fit illu-
ſtrior, *l. 1. §. videamus. ff. de coll. bon.* Pone
enim, quod inſtituatur inter tres fortè
fratres diviſio paternæ hæreditatis, cùm
in communione perpetua manere nemo
cogatur. *l. in hoc judicium 14. §. ſi conveniat.*
ff. commun. divid. propter videlicet diſcor-
dium quæ ut plurimū excitatur à commu-
nione. *l. cum pater 77. §. dulciſſimis in fin.*
de leg. 2. l. in re communi 26. de ſer. urb. præd.
poſt Ariſtot. lib. 2. polit. cap. 3 Cùm verò hæ-
reditas non conſtet, niſi ex paucis quibuſ-
dam mobilibus, & uno aliquo prædio,
quod commodam diviſionem in partes
non recipit, quo caſu uni vel duobus ad-
judicandum eſt prædium, ita, ut hi viciſ-
ſim condemnentur tertio fratri ad juſtam
æſtimationem ratæ partis, ſibi in eo com-
petentis, *l. ad officium. 3. C commun. divid. §.*
quod ſi commode Inſt. de offic. jud. qui tertius
frater, ſi æſtimationem ſuam in pecunia,
tanquam in re per ſe infructuoſa, acceptā,
non collocat ad moderatas ſaltem uſuras,
neceſſe eſt, eum paucis annis peſſum ire,
cùm pecunia de momento ad momentū
conſumatur, pro vitæ neceſſitatibus, quib.
homo carere nequit, *l. ſi chorus. 79. §. 1. de*
50 *leg. 3.* nonnè hæc eſſet ſumma inæqualitas
inter cohæredes, inter quos jus fraternita-
tis obtinere debet. *l. verum. 63 §. fin. pro ſoc.*
quòd alii quotannis habent ſuos certos
reditus in frumento vel pecuniis, ex qui-
bus vivunt, & ſe cum ſua familia exhi-
bent, ſalva ſemper ſua ſorte & ſubſtantia,
econtra autem tertium fratrē, (ut qui ſub
uſuris pecuniam ſuam alicui credere pro-
hibetur) de die in diē fieri paulatim pau-
periorem donec tandem ad extremā re-
digatur egeſtatem? ex quo, ſecundùm A-
riſtotelem *4. ethic. c. 1.* uſus pecuniæ eſt ej⁹
conſumptio, & expenſio vel erogatio, quod
& Didacus fatetur *in lib. 3. var. reſol. cap. 1.*
num. 1. Pro quo & illud militat, quòd
immobilia prædia regulariter taxantur 51
& æſtimantur ſecundùm reditus & fru-
ctus, ita, ut penſio vel fructus inde ſperat⁹,
in viginti annis efficiat rei æſtimationem
& valorem, *prout tradit Matth. de Afflict de-*
ciſ. 284. num 14. poſt gloſ in auth. perpetua.
verb. juſta. C. de S S. eccleſ quam opinionem
communiter receptam eſſe refert Johan.
Bap. Lupus *in l. 2 §. a. num. 7. C. de action.*
empti. poſt Tyraquellum de retract lignag §. 1.
gloſ. 6. num. 29 Molinæus in tract. commerc.
quæſt. 5. num. 113. Covarruv. lib. 8. variar. re-
ſolut. cap. 9. num 5. Cumque apud domi- 52
nos Theologos iſtud ſit in confeſſo, non
improbari uſuras in contractibus emptio-
num & venditionum, quæ eſt iniquitas
vel inæqualitas, ex pecunia mutua codē
modo accipi tot fructus, uſurarū vel pen-
ſionum nomine, qui viceſimo anno ad-
æquant ſortem, atque ita pretium ſucce-
dere loco rei, ex qua in hoc univerſali,
maxime judicio familiæ herciſcundæ, ta-
lis pecunia fuit redacta. *argum l. ſi rem &*
pretium, 22. de petit. hæred. At, ſi quis di-
cat imputare ſibi debere, qui pecuniam
ſibi adjudicatum ex diviſione non collo-
cat in emptionem prædiorum, vel an-
nuorum redituum: huic reſponderetur,
neque reditus annuos, neq; prædia excul-
ta & fructuoſa, ubique vel omni tempore
eſſe obvia, vel venalia, &, ſi occurrant, ne-
quaquam pro tàm vili æſtimatione repe-
riuntur, prout veneunt prædia hæredita-
ria inter fratres videlicet & cohæredes;
ita, ut agrorū venaliū fructus noſtris tem- 53
porib. crebrò nequaquā correſpondeant
pretio, ſicut tamē fieri debebat *arg. l. ſi fun-*
dus ſit ſterilis. 13. in fine principii ibiq; gl. verb.
fructuum de reb. eorum qui ſub tut. l. 3. §. divi
fratres. de jure fiſci. l. pretia rerum. 63. ad l.
Falcid. taceo, quòd circa prædia aliena, de
quorum bonitate nihil certi cognitū ha-
bet emptor, facilis incidat deceptio. De-
inde etiam ſtudia diverſorū diverſa ſunt, 54
& diverſi ingeniorum motus, ita, ut non
quilibet vel agriculturæ tractandæ curā
noverit, vel circa eā ſe impedire poſſit, qa
fortaſſe Doctor eſt, & ſtudiis ſuis invigilat,
adeoque

Digitized by Google

vol. 2. fatetur: quò plus cautelarum ſit, eò plus præſumatur fradis, doli, & ſimulationis, per textum, quem ipſe commendat, tanquam optimum, ſi non oſcitanter expendatur *l. ita fidei. 40. ff. de jur. fiſci, ubi, ſecundùm eũ habetur, qui ita facit actũ, ne fraudẽ feciſſe videatur, contra eum magis præſumi fraudem, & notant Canoniſtæ in c. ad noſtram. extra de empt. & vend. & in c. illo vos extra de pignor. ac in primis Capolla de ſimulat. contract. in 9. præſumpt num. 48.* Conſuevit autem talis eſſe in contractu mutui forma obligationis, vel ſcripturæ privatæ, ad quam etiam aliorum contractuum formæ ſunt exigendæ:

Inſtrumentum executivum.

3 *Ego A. B. teſtatum facio hoc meo chirographo, pro me & meis hæredibus, quod vir ſtrenuus & providus C. D. ad preces meas, ipſa die data hujus cautionis, mihi mutuo dedit mille florenos, monetæ Saxonicæ, groſſa,* (a) *in taleris probis, ponderoſis & uſitatis,* (b) *quam ſummam ego in præſenti pecunia mihi realiter & actualiter adnumeratam, adq; ſecuras manus traditam, accepi, inq; rem & utilitatem meam ac meorum eam verſam eſſe, virtute hujus cautionis profiteor,* (c) *ipſumq; creditorem libero.* (d) *Et ſimul me obligo ad ſortis ſupra nominatæ reſtitutionem, faciendam creditori, ejusq; hæredibus,* (e) *& bonæ fidei poſſeſſoribus hujus inſtrumenti,* (f) *in Kalendis Ianuarii anni proximè ſubſequentis, absq; omni alia requiſitione vel interpellatione creditoris,* (g) *unà cum legitimis & per has provincias uſitatis interuſuriis,* (h) *in moneta groſſa, proba, ac tali, in qua creditum accipi, cum omnibus expenſis in eam rem factis, ac fiendis, & omni damno & intereſſe,* (i) *ſuper quibus omnibus & ſingulis nudæ aſſertioni creditoris, absq; alio proceſſu, liquidatione, vel juramento, ſtare, plenamq; fidem adhibere, ſtipulata manu promitto.* (k) *Proq; pleniore ejus ſecuritate, oppignoro* (l) *creditori omnia mea bona, mobilia & immobilia, ab omni nexu & onere æris alieni libera,* (m) *quæ vel de præſenti poßideo, vel deinceps quacunq; ratione acquiſiturus ſum,* (n) *cum omnibus juribus ibidem mihi competentibus,* (o) *Ac inſuper conſtituo, prædicta mea bona omnia & ſingula in poſterum non meo, ſed creditoris nomine poßidere,* (p) *neque ea ulteriùs, absq; conſenſu creditoris, vel obligare, vel aliter diſtrahere.* (q) *Et ſuper hac oppignoratione curabo, ut dominus, à quo recognoſco mea prædia vel feuda, huic meæ obligationi infra certum tempus conſenſum ſuum adhibeat.* (r) *Ac ſi, quod DEVS prohibeat, contingat, me fidem datam fallere, tribuo creditori meo licentiam & poteſtatem, præmemorata mea bona omnia & ſingula ſequeſtrandi, areſtandi, detinendi,* (s) *vel per viam paratæ executionis occupandi.* (t) *ita, ut in eorum poſſeßionem realem aut officio judicis inducatur,* (u) *aut ipſemet illa, ſine curiæ vel ſuperioris aditione, ingrediatur,* (x) *occupetq; privata authoritate, & retineat,* (y) *ac, ſi iſtam viam eligat, loco crediti, pro juſto pretio in ſolutum habeat,* (z) *plenoq; jure poßideat.* (Aa) *In qua poſſeßione, utendo fruendo bonis meis, tanquam ſuis, per omnia quemadmodum & in quantum ego uti frui, ſolitus fui, illa vendendo, obligando, vel quoquo modo alienando, de iisq; pro ſuo arbitrio diſponendo, non aliter per magiſtratum loci defendatur, quàm ſi ſolenniter, & ex cauſa judicati in poſſeßionem inductus fuiſſet.* (Bb) *Sin verò creditor meus plus ſpei reponat ſuper executione in perſonam, quam in bona mea, liberum ẽi illo caſu ipſi permitto, ut, in eventũ moræ, faciat me ſequeſtrari, capi, vel aliter in perſona detineri,* (Cc) *quando & ubicunq; me repererit.* (Dd) *Quin & ſi libet in eventum moræ obſtagiũ mihi inducere,* (Ee) *promitto ulteriùs, ad creditoris requiſitionem quamcunq;, etiam extra judicialem ſive in ſcriptis, ſive oretenus factam,* (Ff) *in quocunq; loco & diverſorio, quod mihi denominaverit, cum tot equis & ſervis, ſponte me ſiſtere, & inde non recedere,* (Gg) *donec ſolvam ultimum quadrantem pecuniæ mihi creditæ, cum omnibus uſuris & intereſſe, ad beneplacitum creditoris, ejusq; hæredum, & bonæ fidei poſſeſſorum hujus cautionis.*

tionis. Quibus præmemoratis remediis compulſivis omnibus & ſingulis, tàm in perſonam, quàm in res meas, (Hh) *licebit creditori ſimul uti, atq; uno ad aliud diſcedere, ac rurſum habere regreſſum, uno eodemq; tempore, & loco,* (Ii) *vel etiam diverſis temporibus & locis, unius tribunalis executione alterius tribunalis executionem aut proceſſum, non impediente, vel retardante, juribus diſponentibus, quòd, ubi cœptum eſt judicium, ibidem etiã finem accipere debeat, non obſtantibus.* (Kk) *Ac, ne aliqua ratione videar meæ obligationi contravenire velle, renuncio exceptionibus non numeratæ vel non receptæ pecuniæ,* (Ll) *doli mali, fraudulentæ perſuaſionis,* (Mm) *violentiæ ac metus* (Nn) *& cujuſcunq; læſionis, aut machinationis,* (Oo) *ac ſpecialiter illis legum beneficiis, quibus prohibetur ab executione proceſſum inchoari,* (Pp) *item, quòd debitor pro pecuniariis & civilibus cauſis in perſona detineatur* (Qq) *ſicut & remedio ceſſionis bonorum . . omnibus aliis remediis, exceptionibus, ac dilationibus, de jure ſcripto, vel non ſcripto.* (Rr) *item ex ſpeciali mandato vel indulto Cæſareæ Majeſtatis quocunque modo impetratis, vel deinceps impetrandis,* (Ss) *ſtatutis etiam & ordinationibus, ſive generalibus, ſive particularibus, de præſenti extantibus, aut in poſterum exituris, exceptioni contractus non ita celebrati vel initi, plusvé minusvé item geſti, quàm quod continetur in literis:* (Tt) *& ſummatim omnibus aliis in univerſum privilegiis, ſive generalibus, ſive ſpecialibus, item exceptionibus, de jure vel facto competentibus, ac ſpecialiter juribus, dicentibus, generalem renunciationem non valere, niſi præceſſerit expreſſa ſpecialis.* (Vu) *Adeò, ut hæc mea obligatio in omnib. ac ſingulis punctis & clauſulis, ſine aliqua tergiverſatione, vim legis obtineat. Quæ omnia & ſingula ſuprà ſcripta ſtipulata manu, ſub fide mea* (Xx) Bey meinen Fürſtlichen/ Gräfflichen / Adelichen Ehren/ Trewen / vnd gutem Glauben (diverſificando clauſulam ſecundum dignitatem perſonæ, cum qua contrahitur) *loco juramenti corporaliter præſtiti, promitto, & in me recipio fideliter obſervare, ac in nullo contravenire.*

Adjiciuntur ut plurimùm etiã fidejuſſores, majoris aſſecurationis gratia, his aut ſimilibus verbis:

Et pro majori aſſecuratione eorũ omniũ, quæ continentur in præſenti inſtrumento, rogavi cognatos & amicos meos, E F. G H. *&* I K. *ut fidẽ ſuã pro me interponant,* (Yy) *tanquam principales. Et nos fidejuſſores ita rogati, fidẽ noſtrã pro principali reo obligamus, cõſtituendo nos pro hoc debito principales,* (Zz) *promittimusq́ue omnes & ſinguli, ſeparatim & conjunctim, pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris,* (Aaa) *quòd, in caſu non factæ ſolutionis ad diem in hac cautione præſcriptum, ipſimet creditori ſponte, ſine aliqua ejuſdem requiſitione, vel ſi, nobis ceſſantibus, ab illo quoquo modo & quandocunq; interpellati fuerimus, non obſtante cujuscunque temporis curſu,* (Bbb) *poſt moram debitoris computando, tam de ſorte, quam de promiſſa interuſurio, cum omnib. expenſis, damnis, & intereſſe, ſolvemus. Ad cujus rei majorem evidentiam & fidem, nos ipſi oppignoramus omnia bona ac jura noſtra, præſentia & futura, liberam creditori tribuendo poteſtatem, poſt moram, pro executione hujus debiti, omnibus viis compulſivis, quæ competebant ei contra principalem, iiſdem etiam adverſus nos omnes & ſingulos, hæredesq; & ſucceſſores noſtros utendi, ſive in perſonam, ſive in bona noſtra, ſive ad utrumq; ſimul, ac vel eodem tempore & loco, ſive diverſis temporibus & locis intendatur executio. Sicut & adverſus nos, ac ſucceſſores noſtros quoscunq; omnes cautelas & clauſulas præmiſſas, & circa obligationem rei principalis proditas, hoc loco pro repetitis & expreſſim inſertis haberi volumus.*

Circa finem inſtrumenti ſubjiciuntur uſitatæ clauſulæ renunciationum ſub forma ſequenti.

Renunciamus præterea in ſpecie beneficio authen. præſente. C. de fidejuſſorib.

(Ccc) *diviſionis, vel epiſtola D. Hadriani* (Ddd) *cedendarum actionum,* (Eee) *& novarum conſtitutionum, de fideiuſſoribus, & plurib. debendi correis, omnibus etiam aliis exceptionibus, principali noſtro quandocunq; & quoquomodo, ſive nunc competentibus, ſive in poſterum competituris: adeò, quod contra hanc noſtram obligationem, & tributam licentiam parata executionis, poſt terminum ſolutioni præfixum, non tuebitur nos ulla exceptio, nullum reſcriptū, nullum areſtum, aut præceptum, ſive principale, puta ab Imperatore, vel Pontifice, ſive à quibuſcunq; R. Imperii ſtatibus aut ordinibus impetratum, ſive deinceps impetrandum, nec appellationis aliquod remedium, quin, iis non obſtantibus, ad paratam executionē omnibus ſupraſcriptis modis & viis procedi, & uno electo ad alterum recurri, vel utrumq; ſimul cumulari poſſit, ſecundùm id, quod habet aut ſonat noſtra vel debitoris noſtri principalis obligatio, eò uſq;, donec ad arbitratum creditoris ipſi ſatisfiat. Quibus ſupraſcriptis ſingulis, & omnibus aliis jurium beneficiis ac remediis, etiam quæ expreſſa non ſunt, non aliter, atq; ſi particulariter & nominatim in hoc ipſo inſtrumento comprehenſa & ſpecificata fuiſſent,* (Fff) *ego principalis, & nos fideiuſſores, providè, omnibus benè deliberatis & perpenſis, renunciamus, ac ſub fide noſtra nos obſtringimus, iſta omnia & ſingula, quæ in his literis continentur, fideliter præſtare, neq; contrà facere, de jure, vel de facto: remotis omni fraude doloq;. Quarum literarum fidem ego N. principalis, & nos NN. fideiuſſores ſigillis noſtris congenitis & ſolitis, ſicut & autochiris noſtris roboravimus ac communivimus.*

Explicatio formulæ. In hac formula inſtrumenti, habentis paratā executionē, ex pacto inter contrahentes appoſito, inſeritur primò loco clauſula: (*a*) ACCEPTÆ ET SOLUTÆ PECUNIÆ IN MONETA GROSSA, quę innuit, pro taleris acceptis debitorē non poſſe ſolutionem facere de nūmis triobolaribus, trinariis, aut alia minuta pecunia, *per ea quæ tradit Bart. in l. Paulus 101. num. 4. ff. de ſolutio.* Nā etſi moneta, etiam diverſæ formæ, quando ſaltē ejuſdem eſt ligæ & æſtimationis, & ſic æquivalet acceptæ, reſpui non debeat. *gl. l. 2. §. mutui. verb. non poſſit. ſi cert. pet.* ac facit textus *l. 1. de contrah. empt.* ubi dicitur: pro ſubveniendo difficultatib⁹ contractuū, circa permutationes mercium pro mercibus, electā eſſe materiam, cujus publica & perpetua æſtimatio æquiparet quantitatē quarumlibet merciū, eamq; in forma publica deinceps percuſsā fuiſſe, uſumq; ſuum non tàm ex ſubſtantia, quàm ex quantitate præbere. Cui cōſonat illud Pomponii *in l. 1. §. fi. de auro & argent. leg.* ubi habetur: quòd debitor certi ponderis argenti, liberetur ipſo jure, dando pecuniam numeratā, ſi in pecunia ſoluta eadem fuerit æſtimatio. Nec enim tam ad ipſam maſſam materiæ, quàm ad pretiū præſentis temporis, reſpectus habitus fuit, *l. cum certum. 9. l. cum aurum. 19. l. Titiæ amicæ. 35. in verb. aurum vel pretium auri. de auro & argent. leg.* ac facit. *l. ſi quis argentū. 35. ibi: vel in ipſo argento, vel in ejus æſtimatione. C. de donat.* ſic pro argento aurum ſolvi poteſt. *l. 1. C. de arg. pretio. lib. 11.* Ac, quòd pro pecunia ſignata unius monetæ liceat ſolvere aliam pecuniā ſignatam, alterius formæ & impreſſionis, puta, pro ſolido Mutinenſi ſolidum Bononienſem, item minutam pecuniam pro groſſa, & ècontra, probat gloſſa magna *in l. 2. §. mutui. verſ. ſed Hugo. ſi cer. pet.* quām ſequuntur Cynus Bald. Bart. & Aug. ibidem, & in *l. ſiuctus. 7. §. ob donationes ſol. matr. & in l. quæ extrinſecus. 65. de verb. oblig.* item Paulus de Caſt. in l. Paulus reſpondit. 101. n. 3. de ſolut. ac Salic. in l. ſi quis argentum 35. nu 1. & 2. C. de donat. lateq; Franciſ. Curt. in d. §. mutui. n. 14.* & hæc ſententia communis eſt, teſte Alexandro de Imola *in d. §. mutui n. 2. & in additione ad Bartolum ibid. n. 7. lit. D* ubi eodem modo refertur: iſtam opinionē magis communem eſſe, ibidemq; Bartolus teſtatur, iſtam opinionem approbari uſu, & ſic illi ſtandum eſſe. *Bartolus d. §. mutui. num. 4. in fin. per l. Imperatores. 71. de contrah. empt.* quod & Baldus obſervari generali conſuetudine totius mundi tradit, *in l. libera. 8. num. 7. C. de ſent. & interlocut. omn. judic. verſ. & nota, quòd diverſitas pecuniarum. idemq; firmat Alexand. de imola in addit. ad Bartol. in d. l. Paulus. 101. num. 4. verb. dare florenos. litera B.* Prædictis

4 *An nummi mutuo dati in alia forma reddi poſſint.*

5

6

tamen

tamen non obſtantib⁹, contraria ſenten-
7 tia verior videtur, quòd videl. creditor in propoſito monetam in parvã aut minutam pro groſſa accipere non teneatur. Primò ſiquidem regula eſt: creditorem non cõpelli, unũ pro alio, & ſic nummos mutuo datos in alia & diverſa moneta vel forma, quàm dedit, invitũ recipere. *d. l. 2 ff. mutui datio, in fine, cum l. cum à quo 16. C. de ſol. & liber. & l. ſi ſe non obtulit. 4. ff. f. de re judic. l. promiſſor. 21. §. fin. de conſtit. pec. l. item liberatur. 6. ff. qui paratus. quib. mod. pig.* Deinde etiam quia cõrraria omnia loquuntur in caſu, quando eſt eadem bonitas intrinſeca, quò ad materiã argenti vel auri, & extrinſeca, quò ad valorem. *d. l. cùm quid 3. ibi: in eadẽ bonitate, ſi cert. pet. ac facit optimus text. in l. 1. ibi. dũmodò & debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ. C. de vet numiſm. poteſtate. lib. 11.* ita, ne ex redditione monetæ in alia forma creditor habeat expectare aliquod damnũ. *l. Paulus reſpondit. 101. ibiq; Caſtrenſ. n. 3. ff. de ſolut.* Scio ſane Dd. communiter
8 concludere, intrinſeca bonitatẽ monetæ conſiſtere in ſolo curſu, valore & æſtimatione, quam habet à publico, utpote, quæ conſtituit formã, ſubſtantiam & eſſe ipſorũ nummorũ, ſine quo valore nummus inexpendibilis eſt, & publica approbatione remota, deſinit eſſe pecunia, *l. eleganter. 24. §. qui reprobos. de pign act junct. l Iulian. 9 §. ſed & ſi quis. ad exhib & fac. l. 1. C. de veter. numiſmatis poteſtate lib. 11.* Verũ quid reſpondeant ad jura in contrariũ allegata, non ſatis percipio. Primò namq; textus *in l. 1 de contrah. emt.* ad ſubſtantia nũmi requirit tria, primò bonitatẽ materiæ, ibi, Electa eſt materia, puta auri & argenti, pro ut ſuppler ibi gloſſa. Secundò formã publicã *d l 1 ibi:* Forma publica percuſſa, quam aliqui extrinſecæ bonitati connumerant. *Afflict. d. c. un. verbo, monetæ, num. 6. Quæ ſint regalia, ac notat Brun. de aug. mon n. 15. per l. 2. C. de falſ. moneta Laudenſis eodem tractatu de monetis, n. 12.* Tertiò deſiderat *d. l. 1. de contrah. emt.* juſtum & legitimum pondus monetæ: ibi: non tam ex ſubſtantia, quàm ex quantitate, hoc eſt, ex pondere uſum ſuũ præbet. Et quòd vocabulũ quantitatis ibidẽ accipiatur pro debito pondere, ſatis convincit textus *in c. quanto. extra de jurejur.* ubi moneta Regis Arragoniæ ex eo ſolo capite abrogatur, & pro reproba judicatur, quod fuit defraudata legitimo pondere, eodemq; modo *l. 1. C. de veteris numiſm. poteſt. l. 11.* requirit in moneta publica hæc duo, quaſi pro ſubſtantia, probitatẽ videl. materiæ, item debitum pondus. Sic itaq; ſolus valor ſine materiæ bonitate & legitimo pondere non conſtituit ſubſtantiã nummi, quemadmodũ & hæc duo non præſtant uſum expenſioni monetæ, niſi accedat valor publicus. Etſi verò non referat creditoris, 9
utrum accipiat taleros Saxonicos, aut alterius Principis in Imperio Romano, quia omnium eſt eadem bonitas intrinſeca & extrinſeca, juxta conſtitutiones Imperii, & ita de ſimilibus: tamen ſecùs eſt in minuta moneta, ex qua id reſultat incommodi ad creditorẽ. Primò, quia in numerando & iterũ expendendo, multùm conſumitur temporis, & accipiens faciliùs fallitur, accipiendo reprobos nũmos pro probis. Secundò, moneta parva ponderoſior eſt, & plùs loci occupat in vaſis vel ciſtis, & difficiliùs, majoriq; cum periculo transportatur de uno loco in aliũ. Adde & illud, quia talis minuta moneta minoris alibi, vel etiam nullius eſt valoris, recte Franciſco Curtio *in tract. de moneta, qui habetur in 1. volumine tractatuum n. 24. poſt Martinum Laudenſem in eod. tract. de moneta, qui habetur ibidem vol. 10. n. 3. 4. & 15.* Ultimò etiã bonitas intrinſeca non reſpondet bonitati majoris monetæ, prout paulò pòſt monſtrabimus, hanc ſolutionem innuit *gloſſ. in d. l. 2. ff. mutui. verb. non poteſt. ibi:* æſtimatio eſt in nummis argenteis, ære non contaminatis quaſi dicat: etiamſi quantitas debeatur in moneta groſſa: tamen poteſt ſolvi etiam in minutiore, dummodo ſit æqualis bonitas, tàm circa materiam, puta, quòd non ſit ultra modũ ære contaminata, quàm etiam circa formã, hoc eſt, æſtimationem. *& concordat gloſſ. d. l Paulus reſpondet. 101. in verb. cogitur recipere in alia forma, ſi ei damnum non eſt, de ſolut. & hoc eſt de mente Baldi in d l libera. 8. num. 6. C. de ſent. & interloc. omn jud. & Bartoli in d. l. Paulus. 101 n. 4 ibi: non tenetur accipere in alia moneta, quæ non ſit ejuſdem ligæ. ac Curtius ubi ſupra de monet. num 23.* Eundem ſiquidem uſum debet præſtare pecunia quæ redditur, in forma, quem præſtat in materia, & tantùm in materia, quantùm præſtat in forma. *Bart. d. ff. mutui. n 6.* adeoq; non ſufficit, eandem præſtari æſtimationem in diverſa forma monetæ, quæ ſolvitur, niſi ejuſdem etiam ſit materiæ, & puritatis, æqualiſq; bonitatis cũ moneta accepta, aliàs damnificaretur cre-

T 2 ditor.

ditor. *d. l. Paulus reſpondit 101. crediterem. & Ferrarienſis in form. reſponſionis libelli pro actione hypothec. § relaxandū. n. 2. per l. eleganter. 24. §. qui reprobos. de pign. act. & l. cùm quid. 3. ſi cert. pet. in f & notat Ant. de Butr. in c quanto. num. 14. extra de jurejur. ac facit l. cum quid. 3. ibi: id agi intelligatur, ut ejuſdem generis in eademq́ bonitate reddatur, qua datū eſt. ff. ſi cert. pet. Baldus in l. ſi quis argumentū. 35. in princ. C. de donat & in d. l. libera. 8 nu. 6. C de ſent. & interloc. omn. judic.* Quòd autem in nummis, triobolaribꝰ, trinariis, & aliis hujus generis monetis minutis, utcunque habeant ſuā deſignationem & æſtimationē à publico, ſecundùm pondus vel numerū, minùs eſt de materia vel argento, quàm in taleris, patet, ultrà ſuperiùs enumeratas difficultates, quòd, quæ
10 moneta citiùs eſt reducibilis ad primā materiam auri vel argenti, unde conflata eſt, dicitur eſſe melior *Bart d. l. 2. §. mutui datio. n 4. & 7.* nummorum verò reſolutio in primam materiā eò difficilior eſt, quò majori ære reperiuntur contaminati, &
11 plùs additamenti de cupro participant. Quod ſanè neceſſariò fit: primo ob expenſas, quæ in cudendo tales monetas fiunt, & longè majores ſunt, quàm in ſignandis taleris, ſicut probat experientia. Quantumvis enim numiſmata publica publicis expenſis cudenda, nec pluris taxanda forent, quam materia ipſa ſine publico charactere æſtimaretur, *ſecundùm gl. d. l. 1. de contrah. empt. verb. præbet. ac tradit Matth. de Afflict. deciſ 90. item Bart. in l. Paulus. 101. num. 5. ff. de ſolut. per l. 4 §. 1. finium regund. & idem Bart. in l. qui falſam. 19. num. 9. ad l. Cornel. de falſ. & in l. 1. §. fi. num. 1. de auro & argent. leg. ubi reprehendit Innocentium tenentem contrarium, in c. quanto. extra de jurejur. & hanc opinionem communiter teneri refert Curt. jun. in l. 2. §. mutui datio. num. 12. ff. ſi cert. pet.* tamen con-
12 traria ſententia, quòd nimirùm ſumptus, qui in cudenda moneta fiunt, augeant ejus æſtimationem, quantumvis intrinſeca bonitas non reſpondeat valori nūmorū dato de publico, magis communis eſt, & in quotidiano uſu practicatur, *Innoc. in c. quanto in princ. ibidemq́ Abbas num. 11. Anton. de Butr. 10. Ioan. de Imol. 17. Egid. de Bellam num. 2. de jurejur. Laudenſis in tract de monet. num 9. Petrus Velluga in Speculo Principum, tit. de mutatione monetæ. num. 7. Boër. deciſ. 327. num. 3. Albertus Brunus in tractatu de augment. & diminut. concluſ. ult. num. 2.*

Quam quidem ſententiam hodiè communiter obſervari in practica, teſtatur ipſemet etiam Barr. *in l 2. mutui datio. n. 7. ff. ſi cert. pet ac probat idem Didac. Covarruv. in quæſt. practicis, de veterum collatione numiſmatum. cap. 7. num. 5. Molin de contract q. 100. num 798.*] & idem de mutatione monetæ *in princ. & num. 3. per multas autoritates, de quibus ibi,* additque, iſtud jamdudum in toto orbe Chriſtiano receptum eſſe, *quod & Curt. refert. d. l. 2. § mutui. nu. 12 per l. 1. §. 1. & l. videlicet. 29. ex quibus cauſ. major ac facit l. ſed ſi quis ex ſignatoribus. 7. quemadmod. teſtam. aper.* Deinde in reductione ſignatæ monetæ ad primam 13
materiam, plùs iterum fit impendii, propter ſeparationem cupri ab argento, ideò receptum eſt, in minuta moneta non recte fieri ſolutionem pro groſſa. *Barr. l. 2. § mutui datio. num. 4. & 7. & ibi Iaſ 9. Cynœus. num. 10. verſ. advertatis Bal. 6. Angel. de Peruſ. 3. Salic. 9. Franciſc. Curt. jun. num. 16. & 17. Albericus de Roſa. 14 Paul. de Caſtr. 7. Franc Ripa 12. Odofred. 5. & Alex. de Imo. num. 2 ſi cert pet. ubi addit Alex. hanc diſtinctionem communiter approbari.* De quo quidem hodiè minùs eſt dubii, propter or- 14
dinationem de monetis, per Ferdinandū Imperatorem anno 1559. Auguſtæ publicè promulgatam, ubi in genere definitur: quòd nemo cogatur, in ſolutionem qualemcunque ſummæ alicujus notabilis, de minuta pecunia ultra 25. florenos accipere, reliqua vero omnia etiamſi ſpecialiter ea de re conventum nihil ſit, in groſſiore & uſitata ſolvi debent. Accedit, quòd in terminis hujus quæſtionis, quam formula noſtra deſcribit, iſtud fuerit expreſſe actum, ut in eadem moneta groſſa, in qua debitor accepit creditum, & non in alia, fiat ſolutio, iſtud enim placitum partium obſervandum eſt, *Paulus de Caſtro in l. Paulus reſpondit. 101. num. 3. de ſol.* ad hoc, ut pactum aliquid opere- 15
tur. *l. ſi quandò. 109. ibi: alioqui fruſtra. de legat. 1. l. ſi ſtipulatus. 4. de uſur. cum l 1. in fi. ad municip. ac facit l exempto 11. ibi: nihil magis bonæ fidei congruit, quàm id præſtare, quod inter contrahentes eſt actum. de act. empt.* & in ſpecie Franc. Curt. jun quantumvis *in d l. 2. §. mutui.* teneat aurum pro argento, & econtra, item pro argento monetā argenteam, ejuſdem tamen pretii, ſolvi poſſe: tamen limitat, iſta, niſi aliud fuerit conventū. *Curt. d §. mutui. n. 14. verſ ultimò pro iſta infra.* Eandemq́ reſtrictionem

innuit

innuit etiam Panorm. *in c. quanto n. 15. extra de jurejur. verſ.* ant fuit dictum, mutuo
in florenis, & volu mihi reſtitutionem
16 fieri in florenis, quo caſu in alia moneta,
quàm accepta, maximè alterius materiæ
puta argenti pro auro, vel econtra, ſolutio fieri non poteſt *Abbas, ubi proximè* Imò,
quòd ex obligatione, concepta de certa
ſpecie monetæ reddenda, creditor non teneatur recipere aliam monetam, quantũvis probã, & conformẽ æſtimationi promiſſæ monetæ, teſtatur per multas authoritates Didac. Covarr. *de vet. numiſ. collat.*
17 *cap. 7 §. 1. n. 1.* licet addat, conſuetudine cõtrarium receptũ eſſe. Sed ſuſtinetur prior
opinio, per prætactũ edictũ Ferdinandi
Imp. diſponens: ſolutionem eſſe faciendam in ea moneta, qua de cautar cautio
mutui deſuper confecta, *publicatũ Auguſtæ an. 1559. §.* Die jetzo gemelte Reichsmüntzungen. ubi habetur: Was uff Gold geteidinget und verſchrieben iſt / deß gleichen was hinfort alſo geh andelt / paciſcirt, oder angedinget wird / das ſoll mit Golde, und nicht mit anderer Müntze bezahlet werden. Et in multorum adhuc recenti memoria hæret, cùm
Bohemici groſſi, quorum viginti conſtituunt unum florenum uſualem, in his regionibus ab uſu recederent, quendam
tunc magni nominis Principem, ut a quadam civitate libera imperii redimer præfecturam, quondam oppignoratam pro
aliquot mulenis florenis, in nulla alia
moneta, quam Bohemicurum groſſorũ,
rurſum exſolvendis, coactum fuiſſe, precibus imperrare à Ferdinando Imperatore, ut ad eam quantitatem denuò de novo cudi faceret in Bohemia tales groſſos,
pro ſatisfaciendo voluntati creditorum,
& tenori ipſius obligationis: licet aliud
determiner Ferrar. *in forma reſponſionis libell. ſuper act. hypot. verb. relaxandum jure pignoris. num. 3.*
18 (*b*) PUNDEROSIS, PROBIS, ET USITATIS, aut, prout fieri ſolet, quòd creditores
provident ſibi in inſtrumentis de reddendo nummos ejuſdem materiæ, valoris,
ponderis, & curſus, *de hoc videatur Anton. de But. in d. c. quanto, num. 10* velut Afflictus
loquitur, ejuſdem ligæ, ponderis & tenutæ, *Afflict. c. un. verſ monetæ. num. 6 quæ ſunt regalia.* Quantumvis enim moneta talis
ubiq; cudi debeat, ut quibuſcunq; in locis
tanti expendi valeat, prout habet æſtimationem, *Bald. d. c. quanto. num. 11. extra de jurejur. per l. ideo arbitrium 3. ff. de eo quod*
19 *cer. loco.* ejuſdemq; valor æſtimetur nummis minutis, ſicut & econtra minutæ
monetæ valor taxatur & æſtimatur per
groſſiorem. *Ant. de Butr. in d. c. quanto. n. 12.*
tamen ob difficultatem temporũ, in quæ
incidimus ratione bellorũ, & aliarũ tempeſtatum, videmus alicubi cudi monetas
etiam groſſiores, in taleris, ad exemplum
& imitationem earum, quæ in Imperio
Romano uſurpantur, pondere quidẽ non 20
multum diſtantes, ſed differentes bonitate intrinſeca, propter contaminatiunẽ
æris vel cupri, quod habent admixtum illæ extraneæ monetæ, excedentis mixturam cupri in ſignatis nummis Imperii;
adeoq; nun rectè fieret ſolutio alicujus
quantitatis debitæ in taleris, ſi ſolvantur
extranei & forenſes, extra videl. territoriũ
imperii Romani ſignati vel impreſſi, cùm
in monetis, *ut ſupra etiam tactum fuit. nu 8.*
triplex bonitas vel probitas cõſideretur,
circa videl. materiã, formam, & æſtimationem, *teſte Alberto Bruno in ſuo tract. de mo* 21
netis, qui habetur in 2. vol. tractatuũ. n. 13. & Panorm. d. c. quanto n. 9. Materia ſiquidẽ
in ſe debet eſſe proba, puta argentea, vel
aurea, non adulterata *l. 1. & l. fin. C. de vet. numiſ. poteſt. cum l. 1. C. de ponder. & auri il-*
lat. l. 1. C. de auro coronar. l. 1. C. de argent. 22
pretio. lib. 10. ac facit l. 1. §. 2. ibi: electa materia eſt. ff. de contrah. empt. Forma eſt impreſſio, vel ipſum ſignum publici characteris, aut inſcriptio Principis, authoritate publica, non autem privata, monetis
adjecta, juxta illud Chriſti: Cujus eſt inſcriptio *Math. 22. ac notat Brunus de monetis num. 15 per d. l. 1. §. 1. ibi: forma publica per-*
cuſſa de contrah empt. poſt Panorm. & Anton. 23
de Butr. in d. c. quanto. & Bart. in l. 1. & 2. C. de falſ. monet. cùm monetas cudere ſit
unum de regalibus. *c. un. verb. monetæ, quæ ſint regalia Fab. de monte, in tract. de empt. & vend. 5 quæſt. princ. n 3 & 4.* [& quidem de
Regnalibus Majeſtatis. Quia jus cudendæ
publicæ monetæ & poteſtas concedendi
aliis magiſtratibus jus formandæ monetę 24
publicæ, ſoli competit Imperatori, *l. 2. C. de falſ monet.*] Æſtimatio autem, quam &
valvam, & valorem monetæ nuncupant,
aſſignatur à publico, adeò, quia nonnunquam unius & ejuſdem monetæ valor,
etiam in uno eodemq; loco diminuitur,
aut extollitur, pro conditiune temporis,
& locorũ conſuetudine, *per ea, quæ tradit Ant. de Butr in d. c. quanto n. 12. & ibi Panor. ac ſequitur Brunus, ubi ſupra nu. 15. verſ valor. item Fab de Monte in tract. de empt. & vendit. d. 5. quæſt princ. n. 6.* Martinus verò Laudenſis

ſi hanc diſtinctionē brevius contrahit,
ſecundùm doctrinā Dd. in l. quæ extrinſecus. 65.
de verb oblig & conſiderat duplicem tan-
tùm bonitatem vel qualitatē, circa num-
mus ſignatus, unam intrinſeca, quæ con-
ſiſtit in materia argenti vel auri, ut vide-
licet ſit puta, uſq; ad additamentum cu-
pri, correſpondens expenſis in cudendo:
item, in pondere, puta ne in libripendio
25 poſita exiſtat vilior aliis. Alteram in ex-
trinſeca probitate, quam efficit forma
characteris publici, & valor a communi
vel publico deputatus, prout approbatur
uſu vel curſu cujusq; loci & temporis, ac
ſequitur Baldus in d. c. quanto. n 9 Laudenſis in
tract. de moneta qui reperitur vol. 10. num. 18.
& 19 Didac. Covarr in quæſt pract. cap 8 de
vet numiſm collat. n 1. Carol. Molin. de com-
merc q 93. n 716 de quibus videantur, quæ
latiùs proſecuti fuimus ſuprà num. 7. & 8. cum
26 ſeqq. Quid autem juris ſit in moneta, quo
ad æſtimationem, a tempore contractus
mutata, vel etiam totaliter abrogata &
prohibita, cujus temporis æſtimatio circa
ſolutionem attendenda ſit, videantur. Ja-
ſon. Bart. & alii, in l. cum quid 3. l. vinum.
22 ſi cert. pet. Canoniſtæ in c. quanta. extra
de jurejur. item Albertus Brunus de mutat.
mon. p. 1. n. 3 p. 2 n 2, 3 4. 5. 6. 7. & part. 8.
n 3. item part. 18 limita 8. n. 8.

(c) In rem et utilitatem meam
ac meorum versam esse. In rem
27 verſionis ideò fit mentio, ut videatur ad
luſum, vel aliam prodigalitatem debitorē
datum mutuum, quod non repetitur, ſi
mutuo dans fuerit colluſor, aut mutuum
accipiens prodigus, quamvis inſtrumen-
tum executivum deſuper confectum fue-
rit. Salic. in auth alearum uſum. num. 1. & 3.
C. de relig & ſumpt. fun juncta l ii cui bonis.
6 ff. de verb oblig. Secùs, ſi ludens, & ali-
ter non prodigus, à tertio ſumſiſſet mu-
tuum, ei enim competit repetitio, gloſ. l. 1.
verb. ſimpliciter. ff. de aleator. Imola in l. ſi quis
cùm ſciret. 8. & ibi Bart. pro empt. Panorm. in
c. penult. nu. 15. extra de vita & hon. cler. &
idem Bart. in l ſi filiusfam. 2. §. ſi in alea. ff.
quarum rerum act. non datur. Sic videmus,
28 ubi filiusfamilia datur mutuum in vita pa-
tris, eo caſu ceſſare repetitionem, l. 1. ad
Macedon. niſi talis pecunia in rem & utili-
tatem ſtudiorū fuerit collocata, quo caſu
non juvabitur debitor exceptione Mace-
doniani contra creditorem, Bald. in l Ma-
cedoniani. 5. per illum textū in verb. ſtudiorum
vel legationis cauſa, & l. f. §. f. ad SC. Maced.
l. ſed ſi paterfam. §. hoc ſenatus conſ. ff. eod.
Idemque ſi civitati fiat mutuum, & tota 29
univerſitas civitatis, legitime convocata,
confiteatur in inſtrumento, iſtud in uſū
communitatis verſum eſſe, tenebitur ef-
fectualiter ſolvere, ad quod aliàs non te-
neretur, niſi liquidis documentis proba-
retur verſio. l. civitas. 27. & ibi Bart. ff. ſi
cert. pet. Idemque etiam de pupillo ac ec-
cleſia ſentiendum eſt, Bart in l. 1. C. quis &
adverſ quos. Alex. & Bald in l ſingularia. 15.
in fin ff ſi cert. pet. & idem Bald. in l. ei, qui
ſervo. 7. C. quod cum eo, qui in alien poteſt Et
generaliter iſtud verum eſt, ſi quis con-
trahit cū vero ſimiliter mox conſumtu-
ro, talis contractus adeò videtur eſſe pro-
hibitus, ut ne quidem juramento valida-
ri poſſe credatur, ſecundùm Abbatem in c.
cùm contingat. n 206. extra de jurejur. per l.
ſi quis cum ſciret. 8. ff de uſucap. pro empt Sic 30
mutuum, factum, pro refectione, cujus
fit mentio in contractu, ejus operatio-
nis eſt, ut tribuat privilegium ſaltem per-
ſonale, cujus ratione mutuator aliis cre-
ditoribus chirographariis præferatur. l.
qui in navem 26 juncta ibi gl. & l. quod quis.
34. cum l. ſi ventri. 124. §. 1. de privil. cred.
juncta l. interdum 5. & l. hujus. 6. qui pot. in
pig. & l quamvis. 7. C. de pig.

(d) Ipsum creditorem libero. Hæc
clauſula probat, quod creditor impleve- 31
rit ſuam obligationem de dando mutuo,
a qua ſe liberavit per adnumerationem
pecuniæ promiſſæ, arg l. decem 116. de
verb. oblig. & ejus, quod tradidit Bald. in l ſi
abſenti. 4 num 9 C ſi cert pet per l. minor
25. annis, cui fideicommiſſum 40 in princip ibi:
caverat ſe accepiſſe. ff. de minor, ex quo in cau-
tione fatetur reus, tantam pecuniam ad
ipſius manus perveniſſe, ideoq; ſe viciſſim
obligat ad redditionem dicti mutui, in
loco & tempore deſignatis. l. 1. 2. & 3. l.
ſi intra 5 l. ſi quaſi 7 C. de non num. pec & c.
ſi cautio. extra de fide inſtrum. qua de re ta-
men, &, an iſta clauſula excludat exce-
ptionem non numeratæ pecuniæ, ſaltem
infrà biennium proponendam, pauló
pòſt in verb. renuncio exceptioni non
numeratæ nu 243. & ſeqq. latiùs agemus.

(e) Hæredibus. Hæredis vocabulum 32
hoc loco membranam occupat, & ad
ſuperfluam cautelam, pro tollenda omni
dubitatione, vel diſputatione adjicitur,
l quæ dubitationis. 81. de reg jur. ſiquidem
& alias, ut maximè in inſtrumento de eo
nihil dictum fuerit, talis obligatio hinc
inde

inde activè vel paſſivè regulariter ad cõtrahentium hæredes tranſitoria eſt. *l. ex contractu. 49. ff. de act. & oblig. l. 1. C. ut act. ab hæred. & contra hær. incip.* & in ſpecie manusinjectionis ex pacto competentis tradit Baldus *in c. ſi qua verò, nu. 7. in fin. de pace jura. firm.* addendo rationem, quòd iſta manusinjectio non competat ex privilegio, ſed ex jure communi, *allegat. l. qui ratiario. 30 ff. de pig. action ſed eſt melior textus, ubi etiam alii Dd. notant, in l. creditores. 3. C. de pignor. de quo tamen plura videantur infra n. 312. cum ſeqq.*

(*f*) Bonæ fidei possessoribus ideò 33 additur, quòd pacta manusinjectionis, & ſimiles obligationes non proſint aliis perſonis, quam contrahentibus. *l. ſtipulatio iſta habere licere. 38. §. alteri. l. inter ſtipulantem. 83. de verb. oblig.* & iis, in quas jus ſuum creditores tranſtulerunt. Quis autem dicatur bonæ fidei poſſeſſor, paulò pòſt explicabimus *in 2. Parte hujus Operis cap. 2. num. 77. cum ſeqq.*

(*g*) In Kalendis Januarii, absq; 34 omni requisitione creditoris. Hæc clauſula ideò neceſſaria eſt, ut debitorem ipſo jure conſtituamus in mora, cujus multi & magni ſunt effectus, *de quibus habetur in l. mora. 32. ibidemq; gloſſa in verbo, difficilis. ff. de uſur* ne videlicet opus ſit interpellare debitorem, qui fortè ſui conveniendi nobis ſubtraxit copiam, & antè moram ad uſuras nullas tenetur, niſi demum à tempore requiſitionis, congruo loco & tempore factæ. *d. l. mora 32.* cùm non omnis dilatio ſolutionis inducat cõmiſſionem moræ, *l. ſciendum. 21. eod. tit. ac facit l. ſi ex legati. 23. de verb. oblig cum l. quod te. 5. ſi cert. pet.* Diei verò certæ appoſito, maximè cum dicta clauſula, in contractibus interpellat pro homine ipſo jure, adeò, ut deinceps non pateat excuſationi locus, quaſi nullus debitorem admonuerit, *l. magnam. 12. ibidemq; Bald. & Salic. C. de contrah. & commit ſtip. l. 2. §. fin C. de jure emphyt. l. creditor. 3 C. de pignor. l. pecuniæ. 9. ff. de uſur l. ſi fundus. 4. §. fin. de lege commiſſ. l. Thau. 41 §. intra de fideicommiſſ. libertat.* ac, quòd ſtatim pòſt lapſum diei, ipſo jure incurratur mora, nec expectetur tempus etiam modicum, hæc ſententia communis eſt. *Bolognetus conſ. 16 num. 2.*

(*h*) Legitimis interusuris. Hæc 35 adjectio inde eſt, quòd de jure civili regulariter non debentur uſuræ ex contractu mutui, niſi per ſtipulationem ſint promiſſæ. *l. quamvis. 3. C. de uſur.* ſuper quo

De uſuris.

tamen articulo, quia valdè diſputabilis eſt, præmittendum: uſuram eſſe omne id, 36 quod excedit ſortem acceptam, vel quicquid petit aut exigit creditor, ob uſum capitalis ſummæ, ultrà id, quod dedit. *Innoc. & omnes Cc. in c. 1. c. conſuluit. c. naviganti. extra de uſur. ac ſatis c. plerique. c. ſi fœneraveris. & c. uſura. 14. q. 3. l. rogaſti. 11. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet. §. 1. I quib. mod. re contra. oblig.* Quia verò executiones, quibus de tractamus, ut plurimùm verſantur circa contractus mutui, ubi videlicet creditor exigit à debitore non tantùm ipſum capitale, ſed etiam aliquid ultrà ſortẽ, propter videlicet officium mutuationis, cùm ſua pecunia aliquandiu caruerit: in dubium vocatur, an uſuræ peti poſſint? & in qua quantitate? Pro quo ſciendum eſt, 37 uſuras, maximè quæ cadunt in mutuo, propter officium mutationis, regulariter damnatas & reprobatas eſſe [illegible] de jure quidem divino, habentur [illegible] textus, *Levit. 25* Pecuniam non [illegible] fratri tuo ad uſuram, & ſuperabundantiam frugũ non exiges. *Deut. 23.* Non fœneraberis fratri tuo ad uſuram pecuniam, neque fruges, neque quamlibet aliam rem, ſed fratri tuo, abſq; uſura, id quo indiget, commodabis. Item *Exod. 22.* Si pecuniam dederis mutuo popolo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum tanquam exactor, nec uſuris opprimes. *& Ezech c. 18.* legitur, quòd anima ad uſuram dans proximo, & ampliùs accipiens, non vivet. Ac in primis commendat juſtum regius Propheta David Pſal. 25. ab eo quòd pecunias ſuas non dedit ad uſuram. Quin & in novo Teſtamento Chriſtus *Luc. 16.* 38 præcipit: Mutuũ date, & nihil inde ſperate. Et hæc quidem uſura, quam vocant 39 lucratoriã, & ex qua percipitur plùs quam dedimus, jure canonico adeò non toleratur, ut manifeſtis uſurariis & communio eccleſiæ, & ſepultura Chriſtiana denegetur. *c. quia in omnib. ubi Abbas num. 7. extra de uſur. & c. quanquã uſurariis. eod. in 6.* quia ſecundùm eos ſpecies furti eſt, *c. ſi quis. &* 40 *c. ſeq. 14. q. 4.* & hæc communis eſt, teſte Panorm. *in c. cùm ſit. num. 11. extra de foro compet. Didac. Covarruv variar. reſolut. lib. 3. c. 1. num. 7. Salic. in auth ad hæc n. 3. & 5 ibidemq; Bald. 2. C de uſur.* unde & Ariſtoteles *lib. 1. cap. 7. pol.* ſcriptum reliquit; contra naturam pecuniæ eſſe, ut nummus nummum pariat, & Baldus aſſimilat uſuram vermiculo ligni, de die in 41 diem arrodenti quaſi medullas omnium

facultatum mutuo accipientis, donec tandem totum devoret, quod habet proximus in patrimonio. *Bald. conſ. 449. incip.*
42 *jus naturale num. 8. vol. 3.* Cumque mutuum debeat eſſe gratuitum, ita, ut creditor nihil recipiat, quam idem gen? rerum fungibilium in pondere, menſura, vel numero conſiſtentium, quas dedit. *l. 2. in princ. ſi cert. pet.* & quod ultra accipitur, in furti quaſi crimen incidere videtur, ideò ad lucrum uſurarium rectè accommodari poteſt illud Heſiodi: Mala lucra æqualia da-
43 mnis. Ac certè pro hac ſententia dimicant acerrimè non tantùm veteres & recentiores Theologi, ſed omnes Canoniſtæ, imò etiam Legiſtæ, qui ſimpliciter denegant creditoribus omnem actionem pro uſuris, ſive in ſtipulatũ deductis, ſive aliter ob‧‧‧ debitis, niſi creditores docere‧‧‧ ſis ob tale mutuum, maximè po‧‧‧ antum abeſſe, in quod promiſſum ‧‧‧ citum interuſurium ſe extendat, ſive damni incurſi ratione, ſive etiam lucri ceſſantis reſpectu, ſive mercator is ſit, ſive alius privatus. *Dec. conſ. 119. n. 9. & 11. & conſ. 167. in f. Alex. conſ. 121. n. 2. 3. & 4. vol. 2. & conſ. 63. num. 4. vol. 4. item conſ. 31. n. 12. & 8. vol. 6. Aymon. Cravett. conſ. 189. n. 7. & conſ. 75. n. 5. par. 1. Aret. conſ. 51. n. 2. & 4. & Conrad. Sumanhard. de Calum. ‧ ontract. quæſt 84.* & ſubjicit, hanc ſententiam cõmunem eſſe, adeò quidem, ut omnes cujuſcunq; generis uſuræ, in quib. aliquid acceſſionis percipitur ultra ſortẽ, etiam generalib. conſtitutionibus Imperii damnatæ, & ſub pœna confiſcationis
44 quartæ partis ſortis reprobatæ reperiantur: exceptis ſolis illis uſuris, quæ ex pacto retrovenditionis, ad rationem quinque pro centum, in perpetuis reditibus admittuntur, prout videre licet in Reichs Abſchieden zu Augſpurg. *anno 1500.* Item zu Augſpurg *anno 1548. ſub rubrica.* Von *reformation* guter Policeyen, *tit.* Von wucherlichen Contracten. Quod idem noſtri temporis Juriſconſulti ſequuntur, prout apparet ex conſilio Schurffii *3. cent. 2. per totum. & ad l. cos. 26. cum l quamvis. 3. C. de*
45 *uſur.* reſpondent, eas conſtitutiones ſaltẽ eſſe revocatas *per l. cunctos populos. 1. C. de ſumm. Trin. & auth. de eccleſiaſt. tit. colla 9.* ubi præcipitur ſubditis, quòd vivant in religione Evangelii, ex cujus præceptis unum eſt, mutuum dare & inde nihil recipere: ſed ego allego textum magis prægnantem in loco valdè peregrino, *puta in authen. noviſſimè. C. de admin. tut. & in corpore unde ſumitur, authen. de his, qui obl. ſe habere perhibent res minorum.* ubi prohibentur tutores etiam pupillares pecu- 46
nias in uſuras convertere, niſi probetur tantùm ipſorum interfuiſſe, *per ea, quæ traduntur in voc. ſequent. verbo intereſſe.* & hæc ſententia de abolendis uſuris, ſi corticem literæ in ſacris ſcripturis attendamus, conſcientiis ſecurior eſt. [Impp. Cõſtitutiones approbant tantum emtiones redditnum ad rationem quincuncii, puta, viginti pro uno floreno factas, *prout videre in d. tit.* von wucherlichen Contracten. *§. pen.*] Cæterum, quicquid hujus ſit, di- 47
vi Imperatores, habito reſpectu ad commercia hominum, quibus in hac ſocietate humana carere non poſſumus, &, quæ abſq; pecuniis paratis exerceri nequeunt, quia videbant mutuationes ejus temporis eſſe tales exactiones, per quas pars mutuo accipiens planè redigebatur ad extremam paupertatem, & ex duobus malis minus & tolerabilius eligendum judicabant, uſuras pro mutuo non tàm in ſtipulatum deduci, quàm etiam exigi rectè poſſe permiſerunt, *l. quamvis. 3. C. de uſur.* Et, ne proximus exhauriretur per illud lucrum, quod exigitur ultra ſortem, certum modum & quantitatem præfiniverunt, ultrà, quàm uſuras vel ſtipulari vel exigere non liceret. *l. eo. 26. C. de uſur.* reſtringendo videlicet dicta veteris & novi Teſtamenti, prohibentia uſuras, ad regulam charitatis Chriſtianæ, & juris naturæ, dictantis: Quicquid vultis, ut faciant vobis homines, idem & illis præſtate, *Matth. 7. prout teſtatur Molin. in tract. commerc. quæſt 2. num. 71. quo de infra nu. 67.*
Sicut enim olim negociationes & contractus conſtituebantur ex permutatione mercium, adeò, quia ex ulteriore deinceps commutatione earum, quas quis ſibi comparabat, licebat homini induſtrio augere de die in diem ſuum patrimoniũ, prout videre eſt ex illa, ſed valdè inæquali permutatione Glauci cum Diomede, quâ de Homerus ſcriptum reliquit Iliados lib. 6. 48

Χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Quod Andr. Alciat. *lib prætermiſſorum. 2. ad titulum de contrah empt. mihi fol. 162 ita vertit:*

Pro factis ex are, boveſq; valentia centum
Accipiens, bubus vix æquiparanda novenis,

Ad quam hiſtoriam & Martialis alludit in quodam diſticho:

Tàm

Tàm ſtupidus nunquam nec tu, puto, Glauce fuiſti,
Chalcea donanti, chryſea qui dederas.

ita poſtquam in locū permutationis ſucceſſit nummus, hodie in forma publica cudi conſuetus, *l. 1. de contrah. empt. & l. 1. de rer. permut.* quem videlicet à me mutuo accipit mercator, aut alius, aucupando ſuū quæſtum & utilitatem cum mea pecunia, æqualitatis ratio ſuadet, beneficiū modici alicuj⁹ lucri mihi pro officio meo retribui, ad hoc ut ſubſtitutum ſequatur naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur. *l. ſi eum 10. § qui injuriarum, ſi quis cautio:* quemadmodum in cōtractu emptionis, poſt traditionū rei venditæ, loco fructuū, qui inde percipiuntur, ex mora non ſoluti pretii deberi conſtat pretii uſuras venditori. *Arg. l. Julianus. 13. §. ex vendito. ff. de act. empt. l. curabit. 5. cum l. fructus. 13. C.*
49 *eo* adeo, quia nummus mutuo datus, & fructificans accipienti, non debet eſſe planè ocioſus abſq; fœnore mutuatori, *de quo latiùs infrà num 61.* Exemplo res fit illuſtrior. *l. 1. §. videamus. ff. de coll. bon.* Pone enim, quod inſtituatur inter tres fortè fratres diviſio paternæ hæreditatis, cùm in communione perpetua manere nemo cogatur. *l. in hoc judicium 14 §. ſi conveniat. ff. commun. divid.* propter videlicet diſcordiam quæ ut plurimū excitatur à communione. *l. cum pater 77. §. dulciſſimis in fin. de leg. 2. l. in re commun. 26. de ſer. urb. præd. poſt Ariſtot. lib. 2. polit. cap. 3* Cùm verò hæreditas non conſtet, niſi ex paucis quibuſdam mobilibus, & uno aliquo prædio, quod commodam diviſionem in partes non recipit, quo caſu uni vel duobus adjudicandum eſt prædium, ita, ut hi viciſſim condemnentur tertio fratri ad juſtam æſtimationem tatæ partis, ſibi in eo competentis, *l. ad officium. 3. C commun. divid. §. quòd ſi commode Inſt. de offic. jud.* qui tertius frater, ſi æſtimationem ſuam in pecunia, tanquam in re per ſe infructuoſa, acceptā, non collocat ad moderatas ſaltem uſuras, neceſſe eſt, eum paucis annis peſſum ire, cùm pecunia de momento ad momentū conſumatur, pro vitæ neceſſitatibus, quib. homo carere nequit, *l. ſi chorus. 79 §. 1. de*
50 *leg. 3.* nunnè hæc eſſet ſumma inæqualitas inter cohæredes, inter quos jus fraternitatis obtinere debet. *l. verum. 63 §. fin. pro ſoc.* quòd alii quotannis habent ſuos certos reditus in frumento vel pecuniis, ex quibus vivunt, & ſe cum ſua familia exhibent, ſalva ſemper ſua ſorte & ſubſtantia, econtra autem tertium fratrē, (ut qui ſub uſuris pecuniam ſuam alicui credere prohibetur) de die in diē fieri paulatim pauperiorem donec tandem ad extremā redigatur egeſtatem? ex quo, ſecundùm Ariſtotelem *4. ethic. c. 1.* uſus pecuniæ eſt ej⁹ conſumptio, & expenſio vel erogatio, q̄ & Didacus fatetur *in lib. 3. var. reſol. cap. 1. num. 1.* Pro quo & illud militat, quòd
immobilia prædia regulariter taxantur 51
& æſtimantur ſecundum reditus & fructus, ita, ut penſio vel fructus inde ſperat⁹, in viginti annis efficiat rei æſtimationem & valorem, *prout tradit Matth. de Afflict deciſ. 284 num 14. poſt gloſſ in auth. perpetua. verb. juſta. C. de S S. eccleſ* quam opinionem communiter receptam eſſe refert Johan. Bap. Lupus *in l. 2 §. a. num. 7. C de action. empti. poſt Tyraquellum de retract lignag § 1. gloſſ. 6. num. 19 Molinæus in tract. commerc. quæſt. 5. num. 113. Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. cap. 9. num 5.* Cumque apud domi- 52
nos Theologos iſtud ſit in confeſſo, non improbari uſuras in contractibus emptionum & venditionum, quæ eſt iniquitas vel inæqualitas, ex pecunia mutua eodē modo accipi tot fructus, uſurarū vel penſionum nomine, qui viceſimo anno adæquant ſortem, atque ita pretium ſuccedere loco rei, ex qua in hoc univerſali, maxime judicio familiæ herciſcundæ, talis pecunia fuit redacta. *argum l ſi rem & pretium, 22. de petit. hæred.* At, ſi quis dicat imputare ſibi debere, qui pecuniam ſibi adjudicatum ex diviſione non collocat in emptionem prædiorum, vel annuorum redituum: huic reſponderetur, neque reditus annuos, neq; prædia exculta & fructuoſa, ubique vel omni tempore eſſe obvia, vel venalia, & ſi occurrant, nequaquam pro tàm vili æſtimatione reperiuntur, prout veneunt prædia hæreditaria inter fratres videlicet & cohæredes:
ita, ut agrorū venaliū fructus noſtris tem- 53
porib. crebrò nequaquā correſpondeant pretio, ſicut tamē fieri debebat *arg l. ſi fundus ſit ſterilis. 13. in fine principii ibiq; gl. verb. fructuum de reb. eorum qui ſub tut. l 3. §. divi fratres. de jure fiſci. l. pretia rerum. 63. ad l. Falcid.* taceo, quòd circa prædia aliena, de quorum bonitate nihil certi cognitū habet emptor, facilis incidat deceptio. De-
inde etiam ſtudia diverſorū diverſa ſunt, 54
& diverſi ingeniorum motus, ita, ut non quilibet vel agriculturæ tractandæ curā noverit, vel circa eā ſe impedire poſſit, qa fortaſſe Doctor eſt, & ſtudiis ſuis invigilat,

adeoque

adeoque ſe accommodare debet ad illud vulgatum: Exerceat artem quam didicit, *l. 1. C. negociat. ne milit. lib. 12. & c. 1. extr. ne clerici ſecular. negoc. ſe immiſc.* Subjicia-
55 tur aliud exemplum, eſſe aliquem induſtrium mercatorem, qui, ſi pecuniam habeat ad manus de præſenti, poteſt cum centū florenis in mercibus hodiè coëmptis infrà anni ſpacium lucrari alia centū vel ſaltem quinquaginta, prout ſæpè contingit, quòd ſecundùm diverſitatem temporum varientur etiam mercium & aliarum rerum pretia, *arg. l. pretia rerum. 63. ad l. Falcid.* nonne is magni beneficii loco ducet, quando de centum ad annum non ſtipulatur creditor niſi quinq; pro officio mutuationis, quod ſanè juſtitia æqualitatis poſtulat. Hic nihil noxiæ, nihil contra jus divinū vel naturæ, nihil contra charitatē proximi, ſed potiùs ex mutua charitate geritur: alter beneficiū mutui præſtat debitori de ſuo, mutuatarius econtrà benefactorē ſuū, abſq; omni ſuo damno, cum exigua parte lucri percepti ex pecunia creditoris, remunerat. *Hæc Molin. de
56 cōmer. poſt principium. n. 10.* Finge, aliū eſſe bonū agricolā, cui mutuo centum pro coëmendis agris, qui fortè pro uno grano ſeminis poſſeſſori ferent duodecuplum, aut fructus etiam longè uberiores, nonne is cum ſua familia meam prædicabit, erga ipſos benevolentiā, qui deductis omnibus, tàm culturæ quàm ſeminis impenſis, duodecim, vel quindecim lucrabitur annuatim cum mea ſorte, de qua ego nullū aliud, vel majus lucrū, quam quincun-
57 cem uſuram expecto? Quid ſi fortè paterfamiliàs, aliàs ſatis idoneus & ſufficiens facultatibus, indigeat pecunia, pro dotatione filiæ ſuæ, vel pro ſtudiis liberorum ſuorū, ſed, quia paratos nummos ad manum non habet, niſi adjuvetur à proximo ejusq; nummis, cogetur partem fortunarū ſuarū vendere, pro redigendo ex illis pretio, quibus tamen bonis ipſe pro ſuſtentatione & exhibitione ſua, item uxoris & familiæ, ſine magno incommodo rei ſuæ familiaris, carere nequit, hic mea creditoris pecunia ſalvam facit cauſam bonorum obligati, *argumento quod dicitur in l. interdum. 5. juncta l. hujus enim. 6. ff. qui pot. in pig. hab.* ita, ut debitori nihil decedat ex prioribus fructibus annuis, quibus omnibus jam careret, ſi iſtud officium mutationis ipſi à me non exhibitum fuiſſet.
58 Neque verò ignoro, quid proximè dictis objiciatur, lucrum videlicet uſurarium, quantulumcumque illud ſit, in perſona creditoris eſſe certum, econtra verò lucrum debitoris vel ſuri ſub incerto, quid enim ſi magna anni ſterilitas incidat? quid, ſi fulgure proſternantur omnes fruges, prout crebrò fieri videmus? quid, ſi fluctivago mergantur in æquore merces? quid, ſi negociator in latrones incidat, qui ipſum exutum & ſpoliatum omnibus rebus, ſemineceṁ relinquunt? his replicatur: & primò, in conſiderationem ea potiùs deduci, quæ frequenter & ut plurimùm accidunt, quam quæ perraró eveniunt, *l. nam ad ea. 5. de ll.* Deinde damnū aut ſterilitas unius anni compenſatur ut 59
plurimùm cum majoribus fructibus, & ubertate poſteriorum annorū, & ſequentis mercaturæ, item navigationis felicioris, *argum. l. ex conducto. 15. §. Papinianus. aliàs incip. l. ſi uno anno. 15. ff. locati. c. propter ſterilitatem. in fin. extra eod. & facit l. legatum. 17. §. vini Falerni. ff. de annuis leg.*
Denique ſi contingat ſortem perire unà 60
cum lucro, quod expectabatur ex parte debitoris, hic iterùm ad regulam charitatis Chriſtianæ recurrendum eſt, ut talem debitorem non ſolùm commiſeratione dignum eſſe judicemus, *ſecundùm illud Proverb. cap. 14.* Honorat Deum, qui miſeretur pauperis. *item 19.* Fœneratur domino, qui miſericordiam pauperi exhibet, ſed eidem etiam in totum remittam uſuras, juxta ſuprà dicta: Non urgebis pauperē debitorem, quaſi exactor, nec uſuris opprimes. *Exod. 22. cū aliis allegatis. & d. c. propter ſterilitatē. ibi: remiſſio pro rata penſionis facienda,* imò, in quantum res familiaris creditoris patitur, & expetit inopia debitoris, ejusq; familiæ, debemus etiam ſortē, aut ſaltem quantùm poſſumus de ſorte remittere, ut ejus inopiam ſublevemus, juxta illud Chriſti: Mutuum dantes, nihil inde ſperantes. Quod & pietas Chriſtiana, ac jus naturæ ſuperiùs allegatū flagitat, ut videlicet quæcunque nobis fieri volumus, eadem faciamus & aliis. Qui enim dat pauperi, non indigebit. *Salom. cap. 28.* Quod ipſum tamen de paupertate fatali, in quam abſq; culpa ſua præcipitatur reus, non autem de voluntaria, quæ ex prodigalitate vel deſidia venit, accipiatur, de qua legitur *Proverb. cap. 19.* Abſcondit piger manus in ſinum, nec ad os quidem admovet. *& in l. 1. C. de validis mendic.* Illis enim (*ut idem Salomon cap. 5. inquit*) ceu viator veniet inopia, & obruet eos paupertas, ut latro. Deinde ex adver-

adverſo cogitemus, quanta ſit injuria, benefacere proximo, cum detrimento ipſius creditoris. Pone enim, quòd quis ex hæreditate paterna, vel beneficio fortunæ, & honeſtis laboribus juventutis, aliquantulùm corraſit pecuniæ, & ob adverſam valetudinem, vel etiam ratione ſenectutis, ex operib. manuum ſuarum victum ampliùs quærere impeditur: aut finge, pupillum eſſe: nonnè is peccaret in legem naturæ, ſi mutuo det proximo ſine uſuris? nonné impingeret adverſus illud Salomonis *cap. 5.* Fontes tui deriventur foras, & tu dominus ipſorũ maneto? item ibidem jubet ita miſericordiam exhiberi proximo, ne nobis deſit, & forſan extranei impleantur proventib. noſtris, & labores noſtri priſtini ſint in domo aliena. *d. cap. 5.* Ideò divus Paulus ſcriptum reliquit *in 2. epiſt. ad Corinth. cap. 8* Non ut aliis ſit relaxatio, vobis autem anguſtia, ſed ut veſtra copia illorũ ſuccurrat inopiæ. Ac, ſi duplicetur: quis cogitet, pecunioſum alteri benefacere de eo, quo ipſe indiget, cùm ordinata charitas incipiat à ſeipſo. *l. præſes. 6. & ibi Salic. C. de ſervit. & aquæd.* adeò, ut nec eo pallio uſuræ contegi vel excuſari poſſunt: non deeſt etiam ad hoc honeſta oratio, quòd videl. in propoſita facti ſpecie ſenibus, valetudinariis, pupillis, & id genus aliis perſonis, per hoc non eſt conſultum, retinere, vel domi relinquere, & in ciſta occultare ac reponere infructuoſas pecunias, quæ ſine peculio (hoc eſt, quatenùs quis non habet aliquid præſidii cauſa, & in eventũ neceſſitatis repoſitum) ſunt quiddam fragile, & ad quotidianum victum ac amictum de die in diem, & de una hora in alteram, imò quaſi de momento in momentũ conſumuntur, donec paulatim depereat tota ſubſtantia, *d. l. ſi chorus. 79. §. his verbis. ff. de legat. 3. & facit l. lex quæ tutores. §. ſ. C. de adminiſt. tut.* adeò, quòd ſi pecunia ſine uſuris credenda eſt, ea conſumpta, cum dominis tandem res ad reſtim redibit, cùm ampliùs nec fodere, nec laborare valeant, & mendicare erubeſcant, *juxta illud Lucæ cap. 16.* Contingit etiam ſæpè, illum, qui hactenùs ex ſudore vultus, & labore manuum ſuarum aliquid acquiſivit pecyniarum, eas deſtinaſſe ad emptionem bonorum ſoli, vel redituum redimibilium, ad rationem quinque pro centum, id reſciſcens alius, qui nummis indiget, venit ad vicinum, orando & obſecrando, ut ipſi hanc gratiam faciat, mutuando mille, re-promittens de talib. mille, interuſurii nomine, annuatim quinquaginta, prout in redimibilibus contractib. fieri conſuevit, addendo, ita futurũ eſſe, ut ipſi in augendo ſuo patrimonio multũ conſulatur & creditori inde, ſine omni damno mutuũ accipientis, quotannis legitimũ interuſuriũ ſperare liceat. Ita perſuaſus creditor, qui 92
emptionem redituum redimibilium, aut bonorum ſoli intermittit (ex quo contractu aliàs certum lucrum in fructibus, aut pecuniis annuatim, ſalvo capitali, percipere poterat) quid iniquitatis aut injuſtitiæ cõmitrit, ſi pro beneficio mutui expectat modicũ aliquod, & tantum lucellũ, quod correſpondeat aliquo modo fructibus, qui ex bonis immobilibus, aut reditibus redimibilibus, percipi poterant? *d. l. Iulianus. 13. §. ex vendito ibi: cùm re mea emptor fruatur, æquiſſimum eſt, eum uſuras pretii pendere. de act. empt. d. l. curabit. 5. & l. fructus. 13. C. eod.* Licet autem communis opinionis aſſertores huic objectioni reſpondeant: primò, quod, ut ſuperiùs etiam tractum fuit, lucrum ſperatum ex agrorum fructibus ſit incertum, uno majus & alio tempore minus; & quod *d. l. Iulianus. §. ex vendito cum aliis,* loquantur in contractibus bonæ fidei, qui multò majorem favorem merentur, quàm ſtricti juris judicia *per ea quæ notant gloſ. & Iaſon. in §. actionum Inſtit. de act.* tamen iſta ſolutio nequaquam ſatisfacit, quia ſecundùm communem provinciæ æſtimationem, prædia quorum valor eſt centum florenorum, [illegible]mpenſatis ubertate & fertilitate plurium annorum cum aliis aliquantulum ſterilibus, omnibus impenſis dedu- 63
ctis, communiter ad minus fructificant annuatim quinque; & iſta quantitas eſt attendenda, ſicuti de juſto annui reditus pretio traditur, hoc illud eſſe, quòd communi provinciæ uſu taxatum & definitum fuerit. *Guido Papæ conſ. 180. Molin. de commer. quæſt. 72. & Didac. Covarruv. lib. 3. var. reſol. cap. 10 num. 2. & Tiraquell. de retractu lignagier §. 1. gl. 6. n. 19.* [In nonnullis Germaniæ civitatib. receptum eſt, ut annui reditus redimibiles conſtituantur ad rationem unius pro quindecim, *vid. Conrad. de contract. q. 84. concl. 2.*] Quantumvis autem bona fides magis exuberare debeat in obligationib. empti & ſimilibus; tamen dummodò in ſtipulatum ſint deductæ uſuræ, non minori levitate fallit ſuam fidem & promiſſionem debitor,

etiam in contractibus ſtricti juris. *l. 1. de pact. l. 1. de conſt pecun.* Et præſappoſito, quòd lucrum fructuum ſperatorum ex immobilibus ſit incertum, tamen creditori ſuas pecunias licuit, in emptionem annuorum redituum, ſaltem perpetuò redimibilium, convertere, quo caſu nunquã ipſe periclitabitur de ſuo capitali, cùm ſemper maneat illi ſalva ſubſtantia, & nihilominùs, loco fructuum, annuatim de centum lucrabitur quinque, & hic con-
64 tractus, ſecundùm omnes, licitus & approbatus eſt, etiam de jure divino, *Levitic. cap. 25.* Pontificio, *c. ad noſtram. extra de empt. & vendit.* jure civili, *l. 2 C. de pact. inter empt. & vendit.* denique etiam, de jure conſtitutionum & ordinum Imperii R. in Germania, qua de re teſtatur Conradus de contract. *q. 14. Molin. de cõmer. q. 127. Covarruv. lib. 3. variar. reſolut. cap. 10. num. 2.* Quod medium cùm poſtponat creditor, ad hoc, ut debitorem egentem ſua pecunia ſublevet, quid prohibet, illum ab eodem exigere tale lucrum, quod honeſta ratione, & permiſſu omnium legum, aliter habere poterat? Nec obſtat, ſi dicatur: in contractu redimibili emptorem redituum non habere in manu vel poteſtate ſua repetitionem capitalis, cujus contrarium fit in ſimplici contractu mutui, cùm iſtud tanti effectus eſſe non debeat, ut debitor ex mea pecunia locupletetur, ego autem nihil accipiendo lucri, vel interuſurii etiam legitimi, tandem ad nihilum redigar. *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb. c. locuple-*
65 *tari, extra de reg. jur. in 6.* Ac, ſi ulteriùs urgeatur, lucrum qualitercunque proveniens ad debitorem ex pecunia mutuata, ſoli accipienti deberi, tùm, quia nummi, eo ipſo momento contractus quando traduntur, tranſeunt ex dominio creditoris in dominium accipientis. *l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet.* tùm etiam, quia, quicquid cum iis medio tempore lucratur creditor, illud ex ejus operis & laboribus acquiritur, non autem ex ipſa natura nummorum, qui per ſe non fructificant, *per ea, quæ ſuprà num. 41. notavimus, ac facit l. qui ſen. 25. §. in alieno. ff. de uſuris. ubi habetur: in percipientis fructibus, magis corporis jus, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, inſpici.* cumque ex opera & re, vel pecunia ſua, debitor, quicquid corradit, habeat, ſequi videtur, tale lucrum nec in totum, nec pro parte, venire communicandum creditori, *argumento l. quæſitum. 40 in finalibus verbis. de acquir. domin.* pro ſolutione dicimus, ſi proximam cauſam lucri attendamus, procedere contrarium ſine aliqua difficultate: ſi verò remotam ſpectemus, occaſionem videlicet lucri, provenientis debitori ex mera beneficentia & commiſeratione creditoris, hæc nimirum eſt cauſa ſine qua non, cùm indubitatum ſit, niſi à creditore hoc beneficii accepiſſet reus, non potuiſſe eum aliquid, aut ſaltem non tantùm lucri facere, imò coactus fortaſſe fuiſſet ipſe domi cum ſua familia egere.
Ideò non ſolùm non iniquum eſt, ſed ju- 66
ri naturæ maximè conveniens, debitorẽ iſto caſu agnoſcere bonam fidem, & gratitudinis ergò obligari, ſaltem pro eo, in quo locupletior eſt factus, ad mediocria ἀντίδωρα, tanquam ad quoddam genus permutationis, ſuo creditori, *argum. l. ſed etſi lege. 25. §. conſuluit verb. nec ſi donaverunt. ff de pet. her.* juxta illud vulgatum: beneficium pro officio cum talis obligatio, ad benefaciendum noſtris benefactoribus naturalem cauſam habeat, & ex inſtinctu naturæ procedit *gloſſ. d. l. ſed etſi lege. 25. §. conſuluit. verb. obligaverunt. per l. ſi verò non remunerandi 12. & l. ſi remunerandi. 6. mandati l. Aquilius Regulus. 27. & l. ſi pater. 34. §. ſi quis aliquem. de donat. tit.*
generali. adeò, quia iſto caſu, obligatus 67
non debet eſſe ingratus cuculus, & denegare id, cujus contrarium ipſe poſtulaturus erat, ſi creditoris perſonam repræſentaſſet, *argum. l pen C. de ſolut. l. ſi ea lege. 17. C. de uſur.* per illud CHRISTI: *Matth. cap. 7.* Omnia quæcunq; vultis, ut faciant vobis homines, idem & vos illis facite, in hoc pendent lex & Prophetæ. *& tradit Ferrar. in for. lib. pro act. hypothecar. verb. ſine aliqua uſurarum. num. 2.* quod vitium ingratitudinis exurit fontem pietatis. *ubi, ſient & num. ſeq. multa fundamenta pro hac ſententia adducit.* Ac in ſumma, non debet ægre ferre reus, ſi ab illo non plùs accipiatur & exigatur, quam ipſe à debitore voluiſſet accipere vel exigere, ſi is in tali neceſſitate & periſtaſi conſtitutus, & ipſius beneficio vel pecuniis adjutus fuiſſet, *prout eruditè ſcripſit reliquit Molinæus in tract. commerc. in præfat. num. 10. & idem Molinæus de commercio. quæſt 2 num. 71.* propter regulam Chriſtianæ charitatis, quam tradit Hoſtienſis *in proœmio ſuæ ſummæ. §. unde habuit. num. 12.*

Quod

Quod tibi vis fieri, mihi fac, quod non tibi,
noli,
Sic potes in terris vivere jure poli.

quod quidem præceptum dependentiam
ſuam habet a jure naturæ, *ſecundum gloſſam
in ca. firmiter. verbo. ordinatiſsimam. extra de
ſumma trin. & fide cathol. per c. humanum ge-*
68 *nus.diſtinct.*1.Nec obſtant, ſecundum eum,
leges divinæ ſuperius allegatæ, cum hæ
eam demum uſuram damnent, quæ pro-
ximum prægravat & exhaurit,ita, ut ipſi
fraudi ſit,non autem eam,quam mutuum
rogans, ſine aliquo damno, vel diminu-
tione ſui patrimonii, aut facultatum ſua-
rum incommodo, ſed etiam cum magno
earum lucro, & acceſſione ſolvere poteſt.
Unde idem Molinæus turpes& illicitas u-
ſuras illas demum judicat, quæ quotam,
aut quantitatem ab æquabili lege vel con-
ſuetudine loci taxatam, excedunt, & im-
probum fœnus in legibus appellantur, itē
uſuras uſurarum. *Molin. ubi ſupra. num.* 48.
*verſ.turpes ergo.per l.2 & l f.C.de uſur.rei jud.
juncta l. improbum fœnus.* 20. *C. ex quib. cauſ.*
69 *infam.irrog.* Minus adverſatur illud Ariſto-
telis, quod contra naturam nummi eſt,
f uctificare & nummos parere, cum iſtud
idem de plærisque rebus naſcentibus dici
poſſit, quòd videlicet per ſe, & de ſui na-
tura non fructificent, niſi accedat indu-
ſtria hominis, colentis agrum, plantantis
vineas, hortos, & ſimilia. Unde Conra-
dus Sumanhardus in tract. de contracti-
bus ſcriptum reliquit;quantumvis res mu-
tuo data, puta nummus, per ſe non ſit ap-
ta fructificare: tamen, accedente induſtria
hominis, ad fructificandum nata eſt. *Cun-
rad. ubi ſupra tract.2 q.30.in 3.concluſ verſ.con-
tra hanc evaſionem arguitur tripliciter.* [Sic in
contractu emtionis & vendirionis, nihil
acceſſionis loco venit, ſed quod ultrò ci-
troque datur, res eſt primaria & principa-
lis,precium in pecunia,merx in redditibus
verſatur: proindè,quod annuatim ex ipſo
contractu emtionis percipitur, non eſt
fructus pecuniæ, neque acceſſio aliqua ad
ſortem; ſed merx,ſive res empta redditus
qui percipitur,ſive jus illud recipiendi an-
nuum redditum,ſors dicitur, quia res em-
ta cum omnibus commoditatibus & uti-
litatibus ſuis eſt ſors, quæ ex ipſo contra-
ctu venditionis debetur: quoad vendito-
rem, juſtum precium ſors eſt: quo verò ad
emptorem,res empta pro ſorte accipitur,
unde cum nulla fiat acceſſio ad ſortem,ſed
ipſa ſors,hoc eſt, res emta percipiatur, cō-
tractus inculpatus non eſt.] Eodemque
modo merces, vina, ſegetes, per ſe non
fructificant, ſed vendita commoditatem
illam præbent, ut ex iis, ſalva ſemper ſua
ſubſtantia, ſe & familiam ſuam compe-
tenter exhibere negociator poſſit, ita per
ſe quidem nummus non fructificat, niſi
hominis induſtria accedat, qui vel nego-
ciatur in pecunia, vel convertit eam in
emptionem prædiorum, aut aliis indu-
ſtrioſis mutuo dat ad fructificandum.Quæ
verò inæqualitas eo, mutuo accipientem
ex pecunia mea percipere fructus,& de iis
modicam aliquam mihi recompenſatio-
nem in pecunia communicare? uſus enim
meorum nummorum apud proximum ex-
iſtentium, habet utilitatem, ſaltem pecu-
nia æſtimabilem, quam ei aſſcribimus, de
cujus ſorte debitor lucrum multò majus
expectat. Sic itaque creditor non com-
pellitur, illam commoditatem, quæ ſua
eſt, alteri gratis dare, & utilitates proprias
omittere, hæc Molinæus *de commerc. q 69.
num.*441.ubi addit, omnes etiam Theolo-
gos ſcholaſticos idem fateri *in 4. ſent. diſt.
15.allegat.ca. precariæ.ad f.10.q.2.ac facit. l.ju-
re natura.206.ff.de reg. jur. cum l. nam hoc na-
tura.14. de condict.ſindeb.* Pro quo & illud 70
ſtringit, quòd, ut ab initio factum fuit, o-
lim vivebatur ex commutationibus mer-
cium mutuis, ubi uterque contrahenriũ,
ſecundum ſuam indigentiam & neceſſita-
tem, utilia ſibi, pro iis, quæ ipſi erant inu-
tilia,pro tempore permutabat,& ita com-
moditas mercis acceptæ per commuta-
tionem ſuppeditabat ipſi victum, ad tem-
pora ſuæ vitæ, unde & ſe & familiam ale-
re poterat. *l.1.& 2.ff. de rer.permutat. l.1. de
contrahen. empt.* Cùm verò hodie in lo-
cum mercis ſucceſſerit nummus in for-
ma publica percuſſus.*d l.1. de contrah empt.*
quid vetat, quod in locum alterius ſucce-
dit, id ejuſdem etiam naturam induere,
*l.ſi cum 10.§.qui injuriarum. ſi quis cautionib.
l. ſi donatæ 36 §. ſponſus. ubi gl. f. de donat. in-
ter vir.& uxor.* & ſic pecuniam non eſſe o-
cioſam domino, qui vicino hoc officii præ
ſtat, ut mutuando ipſi commodet ac pro-
ſit? Quod autem de ſublatis uſuris per jus 71
noviſſimum authenticorum, maximè per
rub.de eccleſiaſt. titul. §.1.*coll* 9. objici-
tur, id ibidem non probatur. Etſi nam-
que eo in loco præcipitur, ſervari regulas
eccleſiaſticas quatuor ſynodorum, Nice-
næ, Conſtantinopolitanæ, Epheſinæ &
Calcedonenſis: tamen illa conſtitutio

promulgabatur principaliter ad conſer-
vandum & propugnandum articulos fidei
& doctrinæ Chriſtianæ, contra errorem
Neſtorii, Eutychis,& ſimilium hæretico-
rum, in dictis conciliis damnatorum,non
autem intelligitur,leges contractuum,pro
conſervando ſtatu politico multis vigiliis
excogitatas, per hoc evertere, vel labefa-
ctare voluiſſe, prout in ſimili loquitur Im-
perator *in l. ſi quando. 35.C.de inoff. teſtam. &*
ita ſolvit Bald. in l.cunctos populos. 1.num. 3. C.
72 *de ſumm. trin.* Pariter his non adverſatur
authen. noviſſimè.C.de admin.tut. pro aſſeclis
contrariæ opinionis ſuperiùs adducta,cùm
ibidem non intenderit Imperator abole-
re in totum uſuras pupillares, ſed tantùm
conſulat tutorum indemnitati, in eo,
quòd, ſicut olim tenebantur generaliter
(ſiquidem idoneos homines reperiebant,
quibus tutò credere poterant) pecunias
pupillares ad uſuras collocare, &, qui hoc
omiſerant, de ſuo uſuras pendere, *l.ſi pecu-*
niam.3. C.de uſuris pupillaribus: ita nunc il-
lud eſt correctum per jus authenticorum,
ut videlicet hodiè illud plus, quod redigi-
tur ex reditibus pupilli annuis, ultrà ejus
73 exhibitionem, non ſit opus ad uſuras da-
re, ſed ſufficiat cautè recondi; niſi mobi-
lis ſit pupilli ſubſtantia, quo caſu pro ex-
hibitione pupilli, quantum ſufficit, ſub u-
ſuris credi etiamnum jubentur, *d auth. no-*
viſſimè, ita, quòd circa uſuras ipſas, & mo-
dum uſurarum nihil immutatur. Licet au-
74 tem indubitatum ſit, per leges Imperato-
rum,ceu humanas,non poſſe tolli conſti-
tutiones divinas. *l.f.C ſi contra jus & notatur*
in c.quæ in eccleſiarum.extra de conſtit. cùm mi
nor in majorem imperium non habeat. *l.*
nam magiſtratus.4.ff de arbit.c.cùm inferior.ex-
75 *tra de major & obed.* tamen poteſt Princeps
leges divinas, ex cauſa utilitatis publicæ,
vel aliter,reſtringere ac limitare, *prout latè*
76 *Felin in d.c.quæ in eccleſiarum.* Imò,quod et-
iam ſtatutum vel conſuetudo,reſtringens
jus divinum ex legitima cauſa, publicæ
videlicet utilitatis, valeat.teſtatur Rochus
Curt. *in c. cum tanto ſect.1.n 19. & ſect. 2. n. 6.*
& 8 extra de conſuet ubi addit, quòd in hoc
neminem reperiat contradicentem, quàm
ſolutionem in ſpecie propoſiti noſtri tra-
dit etiam Iaſ. *in l. cunctos populos.1.n.57 C. de*
ſumm trin. adeò, ut, qui deinceps tali ordi-
nationi magiſtratus reſiſtit, Deo ipſi ino-
bedientiam exhibere, & rebellis eſſe dica-
tur, ſecundum Paulum Rom. 13. Ac, ſi quis
dicat: per iſtas ſolutiones, nondum eſſe diſ-
77 ſolutum ſaltem eum nodum, quo con-
ſtringuntur ex ordinationibus imperii, In den gemeinen Reichs Abſchieden/ tales uſuratii, quæ cùm noviſſimum jus ſint, meritò derogant omnibus prioribus *l.ſed & poſteriores.28 ff.de ll.cum l.cum pacta noviſſima.12. C de pact.& ſimilibus.* replicatur: ſi penitius conſtitutiones imperii introſpiciamus & examinemus, nuſquam clarè & in terminis exprimi, quòd uſuræ quincunces prohibeantur, aut quòd nominatim fuerint abrogatæ. *l.eos 26.l quamvis.8. C. de uſur.* Verum eſt, quod anno 1500. in comitiis Auguſtanis ordinatũ eſt ſub tit. Von wucherlichen Contracten. ne ordines imperii deinceps permittant uſuratios illos, ac debitoribus multum præjudiciales cõtractus Sie ſollen wucherliche/geſehrliche/ vnd vnziemliche Contract (hoc eſt, contractus illegitimos, qui excedunt taxatam quantitatem *in l eos 26.C.de uſur.*) nicht leiden. & hic intellectus declaratur ex ſequentibus verbis, ibi: Dadurch Landen vnd Leuten mercklicher Schade zugefüget wirdt/ ſicut porrò declaratur iſte ſenſus per ea quæ notantur de reformatione ſtatus politici in Auguſtanis comitiis anno 1530 habitis, ſub tit. Von wucherlichen Contracten. ubi præmittitur: Die Keyſerliche Majeſtat kommt in Erfahrung/ daß vnziemliche/ vnchriſtliche/ wucherliche Contract wider Gott vnd Recht getrieben/ ꝛc. & ſpecificando, enumerantur plura pallia talium contractuum, puta, quòd pro 800. mutuo datis, in capitali ponatur ſumma 1000. ita, quòd in ſorte principali plùs ex parte creditoris in ſtipulatum deducatur & recipiatur, quam ſit erogatum, ac nihilominus iidem debitores 50. annua, vel plus, uſuratum nomine in eandem ſummam promittere cogantur, item, quòd pro mora modici temporis, exigendo immenſum & illegitimum intereſſe, de die in diem augeant capitale, uſuras uſurarum ſtipulando, hoc eſt, quod ibi dicitur: Sie ſteigen mit der Heuptſummen/ vñ wollen dieſelben vmbſchlagen. Alibi etiam plures deceptiones legum uſuras prohibentium recitantur, puta, quod creditores aliũ contractum ſimulent, quaſi videlicet vendant emptori, habita fide de pretio, equos, merces, panna, & ſimilia, pro majori æſtimatione, quam iniquà valeant: item, mutuo dantur centũ pro certo & mediocri interuſurio (quod intelligo regulatũ ſecundũ *l. eos 26.C de uſur*) & accipitur a debitore ultrà iſta uſuram; ſub prætextu neſcio cujus ſervitii miniſterii, annuatim magna ſtipẽdia, vulgò Rath vnd Dienſtgeldt/ a quibus antè

ſatis-

Digitized by Google

ſatisfactionem ſortis ſeſe non poſſunt li-
berare obligati: item mutuo datur certa
ſumma in florenis uſualibus,&pro iis reci-
pitur repromiſſio de ſolvendis totidē flo-
renis in auro Rhenano; concipiuntur etiā
inſtrumenta debitorum, quaſi gratis mu-
tuetur, cùm interim creditores perfruan-
tur uſuſructu mercium, aut bonorum hy-
puthecatorum vel oppignoratorum, quæ
ipſis medio tempore utenda dantur ex quo
uſu creditores plùs quam duplicatum in-
teruſurium recipiunt; item mutuo datur
certa ſumma,pro qua mutuatarius in qua-
tuur mercatibus certum & denominatum
ſolvat intereſſe,ex quo ſurgit uſura longè
major quàm centeſima, Vff zwantzig oder
mehr Gülden/ vulgò vocant Wechſelgelder/
de quibus Io. Baptiſta Lupus in c. naviganti. §. 2.num. 47. Hæc, inquam, interuſuria ille-
gitima in ordinationibus imperialibus da-
mnantur, ſub pœna confiſcationis quartæ
partis ſortis principalis, prout innuitur in
d. ordinatione politici ſtatus, anni 1530.
Von wucherlichen Contracten/ ad quam le-
gem ſeſe etiā referunt conſtitutiones Im-
perii Ratisbonæ promulgatæ, ſub tit. Po-
liceÿ wucherlicher Contracten,&idem etiam
quaſi iiſdem verbis reperitur in prædicatis
conſtitutionibus Imperii, Auguſtæ pro-
mulgatis; ſub magnis comitiis anni 1548.
Ac, ſi dicatur, nun fieri ibi mentionem,
niſi unius uſuræ permiſſæ, puta quincun-
cis, in uno videlicet caſu tantùm, reem-
78 ptionis nempe perpetuæ. Daß man mit
hundert Gülden Hauptgut/ jährlichen fünff
79 Gülden widerkeuflicher Zinſe keuffen möge/
adeoque per conſequens omnes alias uſu-
ras intelligi prohibitas reſpondetur: cor-
rectionem juris non induci per argumen-
tum à contrario ſenſu, *ſicut notat gl. in c.un. verbo permittimus. extra de ætate & qual in 6. & ca. ſignificaſti. de foro compet. & eſt tex. in l. 2.C.de condit. inſert. & in ca. à nobis. 2.ubi Panormit.& Felin. probant. de ſentent. excommun.*
Ac certè, quòd in dubio, quando videli-
cet non expreſſe apparet derogatum eſſe
præcedentibus legibus, correctio jurium
non præſumatur, habetur ad ad hoc aper-
tus tex. *in c. cum expediat de elect. in 6. & l. ſi quando 35.C. de inoff. teſtam.* & aliàs dicitur:
quod non reperiatur apertè mutatum, ei
ſtandum eſſe. *l. præcipimus. 32. C. de appellat.*
80 *l. ſancimus.15. C. de judic.* Parum etiam ad
rem facit, quòd canones quaſi perpetua
ſerie prohibuerunt uſuras, prout videre
licet ex Patribus, D. Auguſtino, D. Hie-
ronymo, Ambroſio & aliis, quorum dicta
fuerunt canonizata *in c. non licet. diſt. 46. & c. quoniam multi, ac per tot. diſt. 47. & c. ſi fœneraberis. cum ſeqq. 14. q. 3. & q. 4. per tot.*
in quibus juribus omnibus dicitur: mini-
mum quodque, quod accipitur ultrà ſor-
tem, id fœneratorem conſtituere, & da-
mnabile eſſe: quia in hoc fuerunt ſecuti
dictum illud CHRISTI: Mutuum da-
te, nihil inde ſperantes. Cum quibus &
Lutherus, reformator purioris doctrinæ
per eccleſias Imperii Romani in primo
Tomo Jenenſi, ſub rub. Groſſer Sermon
vom Wucher. de anno 1519. ful, 139. &
omnes alii noſtrorum temporum Theo-
logi, τὸ ῥητὸν ſacræ Scripturæ urgendo, ſi-
militer tranſeunt, & reſpondent ad alia
præcepta veteris teſtamenti, (quæ viden-
tur diſtinguere inter fratres & extraneos,
item inter pauperes & divites, ut his qui-
dem ſub uſuris credi poſſit, fratribus au-
tem, maximè pauperibus, ſub uſuris ne-
quaquam fœnerati liceat. *Deut. 23. juncto Levit. 25. & Exodi 22. capitibus*) illa præce-
pta ſecundùm alias leges prohibitivas in-
telligenda eſſe, quaſi videlicet loquantur
implicativè,&ita non excludant alias per-
ſonas, ibidem non enumeratas, cùm in il-
lo ipſo *cap.22 Exodi* etiam illud mandetur,
ne peregrini uſuris opprimantur. Dein-
de reſpondent, ut maximè ſit facta di-
ſtinctio in veteri teſtamento inter pere-
grinos & populum DEI; tamen illud eſſe
quiddam politicum, quod non relevet cō-
ſcientias coram DEO, non aliter, atque ſi
leges regni fortè permittant concubina-
tum. *l. 1. ff. de concub.* item publica lupana-
ria, ne quid deterius fiat. *l. 1. 3. & 4. ac per tot. tit. de concub. juncto ca. duo mala diſt. 13.*
item, iſtud fortè conceſſum eſt, ob duri-
tiem cordium Judæorum, ſicuti permiſ-
ſa fuerunt divortia eodem jure; *Deuteronom. 24.* quod CHRISTUS reprehendit
Matth. 5. his quidem ego, tanti nomi-
nis, pietatis, & ſanctitatis viris, non ha-
beo, quod reſpondeam, aliud, quàm, op-
tandum eſſe, totam vitam & actiones hu-
manas ad amuſſim Decalogi, & ad omnia
mandata, quæ CHRISTUS præcit *in cap. 5. Matthæi*, regulari & accommudari poſ-
ſe: ſed ubi ſunt illi novem, qui reddunt
gloriam DEO, ipſique per omnia ob-
temperant? Interim tamen, ſi reſpubli- 81
cæ conſiſtere debent, quia ſine commer-
ciis & contractibus vivi non poteſt, &, ut
cum Papienſe loquamur, mundus hodiè

Digitized by Google

non ſuſtinetur, neque regitur abſque uſuris, cùm charitas proximi refrixerit, & dilectio mortua ſit, *Ferrar. in forma lib. actionis hypothecar. verbo. ſine aliqua uſurarum. n. 1.* dubito, an non ſatiùs ſit, permitti moderatum aliquod lucrum creditoribus pro mutuis pecuniis, quam egentes, qui gratis pecuniam nuſquam inveniunt, fame conſumere? argumento, quod de deceptionibus circa contractus dicitur, etiamſi omnem fraudem abominentur leges, tamen, quia, pro perſonarum contrahentium ſive ſimplicitate, ſive etiam vafritie, ſæpè incidunt modicæ deceptiones, illæ ferendæ ſunt, nec propterea reſcindendi contractus. *l. ſcio illud, 4 de reſtit. in integ.* ita quod meritò Juriſconſultus ſcriptum reliquit: in pretio emptionis & venditionis naturaliter licere contrahentibus ſe invicem circumvenire. *l. in cauſæ. 13. §. 1. ver. idem Pomponius. de minor l. item. 2. §. quemad-*
82 *modum locati.* In cujus quæſtionis explicatione ideò fui prolixor, ut quantùm licet, ſalvarem conſuetudinem horum locorum, & provinciarum per Thuringiam, in quibus non tantùm uſuræ quincunces permittuntur, ſed etiam ſi ad contradictorium judicium ventum fuerit, ita per decreta, ſicut & per ſententias definitivas, abſque omni probatione intereſſe, adjudicantur creditoribus, unà cum ſorte principali, non tàm ex ſtipulatione, quam etiam ratione moræ, in non ſolvendo commiſſæ. Licet enim illud videatur eſſe contra conſtitutiones Ducum Saxoniæ in Thuringia, *ordinat. 7.* Vom Wucher: tamen dicta conſtitutio ſemper fuit intellecta & reſtricta ad uſurariam pravitatem eorum, qui immoderatas uſuras, non ſolùm centeſimas, ſed etiam duplum centeſimarum, & alias illegitimas exigendo, exugendoque & exuendo pauperes omnibus quaſi facultatibus, quas tandem deſerere, & velut nudi relinquere coguntur, piraticam quandam exercent terreſtrem.
83 Quincunces aũt uſuræ non tàm ex tempore promulgatarum anno 1556. conſtitutionum Saxonicarum, ſed jamdudum ante ſemper in aula permiſſæ & adjudicatæ fuerunt creditoribus: ſicut & à tempore ſtantis hujus Academiæ idem in hoc Dicaſterio indiſtinctè de jure reſponſum fuit. Quam diſtinctionem inter uſuras moderatas & immoderatas obſervari, illuſtriſſimis Saxoniæ Elector Auguſtus etiam ipſe, in ſuis ordinationibus provincialibus editis anno 1555. approbavit, ſecutus in hoc prædeceſſores ſuos, ſub tit. Vom Wucher. ubi habentur illa verba. Es ſoll ſich hinfort ein jeder der wucherlichen Contracten enthalten/ &, explicando ſe ulteriùs: Wir wollen hinfort den Wuchrern/ ſo jährlich uber fünff vom hundert nehmen/ innerhalb unſerer Lande/ zu dem Wuchergeldt nicht helffen laſſen/ auch uber die Verſchreibungen/ darinnen ein höhers/ denn fünff vom hundert geſagt/ jemand einige Gunſt auß unſerer Cantzley nicht geben. additurq; ibidem pœna eorum, qui ultra quincunces uſuras quid exigunt, confiſcatio ſcilicet quartæ partis in ſorte principali. At neſcio quo fato hacte- 84
nus factum ſit, quòd ſemper in his arctiſſimo ſanguinis & vicinitatis fœdere conjunctis domibus, & provinciis Saxonicis, aliquid extiterit, quod ſubinde diſſonantiam & diſcrepantiam induxit. Præmemoratus enim D. Elector in prædicta conſtitutione, Vom Wucher/ permiſerat anno 1555. uſuras quincunces, econtra Thuringica linea ſub annum immediatè ſequentem, puta 1556. in conſtitutionibus publicè divulgatis, generaliter prohibebat oẽs uſuras, etiam quincunces: quæ inter ſe ex diametro pugnant & diſſident. Sed vide porrò quid fiat, quemadmodum à tempore Thuringicarum conſtitutionum, ſicut & dudum antè, non obſtantibus illis provincialibus ſtatutis, Tyrigetæ ſemper & permiſerunt & adjudicarunt creditoribus uſuras quincunces, non tàm in amicabilibus cauſarum compoſitionibus, quàm etiam in contradictoriis judiciis: ita viciſſim in Electoratu Saxoniæ, quantumvis per prius uſuræ quincunces in ſtipulatum deductæ, etiam in contradictoriis judiciis, ſemper fuerint adjudicatæ creditoribus, prout memini adhuc anno 1567. in ſupremo judicio curiali Electoratus Saxoniæ, in hebdomada crucis, inter GD. actorem ab una, & HD. pro ſe & nomine fratris MD. reos ex altera parte, ſententiam in ſequentia verba conceptam, & publicatam Lipſiæ fuiſſe. So ſeynd Beklagte dem Klägern das verſprochene Dienſtgeldt der fünffhundert Gülden/ ſampt dem bewilligtem Intereſſe zu erlegen ſchuldig. (puta quinque de centum, ita enim ſonabant verba obligationis) tamen deinceps paulatim, poſthabita illa anni 1555. conſtitutione, ſub tit. Vom Wucher. publicè promulgata, eò res devenit, ut tandem ex paucorum annorum receptis moribus nullæ planè uſuræ, neque

quin-

quincunces, neque minores, adjudicarentur creditoribus, ſaltem in contradictoriis judiciis, ſive illæ uſuræ per ſtipulationem fuiſſent promiſſæ, ſive aliter ob moram in non ſolvendo commiſſam exigerentur, niſi quatenus iſtæ uſuræ petebantur tanquam intereſſe, ratione vel damni incurſi per creditorem, vel lucri ceſſantis ob moram debitoris, de quo intereſſe probari liquidò oportuit, per ea quæ paulò pòſt adducemus. Quæ quidem ſententia rigori
85 juris divini & canonici convenientior & receptior fuit: licet non deſint, qui contrariam opinionem multis rationibus magis amplectendam eſſe demonſtrēt. in primis autem Baldus, aliàs magnus canoniſta, refert, uſuras nō tantùm jure gentiū & naturali permitti, ſed & optandum eſſe, multos extare fœneratores vel creditores ſub uſuris, puta moderatis, ſine quorum officio alias multi fame perirent. *Bal. in c 1. numer. 4. extra de jurejur. & in l. cunctos populos. 1. num. 3. C. de ſum. trin. cum quo ſentit etiam Alciatus in uſura. 121. num. 10 ff. de verb. ſig.* inquiens: certè publicè intereſſe, legem civilem obſervari, quæ certum modum fœnerantibus præſcribit, ut, qui eum excederent, plecterentur. *l. eos. 26. C. de uſur.*
86 hodie ſiquidem propter canonum prohibitionem, non, niſi peſſimus quiſque, & impudentiſſimus fœnerat: qui cambii nomine, vel alio ficto titulo, indigentem, atque neceſſitate, quòd humaniores creditores non invenit, compulſum, deglubit, nec Epiſcopi, & ſacerdotes id hominum genus ullo modo coercent, ſed adjuvant potiùs, ſuas pecunias talibus daniſtis in id lucrum clam credendo. *hæc Alciatus in d. l. uſura. 121. num. 10. ff. de verb ſig.* Sed vereor, ne forſan etiam hodiè in repurgatis eccleſiis, de multis, qui ſedent ad rerumpub. gubernacula, & uſuras ēt leviſſimas mortalis noxiæ damnant, idem cōqueri liceat, prout movet iſtam querelam de perverſitate horum temporum, quæ culices colant, & camelos devorant, ac homines pauperes auxilio bonorum virorum, apud quos cum moderato interuſurio mutuare licebat, deſtitutos, crudeliſſimis latronibus & hirudinibus, quæ ſanguinem & prædam pauperum inter ſe dividunt, uſque ad interulam exugendos & ſpoliandos objiciunt, *Molin. de commerc. q. 2. num. 78.* Quod ſi, collatione facta, hæc probè in animis noſtris reputemus, (cùm reſpublicæ ſine mutuantibus conſiſtere nequeant, ut quæ non magis ex divitibus, quam indigis hominibus ac opificibus conſtant, quibus, ſi nemo ſit, qui gratificetur in pecuniis, tunc cum ſuis vel fame contabeſcent, aut ad ſeditiones, item furta, vel rapinas ſe conferent, quia mutuantes abſq; uſuris, vel nunquam, vel rariùs inveniunt, docente experientia) quantò ſatius eſt, legitimas uſuras permittere, & miſerorum inopiam aliorum officiis ſublevare, mechanicas & alias operas honeſtas, per quas & ſalus civitatis, & cujusq; cunq; in privato, ejusdemq; familiæ conſtat & conſervatur, promovere, quàm planè non reperto mutuo, pauperes in præcipitium rapinæ, vel aliorum ſcelerum, ocioſos agere, vel validos ex iis mendicantes efficere. *argum. l. un. C. de valid. mend lib. 11.* Loquor autem iſto caſu, ſicut & ſupra 87
monui, de uſuris moderatis, quincuncibus videlicet, non autem de aliis exceſſivis, vel uſuris uſurarum, quas Ariſtoteles πολυτοκίαν nominat, quæ de die in diem germinat, & producit plures fœtus nummorum, quam uſuram Suida in nubibus Ariſtophanis vocat feram quandam beluā ἀργυρότοκον, *Alciatus in l. uſura. 121. num. 3 ff. de verb. ſig. Didacus Covarru. lib. 3. var. reſol. cap. 3 num. 5. Ioan. Baptis. Lupus in l. curabit. 5. §. 3. num. 20. C. de act. empt. & Molin. in tract. commerc. in p num.* 44. Etſi verò memini, in pleno conſeſſu multorum Juriſconſultorum & nobilium, ſicut & alibi in locis Imperii, acerrimè ſuper hoc articulo diſputatum fuiſſe, urgentibus præſertim aliquibus ſententiam Schurffii, Practici in terris Saxoniæ celebratiſſimi, qui conſuluerit, ſi quis unam guttam aquæ ultrà ſortem vel ſtipulatus ſit, vel receperit, uſurarii criminis eum condemnandum eſſe: tamen in hac parte eum, ſicut & Legiſtas pleroſq; nimis ad ſententiam canonum de flexiſſe, res ipſa docet: ego verò ſuaſerim, ut quilibet hac in re ſuam conſcientiam conſulat, & ultrà id, quod à ſe recipi velit, non petat: quantò magis ego miror, quoſdam adverſus uſuras quincunces tantoperè dimicare, cum ex iis, etiamſi ſint admodum pecunioſi, neminem noverim, qui ſuas pecunias gratis mutuet. Atque uti- 88
nam ex illorum numero non eſſent, qui ſuos nummos, ſub prætextu neſcio cujus cambii, pro velamento uſurarum, non etiam ad centeſimas uſuras exponerent, immemores illius Juvenalis:

Quis tulerit Grachos de ſeditione loquentes?

V 3 *argu-*

argumento c. una tantùm. verſ. quomodò poterit
eſſe hortator viduitatis, qui & ipſe conjugia fre-
quentavit. diſt. 26. & c. f. verſ. quomodò. in illis
verb. qua libertate peccatum corripere poteſt, qui
tacitus ipſe ſibi reſpondet, ſe eadem admiſiſſe, quæ
in alio reprehendit, diſt. 25. & idem Iuvenalis ſa-
tyr. 2.

Clodius accuſet mœchos, Catilina Ce-
tegum.

89 Deinde, quicquid ſit de jure, videmus, &
teſtatur experientia, uſuras ſaltem quin-
cunces, ex longæva conſuetudine tolerari
in toto Imperio, ita, ut Principes Imperii
ſuis ſigillis & autochiris roborent ac con-
firment contractus mutui, in quibus pro-
mittuntur uſuræ quincunces, imò etiam,
lapſo ſolutionis tempore, præcepta exe-
cutiva faciunt debitoribus, ut infra præfi-
xum judicatis terminum liberent ſuam fi-
dem, ſatisfaciendo creditori tàm de uſuris
quàm de ſorte. Quod quidem non tàm in
noſtris, quam etiam vicinis provinciis uſi-
tatũ eſt, ſicut de iſta conſuetudine & mo-
rib. fiendæ executionis ſuper uſuris quin-
cuncibus, etiam in electoratu Saxoniæ, te-
ſtatur D. Weſenb. *conſ. 50 n. 34. verſ. quan-*
quam autem moribus, & idem *conſ. num. 96.*
refert: Imperii & horum locorum ſtatuta
atque conſuetudines adeò admittere quin
cunces uſuras, ut executionem etiam ita
demandari ſuper his quotidiè videamus.
Idemq; firmat D. Hartmannus Piſt. *in ſuis*
quæſt. reſp. 49. n. 24 part. 1. his verbis: ſecun-
dum hujus egentiſſimi ſeculi mores, qui-
vis etiam diligens paterfamiliàs eam, quã
paratam habet, pecuniam, ſub uſuris con-
ſuetis mutuo dare ſolet, idq; paſſim licere,
modò uſura legitimam quantitatem,
quincuncium videlicet ad centenarium
computandam, non excedat, multis per-
ſuaſum eſt, adjiciendo & illud: tantùm
abeſſe, ut uſuras legitimas exercere apud
noſtros vitio detur, quòd etiam inſtrumẽ-
ta, quibus quis uſuras pecuniæ mutuo da-
tæ ſtipulatus fuerit, indies conſenſu ma-
giſtratuum confirmentur, & executioni
etiam mandentur. Hæc ſi ita ſunt, ſcire
deſidero ab oppugnatoribus moderatarũ
uſurarum, quæ ſit ratio diverſitatis inter
hæc duo, magiſtratum videlicet permit-
tere ſtipulationem uſurarum, & roborare
talia inſtrumenta ſua authoritate & con-
ſenſu, item, quando urgetur parata ex-
ecutio virtute inſtrumenti liquidi, etiã
mandare executionem: e contra verò, ſi
ad contradictorium judicium perventum
fuerit, ſuperioribus perſuadere, quaſi pec-
cati mortalis inſtar habeant, ſuper uſuris
quincuncibus pronunciare, vel condem-
nare debitorem. Certè, ſi permittere uſu- 90
ras eſt peccatum, tùm omni in loco, &
quocunq; tempore erit peccatum, ita, ut
ad uſuras quantumcunq; modicas, in ſti-
pulatum deductas, Princeps vel ſuperior
nullum omninò conſenſum adhibere, ne-
que eas executioni mandare, vel uni ma-
gis, quam alteri, hac in parte favere vel
gratificari debeat, adhoc, ut æquale jus o-
mnibus reddatur. *c. in judiciis. ext. de reg. jur.*
in 6 §. 1. & §. è converſo. auth. jusjurandũ quod
præſtatur ab his coll. 2. & §. deinde propter. verſ.
quod autem auth. ut judices ſine quoq; ſuffragio.
coll. 2. & § uſus eſt auth. de defenſor. civit coll. 3.
Sin vero permittit magiſtratus ſtipulatio-
nem uſurarum, confirmando contractum
ſuæ authoritatis & conſenſus interpoſi-
tione, ac, quandò cõtra debitores pòſt mo-
ram, ex vi legis provincialis, uber richtige
Brieff und Siegel/ ſuper ſorte & uſuris in-
ſtrumẽtatis & liquidis parata petitur exe-
cutio, eo caſu, ſuper ſorte tantùm proce-
dere, & ſuper uſuris per ſtipulationẽ pro-
miſſis, & authoritate ſuperioris ſemel per-
miſſis & approbatis, creditoribus execu-
tionem tantiſper denegare, donec probét
quòd tanti ſua intereſfuerit, quis inficias i-
bit eo ipſo decipi creditores, qui gratis mu-
tuare nolebant, ideoq; conſenſum ſupe-
rioris non tàm ſuper capitali quàm etiam
ſuper uſuris conventis impetrarunt? Et ar-
mari videntur debitores ad nectenda criſ-
phygeta, & ad fallendam fidem contra jus
naturæ. *l. 1. de pact l. 1. de conſt. pecun*, nec non
ſimul deterrentur alii pecunioſi, ut paupe-
ribus in poſterum benefacere ceſſent, & in
hoc peccatur adverſus pietatem & chari-
tatem Chriſtianam. Quod vel alia etiam 91
ratione ſuadetur, ex quo ſuper intereſſe
damni emergentis, ſecundum omnes, ad-
mittitur probatio, quæ non ſine magnis
ſumptibus & labore confici poteſt, & ta-
men ſæpiùs ad minutiſſimam quantitatem
redigitur. *l. f. ff. de prætor. ſtipula. § penul. Inſt.*
de verb. oblig. juncta l. inter ſtipulantem. 83. §. ſi
ſtipulante. ver diverſa. & l. ſi ita. 63 ff. eod. Præ-
terea hoc impio ſeculo res eò devenit, ut,
qui probare debet ſuum intereſſe, is tan-
tùm currat ad aliquem daniſtam vel fœne-
ratorem, à quo impetrat conteſtationem
in ſcriptis, quod creditor uſurarum nomi-
ne ipſi ſolverit uſuram centeſimam loco
cambii, ſicut idem mercator forſan aſſerit,

ſe ab

ſe ab aliis ipſum quoque ſub iiſdem uſuris
mutuas accepiſſe pecunias, eo tantùm fine,
ut eidem, litiganti deinde ſuper uſuris cū
alio, hic viciſſim motuas præſtet operas,
ſicut non raro vidi practicatum, & ſub eo
prætextu ex parte creditorum, obtentas
fuiſſe non tantùm centeſimas uſuras, ſed
etiam majores, quod quam impium, & ab
hominibus Chriſtianis alienum ſit, nemo
eſt, qui non intelligat; adeoq; præſtat, cō-
mune aliquod & moderatum intereſſe vel
interuſurium ſtatuere, & accipere, ut ex u-
traq; parte, ad hoc, ut circa probationem
intereſſe, evitetur longior tela juditialis,
& eventus litis aut probationis dubius. *l. quod debetur. 51. ff de pecul. l. etiam. 15. ut legatorum nom. caveatur.* Cunclusivè itaq; ſen-
tio, ſi extet ſtatutum vel conſuetudo in lo-
co, permittens moderatas uſuras, puta,
quincunces, etſi non ignoro, dominus
Theologos trahere cauſas uſurarum ad ſu-
um forum: tamen, ſi caſus ſe offerat ſuper
uſuris quincuncibus, ſalva conſcientia eas
92 ſtipulanti adjudicari poſſe: ut ita quamli-
bet provinciam iſto caſu in ſuo ſenſu abun
dare patiamur, *c. utinam. diſt. 76.* cūm con-
ſuetudo cujuſq; loci ſit optima legum in-
terpres, *l. anniculus. 132. de verb ſig. l. minimè. 23. de ll.* & ita Paul. de Caſt. in ſim li re-
ſpondit ſuper materia uſurarum, cum illis
verbis: præſuppoſito, quòd de facto in ali-
quo loco tolerantur & exiguntur uſuræ
ſaltem modicæ, propter hominum neceſ-
ſitates & indigentias, ac jus redditur ſuper
ipſis, tanquam eſſent licitæ, ſi opponatur
de utriuſque teſtamenti pagina, uſuras pro
hibentis, & quæratur à me, quæ pars præ-
dictarum ſit verior in puncto juris, & quā
partem ego vellem ſequi, ſi eſſem judex,
de ſtricto juris rigore? videtur dicendum,
ſalva correctione meliùs & saniùs ſentiē-
tium, quòd hæc ſecundà pars ſit verior, &c,
cum poſitus ſim ad reſpondendum de ju-
re cuilibet petenti, non video poſſe de jure
aliter reſponderi. *hæc Paulus de Caſt. conſ. 174 incip videtur dicendum. quòd dictus Iudam. num. 3 parte 2.* cujus veſtigiis inſiſtere me
non pudet. Et pro iſta ſententia ſemper in
hoc dicaſterio ſtantis Academiæ noſtræ
Salanæ, pronunciavimus. Ac, ſi quis op-
ponat, ſtatuta & conſuetudines, quæ uſu-
ras permittunt, eſſe ipſo jure nullas, prout
tenent Canoniſtæ *in c. quia in omnibus. extra de uſur. & facit clem. 1. eodem. Curt. in c. cum tanto, ſect. 1. num. 18. extra de conſuet Bald. in auth. ad hæc. num. 2. C. de uſur*, & hanc ſenten-
tiam communem eſſe intimant multi. *Iaſon in §. omnes. num. 14 Inſt. de actio. Beroius in rub. extra de uſuris. num 80. Alciatus in c. perniciosam. numer. 74. de offic. ordinar. ac latè Didacus Covarru lib. 3 reſolut. cap. c. num. 5. & ſequenti*, & iſtam communem extendit
Curtius *in d. c. cum tanto quæſt 1. num. 18.* et-
iam ad uſuras, quæ penduntur viduis pro
mora, donec dotem ſuam recipiant: huic
reſpondeo, iſtam ſententiam non eſſe ita
generaliter receptam & approbatam, ſed
contrarium tenere Laurentium Rudol- 93
phum *in c. conſuluit. parte 2 q. 64. num. 88. extra eo.* item Bal. *in l f. §. preterea. num. 5. C. de jure dot. & conſ. 166. vol. 1. ac firmat Cardinal. in clem. 1. extra de uſur. quem allegat Didacus lib. 3 var. reſol. cap. 3.* quod & Rochus
Curt. probat. *in d c. cum tanto ſect. 1. num. 19.*
ubi addit, conſuetudinem vel ſtatutum,
de ſolvendo quinque pro centenario ra-
tione dotis, communiter obſervari, & ita
ſententiarum in cauſa cujuſdam viduæ,
eique per ſententiam adjudicata fuiſſe
quinque pro centenario, etiam in caſu, u-
bi alias habebat vidua, unde viveret. *refert Afflictus deciſ. 284. num. 4. in fine.* Et in 94
longe fortioribus terminis tota die etiam
per electoratum & ducatum Saxoniæ de
jure idem reſpondetur, ubi videlicet pro
dote illata, in quemcunque eventum ſolu-
ti matrimonii, ad rationem centenarii,
abſque omni probatione ejus quod inter-
eſt, viduis adjudicantur non tantùm quin-
que, ſed decem annua in centum ex longa
horum locorum conſuetudine, prout le-
gi poteſt ex conſilio juridicæ Facultatis in
almo ſtudio Lipſenſi, quod inter ſuas
quæſtiones retulit D. Hart. Piſtor. *in 1. parte. q. 4. per totum.* Quod autem valeat talis 95
conſuetudo, ut pro dote non reſtituta, in
eventum ſoluti matrimonii, debeantur
mulieri decem pro centenario in ſingu-
los annos, firmat Baldus. *in d. l. f. §. præterea. num 5. C. de jure dot. poſt Cardin. in clement. 1. q. 6. de uſur. quos ſequitur Alexand de Imo. in ſuis addit. ad Bart. in l. quid ſit fugitivus. 17. §. apud Labeonem. litera O. ff. de ædil. ed. quibus cum tranſit etiam Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 23. verb. ceſt. à ſcavoir. & iſtam ſententiam approbari in practica, teſtatur Mateh. de Afflictu deciſ. 284. quem ſequitur etiam Suarezius in receptis ſententiis, verbo uſuræ. numer. 78.* Ac, ſi quis dicat,
præcitatas authoritates loqui in caſu ſpe-
ciali, favore videlicet dotis, cujus mul-
ta ſunt privilegia, *Tiraq. de privil. dot.* tamen

V 4 non

non videtur eſſe aliqua diverſitas in hoc,
vel aliis creditis, *prout ſenſit pariter Ioan.*
Bapt. Lupus in l.curabit.5.§.4.n.91. C. de act.
96 *empt.* ubi per hoc fundamentum approbat
ſtatutum Florentinum, quòd creditor
miſſus ex primo decreto lucretur quinque
ad rationem centum. Cùm itaque, in hoc
maximè ducatu Turingiæ, ex longævo u-
ſu & toleratæ & adjudicatæ ſint uſuræ
quincunces creditoribus, non video, quo
modo ab illa uſitata & recepta conſuetu-
dine pronunciandi recedere liceat, per id;
97 quod tradit Alexander: quando variæ ſunt
opiones ſuper aliquo dubio, etiamſi quis
unam earum ſequitur (ut maximè forſan
altera verior ſit) nihil tamen peccari.
Alexand conſ.1 num.9 vol.2. & firmat in ter-
minis propoſiti noſtri Bart. ſi quis fecit a-
liquem actum, qui communiter per pro-
vinciam æſtimatur licitus, etiamſi ſapiat
aliquo modo uſurariam pravitatem, ta-
men per hoc non dicitur quis uſurarius,
aut illicitũ quid cõmiſiſſe. *Bart. in l.quis ſit*
fugitivus.17.§. apud Labeonem. numer. 1.ff. de
ædil.edict. unde & Baldus ſcriptum reliquit:
quòd contractus, in rationem annuorum
quinque, pro centenario celebratus, ſi in
regione hic reditus communiter frequen-
tatur, & inter bonos ſervatur, non debeat
judicari fœneratitius. *Baldus in l. un. numer.*
39.C. de his quæ pœnæ nom. Iaſon. in l. 1. num.
5. & 58. C. de ſumma trin. ubi tenet, lauda-
biles, & ſine unere conſcientiarum eſſe
conventiones, quas populus & civitates
ineunt cum fœneratoribus pro modicis
uſuris, ſicut, ſecundùm ipſum, inolevit
talis mos per totam Italiam. *quod ſequitur*
etiam Alexand. conſ. 1. num. 8. vol.2. Iaſon in
conſ.78.num.12.vol.3. Dec.conſ.170, n.28. vol.
2. ac poſt alios D.Hart. Piſt. in ſuis quæſt. reſponſo
98 *46.num.26, parte 1.* Pro qua concluſione
non parùm facit, quòd purioris doctrinæ
in his ecclesiis reſtaurator D. Lutherus,
bonæ memoriæ, in 7. Tomo Jenenſis lite-
ræ, recedens in hoc a Canoniſtis, quorum
opinionibus ab initio fuerat imbutus, quã-
vis uſuras damnare non ceſſat, tamen, quia
animadvertit, in hac vita, iſto præſertim
caſu, non præcisè omnia ad amuſſim regu-
læ divinæ, propter neceſſitates hominum,
exigi poſſe, ne quid deterius contingat, ac
planè exugantur pauperes pecunia indi-
gentes per illas lamias, de quibus ille vul-
gatus verſiculus uſurpatur:

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris
hirudo.

moderationem illam uſurarum, factam
per Imperatorẽ Juſtinianum *in l.eos.26 C.*
de uſuris, non modò non improbat, ſed ad-
dit: Kan dieſe Mäſſigung des Keyſers/ zu Ab-
wendung des alten/ harten/ ſchweren/ wucher-
lichen Laſtes dienen/ ſo wil ich gerne mitſtim-
men/ vnd helffen tragen vor Gott/ ſonderlich/
wo es dürfftige Perſonen/ vnd ein Nothwu-
cher oder barmhertziger Wucher were: & ad-
dit: Dann es iſt jtzo die Zeit nicht/ daß man
mit 5. oder 6. Gülden vffs hundert/ Reich-
thumb gewinnen kan. concludendo ulte-
rius, Frommer Leute heimlicher guter Rath
mag hierinnen Meiſter ſeyn/ Vnnd ſollen die
Pfarrherrn ſolche Diſputation von ſich abe/
zu den Juriſten/ oder ſonſten ad bonos viros
weiſen. *hac Lutherus in ſeptimo Tomo Ienenſi,*
ſub tit. Vermahnung an die Pfarrherr vom
Wucher zu predigen. *fol. 405.* cujus ſenten-
tentiam video ſanioris judicii Theologos,
etiam modernos magnæ authoritatis ſe-
qui. Ex quibus nunc & illud infertur, quòd 99
per provincias Thuringiæ, in obligatio-
nibus dandi, ſive aliquid ultrà ſortem ſit
promiſſum per ſtipulationem, ita tamen,
ne metas legitimi interuſurii excedat, ſive
etiam petatur intereſſe, ob moram in ſol-
vendo adhibitam, nulla liquidatione, an
videlicet tantum damnum in centũ, quod
ad quinq; aſcendat, paſſus fuerit, apud nos
opus eſt ex parte creditoris, ſed reſtringi-
tur illud officio judicis regulariter ad mo-
dum uſurarum quincuncium, quaſi iſtud
lucrum ex conſuetudine loci in omnem
eventũ certum ſit. Et iſtud quotidiè, prout
crebrò memini, tàm in aula, quam in dica-
ſterio noſtro per Thuringiam hactenus
obſervatum fuit, non tantum eo caſu, quã-
do uſuræ legitimæ deductæ ſunt in ſtipu-
latum, ita, ut certa earum quantitas in in-
ſtrumento contineatur. *l. quamvis 8. C. de u-*
ſuris. ſed etiam, quando uſurarum nulla fa-
cta fuit ibidem mentio, reus tamen eſt in
mora ſolvendi. *l. mora. 32. ff. eod.* nam &
tunc, excluſa omni probatione intereſſe,
adjudicantur creditori non majores uſuræ
quam quincunces, ratione moræ, non tan-
quam uſuræ, ſed tanquam intereſſe com-
mune. Ex quo infertur & illud, in his re-
gionibus paratam prodi executionem, ſu-
per debitis inſtrumentatis & liquidis, non
ſolùm ſuper ſorte principali, ſed etiam ſu-
per intereſſe, quod ad quinq; florenos in
ſingulos centenos reſtringimus, non alio
fine, quam ut parcim ſumptibus litigatorũ
parcatur, & difficultas probationis ſuper
inter-

Intereſſe evitetur, partim etiam, ut præci-
datur occaſio tergiverſandi creditoribus,
quorum callidiras & fallacia noſtris tem-
poribus tanta eſt, ut una aliam trudat, dum
per colluſionem cum aliis pecunioſis &
exteris, ac crebrò parùm conſcientioſis
mercatoribus, impetrans teſtimonia &
confeſſiones, per tabelliones in inſtrumē-
tum publicum redactas, in quibus aſſere-
re non verentur, quod talis actor ipſis, tan-
quam negociatoribus, centeſimas uſuras
exolverit, quæ inſtrumenta deinceps in
vim probationis ſui intereſſe producit pe-
titor, quemadmodum pauiò antè *num. 91.*
itidem attigimus. Sic manus manum fri-
cat, & unus alteri iſto nomine facilè grati-
ficatur, quòd ab altero in pari cauſa expe-
ctat paria officia, ac fit fraus legi, *l. non dubiū
5. C. de ll.* per quas fraudes deinceps non
tantùm ipſe principalis debitor in extremā
conjicitur inopiam & perniciem, ſed et-
iam alii creditores, qui de jure prælationis
ſuper bonis communis debitoris inter ſe
certant, poſtponuntur cum ſuis creditis,
adeò, ut nihil, aut parùm ex obligati bo-
100 nis impetrent. Hanc partem operis noſtri
primam dum ad prælum præparo, com-
modè mihi affertur novum edictum Illu-
ſtriſſimi prudentiſſimiq; herois, ac poten-
tiſſimi Principis, Ducis & Electoris Saxo-
niæ (cui procul dubiu fataliter Auguſti no-
mē in prima nativitate inditum fuit, quòd
nimirum omnia ſua conſilia ad augendam
eccleſiæ purioris & reip. Rom. tranquilli-
tatem, & ſtatus publici dignitatem, adq;
conſervationem juſtitiæ & æquabilis ju-
ris inter ſubditos directurus fuit, & dire-
xit ſemper, furtunante Deo, ſedulò ut non
immeritò hodie in illam unam columnā
omnium oculi per imperium cōjecti ſint)
ubi inter alia continetur etiam reformatio
cujuſdam uſus per aliquot annos ibi-
dem introducti, de non admittendis vel
agnoſcendis uſuris quincuncibus, niſi cre-
ditor probet, ſui tantùm intereſſe, ideoq;
renovavit ſuam & anteceſſorum ſuorum
eo nomine antè plures annos publicatas
cōſtitutiones, ut deinceps ſuper quincun-
cibus uſuris & executio demandetur, &
in judiciis cōtra victoriis creditoribus ad-
judicentur iſtæ uſuræ, tanquam legitimæ,
ſine aliqua probatione intereſſe. Per quod
edictum, ſub 18. diem menſis Maii anni
1583. publicatum & inſinuatum ſubditis,
redigitur utraque provincia, & Electora-
tus & Ducatus Saxoniæ per Thuringiam,
denuò, etiam ſuper hoc articulo injura-
rum, ad unam eandemque conſonantiam
quàm concordiam, ſicut in religione feli-
citer cœptam, ita in cæteris omnibus, quæ
faciunt ad laudem & gloriam Dei, item
ad eccleſiæ & ſubditorum ſalutem & uti-
litatem, ut Opt. Max. hujus orbis terrarum
gubernator diu ſtabilem & infractam ſer-
vet, ardentibus votis oro: & valeant, va-
leant inquam, omnes, qui inter hanc do-
mum Saxonicam diſſidium deinceps vo-
lunt, aut diſcordiarum ſemina ſerunt, vel
faces incendiorum excitant. Relinquit ta-
men præmemoratus Elector creditoribus 101
iſtam optionem, utrùm videlicet, loco
ſui allegati intereſſe, cum uſuris quincun-
cibus ad centenarium contenti eſſe, an ve-
rò de alio majore intereſſe probare velint:
quod ab æquitate & juſtitia non eſt alie-
num, maximè in illis locis, ubi habentur
emporia celebratiora, & pauci reperiun-
tur, qui ſub uſuris quincuncibus mutuant,
& roboratur hæc ſententia *per l. f. ibi: ſi ne-
gociator fuit, & cum pretio, ſi ad tempus conven-
tum ſolutum fuiſſet, ex mercibus plùs, quàm ex
uſuris, acquirere potuiſſet ff. de peric. & commo-
do rei vend. l. ſi ſterilis. 21. §. cùm per venditorem.
de actio. empti l. venditor. 8. ibi: etiam ea, quæ
per ipſum acquiri potuerunt, præſtari de evictio.
l. ſi ſervum meum. 33. §. in lege. ibi: amiſiſſe dici-
mur, quod aut conſequi potuimus, aut erogare
cogimur. ad legem Aquil.* quod tamen in pro-
vinciis Thuringiæ nemini permiſſum me-
mini, ſed coacti fuerunt creditores uſuris
quincuncibus & conſuetis eſſe contenti.
Caſu tamen, quo debeat haberi reſpe-
ctus etiam ad intereſſe ceſſantis lucri, ad
judicis officium pertinet, ne illis emendi-
catis, & apud alios daniſtas aut manifeſtos
fœneratores collectis ſuper prætenſo in-
tereſſe ſuffragiis & teſtimoniis, nimium
fidei tribuat.

Cæterùm ambigi poterat, an iſta con-
ſtitutio permiſſiva quincūcium uſurarū, 102
etiam ad contractus ante conſtitutionem
electoralem noviter promulgatam cele-
bratos, & in primis ad lites ante tempus
noviſſimæ conſtitutionis nōdum definiti-
vè deciſas, ſed adhuc pendentes, retrò tra-
hatur, ita, ut pro iis etiam reus ad quincū-
ces uſuras condemnari debeat? Quod pri-
ma fronte non videtur, tùm, quia negocia
jam antè deciſa & determinata, non de-
bent amplius in dubium revocari. *Iaſon in
l. non dubium. 5. n. 14. C. de ll. poſt Bald. in l. f. ff. de
juſtit. & jure. per l. cauſas. 16. C. de tranſact.*

Bartolus

Bartolus in l. ſ. per illum text. C. ſenteutiam reſcindi uon poſſe. Felinus iu c. quoniam. num. 3. verſ. hauc fallentiam limita ſex modis. & num. 10. extra de conſtitut. tùm etiam, quod natura ſtatuti, ſicut & cujuſque novæ legis eſt, de futuris diſponere, non autem de præteritis, l. leges & couſtitutiones. 7. C. de ll. c. quoniam in fine, extra de conſtitution. adeò, quòd jus novum ne quidem ligat ſubditos, ante bimeſtre tempus à die inſinuationis computandum, authen. ut factæ novæ conſtitutioues poſt iuſinuationes earum, poſt duos menſes val. §. ſancimus. coll. 5. tùm etiam, quòd lex nova, licet maximè dicat nominatim, quòd extendatur ad præterita, tamen non trahitur ad ea, in quibus ſemel judicatum eſt, aut, quæ adhuc pendent, ſaltem in inſtantia appellationis. Felinus d. c. quoniam. uum. 3. primæ declarationis, per authen ut cùm de appell. cognoſ. coll. 6. Sed iis non obſtantibus, contrarium adſtrui poſſe cenſeo, ex quo prædicta contraria & authoritates partim loquuntur in litibus per ſententiam definitivam jam terminatis, quas reſtaurari deinceps prætextu novæ conſtitutionis exemplo pernicioſum eſſet, argumento l. terminato. 3. C. de fructibus & lit. exp. c. finem litibus. extra de dolo & contum. partim autem videntur tunc demùm locum habere, quando novæ leges novum aliquod jus ſtatuunt, tunc enim futurorum tantùm, non autem præteritorum determinationem inducunt. d. l. leges. 7. & l. ſi quis argentum. 35 §. ſi autem. C de donat. ac facit autheu. ex cauſa C. de liber. præter. eum l. de uſuris. 27. C. de uſur. ubi diſponitur, modum uſurarum, taxatum in l. eos. 26. C. eod. nequaquam conternere illas, quæ decurſæ ſunt ante tempus promulgatæ legis, ſed tantùm eas, quæ decurrent in futurum. Secus eſt,
103 quandò lex nova vetus jus interpretando confirmat, tunc enim, quia conſtitutio recens nihil novum facit, retrò trahitur etiam ad præteritos caſus, nondum tamen deciſos, & in rem judicatam transactos, ita Baldus reſtringit iſtud dictum in præcitata l. leges & conſtitutiones. 7. num. 5. iu tertia fallentia. maximè in §. breviter coucludamus. verſic. aut non diſponit. ubi dicit: quandò ſtatutum nihil diſponit, ſed confirmat aut declarat vetera ſtatuta, tunc indiſtinctè retrotrahitur. ibidemq́; Salicetus num. 2. per §. finalem, authen. de filiis ante dotal. inſtrum. natis. colla. 3. poſt Ioannem Andreæ in c. fin. extra de verb. ſign in 6. ac facit l. bene à Zenone. 3. §. quia igitur. C. de quadrien. præſcript. & idem Baldus in l. non dubium. 5. num. 2. verſ. tertiò nota, quòd declaratio præterita reſpicit. ubi etiam Iaſon idem tenet, num. 10. C.
de legibus. per l. leges virtus. 7. ff. eod. cùm qui 104
declarat, nihil novi inducat, ſed quod prius eſt, interpretur & confirmet. Salicetus in d. l. leges. 7. num. 2. per l. adeò. 7. §. tùm quis. ff. de acquir. rerum dom. quæ tamen parùm ſervit ad propoſitum, ac melius probat l. hæredes palàm. 21. §. ſi quid poſt. in verbis: declarando nihil dat, ſed datum ſignificat. ff. qui teſtam facere poſſunt. l. ſicut autem. 8. §. ſed ſi quæritur. in verbis: ſervitus per ſententiam non conſtituitur, ſed quæ aute eſt, declaratur, ſi ſervitiu vindic. l. ſi donatæ. 36. §. ſi ſponſus ibi: donationem confirmare videtur, non novam iuchoare. de donat. inter vir. & uxor cum ſimilibus. Ex quo infert Iaſon, quòd declaratio reſpiciat præterita & futura, conſtitutio verò ſolùm futura. Iaſon in l. non dubium. 5. numer. 10. C. de legibus. per textum, quem ipſe vocat meliorem de jure, qui poſſit allegari, in auth de raptu mulierum §. ſuperfluam igitur dubitationem. verſ. quam interpretationem non iu futuris tantummodò caſibus, verùm etiam iu præteritis valere ſancimus, tanquam ſi noſtra lex ab initio cum tali interpretatione promulgata fuiſſet. colla. 9. Quod idem in effectu firmat etiam Bartolus in l. omnes populi. 9. num. 44. ff. de juſtit. & jure. per l. finalem. C. de transact. & l. fin. C. de pact. & per d. §. fin. auth. de filiis ante dotalia inſtrument. natis. colla 3. Iacobus de Beluiſo iu authent. ut cum de appellat. cognoſ. colla. 8. quæſt. 1. Imola & Geminianus in c. deliberatione. §. volentes. extra de offic. lega. in 6. Federicus de Senis conſ. 112. incip. amice chariſſime. num. 3. Alexand. de Imola. conſ. 7. incip. viſis & diligenter animadverſis. num. 4. vol. 2. ubi addit, ita communiter Doctores ſentire iu c. fin. per illum textum. extra de conſtitut. & Petrus de Anchoran. in c. canonum ſtatuta. circa finem, eod. tit. & tradit Felinus in d. c. fin. num. 4. fallen. 2. ubi addit, omnes interpretes ſequi iſtam ſententiam in d. c. fin. de conſtitut. ac facit gl. c. 1. iu verbo hujus modi ibi: quia idem erat etiam ante & in c. cum tamen verſ. ſuper his: in verbis: ſive ante, ſive poſt inter-
dictum noſtrum. extra de uſuris. Quod vel 105
multò magis de Saxonica conſtitutione veteris ordinationis, de quincuncibus uſuris, interpretativa vel declaratoria, ſentienda eſt, ex quo Illuſtriſſimus Elector ibidem haud obſcurè fatetur, ſuæ Celſitudinis, ejuſq; anteceſſorū conſtitutionē ſuper permiſſione quincunciū uſurarū antea pro

mul-

mulgatam, hactenus ſiniſtrè, vel prout
ipſius illuſtris celſitudo loquitur, mit einem
Mißverſtande/ acceptam ac intellectam, &
difformiter de jure reſponſum fuiſſe, ex
quo aliquibus uſuræ quincunces, abſq; ali-
qua liquidatione ſui intereſſe, ex vi ſtipu-
lationis, aliis autem præciſè abjudicatæ
fuerint, ideoq; ſubjicit in §. Darumb ſo ha-
ben unſere. juncto §. Als haben wir ſolches ih-
rer Bitte/etc. Daß ihre Churfürſtliche Gna-
den ihre vorige/ anno 1555. derowegen auß-
gegangene Landsordnung anher widerholet
haben wollen. adeò, quod iſto caſu ſtatutũ
Saxonicum deſignet irrationabilitatẽ præ-
teritæ, vel hactenùs obſervatæ conſue-
tudinis erroneæ, qua mediante, non ali-
ter admittebantur uſuræ quincunces, quã,
ſi probaretur per creditorem, tanti ſua in-
terfuiſſe, *argumento ejus quod tradit Felin. in c.
quoniam. n. 6. extra de conſtit.* ita, ut ſuper con-
tractibus per ſententiam nondum deciſis,
quantumvis adhuc in lite pendentibus,
nihil impediat, quin & quinq; de centum
actor petere, eaq; abſq; aliqua alia proba-
tione ipſi adjudicari debeant, cùm hæc po-
ſterior cõſtitutio uſurarum quincuncium
permiſſiva, dicatur confirmatoria antiquæ
conſtitutionis, editæ anno 1555. Ideoque
non immeritò trahitur etiam ad contra-
ctus ante innovationem hujus poſtremæ
conſtitutionis celebratos, per jura ſupe-
riùs allegata, maximè ex quo fatetur præ-
memoratus dominus Elector in §. Dar-
umb ſo haben. quòd quincunces uſuræ per
has provincias Saxoniæ, non tantùm ultra
hominum memoriam, ſed etiam per totũ
tempus ſuæ celſitudinis gubernationis, æ-
quabiliter permiſſæ, & in uſu fuerint, *per
ea quæ concludit Felin in d. c. quoniam, n. 15.* Ac,
ſi quis opponat, illum ipſum textum *in d.
c. quoniam verſ. declaramus*, probare con-
trarium, ex quo Pontifex ibi declarat in-
tellectum conſtitutionis antea editæ, &
tamen ſubjicit, iſtam declarationem de fu-
turis ſolùm, non autem de præteritis ne-
gociis intelligendam eſſe, reſpondetur: ma
gnam eſſe diverſitatem inter conſtitutio-
nem *d. c. quoniam*, & hanc noſtram. Illa
namq; concernit tantùm ordinem & præ-
rogativam certi generis perſonarum, cle-
ricorum videlicet, qua unus præ aliis gau-
dere debuit, interim tamen pontificibus
liberum fuit, habito reſpectu ad qualitatẽ
vel dignitatem perſonæ, per viam diſpen-
ſationis, unum alteri præferre, cùm Papa
non ligetur ſua conſtitutione *gloſſ. d. c. quo-
niam verbo. multum dubia. poſt gloſſ in c. nulli.
& c. ſi aliquam. extra de ſen. excom. & c. ſtatu-
tum eo. in 6. propter videlicet plenitudinem pote-
ſtatis. Baldus in l. 2. q. 6. C. de ſervit.* Secus eſt,
quoad propoſitam declarationem domi-
ni Electoris, quæ legem illam generalem,
ſuper uſuris quincuncibus antea latam,
denuò corroborat, & ita confirmat, ut ve-
lit eam generaliter in omnium & ſingulo-
rum perſonis remota omni prærogativa
vel exemtione, firmiter & inviolabiliter
obſervari, ſicut fatetur ipſius celſitudo *in
d §.* Darumb haben. in præcitatis poſterio-
ribus novellis, quòd, ut ſuperiùs etiam tã-
gebatur, uſuræ quincunces per provincias
Saxoniæ hactenus non tantum ultra tem-
pus immemoriale, ſed etiam per totum
curriculum ſuæ gubernationis permiſſæ,
& in perpetuo uſu extiterint, licet interdũ 106
diverſimodè ſuper eo articulo pronuncia-
tum fuerit, in judiciis contradictoriis. Id-
eò Felinus *in d c. quoniam. n. 7. & 9.* exten-
dit effectum novæ conſtitutionis declara
toriæ expreſſe ad cauſas ante tempus de-
clarationis pendentes etiam per appella-
tionem. Licet enim, ſecundum eum, aliàs
conſtitutio novi juris divulgatoria non
trahatur ad cauſas pendentes per appella-
tionem, *authen. ut cum de appella. cognoſ. in
princ. colla. 8.* tamen ſecùs eſt in conſtitutio-
ne declaratoria, quia illa ſervari debet et-
iam in cauſis pendentibus per appellatio-
nem. *allegat Vincentium & Ioannem Andreæ
ibidem*, addendo, iſtud eſſe tenendum men-
te. Ex quo itaque in propoſito noſtro non
magis ex nova, quàm ex veteri, & anno
1555. promulgata conſtitutione, uſura-
rum quincuncium permiſſiva, agitur, cui
per novam illam declarationem fortius
robur additur, ſatis patet, quòd pro cauſis
nondum deciſis, licet in lite pendentibus
ſive in prima, ſive in ſecunda inſtantia cre
ditoribus denuò petere licebit uſuras
quincunces, abſque omni probatione ejus
quod intereſt, pro negociis eum adverſa-
ria parte geſtis, cum invocatio antiquæ le- 107
gis nihil novi inducat. *c. innovamus, juncta
gl. 1. extra de treuga & pace. c. innovamus. de
cenſibus. cum c. ſi quis romipetas. & c. paterna-
rum. 24. quæſt. 3.* quod in ſpecie tradit idem
Baldus *in l. jus civile. 6. n. 3. v. item nota. quòd
ſtatuta confirmata ff. de juſt. & jur.* ubi ſcriptũ
reliquit: ſtatuta renovata per modum con
firmationis, indubitatè retrò ligare. *ac fa-
cit. c. 1. § provinciarum verò. verſ. unde poteſta-
tem. in verbis; non infringi volumus, ſed ratas eſſe
declara-*

Digitized by Google

declaramus. authen. ut factæ novæ conſtitutio. colla. 5. & authen. hæc conſtitutio interpretatur priorem, de iis qui ingrediuntur ad appellationem, in verbis: primam illam legem alia conſtitutione interpretantes. coll. 6. Addo & illud, quòd alibi ſcriptum reliquit generaliter Benedictus Capra, novas conſtitutiones trahi retrò ad inſtrumenta & cautiones, etiam ante tempus novæ conſtitutionis confectas, *concluſ. 6. num. 52.* ubi addit, hanc ſententiam communem eſſe. *& in communibus opinionibus verſic. conſtitutio. numer 56.* Quod tamen ejus dictum cum mica ſalis intelligendum exiſtimo, ſecundum prædicta, de novis conſtitutionibus confirmatoriis priorum: ſecùs, ſi prorſus aliquid novi inducant, vel, accipiendum eſt hoc Capræ dictum ſaltem de iis conſtitutionibus, quæ concernunt proceſſum, & ordinem cauſæ, & ſic ordinatoria, non autem deciſoria judiciorum, *per ea, quæ tradit Felinus in d. c. quoniam. num. 15. extra. de conſtit.* ubi ex hoc infert: ſtatutum diſponens, quòd debitor ex inſtrumento guarentigiato, vel aliter liquido, poſt moram in perſona detineatur, extendi non tantùm ad inſtrumenta poſt novam conſtitutionem confecta, ſed etiam ad obligationes antè tempus ſtatuti initas, & ante eum idem tradidit Baldus *in l. leges & conſtitutiones. 7. num. 48. ibidemq; Iaſon. 10. C. de ll. & Bartol. in l. omnes populi 9 num. 44. ff. de juſtit. &*
108 *jure.* Nec obſtat, ſi dicatur, dato quòd quincunces uſuræ Anno 1555. & præcedentibus temporibus fuerint permiſſæ per ordinationes provinciales, tamen iis fuit derogatum per contrariam conſuetudinem, *argumento l ſed & poſteriores. 28 ff. de ll. juncta l. 2. C quæ ſit longa conſuetud.* quia iſtud manifeſtè falſum eſt, ex ſequentibus fundamentis. Primò namque lex ſcripta, ſive ſit generalis, ſive particularis alicujus loci, ſemper dicitur loqui, & eſſe in viridi obſervantia, donec per contrariam legem vel conſuetudinem probetur abrogata. *l. Arriani. 5. §. cunctis C. de hæret.* de contraria verò lege quincuncium uſurarum abrogatoria, fidem facere eſt prorſus impoſſibile. Probatio porrò de conſuetudine contraria eodem modo expediri nequit, tùm, quia talis conſuetudo requirit tempus præſcriptum, *l de quibus. 32. l. diuturna. 33 ff. de ll l. 1. & 2. C. quæ ſit longa conſuet.* Et, licet de jure communi ad inducendam conſuetudinem ſufficiant 10. anni, *allegatis juri-*
109 *bus*, tamen ſecùs eſt de jure Saxonico, quod non niſi duas ſpecies præſcriptionum agnoſcit, tricenariam videlicet cum anno & die, in bonis ſoli, item juribus, & annalem, pro mobilibus. Landrecht *lib 3. art. 29. ac notatur ſuprà in hac ipſa Parte noſtri Operis. cap. 3. num. 30.* Ac in ſpecie, quòd conſuetudo per terras Saxoniæ requirit tempus præſcriptum per 31. annos cum ſex hebdumadis & tribus diebus, teſtatur D. Schneidevvin. *in §. ex non ſcripto num. 4. verſ. de jure verò Saxonico. Inſtitut. de jure natur. gen. & civil.* Eo præſuppoſito, ab anno 55. quo publicabatur conſtitutio permiſſiva quincūcium uſurarum, uſq; in annum 1583. ſi inſtituatur computus, deerit ad complementum iſtius præſcriptionis integrum triennium, ac plùs, & ita unum ſubſtantiale conſuetudinis probandæ deficiet, contra id, quod habetur, *in c. cum tanto. ibi. niſi legitimè ſit præſcripta. extra de conſuetud.*
Deinde indubitatum eſt, conſuetudinem 110
contra jus vel commune vel municipale, non aliter induci, niſi ex ſuffragio & conſenſu ſaltem tacito ſubditorum, qui debent ligari per talem conſuetudinem, *l. de quibus. 32. verſ. quare. in verbis: leges non ſolùm per legislatorem, ſed etiam tacito conſenſu populi abrogari. ff. de ll. ac facit l. 1. & 2. cum ibi notatis per Baldum & alios C. quæ ſit longa conſuet.* Verùm, ſi acta conventuum & ordinum provincialium per Miſniam evolvantur, apparet, ſubditos ſemper ſeſe oppoſuiſſe huic conſuetudini, quòd legitimum interuſurium non permitteretur, eoque ipſo daretur occaſio quibuſdam lamiis, iniquiſſima lucra à debitoribus ſuis extorquendi: quod ſane alia probatione non indiget, cum ipſemet legislator in ſua novella, **Von wucherlichen Contracten.** hujus rei ſatis locuples ſit teſtis, de hoc ſe referendo ad verba formalia dictæ novellæ adeò, quòd ne quidem etiam ex capite uſus contrarii, qui abuſus magis, quàm conſuetudo dici debuit, ſalvari vel liquidari poſſit. Movet & illud, quòd præſuppoſita etiam legitima præſcriptione, ſicut tamen non eſt, nihilominus conformis talis actuum continuatio & reiteratio vel frequentia requiratur, adeò, ut etiam unicus actus contra conſuetudinem interveniens, præſcriptionem interrumpere dicatur, *Panorm. in d. c. cum tanto. num. 19. ibidemq; Rochus Curt. ſect. 4. num. 38. 66. & 71. extra de conſuet.* Quod ipſum etiam deficit in propoſito, ex quo confirmans prædictam conſtitutionem anni 1555. de permiſſione uſura-

ſurarum quincuncium, fatetur ipſemet, ſuper iſta materia hactenùs diverſimodè pronunciatum, & aliquibus creditoribus quincunces adjudicatas, in aliorum verò perſonis contrarium obſervatum fuiſſe, idq; ex erroneo intellectu prædictæ conſtitutionis eveniſſe: cùm tamen aliàs requirant reges pro valore conſuetudinis, ut ſcilicet non erronea, vel per errorem [qui tacitum populi conſenſum tanquã cauſam efficientem excludit,] introducta ſit. *Panorm. in d.c. cum tanto. num. 13. ibidemq; Rochus Curt. ſect. 4. num. 1. per l. quod non ratione. 39. verbis: errore primùm, deinde conſuetudine obtentum eſt. ff. de ll.* adeò, quia malè adinventæ, malæque vel erroneæ conſuetudines nequidem ex longo tempore confirmantur, prout loquitur Imperat. *in §. nunc verò perfectè. verſ. malè enim adinventa, auth. ut nulli jud. liceat habere loci ſerva. coll. 9.*
111 Cæterùm huic ſententiæ videtur fortiter obſtare, quòd ſæpè memoratus Elector Illuſtriſſimus anno 1572. promulgavit, cum conſenſu omnium ordinum provincialium, aliam poſteriorem conſtitutionem, quæ eſt in ordine novellarum ipſius triceſima. *part. 2. ſub rub.* Wie vnd auff was Meynung das Intereſſe zu erkennen. ubi legitur, intereſſe ſuper contractu mutui non aliter judicandum eſſe creditoribus poſt moram, niſi liquidetur ſaltem per probabiles circumſtantias & conjecturas, quia loquitur illa conſtitutio de intereſſe lucri ceſſantis, aut damni emergentis poſt morã, quod innuit principium conſtitutionis 30. in illis verbis: ob ſolam moram fünff Gülden jährliches Intereſſe auffs hundert zu erkennen. quaſi dicat, ſecùs eſſe, ſi quincunces uſuræ promiſſæ per ſtipulationem in conventionibus partium fuerint, quo caſu, cùm duplex concurrat vinculum ex parte creditoris, primò, quòd per annum caruit ſua pecunia, deinde quod gratis mutuare noluit, ideoq; quina in ſingula centena uſurarum nomine ſtipulatus fuit, fortiùs ligat, quàm illa unica conſideratio, moræ videlicet. *argum auth. itaq; C. communia de ſucceſſ.* adeò, ut in hoc nihil poſſit dici derogatum veteri conſtitutioni anni 1555. de permiſſione quincuncium uſurarum ex pacto, tùm, quia a proprietate verborum ſtatuti non receditur, ex quo ſtricti juris eſt, ita ut expreſſum habeatur ꝓ expreſſo, & omiſſum pro omiſſo, *arg. l. 3. §. 1. ff. de negot. geſt. l. quicquid adſtringendæ. 99. de verb. oblig.* ac, quod non mutatur, quare ſtare prohibeatur. *l. ſancimus. 27. C. de teſtã.* tùm etiam, quia non intelligitur illuſtriſſimus, & excelſiſſimi ac profundiſſimi judicii Princeps, per illud jus novum, obligationes antea inter partes confectas, & ipſius Celſitudinis authoritate confirmatas, de quincuncibus uſuris ſonantes, enervare ac retractare, vel viam perfidiæ partibus aperire voluiſſe. *argumento l. 1. C. ſi adverſus vendit. juncta l. 1. ff. de pactis. & l. 1. de conſtit. pecu.* cùm Princeps præſumatur 112
habere unum calamum & unam linguã, juxta illud: quæ proceſſerunt ab ore meo, non faciam irrita, *Egidius Boſſius in criminalib. tit. de Principe. num. 19. poſt Baldum conſ. 279. incip. pridiè enim volum. 3.* Interim nec illud hoc loco prætereundum cenſeo, quòd ſapientiſſimo conſilio idem Elector, ubi proximè, reſtringit edictum uſurarum quincuncium permiſſorium, in concurſu plurium creditorũ, quando nimirùm per adjudicationem uſurarum quincuncium poſterioribus creditoribus ita noceretur, ut vel nihil prorſus, vel parùm admodùm de capitali ſuo ipſis liceret expectare: quo caſu, quantumvis ex prærogativa temporis, unus creditor hypothecarius poſterioribus omnibus, ſive hypothecariis, ſive perſonalibus, ratione ſortis præferatur: tamen, quando, uſuris quincuncibus computatis, bona rei pro ſatisfactione omnium creditorum non ſufficiunt, uſurarum etiam quincuncium nulla habetur ratio. Ita D. Elector in loco ſæpè citato edicti ſui declaratorii uſurarum, divulgati ſub 18. Maij de anno 1583. *§.* Als haben wir. *juncto verſ.* Jedoch 113
wann eines Schuldeners Güter ſo weit nicht reichen. Quod pari planè ratione videtur extendendum eſſe etiam ad cauſam veri intereſſe poſteriorem creditorum, puta, quando illi probant, ſe ob moram debitoris alibi contraxiſſe magnum æs alienum, & ſub gravi intereſſe: vel ex mora debitoris coacti fuerunt, vendere paternos lares & prædia: ad hoc, inquam, intereſſe, tanquam damnum emergens, aut lucrum ceſſans, quod paſſi fuerunt reverà poſteriores creditores, circa diminutionem ſui patrimonii, magis eſt habendus reſpectus, quàm ad uſuras lucratorias, quas ex vi permiſſionis ſtatuti captat, unà cum ſorte principali, primus creditor. Licet enim ex ſtatuto vel conſuetudine loci creditori quincunces uſuræ debeantur:

tamen, cùm hujuſmodi uſuræ ſint merum
lucrum. poſteriores autem creditores de
damno vitando dimicent, ſumma æqui-
tas dictat, damnum, quod debitoris ſui
cauſa paſſi ſunt, ipſis ab eodem reſtitui,
*Rebuff in l un. num. 4. 5. 6. 7. 8. 9. ac in pri-
mis num 24 & 25. poſt alios ibidem Dd. C. de
ſent. quæ pro eo, quod intereſt prof. ac fac. l.
quod ſi Epheſi. 4. in fin. ff de eo quod certo loco.
cum l. 1. & l. 2. ad l. Rhod. de jactu. c. pervenit.
extra de fidejuſſorib. ac notat latè Cunrad. de
contract. q. 30. per totum.* cùm iſto caſu,
quod ultra ſortem accipitur, ad indemni-
114 tatem pertineat. Et tale intereſſe vocant
uſuram recompenſatoriam, ut, quæ nihil
aliud eſt, niſi ejus, quod abeſt creditori
propter moram obligati, legitima & æ-
qualis compenſatio. *Molin. de commerc. in
p. num 5. & in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſ.
9 num. 20. & ante eum tradidit iſtam diſtin-
ctionem, inter uſuram lucratoriam & recom-
penſatoriam vel reſtaurativam damni, Salic. in
l. ſi uſuras. 21 num. 2. C. de uſur. & ſequitur
Ioan. Bap Lupus in repet. l. curabit. 5. §. 3.
num. 20. junctis quæ tradit in §. 6. num 101.
& ſeqq. C de act. empt.* & ita tunc non ha-
betur ratio uſuræ lucratoriæ in perſona
primorum creditorum, ne, dùm ipſi lu-
cro inhiant, poſteriores in damno ſint,
cùm non par militet ratio, amittere in to-
tum debita, & lucrum non facere. *l. fin §.
ſi quis verò. verſ. non enim par. C de codicillis.*
ex quo primus creditor de præda captan-
da ſollicitus eſt, non ſine magno præju-
dicio aliorum, qui vel de ſua ſorte, vel ſal-
tem eo, quod revera pro debitore expo-
ſuerunt, in periculum veniunt, *arg. § pen.
Inſt. quib. alien non lic l. cum fin. C. pro em-
ptore. l. ſi minoris. 25. ff. de admin. tut. l quod
autem. 6. quæ in fraud. cred. ac facit l. non
115 fraudantur. 134. de reg. jur.* Et, quod diverſa
ſint, lucrum non capere vel non acquire-
re, & damnum in amiſſione fortunarum
ſuarum pati, probatur expreſſo juris tex-
tu *in l. juris ignorantia. 7. & l. error. 8. de ju-
116 ris & fac. ignorant.* Quæ tamen omnia in-
telligantur ſecundùm determinationem
dictæ conſtitutionis declaratoriæ anni
1583. *ſub rub.* Von wucherlichen Contracten
vnd Partiten. ne videlicet creditorib⁹ hy-
pothecariis illæ uſuræ quincunces cõven-
tæ præcidantur in totum, ſed ut reſerven-
tur in aliud tempus, donec nimirum alii
creditores perſonales, qui tunc ſunt in
lite, de ipſorum capitali contententur:
quo caſu, ſi quid reſiduum eſt in bonis
debitorum, creditoribus hypothecariis
etiam de uſuris ſuæ ſortis vel capitalis de-
inceps ſatisfaciendum eſt, per dictam de-
clarationem anni 1583. *ſub rub.* Von wu-
cherlichen Contracten vnd Partiten. §. Je-
doch wann eines Schuldeners. alias enim
ipſorum vigilantia, circa impetrationem
conſenſus hypothecæ in bonis debito-
rum, non tàm ſuper ſorte, quam etiam ſu-
per uſuris nociva foret, & parùm utilis
ipſis hypothecariis, quod eſſe non debet,
*l. pupillus. 24. in fine, verbis: vigilavi, melio-
rem meam conditionem feci, jus vigilantibus ſcri-
ptum eſt. ff. de his quæ in fraud. cred. l. quod au-
tem. 6. §. ſciendum. eod. tit.*

(1) Interesse. In præcedente voca- *De intereſſe ejuſq; probatione.*
bulo, incip. legitimis interuſuriis, tradi-
dimus regulam de uſuris, quòd videlicet,
ſive moderatæ, ſive immoderatæ petan-
tur, regulariter prohibitæ eſſe cenſeantur.
*Bald. in l. cunctos populos. 1. num. 4. C. de ſum-
ma Trin. & fide cathol. & in l. rogaſti. 11. §.
ſi tibi num. 8. ff. ſi cert. pet. ibiq; Iaſ. num. 4.*
ſubjicit rationem quòd obligatio, quæ re 117
cõtrahitur, non poſſit iniri in plus, quam
reipſa ſit datum, etiamſi iſtud expreſsè a-
gatur, quòd in plus contrahatur. Quia, ſe-
cundùm eum, potiùs ſydera caderent de
cœlo, quàm quòd obligatio contrahatur
in plùs, quàm fuerit acceptum. *Iaſon in d.
§. ſi tibi. num. 4. Decius conſ 116. num 2. & pro-
bat Alexand. conſ 61. incip. viſo proceſſu cauſæ
inter Ioannem, nu. 12. vol 2.* Ideoq; ut maxi- 118
mè moderatum intereſſe, puta, ſola quin-
que pro centum deducta ſint in ſtipula-
tionem; tamen non aliter admitteretur
creditor ad petitionem illius intereſſe, ni-
ſi probetur, tanti ſua interfuiſſe. *Bald. &
Iaſ. ubi proximè. Cagnolus in l. curabit. 5 n. 54.
C. de actio empti. & in l. unic. num. 49 C. de
ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, profer. ibiq; Re-
buffus num. 4. Bart. 8. Cravetta conſ. 97. nu. 3.
& conſ. 189. num. 12. parte prima.* cum talis 119
conventio de plus accipiendo, quam ero-
gatum fuerit, in obligatione dandi pra-
vitatem uſurariam ſapiat, ideoque illicita
ſit. *Ioan. Bapt. Lupus in d l. curabit. 5. §. 6.
num. 121. ibiq; Cagnolus 54. & in d l. un. nu.
49. ubi & Rebuffus idem tenet ſuper gloſ. fina-
li num. 34.* & ſic uſuræ etiam quincunces, 120
& in ſtipulatum deductæ, regulariter non
debentur tanquam uſuræ, ſed ſi quis eas
petere velit ut intereſſe, probare debet,
in tantum ſua interfuiſſe. *Decius in c. cùm
venerabilis num. 19. extra de except.* Etiamſi
enim pro officio mutuationis interim,
dum

Digitized by Google

dum ea dutat, certam partem lucri pro
ſuo intereſſe creditor ſtipulari poſſit ab
initio, idque ſecundùm omnes deberi in-
dubitatum extet: tamen illa recompenſa-
tio moderati lucri aliter non adjudicatur,
niſi ut intereſſe, de quo, ut prædictũ eſt,
ante omnia liquere debet, *Baldus in l. cum allegas. 15. num. 14. C. de uſur.* Secùs, ſi de
121 eo intereſſe nihil probetur. Quod adeo
122 verum eſt, ut extendatur etiam ad caſum,
quando obligatus pºſuiſſet illa verba in
inſtrumentu: ſe ſcire, quòd creditoris in-
tereſſe per tantum tempus ſe extendat ad
uſuras conventas, ut ne tunc quidem iſta
partis confeſſio ſufficiat, cùm intelliga-
tur in fraudem uſurarum appoſita fuiſſe.
Bald. d. l. rogaſti. 11. §. ſi tibi. num. 8. verſ. in contrarium. & d. l. cunctos. c. num. 4. ubi
addit rationem, quòd in tempore nulla
ſit proportio, cùm iſtud ſit commune, ſi-
cut cœlum & aër, ideoq; ex illo non poſ-
ſit augeri vel diminui obligatio. *argum. l. obligationum ferè 44. §. placet. ff. de actio. & oblig. Decius conſ. 111. num. 2. Alex. conſ. 221. n. 2. vol. 2 & conſ. 121 n. 4 verſ tamen hoc eſt*
123 *verum, niſi aliud actum ſit vol. 5.* Et Joan. de
Imola. *in c. fin. n. 62. extra de uſur.* addit,
quòd nun ſit alius actus aut contractus
in toto mundo, de quo ita facilè præſu-
matur fraus & ſimulatio, ſicut in mutuu,
124 *l. per diverſu. 22. C. mandati.* Idque maxi-
me in propoſitu, ubi, pendente adhuc di-
latione ad ſolvendum, nulla intelligitur
mora contrahi. *l. lecta. 14. § ſed ſi ſortis ff. ſi cert. pet. at notat Abbas conſ 66 num. 4. l. 1 Ioan. And in c ſalubriter. extra de vſur* niſi fortè ſta-
tuto vel conſuctudine loci aliud fuerit in-
troductum, prout in præcedentibus latiſſi-
mè fuit examinatum, & agetur paulò pòſt
de hoc articulo latiùs. Mulinæus intereſſe
125 ex mora vucat promiſcuum & ſucceſſi-
vũ intereſſe, quo de videlicet nihil in con-
tractu actum fuit, ſed cauſatur, ratione
moræ cõmiſſæ in non ſolvendo deſtina-
tis locis & temporibus, *per l 2. & l. 3 ff. de eo quod certo loco, Molinæus de commercio in principio num. 34. & num. 90. 499.*

Etſi verò, quicquid in probatione per
teſtes, & in latiore indagine conſiſtit, re-
motum & alienum eſt, à proceſſu noſtro
executivo, *per ea, quæ tradimus in tertia parte huius operis cap. 2. per totum.* tamen quia
pòſt factam executionem ſuper ſorte, ve-
lut liquida, urgetur etiam ſolutio inter-
eſſe, de illo quoque, & ejuſdem proba-
tione, quantum ſufficit, tangemus. De-

finitur autem intereſſe, æſtimatio damni 126
emergentis, vel lucri ceſſantis ratione
moræ, vel aliter. *Bart. in l. un. num. 8. & 9. Bald. 6. & Salic. 7. C. de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt, profer. Ferrarienſis in ſua practica de forma libelli pro actione reali. §. & in, florenis. num. 18. & 28.* [*adde Speculat. in tit. de fruct. & intereſſe, per tot.*] adeò, ut
hic non conſideretur æſtimatio ipſius pe-
cuniæ creditæ, ut quæ per ſe fructifica-
tionem facere nequit, ſed taxatio damni
medio tempore incurſi, vel amiſſio utili-
tatis & commodi pecuniarii, quod redi-
re poterat ad mutuantem, ſi pecunia cre-
dita non caruiſſet, aut mora in ſolvendo
non incidiſſet. *Angel. in l. loti corpus. 4. §. in confeßione, ff ſi ſer. vind.* Ideoq; Alciatus de-
finit intereſſe non tantùm æſtimationem
ipſius rei, ſimpliciter acceptam, ſed eam,
quæ ultrà & extrà ſortem debetur ratio-
ne damni emergentis, & lucri ceſſantis,
ita, ut non tantùm rei principalis, ſed &
acceſſionum ſequentium habeatur ra-
tio. *Alciat. in tit. C. de eo, quod intereſt cap. 3. num. 6. per l hac verba quanti. a 9 3. ff. de verb. ſig.* Ideoq; Alciat. *ubi proximè num. 18.*
addit, intereſſe nonnunquam conſidera-
ri, tanquam utilitatis non habitæ pretiũ
aut valorem. Quia verò id ipſum, quate- 127
nùs cujusque intereſt, in facto, non in ju-
re conſiſtit. *l. quatenùs. 24. ff. de reg. jur. l. 2. §. fin. ibi. quod interfuit, veniet, & quidem ultrà legitimum uſurarum modum, imò & lucri ratio habebitur, non ſolius damni. ff. de eo quod cer. loco. l. ſi in lege. 24. §. colonus, locati. l. fin. de prætor. ſtipulat. l. liber homo. 103. in fine de verb. oblig.* ideò illud ipſum
intereſſe, ſive damni emergentis, ſive
lucri ceſſantis directò probari debet per
creditorem. *Cagnolus in l. quatenus 24. nu. 7. de reg. jur. per l. ſi emancipati. 9. C. de collatio.* Exemplum itaque probationis ſu- 128
per intereſſe damni emergentis eſſe po-
teſt, quòd ratione moræ debitoris, in ſol-
vendo adhibitæ, creditor ad refectio-
nem ædium ſuarum, vel ad exolutionem
æris alieni, in quo ſuis vicisſim credito-
ribus tenebatur, coactus fuerit, ſub ma-
gno fœnore ab aliis mutuum accipere,
& ſic tanti ſua intereſt, ultrà ſortem ac-
cipere, quantum aliis fœnoris nomine
dare cogebatur. Item, potuit tunc tem-
poris, quando ſolutio fieri debebat, an-
nonas pro ſua & familiæ ſuæ exhibitio-
ne annua, in vili pretio comparare, qua-
rum valor poſteà excrevit in duplum,

hoc, inquam, duplum dicitur intereſſe creditoris ob moram. Item, quod creditor, ob defectum pecuniæ, non ſuo die ſolutæ, coactus fuerit diſtrahere bona ſua pro minimo, vel aliud ſimile damnū paſſus fuerit, de quibus & aliis exemplis hujus intereſſe videantur Rebuffus *in l. un. in præfatione nu. 24 & 25. ibiq; alii Dd. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, profer.* & Ferrarienſis *in forma libelli pro actione reali. verbo. & in fructus. num. 18. & 49. ubi addit a- liud intereſſe, de quo hoc loco tractatur, dici intereſſe verum, ac probari diverſimodè.* Qui-

129 bus in omnibus caſibus, cum agentis intentio ſit, conſequi ſatisfactionem de intereſſe, hoc eſt, de eo, quod ipſi abeſt ob moram debitoris, debet creditor certam & determinatam quantitatem ſui allegati intereſſe oſtendere, ac probare, *Matth. de Afflictis deciſ. 22. num. 2. & 4. Cagnolus d. l. venditor 5. num. 53 C. de actio. empti* De-

130 *cius conſ. 13. num 4.* Neque vero illud ſolum procedit in æſtimatione damni emergentis, ſed, *ut ſuprà etiam num. 126. tactum fuit*, ſuper intereſſe lucri ceſſantis, quatenus illud legitime probabitur, utrumque enim tam jure civili, quam etiam pontificio peti & exigi poteſt. *Purpuratus d. l. regiſt. 11. §. ſi tibi, num. 39. ff. ſi cert. pet. Felinus in c. cùm venerabilis. num. 7. ibiq; Decius 14. extra de except. Alex. conſ. 31. num. 6. vol. 3. Cagnolus in l. un. num. 48. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.* [Licet enim jure Canonico prohibeatur petitio uſuræ: tamen conceditur petitio intereſſe, *ut not. per gl. & Dd. in c. conqueſtus, extra de uſur. & ſa. in c. 2. & 3. extra de fidejuſſ. cum ſimil.*] cum illud non dicatur uſura lucratoria, ſed potiùs damni illati, vel utilitatis non acceptæ recompenſatoria, *c. conqueſtus. c. ſalubriter. ubi notant Canoniſtæ, extra de uſur. ac probat Ioan. Bapt. Lupus in d. l. cùm hic 5. §. 6. num. 102. & 103. cum ſequentibus, ubi tradit, hanc ſententiam communem & indubitatam eſſe, idemq; probat Franciſc. Curt. junior in d. l. un. num. 39. & 40. Bart. in d. l. un. num. 21. & 25. Alex. in l. nummis. 3. num. 8. ff. de in litem jur. ac latiſſimè Anton. Gabriel. lib. 3. communium concluſ. de ſolutio. concluſ. 10. verſ. amplia.* Quod tamen videtur contra textus expreſſos *in l. ſi ſterilis. 21. §. cùm per venditorem. 3. ff. de action. empt.* ubi dicitur: non haberi conſiderationem lucri ceſſantis ob moram, ſed tantùm damni emergentis. *l. Proculus 26. de dam. infect. l. 1. §. ſicut, cum l. ſi in meo. 21. de aqua plu. arc. cum aliis concordantibus per gloſſam adductis in d. §. cum per venditorem.*

Cæterùm in eo diſcedunt à ſe invicem 131 Doctores, an videlicet intereſſe ſive damni emergentis, ſive etiam lucri ceſſantis, debeatur etiam ante commiſſam moram? Quid enim, ſi dederim tibi mutuū ad biennium, ea videlicet lege, ut repetenti mihi meum creditum, non tam de ſorte, quam etiam de intereſſe damni emergentis, item lucri ceſſantis, donec pendeat ad ſolvendum data dilatio, ſatisfacias: ambigitur hoc loco, an iſtud intereſſe medii temporis, antè moram commiſſam currens, deinceps cum capitali peti vel exigi valeat? Felinus *in d. c. exceptionem. num. 8.* reſpondet negativè, quod nimirùm, ceſſante mora, non debeatur aliquod intereſſe etiam ex conventione partium. *Aymon Cravetta conſ. 320. num. 1. tomo 1. allegat Aretinum conſ. 137. verſ. præterea intereſſe promiſſum. Abbas conſ. 66. num. 4. lib. 1. Alex. de Imola conſ. 3. num. 13. in fine, vol. 2.* Ac quod, remota mora, nullum intereſſe debeatur, tenet etiam Ruinus *conſ. 55. num. 5. vol. 2. & conſ. 48. num. 1. 2. & 3. vol. 5. Cravetta conſ. 609. num. 3. & 4. & conſ. 893. num. 1. poſt gloſſam in c. conqueſtus. extra de uſur.* & in ſpecie, quòd non valeat pactum de præſtando intereſſe citra moram, tradit idem Cravetta *conſ. 461. num. 9. & 10,* ubi addit rationem, quod intereſſe lucri ceſſantis, extra moram in ſtipulatum deduci non poſſit, cùm uſurariam pravitatem ſapiat: niſi detur in cauſam ſocietatis alicui, ita, ut utriuſq; tàm accipientis, quàm dantis ſit æquale lucrum & damnum. *Cravetta ubi proximè num. 10.* ſecùs, ſi capitale creditori ſemper debeat eſſe ſalvum, *arg. l. verum. 63. ff. pro ſoc.* & iſta ſententia communiter tenetur, *prout latiſſimè & multis authoritatibus eam confirmat Anton. Gabriel. in communibus concluſ. lib. 3. de ſolut. concluſ. 10.* quæ & videtur munita eſſe fortiſſimis textibus, quibus vix eſt, ut reſponderi poſſit: primò enim probatur per text. *l. ſocium. qui in eo. 60. circa princ. pro ſoc.* ubi dicitur: ſocium, qui in communicatione lucri cum ſocio moram adhibuit, cùm ipſe pecunia uteretur, ad uſuras teneri, non quaſi uſuras, ſed quòd ſocii interfuerit, eum in mora non fuiſſe. *l. mora. 32. in princ. juncto §. in bonæ fidei ff. de uſur. l. nummis. 3. ibi: quod ſua interſuit, num-*

nios

mos ſibi ſua die redditos eſſe, de in litem. jur. l. lecta. 40. verſ. ſed cùm fortiu. ibi: uſuræ ex eo tempore, quo moram fecis, accedunt, ſi certum pet. l. fin. ibi: in pretio ſolvendo moram fecerit, de peric. & commodo rei vend. cum ſimilibus. Alii vero tenent affirmativam ſententiam, quod in propoſito lucrum ceſſans debeatur, etiam ceſſante mora. *Hoſtienſis in c. ſalubriter. ubi etiam Abbas num. 3. & Ioan. de Anania in c. conqueſtus. num. 16. de uſur. Roma. conſ. 517. num. 7. & 8. Dec. in c. cùm venerabilis. num. 14. & Carolus Molinæus in tract. commerc. in princ. num. 34. & quæſt. 74. num 500. ubi addit, iſtam ſententiam communem eſſe, quod eſtatur etiam Didacus Covarruvias variar. reſolut lib. 3. cap. 4. num 5. addendo, eam opinionem, tanquam communem, obſervandam eſſe, quod & Ioan. Baptiſta Lupus teſtatur iu d. l. curabit. 5. § 6. num. 112. licet ipſe ibidem in contrariam ſen-*
132 *tentiam intimet. num. 113.* Utcunque autem hæc ſunt, ſciendum eſt, lucri ceſſantis tunc demùm rationem haberi, ſi qualitas & conditio creditoris admittat aliquod modicum & honeſtum lucrum, ut, quia fuit mercatur ſolitus negociari & lucrari. *Lupus ubi proximè. num 117. junctis quæ tradit ibidem num. 126 argum. l. fin. in finalibus verbis. ff. de peric. & commod. rei vend. l. ſi ſterilis. 21. §. cum per venditorem*
133 *de actio. empti.* Quod facit ad diſſolutionem quæſtionis moræ cuidam mercatori ſuper inſtituta probatione ſui prætenſi intereſſe, qui ab initio contractus ſtipulatus fuerat in ſingula centena annua octo pro intereſſe, cumque illud videretur uſuriam pravitatem redolere, oneratus fuit probatione, quòd tanti ſua interfuiſſet, hoc eſt, quòd annuatim de centum poterat lucrari octo. Is articulaverat & probaverat, quod erat ſolitus mercantiam exercere in certa negociatione, quod eſt primum requiſitum circa articulationem ſuper intereſſe. *Decius in d. c. cùm venerabilis. num 14. & conſ. 39. num. 5 Cravetta conſ. 320. num. 1. parte 1. Bart. Socin. conſ 26. num. 18. vol. 4. Cravetta conſ. 49. num. 4 Tomo 1.* Secundò deduxerat idem, & probaverat, quòd ſuæ qualitatis homines in eodem genere negociationis quotannis de centenario ad minus lucrabantur octo. Tertiò, capitulaverat idem, & probaverat per unum teſtem, quondam ſuum inſtitorem, quòd producens ipſe quoque ita fuiſſet induſtrius, ut quotannis ad minùs in centum potuerit octonos florenos lucrari: tacendo interim, quod de credulitate ex communiter accidentibus deponebant teſtes, ſe articulum de lucrando 8. cùm centenario per annum, credere verum eſſe, addendo rationem ſuæ ſcientiæ, quòd iſtud inter mercatures induſtrios rarò falleret. Diſceptabatur hic de duobus: primò, an plenè probatum fuerit intereſſe deductum, & ab initio contractus conventum? &, caſu quo non facta fuiſſet de intereſſe promiſſo plena fides, tanti videlicet reveta interfuiſſe creditoris, ambigebatur ulteriùs, an ſaltem ex parte producentis non eſſet locus juramento ſuppletorio? Quò ad primum membrum hujus quæſtionis videbatur dicendum, de iſto intereſſe plenam fuiſſe factam fidem, *Cagnolus in l. quatenùs. 24. num. 19 ff. de reg. jur.* ubi hæc ſunt ejus verba: nota diligenter, quod ſufficiat, petentem intereſſe fuiſſe & eſſe mercatorem bonæ vocis, conditionis & famæ, talemque negotiationem exercere & exercuiſſe, item, quòd mercatores conſimilis conditionis, degentes in loco, ubi vivit actor talem negociationem, mercaturam, aut traſſicum exercendo, communiter lucrentur, & lucrari conſueverint tantum pro centenario, & quod ipſe quoque tantum lucratus fuiſſet, ſi pecunias ſibi debitas à reo, ad manum habuiſſet. Is enim inten- 134
tionem ſuam probaſſe eo ipſo intelligitur, quod ſufficiat in hac materia intereſſe, tanquam difficili, probationem à communiter accidentibus concludere, *Cagnolus ubi ſuprà, poſt gloſſ. & Bald. in l. neg. natales. 10 C. de probat. & Decium in l. non hoc. 4. C. unde legit.* cùm ad probationem ejuscemodi intereſſe ſufficiant etiam probationes conjecturales. *Iaſon. in l. 3. §. fin. ff. de eo quod cert. loco. Ruinus conſ. 103. num. 4. lib. 1. Cravetta conſ. 320. num. 36. Nevizan conſ 77. num. 24. Rolandus conſ. 35. num. 5. & 6. lib. 1. Cagnolus in d. l. curabit. 5. num. 68. & in d. l. un. num. 43.* ac, quod intereſſe lucri ceſſantis probetur a ſolitis teſtatur Jaſon. *in l arbitraria. 2. §. nunc de officio. num. 2. 6. & 7. de eo quod certo loco. poſt gloſſ. verb. ſolebat. ibiq. Angelum,* & ſequitur Lupus *in repetitione d. l. curabit. 5. §. 6. num. 130.* ubi ſubjicit, iſtud communiter receptum eſſe, ideo Cagnulus *in d. l.*

X 3 quatenùs.

quatenùs. 24. num. 20. commendat iſtam
practicam articulandi & probandi ſuper
intereſſe, tanquam norabilem & utilem,
quam ita viderit practicari, & ſecundùm
eam judicari. Contrariam tamen ſenten-
tiam in propoſito veriorem & ſuſtenta-
biliorem eſſe, dici poteſt, primùm ex eo
fundamento, quod qualitas aſſertæ nego-
ciationis, quæ erat de præterito, ante vi-
135 delicet contractum cum præſentibus reis
celebratum, non præſumatur ad tempus
præſens, cùm olim ſolitus negociari, non
præſumatur hodiè negociari, niſi aliter
probetur. *Aymon Cravetta conſ. 320. num. 2.*
136 *& 3.* Deinde intereſſe, quod peritur ratio-
ne temporis, quo caruit ſua pecunia cre-
ditor, venit conſiderandum reſpectu e-
jus temporis, quo nummi producentis
extabant penes debitorem, cùm quali-
tas verbi ſecundùm tempus verbi intel-
ligatur, *l. in delictis. 4. §. ſi extraneus. in fi-
nalibus verbis, ff. de noxal. act.* Atqui ex a-
ctis probatum extabat, quòd pòſt contra-
ctum mutui iſte producens omnem ne-
gociationem planè dimiſerat & deſerue-
rat: exponendo videlicet, quas habebat,
pecunias, ad certum & infallibile lucrū,
ex quo nullum ſperabat timere damnum,
igitur de eo, quod in rerum natura non
erat, negociatione nimirum in totum de-
poſita, non poterat allegare aliquod in-
intereſſe lucri ceſſantis, ex quo privatio
præſupponit habitū, *l. manumiſſiones. 4. ff.
de juſt. & jure. l. decem. 116. de verb. obligat.*
137 Tertiò requiritur, iſtud lucrum eſſe quo-
dammodò certum, in potentia nimirum
propinqua, *per ea, quæ notat Decius in l. qua-
tenùs 24. num. 7. in fine. ff. de reg. jur. & in
conſ 322. num. 5. Franciſc. Curt. junior in l. 2.
§. mutui datio, num. 20. ibi: lucrum erat
quodammodò certum. ff. ſi cert. pet. Decius in
l diem functo. 4. notab. 4. de offic. aſſeſſorum.
Cravetta dicto conſ. 320. num. 6. & conſ. 460.
num. 7. ac ſequitur Ioan. Baptiſta Lupus in d. l.
curabit. 5. §. 6. num. 117. C. de actio. empti.
per multas authoritates ibidem adductas.* Cæ-
terùm, in propoſito nec illud conſtabat,
hunc producentem ſemper præ manibus
habuiſſe tales merces, ex quibus tantum
potuiſſet lucrari, *per ea, quæ tradit Paulus
de Caſtr. in l. 3. num. 6. verſ. ſi autem conſue-
vit lucrari. ff. de in litem jur. Iaſon. in l. arbi-
traria. 2. §. nunc de officio. num. 8. de eo quod
138 certo loco.* Quartò, mala eſt illatio: fuit
mercator, & anteà ſolitus lucrari tan-
tum ex mercantiis, ergò in poſterum
quoque idem lucrum facere potuiſſet, ſi
pecuniam ad manus habuiſſet. *Paulus
de Caſtr. in d. §. nunc de officio. num 3. &
Matth. de Afflict. deciſ. 20. num. 2. alleganda
l. quemadmodum 29. § ſi navis. ad l. Aquil.*
cùm multa accidere & impedire poſſint,
quò minus quis capiat. *l. naturaliter. 12.
§. 1. in fine, de acquir. poſſeß.* & Cravetta
conſ. 320. num. 6. addit, mercatores non
ſemper in lucro eſſe, ſed ſæpiùs jacturam
facere.

Porrò ſuper altero quæſito majus inci- 139
dit dubium, an ſaltem producens in pro-
poſito non potuerit ſe offerre ad jura-
mentum ſuppletorium, & offerens tale
jusjurandū cum eo audiri debeat? Quod
omninò concludendum arbitror, ex quo
aliter intereſſe difficilis eſt probationis.
*l. fin. ff. de prætor. ſtipul. Bart. in d. l. un. num.
34. pòſt Cynum, ibidemq́; Baldus num. 48. l.
quatenùs. 24. de reg. jur. ubi Decius & alii, &
Plotus in ſua repetitione l. ſi quando. 9. § 12.
num. 7. C. unde vi. &, Anchoranus in ſuis quæſt.
reſponſo 33. num. 15. & 16.* ideoque infe-
runt Dd. in locis præcitatis, ſufficere fi-
dem fieri de intereſſe etiam per proba-
tiones conjecturales. Deinde illud quo-
que in confeſſo eſt apud interpretes, quod
ſuper lucro veroſimiliter probato, vel li-
quidato ſaltem per unum teſtem, poſſit
actor petere, ſibi deferri juramentum in
ſupplementum ſemiplenæ probationis,
eoque mediante, cauſa cognita, rem de-
cidi oportet. *l. in bonæ fidei. 3. in fine, C. de
rebus cred. ibiq́; gloſſa. verbo, decidi oportet. verſ.
vel per unū teſtem. juncto verſic. reſpondeo, de-
feram alteri, ac notans Iaſon. in l. admonen-
di 31. num. 75. & 113. ubi idem etiam tenent
alii Dd. ff. de jurejur. Alex. conſ. 31. num. 1.
volum. 1.* adeò, quod Panorm. ſcriptum
reliquit: ſi judex in caſu ſemiplenæ pba-
tionis non admittat offerentem ſe ad ju- 140
ramentum ſuppletorium, iſtam fore ju-
ſtam cauſam appellandi. *Panorm. in c. fin.
§. ſanè, num. 3. 4. & 9. propter verb. oportet
poſitum in d. l. in bonæ fidei 3. Maranta de or-
dine judic. part. 6. rub. de juramento. num. 4.*
&, quod judex neceſſitetur iſto caſu acto-
ri, in defectum plenæ probationis, jura-
mentum deferre, tanquam qui ſaltem ſe-
miplenè probavit, teſtatur Bart. *d. l. ad-
monendi. 31. num. 59.* cujus dictum in hoc
communiter approbatur, *teſtante Franciſco*

Curtio ibidem num 74. finem. Etſi namque
ſuper hoc eſt dubitatio inter Doctores,
præſuppoſita ſemiplena probatiune ex
parte actoris, an judex pro deciſione li-
tis, debeat juramentum imponere reo,
vel actori, & in utramq; partem illud di-
ſputari poſſit, prout fit per Panorm. *d. c.
fin. num. 9.* tamen iſtud procedit, quando,
quo ad probationem, utrinque litigato-
res ſunt pares, quolibet videlicet ſemi-
plenam probatiunem pro ſe habente,
ſecùs, ſi actor ſulus pro ſe ſemiplenè pro-
barit. *Salic. d. l. in bonæ. 3. num. 24.* maxi-
mè, quando actor inſtat pro juramenti
ſuppletivi delariune, & non reus, quo ca-
ſu Baldus intrepidè affirmat, iſtud ſacra-
141 mentum actori deferendum eſſe. *Baldus
in d. l. in bonæ fidei. 3. num. 1. pòſt Bartolum
in d. l. admonendi. 31. num 57. per optima fun-
damenta, quæ pro hac opinione allegat ibidem
Salic. num. 25. & 26.* ubi ſubdit, pro ea eſ-
ſe communem practicam, ideoque ſe et-
iam illam tenere, reſpondendo ſingula-
riter ſingulis motivis, quæ pro adverſa
parte adducuntur, ac ſequitur Ripa *in d. l.
admonendi. 31. num. 69. ibiq; Iaſon. num. 118.*
adjiciens, iſtam ſententiam tenendam eſ-
ſe, quicquid in contratium adducat Pa-
norm. *in d. c. fin. num. 9. de jurejur.* Idque
etiam à jure Saxonico non eſt alienum,
pro ut teſtatur Mauſerus *in Proceſſu juris ſub
rubrica, de ſemiplena probatione, verſ. idem
advertite, mihi col. 195.* ubi *col. 196.* poſt
Bartolum *in l. admonendi*, iſtud extendit,
141 quod videlicet huc juramentum ſupple-
torium peti poſſit, etiam poſt aperturam
& publicationum atteſtationem, *poſt An-
gelum in l. in contractibus. 14. num. 4. C. de
non num. pec. & ſequitur Marant. de ordine ju-
dic. parte 2. actu 9. num. 2.* cum eo demum
tempore conſtet, ſemiplenè probatum eſ-
ſe, niſi fortè ſit in cauſa concluſum & re-
nunciatum, quo caſu petens ſuppletivum
juramentum ſibi deferri, ampliùs non
foret audiendus, *ſecundùm Mauſerum in lo-
co ubi proximè*, niſi deinceps à ſententia
fuerit appellatum, quo caſu ſaltem in ſe-
cunda inſtantia, poterit is, qui ſemiple-
nè probavit, petere ſuppletivum jura-
mentum ſibi deferri, licet in prima in-
ſtantia iſtud omiſerit, cùm in inſtantia
appellationis omnes errores, qui cauſas
cauſæ concernunt, purgari puſſint. *Mau-
ſerus ubi ſuprà d. pag. 196. per gloſ. l. creditor.
§. miſſus. verb. appellandi auxilium, citando Ia-
ſonem in l. admonendi, 31. num. 270. ex bene-
ficio l. per hanc. 4. C. de tempor. appell.* Quod 142
vel maximè verum eſt in propoſita facti
ſpecie, ubi intereſſe ex parte actoris pro-
ducentis plùs quàm ſemiplenè fuit pro-
batum *Alex. in d. l. admonendi 31. num 50.
ibiq; Franciſc. Curt. jun. num. 67. verſ. poſtre-
mo nota. & Alex. de Imola num. 54. verſ. ſed
Iacob. Butr. diſtingvit, & idem Iaſ in ſecunda
repet. l. admonendi. 31. num. 231.* Ac quod
actori iſto caſu deferendum ſit juramen-
tum, non autem reo, probabilis ratio ſua-
det, ex quo aliàs producenti nihil pruſu-
tura eſſet ſua ſemiplena vel ulteriur pro-
batio. *Albericus de Roſate in d. l. in bonæ fidei.
3. num. 5. pòſt Speculatorem tit. de juramenti
delatione. circa finem, num. 8.* in primis quan-
do actor eſt honeſtæ condirionis, & ſcit 143
veritatem, & econtrà reus de facto ſemi-
plenè probato, tanquam alieno, proba-
bilem habet ignorantiam, ſicut fit in ter-
minis noſtris, ita concludit Bart. *in d. l.
admonendi. 31. num. 57. circa finem, verſ. ratio
patet.* Pro quo & illud facit, ubicunque
aliter conſtat & probatum eſt, de veritate
& ſubſtanria debiti petiti, licet plenè
non liqueat de quantitate debiti, tamen
creditor offerre ſe poteſt ad juramentum
ſuppletivum, quod ipſum ei etiam per ju-
dicem imponi debet *Cepolla cantela 232.
incip. aliquis. Anton. de Butr. in c. fin. num. 19.
extra de jurejur. Alex. conſ. 69. num. 7. vol. 3.
Marſil. ſing. 322. & tradit Purpuratus in l. ad-
monendi. 31. num. 264. cum ſeqq. de jurejur.
iſtam opinionem communiter teneri, quod di-
ctum etiam & ſequitur etiam Alex. Staticus in
practica judiciaria cap. 20. num. 40.* Quan-
tumvis autem cuntrariam ſententiam, & 144
in ſpecie, quòd videlicet in defectum ple-
næ probationis, ut maximè ſemiplenè dè
ſuo intereſſe fecit actur fidem, juramen-
to ſuppletorio locus non relinquatur, te-
neat Decius *in l. quatenùs. 24. num. 4. ff. dè
reg. jur. Aymon. Cravetta conſ. 320. num. 7. to-
mo 1. pòſt gloſſam magnam in d. l. unica. verbo
ſubtilitatem circa finem, ibiq; Bart, num. 68. C.
de ſententiis, quæ pro eo, quod intereſt, profer.*
quod idem etiam firmat Jaſon. *in §. cura-
re. num. 59. Inſtit. de actio.* ubi in ſpecie con-
cludit, quantumvis intereſſe probatum
ſit per unum teſtem, non tamen poterit
producenti deferri juramentum in ſup-
plementum probationis. *ac ſequitur ita ge-
neraliter Ioan. Baptiſta Lupus in d. l. curabit. 5.
§. 6. num. 117. pòſt Decium conſil. 322. num.
3.* tamen dicta præmemoratorum do-
ctorum inteligenda ſunt ſecundùm

authoritates, quas allegant: allegatur autem ab omnibus gloſſa *verbi, ſubtilitatem. in d. l. un.* quæ requirit ſuper intereſſe probationem plenam; per duos videlicet teſtes. Præſupponendo itaque quòd ſemiplenè probaverit actor ſuam intentionem, eo caſu ſuccedit juramentum in vicem alterius ſemiplenæ probationis, adeò, ut efficiatur plena probatio, *per ea quæ tradit Salicet. in d. l. in bonæ fidei. 3. num. 26.* cùm juramentum ipſum quoque ſpecies probationis eſſe dicatur. *l. 1. ff. de jurejur. & l. non erit. 5. §. dato. eod.* Et, ut maximè replicetur, neminem eſſe idoneum teſtem in propria cauſa, etiam ad eum finem, ut ſemiplenè ei credatur. *l. omnibus. 10. C. de teſtib. l. nullum. 14. ff. eod.* pro ſolutione dicitur, iſtud procedere, ſi actor proprio motu offerat ſe ad jusjurandum, nullis aliis adjutus monumentis aut documentis, iſtud namque jusjurandum prætor non tuebitur, aliàs viliſſimus quisque facilè ad jusjurandum decurreret, nemine ipſi deferente. *l. 3. §. nec fru-*

145 *ſtra. ff. de jurejur.* Præterea idem retorquetur contra contrariæ opinionis aſſeclas, ſi enim judex, cauſa cognita, non poteſt juramentum deferre actori ſemiplenè ſaltem probanti, ergo multò minùs reo poſſet, nihil videlicet probanti, cujus tamen contrarium tenet Panorm. *in d. c. fin. num. 9. extra de jurejur.* ibique Anton de Buttio *num. 19. extra de jurejur.* ubi etiam reſpondet ad motivum quorundam qui tenebant, juramentum ſuppletorium conſiſtere tantùm in arbitrio judicis, ita, quòd de neceſſitate non arctetur iſtud juramentum deferre ſemiplenè probanti, *argum. l. non quicquid. 40. ff. de judic.* Quia ſecundùm ipſum contraria ſententia, Bartoli videlicet, verior eſt, quòd neceſſitetur per literam oportet *in d. l. in bonæ fidei*, adeò, ut ſi non deferatur, tunc ſemiplenè probans, tanquam gravatus, juſtam cauſam appellandi habeat. *Hæc Buttio ubi ſupra.* Ac, ſi aliter diceremus, everteremus totam materiam *l. admonendi. 31. de jurejur. l. nummiſ. 3. l. in actionibus. 5. l. videamus. 4. §. deferre ff. de in litem jur.* imo deciſio *l. fin. de prætor. ſtipul.* in quantum dicitur, difficilem eſſe probationem ejus quod intereſt, foret falſa, quia impoſſibile planè videtur, probare directo de alicujus intereſſe, ex quo ſequeretur *l. quatenùs. 24. de reg. jur. cum aliis*, fruſtrà imponere probationem ejus quod intereſt, ita ſolvit, licet non ita declaret, *Salicet. d. l. in bonæ fidei. num. 26.* Poteſt & aliter reſponderi, quod nimirùm juramentum ſuppletorium eo ipſo nomine reperiat locum, quia, ut modò diximus, aliàs probatio hujus intereſſe difficilis eſt, ne videlicet facultas probandi pereat partibus. *l. ſi vivent. 22. ff. de probat.* Ideo cum cauſæ cognitione judex, pro coadjuvanda ſemiplena probatione actoris, defert ei iſtud juramentum ſuppletorium, *d. l. in bonæ fidei. 3. C. de jurejur.* idque propter præſumptum dolum, aut ſaltem latam culpam adverſarii, non reſtituentis creditum in præfixis loco & tempore. *Bartol. in d. l. nummis. 3. num. 7. & clariùs in l. videamus. 4. §. planè. num. 22. de in lit. jur.* ac certè, quia reus in ſpecie facti ſuperiùs propoſita habet unum teſtem, imo plùs quàm ſemiplenam probationem contra ſe, ideo reo, contra quē eſt juris præſumtio, non venit deferendum juramentum. *Iaſon. in §. ſed iſta. n. 92. Inſt. de act. Bartol. in l. inter. 46. §. rectè. circa finem, de furt. Plotus d. l. ſi quando 9. §. 51. num. 10. C. unde vi.* Quod de Jaſonis dicto *in §. curare*, movebatur, etiam is ſibi non conſtat, ex quo contrarium tenet. *in l. nummis. 3. num. 1. ff. de in litem jurando. & in l. admonendi. 31. in ſecunda repet. num. 231. & in prima repetit. ejuſdem legis, num. 118.* & hanc ſententiam, quod nimirùm ſemiplene probanti deferendum ſit juramentum, ſi ad hoc ſe offerat, tenendam eſſe, eamque communem, profitetur Salicet. *d. l. bonæ fidei. 3. num. 25. & 26. & Ripa in l. admonendi. 31. num. 69.* Imo, quod plùs eſt, legitur alibi, quod jurari poſſit etiam in litem per creditorem, ſuper allegato ſuo intereſſe earum pecuniarum, quas lucrari potuiſſet, ſi debito tempore ipſi ſatisfactum fuiſſet, idq; communiter ita teneri tradit Plotus *in ſua repetitione l. ſi quando. 9. §. 12. n. 7. C. unde vi.* Licet enim ibi loquatur de juramento affectionis in litem, quo etiam ſolo mediante, abſque alia probatione, actor obtinebit. *Plotus in d. l. ſi quando. 9. §. 53. num. 2.* tamen idem, & multò magis erit in intereſſe communi, vel veritatis, ratione non factæ reſtitutionis in præfixo termino, quo caſu in complementum ſemiplenæ probationis, quæ de veritate hujus intereſſe ſuſcipitur, juramento ſuppletorio locus erit. *Plotus ubi proximè. §. 53. num. 3. in fine.* Ex quibus inferri poteſt,

poteſt, iſtam ſententiam (quòd nempe
mercatori de ſuo intereſſe lucri ceſſantis
ſemiplene probanti, debeat deferri jura-
mentum ſuppletorium) & juri fortè con-
formiorem, & communiorem, ſicut &
æquiorem eſſe. Sicut & haud ita diu ex
hoc ipſo fundamento pronunciavimus
146 judicio Halberſtadienſi: regiſtra & libros
cujuſdam mercatoris, qui tunc vicem a-
ctoris ſuſtinebat, & aliàs reputabatur bo-
næ fidei, integræque opinionis & famæ,
in quibus rationes datorum & accepto-
rum propria ipſius manu conſcripta erant,
conſtituere ſemiplenam probationem,
adeò, quòd idem admittendus ſit ad jura-
mentum ſuppletorium petitum in actis,
in defectum plenæ probationis, in cauſa
Hanſen Brandes actoris, contra Hanſen
Meier reum, anno 1586. menſe Julio, *ſe-
cuti in hoc Gailium obſ. 20. num. 2. 3, & 4.
lib. 2.*

(k) STABIMUS SUPER INTERESSE
NUDÆ ASSERTIONI CREDITORIS, SINE
JURAMENTO VEL ALIA IPSIUS PROBA-
TIONE. Hæc clauſula non caret dubio, an
videlicet valeat tale pactũ de ſtando ſim-
plici verbo creditoris ſi per damno emer-
gente, vel lucro ceſſante, ratione moræ?
147 Ac certè pro negativa opinione decidit
Signorolus de Homodeis, *conſ 123. incip.
cùm instrumentu num. 3. & conſ. 156. incip.
factum ſic ſe habet, quidam fecit teſtamentum.
num. 18. ac Paulus de Caſtro in l videamus. 4.
§. differre. num. 3. ubi tamen ſub dubio loquitur ff de in lit jur Salic. in l jusjurandum quod
ex conventione. 17. num. 2. in prin. principio ibi-
demq́, Iaſon in verſ adverte tamen de jurejur.
Specul. in tit. de probationibus. §. videndum.
num. 7. Ludovic. Rom. in l. admonendi. 31.
col. 19. de jurejur. & in l. nuda ratio. 26 de
donat. Cynus in l. ſi quis in conſcribendo. 51.
num 9. C. de epiſc. & cler.* ubi loquitur etiã
in terminis fortioribus, puta, quod ne
quidem valeat conventio, de ſtando aſ-
ſertioni creditoris juratæ. Pro qua ſen-
tentia facit, quia, ſi contrarium teneamus,
ſequitur iſtud abſurdum, quòd unus &
idem creditor fungetur ſimul vice acto-
ris, quia petitor eſt, & judicis, cum ſua
ſententia vel aſſertione decidat quantita-
tem intereſſe, cujus declaratio alias per-
tinet ad judicem, non autem ad partem.
*Homodeus d. conſ 165. num. 8. per l 1. C. de
ſent. quæ pro eo quod intereſt. juncta l. pen. ff.
de arbit. l. Iulianus. 16. de judic. l. qui juris-
dictioni 10. de jurisd omn. jud. l. un. C. ut ne-
mo in ſua cauſa jud.* Secundò aliud infertur
inconveniens, quòd unus & idem foret
pars & teſtis in propria cauſa, *contra l.
nullum 14. C de teſt.* cùm tamen ſummo
Principi reputetur impoſſibile, decerne-
re, quod ſtetur dicto partis contra adver-
ſarium. *Marianus Socinus in c. dilecti, ſuper
gloſ. 3. extra de foro compet. per c judices 3.
3. q. 8.* Tertiò, habetur fides unius di-
cto tantùm, quod legibus eſt execrabile.
*c licet univerſis & c. in omni ubi gloſ extra
de teſtibus, ac facit l. ubi numerus. 12. ff. eod.*
Quarto, creditur iſto caſu teſti non ju-
rato, *contra l. jurisjurandi. 9. C. de teſtibus.*
Quinto, vel eo etiam nomine videtur
iſtud pactum inutile, quod intelligitur
adjectum in fraudem conſtitutionum, &
pro palliatione uſurarum, *argumento. l.
Iulianus. 13. §. 13. idem Iulianus. ubi Paulus
de Caſtro ff. de act empt l. cum allegas 15.
ubi Bald. num. 14. C de uſur. l pecunia fœne-
bris. 9. ff. eod.* cùm longe minus, & cre-
brò nihil etiam interſit creditoris, qui ha-
buit alias pecunias ad manum, & ita ei ſi
nihil defuit, *ſecundum Aymon. Cravet conſ.
189 incip. quando fœmina excluditur. num 5.
parte 1. allegat Iovan. de Anania in cap. ſalu-
briter. extra de uſur & Decius conſ 58 ubi ta-
men nihil de hoc reperitur, vel in forte allega-
re conſ. 189 incip. in controverſia quæ agitur.
num. 3. parte 1. ac ſequitur Anchora in q 33.
incip. venditor num. 2.* Sextò, pro parte
negativa facit dictum Baldi *in l. rogaſti.
11. §. ſi tibi num. 8. ff. ſi cert. pet.* quod ex
pacto creditoris de ſolvendis uſuris et-
iam quincuncibus, ratione moræ, non
aliter poſſint tales uſuræ peti, niſi probet
mutuans, tanti ſua intereſſe, *Bald. d. §.
ſi tibi. num. 8.* Cùm enim in mutuo per in-
terventum rei contrahatur obligatio. *In-
ſtit. quib mod. re contra oblig. in p.* non poteſt
ſeſe extendere in plus, quam quod reipſa
accepit contrahens, etiamſi expreſsè a-
ctũ ſit de plus reddendo, ſiquidem illud
legibus non minùs habetur impoſſibile,
quàm ſi quis intendat ſydera de cœlo de-
ducere. *Iaſ. d l. rogaſti. 11 §. ſi tibi. n. 8. verſ.
ultimò nota.* Septimo, illa ſententia ex eo 148
etiam fundamento videtur verior, ut per
hoc obviėtur pravitati naturæ hominis,
cui quaſi innatum eſt vitium aviditatis
habendi, & in dubio omnes præſumun-
tur avari. *Bertrandus conſil 19. vol. 3 par. 2.*
Mens a. avari, ſemel cupiditatis ſtimulis
imbuta, ſemper aurum, ſemper argentum
ſitit,

ſitit,ſemper reditus computat, ac gratiùs
intuetur annum, quàm ſolem. *c. ſicut hi.*
diſt. 37. Divitias enim per fas & nefas con-
getit. *c. nonne vobis, diſt. 47.* ideò deinceps
evenit, ut malè quæſita, malè & absque
mora dilabantur & prodigantur, juxta
illud Salomonis: Melius eſt modicum
juſti, quàm diviriæ impiorum multæ. Ad
quod etiam alludit Ovidius in primo Fa-
ſtorum, dum ſcribit:

Pluris opes nunc ſunt, quàm priſci temporis
annis,
Dū populus pauper, dum nova Roma fuit:
At poſtquā fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit ſummo vertice Roma deos,
Creverunt & opes, & opum furioſa cupido:
Et cùm poſſideant plurima, plura petunt.
Quærere ut abſumant, abſumpta requirere
certant:
Atq; ipſæ vitiis ſunt alimenta vices.

Ex quibus omnibus infertur, ſi teneamus
valere conventionem ſuprà dictam,
quòd per hoc ipſum aperiatur creditori-
bus feneſtra ſæpiùs allegandi intereſſe,
quod in rerum natura non eſt, aut ſaltem
in tantum ſe non extendit, prout aſſeri-
tura parte: & ſic datur materia delin-
quendi, *contra l. illud convenire. 5. de pact. do-*
tal. l. cùm unus, 27. §. illud. & § pacta quæ
149 *turpem, de pact.* Præſertim, ſi a mercatori-
bus accipiantur mutua, quibus nec jura-
tis multùm creditur in ipſorum cauſis,
cùm ſine mendacio & perjurio eſſe vix
poſſint, ſecundùm Chryſoſtomum, *cujus*
dictum refertur in c. ejiciens. diſt. 88. Quod ta-
men fortè non de veris & propriè ita di-
ctis mercatoribus, ſed de mangonibus il-
lis & venalitiariis, vel propolis & anno-
nariis accipi debet, qui, quæ ad uſum
quotidianum hominum neceſſaria ſunt,
undique coëmunt, eademque minuta-
tim rurſus in duplo vel triplo pretio ven-
dunt, de quibus loquitur J C. *in l. mercis*
appellatione. 207. in verb. mangones, non mer-
catores, ſed venalitiarios. & ibi Alciat. num. 10.
de verb. ſig. in eos enim verè convenit il-
lud Ciceronis: quòd tales parùm profi-
ciant, niſi multùm mentiantur. *Cic. de of-*
fic. lib. 1. ac fac. d. c. ejiciens. diſt. 88. Ultimo
150 loco pro hac parte negativa adduci po-
teſt, quòd major omninò fides ſit ſcriptu-
ræ, quàm vivæ vocis, juxta illud:

Litera ſcripta manet, volat irrevocabile ver-
bum.

Bartol. in l. nuda. 26. num. 4. ff. de donat. & fa-
cit l. Arriani 5. §. cunctis, C. de hæret. ac ni-
hilominus conventio, quòd plena fides ad-
hibeatur privatæ ſcripturæ non ſolenni-
ter confectæ, etiam jure civili reproba-
tur, *Innoc. c. cùm P. Tabellio. num. 3. extra*
de fide inſtrum. quem ſequitur Ludovic. Rom.
conſ. 204 incip. pro diſcutienda veritate nu. 4.
& conſ. 405. num. 3. ac Bal. l. Imperator.
18. in 1. repet. num. 7. ff. de ſtat. hom. Quan-
tò itaque magis de obligatione, quod vi-
delicet ſtetur ſuper quantitate damno-
rum nudo dicto partis, idem ſentiendū
eſt, eam haberi pro invalida. Contrarium 151
tamen ſententiam, quòd videlicet ob vim
conventionis ſtandum ſit nudæ aſſertio-
ni creditoris ſuper damnis & intereſſe,
probat ac amplectitur Bart. *in l. fin. num. 3.*
ibidemque Dynus *de prætor. ſtip. & idem*
Bart. in l. jusjurandum quod ex conventione.
17. num. 2. Ioſon. 1. verſ. concIude veram &
communem eſſe ſententiam, & num. 6. ibidemq;
Alber. de Roſ. num. 1. de jurejur. Bartol. Socin.
conſ. 90. incip. viſis quibuſdam actis in cauſa
agitata, num. 12. part. 4. Alex conſ. 37. incip.
viſo & oportunè diſcuſſo proceſſu num. 31. vol. 2.
ac ſequitur Ferrarienſis in forma libelli actionis
realis. verbo & expenſis. num. 11. & Joannes
Baptiſta Aſin. in praxi judic. *§. 32. cap. 2.*
ampliatione 9. num. 2. & ibidem hoc ex-
tendit etiam ad expenſas, ut ſuper iis ſte-
tur nudo dicto partis, *ampliat. 12. allegando*
Hippolyt. de Marſil. in l. patre vel marito 6. num.
62. ff. de quæſt. & quòd iſta opinio ſit cō-
munis, refert ultrà alios etiam ultimo
loco D. Joachimus a Beuſt, *in d. l. jusju-*
randum quod ex conventione. 17. num. 3. & 4.
per illud vulgatum: quod nimirum de-
bitor in propoſito potuerit favori ſuo re-
nunciare. *d. l. ſi quis in conſcribendo. 29. C.*
de pact. Sed ad eam rationem facilis eſſet 152
reſponſio, nimirùm, eam procedere in
renunciatione illorum jurium, quæ com-
petunt ex beneficio legis communis, aut
ſpecialis: ſecùs, ſi competant ex jure di-
vino, quod ne quidem decreto Principis
tolli vel mutari poteſt. *Iaſon. Bart. & alii*
in l. fin. C. ſi contra jus vel util. publ. Panorm.
Felinus & Cc. in c. quæ in eccleſiarum, extra
de conſtit. ac multò minùs pactis partium,
argumento eorum quæ habentur in gloſ. ordi-
naria rub. C. de decret. decur. lib 10. ac tradit
Iaſon in l. non impoſſibile. 50. num. 5. ff. de pact.
Quòd autem jus divinum circa indaga-
tionem veritatis deroget fidem pauciori
numero teſtium, quàm trium aut duo-
rum, habetur *Math. cap. 18. ac Deut. cap. 17.*
dicitur:

Digitized by Google

dicitur: Neminem occidendum, uno ad-
verſus ipſum dicente teſtimonium, & cla-
riùs ibidem *cap. 19.* Poteſt & aliter re-
ſponderi, quod videlic. renunciatio tùm
demùm valeat, quando ex tali pacto non
datur aut reſultat occaſio delinquendi.
*ita limitat Iaſon. d. l. ſi quis. 17. num. 14. per l.
convenire. 5. de pact. dotal.* Atqui, ſi ſtetur
ſimplici verbo creditoris ſuper ej⁹ inter-
eſſe, nulla erit ſubtilior fabrica, vel me-
lius fomentum pravitatis uſurariæ, quàm
hoc ipſum pactum, quod adjicitur in in-
ſtrumento, cùm iſta fuerit ab initio mens
& intentio mutuũ dantis, ut ſive damnũ
pateretur, ſive non, ipſe multùm lucri ul-
trà ſortem reciperet. *argumento c. conſuluit.
extra de uſur. & facit. l. 3. C. plùs valere quod
agitur, quàm quod ſimul conc.* Licet au-
tem ii, quod ſuperiùs adduximus, unũ
& eundem non poſſe officio judicis & par-
tis ſimul fungi, communis opinionis
aſſeclæ, reſpondeant, contrarium pro-
cedere, niſi partes aliam legem contra-
ctui impoſuerint. *argum. l. 1. §. ſi conve-
nerit. de pact.* & allegant pro ſe text. *in l. fin.*
153 *C. de fideicom.* ubi dicitur: hæredem recu-
ſantem juramentum delatum à legatario
vel fideicommiſſario, ſuper legatis vel fi-
deicommiſſis ipſi relictis, ad ſolutionem
compellendum eſſe, utpote cujus fides &
religio a fideicommiſſario electa eſt,
adeò, quòd potuit ipſe judex & teſtis in
eadem cauſa eſſe: tamen patet dilatio, ſi
dicamus: illud juramentum fuiſſe judi-
ciale, & delatum a parte parti quo caſu,
ſicut aliàs illud vel ſubire vel referre, vel
conſcientiam ſuam probationibus de-
fendere quis poteſt, *argum. l. manifeſtæ.
38. ff. de jurejur. l. delata. 9. C. de reb. cred. ac
notat ſingulariter. Iaſon. in d. l. manifeſtæ. 38.
num. 3. verſ. tertiò quæro, per l. in contractibus.
14. §. illo. ubi allegat. Bartolum iſtud tenuiſſe,
C. de non num. pec. ac facit l. eum qui. 30. in p.
verſ. cùm omiſſa. ff. de jurejur.* ita ſpeciale eſt
in caſu legati, vel fideicommiſſi, quando
legatarius defert hæredi juramentum ſu-
per legato, ut tunc cogatur illud præci-
sè ſubire reus, neque audiatur cum ad-
ventitiis probationibus. *d. l. fin. C. de fidei-
commiſſ.* Et hæc eſt vera & genuina ſolu-
tio *ad d. l. finalem.* quam tradit Jaſ. *in d. l.
manifeſtæ. 38. num. 4. verſ. ſecundò moveor,
per text. præcitatæ l. fin. in 2. reſponſo. C. de fi-
deicõmiſſ.* Poſſet & aliter reſponderi, quod
videlicet *in d. l. fin.* interveniat juramen-
tum, quod eſt ſpecies probationis, & pro-
batio ſaltem ſummaria. *Bal. poſt gloſſ. in l.
ſi is à quo. 3. ff. ut in poſſ. legat. & in l. 3. §.
ibidem ad exhibendum ac notat gloſſ. in rub. ex-
tra de jurejur.* Cùm enim jusjurandum ſit 154
non minimum litium expediendarum
remediũ. *l. 1. ff. de jurejur.* & jurans Deum
advocet in teſtimonium veritatis, non
eſt veroſimile, jurantem pejeraturum,
atque ita ſalutis ſuæ immemorem futu-
rum eſſe, *l. fin. §. & licet. C. ad l. Iul. repe-
tund.* ideò deferens juramentum magis,
quàm alibi, ſequitur fidem alienam, fa-
ciendo adverſarium eſſe ſimul quaſi ju-
dicem, partem & teſtem, *prout loquitur Ia-
ſon. in rub. ff. de jurejur. in p. ac movet. d. l. fin.
ibi: ejus religio & fides à fideicommiſſario ele-
cta eſt. C. de fideicommiſſ.* Quæ omnia re-
moventur a pacto de credendo ſimplici
aſſertioni creditoris, non vallatæ jura-
mento, ideoque, ſecundùm omnes, parit
minorem fidem, *Caſſan. in conſuetud. Burg.
rub. 1 §. ſexto. verſ. par leur ſerment num. 3.*
Ad illud, quod objicitur per Signorolum
de Homodeis *conſ. 133. & conſ. 157.* qua-
ſi videlicet illud pactum non careat frau-
de uſurarum, ſiquidem creditor immodi-
cè taxabit ſuum intereſſe ratione moræ,
replicant cõmunis opinionis aſſertores,
illud non eſſe in conſideratione, quia, ſi
ſubſit ſuſpicio nimiæ æſtimationis dam-
norum reducetur illa taxatio ad arbitriũ
boni viri, hoc eſt, judicis, qui arbitra-
bitur, quantum pro allegato intereſſe
creditori debitorem ſolvere oportebit.
*Iaſ. in d. l. jusjurandum quod ex conventione.
17. num. 1. verſ. nec obſtat. Socinus d. conſ. 90.
num. 12. parte 4. Bart. in l. fin. num. 3. de præ-
toriis ſtipul.* quaſi habeat iſta promiſſio ta-
citè ſubintellectam clauſulam vel con-
ditionem, ſi creditor debito modo ſuas
expenſas & intereſſe taxaverit. *argum. l.
ſi libertus. 27. 2. ff. de op. lib.* Verùm nec 155
hæc ſolutio caret ſcrupulo: quo pacto e-
nim arbitrium ſuum interponet judex,
ſuper intereſſe, de quo nulla præcedit li-
quidatio, & ipſemet probabiliter igno-
rat, an creditoris aliquid, aut nihil inter-
fuerit? *argum. l. in actionib. 5. §. planè in fi-
ne, ibi: judex rem, quæ non extat, æſtimare
non poteſt. ff. de in litem jur. & l. un. ibi. quod
re vera inducunt damnum, juncto §. in aliis au-
tem. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.* cùm 156
paria ſint, [quantum ad juris executio-
nẽ,] aliquid allegare, & non probare, vel
nihil allegare. *Alex. conſ. 72. incip. videtur
prima conſideratione dicendum n. 4. vol. 3. per l.*

ſi prius

ſi prius. 15. juncta ibi gloſ. verb egiſſet. id eſt, probaſſet. ff. de nov. op. nunc. c. poſt electionem. & c. ſuper. extra de præbend. [l. duo ſunt 30. ff. de teſtam. tut. c. plerique 2. q. 2. gloſ. in c, at circa. §. alioqui, ver. ſupervenerit, & c. nulli. de

157 elect. in 6.] Benè verum eſt, ſi intereſſe aliter ſit certum & determinatum ex conſuetudine loci, prout in provinciis Thuringiæ generaliter eſt reſtrictum da uſuras quincunces, de quo ſuprà monuimus num. 101. quòd iſto caſu judex in declarando intereſſe poſſit motum animi ſui ad illud conſuetum interuſurium deflectere, & ſuper quantitate longè minori, quàm ut eã definivit pars, ſententiam ferre, arg. quod tradit Bar. in l. 3. §. idemque divus. per illum text. ibi: tu magis ſcire potes, quanta fides ſit habenda. ff. de teſt. & ita reſpondet Alex. conſ. 37. num. 32. & 33. vol. 2. ubi addit, iſtud æquiſſimum eſſe, quòd non, niſi intereſſe ſolita & conſueta reficiantur. ac facit l. properandum. 13. §. ſin autem alterutra. ibi: pro ſolitis expenſis. C. de judic. Bart. l. non ignorat. 4. C. de fruct. & lit. expenſ. & l. 1. ad §. ff. ſi quis jud. non obtemp. Frider. de Senu. conſ. 119. incip. nullum dubium. num. 4. & 5. & idem Bar. in l. 1. num. 32. verſ. ſi verò agitur contra non doloſum intereſſe, probandum eſt verè. C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, profer. & in l. ſemper. 15. §. hoc interdicto. num. 1. & 2. ff. quod

158 vi aut clam. Etſi verò poſterior ſententia, quòd videlicet credatur iſto caſu nudæ aſſertioni creditoris, abſque alia probatione vel juramento, ex vi conventionis inter contrahentes initæ, magis communis eſſe traditur: tamen Jaſon concludit alteram opinionem in punctò juris ſuſtentabiliorem videri, per motum & authoritates ibidem adductas, Iaſ. d. l. jusjur. quod ex conventione. 17. n. 6. quibus accedunt à me ſuperiùs n. 147. cum ſeqq. allegata fundamenta. Imò pleriq; Dd. qui ſequuntur communem, partim loquuntur de aſſertione creditoris jurata. Iaſ. in d. l. jusjur. quod ex conventione. 17. num 4. & 6. partim etiam reſtringunt eam ad illos terminos, quando jam juratum fuit ſuper intereſſe, ita, ut res non ampliùs ſit integra. Iaſ. ubi proximè. num. 6. idq; rationem habet, ne videlicet pòſt præſtitum juramentum admittatur quæſtio perjurii, quod ſolum Deum ultorem habet. l. 2. C. de reb. cred. & jurejur. ſecùs, ſi vel juramentum nondum realiter præſtitum, vel intereſſe per fidẽ & aſſertionem creditoris ſaltem nudam, ut quę in locum juramenti ſuccedit, nondum eſt declaratum. Iaſ. ubi proximè. nu. 6. Bald. in d. l. fin. nu. 3. per l. ſi quis jusjurandum. 11. C. de reb. cred. & jurejur. Anton. de Butr. in c. 2. num. 9. extra de teſtib. & in c. fin. ibid. num. 20. de dolo & contumac. addit rationẽ, quia, ſi juramentum delatum in judicio poteſt revocari ante realem ejus præſtationem, d. l. ſi quis jusjurandum. 11. multò magis idem dicendum eſt extrajudiciali, cùm actus in judicio geſti ſemper ſint firmioris roboris & obſervantiæ, quam extrajudiciales. Butrienſis d. c. finem. num. 20. Ferrar. in d. forma libelli ſuper actio. reali. §. & expenſis. num. 11. in fine. Afflict. in praxi judic. §. 32. cap. 2. amplia. 9. num. 2. & amplia. 12. Licet Panorm. in d. c. fin. n. 7. in fine contrarium teneat, ſecutus in hoc Angelum, Baldum & Imolam in d. l. fin. de præſcr. ſtip, ſicut & Alex. de Imola conſ. 130. num. 6. vol. 1. In eadem opinione reſidet, quam non veretur profiteri communem eſſe, contra ſententiam Bartoli in d. l. fin. Quo de tamen aliis judicandũ relinquo, maximè, quandò ſuper iſto dubio incipit moveri controverſia judicialis, quòd jus dicens ſuper eo ſententiam ferre debeat, quo caſu, cum illa fides de intereſſe ſaltem per aſſeverationem creditoris coram judice fieri debeat, argumento l. 1. in fin. & l. fin. juncta l. voluit. 5. §. quod ait prætor ff. de interroga. action. non video, quid impediat in perſona creditoris revocationem talis pacti extrajudicialis, argumento eorum, quæ tradunt gloſſa in verbo, ſolvere, l. 1. & ibi Dd. C. de confeſſis. Ac, quicquid hujus adferatur in 159
medium, ego memini non ſemel in his provinciis Thuringiæ, ſicut & in ſupremo tribunali D. Electoris Saxonicæ Auguſti, in magno numero & conſeſſu præcipuorum Juriſconſultorum, & Conſiliariorum, contra communem ſententiam de jure reſponſum fuiſſe, quòd nimirum nudis verbis vel aſſertioni creditorum, fides ſuper intereſſe vel damnis allegatis, habenda non eſſet, ideoq; non obſtante, dicta clauſula inſtrumenti, interlocuti fuerunt domini, me, licet indigno, tunc intereſſente, anno 70. ut creditores denuo liquidarent debito modo ſuum intereſſe, quod prætendebant, tùm, quia de jure Saxonico ad probandum ſuam intentionẽ nemo admittitur, niſi cui hoc onus per judicis interlocutum impoſitum eſt, tùm etiam, quia planè immodicum petebatur, ac dicti creditores communi opinione reputabantur pro magnis fœneratoribus.

toribus. De qua deciſione ejusque mo-
tivis procul dubio adhuc hodiè extabit
protocollum apud eximii judicii, pru-
dentiæ, doctrinæ, & authoritatis Juris-
conſultum D. Davidem Peifferum, præ-
memorati Domini Electoris ab intimis
160 Conſiliarium. Quo pacto autem capitu-
la probationum ſuper intereſſe forman-
da ſint, & qualis requiratur probatio ul-
trà ſuperiùs *num. 133. 134. cum ſeqq.* alle-
gata, lectorem remitto ad ea, quæ tra-
duntur in 3. Parte hujus Operis cap. 1.
161 & qualiter probentur expenſæ, an requi-
ratur plena probatio, vel ſufficiat conje-
cturalis, aut etiam ſacramentalis, videa-
tur *gloß. verb. approbaverit, in l. fin §. in com-
putatione. C. de jure delib. ubi etiam DD. hoc
notant, & in l. ſi quis pro redemptione. 36. C. de
donat.*

162 (*l*) OPPIGNORO. Illud vocabulum ne-
ceſſariò apponitur inſtrumento mutui,
ad hoc, ut res afficiatur onere reali, cujus
ratione ingreſſus fundi ex pacto contra-
hentium deinceps ſubſecutus, tribuit in-
greſſo jus reale, & ſic poſſeſſionem cum
lucro fructuum, per ea, quæ tradimus in
tertia Parte hujus Operis *cap. 12. num. 82.
cum ſeq. uſq. ad num. 87. incluſivè*, ubi econ-
163 trà, ſi hypothecæ vel pignoris in contra-
ctu nulla fiat mentio, ingreſſus ex vi con-
ventionis aut ſtatuti non acquirit poſſeſ-
ſionem, ſed tantùm nudam tenutam fun-
di occupati, *de quo pleniùs in d. Parte 3. noſtri
Operis cap. 12. num. 45. 67. & 69. cum ſe-
quentibus.* Quid autem operetur circa pro-
ceſſum executivum, hoc eſt, an is inſtitui
poſſit adverſus tertium poſſeſſorem, in
quem fortè pignus, durante proceſſu, fuit
alienatum, de hoc videantur tradita in
ſecunda Parte hujus Operis *cap. 3. num. 44.
& 45.*

(*m*) AB OMNI NEXU ÆRIS ALIENI
164 LIBERA. Hæc clauſula inſeritur inſtru-
mentis executivis, tribuentib. jus pigno-
ris, & privati ingreſſus creditoribus pòſt
moram, reſpectu teſtium, qui intereſſen-
do contractui ſubſcribunt, & ſigillant in-
ſtrumentum obligationis, unà cum reo
principali, non obſtante, quod ipſi bona
debitoris habent, vel habere putātur per
165 priùs nexa pignori. Hi enim eo ipſo in-
telliguntur jus ſuum hypothecæ, quan-
tumvis anterioris, remittere, & à ſe ab-
dicare, *l. Titius Sempronio 9. §. fin. verſ. inve-
niebatur. ff. quib. mod. pign. vel hypot. ubi Mæ-
vius præſens & ſubſcribens cautioni & oppigno-
rationi bonorum Titii, quam faciebat reipubl.
& in qua continebatur, prædicta bona nulli alii
obligata eſſe, intelligitur juri pignoris, ſi quod
ei competebat, renunciaſſe, ac facit l. ſi conſenſit.
7. in princ. l. ſicut re corporali. 8. §. ſi voluntate
creditoris, in princ. eod. tit.* Nec obſtat tex- 166
tus *l. ſicut 8. §. non videtur. eod. tit. quib. mod.
pign. vel hypoth. ſol.* ubi habetur, quòd,
quamvis primus creditor patiatur, rem
antè ſibi pignoratam alienari; tamen non
ideo amittit jus pignoris, ut, qui ſcit, ſibi
illud durare, quocunq; res vadat. *d. §. non
videtur, & facit l. ſi debitor. 12. C. de diſtract.
pignor.* cùm aliud ſit ſcientia ſine contra- 167
dictione, & aliud ſubſcriptio tabularum
contractus, per quam inducitur expreſ-
ſus conſenſus. *d. §. non videtur. verſ. ſed ſi ſe
ſubſcripſerit. ac facit l. fidejuſſor. 20. §. pater. ff.
de pignor.* Et aliàs notum eſt, expreſſa noce- 168
re, non expreſſa non nocere *l. expreſſa. 195.
de reg. jur.* Cui tamen ſolutioni videtur
ulteriùs obſiſtere alius textus *l. Cajus. 39.
de pignor. act.* ubi ne quidem ſubſcribens,
cenſetur jus pignoris ſibi cōpetens in fun-
do alteri legato remittere: ſed reſpondе-
tur, quod ibi, tanquam teſtis, ſubſcribebat
teſtamento ſolenni, & clauſo, cujus te-
nor non fuit lectus, aut publicatus, vel
intimatus teſtibus. *l. hac conſultiſſima. 21. §.
1. C. de teſtam. & d. l. Titius Sempronio. 9. in
princ. ff. quib. mod. pignor.* & ſic ſubſcriben-
ti, erat ignotum illud legatum, quo caſu
non præſumitur conſenſus in errante vel
ignorante. *l. ſi per errorem. 15. de juriſd. om.
jud.* tùm, quia, ut maximè fuiſſet ipſi no- 169
ta tota diſpoſitio teſtamentaria, non po-
tuiſſet impedire ultimam voluntatem de-
functi, qui rem etiam alienam, & ſic mul-
tò magis alteri obligatam, legare poteſt,
ita, tamen, ut talis res deinceps per hære- 170
dem à domino, vel eo, qui jus in re habet,
cum æquivalente pretio redimatur, ſi is
rem ſuam, in teſtamento alteri legatam,
dimittere velit, aut, ſi illud recuſat, præ-
ſtetur legatario ejus æſtimatio. *§. non ſolū
autem. Inſt. de leg. l. non dubium. 14. §. fin. de
leg. 3. & l. cum ſervus. 39. §. conſtat. ff. de leg.
1.* & ſic ſuccedit, quòd, præſuppoſita et-
iam ſcientia ſuper actu, quem quis con-
tradicendo impedire non poteſt, non in- 171
ducat conſenſum. *l. qui patitur. 18. à contra-
rio, & ibi gloß. verb. intelligitur. ff. mandati.*
tùm etiam, quia officium ſuum teſti non 172
debet eſſe damnoſum. *l. ſi quis ex ſignato-
ribus. 7. quemadm. teſt. aper. l. Titia. 34. §. Lu-
cia. de leg. 2.*

Yy (*n*) CUM

173 (*n*) Cum omnibus juribus. Hæc ver-
ba inſeruntur obligationi, quòd ſub ap-
pellatione bonorum mobilium vel im-
mobilium, propriè loquendo, regulariter
non veniant jura, vel nomina debitorũ,
quæ ſunt tertia quædam, & ſeparata ſpe-
cies, *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. de re
jud. l. quam Tuberonis. 7. §. fin. de pecul. l po-
test. 18. & ibi Bart. de auth. tut. & idem Bart.
in l moventium 93. ubi etiam notat Alciat. n3..
de verb fig. ac latè proſequitur Iaſon, in d. §. in*
174 *venditione. n. 7.* Quod & alia ratione ſua-
detur, cum bona dicantur à beando, quaſi
beatos faciant, qui habent *l bonorum 208.
de verb fig* ſed, qui habet aliquid in actio-
nibus, non dicitur beatus & locuples, an-
175 tequam acquiſierit. *l. hæreditatum. 68. ad
l. Falcid.* cùm minùs ſit habere actionem,
176 quàm rem. *l. minus. 203. de reg. jur.* licet ſub
indefinita bonorum appellatione largè
comprehendatur etiam, quod in actioni-
bus & perſecutionibus eſt *d. l. bonorũ 208.
& ibi Rebuffus col. 4 verſ. quidam obligant. De
quo videantur quæ ſupra cap 3. num. 250. cum
ſeqq. latiùs exegi.*

177 (*o*) Quæ vel de præsenti possi-
deo, vel deinceps acquisiturus sũ,
Hæc clauſula utiliter adjicitur, cùm in
contractibus, item delictis, ſub vocabu-
lo bonorum, ſive indefinitè, ſive univer-
ſaliter poſito, regulariter non includan-
tur futura, ſed tantùm præſentia, *l. ſi man-
davero. 22. §. si cuius. ff. mandati, ubi habetur:
qui in publicatione omnium bonorum delinquen-*
178 *tis non includantur ea, quæ poſtea acquirit.* Sic
in donatione omnium bonorum inter
vivos, comprehenduntur tantùm ea, quæ
tempore contractus extant, non autem,
quæ deinceps ſuperlucrabitur donatur,
teſte Bart. in l. fin. num 11. C. de pact. cùm
179 verba generalia & indefinita ſint refe-
renda ad tempus initi contractus *l. fin. §. 1.
& ibi Bart. ff. de leg 2. ac ſatis l. in delictu. 4.
§. ſi extraneus. l. quod ait. 31. §. Iulianus. de
noxal. act. quod firmat etiam Alex. de Imola
in l ſtipulatio hoc modo concepta 61. n 14. verſ.*
180 *tamen verior videtur, de verb oblig.* Secùs in
ultima voluntate, *l jubemus 10. 2. poſt prin-
cipium, C de S S. Eccleſ l, ſi quis argentum. 35.
§. ſed & ſi quis, ubi Bald. C. de dona.* idq; pro-
pter præjudicium, quod vertitur in con-
tractibus, qui ab initio quidem volunta-
tis ſunt, ſed ex poſt facto neceſſitatis, ita
ut ab iis diſcedi nequeat. *l ſicut 5. C. de act.*
181 *& oblig.* quod non eſt in ultimis volunta-
tibus, quæ ſunt revocabiles quoquo mo-
mento, uſq; ad extremum vitæ ſpiritum.
*Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo. 61. n. 14. per
l. 4. ff. de adim. leg. & l. 1. C. de SS. eccleſ.*

(*p*) Constituo creditoris no- 182
mina possidere. Hujus cautelæ uſus in
inſtrumentis maximus eſt, cùm operetur
translationẽ omnis poſſeſſionis, quæ pe-
nes debitorem erat, tam naturalis, quam
civilis, *ſecundum Bart. in l. creditores. 3. nu.
11. ac concordat Baldus num. 5. Salic. 11. &
25. C. de pignor. Neguz. de pig. 4. parte princ.
num. 14. & 20. verſ. octava concluſio. Menoch. de
adipiſc poſſ. remed. 5. num 36. per l. quod meo.
18. ff. de acquir. poſſ. l. ſi pignus. 37. de pign.
act. l. quædam mulier. 77. de rei vind.* Ex quo 183
videre eſt, clauſulam conſtituti multò ſa-
lutariorem eſſe quam clauſulam precarii.
quod & innuit Bart. in d. l. creditores. 3. n. 11.
cùm in hoc ultimo non tranſeat in ſtipu-
lantem niſi naturalis poſſeſſio, civili re-
manente penes promiſſorem & dominũ.
l. & habet. 15. § eum qui. de prec. Ac, ſi dica-
tur in materia conſtitutæ poſſeſſionis,
fruſtrà adjici clauſulã pacti de ingredien-
do propria auctoritate eam videlicet poſ-
ſeſſionem, quam antè habet. *Bart. d l. cre-
ditores. 3. num. 11. per l. & an eadem. 14. §.
actiones. in fin. de except. rei jud.* reſpondetur:
quod ejus effectus operetur circa inter-
verſionem poſſeſſionis. *Menoch. ubi ſupra
num. 36.* Quid enim, ſi ingredientem ex 184
vi pacti nolit admittere debitor? credi-
tor poterit etiam vi armata, & contra re-
ſiſtentem ingredi, cùm non magis occu-
pare, quam defendere ſuam poſſeſſionem
dicatur, cui poſſeſſionis jam ante conſti-
tutæ cauſa mutari intenditur. *l qui poſſeſ-
ſionem. 17. l. cùm fundum. 18. de vi & vi arm.
juncta l. nemo 10. C. de acquir. poſſ. Bal. l. 2.
quæſt. 10. C. de ſervit. & aquæ duct. quo de vi-
deatur latiſſime per multas authoritates & fun-
damenta, Tiraquell de jure conſtit. poſſeſſoris.
num. 38. & in tertia Parte hujus Operis ca. 12.
num 81. & 89. exigetur, quantum pro noſtra
materia ſufficit, fuſiùs, & ſupra cap. 5. num. 117*

(*q*) Ulterius sine consensu cre-
ditoris non alienare. Hæc clau- 185
ſula ipſa quoque non parùm operatur in
inſtrumento. Etſi enim aliàs, prohibi-
ta alienatione, ſi de facto res alienetur
dominium in accipientem tranſeat. *l. ea
lege. 3. C. de condict. ob cauſ.* ita, ut ſolùm
teneatur alienator ad æſtimationem rei,
arg. l.

arg. l. vinum. 22. ff. ſi cert. pet. & l. ſi ſervum.
91. §. pen. & §. fin. de verb. oblig. tamen, ſi
adjiciatur contractui pignoris præmiſſo
186 hæc clauſula, quòd debitor promittit ta-
lem fundum nulli alteri alienare vel di-
ſtrahere, tunc venditio, quantumvis de
facto ſubſecuta, ipſo jure non valet, ad
hoc, ut pactioni ſtetur, propter reſerva-
tionem videlicet juris realis in bonis de-
bitorum, *de quo Guido Pap. deciſ. 569 num. 1.*
& ante eum tenuit Bart. in l. creditores. 3. nu.
25. C. de pign. per text. notabiliſſimum in l. ſi
creditor. 7. §. fin ff. de diſtract. pign. Ex quo
infertur, quòd contra ſucceſſorem etiam
ſingularem tunc tranſeat illud jus execu-
tivum. *Bart. d. l. creditores. 3. num. 25. ibi-*
demq; Salic. 23. & Neguz. de pign. 4. part. pr.
num 21. in fin quo de videantur, quæ tradimus
in ſecunda Parte hujus Operis cap. 3. num. 460.

* *Oppignoratio & alienatio bonorum immobiliũ quomodo ritè fiat. Differ jur. civ. & Sax. 23. lib. 1. lib. 2. part 3. in Zobell. 32. part. 1 num 10.*

* (r) UT DOMINUS, à QUO RECOGNOS-
CO MEA PRÆDIA VEL FEUDA, HUIC
MEÆ OBLIGATIONI INFRA CERTUM
TEMPUS CONSENSUM SUUM ADHIBEAT.
Clauſula, conſenſus domini, in hoc con-
tractu, ubi pignoris fit mentio, apprimè
187 ipſa quoque utilis eſt. Ac circa feudalia
quidem bona illam adjici præciſa neceſſi-
tas exigit, cum ea, non conſentiente do-
minu, ſine periculo caducitatis, in alium
quoquo modo transferri nequeant. *c. im-*
perialem ibi: & nulli liceat feudum vel partem
feudi vendere, pignorare, de proinb. feud. al per.
188 *Fed.* & aliàs ſuo vocabulo *Alienationis*, ve-
nit tam uſusfructus datio, quàm hypo-
theca & pignoris nexus. *l. fin. C. de reb. al.*
189 *non alien.* Etſi vero de jure civili ſecùs eſt
in prædiis emphyteuticis & allodialibus
vel cenſiticis, quæ regulariter etiam abſ-
que conſenſu domini pignorari poſſunt.
gl. l. fin verb. aliis vendere verſ. item an pignora-
re. C. de jure emphyt. cùm & donari vale-
ant, ſalvo tamen jure domini vel fiſci, à
quo recognoſcuntur. *§. adeò Inſtit. locati.*
l. 1. C. de fund patrimon. lib. 11. & l. fin. C.
de præd. cur ac meliùs facit l. tutor. 16. §. fin.
ibi: & vectigale, hoc eſt, emphyteuticum præ-
dium, pignori dari poteſt. ff. de pign. action. l.
lex vectigali. 31. & l. contrahitur. 4. de pign,
190 tamen illud verum eſt, quò ad cauſan-
dam hypothecariam actionem adverſus
debitorem, vel tertium poſſeſſorem pi-
gnorum, pòſt excuſſionem videlicet bo-
norum principalis, & ejus interceſſo-
rum. *l. perſecutione. 24. cum authent hoc ſi de-*
bitor. C. de pignor. quo caſu ſufficit nuda
voluntas debitoris hypothecantis, etiam
abſque conſenſu ſuperioris, *ſuprà citatis ju-*
ribus. Secùs eſt, quò ad privilegium ante- 191
lationis in concurſu plurium credito-
rum, eo ſiquidem caſu creditor poſterior,
habens hypothecam publicam, cum judi-
cis videlicet loci conſenſu ſibi conſtitu-
tam, præfertur aliis creditoribus haben-
tibus hypothecam privatam, quantum-
vis anteriorem tempore, *l. ſcripturas. 11.*
§. ſin autem jus pignoris. ibi. eum, qui inſtru-
mentis publicè confectis nititur, præferri C. qui
pot. in pign. Ætiologia eſt, quòd in his, 192
quæ publicè fiunt, minùs præſumatur
fraudis, quàm in iis, quæ clam & priva-
tim geruntur. *l. non exiſtimo. 54. §. & mul-*
tùm refert, palam aperteq; & l. quoties. 9. §.
non tantùm. ff. de admin. tut. l. cùm ipſe 5. C. 193
de contrahend. empt. cùm clandeſtini con-
tractus, ut plurimùm habeantur pro ſu-
ſpectis. *l. pupillus. 5. §. ſed ſi per interpoſitam.*
ibi: non bona fide videtur rem geſſiſſe, & §. ſanè.
in verb. non mala fide, ſed ſimpliciter, ut ſolent
honeſtiores. de auth. tut. ac facit l. palàm. 43.
cum l. fin. de ritu nup. l. uxor quæ. 7. ibi: non
temerè vel clanculo, ſed publica conteſtatione. C.
de repud. unde, ſi ſcripturæ privatæ, & in-
ter privatos parietes confectæ, publicis
æquipollerent, facilè committi poſſet
fraus, anticipando nimirùm datas hypo-
thecarum in præjudicium aliorum, qui
palàm, & præſentibus teſtibus contraxe-
runt. *ita Neguzan. de pignor. in 5. Parte prin-*
cipali, membr. 2. num. 30. fall. 18. ac ſequitur
D. Gailius in ſuis obſerv. lib. 2. obſerv. 25. nu. 9.
pòſt Calcaneum conſil 29. incip. & prim. n. 13.
cum aliis authoritatibus ibidem per eundem ad-
ductu, [Si tamen privata ſcriptura ſubſcri-
ptione trium teſtium firmata eſſet, aliud
cenſendum eſt. Quia ceſſat eo caſu ſuſpi-
cio fraudis & doli, *Auth. ſi quis vult cautè.*
C. Qui pot. in pign. hab.] Ex quo infertur,
qui habet inſtrumentum publicum, cõ-
fectum ſuper hypothecæ conſtitutione
coram Notario, eum præferri alteri, pri-
vatam cautionem & hypothecam etiam
anteriorem prætendenti. *Gailius præcitato*
loco, num. 9. Leges verò noſtræ Saxonicæ
in eo paulatim diſcedunt à jure civili,
quòd illæ, in terminis prælationis pluriũ
creditorum, non magis conſiderent pu-
blicam fidem inſtrumenti, quàm ipſum
jus domini, vel ſuperiorum, qui, ſicut in 194
bonis feudalibus & emphyteoticariis re-
tinent ſibi directum dominium, ita in
prædiis cenſiticis reſervant ſibi jus annui

 cenſus

cenſus vel canonis, item infeudationis
circa perſonas aliorum ſucceſſorum, in
recompenſationem & memoriam præſti-
ti beneficii, *arg eorum quæ tradidit Panorm, in c. constitutus. num. 20. & 21. extra de relig. domib. Rebuffus in ordinat. regni Gall. tomo 2. in tract. de conſtit. redit. art. 2. gl. 1. nu. 3. per l. 1. C ſine ſenſu vel relig. l. 2. C. de cenſ. l. 5. ff. de publica*, ubi innuit Rebuffus, o-
nus illud annuæ præſtationis, tanquam
reale, reſervatum domino intelligi in
prædiis, conceſſis etiam cuicunq; privato
adeò hodiè, per provincias, imprimis Sa-
xoniæ longiſſimo uſu introductum fuit,
195 bona etiam cenſualia, Was man Bawer:
oder Erbgüter nennet/ in quemcunq; even-
tum mutati poſſeſſoris, recognoſci denuò
à ſuperioribus, & peti renovationem in-
veſtituræ, pro eaque offerri domino, per
hæredes quidem laudemium unius ſaltē
ſolidi, Eines Schillings/ per ſingularem
verò ſucceſſorē (prout ſunt emptor, do-
natarius, & ſimiles perſonæ) laudemii
nomine ſolvi viceſimam partem pretii, &
ita in hoc participat cenſualis de contra-
ctu emphyteutico. *l. fin. C. de jure emphyt.*
de quo non tam ad quotidianam practicā
& experientiam, quàm etiam ad conſtitu-
tiones noſtras Thuringicas provoco, *tit.*
Von Lehenwar. *conſtit. 16.* Quod idem etiā
per Electoratum Saxoniæ, ex antiqua cō-
ſuetudine magis, quàm ex vi juris pro-
vincialis ſcripti, invaluit, ſicut Saxu de
natura cenſiticorum prædiorum, in quan-
tum & quomodo ab emphyteuticis præ-
diis differant, vel nihil, vel pauca admo-
dùm tradit. Landrecht. *lib. 1. art. 30.* ideò hæc
& ſimilia ex quotidiana practica magis,
196 quàm ex libris addiſci poſſunt. Ejus itaq;
juris, quod dominus in prædio cenſitico,
quò ad inveſtituram, ſibi reſervavit, ha-
bito reſpectu, ne domino non idoneus
vel non acceptabilis colonus obtrudatur,
197 *argumento eorum, quæ tradit Alex. in l. ſi finita. 15. §. ſi de vectigalibus. num. 12. ff. de dam. infect. per l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. de condict. indeb.* eò res devenit, ut per pro-
vincias Saxoniæ, reſpectu prælationis, nul-
la valeat pignoris de aliquo fundo obli-
gatio, niſi conſenſus domini, vel ſuperio-
ris, à quo recognoſcitur fundus, interve-
niat, cujus interventus deinceps ejus ro-
boris & effectus eſt, quòd creditor hypo-
thecarius ex conſenſu domini, aliis qui-
buscunque hypothecariis, ſive anterio-
ribus, ſive poſterioribus, ſive publico
ſive privato inſtrumento munitis, præfe-
ratur, & ita, quamdiu memini, per pro-
vincias Saxoniæ fuit de jure reſponſum,
prout patet ex quadam deciſione inter
reſponſa Lipſenſium, ſubjecta poſt Weich-
bildrecht *ſub rub.* Gemeine tägliche Vrtheil.
tit. Von Vorpfendung. ubi habetur: cre-
ditorem hypothecarium cum conſenſu
Senatus, tanquam ſuperioris, omnibus
aliis anteferendum eſſe, quod & Domi-
nus Elector Saxoniæ Auguſtus compro-
bavit, in ſuis novellis, *parte 2. conſtit. 23. §.*
Wann auch ein Gleubiger. *juncto §.* Es ſol-
len aber. Et facit alia ratio, quòd nimirum 198
jus Saxonicum nullo modo permittit a-
lienationem bonorum proprietariorum,
vel ſoli, niſi cum approbatione, & autho-
riſatione judiciali. Landrecht *lib. 1. art. 8. ibiq; additionator litera B. & C. & art. 52. in p. eod lib. in verb.* Ohne der Erben Vrlaub/
vnnd ohne Gerichte/ kan niemand ſein Erb-
oder Eigenthumb (intelligendo vnbewegli-
che Güter) vergeben/ ubi ſubjicit additio-
nator litera B. non aliter valere aliena-
tiones, niſi fiant coram judice, vel eo, qui
ipſius vicem & perſonam repræſentat, ad-
dendo, quòd iſtud ita practicetur. Ac, ſi 199
objiciatur *de art. 34. lib. 1.* quòd videlicet
etiam ſine judicis permiſſu bona allodia-
lia licitè alienentur, reſpondetur, con-
trarium procedere, quò ad ipſam ſubſtan-
tiam, contractus, ne videlicet ante per-
fectum contractum cogatur venditor re-
quirere dominum pro conſenſu, ſed, ut
transferatur plenum dominium in acci-
pientem, requiritur traditio, & conſen-
ſus judicis: videlicet, ut venditor ibidem
coram judice renunciet ſuæ poſſeſſioni,
eamque tradat accipienti, & emptor fun-
dum recognoſcat a domino, ita ſolvit ad-
ditionator *d. art. 34. litera A* ac facit. *art. 24. lib. 2.* Landrecht. *§.* Ein jeglich Mann/ ubi
habetur: Ein Mann kan ſein Gut wol an
oder loß werden/ mit verkeuffen vnd verſetzen/
wann er es gegen ſeinem Lehenherrn aufflest.
hoc eſt, ſi coram domino loci reſignet
ſuam poſſeſſionem, prout habet latinus
textus ibi. Requiritur itaque ex parte
venditoris abdicatio poſſeſſionis. Daß
er die Lehen aufflaſſe/ & ex parte empto-
ris recognitio, Daß er es wiederumb von
dem Lehenherrn zu Lehen empfahe/ gegen
Entrichtung gebührliches Lehengeldes/
quo caſu plenum dominium accipienti
acquiritur, *per prædicta*, ſicut idem e-
tiam comprobatur *per 4. differentiam prima*

parte

Partis, inter eas, quæ Fachsÿ nomine circumſeruntur, & traditur certa forma oppignorationis, item traditionis bonorum immobilium, Weichbild *art. 20. & 26.* Licet autem iſta practica ſit tutiſsima, quòd, pro conſequendo jure hypothecæ, hæc impetratio conſenſus a judice vel ſuperiore inſinuetur actis, propter majorem fidem, quam habent geſta publica, *l. geſta fin. C. de re jud.* & hinc fortè apud noſtrates emanavit illud vulgatum: hypothecam judicialem præferri extrajudiciali. *de quo Weſenbecius conſ. 49. de ceſſ. bon. num. 1.* tamen hoc eam rationem non habet, quaſi judicem vel ſuperiorem loci, pro tribu-
201 nali ſedere oporteat, cùm iſte actus non ſit contentioſæ, ſed voluntariæ jurisdictionis, qui etiam à procedente, vel deambulante judice expediri poteſt. *l. à procedente. 4. ibidemq. Bartol. in p. C. de dilat. l. 2. §. dies. ff. quis ordo in poſſ. bon. ſerv.* dummodò de tali conſenſu ſuperioris fiat ple-
202 na fides, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcripris ei fuerit communicatus. Cæterùm an hæc oppignoratio debeat fieri cum conſenſu judicis ordinarii, an verò ſufficiat intervenire conſenſum immediati domini, à quo recognoſcitur prædium, de cujus hypotheca agitur, dubitationis eſt. Additio latina *lucta B & C. in d. art. 8. lib. 1.* innuit, quòd ordinarii conſenſum intervenire oporteat, pro qua ſententia poteſt allegari textus. Lehenrecht *cap 55. §.* Soll man aber. ubi dicitur: Soll man Gut verſetzen / daß es hülfflich ſey / ſo muß es ge-
203 ſchehen vor des Landes Richter. hoc eſt, coram ſuperiore & ordinario, quod ſanè non inficias eo, ſi fundus, de cujus hypothecatione agitur, immediatè recognoſcitur ab ordinario generali, vel provinciali, ſive is ſit Princeps, ſive alius ſuperior: aliàs ſufficit conſenſus immediati judicis inferioris, à quo recognoſcitur fundus & in cujus territorio eſt ſituatus, *ita loquitur art. 21. lib. 1. in p. ibi:* Inwendig dem Gerichte / da das eigen innen ligt. *ibidemq. notat additio latina lit. B & lib. 1. art.*
204 *52. ibi:* Ohne Gerichte. Circa quod obiter notandum eſt, ex quo prædicta jura, loquentia de hypothecatione valide requirunt: daß dieſelbige vor Gericht geſchehe. quod dominus prædii emphyteutici, vel à quo recognoſcitur allodium & cenſiticum prædium, in memoriam veteris domini, ſi non ſit munitus jurisdictione ſaltem inferiori, Alſo daß er die Erbgerichte

[?] ſer pur. ... Sax ... lib 3 in ... tel 38. ... art. 2. ... n. 11. 12. 13.

hat / fruſtrà additur pro conſenſu, ſed requiri debet immediatus ſuperior, in cujus territorio ſita ſunt prædia, de quorum hypothecatione agitur, cùm interpoſitio conſenſus ſuperioris apud nos ſit præambulum executionis paratæ, quæ per aliū, quam armatum jurisdictione ſaltem inferiore, nequit expediri vel committi, *per ea, quæ traduntur in ſecunda Parte hujus Operis cap. 1. num. 145. & 146. cum ſeqq. & facit pro hoc l. executorem. 8. l. ſi ut proponis. 6. C. de execut. rei judic. juncta l. 2. ff. de jurid. om. jud.* unde alibi legitur de inſtrumento guarentigiato, vel executivo, quòd concurrente duplici jurisdictione, una poteſtatis loci, alter capitanei, hoc eſt, mediati ſuperioris, debeat executio peti coràm poteſtate loci, non autem coram capitaneo, niſi petitor malit privari jure ſuo & cauſa executionis cadere. *Bald in l. in criminali. 5. n. 3. C. de jurid. om. jud.* Et ex prædictis infertur ad quæſtionem, quæ Jenæ movebatur de facto inter M. P. ex una, & E. W. ex altera parte creditores, ſuper vinea, in qua M. P. habebat hypothecam anteriorem cum conſenſu Senatus, tanquam judicis loci immediati, ſibi conſtitutā, ſupervenit E. W. priuſquam terminus ſolutionis M. P. faciendæ exiſteret, & impetrat non tantùm areſtum, ſed etiam præceptum executivum, de mittendo in poſſeſſionem vineæ dictum E. W. cui ſe opponebat adverſarius, allegans prioritatem conſenſus, & quidem immediati judicis. Alter autem fundabat ſe ſuper conſenſu ſuperioris, & præcepto ejus executivo, ideóque ambigebatur, utrius jus eſſet potius? conſultus ſuper cauſa reſpondi M. P. anteferendum eſſe creditori E. W. tum quia ex parte M. P. ad oppignorationem interveniſſet conſenſus judicis immediati, ejus videlicet loci, in quo ſituabatur vinea, *d. art. 20.* Weichbild *& gloß. fin. d. art. 30.* tùm, quia iſtud pignus erat antiquius. *c. qui prior tempore. extra de reg. jur. in 6. juncto text.* Landrecht. *lib. 1. art. 21. & aliis ſuperiùs adductis.* tùm etiam, quia decretum vel præceptum executionis, vel ſententia condemnatoria ſuperioris,
de mittendo creditorem F. W. in poſſeſ- 205
ſionem bonorum rei, non tribuit etiam victori in cauſa, & qui judicatum pro ſe habet, jus pignoris, ante corporalem poſſeſſionis apprehenſionem, *c. cum aliquibus, extra de ſent & re judic. ac facit l. non eſt mirum, 26. ff. de pignor. act.* & pro hac ſen-

tentia fuit judicatum in prima & ſecunda inſtantia, anno 1580. menſe Septembri. Ac faciunt ſuprà dicta ad diſſolutionem alterius quæſtionis, Dicaſterio noſtro haud ita pridem propoſitæ, ubi quidam ruſticus, habens ſuum domicilium in præfectura W. & alia bona cenſitica ſub juriſdictione E. ſituata, accepto mutuo à quodam laniſta, obligabat ei unum prædium cenſiticum, quod aliàs recognoſcebatur à Senatu E. coram dicta præfectura, in talem hypothecam conſentiente, cumque creditori deinceps, in concurſu plurium creditorum, alii, qui conſenſum ſuarum hypothecarum impetrarant ab E. præferrentur, creditor voluit regreſſum ſuum habere adverſus præfecturam W. nos reſpondimus de jure ad hanc conſultationem, denegandum ipſi adverſus
206 quæſtorem W. proceſſum eſſe. Sicut enim actori in rem agenti licet reum cõvenire vel coram judice loci, in quo res ſituatur, vel coram judice domicilii. *l fin. C. ubi in rem actio. c. fin. & ibi Canoniſtæ, extra de foro compet.* ita liberum fuit creditori, coram judice domicilii mutuantis impetrare conſenſum ad oppignorandum ſua bona, ad eum videlicet finem, ut creditor jure pignoris adverſus debitorem uti poſſet. *d. art. 8. lib. 1. ibiq; additionator litera B. & C. & d c 55.* Lehnrecht. *ſ.* Soll man aber. licet, quo ad privilegium prælationis creditor, ad hoc, ut anteferretur aliis creditoribus, diſpicere debuerit, ſub cujus juriſdictione prædium obligatum immediatè ſitum fuerit, und von weme das zur Lehen herrürete / Landrecht. *lib. 1. art. 21.* Neq; enim in ampla & late patente præfectura, magiſtratus loci ſemper cognitum, & quaſi in memoria habent, quæ vel quot prædia nominatim ab ipſis recognoſcantur, ideò carent fraude, ſi ſubditis requirentibus conſenſum ſuum ad oppignorationem, non viſis priùs aut diſcuſſis libris cenſualibus, quos Erbbücher vocant, generaliter communicent.

(*s*) Sequestrandi. De hac clauſula ſequeſtrationis vel areſtationis rerum, ejusque importatione & effectu, videantur quæ pluribus acta ſunt, in materia ſequeſtrationis, *ſuperiùs cap. 2. num. 67. cum ſeqq & tradetur in 3. Parte hujus Operis cap. 8. num 36.*

(*t*) Per viam paratæ executionis occupandi. De hoc pacto remitto me ad ea, quæ tractavimus *in cap. 5. hujus Partis, & in tertia Parte noſtri Operis, circa proceſſum, agetur de eo latiùs cap 9. per totum.*

(*u*) Officio judicis inducatur, vel privata authoritate ingrediatur. De iſta quoque clauſula fuit ſuprà facta mentio *cap. 5. per totum, ad quæ remitto lectorem.*

(*x*) Sine curiæ proclamatione. 207
Hæc verba adjiciuntur ad evitandum circuitum ſubhaſtationis, quando enim pro executione judicati, vel inſtrumenti executivi (quæ duo parificantur *ſecundùm gl. & Baldum in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit num. 14. per illum textum. ff. de pact. ac facit l. pignoris. 11. C. de pignor. act. & l creditores. 3. C. de pignor.*) pignora capta ſunt, 208
non ſtatim diſtrahuntur, ſed, ſicut pro executione judicati tributæ ſunt debitoribus induciæ quadrimeſtres, de jure civili, *l. 2. §. 1. C. de uſur. rei jud.* ita, eo exacto, poſtquam perventum ad captionem pignorum fuit, expectandum eſt ulteriùs tempus ſaltem arbitrarium, ad motum judicantis regulatum, priuſquã fiat venditio pignorum, præcedente tamen ſubhaſtatione vel publica præconizatione, *l. ſi tempora. 4. ibiq; gloſſ. 1. C. de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſcalis. lib. 11. ubi etiam Bartolus notat. num. 1. 2. & 7. reprobata gloſſa l. 1. C. ſi in cauſa jud. pig. Bald. in l. ordo. 3 num 5. & 6. ibiq; Paulus de Caſtr. 3. C. de exec rei jud. Ioan And. in addit. ad Specul. tit. de ſent. in f. mihi num. 66. idem etiam tenet Iaſ. in l à Divo Pio 15. ſ. in venditione. num. 15.* ubi addit, hanc opinionem communiter teneri *per Dd. ff de re jud. allegant l. debitoribus. 31. ibi: pignora capta, ſi deinceps infrà duos menſes non ſolverint, vendantur eod. tit.*
De jure verò Saxonico, prout poſt tem- 209
pus trium quaterdenarum, à die judicati computandarum, regulariter capiuntur pignora de conſuetudine, *Regulus in ſuo proceſſu cap 103. num. 4.* licet in aliquibus locis præciſe obſervetur tantùm intervalli unius quaterdenæ *per literam* Landr. *lib. 2. artic. 5. & lib 1. artic. 70. & traditur in conſtitutionibus Thuringicis, art. 14. art. 21. in editione poſtrema. ſub rub.* bekäntliche Schulden: ita poſt captionem pignorum, expectantur aliæ tres quaterdenæ, ac ſi medio tempore non luerit iſta pignora reus, tunc dimittuntur offerenti majus pretiũ. Landrecht. *lib 1. art. 70. & ibi gloß. num. 9.* Quemadmodum autem jure civili adhibetur circa venditionem pignorum iſta ſolen-

Pignora capta quomodo diſtrahantur jure civili & Saxonico.

Differentia civ. & Sax.

57 lib. 3. Zobel. part. 1. diff. 45. num. 8.

ſolennitas, quòd ante omnia publicè ſubhaſtentur, vel in publico loco præconizentur, ac proponantur venalia. *l. ordo. 3. verb. ſubhaſtatas. & ibi gloſſ. C de exec. rei jud. l. 1. ibi: neq; habitis haſtis. l. quæcunq;. 5. ibi: ſub haſtæ ſolennis arbitrio. & l. fin. ibi: decurſis haſtis. C. de fide inſtrum. & jure haſtæ fiſc. lib. 11. ac concordat auth hoc jus porrectum. C. de S S. eccleſ. de qua ſolennitate ſubhaſtationis latè Maſuerius in ſua practica tit. de execut. & ſubhaſtat. num. 17. & Rebuff. ad ordinat. regni Gall. in tract. de præconiis, licitatio & ſubha-*
210 *ſtat. per totum.* ita idem etiam fit de jure Saxonico, ubi pòſt factā executionem pignorū, talia pignora non mox diſtrahuntur, ſed tenentur per ſex hebdomadas, & publicè præconizantur in foro, tempore mercatus publici, vel alio in loco publico, trinis aut ſenis vicibus, pro numero mercatuum, qui in quolibet oppido per hebdomadam habentur, ac plùs licitanti venduntur. *d. art. 70.* & ita regulariter ubique practicatur à ſanis judicibus, *prout teſtatur Regulus in ſuo proceſſu Sax. cap. 103. num. 4 & 19. ac notat gloſſ. num. 9. d. art. 70. Item* Weichbild *art. 46. & 64.* qua de practica præconizationis pleniùs habetur in tertia Parte noſtri Operis *cap 9. num 91. cum seqq.* In propoſito tamen, ſi creditor urget literam cautionis, de non præconizando, hæc ſolennitas ita neceſſaria non eſt, quin etiam abſque ea ſaltem bonorum rei poſſeſſionem creditor apprehendere & acquirere poſſit, ſecundū tenorem pacti in inſtrumento contenti, maximè ſi cum judicis authoritate ingreſſus fuerit. *l. creditores. 3. C. de pign & ibi Bart. cum aliis communiter notant.* Idque ob conventionem partium, quæ ſuis beneficiis renunciare non prohibentur. *l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pactis.*

211 (y) Occupet, acquirat, et retineat. Hæc membra ideò conjunguntur, ut ingreſſus conventionem partium ſubſecutus, plùs juris ingreſſo conferat, Etſi enim intrans poſſeſſionem, virtute pacti de ingrediendo, licitè intret: tamen non, niſi nudam tenutam & cuſtodiam conſequitur; ubi autem prædicta clauſula apponitur, de ingrediendo & acquirendo, item retinendo poſſeſſionem bonorum adverſarii, nihil prohibet ingreſſum, etiam abſque juſſu judicis, fieri poſſeſſorem. *Bart. d. l. creditores. 3. num. 4. in fin. ubi addit: benè advert.u, rogo te. ibidemq; Salic. in p. & Bal. num. 3. ſequitur. Neguz. de pignor. & Hipol. 4 parte princ. num. 11. quo de videantur tradita fuſiùs in 3. Parte hujus operis cap. 12. num. 69.*

(z) Pro justo pretio in solutum 212
habeat. Hæc clauſula, de habendo in ſolutum pignus, cujus poſſeſſionem creditor ingredietur, ſicut & ſuperior, de nō facienda ſubhaſtatione, inſeritur obligationi, ad hoc, ut evitetur ſolennitas circa diſtractionem bonorum debitoris, &, quia extraneus pluris licitando poſſet vincere creditorem, in propoſito autem noſtro partes ſimpliciter intelliguntur cōſentire in eam æſtimationem, quam fecerit judex, tanquam vir bonus, *argum. l. vir bonus. 18. ff. judicat. ſolv.* Ideò autem inferuntur hęc verba: pro juſto pretio, quòd pactum ſimplex, de habendo rem debitoris pignoratam in ſolutum pro credito, non valeat, *ita Petrus de Bella Pert. & Bart. in d. l. creditores. 3. num. 13. ac Salic 24 quem ſequitur Neguz. ubi ſupra num. 11. verſ. ſecunda concluſio.* quia redoleret pactum *l. com-* 213
miſſoriæ, quod in pignoribus eſt reprobatum, *per l quamvis 45. ubi Bart. notat. nu. 1. ff. de ſolut melius facit l. 1. C. de pact. pignor. & c. ſignificante. extra de pignor. prout etiam concludit Socinus jun. conſ. 147. num. 16. vol 1. ac latiſſimè Ioan. Bapt. Lupus in repetitione l. 2. num. 20. C de pact. inter empt. & vendit. & ante eum Tiraquellus de retract. convent. ad finem tituli. num. 104.* Si verò pactum ita 214
conceptum eſt, ut res pro debito hypothecata detur in ſolutum, vel habeatur empta pro juſto pretio, ſuſtinetur obligatio. Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed 5. num. 44. pòſt dd. in locu paulò antè relatis, per l. ſi fundus. 6. § fin. ff. de pign.* ubi manifeſte probatur hæc conventio, ſi intra certum tempus creditori non ſatisfiat, ut is poſſideat rem pignoratam in ſolutum, juſto tamen pretio æſtimandam. Quo caſu practica eſt, quòd valor rei determinetur per judicem, vel arbitros ab eo datos, *prout tradit Neguz. de pignor 4. part. princ. num. 11. ac notat Bart. in l. 2 in ult. quæſt. C. de reſcind. vendit.* Bene tamen verum eſt, quòd pa- 215
ctum, ut creditor retineat pignus in ſolutum, initum pòſt tempora ad ſolvendum appoſita, valeat, adeoque, quantumvis poſtea creditori per emptorem offerantur ſors & uſuræ, tamen non toleratur revocatio. *l. Titius. 34 in fine. de pignor. act. l. reſcriptum. 12. in princ. de diſtract. pig.*

216 (*Aa*) PLENO JURE POSSIDEAT. Hæc
clauſula nihil aliud eſt, niſi ſequela præ-
cedentis cautelæ: de habendo in ſolutum
res debitoris. [*ut not. per Innoc. in c. cum in-
ter. extra de re judic. facit l. Titia. 19. ff de ann.
legat. l. pater 6. ff. de ſervit. leg. c. querelam.
extra de elect.*] Ille enim, qui emit, & per
traditionem etiam fictam accipit rem
emptam, dicitur habere plenam proprie-
tatem, *juxta ea, quæ tradit Bart. in l. ſi quis
vi. 17. §. differentia. de acquir. poſſ juncta l. tra-
ditionibus. 20. C. de pact.*

(*Bb*) IN EAQUE POSSESSIONE, UTEN-
DO FRUENDO BONIS MEIS, TANQUAM
SUIS PER OMNIA, QUEMADMODUM ET
IN QUANTUM EGO IIS UTI FRUI SOLITUS
FUI, DEFENDATUR, AC SI EX CAUSA JU-
DICATI IN POSSESSIONEM MISSUS FUIS-
217 SET. Prior clauſula, in quantum & quem-
admodum ego uſus fruitus, ideò apponi-
tur, ut, ſi quid forſan ex demonſtratis &
circumſcriptis finibus emptori evincatur
per rei vindicationem, vel alio modo, id
periculo authoris fiat: ſin verò per finiũ
regundorum judicium novo poſſeſſori
aliquid fuerit abjudicatum, ea lis finalis
ad venditorem non pertineat. *l. ſi fi-
nes agri. 10. C. de eviction* Sic, quod poſt
conſummationem contractus accedat
rei traditæ, etiamſi deinceps evincatur
poſſeſſori per vicinum, non habet regreſ-
ſum de evictione contra ſuum authorẽ.
*l. bonitatu, 13 l. non in dimidiam, 14 l. ſed ſi
quid 15. de evict.* Sufficit enim, quòd ſemel
licuit habere emptori rem in eo ſtatu, in
quo erat apud venditorem. *l. habere licere.
57. l. ſi plùs. 74. §. qui nomen l. quod ad ſer-
vitutes. 75. eod. tit.* Sic, qui pignus eom-
ſui cauſa vendidit, in ea conditione eſt,
ut præſtet id, ſicut ipſe habuit. *l. ſi in ven-
ditione rem hæreditariam l. cum ea conditione:
63. ff. eod* Per quos textus reſpondimus
pro venditore, cujus ſubditi in fodiendo,
raſtrando, & ſimilibus cauſis, pro neceſ-
ſitate cujuſdam vineti, priori domino, ac-
cepto certo pretio in diem, ex ſingulari
propenſione erga dominum, laborarunt,
ſi deinceps illas operas, tanquam preca-
riò præſtitas, novo poſſeſſori edere recu-
ſent, emptor eo nomine non habet re-
greſſum contra venditorem, ex quo in ea
conditione feudum venditum fuit, ſicut
erat apud venditorem, cui, cùm precario
editæ fuiſſent operæ, & ſucceſſor velit il-
las ab invitis extorquere, meritò & ſub-
diti à contractu precarii poſſunt recede-
re. *l. cum precario. 12. in princ. & §. 1. cum l.
& habet. 15. in p. l. interdictum. 14. ibi: magis
beneficii cauſam, quàm contractum reſpicit. ff.
de precario.* Poſterior cautela probatur ex 218
eo, quod decretum judicis & pactum par-
tis æquiparentur. *d l. creditores. 3. l pignoris.
21. C. de pignor. act. l. 1. C. ſi in cauſa judic.
qua de re latè ſuprà cap. 5. num. 38. & ſeqq.*

(*Cc*) FACIAT ME SEQUESTRARI, CA-
PI, VEL ALITER IN PERSONA DETINE-
RI. De hac clauſula, & quid importet pa-
ctum areſti vel capturæ, & quo pacto in-
vicem differant, remitto lectorem ad ea,
quæ paulo antè tradidimus, *in cap 6. 7. & 8.
hujus Partis, & tradenius infrà in tertia Parte,
cap. 8. num. 36. latiùs.*

(*Dd*) UBICUNQ; PEPERERIT. Hæc 219
clauſula ideò apponitur inſtrumento,
quòd, licet aliàs faciens creditori licen-
tiam conveniendi ſui, ubicunque reper-
tus fuerit, eidem tamen liberum eſt, ante
aditionem judicis, aut litem conteſtatam
pœnitere, & provocare ad ſuum judicem,
l. ſi convenerit. 18 ff. de jurisd. om. jud. Cæte- 220
rùm, ſi ad ſolvendum, vel ad manus inje-
ctionem ſe obligat reus, ubicunque lo-
corum repertus fuerit, tunc ad hoc, ut pa-
ctum aliquid operetur, poteſt in bona, vel
perſonam ejus manus injectio fieri, quo-
cunque in loco ipſe, vel ejus bona depre-
henſa fuerint. *Bart. d. l. ſi convenerit. 18. n.
4. ibidemq; Iaſon. 36. & 37. & Panorm. c. 1.
num. 22. ubi etiam Dec. num. 33. & 34 extra
de judic. Bart. in l. 3. §. ſi quis ita. in 1. re-
ſponſ per illum textum num. 1. & ibi Iaſon. 2 de
eo quod certo loco concordat l. Lucius. 27. in p.
ibi: quæ, quando voles, & ubi voles numerabo.
depoſ.* ſiquidem per deſtinatam ubique lo- 221
corum, in quibus reperitur, ſolutionem,
intelligitur eum in loco, ubi deprehendi-
tur, contraxiſſe, *l. contraxiſſe. 21. de act. &
& oblig. l. 3. §. contractum autem. de bon.
auth. jud. poſſ. cum l. hæres abſens. 19. §. fin.
de judic. c. Romana. §. contrahentes. extra de
foro compet.* Et hæc concluſio magis com-
munis eſt, *teſte Decio. qui latiſſimè hanc quæ-
ſtionem examinat in d. c. num. 34. extra de
judic. & refert Alex. de Imola, quòd hæc opi-
nio ſit de jure verior. Alexand. d. l. ſi convene-
rit. 18. num. 9. fall. 10.* quo de, quantùm
neceſſe eſt circa hanc materiam, trade-
mus *in ſecunda Parte hujus Operis cap. 1. num.
103. & ſeqq.*

(*Ee*) OB-

(*Ee*) Obstagium indicere. De hoc
pacto obſtagii ſpecialiter egimus *ſuprà*
cap. 8. ad quem locum lectorem hic remitto.
(*Ff*) Ad creditoris requisitionem
222 Quamcunqúe. Hæc clauſula ideò appo-
nitur, quòd, licet dies ſolutionis, appoſi-
ta in inſtrumento, interpellet pro homi-
ne. [& per lapſum diei pœna impurgabi-
lis committatur.] *l. magnam. 12. C. de com-*
mitt. & contrah. ſtip. tamen iſtud eſt, ad cō-
ſtituendum debitorem in mora, ratione
non factæ ſolutionis, quò ad uſuras & a-
lios effectus, *de quibus in l. mora. 32. & ibi*
gloſ. verb. difficilis. de uſur. ſecùs eſt circa
obligationem faciendi, puta obſtagii, vel
ſimilem, ad quam, quantumcunq; ſe ad-
ſtrinxit reus in caſu moræ, non aliter te-
netur, niſi ſaltem extrajudicialiter ſuper
hoc requiſitus & interpellatus fuerit. *c. ex*
reſcripto. extra de jurejur. idque vel eo ma-
gis, quando locus obſtagii adhuc incer-
tus, & in inſtrumento non expreſſus eſt,
ac pendet à determinatione creditoris,
prout iſtud ſuperiùs circa pactum obſta-
gii fuit examinatum copioſiùs.
(*Gg*) Sistere et inde non recede-
re. Hæc clauſula adjicitur, quia factum
obſtagii non eſt momentaneum, quod
impleatur per ſolum ingreſſum diverſo-
rii pro obſtagio præfixi, ſed debet ibi
hærere obſes tàm diu, donec ſatisfiat cre-
ditori, *ſecundùm Panorm. & omnes in d. c. ex*
reſcripto. extra de jurejur. De quo, & quali-
ter puniatur recedens ex obſtagio vel car-
cere, in 2. Part. hujus Operis *cap. 1. num. 101.*
& 102. & in 3. parte cap. 11. num. 49. & 50.
agetur fuſiùs.
(*Hh*) Remediis compulsivis omni-
bus et singulis, tam in personam
223 quam in res meas. Hæc clauſula mul-
tùm neceſſaria eſt, propter illam diſputa-
tionem: an pluribus remediis munitus,
electo uno, poſſit ad aliud tranſire, con-
tra illud vulgatum: via, quam eligiſti, ti-
bi pateat *l. ſi mulier. 12. §. fin. ff. quod met.*
cauſ. quadere videantur, quæ latiùs exa-
minavimus *ſuprà cap. 8. num. 38. cum ſeqq.*
uſq; ad n. 66.
224 (*Ii*) Ab uno ad aliud discedere,
et rursum habere regressum. De
hac clauſula, quòd liceat ab uno remedio
ad aliud tranſire, videantur latè, quæ ſu-
periùs dicta ſunt *in præcitato cap. 8. de pacto*
obſtagii, num. 65. & 66. ac tradit Boër. in re-
petit. l. conſentaneum. 8. C. quomodo & quand.
jud. num. 8. Et adduntur hæc verba pro
majore cautela, eò, quòd alias regulariter
juribus abſonum videtur, ad ea remedia
demùm redire velle, quæ ſemel quis in-
tentavit, ſed poſteà abdicavit, illisq; qua-
ſi renunciandum cenſuit. *l. ſi quis jusjuran-*
dum. 11. verſ. ſatis enim videtur abſurdum. C.
de reb. cred. & jurejur. l. generaliter. 13. verſ.
nimis enim indignum. C. de non num. pecun. l.
cum quidam. 7. §. fin. verſ. quod enim ſemel re-
pudiatum. C. de condit. inſert. l. homo liber. 21.
ibi. non revertitur ad ſtatum, à quo ſe abdica-
vit. ff. de ſtatu hom. l. de die. 8. §. fin. qui ſa-
tiſd. cog. propter inconſtantiam, quæ in 225
homine ingenuo non eſt ferenda. *l. in*
cauſa. 27. in princ. verb. juſtè hanc iuconſtan-
tiam recuſabis de procurat. l. Celſus. 5. §. idem
Celſus ad exhib. l. prætor. 7. §. unde quæritur de
damno infect. §. non autem dabimus. auth. de
hæred. & Falcid. colla. 1.
(*Kk*) Uno vel diversis locis, u-
nius curiæ executione aliam non
retardante. Hæc adjectio ponitur, 226
propter exceptionem litis pendentiæ.
Quid enim, ſi debitor diverſis in locis
poſſideat immobilia, ac creditor uno in
loco executionem paratam intentaverit,
videritque fortè, ſicut tota die contingit,
quòd ei vix ſatisfiet ex bonis illius loci,
nihil enim tunc prohibet, quin, vigore
hujus pacti, in alio loco, & coràm diverſo
judice, eodem modo per viam executi-
vam adverſus reum procedere poſſit, non
obſtante *l. ubi cœptum 30. ff. de judic.* quòd
aliàs non parum eſſet diſputabile, ut, qui
judicium ſemel motum, coràm judice, 227
ubi cœpit, proſequi debuit. *d. l. ubi cœptum*
30. & auth. qui ſemel. C. quomodo & quando
jud. & alibi dicitur: quòd trahens reum
in judicium coràm uno judice, ſi po-
ſteà conveniat eundem coràm alio, amit-
tit cauſam. *l. 1. §. fin. in fin. ibi. jure ſuo pri-*
vabuntur. ubi & Salic. notat, C. de aſſert. toll.
& hanc cautelam de impetrando licen-
tiam accumulativè petendi debitum, co-
ràm diverſis tribunalibus & locis, tradit
Bart. *in d. l. ubi cœptum 30. num. 1. ff. de judic.*
ubi ſubjicit: iſtud fallere & imitari de 228
voluntate partium, penes quos eſt, mu-
tare locum & tempora jurisdictionis, *&*
idem Bart. in l. fin. num. 3. ff. de juſt. & jur.
(*Ll*) Renuncio exceptioni non
numeratæ pecuniæ. Etſi regulari-
ter conventiones dant legem contracti-
bus, *l. legitima. 6. de pact. cum ſimil.* tamen
ſalubriter proviſum, & nonnunquam fa-
vore reorum, interdùm etiam odio credito- *De exceptione non numerata pecunia.*

rum

rum inductum eſt, ut debitor, contra ſuã
obligationem, juvetur beneficiis certa-
rum legum, ne indebitè damnum incur-
rat, prout fit in exceptione non numera-
tæ pecuniæ, proditæ pro reis, qui ex neceſ-
ſitate habendæ pecuniæ, frumenti, vel al-
229 terius cujuscunq; rei, quæ in pondere,
numero, vel menſura conſiſtit, *arg. l. 2. §. mutui datio. ſi cert. pet. & l. pecuniæ verbum. 178. de verb. ſig.* ſæpe exponunt ſuas cau-
tiones ſpe futuræ numerationis, quam
tamen poſteà non conſequuntur, quo fit,
ut deinceps creditor aut ejus hæredes,
virtute talis obligationis exigant a debi-
toribus pecuniam ipſis nunquam credi-
tam, aut ſaltem in totum, prout ſonant
verba inſtrumenti, non numeratam: cu-
jus rei nomine æquiſſimum eſt, conven-
tis hanc exceptionem dari, *l. 1. l. ſi ex cautione. 3. & per totum, C. de non num. pecun.*
230 Cumque inventa lege, facilè inveniatur
fraus legis. *arg. l non dubium. 5. C. de ll.* cre-
ditores, prò elidendis defenſionibus, tan-
quam armis reorum, invenerunt hoc an-
tidotum renunciativũ, cujus intuitu iiſ-
dem, tanquam remittentibus jus ſuum, ſi-
ve agendo, ſive excipiendo, denegandus
videtur deinceps ad illud recurſus, ſaltẽ
regulariter. *l. quæritur. 14. §. ſi venditor. ff. de ædil. edict. l. generaliter. 13. C. de non num. pec.* Quæritur itaque in propoſito: an ex-
ceptioni non numeratæ pecuniæ renun-
ciari valeat, ita, ut per ejus exceptionem
ſuperſedere judicem ab executione para-
ta, ex vi pacti vel ſtatuti, oporteat? Quan-
tumvis autem, quò ad primum punctum,
Azo, qui fuit ſubtiliſſimus inter omnes
juris Doctores, *teſte Cyno in l. ſi ex cautione. 3. num. 5. C. de non num. pecun.* ſcriptum re-
liquerit, debitori, qui ſpe futuræ nume-
rationis ſe obligat ex cauſa crediti, fa-
tendo ſe accepiſſe quod non accepit, duo
231 remedia prodita fore. Primum eſt, ex-
ceptio non numeratæ pecuniæ, & alterũ,
derivatio oneris probandi in adverſariũ
de pecunia numerata, ante videlicet bi-
ennium, poſteà autem admittitur ſaltem
excipiens cum illa probatione negativæ,
de non facta numeratione, *l. ſi ex cautione. 3. juncta l. aſſeveratio. 10. l. generaliter. 13. C.*
232 *de non num. pecun.* tamen, ſecundùm eun-
dem, ubi intervenit, ex parte debitoris,
renunciatio, debet ſaltem perdere prius
beneficium, quod videlicet transferat
onus probandi numerationem in adver-
ſarium, & ipſemet probet exceptionem
non numeratæ, in qua ſe fundat excipiens,
l. ei incumbit. 2. juncta l. in exceptionibus. 19. ff. de probat. ita, ut renunciatio non ſit de 233
vento, ſed aliquid operetur. *Azo. C. de non num. pecun. num. 8. per l. ſi quando. 109. ff. de leg. 2.* cùm nulla clauſula, nullum ver-
bum debeat intelligi ſine virtute aliquid 234
operandi. *Iaſon l. quo minus. 2. num. 124. de flumin. pòſt Bal. in rub. C. de contrah. empt. quæſt. 9. ac facie gloſſ. ordin. verb. reſtat. in c. ſolitæ, extra de major. & obed.* De quo vel
ideò minùs mirum eſt, quòd privatus fa-
vori pro ſe introducto efficaciter renun-
ciet. *l. penul. C. de pact.* ita, quòd ſemel ab-
dicans hanc exceptionem, videatur fi-
dem ſuæ cautionis agnoſcere, nec feren-
dus ſit, ſi denuò poſteà velit opponere, de
non numerata pecunia, exceptionem, cui
ſemel renunciandum putavit. *l. cùm fidem cautionis. 4. l. generaliter. 13. C. de non num. pecun. l. cum de indebito. 25. §. fin. ff. de probat.*
& ita videtur hæc exceptio de non nu-
merato, ſecundùm Azonem, ad eum ſo-
lùm finem objici poſſe, ut parcatur cre-
ditori, ne is onus probandi realem nu-
merationem in ſeſe aſſumere cogatur, li-
cet, non obſtante renunciatione, debitor
ſaltem admittatur ad onus probandi ne-
gativam, puta, numerationem actualem
ſecutam non eſſe. *Azo. ubi ſuprà.* Contra- 235
ria tamen opinio receptior eſt, quòd vi-
delicet, non obſtante renunciatione ex-
ceptionis de non numerato, reus habeat
& retineat fundatam intentionem eate-
nùs pro ſe, quatenùs creditor non probet
contrarium, iſtud firmat Felinus *in c. ſi cautio. pòſt Ioan. de Imol. ibidem, extra de fide inſtrum.* ubi tenet, iſtam ſententiam eſſe de
juris rigore veriorem, tum, quia, ſi aliud
diceretur, vel ſequeremur Azonis ſenten- 236
tiam, iſtud pactum induceret ad delin-
quendum, *contra l. Illud convenire. 5. ff. de pact. dot. l. jurisgentiũ. 7. §. pacta quæ contra. de pact.* & aperiretur creditorib. occaſio, lu-
cra iniquiſſima & exactiones illicitas à de-
bitoribus extorquendi, vel planè non nu-
merando, vel non totas numerando, de
quib. conventũ fuit, pecunias, & ſic frau-
dandi ſuos debitores, *Cynus in d. l. ſi ex cautione. 3. num. 5. in fin. ibidemq; Salic. 15. C. de non num. pec.* tùm etiam, quia iſta exceptio
non numeratæ introducta eſt ad occur-
rendũ facilitati debitorum, pecunia indi-
gentium, *ſecundùm Cyn. in l in contractib. 14. num. 3. C. de non num. pec.* Sicut autem in-

preſſura urget debitorem ad confiten-
dum, ſpe futuræ numerationis: ita urget
eundem ad renunciandum beneficio ſuo
in uno eodemque continenti ac momen-
to, *Salic. d. l. ſi ex cautione num. 7. per l. ſi mu-
lier. 16. ibi. ne ex conſequentia ſuæ fragilita-
tis. C. ad SC. Vellejan. l. doli. 19. verſ. diver-
ſum. ff. de novat. ac ſequitur Felin. in d. c. ſi
237 cautio num. 49.* cùm in eodem inſtanti tem-
poris præſumatur unus & idem animi
motus in reo, ad hoc ſolùm videlicet in-
tentus, ut pecunias inveniat, ideoq; non
detrectat, ſeſe quoquo modo obligare ad
placitum creditoris, & ſic beneficium le-
gis, de non numerato, proditum pro reis
indigentibus pecunia, eſſet de vento, ac
imponeretur tantùm verbis, non rebus,
*adverſus l. 2. in fin. C. commun. de leg. l. fin.
C. quæ res pignori. l. 3. C. de lib. præter. l. 3.
238 §. conditio ff. de adim. leg.* Et hanc ſenten-
tiam, quòd debitor, etiam renunciando
exceptioni non numeratæ pecuniæ, non
propterea revelet creditorem, à proba-
tione actualis numerationis, imò, non
valeat renunciatio de exceptione non
numeratæ pecuniæ, facta in eodem in-
ſtrumento cautionis, in quo continetur
confeſſio debiti, tenent Bart. Cyn. Bald.
Jacob. de Aretin. & omnes Dd. *teſte Sa-
lic. in d. l. ſi ex cautione. 3 num. 7.* quam et-
iam communem eſſe, teſtatur Alex. de
Imola. *in conſ. 179. num. 3. vol. 2. Angel. de
Aretin. Inſtit. de liter. oblig. in princ. num. 14.
ac Panorm. in d. c. ſi cautio num. 8. ibidemq;
239 Felin. 49.* Neque obſtat, quòd favori ſuo
privatus valeat renunciare: quia illud
verum, niſi per hoc adverſario detur an-
ſa malignandi. *d. l. conventæ. 5. ff. de pact.
dotal. ita limitat iſtam regulam Iaſon in d. l. ſi
240 quis in conſcribendo. 29. num. 14.* Minùs facit
d. l. cùm fidem, quæ loquitur de renuncian-
te pòſt intervallum, qui ipſo facto ſolu-
tionis particularis agnoſcit fidem cautio-
nis: ſecùs in eo, qui tempore interpoſitæ
cautionis, uno eodemque momento,
ſimul etiam renunciat huic exceptioni
de non numerata pecunia. *ita ſolvit Felin.
in d. c. ſi cautio num. 49. argumento. l. Titius.
34. ff. de pign. act.* Parùm etiam adverſa-
tur, quod objiciebatur: renunciationem
non eſſe ocioſam, ſed aliquid operari de-
bere, *d. l. ſi quando 109.* quia contrarium
procedit in renunciatione exceptionis,
quæ proditur à lege, pro mero favore rei:
ſecùs eſt, ubi concurrit odium creditoris.
*Cynus in l. ſi ex cautione. 3. num. 6. per l. ſi in-
trà. 8. cum l. aſſeveratio. 10. & l. adverſus. 5. C.
de non num. pecun.* Probatum autem ſupra 241
fuit, exceptionem non numeratæ pecu-
niæ inductam fuiſſe, non tantùm favore
debitorum, qui, tanquam egentes pecu-
nia, ſpe futuræ numerationis, eadem fa-
cilitate renunciant, ſicut ſe obligant, *Fe-
linus ubi ſuprà num. 48.* verùm etiam odio
fœneratorum, ne per hanc juris cautelam
offeratur creditoribus occaſio fraudan-
di, & quaſi deprædandi miſeros debitores
pecuniæ indigos, *argum. l. tametſi. 11. ff. ad
SC. Macedon. & facit l. qui exceptionem. 40. in
fine principii, de condict. indeb.* Præterea cer-
tum illud eſt, ſicut parata executio non
datur, niſi pro debito liquido, *per ea quæ
Bart. & omnes Dd. notant in l. creditores 3. C.
de pignor. quo de pleniſſimè tractatur in 3. Par-
te hujus Operis cap. 1. per totum, & in primis
num. 11. & 12. cum ſeqq.* ita econtra, ex- 242
ceptionem, quæ opponitur ad impedien-
dum executionem, aliàs paratam ex vi
ſtatuti, vel conventionis, liquidam & no-
toriam oportet eſſe, nec indigere latiore
indagine, vel probatione: aliàs ſiquidem,
exceptionibus à debitore propoſitis non
obſtantibus, proceditur ad executionem,
reſervatis nimirum debitori ſuis juribus
poſt executionem denuò proponendis.
*Bart. in l. creditores. 3. num. 28. C. de pignor.
ac notatur infrà num. 252. argum. l. 2. in ver-
bis. ſalva exceptione criminis, debitorem ad ſo-
lutionem compelli. C. de falſ. ac latiùs in 4. Par-
te hujus Operis cap. 1. per totum.* Præſuppoſi-
to itaque, ſententiam Azonis veram eſſe,
quod ſcilicet, in terminis lactæ renuncia-
tionis de exceptione non numeratæ pe-
cuniæ, ſaltem debitori incumberet onus
probandi negativam, inde ſequetur, quòd
exceptio non numeratæ pecuniæ nun-
quam habeat locum in executivis reme-
diis, ubi ſcilicet ab executione inchoatur
proceſſus, ex quo, ſecundùm Azonem, re-
quiritur ex parte proponentis probatio
illius negativæ, pecuniam ſcilicet nume-
ratam non fuiſſe, *per ea quæ habentur infrà
num. 252.* Atqui hoc eſt contra id, quod 243
habetur alibi: exceptionem, puta, non
numeratæ, impedire executionem ex vi
pacti vel ſtatuti aliàs paratam, per ea,
quæ tradit Bald. *in l. in contractibus 14. num.
8. C. de non num. pecun.* & Rodaricus Sua-
rez. *in repet. l. pòſt rem judicatam. 56. in decla-
ratione legis regni. verſ. ſed pro evidentia n. 12 ff.
de re jud.* quia ſecundùm eũ, probatur hæc 244
exceptio eo ipſo, quod per creditorẽ non 245
oſten-

oſtendatur contrarium, *ac notat gloſ. in l. 1. verb. conſtiterit. verſ. ſed verius. C. de non num. pec.* Ac, quod per renunciationem non collatur exceptio non numeratæ pecuniæ, hæc ſententia communis eſt, teſtante Suatezo *in d. l. poſt rem judicatam. 56. verſ. ſed pro evidentia, num. 26. quo de tangitur aliquid etiam in quarta Parte noſtri Operis. cap. 1.*
246 *num. 109. & 110.* Quæ concluſio tamen reſtringitur, primò in renunciatione exceptionis de non numerato, quæ interponitur ex aliquo temporis intervallo pòſt primum contractum: illa enim valida eſt, *ſecundùm Salic. in d. l. cùm fidem. num. 4.* adeò, ut appoſita ad proceſſum executionis paratæ, vi guarentigiæ, eam nequaquam impediat. *Cynus in d. l. in contractibus. 14. num. 7. & ibi Bald. 8. & Salic. 7. C. eod.* quod
247 inde provenit, ex quo renunciatio, pòſt intervallum interveniens, magis eſt deliberata propter geminationem. *Bart. in d. l. ſi cautio. in fine*, quæ plus operatur, quàm ſimplex promiſſio. *l. baliſta. 32. ff. ad Trebell. auth. itaq; C. commun. de ſucceſſ. l. ſi mulier. 22. C ad SC. Vellejan. l. ſi initia. 6. C. de in integr. reſtit. & l. ſi judex. 41. ff. de minor.*
248 Fallit II. Si renunciatum ſit huic beneficio non numeratæ pecuniæ cum juramento, ita, quod debitor juratò promittat etiam circa primum contractum, in perpetuum non opponere hanc exceptionem: tunc enim cum ea ſe tueri non poteſt ab executione reus conventus. *Bar. in l. fin. in 2. repet num. 2. C. de non num. pec. & cum hac ſententia Bartoli concordat etiam Vitalis de Cambanis in tract. clauſ. ſuper quæſt. an exceptioni non num. pec. renunciari poſſit. mihi fol. 410. num. 1. verſ. breviter diſtingve.*
249 *& verſ. non obſtat.* Etſi enim textus *præcitatæ l. fin.* videtur urgere in contrarium, quaſi videlicet debitor, juratò renuncians huic exceptioni, intelligatur conditionaliter promittere, quatenùs nimirùm ſolvatur ſibi pecunia, attento videlicet ſubjecto materiæ, ſuper qua interponitur, *d. l. fin. cum l. quæro. 54. §. inter locatorem ff. locati.* & alias dici ſolet: quod defectus cauſæ finalis in obligatione, reum eximat ab impetitione actoris. *Bald. d. l. ſi ex cautione. 3. num. 6. per l. ſi libertus ita. 30.*
250 *ff de oper. libert.* & ſic per talem renunciationem non augetur effectus obligationis. *argum. l. triticum. 94. de verb. oblig.* & hanc ſententiam, quod videlicet juramentum iſto caſu, habeat tacitè ſubintellectam conditionem, quatenùs pecunia numeretur, tenet Cynus *in d. l. ſi ex cautione. 3. nu. 4. per d. l. fin. C. de non num. pec.* ubi addit, iſtud idem verum eſſe de jure civili, ſecùs de jure canon. cum qua 251
tranſit etiam Albericus *in d. l. ſi ex cautione. 3. num. 7*, tamen, quia verſamur in cauſa ſpirituali, juramenti videlicet, cui juramento ſtari debet, quatenus ſine diſpendio ſalutis æternæ obſervari poteſt. *c. cùm contingat, extra de jurejur. c. quamvis. de pact. in 6. cum auth. Sacramenta puberum. C. ſi adverſus venditionem.* vix eſt, ut liceat huic juratæ promiſſioni contravenire. *Bart. d. l. fin num. 3. in fin. idq; tenet Felinus in d. c. ſi cautio. num. 50.* adhoc ne via perjuriis aperiatur. *l. 1. C. ſi adverſus vendit.* & in concernentibus periculum animæ, leges non dedignantur imitari canones. *c. 1. & 2. ubi Panorm & alii Cc. probant. extra de nov. oper. nunc.* juramenti namq; ea eſt virtus, ut de obligatione non efficaci, cui videl. obſtat exceptio, faciat efficacem & validam. *Everh. in loco à vi juramenti. num. 4. & 66.* ideò hanc poſteriorem opinionem tenere, ſecurius eſt conſcientiis, in foro non tàm eccleſiæ, quàm etiam ſæculari, ſicut & in hanc ſententiam crebrò pronunciari vidi in ſcabinatibus Saxoniæ.

Fallit III. poſt biennium, tunc enim 252
huic exceptioni non numeratæ pecuniæ locus non relinquitur, ad evitandum ſcilicet executionem, quia transferretur onus probandi de non numerato in excipientem, quo caſu requireretur antecedere ordinarius proceſſus, *per ea, quæ notat Paulus de Caſtr. in l. ait Prætor. 7. n. 5. & 6. ff. de jurejur. per illum text. ſicut idem tenuit Bart. in l. creditores. 3. num. 26. verſ. prædicta intellige vera. C. de pignor.* Siquidem e- 253
nim de exceptione propoſita, notoriè vel in continenti non conſtat, ſed debet demùm liquidari per teſtes, requiritur ordo juris, proponi videlicet libellum, & litem conteſtari. *Auth. offeratur. C. de litis conteſt. & l. prolatam 4. C. de ſent. & interloc. om. jud. junctis c. 1. & c. quoniã frequenter, ac per totum. extra ut lite non conteſt.* ideoque illa non obſtante, proceditur ad executionẽ, per ea quæ tradunt Jo. de Imol. *in l. 1 §. quæſitum. num. 31. fall. 6. ff. à quib. appell. non lic.* ac Panorm. & alii Cc. *in c. ex parte 1. & ibi Felin. n. 7. & 16. extra de offic. deleg. per l. veteres. 4. ff. de itin. actuq; privato.* Benè tamen verũ eſt, quod in omnib9 254
prædictis caſibus de quib. loquuntur hæ

tres

tres fallentiæ, poſt factam executionem,
liberum relinquitur debitori, ordinario
judicio ſolutum condicere, tanquam in-
debitum vel nunquam ipſi adnumeratum,
*Vitalis de Camban. in tract. clauſ. ubi ſupra num.
3 in f. poſt Bart. in l. indubitati juris. 16. in 2.
repetit num. 1. C de non num pec. per c. debitores.*
255 *extra de jurejur.* Quod eo ipſo fiet, ſi pro-
babit illam negativam de non facta nu-
meraitone pecuniæ, in inſtrumento con-
tentæ. *l. 1. in contractibus. 14 ubi Bar. & Salic.
notant, ac facit l. aſſeveratio l. generaliter. 13 C.
de non num. pec.* & ſecundùm hanc declara-
tionem, reſponſum fuit de jure cuidam
nobili à Bendeleben, ad ipſius requiſitio-
nem, anno 1580.

(*Mm*) Doli mali et fraudulentae persuasionis. Sæpè fit, in mutuo
circumveniri debitores, obtrudendo eis
pro pecunia vinum, vel frumentum, vel
alias merces in magno pretio, quæ ſunt
exigui valoris, item malas pro bonis: cre-
brò etiam tales fœneratores eaſdem mer-
ces pluris diſtractas, rurſus vili pretio ad
redimunt, atque ita duplex ex uno eodem-
que contractu mutui ſentiunt compen-
dium, contrà quos ſanguiſugas, & jure
quidem invehitur Molinæus *in tract. de
commerc. in proœmio num. 14.* ubi talem pi-
raticam terreſtrem, noſtris temporibus,
plùs quam ſat eſt, uſitatam, per multa de-
256 ſcribit exempla. Etſi verò non deſint, qui
objiciant, imputandum eſſe debitori, qui
minùs circumſpectè ſua negocia gerit, *c. da-
mnum. extra de reg. jur. in 6.* tamen, quia iſta
ab initio per proxenetas & colluſores, aut
fratres finantiarum, ita callidè tractantur,
ut non perſentiſcat ſtatim debitor damnũ,
quod ipſi in conſequentiam emergit: tùm
quia indigus & famelicus; tùm etiam, quia
ſimplex eſt, & credit omni verbo iſtorum
mediatorum *argum c innocens. 22. q. 4.* me-
ritò taliter obligato proditur exceptio do-
li dummodò de eo vel notoriè conſtet,
vel in continenti probetur, *l 1. § dolo malo.
ff. de doli mali except. l. 1. ſ. perſuadere. de ſerv.
corrup. utpote, qui præter omnem ſpem & expe-
ctationem in illos laqueos & decipulas incidit. l.*
257 *1. ſ. dolum autem ff. de dol. mal.* Cæterum, ſi
pòſt cognitum dolum, deceptus renun-
ciet exceptioni de dolo commiſſo vel præ-
terito, talis renunciatio valet. *Iacob Butrig.
de renunc. verb. beneficio exceptionis doli ac Ro-
landin. in tract. renunciat. verſ exceptio doli ma-
li pro quo eſt text. in l. ſi unus. 27. ſ. illud nulla.
verb. pactum, ne de dolo agat, proderit. & ibi gl.
verb. agat ff. de pact.* Ex quo illud infertur,
ſi quidem inſtrumentum mutui conficia-
tur ſuper rebus mutuo acceptis, & ante e-
miſſam cautionem renuncietur exceptio-
ni doli tunc executio ſuper tali inſtrumẽ-
to, propter doli exceptionem, non retar-
dabitur, quantumvis in continenti pro-
bari poſſet, cùm dolus præteritus cenſea-
tur eſſe remiſſus. *gloſſ. d. l. ſi unus. 27. ſ. illud
nulla.*

(*Nn*) Violentiae et metus. Cre-
brò contingit per concuſſionem latro-
num, vel magiſtratus, extorqueri cautio-
nem vel obligationem, contra quam ob-
ligatio ſuccurri poterat per edictum præ-
toris, ratum non habentis, quod vi me-
tusvé cauſa geſtum eſt, *l. 1. l. qui in carcerem.
22. & toto tit quod metus cauſ. l. 1. de concuſſion.*
Ne itaque prætextu hujus metus, id, quod
inter partes actum fuit, reſcindatur, re-
nunciatur huic beneficio de metu & vio-
lentia, prout apparet ex hoc inſtrumento,
ac, quòd valeat talis renunciatio, teſtatur
Butrigar. *ubi ſupra, verb beneficio actionis &
exceptionis, quod met. cauſ.* Quod tamen vos 258
accipite de renunciatione metus vel vio-
lentiæ, quæ pòſt confectionem inſtrumẽ-
ti interponitur. Quo caſu violentia vel
injuria remiſſa videtur. *d. l. convenire. 5 de
pact. dotal.* quemadmodum de renuncia-
tione doli mali paulò ante tradidimus. An
autem hæc exceptio metus, oppoſita con-
tra paratam executionẽ, quæ intenditur
debitori, ex vi ſtatuti vel pacti executivi,
eam remoretur, de hoc videantur, quæ
tradimus *in 4. Parte hujus Oper. cap. 1. nu-
mer. 93.*

(*Oo*) Cujuscunque laesionis. Hæc 259
verba reſpiciunt ad deceptionem ultra
medietatem juſti pretii, ſi fortè pro pecu-
niis, alia quæcunque res, ſive mobilis, ſi-
ve immobilis, nobis fuerit appretiata. *l. 2.
C. de reſcind. vend.* vel alios modos enormis
læſionis, ex qua cõpetit reſt tutiu. *l. 1. ff. de
in integ. reſtitut. cum l. 1. & per tot. ex quib.
cauſ. in poſſ. eatur.*

(*Pp*) Beneficiis legum, prohi- 260
bentibus inchoationem proces-
sus ab executione. Hæc renunciatio-
nis clauſula facit ad elidendum exceptio-
nem, quæ oritur ex *l. 1. & 2. C. de execut. rei
jud l. un. C. de prohib. pec. ſequeſt. l. negantes. 9.
C de act. & oblig. c. 1. 2. & 3. extra de ſeq. poſſ. &
fruct.*

(*Qq*) Quod debitor pro pecunia- 261
riis causis non detineatur. Item

CESSIONI BONORUM. Hæc clauſula ſu-
per renunciatione beneficii *l. ob ob æs. 12. C.
de act. & oblig. & l. nemo carcerem. 2. C. de ex-
act. trib. lib. 10. & in c. lator. extra de pign. juncta.
l. 1. & l. f. C. qui bon. ced. poſſ.* probatur per
Butrigar. *tit. de renunciat. verb. beneficio l. ob
æs. 12. & per Bal. l. 1. l. 2. & l. f. C. qui bon. ced. poſſ.*
Licet Rolandinus in eodem tract. renun-
ciationum verb. beneficium quoddam
eſt, quod diſponit, ne liber homo ob æs
alienum pignoretur, contrarium teneat.
262 Sed prima ſententia verior eſt, prout mul-
tis firmavimus in prima Parte hujus Ope-
ris *cap. 6. & 7. de pacto carceris, ubi etiam
denunciatione ceſſionis bonorum habetur.*

263 (*Rr*) OMNIBUS ALIIS REMEDIIS JU-
RIS SCRIPTI, VEL NON SCRIPTI. Hæc
clauſula generaliter denotamus omnes a-
lias exceptiones, quæ nobis quoquo mo-
do, ſive ex legibus generalibus, ſive ſpe-
cialibus, ſive ſtatuariis, aut etiam conſue-
tudinariiis particularium locorum com-
petunt. *argum §. ex non ſcripto. Inſtit. de jure
nat. de qua tamen generalite, & ejus effectu, pau-
lò pôſt plura ſubjiciemus.*

(*Ss*) ITEM EX SPECIALI MANDATO
VEL INDULTO CAESAREAE MAJESTA-
264 TIS. Hæc clauſula inducit renunciatio-
nem petendæ dilationis moratoriæ, pro
ſatisfactione creditorum, *quo de habetur in
l. quoties. 3. & l. universa. 4. C. de precib. Imper.*
265 *offer.* Quantumvis enim debitor inducias
quinquennales ex cauſa petere, & Prin-
ceps concedere non prohibeatur, cùm per
hoc creditorum jus non fiat deterius, niſi
tempore, propter dilationem datam, &
ſic, quod differtur, non aufertur. *l. quoties.
2. ubi Bart. Salic. & Iaſ. C. de precib. Imp. offer.
ac fac. l. quamvis. 37. cum gloſſa ibidem. ff. de ar-
bit. & gl. verb. differtur. in §. quod ſi dominus.
inſtit. de ſingul. reb. per fid. l. cum furioſus. 39. ff.
de judic. quo de pleniùs in prima parte operis no-
ſtri cap. 4. num. 14. cum ſequentibus*: tamen
huic beneficio induciarum eodem modo,
ſicut dilationi quadrimeſtri, quæ datur ju-
dicatis ad ſolvendum, *juxta l. 2. C. de uſur.
rei jud. & l. debitoribus. 31. ff. de re jud.* renun-
ciari poteſt. *argument. c. quod ad conſultatio-
nem. §. f. ibi: videtur amplius beneficium con-
tempſiſſe. extra de ſent. & re jud. ac notat Bu-*
266 *trig. de renunc. verb. beneficio induciarum.* Etſi
verò ibidem agatur de renunciatione be-
neficii legalis, ex communi jure deſcen-
dentis, quod non eſt in propoſito: tamen
eadem facilitate renunciatur etiam juri
ſpeciali, quod deinceps poſſet acquirere
reus ex ſpeciali gratia Imperatoris, cùm
faciliùs tollantur privilegia, quàm jura
communia, *ſecundùm gloſſ. verb. perjurii. in
fine l. 1. C. ſi adverſus vendit. ac facit §. quia verò
veroſimile. Aut. de non alien. colla. 2. cum l. ejus
militis. 34. §. militia miſſus. ff. de mil. teſtament.*
[udne & difficilius expugnantur.]

(*Tt*) EXCEPTIONI CONTRACTUS NON 267 *Simulatus contractus*
ITA CELEBRATI, PLUSVE MINUSVE
GESTI. Hæc renunciatio de exceptione
ſimulati contractus, per notarios adjici ſo-
let, ſed parvi eſt momenti, ac, ſi fuerit in
continenti contractus adjecta cautioni
hæc renunciatio, non valet, *prout conclu-
dit Bart. in l. nemo poteſt. 55. ad f. ff. de leg. 1. cum
quo tranſit etiam Io. de Imol. & Butrienſis in c.
cum contingat. extra de jurejur. & Anton. de
Burgoz. poſt Panorm. in c. ad noſtram extra de
empt. & vend.* Quod adeò verum eſt, ut 268
exceptioni ſimulationis, etiam cum ju-
ramento, renunciari poſſe negent ſcriben-
tes, *per gl. ſingularem, & ab omnibus approba-
tam in l. emptione. quæ eſt. l. 3. C. plus vale. quod
ag.* & hanc opinionem communiter re-
ceptam eſſe, teſtatur Iaſ. *in d. l. nemo poteſt.
55. num. 44.* ideò alibi concludunt Dd.
quòd exceptio ſimulationis, oppoſita pro
impedienda executione, ex vi ſtatuti vel
pacti executivi, cam remoretur, etiamſi
dicatur in ſtatuto vel pacto, quòd proce-
datur ad executionem, non obſtantibus
quibuſcunque exceptionibus, cùm con-
tractus ſimulatus non dicatur contractus. 269
*Felinus in c. ex parte 2. num. 14. & Decius 22. in
fallentia 12. extra de offic. deleg. quo de videatur
latiſſimè Tiraquellus in retractu lignagier. §. 1.
gloſſ. 2. num. 12. 13. 14. cum ſeqq. & in retra-
ctu conventionali circa præfationem. num. 28.*
quod verum eſt, dummodò appareant le-
gitimæ probationes, aut ſaltem præſum-
ptiones ſimulationis, *de quibus Cepolla de con-
tract. ſimulatis. per totum.* tunc enim, ſicut
ſubſtantia contractus præſumitur ſimula-
ta, ita pariter & recunciatio. *Vital. de Cam-
ban. in tract. clauſ. ſuper qu an juramentum va-
lidet contractum ſimulatum. numer. 21. per l.
doli. 19. §. diverſum. ff. de novat.* cùm tales
præſumptiones dicantur legales probatio-
nes, quibus ſtatur, donec per adverſa-
rium probetur contrarium. *l. ſive poſſidetis.
16. C. de probat.* Ratio, quare renuncia- 270
tio, de ſimulatione contractus, non valeat,
illa eſt, quia, ſive accedat juramentum, ſive
renunciatio, non habet fundamentum, in
quo figat pedem, videlicet conſenſum
par-

partium, cùm, contrarium actum eſſe, lex
præſumat. *d.l.emptione.3 & ibi gl. communi-
ter approbata.*&,quia obligatio dici nequit,
à qua removetur conſenſus, cùm contra-
ctus à conſenſu partium pendeant, & eo
mediante, perficiantur. *l.ſicut.5.C.de oblig.
& act.* ideò, jurare de ſervando contractū
ſimulatum, perinde eſt, ac ſi juretur ſerva-
re nihil, & renunciare exceptioni ſimula-
tionis, habetur pro eo, ac ſi renuncietur
aëri, qui vento agitatur. *Vitalis in tract.clauſ.
verb. an juramentum validet contractum. nu 9.*
Ex quo ſequitur, quòd exceptio ſimula-
tionis, quæ probatur ex legitimis præſum-
ptionibus, comprehenſis effectualiter in
inſtrumento, vel aliter notoria, meritò
obſtet paratæ executioni, donec de viri-
bus & meritis negocii principalis plenè
fuerit cognitum, *Decius in c.ex part. n. 22.&
Felinus ibidem 24 extra de offic deleg.* Quid e-
nim, ſi producatur cautio creditoris, ut
vocant, reverſalis coràm judice executio-
nis, unde apparet aliud actum, & aliud
ſcriptum fuiſſe, per objectionem hujus ex-
ceptionis repelletur creditor, per id quod
tradit Baldus, inſtrumentum ſimulatum,
probata ſimulatione, non eſſe inſtrumen-
tum, ſaltem in effectu. *Baldus in l f.§.in cō-
putatione, circa finem. C.de jure delib. & in l. ſi
non verum.15 .n.2.C.de donat. inter virum & u-
xor.* Sin verò tales præſumptiones juris
271 adverſus inſtrumentum non appareant,
tunc, quia de apparentibus tantùm ſumi-
tur judicium, &, quæ non apparent, pro
non exiſtentibus habentur. *l.in lege. 77.ff.
de contrahend. empt.* ſtabitur verbis inſtru-
menti. *l cum precibus.18. C.de probat l f.C.de
edict. D. Hadr. toll.c.1.& 2.extra.de fide inſtru-
ment.* ita, quòd ob exceptionem ſimula-
tionis non differatur parata executio, tùm,
quia, ut dixi, pro verbis inſtrumenti præ-
ſumitur. *d. l. cum precibus 18.* tùm, quia ex-
ceptio ſimulationis exceptio facti eſt, *ſe-
cundùm Bart. in l.1.§.& parvi num. 4.ff. quod
vi vel clam. Bal. in l. ſi non ſortem. 26. §. indebi-
272 tum.num 3. de condict. indeb.* Quæ licet ipſa
quoque in numero exceptionum compu-
tetur: *gl. 1.in l nemo ex his.43. de reg.jur.* (ex-
cludit enim factum, quod in intentionem
vel condemnationem eſt deductum. *l.2.in
princ.de except. tit generali*) tamen, quia pro-
batione indiget, cùm facta non præſuman-
tur, niſi de iis fiat fides. *l.quæcunque. 13.ff.
& ibi gloſſ ff. de publ.in rem act.& l.penult. ibi:
niſi aſtruxerint veritatem. C. de probat.* & ſic
tela ordinarii judicii neceſſaria eſt, *c. 1. &
tot.tit. extra ut lite non conteſt.* non debet ob
exceptionem ſimulationis, tanquam illi-
quidam, differri executio. Ideò alibi ſcri-
ptum reliquit Baldus, quòd inſtrumen-
tum ſimulatum tunc demùm non opere-
tur fidem, quando ſimulatio eſt probata,
puta, ſive verè, ſive præſumptivè. *Baldus
in l f. §. in computatione. num. 17. C. de jure
delib. per ea, quæ notat idem Baldus in l. fraus.
30.num. c.2. & 3.ff de ll. quod & Bartolus in-
nuit in d. l. 1.§.& parvi. num. 4.* ubi tenet,
quòd exceptio contractus ſimulati non
poſſit opponi executioni, niſi fuerit liqui-
data, *qua de re fuſius Antonius de Canario in
tract. de execut inſtrum. quæſt. 13. & Benedi-
ctus de Barziis de guarentigiis. parte 3. quæſt.19.
& Bartoli opinionem in d. l. 1.§.& parvi re-
fert de jure veriorem eſſe Io. de Imola in l. quæ-
ſitum.2.num. 32 ff. à quibus appellat. non licet.*
Pro cautela tamen ſuperabundanti tradi- 273
tur, quod eſt quaſi herba betonica pro ſal-
vando contractum à ſimulatione, quòd
creditori faciat partem apponere juramē-
tum, quo mediante aſtruat, omnia con-
tenta in inſtrumento eſſe vera, ideoque
jurato promittit, non contravenire de ju-
re vel de facto. *Vitalis ubi ſuprà num.2 e poſt
Bart.in l.f num. 1.& 2.C de non num. pec.Iaſ.
d l. nemo poteſt.55 num.46. ubi addit. iſtud eſ-
ſe valdè quotidianum & utile.* Quo caſu, ſi 274
contraveniret debitor, detegeretur ipſius
perjurium, ideoque non audiretur, *per ea,
quæ tradit Bart. in l. jusjurandum quod ex con-
ventione. 17.ff. de jurejur. per c. inter dilectos.
extra de donat.* Et hanc ſententiam com-
munem eſſe, refert Alciatus *in ca. cùm con-
tingat. num.180. per multas allegationes, ibi-
dem extra de jurejur.* quæ & in propoſito,
quòd videlicet executioni paratæ non ob-
ſtet hæc exceptio, veriſſima eſt, cùm la-
tiorem indaginem requirat, per ſuperiùs
tradita.

(*Vv*) SPECIALITER JURIBUS DICEN-
TIBUS, RENUNCIATIONEM GENERA-
LEM NON VALERE, NISI PRAECESSE-
RIT SPECIALIS. Hæc clauſula ſumitur 275
*ex l. ſed & ſi quis. 4. §. quæſitum.verſ. ita de-
mùm valet conventio, ſi ſpecialiter cauſæ exce-
ptionum expreſſæ ſint, quibus à promiſſore ſpontè
eſt renunciatum. & ibi gloſſ.verb. ſpecialiter ff ſi
quis cautionibus.ubi innuunt Bulgarus & Ioan.*
quantumvis partes dicant, quòd velint
haberi pro expreſſis & ſpecificatis omnia
beneficia legum, pro reis prodita, non ta-
men intelligitur renunciatum beneficiis
ſpecialibus. *Iaſon. d.§.quæſitum.num 2, per l ſi*

ita ſcriptum. 45. §. *ſi ſub conditione de leg.* 2. niſi
præmittatur ſpecifica quædam enumera-
276 tio particularium beneficiorum, & poſtea
ſubjiciatur generalis renunciatio, tunc e-
nim, ſecundum eos, in iſta generali renun-
ciatione includuntur non tantùm nomi-
nata & expreſſa, verùm etiam alia quæ-
cunque juris beneficia. Et hæc eſt com-
munis opinio Doctorum, *ſecundùm Iaſ. in*
d. §. *quæſitum. num.* 14. *per* §. *præterea igitur.*
Auth ut ſine probib. matres. De qua clauſula
videantur, quæ tradit Hip. de Marſil. *in*
tract. fidejuſſorum num. 28. 29. 30. 31. 32. 33.
34. & 35. & pauló poſt *in hoc ipſo cap. num.*
408. ſup. illa quæſt. an generalis renun-
ciatio omnium exceptionum præcidat, re
nuncianti beneficium opponendæ ſpecia-
lis alicujus exceptionis, à lege proditæ, in-
ſiſtemus latiùs.

277 (Xx) JURATO PROMITTO. Hujus
clauſulæ juramenti, quæ ſit vis, tactum
fuit aliqualiter hoc ipſo capite. *num.* 248.
& 249. *item num.* 273. & *ſeq.* quos autem
ulteriùs operetur effectus, de hoc remitto
lectorem ad ea quæ laté tradit Everhar. in
ſuis top. *loco à vi vel efficacia juramenti.* in-
primis autem illud certũ eſt, multò firmio
rem & arctiorem eſſe obligationem jura-
tam, quàm ſimplicem, *prout patet ex l.* 1.
juncta Auth ſacramenta puberum. C. ſi adverſus
vend. c. cùm contingat. c. debitores. extra de jure-
278 *jur.* cùm jurans obteſtetur & adducat in
teſtem ipſum DEUM, ſuper obſervatione
eorum, quæ promiſit, & niſi ſtet religioni
jurisjurandi, eundem contra ſe advocet,
tanquam vindicem perjurii. *l.* 2. *in pr. ibi:*
DEUM ultorem habet. C. de jurejur. juxta illud
Ovidii:

Promiſit pater hanc, hæc adjuravit amanti,
Ille homines, hæc eſt teſtificata DEUM.

279 Cæterùm, quia alias habetur, quòd inter
ſimplicem loquelam, vel permiſſionem,
DEUS non faciat aliquam differentiam,
cùm, ſicut pejerando incurritur perjurium
ita mentiendo incurratur mendacium, &
utrunq; divini judicii pœna damnetur. *c.*
juramenti 22. *q.* 1. [*gl. in c. pervenit, de fidejuſſ.*
& *c. pen. de jurejur.*] conſuevit dubitari, an lo-
co juramenti, vel ſub fide noſtra aliquid
promittere, æquiparetur promiſſioni jura-
280 tæ? quod prima fronte non videtur, cùm
juramentum requirat pro ſubſtantia, ut &
per DEUM, & per tactionem ſacrorum Eu-
angeliorum juretur, unde, à quo remove-
tur definitio, ab eo etiam definitum remo-
ti cenſebitur. *l. omnis definitio.* 202. & *ibi Ca-*
gnolus. de reg. jur. ac notat Bart. in l. 1. *de dolo*
prout illa ſolennitas deſcribitur in Auth.
jusjurandum quod præſtatur ab his. *in prin.*
coll. 2. *ac facit l.* 1. *ibi: jurejurando corporaliter*
præſtito confirmaſti. C. ſi adverſus vendit. ac ſa-
tis probatur textu juris *in l. ſi alterius.* 3. *C. ſi*
minor ſe majorem dixer. ubi contractus cele-
bratus cum eo, qui absq; dolo ſe majorem
eſſe dixerit, & contractum ſervare promi-
ſerit, intercedente læſione, ſaltem reſcin-
ditur beneficio in integrum reſtitutionis,
niſi, juramento corporaliter præſtito, ſe
majorem aſſerens, cum adverſario contra-
xerit. Quod idem etiam de promiſſione 281
ſub fide videtur dicendum, prout exem-
plum eſt in fidejuſſoribus, qui fidem ſuam
interponunt pro principali, quis enim di-
xerit, eorum obligationem eſſe juratam,
vel loco juramenti haberi? *Inſtit. de fidejuſſ.*
in pr. unde, quamvis dicatur in inſtrumen-
to, quòd debitor promittit loco juramẽti:
tamen per hoc non eſt juramentum, cùm 282
nullum ſimile ſit idem. *ſecundum gloſſ. ſem-*
per ad hoc allegari ſolitam. in l. quod Nerva. 32.
verb. dolum ff. depoſ & *in c. capitulum S. crucis.*
verb. conſimili. ibiq; Ioan. de Imola. extra de re-
ſcript. ac facit text. in c. innotuit. ubi & *Panorm.*
notat num. 7. *extra de elect. c.* 2. *de translat. E-*
piſcop. & *l* 1. *C. de vet. jure enuc.* ac aliud ſit, ta- 283
lem eſſe, & pro tali haberi. *Bart. in l. ſi ma-*
ritus. 15. §. *legis num.* 1. *ff. de adulter.* ex quo
haberi pro tali, denotat fictionem, & non
proprietatem, *prout innuit Bart. in l. rei judi-*
catæ. 15 §. *ſocero. num.* 6. *ſol. matr. poſt gloſſ. ver.*
mangonibus, circa f. in l. mercis. 207. *de verb. ſig.*
Et ſic infertur, promiſſionem loco jura- 284
menti, vel ſub fide, non eſſe juramentum.
argument. l. Papinianus exuli. 20. *ff. de minor.*
Contraria tamen opinio, quòd videlicet
obligatio de ſervando conventa, cum clau
ſula loca juramenti: Ich will alles halten/
was ich zugeſaget habe an Eydes ſtatt/ item
obligatio ſub interpoſitione fidei, bey mei-
nen Trewen vnd Glauben/ habeatur pro ju-
ramento verè & corporaliter præſtito, ſal-
tem quò ad vinculum contractus, ita, ut ei
contraveniri non poſſit, tenetur à Panor-
mitano *in c ad aures. n.* 3. *extra quod metus cauſ.*
per c. etſi Chriſtus. extra de jurejur. Quia ſe- 285
cundùm eum, ad eſſe juramenti de neceſſi-
tate non requiritur tactura alicujus rei ſa-
cræ vel ſcripturæ. *gloſſ. in c. in ſumma.* 22 *q.* 1.
quod & *Iaſ. prob. in l.* 3. §. *jurari n.* 3 *ff. de jurejur.*
Ubi clarè teſtatur, paria eſſe, promittere a-
liquid ſub fide, vel jurare per Deum, aut ſa-
cra Euangelia. *ſecundũ gl. d. c. ad aures.* & *c. pen.*

de

de jurejur & gloſſ. f. in c. f. de fidejuſſ. ac, quòd
286 dicere, Deus eſt mihi teſtis, vel aſſero per fidem meam, aut in verbo veritatis, habetur pro eo, ac ſi jurarem per Deum, docet Jaſon, d. §. jurari n. 2 ac facit gloſſ. verb duo. §. quoniam ver. Auth. quibus modis natur. effic. ſui
287 tollat. 6. Sic jurari poteſt per ſalutem propriam, quo caſu, ſicut & propria ſuperſtitione præſtitum juramentum, ad voluntatem creditoris. Prætor tuebitur, *l. qui per ſalutem. 33. & l. non erit. 5. in princ. ff. de*
288 *jurejur.* Quocunque enim modo juretur, ſi verbum jurandi uſurpetur, jusjurandum, quantumvis non corporaliter præſtitum, obſervari debet, ſaltem de jure Canonico, *prout notat Bart. in d c. Auth. de ſacramenta puberum. n 8 & ibi firmat Cyn. nu 4. Salic 6. Fab 1. & Panorm. in d. c. ad aures.* Et quòd aſſerere per fidem ſuam, ſit juramentum, & eandem vim habeat cum juramento vero, tenet etiam Bal. *in c. in literis. n. 12. extra de præſumpt. & Panor. in c. pervenit. n. 13. extra de fidejuſſ.* Schurffius *conſ. 37. n. 11. & plenius 20. & 21. & conſ 53. num. 19. centur. 3.* ubi aſtruit, illam opinionem communiter teneri per Dd. Quod etiam de notiſſima conſuetudine ita receptum eſſe, & in practica obſervari, teſtatur Minſingerus *obſer.*
289 *17 cent. 1.* Idque vel maximè verum eſt, de perſonis in dignitate cõſtitutis, prout ſunt Principes, Die da zuſagen bey ihren Fürſtlichen Ehren vnd Würden/ *Minſing ubi proximè* & addit: ſecundùm hanc opinionem fuiſſe judicatum in Camera, nec diverſum ſuper promiſſione Comitum, facta per fidei interpoſitionem, Bey vnſeren Gräfflichen Ehren/ conſuluit etiam D. Weſenb. *conſ. 10. num. 41.* ſicut idem & in nobilibus noſtri temporis procedit, qui ſub fide ſuæ nobilitatis, Bey ihren Adelichen Trawen vnd Glauben/ promittunt ſolvere, *teſtante Iaſ in l. 3. §. jurari. n. 3. ff de jurejur.* item ampliatur procedere in Doctoribus, & qui-
290 buſcunq; aliis perſonis honeſtiorib. Quo enim quisq; majoris eſt dignitatis, eò magis ipſo bona fides exuberare, & ab omni perfidia vacare debet, cùm dignitas exaggeret delictum. *l. quædam delicta. 14. & l. 2. ff. de pœnis l omne delictum. 6. § augetur. de re milit & c non afferamus. 24. q 1.*

(*Yy*) Ut fidem suam pro me interponant. Hactenus de conſuetis clauſulis, principalem debitorem concer-
291 nentibus diximus. Cæterùm, quia pro pleniore aſſecuratione creditorum, circa repromiſſionem debiti, conſueverunt accedere etiam fidejuſſores, aut plures rei debendi, ut, quod a principali repeti nequit, creditores ſaltem a correis, aut fidejuſſoribus conſequantur. *Ferrar. in form. libelli contra plures reos debendi, verbo, intercesserunt. n. 1 ac facit Inſt. de fidejuſſor. in pr.* cùm interſit noſtra, plures habere obligatos, *l. 4 § fi. ff de libera. leg.* ad eum videlicet finem, ut quod in obligationem deductum eſt, & tutiùs debeatur, ac præſtetur certiùs. *l. 1 §. ſed aut proprio verſ qui alieno. de act. & obligat. §. 1. Inſtit. de fidejuſſor. & § f. Inſtit de replica. quo de Suarezius in l. poſt rem judicatam 56 in declar. legis regni §. nunc oportunè. n 2 ff. de re judic.* Nunc ordo formulæ noſtræ deſiderat, videre ulteriùs de clauſulis, etiam circa fidejuſſorum perſonas apponi ſolitis, imprimis autem de clauſula illa uſitata:

Fidejuſſores qui ſe obligant tanquam principales.

(*Zz*) Constituimus, et obligamus nos pro hoc debito, tanquam principales. Hæc clauſula adjicitur ex conſuetudine Notariorum, pro majore cautela creditoris, &, ut efficaciùs teneantur fidejuſſores. *Specul. titul. de fidejuſſo. in* 292
princ. num. 2. & Rolandinus in ſumma de debitis & creditis. cap. 2. ſub rub ſi verò detur in inſtrumento fidejuſſor mutui. Quo caſu, ſecundum eos, creditori liberum eſt, adverſus conſtituentes, Wider die ſelbſchuldigen Bürgen/ agere ſtatim pòſt moram, in non ſolvendo commiſſam, etiam non excuſſo principali, & non facta renunciatione de beneficio *Authent. præſente C. de fidejuſſ.* iſta concluſio probatur argument. textuum juris. *utpotè l. non rectè 4 l. jure noſtro. 5. l. ſi alienam. 19. C. eod. tit. ac facit l 1. cum Auth. ſi quando. C. de conſtitut. pec.* Cæterum con- 293
trarium, quod videlicet jura loquentia de beneficiis fidejuſſorum, *de quib. habetur in Authent. præſente. C. de fidejuſſor.* habeant locum & in conſtituẽtibus ſe principales, tenet Faber *in § in perſonam. verſ. de conſtituta. num 6. inf. Inſt. de action.* ac probatur textu *in l. f. C. de conſtit. pec.* ubi dicitur: remedium Epiſtolæ D. Adriani, proditum pro fidejuſſoribus, habere locum etiam in conſtituentibus, cùm æquitatis ratio diverſas ſpecies obligationis excludere non debeat, *ac concordat Ang Aret. in §. ſi plures. num 3. Inſtit de fidejuſſ* Unde gloſſa ſuperiùs memoratæ *l ſi aliena verſ. quocunque:* æquiparat obligationem, ac conditionem fidejuſſorum, & conſtituentium, etiam quo ad beneficium citatæ *Auth. præſente C de fidejuſſorib.* concludendo, quòd *d. l. ſi alienum* 19. hodiè ſit correcta per *d. Authent. præ-* 294
ſente.

ſente. Quod & Accurſius innuit *in §. ſi quis*
igitur crediderit. verb fidejuſſorem. verſ. idem di-
co de conſtituente. Auth. de fidejuſſor. collat, 1.
ubi vult, quòd etiam conſtitues poſſit op-
ponere de priùs conveniendo principali,
ad inſtar fidejuſſorum, idque propter ge-
neralitatē dictæ conſtitutionis de fidejuſ-
ſoribus, quæ non tàm de fidejuſſoribus,
quàm etiam mandatoribus, & ſponſo-
ribus loquitur, accepto ibidem vocabulo
Sponſuris pro conſtituente, ſecundum
295 Martinum gloſſatorem, cujus intellectum
ſequitur Contius *in addit. ad d. §. ſi quis igi-*
tur. verb. ſponſores. poſt Alciatum. lib. 1. parergo-
rum. cap 2. & probat Guido Papæ, *deciſ 570.*
num 6. & in ſuis ſingular. ſingul. 604. ac Petrus
de Ravenna. ſing. 200. & idem Guido Papæ. de-
ciſ. 94. num. 2. cum dicit ex communi ob-
ſervantia curiæ Parlamenti non admitti
hanc exceptionem, quantumvis benefi-
cio excuſſionis non ſit renunciatum: ac
ſcriptum reliquit Panorm. quantumvis ſe
conſtituat principalem debitorem, vel pa-
gatorem: itamen, ſi exigatur ante princi-
palem, non prohibetur opponere benefi-
cium *d. Authentic. præſente. Panormitan in c.*
296 *pervenit. num. 6. extra de fidejuſſor.* Quod am-
pliatur procedere etiam in caſu, quandò
diverſis temporibus, & in diverſi interval-
li ſcripturis interveniſſet obligatio princi-
palis, & conſtitutum, puta, quia primò ſe
obligat tanquam principalem debitorem.
Nam & tunc conſtitutor gaudebit exce-
ptione, de priùs diſcutiendo principali, ſi
credimus Ang. *in d. §. ſi plures. numer. 3.* &
pro hac opinione eſt deciſio Tholoſana
80. in qua habetur: quòd conſtituens ſe
principalem ſolutorem pro alio priùs ob-
ligato, adhuc gaudeat beneficio *Auth. præ-*
ſente. quod & Iacobus Phil. Porcius profitetur in
communib. concluſ. concluſ. 41. ampliatione. 12.
& 20 poſt gloſſ. d §. ſi quis igitur, Auth. de fide-
juſſor. Alexand. in apoſtilla ad Bart. in rub. ff ju-
dic. ſolvi. & Cynus in Authent. præſente. num. 4.
297 *C. de fidejuſſor.* Et hanc eſſe quaſi commu-
niorem ſententiam Dd. innuit Ferrarienſ.
in forma libelli contra plures reos debend. verb.
beneficio nostrum conſtitutionum. num. 5. ubi
hanc dubitationem in ſpecie determinat:
an fidejuſſures, qui ſe conſtituunt princi-
pales debitores aut pagatores, prout quo-
tidiè fit in inſtrumentis, poſſint uti benefi-
cio excuſſionis, vel ordinis, aut aliis re-
mediis, quæ pro fidejuſſoribus ſunt pro-
dita? & reſpondet, quòd ſic, addendo: &
idem dic eſſe in quocunque conſtituente
alienum debitum, de quo loquitur totus
titulus *ff. & C. de conſtit. pecun. allegando gloſſ.*
in Authent de fidejuſſor. in p. & ibi Iacobum de
Beluiſo, cujus determinationem, ſecundum eum.
ſequuntur omnes Dd. niſi; beneficio excuſſionis
renunciaverint hæc Ferrar. ubi ſuprà [*vide et-*
iam Natt. conſ. 426. num. 21. Rolandin. conſ. 6.
num. 45. lib. 1.] Ex quo ſequeretur, quòd
præmiſſa clauſula hoc loco, circa perſonas
fidejuſſorum, qui ſe principales conſti-
tuunt, apponi ſolita, in caſu non factæ ſpe-
cialis renunciationis authēticæ præſente,
nullius aut modicæ foret utilitatis. Et hoc
ita practicari de æquitate, teſtatur etiam
Weſenbecius *in ſuis conſil. ſub rub. de fidejuſ-*
ſor. conſ. 14 num. 12. Quod ipſe quidem ſa- 298
tis exiſtimo procedere, ſive in uno eo-
demque ſive diverſo inſtrumento, & di-
verſis temporibus confecto, quis ſe con-
ſtituat principalem debitorem, in even-
tum non factæ per principalem ſolutionis
ad præfixum terminum, quo caſu non ali-
ter intelligitur voluiſſe ſe obligare ad exa-
ctionem, niſi, quatenùs & in quantum
non ſatisfaceret, vel non ſatisfacere poſſet
principalis. *argument. l. ſi fidejuſſores. 41. ibi:*
in id. quod à curatore ſervari non poterat & l. in-
ter creditorem. 63. in f. in illis verb. quòd minus
eſſet redactum ex pignoribus rei venditis ff de fi-
dejuſſ cùm eo caſu reus principalis rema-
neat adhuc obligatus *Hoſtienſ in ſumma tit.*
de fidejuſſ. in princ. Et eſt ratio ſatis evidens,
& bona, quia tunc iſte conſtitutor videtur
quaſi ſponſor indemnitatis eſſe, adeò,
quòd ante omnia explorandum ſit, in
quantum poſſit ſatisfacere principalis, ita,
ut de reliquo teneatūr conſtituens *argu-*
mento quod dixit Bart. in l. 1. num. 1. C. de con-
vent. fiſc. deb. lib. 10 per l ſi ſtipulatus. 15. §. 2. ff. de
fidejuſſor l f. ibiq. Bald. n. 2 ſi cert. pet. l tutor.
19. ad Vellejan & l. 2 C. ſi mater indemnit pro-
miſſ. ac latè Alex. conſ. 29. numer. 23. 24. 25. 26. 299
27. & 28. volum. 7. Cæterùm, an idem ſit
etiam in mero conſtituente, qui videlicet
proprio nomine, & non in eventum dila-
tæ, vel non factæ ſolutionis per principa-
lem, obligat ſe pro alieno debito, magis
ambiguum eſt. Et, quia exemplis res fit
illuſtrior. *l. prætor. 3. §. videamus de collat.*
bon. ponamus: Titium debere mihi cen-
tum, venit Sempronius ad me, petendo,
ne ab eo exigam hoc nomen, conſtituens
ſe principalem debitorem, purè & abſque
omni conditione, promittendo, quod ex
ſuo marſupio velit ſolvere in termino di-
cta centum, quo caſu non vereor affir-

mare,

mare, quin hic conſtitutor etiam extra ca-
ſum renunciationis de beneficio excuſſio-
nis, primo loco conveniri valeat, & re-
medio *d. Authent. præſente.* juvari nequeat.
Quod ipſum etiam in effectu ſentit, & cō-
cludit *gl. verb. fidejuſſor. verſ. item quid ſi princi-
paliter. Authent. de fidejuſſor. collat. 2.* ubi ſe-
quenti modo diſtinguit, quòd, aut hoc a-
gitur, ut primus debitor dennò remanear
obligatus, prout fit, quandò in eventum
moræ, fidejuſſor ſe conſtituit principalem
pro alieno debito, & tunc conſtituens ad-
huc gaudebit beneficio *d. Auth. præſente.*
aut verò novatur & extinguitur obligatio
primi debitoris, ita, ut transfundatur in
perſonam conſtituentis, & conſtituens ſo-
lus velit exigi, tunc fruſtra opponitur
de priùs excutiendo principali debitore.
*gloſſ. d. verb. fidejuſſor. verſ. item, quid ſi princi-
paliter.* Ex quo enim in propoſito conſti-
tuens, & ſeparatim, & purè ſe obligavit,
transfundēdo in ſe alienum debitum abs-
que omni conditione ſolventis, vel non
ſolventis principalis, meritò ſubſtituitur
in locum debitoris, adeoque ipſi prædi-
ctum beneficium denegatur. *d gl. verb. fide-
juſſor. verſ idem dico in conſtituente,* propter re-
300 gulam: quòd, quandò gloſſa plures ratio-
nes recitat, & nullam expreſsè approbat,
videtur tranſire cum ultima. *per gloſſ. notab.
l. qui filium. 74. verb alia. ad Trebell. Hoſtienſ. in
c. 1. extra de pœn in 6. argument. quod tenet
Bart in l. bona fides. 31. num. 2. ff de poſ. ac notant
Bart. & Ang in l. ſi idem cum eodem 11. ff. per
illum text. de jurid. omn. jud. ac Everhardus in
top. loco ab authoritate. num.* 15. Quam po-
ſteriorem diſtinctionem gloſſæ probat et-
iam, ac ſequitur Jacob. de Beluiſo *in d. auth.
de fidejuſſor. verb. item de eo qui principaliter.*
301 Et, quia ſub dubio gloſſæ adhærendum
eſt, tanquam carrocio veritatis, & qui hoc
facit, in æternum non errabit. *Bald in l f.
§. neceſſitatem. num. 9. C. de bon. quæ lib.* ma-
ximè, ſi habeat famoſum aliquem & cele-
brem doctorem pòſt ſe, quo caſu ab ea
recedi non debet. *Iacob. Butrig. in l. 1. C. qui
pro ſua jurid. ac notat Everh. in loco ab autori-
tate num.* 12. non eſt, os in cœlum pone-
re, ſi Jacobo de Beluiſo, idem tenenti cum
gloſſ. in poſteriori ipſius parte, fidem ha-
302 beamus. Qualis autem fuerit autoritas hu-
jus Jacobi de Beluiſo, ſatis teſtatur Cato
Saccus, inter ſui temporis Juriſconſultos
facilè primus, qui eum tanti feciſſe dici-
tur, ut ex antiquis nullum cum ipſo com-
parandam conſuerit, imprimis autem in
materia feudali, ut quam aliquoties legit
& abſolvit. *ſecundum Imolam in c. cæterùm,
num. 2. extra de judic. cujus dictum citat & com-
mendat Curtius in tract feud. parte 5. num. 10.
verſ. contrariam opinionem.* Neque tamen de-
ſunt etiam alii hujus opinionis aſſeclæ,
cum iſtud idem ſentiat etiam Alexander
de Imola. *conſ 29 num 35. vol. 7.* ubi infert:
quando interceſſor pro alio ſuſcipi in ſe a-
lienam obligationē, obligando ſe pro iſto
debito, tanquam principalem, animo no-
vandi, quòd is primo loco poſſit conveni-
ri, neque audiatur exceptione *d. authent.
præſente.* quantumvis ei in ſpeciale non
fuerit renunciatum *ac probat Baldus in l. in
perſonam. 30. ff. fin numer. 2. ff. de pactis. & in l.
antiquæ. 23. §. ſed ſi minus. nu. 2 C. ad ſenatus-
conſul. Velleja* cum quo tranſit etiam Ja-
cob. Phil. Portius *in ſuis communibus regu-
lis. concluſ. 41. fall. 28. & imprimis. 19.* ubi re-
ſtringit regulam, dē facienda excuſſione
contra principalem debitorem, in eo, qui
ſe obligavit principaliter. h. e. ut principa-
lem *allegat Baldum in l. 1. C. de conven. fiſ deb.
lib 10. & Gratum conſil 87. col. fin. vol. 1. & apo-
ſtillam Aufrerii ad deciſ. Toloſanas. reſponſo 23. &
in reſponſ. 196.* Pro quibus facit, quod pro- 305
mittens id, quod debet Titius non videa-
tur promittere, ut fidejuſſor, ſed tanquam
principalis. *Alexan. in l. ubi autem. 75. ff. illud.
num 4. poſt Raphaelem Cuman. de verb. oblig.
per textum in d. ff. illud verſ. qui verò ita ſtipu-
latur, quod mihi Sejus debet, dare ſpondes? Au-
thent. de fidejuſſor.* licet concluſivè ab hac
ſententia diſcedat Alex. *ubi ſuprà.* quo de
videantur, quæ infra in hac ipſa parte iri-
dem tanguntur. Unde, ſi debitor principa- 304
lis fuerit carceratus, vel capta ejus bona
pro executione, & alius interveniat, qui
promittat ſolutionem pro reo principali,
ad hoc, ut pignora relaxentur, talis inter-
ceſſor habebitur pro principali, ita, quòd
non liberabitur per exceptionem diſcuſ-
ſionis, faciendam de bonis principalis de-
bitoris. *Portius in d. fall 29. poſt Ioan. And.
in addit. ad Specul. tit. de renuntiat. & concluſ.
§. 1. numer. 16. verb. ſponſoribus & idem tenuit
etiam Bertachinus in verb. diſcuſſio non requi-
ritur. verſ. item, nec quando fidejuſſor conſti-
tuit ſe principalem debitorem. Aufrer. in deciſ.
Tholoſan. 23. numer. 2. Bartol. in l. hi qui ac-
ceſſionis. 34. numer. 16. ff. de fidejuſſor.* Ac,
quod ii, qui ſe principaliter obligant, be-
neficium excuſſionis fruſtra pro ſe allegēt

cùm alium à ſe principalem, cujus bona
excutiantur, nominare nequeant, teſtan-
tur Baldus *in l. fruſtra. 6 n. 1. C de non num pe-
cun. & Alexan. in apoſtillis ſuis ad Bartol. in l.
Marcellus 21. verbo tamen fidejuſſor. de pactis.
Iaſon in l ſingularia. 15. n. 39. ſi certum pet, ac
La:è Rom. conſ 114 incip. viſis. n. 3 & 4.* ubi de-
cidit, ſi plures ſe reos debendi conſtitue-
rint, etiamſi ad unum tantùm pecunia per-
venerit: omnes tamen, non ut fidejuſſo-
res, ſed, ut principales teneri. *quod etiam fir-
mat Ferrarienſis in forma libelli contra plures re-
os debendi, verba. quilibet numer. 5 & 6. at poſt
ſupra dictos D. VVeſenbec. conſ. 10 n. 18. & 19.*
305 *parte 1.* Eandem opinionè, videlicet, quòd
conſtituens ſe principalem pro alieno de-
bito, non juvetur beneficio *Auth. præſente,*
tenet etiam, & pluribus probat Hippoly-
tus de Marſiliis *in tit. de fidejuſſor num. 62. &
65. item 70.* ubi concludit, quòd nec de æ-
quitate, (utpote, quæ juris apices, prout eſt
exceptio diſcuſſionis, non curat. *Bart. in l. 1.
de condict. indeb. Iaſon in §. item ſi quis. num. 78.
Inſtit de action.* cum quaſi ex iniqua juris
ſubtilitate manet. *Gulielmus Benedictus in re-
petitione c. Raynutius. verb. abſq; liberis. num. 52.
ibiq; Covarruvias extra de teſtam. & Chaſſa-
naeus in conſuetud Burgund rub. 5. §. 2. num. 3 &
Hippol de fidejuſſor. num. 12. quo de habetur etiã
infra num. 405. 407.* poſſit ſe juvare conſti-
tutor alieni debiti, ſed habeatur tantùm
reſpectus ad rationem juris naturæ, quod
jubet pacta ſervari, *l. 1. de pact. l. 1. de conſtit.
pecun.* neque de rigore juris ipſi conſultum
erit. Quia ſatis conſtat ex verbis, in quib.
quis ſe conſtituit principalem pro alieno
debito, quòd creditor ejus ſulius, non au-
tem perſonæ veteris debitoris, fidem de
pecunia habere voluerit. Unde eſt, quòd
ſibi imputet promiſſor, qui tali generali-
tate verborum uſus eſt. *arg. l f. C. de promiſſ.
dotis.* Aliàs ſiquidem iſta clauſula ſuper-
fluè poſita fuiſſet in præmiſſa cautione,
*contra l ampliorem. 39. §. in refutatoriis C. de
appellat cum c. ſolitæ. extra de major. & obed.*
306 cum ne minimum quidem verbum, in in-
ſtrumentis contractuum poſitum, ſine o-
peratione debeat eſſe. *Alexan. conſ. 151. n. 6.
& conſil 157 vol. 2. per l ſi quando. 109 ff. de leg.
1. l. ſi ſtipulatus. 4. de uſur.* Item, ſi obligatio
fidejuſſoria & conſtitutoria, haberentur
pro una & eadem, ſequeretur, quòd fru-
ſtra poſiti forent *in ff & C. diverſæ rubr. de
conſtit pec.* item de fidejuſſoribus. *contra l.
ſi idem. 7. C de codicill.* Etſi autem magnus
eſt opinionum ſuper hoc puncto confli-
ctus, & ut ſuperiùs innuimus, communi
calculo Doctorum videatur diſtinguen-
dum, an facta fuerit novatio primi debiti,
nec ne, ut priore caſu non poſſit excipere
conſtituens, de diſcuſſione facienda con-
tra reum principalem, altero autem illud
ei liberum ſit. *Cynus d. Auth præſente. num.
5. & plærique alii Dd ſupra relati, quod Gailius
ſequitur, obſer. 28. num. 4. lib. 2.* ac in dubio,
quandò non expreſsè conſtat de animo
novandi, h. e. extinguendi primam obli-
gationem, novatio non præſumatur, *l f.
C. de novat.* tamen, quando quis nomina-
tim ſe obligat, tanquam principalem, Als
ein Selbſchuldener/vel promittit purè, ſim-
pliciter & abſq; omni conditione, de ſuo 307
ſolvere id, quod alius principaliter debet,
ita, ut creditor hujus unius conſtituentis
fidem ſequatur, is poterit executari & con-
demnari, etiam ante diſcuſſionem rei
principalis, propter verborum expreſſio-
nem, quæ inferunt obligationem princi-
palem, non autem fidejuſſoriam. *Natta con-
ſil 52 in p. & n 1 per l. reos. 11 §. cum in tabulis.
ff. de duobus reis. VVeſenbec. in allegato conſ 10.
num. 20. per l non alter 69. ubi Bart. in l ille 25.
§. cum in verbo de leg 3.* [Quia in contracti-
bus verba non debent eſſe otioſa *l. ſi ſtipu-
latus 4 ff de uſur.*] ac certè, non magis ad va-
na nomina vocabulorum, an videlicet con
trahentes dicant, ſe animo novandi pro-
mittere, quàm ad intentionem & ſenſum
partium reſpiciendum eſt. *l. receptitia. 2 C.
de conſtit pec. l. 4. C. de lib præteritis,* ideoq; vo-
cabula: conſtituo ſolvere ex meo pro Ti-
tio, accipienda ſunt in eo ſignificatu, quaſi
velit principalem debitorem eximere, &
in ſe transferre, vel transfundere totum o-
nus alienæ obligationis, cùm in contra-
ctibus, ſi quid obſcuri vel ambigui reperi-
tur, interpretatio fiat contra eum, qui a-
pertius dicere legem poterat. *Cagnolus in l.
in ambiguis. 85. n. 2. & l. ſemper in obſcuris 9 n.
16. ff. de reg jur per l. veteribus. 39. de pact. & l. f.
C. de dotis promiſſ* ac, quicquid ſit de jure, in
practica communiter tenetur hæc opinio
quæ & æquitati magis amica eſt, *ita Gailius
obſer. 28. n. 6. lib. 2.* Et per iſtam Theuticam,
junctis aliis fundamentis, quæ ſubjiciam,
aliquando fuit reſponſum de jure, in cau-
ſa vertente inter V. M. creditorem ex una
& :. M. debitorem ex altera parte, qui no-
mine ſuarum cognatarum, habitis ratio-
nibus cum ipſarum tutore, pro reſidua
ſumma, in qua tenebantur iſtæ pupillæ tu-
tori, conſtituit ſe principalem debitorem,
& qui-

quidem purè, determinando cerrum tem-
pus, infra quod ſolveret, cum oppignora-
tione ſuorum propriorum bonorum, &
lapſo ſolutionis termino, denuò renova-
rat priorem ſuam obligationem ſub pro-
miſſione ſuæ fidei, Bey Trawen vnd gutem
Glauben/remotis omni fraude & dolo, re-
nunciando præterea omnibus benefi-
ciis, quibus debitor juvari, & creditori
nocere poteſt, urgente creditore paratam
executionem ex vi autochiri recogniti,
juxta l. ſcripturas. 11. C. qui pot. in pig. reo e-
contra opponente; de beneficio excuſſio-
nis, *ex Auth. præſente*, quod, ſecundùm eũ,
etiam in conſtirutoribus alieni debiti ob-
tinere debebat, condemnatus fuit fidejuſ-
ſur, absq; diſcuſſione rei principalis, ad ſul-
vendum, vel patiendam paratam execu-
tionem in ipſius bonis, tùm, quia principa-
lem obligationem ſuam fecerat, novan-
do ſaltem tacitè. *Gailius obſer 30. nu. 3. lib. 2.*
tùm etiam, quia renunciaverat omnibus
beneficiis, quibus ipſe, tanquam princi-
palis debitor, juvari poterat, cùm per illa
verba: & renunciavit omni juris & legum
auxilio, intelligatur eriam renunciarum
*authent præſente. Alex. conſ. 29. n. 35. & 36. vol.
7. eumq; ſecutus Gailius in practicis obſer. 27. n.*
308 *21. lib. 2.* cum quibus & illud concurrit,
quòd in cauſis ſummariis, prout ſunt pro-
ceſſus executivi, ſuper debiris liquidis &
confeſſionatis, habentes pararam execu-
tionem ex horum locorum conſuetudine
in quibus proceditur de plano ſine ſtrepi-
309 tu, & figura judicii, nun auditur debitor
cum exceptione diſcuſſionis, & ſimilibus.
*Hippol. de Marſil. in rub. ff. de fidejuſſ. nu. 10. &
ante eum idem tenuit Bart. Socin. conſ. 24. incip.
viſis n. 28. vol. 1.* cùm excuſſio ſit de apicib.
juris, *ſecundum gloſſ. in l. ſi mancipium. 34. de
evict.* & addit Bald. in tali proceſſu executi-
vo, intelligi remiſſam & excluſam omnẽ
ſolennitatem juris poſitivi. *per clem. ſæpè.
53. de verb ſig. & not. Bar. in extravag. ad repri-
mendum. verb. & figura n. 7. & 8. & attigimus
ſupra n. 305.* Movebat & illud, quòd con-
demnatus erat perſona honoratior, quæ
provocando ad juris rigorem argueretur
de malitia *l. in fundo 38. de rei vind.* imò, et-
iam de fraude & dolo, quem tamen abſo-
310 re promiſerat in inſtrumento. Ac, cùm di-
xiſſet, ſe tanquam protutorem ſuarum co-
gnatarum iſto caſu ratiocinia cum V. M,
contraxiſſe, &, quòd ita, quicquid egerit,
ſub officio protutoris egerit, quòd ipſi nõ
debeat eſſe damnoſum, *l. ſed ſi quis ex ſigna-
toribus 7. ff. quemadm. teſt. aper.* reſpondeba-
tur, quòd non obligarit ſe, ut tutor, vel cu-
ratorio nomine, ſed nomine proprio, ad-
eoq; nullo modo poterat evitare executio
nem. *l ſi non ſubſcripſiſti, 15 & l. cum quædam.
26. à contrario ſenſu. C. de adminiſt. tut.* Qui- 311
bus adminiculatur & inſerrio clauſulæ:
remotis omni fraude & dolo, *de qua in l. ſti-
pulatio iſta habere licere. 38. §. ſi quis dolum ma-
lum abeſſe & l. doli clauſula 119 ff. de verb. oblig.*
Quo caſu actio, vel ſaltem replicatio ex
doli clauſula competebat. *l. ſi ſine judice.
22. ff. ſi in ſtipulationem. rem ratam hab.*
tùm, quòd promiſerat de ſuo ſolvere per
fidem ſuam, quæ promiſſio juramento æ-
quipararur, *per ea quæ notavimus ſuprà num.
281. & 286.*

(*AAA*) PRO NOBIS ET HAEREDIBUS
NOSTRIS. Iſta clauſula, qua mediante, fide-
juſſores ſeſe obligant, non tãtùm proprio
nomine, verùm etiam pro hæredibus ſuis,
prima facie quaſi ſuperflua judicari pote- 312
rat, ex quo iſtud ineſt obligationi fidejuſ-
ſoriæ, ſicut & omnibus aliis contractib.
quòd ad hæredes ſint tranſiturii, quantũ-
vis de illis nulla fiat in inſtrumentis men-
tio. *§. fidejuſſor non tantùm ipſe. Inſtit. de fide-
juſſor. l. fidejuſſoru. 24 C. eod ac facit l. ex contra-
ctibus. 49 ff. de act & obl. l. ſi pactum. 9. de prob.
l. hæreditas. 62. l. hæredem. 59. cum l. quod ipſis.
143. de reg. jur. l. un. C. ut act. ab hæred. & con-
tra hær. incip l. 1. C. de hæred. action. l. hæres. 28.
ff. de uſucap.* Ex quo alibi inferebat Jaſon,
hæredum nominationem in teſtamento
eſſe ſuperfluam, cùm etiam ſine expreſſio-
ne hæredum, in eos tranſeant contractus
defuncti, activè & paſſivè. *Iaſ in l. 2. §. item
ſi in facto, n. 1. de verb. oblig per l. veteris. 13. C. de
contrah. & commit. ſtip.* & Joan de Imo. tra-
dit: hæredum obligationem ſemper in in- 313
ſtrumento virtualiter contineri. *Ioan. de I-
mol in l. 1. col 3. de his quæ in teſt. del. & Alex.
de Imola in l. poſtulante. 44 num. 9 ad SC. Tre-
bel.* adeò, ut bona hæredum, in quibus de-
functo ſucceſſerunt, ex vi pacti, ſtatuti,
vel judicati, eodem modo detineri poſ-
ſint, ſicut apud defunctũ poterant. *Bar. in l.
creditores. 3. n. 22. C. de pign Negutz. de pign. 4.
part. princ. n. 20. inf. & num. 21. ibiq; Ang. 7.
C. de pign. Suarez in l poſt rem judicatam. 56. in
prima extenſione n. 1. ff. de re jud.* ac, quòd jus
executivum tranſeat etiam in hæredem
obligati, habentur text. clari *in l. ex contractu
44 & l. miles. 6. § f. ibi judicati actio hæredi, &
in hæredẽ cõpetit ff. de re jud.* & facit Landrecht
lib. 1.

314 *lib. 1. art. 6.* ubi habetur: hæredem non ob-
ligari ad ſolvendum debitum, pro quo
ipſe (ſupple, vel ejus anteceſſor, cujus
hæres eſt) non fidejuſſerit, *ibidemq́; notat*
315 *gloſſ. num 3. & 4. à contrario ſenſu* Nec obſtat,
quod legitur in Weichbild *art. 118.* Wo
ein Mann Bürge wirdt/ ſtirbt er/ ſeine Kin-
der dörffen vor jhn nicht gelten. Quia textus
iſte ſecundùm jus commune intelligen-
dus eſt, quòd nempe fidejuſſoris hæredes
non veniant exigendi, vel executandi, an-
te diſcuſſionem principalis debitoris. *Aut
præſente. C. de fidejuſſoribus, cum §. non ſolum.
Auth. eo. tit. collat.* 2. Eamque ſententiam,
& non aliam fuiſſe compilatoris. Deß
Weichbild Rechts/ ſatis teſtantur verba i-
bidem ſubſequentia: Der Sachwalden
Erben ſollen es leiſten vnd bezahlen/ thun ſie
es nicht/ mag man als dann der Bürgen Kin-
der mahnen. *d. §.* Wo ein Mann Bürge/
juncto verſic. Deß Sachwalden/ quaſi dicat:
mortuo fidejuſſore, liberi ipſius non rectè
conveniuntur, ſed hæredes debitoris prin-
cipalis, quibus non ſolventibus, vel non
ſolvendo exiſtentibus, proditus eſt re-
greſſus creditori adverſus liberos fidejuſ-
ſoris, & iſte eſt veriſſimus intellectus. *d.
art. 118.* Weichbild *in §.* Wo auch ein Mann
Bürge/ *per d. authen. præſente. C. de fidejuſſor.*

Diff. jur. civ. & Sax. 49. lib. 2. part. 1. in Zobel. 39. num. 8.

316 Fallit tamen, quod diximus, primò in
caſibus furti, rapinæ, vel pecuniarum lu-
do perditarum, pro quibus, ſicut & quo-
cunque alio delicto defuncti, hæres non
tenetur reſpondere, niſi, quatenùs ad eum
pervenit, aut aucta fuit hæreditas, & patri-
monium anteceſſoris. *d. art. 6. verſ. furta vel
ſpolia.* Landrecht. *lib. 1.* cum quo concurrit
etiam jus civile *in l. un. C. ex delict. defun.
in quan. hær. conven.* Sicut enim filius pro
delicto partis plecti non debet, ita iniquiſ-
ſimum foret, ſi quid hujus impii lucri ad
liberos perveniſſet, eos alieno ſcelere dita-
ri. *d. l. un. in f.* licet fortè de jure Can. dici
poſſet, obligari hæredes ex delicto defun-
cti, etiam eo caſu, quo nihil ad ipſos per-
317 venit, ad hoc, ut purgentur manes & con-
ſcientia defuncti, *per text. in c. in literis. extra
de raptor. fic. n. §. ſed ejus hæredes. extra de ſe-
pult.*

318 Fallit ſecundò, quandò in inſtrumento
cautionis expreſſum fuit, quòd ſolus fide-
juſſor, non etiam hæredes ejus obligentur
executivè: Tunc enim, quia dictionis ta-
xativæ natura eſt, excludere omnes alios
caſus, in diſpoſitione poſitos, hæredes non
comprehenduntur, *argumento l. non ſolum.
8. §. tale legatum ff. de liber. leg. l. ob æs. 12. C.
de prædiis minorum. ac notat Ever. in ſuis topicis.
loco à natura dictionum taxativarum n. 2 ac an-
te eum latiſſimè Iaſ. in l. unica n. 9. & 10. ff. ſi
quis jus dicenti non obtempera.*

Fallit tertiò, quandò de hæredibus fi- 319
dejuſſorum nihil quidem fuit ſpecificè ta-
ctum in cautione, ſed conventum aliter
eſt, prout ſæpè fieri ſolet, ut in locum de-
functi fidejuſſoris, alius infrà certum tem-
pus, aut aliter, per principalem vel ipſos
fidejuſſores ſubſtituatur, ſicut pro fidejuſ-
ſore fidejuſſorem accipi poſſe, nequaquam
dubium eſt. *l. græcè. 8. f. §. cum l. ſi plures. 27.
§. proinde ſi ex duobus. de fidejuſſoribus*, ex quo
tacitè ſaltem eo caſu actum fuiſſe intelli-
gitur, quòd talis fidejuſſio perſonam fide-
juſſoris non egrediatur, neq; ad hæredem
transmittatur, ſed tantùm duret ad vitam
fidejubentis, ita, ut pòſt mortem ejus in
totum expiret obligatio, *argumento quod
habetur in §. at ſi ita. verb. quo ad vivam dare.
Inſt. de verb. obligat. juncta l. ſi homo mortuus.* 320
69. l. ſi ex legati cauſa 23 ff. eod. Reputatur
enim iſte contractus ad iſtar obligationis
perſonalis, ad certum tempus directæ,
quo elapſo, in facultates fidejuſſoris am-
pliùs non eſt inquirendum, *argumento ejus,
quod tradit Panor. in cap. conſtitutus n. 11. extra
de fidejuſſor. item Ang. Paul de Caſt. & Alexand.
in l. ſi unus. 27 ff. de pact.* & ita poteſt intelli-
gi textus Weichbild *art 118. §.* Wo auch ein
Mann/ ubi habetur; mortuo fidejoſſore,
hæredes ejus non teneri, ſed ipſum princi-
palem, ejusq; liberos: niſi reſpondeatur:
contrarium accipiendum eſſe, in caſu non
factæ renunciationis, de excuſſione prin-
cipalis debitoris, quo caſu priùs ad reum
ipſum, & deinceps ad fidejuſſorem, ejusq;
hæredes regreſſum haberi poſſe. *d. authen.
præſente. C. de fidejuſſor. prout innuit ibidem et-
iam litera d. art. 118.* Pactum autem de ſub-
ſtituendo alio fidejuſſore, in locum defi-
cientis, pro eo eſt, ac ſi per dictionē taxati-
vam ſe obligaſſet fidejuſſor, ut ipſe tantùm
eò uſq; donec ſuperſtes eſſet, teneretur pro
principali, non autem ejus hæres, *per nota-
ta Tiraquelli in retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. nu.
22 & 23 & gloſſ. 6. n. 2. 3. 4. & 5. VVeſenbecius
conſ. 14. num. 85. & 86. per præcitatum textum*
Weichbild *art. 118. Qui tamen ad propoſitum
non meretur allegari, per ea, quæ tradidi in hoc
ipſo capite num. 314. & 315.* & ſic proviſio
hominis tollit proviſionem legis. *l. f. C. de
pact. convent. l. & habet. 15. §. 1 ff de precar.* ac eſt,
quòd ſibi imputet creditor, qui legem con-
tractui non apertiùs dixerit. *l. veteribus. 39. de
pact. & l. fin. C. de dot. promiſſ. ad quod benefacit*

l. ſi

l. ſi neceſſarias 18. *§. de vendendo. ibi: ſi nihil*
in contrarium ſit actum. ff. de pign. act. ſicut et-
iam ſuper hac quæſtione in dicaſteriis,
Lipſenſi & Jenenſi, jamdudum uniformi-
321 ter de jure reſponſum fuit. Quam ſenten-
tiam probavit etiam D. Elector Saxo-
niæ Auguſtus *in ſuis novell. 20. parte 1.* Idem-
que eſt, ſi unus fidejuſſor abſque hærede,
qui velit hæreditatem defuncti adire, de-
ceſſerit, tunc enim non aliter, atq; ſi vivus
deficeret facultatibus, & non ſolvendo
fieret, ejus pars ad cœterorum onus per-
tinet. *l. inter fidejuſſores. 26. ff. de fidejuſſ.*
Ex quo fundamento infertur, ad quæſtio-
nem, haud ita diu nobis propoſitam men-
ſe Januario, anni 1578. per nobiles à G. &
B. quibus ſe obligarunt aliqui fidejuſſores
pro Principali N. in eventum decedentiæ
unius confidejuſſoris, loco ejus ſubſtitue-
re notum ſponſorem, vel interceſſorem
infrà menſem, &, niſi hoc facerent, ad re-
quiſitionem creditoris, promittebant ob-
ſtagium, ſubjecta in fine inſtrumenti clau-
ſula: quòd ſi omnes decederent, aut mo-
rerentur, ut tùm demum, & non aliter,
hæredes ipſorum tenerentur agnoſcere
vel ſolvere præmemoratum debitum, ex-
piraverant autem omnes fidejuſſores, ex-
ceptis duobus, qui erant extremæ ſortis
obærati videlicet. & non ſolvendo, ideoq;
quærebatur, an ſaltem hæredes aliorum
fidejuſſorum ex illo capite exigi poſſent?
322 quod non videbatur: cùm clauſula de mor
te omnium intelligenda ſit de morte natu-
rali, non autem civili, vel extrema inopia
ſuperſtitum ex quo ſtipulario, collata in
tempus mortis, accipienda eſt de morte
naturali, non autem civili, *l ex ea parte. 121.*
§. in inſulam de verb. obl l. ſi ita quis. 51. §. is cui
de leg. 2. l fideicommiſſum. 76. in princ. de cond.
& demonſtr. cum l. f. C. de his qui ven. ætat..
323 Contrarium tamen fuit reſponſum per do
ctrinam Jaſonis. *d. §. in inſulam n. 3.* ubi te-
net, quandò idem per omnia reſultat effe-
ctus ex morte civili, ſicut ex naturali, iſto
caſu vocabulum Mortis verificari etiam
in morte civili, addendo, hanc diſtinctio-
nem approbari per communiter ſcriben-
tes *in d. §. in inſulam. Cynus in l. Deo nobis. 56.*
n 2. ubi etiam Bald. not. n. 8. C. de Epiſc. & Cler.
per l. ſi deceſſerit. 4. in fin. verb. ibi: ſi deceſſerit,
aut amiſerit civitatem ff. qui ſatisd cog. concor-
dat l. actione. 65. § mor. e. juncto § publicatione,
324 *& ibi notat Bart. pro Soc.* Cùm verò pecunia
ſit vita & ſecundus ſanguis hominis, *ſe-*
cundum Bal. in l. ſi tutt 7 in princ. C. de op libert.
per l. advocati. 14. ubi etiam iſtud notat Franciſ.
Aret. poſt gloſſ verb. vitam C. de advocat. diverſ.
jud. ejus ſpiritus defectus, faciebat duos
illos ſuperſtites fidejuſſores haberi pro ex-
piratis, & mortuis, aut talibus, qui in re-
rum natura non extarent, adeoq; locus e- 325
rat exactioni, ſaltem penes hæredes alio-
rum fidejuſſorum, cùm fruſtra expectetur
conditio, vel eventus, cujus exiſtentia ni-
hil operatur. *l non cogendum. 45 §. Sabinus.*
ff. de de procur l. aliquando. 13. § fin. ad SC. Velle-
jan. l. quòd ſi dubitetur, 33. de acquir. hæred. cum
ſimilibus.

Fallit quartò in bonis, quæ ſunt hære- 326
dum propria, adverſus ea ſiquidem non in
tenditur executio. *Salic. ad l. creditores. 3. n.*
22. C. de pigno. niſi fortè bona hæreditaria
non ampliùs extarent, quo caſu, etiam in 327
hæredis propria bona licita erit manuum
injectio, dummodò non extendatur, ul-
trà ratam hæreditaris, quæ ad hæredē debi-
toris pervenit *argum l. 1, C. ſi cert. pet. l. pa-*
cto ſucceſſorum. 26. C de pact. per quos textus
vulgò dici ſolet: hæredes tantùm teneri
pro portionibus hæreditariis, niſi pignus
vel hypotheca intercedat, eo enim caſu,
poſſeſſor rei in ſolidum conveniri poteſt
l pro hæreditariis, 2. C. de hæred. act, cum ſimil. *Diff. Lett. & Sax. 38. lib. 1. par. 1. & 57. p. 6. in fin. In Zob 55 part. 2.*
Sic itaque bona hæredum propria in eo,
quod excedit vires portionum ſuarum hæ
reditariarū, pro ære alieno defuncti, deti-
ri nequeunt, niſi fortè hæres fuiſſet in mo-
ra conficiendi inventarium, quo caſu etiā
ultrà vires hæreditatis, teneretur de jure 328
civili, *Salic. d. l. creditores 3. n. 22.* non autem
de jure Saxo. *d. art. 6. lib.* 1. Landrecht:
Quintò limitatur hæc concluſio in eo, 329
qui negat, ſe hæredem, ſiquidem adver-
ſus illum jus pacti executivi exerceri non
poteſt, niſi præcedat citatio adverſarii, &
liquidatio illius qualitatis, quòd citatus ſit
hæres, *ita [illegible]cuit Bartolus in l. proinde. 22. §.*
notandum ad l. Aquil. Baldus in l. per diverſas. 22.
num. 14. C. mandati. Felinus in c. quia Gu. num.
4. extra de judic. ac ſequitur Rodaric. Suarez. in
l. poſt rem judicatam. 56. in declar. legis regni.
extenſ. 1. numer 2 ff. de re jud. Ad hoc enim,
ut procedatur ad bonorum detentionem
contrà hæredem, priùs conſtare debet,
quòd is, contra quem intenditur execu-
tio, ſit hæres, *ſecundum Cagnolum in l. hæ-*
redem 59. num 5 de reg. jur ac facit l. de æta-
te. 11. §. qui interrogatus. de interrogat. act. &
notat Baldus in d. l. per diverſas. 22. num. 1. & So-
cin conſ 121. num 15. vol. 1. Alex. conſ. 288. num.
2. vol 2. Bal. in l. 2 num. 9. C. de execut. rei jud. So-
cin. conſ. 4. n. 3. vol. 1. Jaſ. in l. 1. in p. num. 31 ff de
edendo.

edendo. Dec. conſil.323. num. 3. & conſil. 682.
330 *num.9.* Probatur autem, quem hæredem
eſſe, vel per teſtamentum, in quo eſt ſcri-
ptus hæres, vel per teſtes, in teſtamento
deſcriptos, qui dicunt, eum fuiſſe nomi-
natum hæredē in inſtrumento. *l. jubemus.*
29. C. de teſtam. Sic probatur quis ab inte-
ſtato hæres, eo ipſo, quòd geſſit ſe pro hæ-
rede. *l pro hærede 20 ff. de acquir. hær.* item,
quòd hæreditati ſe immiſcuit, quo caſu
cū creditorib. defuncti quaſi contraxiſſe in
telligitur. *l. ſi quis. 5. §. hæres de act. & oblig.*
& §. hæres. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi con-
tract.

331 Fallit ſextò in hærede, nondum certi-
ficato de debito ſui anteceſſoris, & lapſu
termini; ad hoc enim, ut bona hæredum
ex pacto defuncti apprehendi poſſint, re-
quiritur, hæredem de debito defuncti pri-
us eſſe certificatum, & factam ipſi fuiſſe fi-
dem obligationis. *Auto. Maſſa in form. Came-*
ral oblig. par. 2 quæſt. 1 num.16. argumento l. ſi
quis inficiatus.13. & ibi notat Bart ff. depoſ. ſive
per oſtenſionem inſtrumenti, ſive per alia
documenta, quibus credere teneatur. *gl. &*
Bart. in l. qui in alterius 42. de reg. jur. Priùs
enim non conſtituitur in mora, niſi ſciat
ſe debere. *l. mora. 32. de uſur. l. quod te. 5. ſi*
cer. pet. l. ſi ex legati. 23. de verb oblig.

332 Fallit ſeptimò, ſi creditor exiſtat hæres
debitori, ſuccedendo ipſi, tunc enim, quia
pro ea parte, in qua ſuccedit, confunditur
actio. *l. debitori. 7. C. de pact.* non poterit pro
iſta portione, in qua eſt hæres, vel ipſam
hæreditatem, vel alios hæredes moleſtare,
ſed tantùm pro reſiduo. *l. 1. ibidemq; gl. ver-*
bo competente. C. de hær. act. l. ſi ab eo. 7. C. de
negoc. geſt l ſi uxor. 7 C. de bon. aut. jud. poſſ cum
l licet. 14 C ad l. Falcid.

333 Fallit octavò, in pacto manus injectio-
nis adverſus perſonam, quando videlicet
debitor, in caſu moræ, obligavit ſe ad car-
cerem, vel areſtum, hæc enim obligatio
ad hæredem obligati non tranſit. *Bart in l.*
ſi deceſſerit. 4. num 2. & ibi Iaſ. 13. ff. qui ſatiſd.
cog. Salic in l. f. §. in computatione. verſ. ſi verò
& ipſe. num. 23. C de jure delib. & in eadem l.
f. §. & præfatam Bal. num 3. Ang. in l creditto-
res. 3. num. 11. C. de pignor. Alex. in l poſtulante.
44. num. 2. ff ad SC. Trebell. & Rebuffus de lit.
oblig. art 3. gloſſ. 3. num. 12. poſt Benedictum de
Barzis in tractat. guarentig. parte 1. q 9. Secùs,
ſi extaret ſtatutum in loco, quòd debito-
334 res pro debitis capiantur, & carcerentur,
nam virtute talis ſtatuti, poſſet detineri et-
iam hæres debitoris, quantumvis ejus in
inſtrumento non fieret mentio. *Baldus in l.*
per diverſas. 22. num. 4. C. mandati. Ang. de Pe-
ruſ in d. l. creditores. 3. num. 11. C de pignor Bart.
in d. l. poſtulante. 44. num. 2. & ibid. Alex. de Im.
num. 2. ff. ad Trebell. Socin. conſ. 120. num 9. vol.
2 Iaſ. in §. fuerat. num. 61. ibique Gomeſius num.
35. Inſtit. de act. Chaſſan. in conſuetud. Burg.
tit. de ſucceſſione. rub. 8. §. 13. verb. ſe avertus nu-
mer. 13. & rub. 11. §. 6. verb. contra leg. prin-
cipal num. 2. Abbas conſ. 86. num. 4 lib. 2. De-
cius conſ. 136 num. 2. Iaſon in l. fructus. 7. §. in-
terdum num. 6. ff. ſoluto matrimo. Et eſt ra- 335
tio, quòd, licet ſtatuta odioſa non debeant
extendi de perſona in perſonam. *c. odia. ex-*
tra de reg. jur. in 6. ac facit c. ſtatutum. de elect.
in 6. l. cùm quidam. 19 ff de lib. & poſthum. hær.
inſtit. tamen hæc procedunt in perſonis ex-
traneis, quæ non reputantur eædem cum
defuncto, ſecùs, ſi repræſentent eandem
perſonam, prout fit in hærede. *Alexan. in d.*
l. poſtulante. 44. num. 4. per text Aut. de jurejur.
à mor. præſt. in princ. Et hanc diſtinctionem
probat etiam Rebuffus *ubi ſupra. art. 33. gl.*
2. num. 12. & 13. Verum tamen eſt, quod
rationes differentiæ, quare aliud ſit in u-
no, quàm in alio caſu, aſſignatæ per Dd.
ſatis ſunt debiles, niſi fortè dicamus, quòd
lex vel ſtatutum ſemper ſit majoris poten-
tiæ & effectus, quàm pactum hominis, qui 336
legi ſubeſt, *ſecundùm Iaſon. in l. non impoſſibi-*
le. 50. de pact. & lex omnibus horis loqui-
tur, ac ſemper eſt in viridi obſervantia. *l.*
Arriani 5. in f. C. de hæret. Socinus autem
facit differentiam, an ſtatutum loquatur
in rem, puta de ipſo debito, ut iſto caſu te-
neatur hæres, an verò loquatur in perſo- 337
nam, puta, de debitore, ut tunc hæres non
comprehendatur, *Socin. conſ. 120. num. 18.*
vol. 2. Unde ſubjicit ipſe, quòd quando-
cunque quis eſt hæres cum beneficio in-
ventarii, etiamſi ſtatutum loqueretur de
hærede, tamen non comprehenderet eum
qui adit cum beneficio repertorii. *Socin. u-*
bi ſupra. per l. f. §. ſin autem. & §. donec. C. de jure
delib. Quæ tamen diſtinctio Socini non
ſatis corroboratur lege, ideò communi
ſententiæ Doctorum inhærere tutiùs eſt.
arg. l. 1. ibi. crebrior opinio apud veteres eſt. ibi-
demq; gloſſ notat. ff. de offic. conſul. Circa quod
tamen diligenter advertendum venit, ut
ſuperiùs etiam monuimus, ſive ex pacto,
ſive ex ſtatuto, detentio debitoris licita
ſit, iſtud non accipi, vel de privata captu-
ra, vel de tenuta in privatis carceribus, ſed
hæc omnia expedienda eſſe per judicem,
vel ejus familiam. *Anton. de Carnario de exe-*
cut,

ent. inſtrument.l numer. 67. cum ſequentibus
Ioan. Crotus in repetit. c. 1. & 2. extra de con-
ſtitution.
338 (Bbb) NON OBSTANTE cujuscunque
TEMPORIS LAPSU. Iſta clauſula, quòd fi-
dejuſſores, quamprimùm & quandocun-
docunq; interpellati fuerint, nullo tem-
poris curſu obſtante, ſolvere promittunt,
ideò opponitur, quòd magna crebrò oria-
tur diſputatio, an fidejuſſor ad certum tẽ-
pus, puta ad annum, eo elapſo liberetur?
Super qua quæſtione, breviter eam reſol-
vendo, dico: quòd obligatus ad ſolven-
dum pro principali in certo termino, et-
iam poſt terminum teneatur, non minùs,
quàm ipſe principalis, cùm adjectio tem-
poris regulariter definiat dilationem, in-
fra quam promiſſor debet cogitare de fa-
cienda ſolutione, non autem eſt modus
terminandæ obligationis. *l. obligationum fe-*
rè. 44. §. placet. ff. de act. & oblig. prout hanc
ſententiam communem eſſe refert Panormit. in c.
conſtitutus. num. 11. in f. extra de fidejuſſ. allegat
l. Celſus 23. §. idem ait ſi fidejuſſerit. verſ. licet i-
gitur, ibi: tamen committitur in eam partem, quod
non das. etiam poſt Calendas ff. de arbit. & ha-
betur melior de jure textus *in c. cum dilecti*
verſ. ſi enim mandatur. extra de dolo & contu-
339 *mac.* in quo dicitur: Eum, qui ex præcepto
judicis obligatur ad ſolvendum certa die,
etiam lapſo die, ſolutioni præfixo, ad ſo-
lutionem nihilominus teneri, cum eo-
ipſo, quòd non ſatisfacit promiſſis, tàm fi
dejuſſor, quàm principalis, uterque conſti-
tuatur in mora. *l. mora rei fidejuſſori quoq; no-*
cet. 88. *l. ſi ſervum. 91. §. nunc videamus. & ibi*
Bart in p. ff. de verb. obl. l. mora. §. f. l. ſi à colono.
58. §. 1. de fidejuſſ. ac facit. l. ſi quis ſolutioni. 24.
§ cum reus moram. de uſur. Aetiologia eſt,
quòd demùm poſt lapſum termini, ad ſo-
340 lutionem præfixi, & non ante, poterat con-
veniri & exigi reus. *l. cedere diem. 113. ibi:*
eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. de verb.
ſign. l. quoties in diem. 59. ibi: ex quo dies obli-
gationis venit, tunc enim ab eo peti poteſt. de
verb. oblig. Et, ſiquidem ante lapſum termi-
ni urſiſſet ſolutionem creditor, obſtitiſſet
ei exceptio plùs petitionis tempore. *§. ſi*
quis agens. verſ. plus autem. Inſt. de act. & §. ap-
pellantur. verſ. temporales. cum §. hodie Inſt. de
except. Accedit & altera ratio, de qua ſupra
341 quòd tempus non ſit modus finiendæ, ſic-
ut nec inducendæ obligationis. *d. l. obliga-*
tionum ferè. 44. §. placet. de act. & obl. ſervitutes
4 de ſervit. tit. general. ac, quia certa dies pro
dilatione ſolutionis apponitur, non poteſt
ejus lapſus liberare vel reum, vel fidejuſ-
ſorem, ne inducta ad unum finem, ope-
rentur contrarium. *l. legata inutiliter. 14. de*
adim. leg. l. eum tale. 72. §. f. de condit. & demon.
& l. in ratione. 30. §. cum quidam. ad l. Falcid.
Ac quod finito tempore, etiam ſecundæ
prorogationis, vel dilationis, prima actio
adhuc efficaciter intendi queat, probatur
in manifeſto juris textu *in l. ſi cum unus. 27.* 342
§. ſi cum reo ad certum tempus. ibiq; gloſſ. verbo
fidejuſſori. de pact. & concordat l. ſed ſi manen-
te. 5. de precar. Ex quo infertur ad aliud du-
bium: quando videlicet reus, accepto mu-
tuo, promittit mihi reddere poſt annum
Calendis Martii, adhibito videlicet fide-
juſſore, qui, in eventum moræ, ipſemet de
ſuo ſatisfacere pollicetur, quantumvis,
pôſt lapſum anni, ad inſtantiam debitoris,
ipſi prorogetur per creditorem terminus
ſolutionis, uſque in alterum annum, etiã
inſcio fidejuſſore, per hoc tamẽ fidejuſſor
non erit liberatus. *Panorm. in c. conſtitutus.*
n. 10. extra de fidejuſſ. Bald. in l. tam mandato-
ri. 12. n. 5. C. de non num. pec. cùm per ſimpli-
cem prorogationem ſolutionis, vel per
adjectionem novæ dilationis non tollan-
tur acceſſoria, hoc eſt, fidejuſſoria obliga-
tio. *Baldus ubi proximè. num. 5. per l. Aemilia-*
nus Largianus. 38 ff. de minor. quæ tamen parùm
facit ad propoſitum, ſed cum Baldo concor-
dat Innoc. *in c. præterea. extra de appellat. n. 5.*
verſ. item ſi advenente termino prorogato, ubi
concludit: quòd terminus ſolvendi intel-
ligatur prororagatus cum omnibus ſuis 343
acceſſoriis & qualitatibus, *ac latè Iaſon per*
bona fundamenta in l. 1. n. 18. 19. 20. & 21. C. de
judic. & hanc ſententiam renunciat eſſe commu-
nem idem Iaſon in l. lecta 40. num. 9 ff ſi cer pet.
& Berous in c. ſi cauſis. num. 37. & ſeqq extra
de offic. jud. deleg. Alex. conſ. 72. num. 2. vol. 2.
& conſ. 92. num. 7. vol. 6. Quod affirmat etiam
Emanuel Suarez. in ſuo theſauro recep ſent. verb.
fidejuſſores. num. 161. per l. quod certa die. 70. ff.
de ſol juncta l. 1. in f. quando dies uſufr. leg. ced.
& l. item quia 4 cum gloſſ. de pact. & in l. certi
condict 9. ſi cert. pet. Quibus addamus, quæ ſub-
jungimus paulò poſt num. 347. Ac quod fide-
juſſores, per prorogationem temporis, fa- 344
ctam principali, etiam inſcio fidejuſſore,
non liberentur, hanc ſententiam magis
communem eſſe tradit Gabrielius *in com-*
mun. concluſ. concluſ. 3. verſ. tenendo tamen pri-
mam opinionem, quæ videtur magis communis,
magis vera. Quod idem profitetur etiam
ſupra dictus Emanuel Suarezus *in theſau-*
ro recept ſent. verb fidejuſſores ob temporis pro-

rogationem.nota.161. licet Ferrarienſis in-
345 diſtinctè teneat, fidejuſſorem obligationis
cujus ſolutio limitasur ad certum tempus
per prorogationem ulterioris temporis,
factam principali absq; ſponſoris conſen-
ſu, liberari. *Ferrar. in forma libelli cōtra plur. reos debendi. verb. ſolutionem.num. 2. & 3. per l.f.ff. de pact.* [Quia fidejuſſor obligatus ad
certum actum & certum tempus non cen-
ſetur obligatus pru illo actu prorogaso: ſe-
cus, ſi fidejuſſeris ſimpliciter.] Quod &
Tiraquellus ita firmare videtur *de retractu conventionali.§.1.gloſſ.7.num.126.* ubi in ge-
nere tradit: prorogationem nemini da-
mnoſam eſſe debere, niſi ſolis prorogan-
tibus, & addit Ferrarienſis *ubi ſupra num. 3.*
cautelam eſſe pro fidejuſſuribus, ut curent
cum debitore, quo ipſi prorogerur termi-
nus ad ſolvendum, quo caſu interceſſores
erunt liberati ab obligatione ſua, dummo-
dò prorogationi non conſentiant, con-
cludendo, illud tenendum eſſe menti. Ve-
rùm, quòd Doctores præcitati loquantur
in terminis, ubi fuit actum, de finienda ob-
ligatione, non autem de differenda in lō-
gius sempus ſolutione, patet ex l. cum
Hermes.C.locati. *per Tiraquellum, Panorm. & aliis in locis, ſupra dictis, allegata. Idemq́ etiam reſpondet Gailius in ſuis obſer. obſer. 30. nu-*
346 *mer. 11. lib. 2.* Quæ tamen ſolutio mihi non
videtur realis, ideoq́ue dico, quòd quo-
modocunque ſonant verba fidejuſſionis
in contractu, etiam dicatur, quòd tantùm
ad triennium, & non ultrà, velit teneri, ta-
men non liberatur interceſſor per ſolum
lapſum triennii ab obligatione, in ea ſum-
ma pecuniæ, quæ demùm poſt triennium
erat exigibilis, *per ea quæ mox ſubjōgo, & numer, 352.* ex quu ſecundum pactum de non
petendo debitum infra aliud certum tem-
pus, ita adjectum eſt in favorem fidejuſ-
ſoris, ſicut in gratiam ipſius principalis, &
ſic neuter habet, quòd conquetatur de in-
dulta dilatione, ut, qui aliter fuiſſent coa-
cti ſulutionem præcipitare, & in primo
termino ſatisfacere, quantumcunque ma-
gno ſub fœnore alibi mutuas emendicaſ-
ſent pecunias *argument. l. ſi cum unus. 27. §. ſi cum reo ad certum tempus. & ibi gloſſ. verb. fidejuſſori ff de pact.* ubi ſubjicit, quòd finito
tempore ſecundæ dilationis, prima actio
efficaciter intendatur, *per l. ſi manente. 5. ibi: in longius tempus profertur. de precar.* Per
347 prorogationem enim ulterioris temporis,
non tollitur, ſed differtur tantùm exactio.
Alex. d.conſ. 72.num.7.vol.6, cùm, ut ſupra
tactum fuit, prorogatio termini, vel ex-
tenſio dilationis intelligatur facta cum o-
mnibus qualitatibus & acceſſoriis. *Iaſon in l. 1. num. 11. C. de judic. poſt Bart. in l. 1. §. poſt operis num. 5 ff. de nov. oper nunciat. Paulus de Caſt. in l. cùm ſtipulatus ſim mihi à Proculo. 113. in princ. de verb. oblig. per l. 2 §. ſed ſi judex. cum l. ſi; aex. 32. de judic. Cæpolla conſ. 8 num. 5. Alexan. conſ. 106. num. 23. vol 3.* ac facit textus
l. item quæritur. 13. §. qui impleto. ff locati, ubi 348
habetu: qui remanſerit poſt tempus finitæ
conductionis in ædibus locatis, eum non
tantùm reconduxiſſe intelligi, ſed & pi-
gnora durare obligata, & ſic idem erit et-
iam in fidejuſſore, cùm pignoris & fide-
juſſorum cauſa æquiparentur. *l. f. ibi: ſi aliam perſonam adhibuerit, vel pignus acceperit. C. de novat. l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* quicquid di-
cat de pignoribus extranei *gl. d. §. qui impleto. verb. durare.* Unde & illud eſt, quòd ſi 349
dejuſſores, in prima obligatione interve-
nientes, per dationem aliorum fidejuſſo-
rum, poſt terminum deſtinatæ primæ ſo-
lutionis non liberentur. *Bart. in l. ſi præſes. 10. num 5. ff. de prætor. ſtip. ubi; etiam Aug. num. 3. in fine. ac notat Gailius obſer. 30. num. 6. lib. 2. per l f C. de novatio.* Nec obſtat. *l f. ff. de pactis*, quam adverſa factio pro ſe allegat,
cùm nihil minus probet, quam id, ad quod
adducitur. Dicitur enim ſolùm, quod tē-
poralis exceptio pacti, de non petendo, fa-
cti debitoribus, proſit eorum fidejuſſori-
bus, cumq́ue in propoſito noſtro princi-
palis duret obligatus, quomodò dicemus,
fidejuſſoriam obligationem, tanquam ac-
ceſſoriam, expirate, quæ pender à princi-
pali? *argumento. l. cum principalis. 178. de reg. jur. c. acceſſorium extra eod in 6.* Quod obji-
citur de dilatiunibus, quæ ab initio ſunt
arbitrariæ, *l. 2. ff de re judic.* ex poſt facto
autem, quando ſemel datæ ſunt, non poſ-
ſunt prorugari in damnum alterius partis,
non conſentientis. *juxta l. 1. §. f. C de dilat.*
illud ſpeciale eſt, in actibus videlicet judi-
cialibus, ad quos omnes & ſingulos debet
adverſaria pars citari, cui alias præjudica-
ri poſſet. *l. de uno quoque. 47. ff. de re judic.*
Ad l. ſi cum Hermes. patet, ut ſupra dixi, ſo-
lutio ex finalibus verbis textus, ubi dicit;
fidejuſſorem ex prorogatione temporis
non teneri ad penſiones in futurum, pro
tempore videlicet prorogato, ergò non
negat, fidejuſſorem nihilominùs pro pen-
ſionibus primi quinquennii obligatum
manere. *argument. l. cum prætor. 12 ff de jud.*
Quod enim non mutatur, quare ſtare pro-
hibea-

hibeatur, *l. præcipimus. 32. C. de appell.* Qui-
bus nec adverſatur *l. ubicunque. ff. de fidejuſſ.*
ubi habetur, ſi in genere novetur, fidejuſ-
ſorem liberari, ſi non ipſo jure, ſaltem o-
350 pe exceptionis. Quia, quicquid fuerit de
jure antiquo, hodiè per adjectionem tem-
poris non inducitur novatio, ſed ſtant an-
teriora omnia, & aliter novatio facta non
intelligitur, niſi iſtud ſpecialiter actum &
expreſſum fuerit. *l. f. C. de novat.* & ita diſ-
ſolvit iſtud contrarium Gomeſius *in reſo-
lutionibus ſuis. tomo 2. de contract. cap. 13. in
rubr. de fidejuſſor. numer. 19. verſ. ſexto & ul-*
351 *timo fidejuſſor liberatur.* Circa quod tamen il-
lud non omittendum, quantumvis fide-
juſſor, poſt terminum, vel finem decurſæ
primæ obligationis, non teneatur in plus,
quàm ſe obligavit, puta, quia pro centum
annuis ipſe ſpopondit, ad ſola centum ob-
ligatur, non etiam ad uſuras, vel ad ali-
quid aliud, quod ob moram rei principa-
lis, ex intervallo primam obligationem
auxit, iſtud enim non prægravat fidejuſſo-
rem, *l. fidejuſſores magiſtratuum. 68. §. pro Au-
relio. ff. de fidejuſſor.* cùm culpa debeat tene-
re ſuos autores. *l. ſancimus. 22. C. de pœn.* &
mora ſua cuique, non autem alteri, ſit no-
civa. *c. mora. extra de reg. jur in 6.* adeò, ut
qui pro pecunia mutua in centum fidem
ſuam aſtrinxit, non poſſit conveniri pro
pignore, quòd unà cum fidejuſſore reus
dedit creditori, vel pro uſuris, quæ pòſt la-
pſum diei ſolutionis concurrunt ex mora.
l. ſi in pignore. 45. eod. tit. tamen ſecus eſt, ſi
in omnem cauſam fidejuſſerit, ad inſtar
principalis, quo caſu etiam pro uſuris te-
netur. *l. initio venditionis. 5. in finalibus verb.
C. de pact. inter empt. & vend. l. ſi mandator. 8.
in verb. & ſorti & uſuris teneris reſpondere, ſi te
pro his omnibus obligaſti. C. quod cum eo qui in
al. pot. l. fidejuſſor. 10. in princ. C. de fidejuſſ. &
d. l. quæro. 54. ſ. Paulus reſpondit. ff. locati.*
Nec obſtat, quod dicitur, moram rei no-
cere fidejuſſori. *l. mora rei 88 ff de verb oblig.*
Quia iſtud verum, quo ad hoc, ut naſca-
tur actio, reſpectu capitalis, aut ſortis, con-
tra fidejuſſorem poſt moram, non autem
quòd augeatur principalis obligatio, *gloſſ.
d. l. mora. 88. & l. centum capuæ. 8. verſ. nec o-
portebit, quod fortè per reum ſtetit, quò minus
tota centum capuæ ſolverentur, obligationem fi-
dejuſſoris augeri. de eo quod cert. loc.* niſi fortè
poſt lapſum termini, ad ſolutionem præ-
fixi, fidejuſſor ipſe fuerit requiſitus pro
ſolvendo. *l. mora. 32. ff. de uſur.* vel dies cer-
ta ſit appoſita in obligatione, quæ pro ho-
mine interpellat. *l. magnam. 12. C. de con-
trahend. ſtipul.* Quo caſu cùm ex ſua propria
culpa conveniatur, tanquam interpella-
tus, vel tacitè, per lapſum termini ad ſol-
vendum appoſiti, vel expreſsè, per requi-
ſitionem creditoris, tenetur ratione mo-
ræ, etiam ad illud plùs, quod cauſatur ob
moram, in ſolvendo adhibitam *gl. d. l. cen-
tum capuæ 8. verb. augeri, ibi: quod dicitur hic,
æſtimari litem, quanti actoris intereſt, ſubaudi-
tur, ex mora ipſius fidejuſſoris.* Idemque eſt in
præmemorato caſu, quando fidejuſſor ge-
neraliter ſpopondit in omnem cauſam.
d. l. initio 5. Sic itaque, qui fidejuſſit pro a-
liquo officiali ad quinquennium, ſuper 352
reddendis rationibus, & reſtituendo reſi-
duo, finito quinquennio, non tenetur re-
gulariter ad aliquid aliud, quam, quod in
conventionem expreſsè devenit, allegatis
juribus, neque etiam ulteriùs ad rationes
prorogari reo ſine conſenſu fidejuſſoris
temporis, vel ad periculum ſequentium
annorum aſtringitur. *Panorm. in d. c. conſti-
tutus num. 10. extra de fidejuſſor. & ibi additio-
nator. Fel. in c. de cauſis. num. 3. de offic. deleg.
Ioan. Andr. in addit. Specul. ad tit. de fidejuſſor.
num 19. Bart. in l. Lucius. 46. 2. § Paulus. num.
1. ff. de admin. tut.* Sicut in ſimili concludit
etiam Tiraquel. *de retract. convent. ſ. 1 gloſſ.
7. num. 32. & 33.* & eſt ratio, quòd fidejuſ-
ſio pro locatione, intelligatur pro prima,
quæ fuit renovata, ſive expreſſo ſive taci-
to conſenſu locatoris cum conductore.
*Idem Tiraquellus in l. boves. 79. §. hoc ſermo-
ne. numer. 130. & 131. ff. de verb. ſignif. per l.
item quæritur. 13. §. qui impleto. ff. loca-
ti. & l. ſi cum Hermes. 7. C eod.* Etſi verò Dd.
ut ſupra tetigi, hujus concluſionis ratio-
nem reddant, quòd nimirùm terminus
quinquennii, ad quod quis fidejuſſit, non
eſt præfixus ad differendam ſolutionem,
ſed ad finiendam obligationem. *Panor. d. c.
conſtitutus n. 10. ibiq. addition. & Iaſ. in l. lecta.
40. n. 21 ff. ſi cert. pet.* tamen ſupra monui, il-
lam ſolutionem non eſſe realem, ex quo
idem de quacunque obligatione tempora-
li dici poſſet, tempus nimirùm appoſitum
fuiſſe ad finiendam obligationem, hoc eſt,
quòd fidejuſſor ulteriùs teneri nolit. Ne-
que enim præſumitur quis in perpetuũ ſe
obligare velle. *l. ſi mora. 9. ubi Zaſ. in ult no-
tab. per illum text. ſol. mat.* ſicut & nemo re-
netur omni momento ſtare in ancipiti, *l. ſi
is à quo. 3. inf. ut in poſſ. legat.* Ex quo tamen
non infertur, quòd fidejuſſor, finito tem-
pore ad quod intercesſit, nõ debeat agno-

ſcere expromiſſionem ſuam in principali
obligatione, pro qua fidem ſuam aſtrinxit,
idq; probatur in allegat. l. ſi cum Hermes. 7. in f.
à contrario ſenſu, & in l. item quæritur. 13. §.
qui impleto ff. locati.l, Labeo. 25. §. f. de arbit.
Innocent. in c. præterea. num. 5. extra de appel-
lat. Bald. in l. tam mandatori. 12. num. 5. C. de
non num. pecun Specul. d. rubr. de fidejuſſoribus,
353 *num. 19.* ideò concludo reſolutivè, quòd
lapſus termini, ad ſolvendum appoſiti, ſi-
ve tacitus, ſive expreſſus, quantumvis ad
futurorum annorum obligationes nõ ex-
tendatur, non tamen eſt ejus operationis,
ut liberet fidejuſſorem à ſolutione pecu-
niæ, vel mercedum aut penſionum, pro
quibus in præteritum fidejuſſit, ex quo
per poſteriorem contractum, circa hoc
cum fidejuſſore nihil novi contrahitur, &
nulla fit cum eo novatio, nec illud agitur
in prorogatione termini, ut per iſtum con-
tractũ creditoris cum reo principale fide-
juſſor aut principalis liberentur. *arg. l. no-*
vat. 4. C. de fidejuſſ. ac facit. d. l ſi cum Hermes.
7. quam practicavi in perſona cujuſdam
officialis, pro cujus rationibus ſpoponde-
ram poteſtati ad annum, poteſtas autem
ipſi, tanquam habili, prorogavit officium
ad longius tempus, me inconſulto: Repe-
tii itaque cautionem meam, quam &, at-
tento, quòd dictus officialis pro tempore
præterito ſuæ adminiſtrationis probè ſa-
tisfecerat ſuo ſuperiori, recepi cum bona
354 gratia, anno 1580. Idemq; eſt in quolibet
alio fidejuſſore, & pro privato debito vel
rationibus intercedente erga privatum, ad
certum ſolummodò tempus, anni nimi-
rum, ut in tempus prorogatum, inſcio fi-
dejuſſore, non teneatur, licet pro rationi-
bus præteriti temporis, ſolutione per prin-
cipalem non facta, rectè exigi poſſit. *d. l ſi*
cum Hermes. 7. Quod & Alexandro de Imo-
la placuit. *in d. conſ. 72. nu. 4. in f. & n. 5. vol. 6.*
ubi tenet: non obſtante novo contractu,
manere ſaltem fidejuſſorem iſto caſu de-
bitorem, in quantum reſpicit tempus, &
obligationem priorum annorum, *&, facit*
355 *l. f. in f. C. de uſur. rei jud.* Ac, quòd fidejuſſor
obligatus ad certum tempus, puta, quin-
quennii, poſt prorogationem termini, fa-
ctam à creditore debitori, inſcio forte nec
præſente fidejuſſore, non liberetur à ſorte
& uſuris præcedentis quinquennii, in ſti-
pulationem deductis, iſtud innuunt Ho-
ſtienſis & communiter Cc. *in d. c. conſtitu-*
tus. ubi idem etiam firmat Panor. *n. 11. Bal.*
in l. tã mandatori 12. n. 5. C. de nõ num pec. & in
l cum plures. 60. § lege. ff locati. Iaſ. in l. lecta. 40.
n. 9. verſ. iſta ſecunda opinio quod fidejuſſor non
ſit liberatus, eſt multùm æqua & juſta. ff. ſi cert.
pet. & in l. 1. n. 10 C. de judic. ubi addit, ſe in
hoc ſubitali paſſu, quicquid aliàs tenuerit,
hodiè iſtud tenere pro firmo, quod per
prorogationem termini, factam principa-
libus, non liberentur fidejuſſores. Quam
ſententiam adeò probat & complectitur
Gomeſ. ut addat, eam opinionem, tanquã
veriſſimam, in judicando & conſulendo
tenendam eſſe, non autem contrariam.
Gomeſ. d. tomo 2. de contract. cap. 13. de fidejuſſ.
n. 19. verſ. 6. & ultimo. Ac, ſi inſtetur, quòd
fortè tempore deſtinatæ primæ ſolutionis
potuerit eſſe ſolvendo debitor, qui poſteà
cœpit labi facultatibus, ſicut crebrò fit,
juxta illud vulgatum:

Irus & eſt ſubitò, qui modò Crœſus erat.

Ideò iniquum videri, quod deinceps ur-
geatur ſolutio contra fidejuſſorem, quam
tempeſtivè conſequi poterat à principale
creditor, ſi occaſionem ejus tunc conve-
niendi non omiſiſſet: Reſpondetur, eſſe,
quòd ſibi fidejuſſor imputet, quare morã
nectente principali, ipſemet non ſatisfe-
cerit creditori exacto ſolutionis præfixo
termino, & deinceps uſus fuerit regreſſu 356
contra principalem, donec adhuc erat ido-
neus, cùm ne quidem denunciando, vel
proteſtando creditori, ut in tempore exi-
gat, donec debitor adhuc ſolvendo eſt, fi-
dejuſſor ex tunc liberetur à ſua obligatio-
ne, *prout habetur text. in terminis in l. ſi fidejuſ-*
ſor creditori 62. & l fidejuſſoru. 23. de pact. l. tam
mandatori 12. C. de non num. pec. Neq; n. po- 357
teſt præſcribere fidejuſſor creditori modũ,
ipſumq; arctare ad exigendum certo tem-
pore, ſicut pariter non poteſt creditorem
cogere ad diſtrahendum pignus, ſi quod
habet, cùm, pignoris perſecutione omiſſa,
liceat creditori fidejuſſorem directò con-
venire. *l. inter eos. 51. §. creditor. ff. de fidejuſſ.*
Bald. in l. f. num. 3. ff cert. pet. Licet non de- 358
ſint, qui contrarium aſſerant, maximè in
caſu præmiſſæ proteſtationis, ubi fidejuſ-
ſor inſtat apud creditorem pro exactione
nominis, aut debiti ſui, cum illa declara-
tione vel obteſtatione, quòd in futurum,
aut, ſi forte contingat debitorem labi bo-
nis, ulteriùs nolit teneri. Tunc enim, ſe-
cundum eos, ſi creditor ſit in mora exigẽ-
di, ex propoſito videlicet nocendi, ad eũ
nempe finẽ, ut conſpiret in necem & diſ-
pendiũ fidejuſſoris, creditori, contra fide-
juſſorem deinceps agenti, doli exceptionẽ
proſtare,

proſtare, cùm ſua culpa ipſi actiones factæ
ſint inanes. *Bald. in d l. fin num 3 ff ſi cert pet.*
per l. itaq. 12. de furt. Bart. in l. ſi fidejuſſor. a-
liàs incipit l. fidejuſſor, qui minori. 64. num. 2. de
fidejuſſor. Quod vel maximè locum obti-
nere poteſt, quando fidejuſſores beneficio
ordinis, vel excuſſionis, non renunciave-
runt, ſimpliciter fidejubendo, quo caſu ſi
deſidem ac negligentem in exactione ſui
debiti creditorem præmonuerint, isque a
principale nihil voluerit petere, quantum-
vis principalis deinde reddatur inidoneus,
fidejuſſores tamen erunt liberati. *Gomeſius*
de fidejuſſor. cap. 13. num 9. ubi renunciat, hanc
ſententiam eſſe communem, eundemq. ſecutus
Suarezius in theſauro recep. ſententiarum num.
169 incip. fidejuſſor indemnitatis, Secundò re-
359 ſtringunt quidam concluſionem ſuperiùs
formatam in fidejuſſore, qui promiſit in
ſubſidium, quantò videlicet minùs à prin-
cipale exigi poteſt, Tunc namque creditor
ſibi imputare debet, quòd debitor ex pro-
pria mora creditoris, ad ſolvendum ini-
doneus redditus ſit, cùm ejus facto condi-
tio habeatur pro jam defecta, *Bald. d. l. fin.*
num. 3 ff. ſi cert. pet. Ideoque talem fidejuſ-
ſorem indemnitatis nominant, Schadloß-
bürgen/ qui, principale non diſcuſſo, con-
veniri nequit, etiam in caſu, quo benefi-
cio, *Authent. præſente*, non renunciavit,
propter videlicet naturam obligationis,
quæ eſt, quòd promiſſor non velit teneri,
niſi in id, quòd à principali reo creditor
conſequi non valet. *Bart. in l 1 num. 3. C. de*
conven. fiſ debit. ibiq. Alex. in ſua additione Hip-
pol. in tract. de fidejuſſor num 23. Duennas reg.
335. amplia. 2. Quo de latè Gailius lib. 2. obſerv.
obſer. 27. num. 13. & aliquid attigimus ſupra n.
298. & tangemus infra num 425. & 426.
360 Unde manat & illud, quòd, licet fidejuſ-
ſor debitoris, qui cum fidejuſſore credito-
ri, pro majore ſecuritate, etiam pignus de-
dit, regulariter, pòſt lapſum termini, ad
ſolvendum appoſiti, non poſſit cogere cre-
ditorem, ut pignus vendat. *l. inter credito-*
res. 63. cum l. inter eos. 51 ſ. Creditor. ff de fide-
juſſ. tamen benè fidejuſſori iſtud permitti-
tur, ſi in id, quod ex pignore redigi nequit
acceptus ſit, *l omiſſis. 17. C. de fidejuſſ. l. qui*
361 *mutuam. 56. ff. mandati.* Cautela itaque pro
fidejuſſore eſt, ut, lapſo ſolutionis termi-
no, vel ipſe ſolvat, ac repetat à debitore
vel aliter petit, ut debitor, tanquam diu-
tiùs juſto ſolutionem remoratus, fidejuſ-
ſorem à fidejuſſione expediat & liberet. *c.*
362 *fin. extra de fidejuſſor.* Etſi enim regulariter

fidejuſſuri, adverſus debitorem principa-
lem, non competit actio ante factam ſo-
lutionem, & ſic, antequam damnum ali-
quod, aut diminutionem ſui patrimonii
ſuſtineat. *l. hi qui 34 ff de fidejuſſ. l. cum alter*
11. C. eod. & l f ff. rem pupill. ſal for. vel ſal- 363
tem in caſu, ubi ſine periculo creditori ſo-
lutio fieri nequit, puta quia vel is minor,
aut furioſus eſt pecuniam in jure, hoc eſt,
apud competentem judicem conſignatam
depoſuerit, quod ſolutioni æquiparatur.
l fidejuſſor, qui minori 64 ff. de fidejuſſ. l qui mu-
tuam. 56 ſ fidejuſſor mandat. l. acceptam. 19. C.
de uſur l obſignatione. 9. C. de ſolutio l. 1. § ſi pe-
cunia ff depoſ. tamen, quando is diu ſtetit in
obligatione (quod ſanè tempus conſiſtit
in arbitrio judicis, *l ſi pro ea. 10. C mandati, i-*
bidemq. Bal n 12. & Aug. de Peruſ. Alber. de Ro-
ſat. item Odofredus & omnes n. 1 poſt gl. verb.
condemnatur in l. Lucius. 38 ff mandati, ac no-
tat Rofredus in formatione libellorũ ſuper actione
mandati contraria in fine) & terminus ſolu- 364
tionis lapſus eſt, aut ab initio ita fuit con-
tractum, ut liceat fidejuſſori, etiam ante
ſatisfactionem creditoris, debitorem ſuũ
convenire, vel forte poſt contractam ob-
ligationem fidejuſſoriam, debitor cœperit
labi facultatibus, vel malè uti ſua ſubſtan-
tia, iſtis omnibus caſibus nihil prohibet,
adiri judicem à fidejuſſore, pro compel-
lendo videlicet debitorem, ut eximat reũ
ab obligatione, reſtituta videlicet ipſi ſua
cautione, &, ſi hoc omittat, comminetur
ei executionem in ipſius bona. *gl verbi fe-*
ceris. d. l. ſi pro ea 10 & d l Lucius 38. & in d c f.
ubi etiam Panor. notat. extra de fidejuſſ. Socinus
in reg. 148. fallentia. 1. quod vel multo ma- 365
gis verum eſt, ſi fidejuſſor ad faciendam
ſolutionem ſit condemnatus. *d. c. fin.* aut
ſaltem per inſtrumentum executivum ita
obligatus, ut executio parata præ foribus 366
immineat fidejuſſoris. *Caſſian in conſuet.*
Burg. tub. 5. §. 2. num. 26. & 27. Bart. in l fide-
juſſor pro venditore. 45. num 2 ff de fidejuſſ. ibi-
demq. Alex. & Bald in d l ſi pro ea. 10. num 7. &
9. ubi etiam Salic. 8 & in l certum. 13. num. 9.
& Cyn. 2. C. fam her. iſ. ac ſequitur Socin. reg.
147. fall 9 & regula 148. fall. 2. Iaſ. in authent.
ſi qua mulier num. 23. C de SS. Eccleſ cum
quo tranſit etiam, D. Gail *obſer. 29. practi-*
carum obſer. lib. 2. num. 11. & 12. ubi tradit,
in præmemoratis caſibus, fidejuſſori ſup-
plicanti pro citatione adverſus reum, ſal-
tem pro ſeſe liberando & indemnem ſer-
vando, eam meritò decerni. *Gail obſer 29.*
in pr. ac facit textus *l. ſi mandato meo. 45 §. ſi*

in judicio in princ. ff. mandati. ubi fidejuſſor de
judicio ſiſti, & judicatum ſolvi, ſtatim po-
teſt agere, pòſt ſtipulationem commiſſam
propter videlicet paratam executionem,
quæ imminet fidejuſſori. Ac, quòd in o
mnibus ſupra dictis caſibus fidejuſſor poſ-
ſit agere ad ſui exonerationem, ut videli-
cet per reum priucipalem eximatur ab ob-
ligatione fidejuſſoria, & reſtituatur ipſi
ſua cautio, quam expoſuit creditori pro
reo principale, hæc ſententia communis
eſt, *ſecundum Villalobum, in communibus opin.
verbo fidejuſſor. num. 36. pòſt Anton. de Tremo in
additione ad Banaccurſium in practica except.*
367 *rub. quib. modu ſuo nomine.* Sic fidejuſſor
carceratus pro ære alieno ſui principalis,
etſi nondum ſolverit, poteſt petere, com-
pelli debitorem ad ſe liberandum, & ex-
carcerandum, vel ad præſtandum intereſ-
ſe. *Bald. in l. 2. num. 6. C. mandati. l. ſi quis man-*
368 *dato, 28. ff. de negoc. geſt.* Non deſunt ta-
men, qui contrariam ſententiam defende-
re nitantur, quod nimirùm fidejuſſori,
quantumvis executivè obligatus ſit, prius-
quam is ſulverit, aut executionem paſſus
ſit, denegari opurteat exactionem princi-
palis debitoris, *Anton. Maſuer. in forma Ca-
meralis obligationis. ſub rub. de perſona petentis
executionem. num. 5. ubi ſubjicit: quòd ſecun-
dum iſtam opinionem ſemper videris in rota cu-
riæ Romanæ judicari,* quod probat ēt Rodari-
rus Suarezus *in l. poſt rem judicatam. 56. in
declar. legis regni. in verb. viſum eſt ſupra, quòd
inſtrumentum, num. 11. & 13 ſubjiciendo, ita
practicari, neque vidiſſe ſe unquam, obtentum
fuiſſe contrarium, allegat Angelum in l. fide-
juſſor pro venditore. 45. ff. de fidejuſſor.* ubi ad-
ducit iſtam ratiunem, quòd fidejuſſor, in-
tercesſionis tempore, certus erat, fore,
quòd in caſu muræ principalis debitoris,
adverſus eum procederetur executivè, &
nihiluminus fidem ſuam interponendo,
ſolvere promiſit, in favorem nimirùm de-
bituris. *argument. l. tribus 8. de uſufruct. ear.
rer. quæ uſu conſumuntur.* cumque datam fi-
dem nondum agnoverit, nec ſolverit, quo
pacto antè implementum ſui promiſſi,
poterit adverſus reum ita experiri, ut reus
non dicatur deceptus eſſe amici bene-
ficio. *argument. l. in commodato. 17 § ſicut ff.
commod.* Aſſignat Suarezus etiam hanc
rationem, ſi aliter dicamus, afficietur reus
magno incommodo, dum laborabit, de
inveniendo aliom fidejuſſorem quem for-
tè reperire non poteſt, cùm quilibet ti-
meat illud vulgatum; ſponde, noxa præ-
ſtò eſt: *Gail. obſer. 29. lib. 2. n. 3.* & inquit Salo-
mon *Prover. 10.* Si ſpoponderis pro amico
tuo, illaqueatus es verbis oris tui, & captus
propriis ſermonibus. [Et populari prover-
bio jactari ſolet: Bürgen ſoll man würgen.
Hinc etiam dicimus paria eſſe promittere
& ſolvere. *l. fin. C. ad l. Falcid.*] Quin & Bar- 369
tolus alibi tenet, fidejuſſorem, qui inter-
venit pro reo, etiam ſub inſtrumento ju-
rato, quod eodem modo habet paratam
executionem, *per ea quæ traduntur in tertia
Parte hujus Op. cap. 2. num. 14. & 15. cum ſeqq.*
non poſſe priùs aliquid exigere, vel petere
a debitore principali, niſi realiter ſolverit,
neque ſufficere factam illam ſolutionem
ob periculum imminentis executionis.
*Bart. in l. in duobus. 28. § à fidejuſſor. num. 2. &
ibi Iaſ 5. ff. de jurejur.* Et hæc opinio com-
munis eſt, ſi credimus Alexandro *in d. l.
duobus. 28. §. à fidejuſſore num. 2.* & addit 370
Bart. magnum verbum: ad hoc, ut locus
ſit repetitioni, non ſufficere etiam inſtru-
mentum, in quo fatetur creditor, ſolutio-
nem ſibi factam eſſe per fidejuſſorem. *Bar.
in d. § à fidejuſſore. num. 2. quam legit Alex ſub
§. quod autem. num. 2. pòſt gloſſ. verb. ſolutionis,
quam ipſe refert communiter teneri.* Quia, ſe-
cundum eum, apocha de recepto non pro-
bat numerationem, ſed confeſſionem. *gl.
& Dd in l. ſi non ſingulis. 5. C ſi cert. pet. ac notat
idem Bart. in l. ſi ex cautione. 3. num. 1. & 2. C.
de non numer. pecun.* Cæterùm iſta motiva 371
nihil obſtant concluſioni præmiſſæ, lo-
quuntur enim autoritates citatæ in aliis
terminis, quando videlicet ſtatim, pòſt fi-
dejuſſionem, interceſſur vellet urgere li-
berationem, vel reſtitutionem cautionis
ſuæ fidejuſſoriæ. Quo caſu deciperetur
reus amici beneficio, intempeſtivè agen-
do, & intercipiendo ipſi, quod antea ſpō-
te & liberaliter præſtiterat, beneficium.
*d. l. in commodato. 17. § ſicut ff. commodati. pro-
ut in his terminis expreſsè loquitur Suarezus.
ubi ſuprà. num. 12. & Bart. in d. l. duobus. 28. §.
à fidejuſſor num. 2.* cujus diverſum eſt in pro-
poſito noſtro. Neque enim probamus,
quod fidejuſſor ſtatim poſſit retrò agere,
& quaſi revocare ſuum beneficium inter-
ceſſionis, ſed ita demùm, quando diu hæ-
ſit in obligatione *l. ſi pro ea. 10. C mandati:*
puta, pòſt moram debitoris incurſam, vel
poſt condemnationem, aut, ubi reus diſſi-
pator eſſe, vel labi facultatibus cœperit.
d. c. fin. extra de fidejuſſor. & in aliis ſupra
ſpecificatis caſibus, ubi ceſſant omnes illæ
contrarietates, per priùs adducta, & quia

fide-

fidejuſſori in propoſito imminet periculum paratæ executionis præ foribus, adeò, ut de proximo exetutandus habeatur pro executato. *argument. l. filiusfam. 43. ibidemq;*
372 *notat. Bart ff. de mil. teſt.* certè, ut maxime jure deficeremus, dictaret naturalis æquitas, fidejuſſori non denegendam eſſe adverſus reum petitionem indemnitatis. *argument. l. 2. §. item Varus. verſ. quanquam. inſ. de aqu. plu. arc.* Quud ad dictum Bartoli at-
373 tinet, quaſi ne quidem fidejuſſori, habenti confeſſionem creditoris de facta ſibi ſolutione, antè probationem actualis adnumerationis, dandus ſit regreſſus contra reum, illud apud me eſt valde dubitabile, & tradit Alexander alibi, quòd veritas ſit in contrarium. *Alex. in conſ. 90. incip. viſo inſtrumento celebrati contractus. nnmer. 3 & 4.*
374 *volum 3.* Licet enim confeſſio accepti mutui non probet numerationem antè biennium. *l. ſi ex cautione. 3. & l. in contractibus. 14. §. ſuper cæteru, ubi notant Bart. Sal. & alii. C. de non num. pec.* tamen ſecus eſt de confeſſione receptæ ſolutionis. *Bart. in l. generaliter. 13 num. 15. C. de non num. pec. per l. pub-*
375 *lica. 26. §. f. ff. depoſ.* Et eſt ratio, quod leges plùs faveant liberationibus, quàm obligationibus, *l. Arrianus 47. de act. & obl. l. favorabiliores. 125. de reg. jur.* [& ſatius ſit impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare, *l. abſentem 5. ff de pœn.*] Unde legitur, quòd pecuniæ ſolutæ profeſſio, majorem rei geſtæ probationem contineat, quàm redditio chirographi obligatorii: *l. pecuniæ. 14 C. de ſo-*
376 *lut.* Quod maximè procedit poſt triginta dies, ex tunc enim actualis ſolutio, & confeſſio ſolutæ pecuniæ æquiparantur. *Alex. d. conſ 90. num. 3. per l. in contractibus. 14. §. quoniam. C. de non num. pec. & iſtud tenet ipſemet Bart. in conſ. 160. incip. Titius promiſit numer. 1. & 2. part. 1.* cùm, ſecundum eum, vera ſolutio & interpretativa æquipolleant, *gloſſ. l. inter cauſas. 26. §. abeſſe ff. mandati. cum l. qui debitorem. 18. de fidejuſſ. ac facit l. Lucius. 46. §. tutela. de admin tut. & fatetur Alex. in d. l. qui duobus. §. quòd autem, numer 2. verſ. ſed in ſecunda.* quòd, ſicut confeſſio creditoris de accepta ſolutione, producta per creditorem, ejus effectus eſt, ut repellat fidejuſſorem agentem contra reum pro indemnitate. *l. deſiderium. 7. C. depoſ.* ita, ſecundum eum, nulla poteſt ratio diverſitatis prodi, quare non idem operetur etiam confeſſio creditoris facta de recepto ipſi fidejuſſori, *Bal. in d. l. deſiderium. 7.* Neq; poteſt hac in parte debitor allegare aliquod incommodum, quaſi videlicet oporteat eum invenire novum fidejuſſorem. Quia, pòſt morã, vel lapſum termini, illud agitur, ut creditori ſatisfiat per actualem ſolutionem pecuniæ debitæ, non autem, ut idoneum expromiſſorem offerat, vel aliter caveat, ne una obligatio ex alia deſcẽdat. *argum. ejus quod dicitur in l. ſi ſe non obtulit. 4. §. ait prætor. ff. de re jud. l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.* imò certe iſtud cõducibile eſt debitori, ut potiùs in ſe ſuſcipiat executionem, ratione principalis debiti, quam, quod expectet executionem primò fiendam adverſus fidejuſſorem, ne cogatur poſtea, pro uno damno, duplex gravamen ſubire, propter expenſas & ſumptus executionis, quas ita refundere tenetur fidejuſſori, qui executionem patitur, quàm ejus etiam, quæ per fidejuſſorem ipſi reo intenditur, ad hoc, ut per omnia fidejuſſor indemnis conſervetur. *argument. l. quæ utiliter. 45. §. Titius. ibi: æquum eſt, in damno eum non verſari. ff. de negoc geſt.* Suarezus tamen *in d. l. pòſt rem judicatam. 56. verb. viſum eſt. num. 14.* tradit cautelam, quam ipſe 377
fuit ſolitus practicare, quòd nempe debitor in limine contractus præſtet aſſecurationem & cautionem indemnitatis fidejuſſori, cum illis verbis: quotieſcunque fidejuſſor petiverit, ſe extrahi ab obligatione, &c. Tunc enim, ſecundum eum, poteſt fidejuſſor agere, etiam antequam ſolvat. *per l. ſi pro ea 10. ubi etiam notat Ang. de Peruſio. n. 1. C. mandat.*

(Ccc) RENUNCIAMUS AUTH. PRAE- 378
SENTE. C. DE FIDEJUSSOR. Hæc clauſula de neceſſitate apponitur, Etſi enim aliter liberum erat creditori, pòſt moram debitoris ipſum principalem vel fidejuſſorem convenire. *l. jure noſtro 5. l. non rectè 3. C. de fidejuſſ. l. ſi teſtamento. 49. §. quæſitum. ibiq; Paul de Caſt ff eod. l. eſt in arbitrio. fin. C. de act. & obligat.* niſi fidejuſſor in id acceptus fuiſſet, quod minùs a debitore exigi potuiſſet. *l. inter creditorem. 63. & per totum ff. de fidejuſſ.* tamen de jure noviſſimo, 379
hoc fuit immutatum, adeo, ut regulariter ante omnia diſcutiendæ ſint facultates præſentis principalis, & quatenus non reperitur ſolvendo, eatenus demùm fidejuſſores teneantur, *authent præſent. C. de fidejuſſ & in corpore unde ſumitur §. ſi quis igitur. & §. non ſolum. auth. de fidejuſſor. & mandator.* Quod ſanè de proceſſib, ordinatiis intelligendũ eſt: In proceſſibus enim executivis, 380

quæ merentur paratam executionem ex
vi ſtatuti, vel conventionis executivæ, ſic-
ut & in ſimilibus caſibus, pro quibus pro-
ceditur levato velo, ſummariè nimirum,
& de plano, ſine ſtrepitu & figura judicii,
tales exceptiones ſublatæ eſſe intelligun-
tur. ita Bart. in extravag. ad reprimendum in
verb & ſine figura Hippol. in tract fidejuſſorum.
num. 3 Bart. Socinus in conſ 24 incip. viſis. nu-
mer. 48. volum. 1. ac, quod per talia verba in-
telligatur remiſſa omnis ſolennitas juris
poſitivi, tradit Bart d. verbo. & ſine figura.
notaturq; per Canoniſtas in Clem ſæpè de verb.
ſig. & in ſpecie Portius in communibus re-
gulis. concluſ. 41. limitatione 12. & 23. ubi
concludit: fidejuſſorem obligatum per
inſtrumentum guarentigiæ, non juvari
exceptione diſcuſſionis rei principalis. al
legat Cynum in l. 1. num. 5. C. de confeſſis.
Bal in l. 1. in ſecunda repetit. n 2 ff. qui ſatiſd. cog.
quod & probarunt Angelus & Paulus de Caſtro
in l. ſi dubitet. 10 §. 1 uterq; num. 3 ff de fide-
juſſ qua de re in quarta Parte hujus Operis, ca-
pite 1. num. 114. nonnihil etiam tangitur. Et
hæc limitatio, ſuper puncto exceptionis,
de dil utiendo priùs debitore principali,
quam ad fidejuſſorem deveniatur, quod
ad materiam noſtram de proceſſibus exe-
cutivis attinet, ſola poterat ſufficere Cæ-
terum quia ſæpenumerò contingit, ut in-
docti ſedeant ad tribunalia, qui, ſive per
inſcitiam, ſive per affectionem, denegant
petitori paratam executionem, remitten-
do partes ad ordinariam cauſæ cognitio-
nem, aut fortè creditores ipſi ſolennè pro-
ceſſum per viam ordinarii libelli contra
obligatos inſtituunt, ad hoc itaq; ut infor-
mentur fidejuſſores, quibus exceptionib.
in caſu non factæ renunciationis de exce-
ptione diſcuſſionis, etiam in ordinario ju-
dicio ſe tueri poſſint, operæ pretium eſſe
exiſtimavi, ne præmiſſa regula de non exi-
gendo fidejuſſore ante principalem, quaſi
pro univerſali habeatur, alias etiam reſtri-
381 ctiones hoc loco ſubnectere.

Fallit itaque II. ſi huic beneficio authen.
præſente. C. de fidejuſſor expreſsè renuncia-
verint, quemadmodum notat gloſſ verb acce-
dat authent. de fidejuſſor. in princip. tollat. 1. &
Speculator in tit de renunciatione & concluſ §.
finitis num 16 ibiq; Ioan Andreæ in ſuis additio.
verbo ſponſorib. Afflict ad deciſ Tholoſan 196.
verſ idem quando fidejuſſor renunciaſſet. & ad
deciſ. 80 Ferrarienſis in forma libelli contra plu-
res reos debendi verb. interceſſerant num. 5 Bal.
in d. authent præſente. inf. Roman. conſ. 392.

num. 5. Decius in l. ſ num. 9. ff. ſi cert. pet Hip-
pol. in tract. de fidejuſſor. num 7. & hæc ſenten-
tia communis eſt, teſte Iacobo Phil Port in
commun regul concluſ. 41. fallent 26 atſequi-
tur noviſſimè Gailius obſer. 27 lib. 2. numer. 21. 382
Vocamus autem iſtam cautelam, benefi-
cium excuſſionis, quod idem alio nomine
ſolet etiam appellari beneficium de fide-
juſſoribus, adeò ut, quocunque nomine in-
timetur talis renunciatio, ſemper dicatur
fidejuſſor hoc beneficium, authent præſen-
te a ſe abdicaſſe & primo loco exigi poſſe,
ita Hippol. de Marſil d. tract. de fidejuſſor num.
7. ac notat. Specul in tit. de renunciat. & con-
cluſ §. finitis. num. 16. licet Vaſquius contra-
riam ſententiam, quaſi videlicet fidejuſſor
non poſſit renunciare beneficio excuſſio-
nis, communiorem dicat. Vaſquius lib. 1. il-
luſtrium controverſ quæſt. 33 num 25 a qua ta- 383
men opinione ibidem ipſemet recedit.
Tantæ autem operationis eſt iſta renun-
ciatio, ut, quantumvis alias regulariter fi-
dejuſſor non teneatur in plus quam obli-
getur principalis l græce 8. § illud ff de fi-
dejuſſor l cum filiusfamilias 49. § ſi ſtipulatum.
de verb oblig. item, exceptiones, principa-
li competentes, regulariter proſint etiam
fidejuſſoribus. Bart in l conſtitutionibus. 40.
num. 1. C de uſuris per l ſi alius pro muliere. 2 ff.
quæ res pignori, cum l. tam mandatori 12 C de
non num pecun l. ſi uxor. 15 C. ad Senat conſul.
Vellejan. l exceptiones 7. § rei autem cohæren-
tes ff. de except. l defenſiones 1 C. eod tit. ul.
Quod & in moratoria exceptione, vide-
tur procedere, ſecundum Cynum in l. quoties.
2 ibidemq; Baldus num 5 C. de precibus Imper.
offer tamen, ſi renunciaverit beneficio de 384
fidejuſſoribus, vel authenticæ præſente,
C. de fidejuſſ. non juvabitur exceptione
moratoriæ dilationis, conceſſa reo prin-
cipali, ex quo perſonale eſt illud privile-
gium ideoque ad fidejuſſorem non exten-
ditur Bart. in l cum filiusfamilias 49 § ſtipu-
lationum num. 2 ff de verb. oblig per l exceptio-
nes, quæ perſonæ. 7. de except. l ſi tamen fidejuſ-
ſor. 24 cum ſecundum. 25. de re jud quo de la-
tiùs actum fuit ſuprà cap 4 num 2. Et iſta
eſt prima declaratio regulæ ſuperiùs tra-
ditæ, quòd videlicet hodie non poſſit per-
veniri ad exactionem interceſſoris, niſi
diſcuſſo priùs principale debitore.

Fallit III. quando notorium eſt, prin- 385
cipalem non eſſe ſolvendo Hippolyt. de Mar-
ſiliis in tract fidejuſſ n. 10. cum quo concordat et
Iacobus de Arena in tract. de excuſſione bonorum.
num.

num 5. Portius in communibus concluſ. lib. 1. con-
cluſ. 41. limitat. 5. ubi multis autoritatibus
probat, iſtam ſententiam communem eſ-
ſe, idq; caret omni dubio, cùm fruſtrà in-
ſtituatur executio adverſus eum, qui nulla
habet bona. *l. decem. 116. & ibi gloſſo. verbo*
excuſſum. ff. de verb. obligat. ac facit l. nom is
nullam actionem habet, quem excludit inopia de-
bitoris. 6. de dolo. quo caſu primo loco fide-
juſſorem convenire licet, quantumvis *au-*
thentic. præſente, non fuerit renunciatum.
Iacob. de Arena ubi proximè num. 5. & 6 & Ce-
386 *polla cautela 137. num. 1.* Debet tamen iſtud
vocabulum *Notorietatis,* iſto cauſa accipi,
quando omnibus in vicinia manifeſtum
& notum eſt, principalem non habere bo-
na: quod fit, ſi vel ipſe citatus ad judicem
& juſſus indicare ſua bona, mediante vi-
delicet juramento, *argumento l. ſcimus. 22. §.*
licentia C. de jure delib. juncta l. 2. §. in exigen-
dis. C. quando & quibus quarta pars deb. lib. 10.
reſpondet, ſe nulla habere bona, in quibus
fieri poſſit executio. Si namque explora-
tio deinceps inſtituatur apud uxorem, vel
familiam, item apud vicinos, eodemque
modo reſpondeant, ſibi non conſtare de
bonis, ex quibus pignora pro executione
capi poſſunt, jam ex iſta communi opinio-
ne & ſcientia eorum, qui præſumuntur
notam habere ſubſtantiam bonorum de-
bitoris, judicabitur ſulvendo non eſſe, *ar-*
gumento l. conſenſu. 8. §. ſervis, juncto. §. ſuper
plagiis, in verbis: non facilè, quæ domi geran-
tur, per alienos, qui non ſunt domeſtici, ſciri poſ-
ſunt C. de repud. juncta l cum de lanionis. 18 §.
optimum ergo ibi in qua præſumptione ſunt, qui
in quaque regione commorantur ff de fundo in-
ſtructo inſtrumentoq; leg l. 1. in princ. verb. æſti-
387 *matione circumcolentium. de fluminib.* Secun-
do caſu dicitur non ſulvendo, & ceſſat ex-
cuſſio in debitore, qui bonis ceſſerit. *Cynus*
in authent. hoc ſi debitor. num. 3. C. de pign. alle-
gat Iacobum de Aretio, quem refert conſultum,
ita de jure reſpondiſſe, ac ſequitur Ferrar. in for-
ma libelli actionis hypothec. verbo. exceptionem
excuſſionis. num. 9. Tertio caſu dicitur non
ſolvendo, qui ſemel executatus & excuſ-
ſus per judicem competentem, repertus
fuit non ſolvendo. *Ferrarienſ. ubi proximè.*
num. 13. Sed tunc quæritur, an excuſſio al-
terius creditoris, ad ipſius inſtantiam fa-
cta, proſit præſenti creditori, qui paratam
executionem urget? Quod videtur, ex
quo unius factum & commoditas omni-
bus aliis in communi adminiculatur, *l. fin.*
in princ. C. de bonis autor. jud. poſſid. l. cum unus.
12. in princ. ff eod. Contrarium tamen de-
terminat Ferrarienſis *in form lib. reſponſ. in*
actione hypothecar. verb. exceptionem excuſſionis.
num. 24. poſt Iacobum Butrigarium in auth præ-
ſente C. de fidejuſſ. addendo, iſtud ita in pra-
ctica obſervari, de quo tamen ego nonni-
hil ſubdubito, cùm de præterito in præſens
tempus præſumatur. *l. non omnes. 5 §. à bar-*
baris ff. de re mil. ac notat. Euerhar. in top. loco
à tempore ad tempus, num. 8. Sed ulterius 388
dubitatur, an circa excuſſionem bonorum
habeatur ratio ſolum eorum, quæ extant
in territorio aditi judicis, ubi videlicet pe-
titur excuſſio, an verò habendus ſit reſpe-
ctus etiam ad alia bona in alterius diſtri-
ctu ſituata? Portius *in communibus regulis*
reg. 41. fall 9. reſpondet bona principalis
alibi, quam in territorio aditi judicis ſitua-
ta, non relevare fidejuſſorem, quo minus
abſq; excuſſione contra eũ procedi valeat.
Contrarium tamen videtur verius, *per l ſi*
fidejuſſor. 7. §. ſi neceſſaria ibi: poteſt audiri, ſi
in alia ejuſdem provinciæ civitate ſatiſdationem
offerat ff qui ſatiſd. cog. & hanc ſententiam te-
net concluſivè Iacobus de Arena in tractatu ex-
cuſſionum n. 9. & 10. Neque enim, quia fo-
renſis judicari debet inidoneus & nõ ſol-
vendo eſſe. *Iaſon. in d l ſi fidejuſſor 7 §. ſi neceſ-*
ſaria num 1. poſt Baldum ibi num 1. licet idem
Baldus *in l. ſciendum. 15. numer. 2. circa fin.*
in terminis hujus quæſtionis contrarium
ſentiat. *per dictã l. ſciendũ. 15. §. poſſeſſor autẽ is*
accipiendus eſt, qui in agro vel civitate rem ſoli
poſſidet ff qui ſatiſd. cog. Jacobi tamen de
Arena ſententia videtur majore æquitate
niti, quam & concluſivè tenet idem Ia-
ſon. *in d. §. poſſeſſor. numer. 1. & probatur per*
l. f. ibi: in urbe vel in provinciis. C. de princip. a-
gend. in rebus lib. 12. Ac, ſi quæratur, quo-
modò diſcuſſionem faciet judex aditus in
alienu territorio? reſpondet Jaſon. *d §.*
poſſeſſor, quòd requiret in ſcriptit judicem
alterius territorii, pro facienda excuſſio-
ne, *argumento. l. à Divo. 15 §. ſententiam Romæ*
dictam ff. de re jud & l. f. C. de bonis autor. ju-
dic. poſſid. Quartus modus explorandi de- 389
bitoris inſufficientiam & communior atq;
uſitatior ille eſt, ut mittantur duo execu-
tores, ad inquirendum, quæ & cujus quan-
titatis bona habeat reus principalis. *Arena*
ubi proximè num. 13, & ſequitur Ferrar, in pra-
ctic. lib. reſponſ. in actione hypothecar. verbor.
exceptionem excuſſionis. numer. 17. Eorum
namque relationi ſtabitur, *argumento l.*
præſenti. 6. §. ſi ubi. ibi: rerum, ubicumq; ſita ſunt,

procedas

procedit inquiſitio. C. *de his, qui ad Eccleſ. confug. ac facit l. ea quidem.7. ibi: aliqua poſſunt familiæ judicii etiam citra ſolennia judiciorum commitu.* C. *de accuſat.* qui, ſi renunciaverint, nulla bona debitoris reperiri, vel non ſufficientia pro exo'utione petitæ quantitatis, horum relationi ſtabitur, & vel in ſolidum procedatur adverſus fidejuſſorem vel, ſi pro parte reus inveniatur non ſolvendo, ſuper eo, quod deeſt, ad integram ſatisfactionem contra expromiſſorem proceſſus inſtituatur. *Arena ubi proximè. numer. 16. & 17.* [Et notandum, quod melius eſt committere duobus, quàm uni ſoli. *per reg. ubi numerus 12. ff. de teſtib.* licet communis conſuetudo ſe habeat, uni ſoli committere, ſicut fit in certis actibus: & huic ſoli relationi plena fides per judicem adhibebitur *l. præſenti ſ. de his,* C. *qui ad Eccleſ. confug l. ſi mandavero ibi, 42. ff mand cum*
390 *ſimilib*] Quintus modus, explorandi ſufficientiam vel inſufficientiam rei principalis, eſt, quòd judex vel etiam executor jubeat reum exhibere & manifeſtare bona ſua, in quæ poſſit procedere executio, &, niſi oſtendat, præſumitur eſſe non ſolvendo. *Maranta de ordine judic. parte 6. ſub titul. de execut. ſentent. num. 23.* qui tamen modus in propoſito, ubi de præjudicio fidejuſſorum agitur, non eſt ſatis tutus, cùm omnes ſibi melius eſſe conſultum malint, quam alteri, ideoque procedit tunc demum, quando de captura ipſius perſonæ agitur, in defectum aliorum bonorum, *juxta l. 1 ff & C. qui bonis cedere poſſunt, per ea, quæ tradidi ſupra capite 6. num 150.*

391 IV. Fallit, quod dictum eſt, proceſſum executionis non poſſe inchoari contra fidejuſſores, etiam non facta renunciatione diſcuſſionis bonorum rei, in debitore abſente, vel præſente quidem, ſed non exiſtente facilis conventionis, propter potẽtiam ejus, ut quia fortè poſſidet in territorio bona ita munita, ut facilè expugnari pro facienda executione nequeant, prout ſunt fortalitia & caſtra. *Portius ubi proximè limitat. 9.* vel propter rixoſitatem, aut alia ratione. *Portius in communibus reg. reg. 41. limitat. 10.* Quo caſu nihil prohibet, etiam non præcedente diſcuſſione principalis debitoris, initium proceſſus contra fidejuſſorem fieri. *authent. præſente ſ. abſente verò* C. *de fidejuſſor. juncta gloſſa l. ſ. ubi etiam Bart. notat. num 1. ff ſi cert. per per l 2. qui ſatisd. cog. poſt gloſſam in l. decem. 116. de verb. oblig. ac tradit per multas allegationes Hippol. de fidejuſſor. num. 10. Porcius concluſ 41. in tertia limitat.*

V. Fallit, quando debitor excuſſus habet quidem bona, ſed emptorem non inveniunt. Tunc namque regreſſus proditus eſt creditori contra fidejuſſorem, quãtumvis *authentic. præſente*, non fuerit renunciatum. *Hippol. de fidejuſſor. num. 18. alleg. Paulum de Caſtro in l. inter eos. 51. ſ. creditor. ff. de fidejuſſor.* 392

Fallit VI. in cauſis mercatorum, namque fidejubendo pro aliis, ſi primo loco conveniantur, non poſſunt uti beneficio ordinis de excuſſione bonorum priùs facienda contra principalem debitorem, idque propter præcipuam fidem, quæ debet abundare in dictis perſonis, *ita gloſſ in ſ. fin. authentic. de fidejuſſor. Bald in l fruſtra. 6. numer. 1.* C. *de non num. pec Iaſon in l. ſingularia. 15. numer. 30. & 39. ſi cert. pet & in l. ſi conſtante. 24. num. 180. ſolut. matrimon. Hippol. de fidejuſſor. numer. 8.* ubi ampliat, iſtud procedere etiam in omnibus aliis caſibus, ubi de bona fide & æquitate tractatur. *Hippol. ubi proximè. num. 12.* & quòd in curia mercatorum negocia decidantur bona æquitate, nec locus ſit exceptionibus, quæ 394 393
ſunt de apicibus juris, voluit Bartol. *in l. quintus. 48 in fine. ff. mandati. & l fidejuſſor, qui minori. 64 num 5. de fidejuſſor. Porcius ubi ſupra. reg. 41. limitat. 12. & attigimus in hoc ipſo capite num. 305.* Stracha tamen *in tractatu de mercatura. tit. quomodo in cauſis mercatorum procedend. ſit num. 8.* diſtinguit, an hæc exceptio excuſſionis objiciatur ratione proceſſus, contra videlicet ordinem judiciarium, qui eſt, ut priùs executiantur bona debitoris, ne proceſſus pervertatur, vel præpoſteretur. *authent. hoc ſi debitor.* C. *de debitor.* C. *de pignor.* an verò ratione æquitatis, ſuggerentis iniquum eſſe fidejuſſorem moleſtia affici, cùm ſuum conſequi poſſit à principale, ut nimirùm priore caſu non audiatur fidejuſſor excipiens de non ſervato ordine proceſſus, in eoque ſenſu vule accipienda eſſe dicta gloſſæ & Bartoli, *l. ſi mancipium. 34. ſ 1 ff. de evict.* Secundo verò caſu omninò audiendus ſit. *per ea, quæ tradit Neguzantius de pignor. in prima parte, octava partis principalis. num. 35.*

VII. Reſtringitur præmiſſa concluſio in fidejuſſoribus juratis, quibus meritò denegatur hæc exceptio diſcuſſionis ipſius principalis, licet renunciatum non ſit. *Everbardus in loco à vi juramenti. num. 46. poſt gloſſam. ibiq; Baldum. num. 5. in c. ex reſcripto.* 395

extra

Digitized by Google

extra de jurejur. Anton. Corſetus in ſingulari. in rub. de jurejur. in 12. privilegio juramenti, ac ſequitur Hippol. de Marſil. in tractatu de fidejuſſor. num. 9. Porcius in communib. concluſ. concluſ. 41. fallentiæ 1.

396 Fallit IIX. in fidejuſſore, qui excuſſionem, primo loco contra principalem inſtitutam, ipſemet impedivit, *Hippol. de Marſil. de fidejuſſor. num. 15. & 16.* obi limitationem hanc ipſe ſibi attribuit, ſive de manibus familiæ fortè captum exemit, ſive ei facta denonciatione, ne ſe domi contineret, fugam perſuaſerit. *Hippol. ubi proximè, num. 16. poſt Petrum de Anchorano. conſ. 341. incip. viſo themate. ſub finem. Porcius in communibus concluſ. concluſ. 41. fall. 17.* Neque enim iſto caſu conventus beneficio legis vel ordinis ſe tueri poteſt, cùm fruſtra legis auxilium imploret, qui in legem commiſit. *l. auxilium 37. ff. de minor. c. quia fruſtra. de uſur.*

397 IX. Fallit, fidejuſſore negante fidejuſſorem, cujus deinceps convicti pœna eſt, ut beneficium excuſſionis perdat. *Hippol. de Marſil. in tract. fidejuſſor. num. 19. poſt Baldum in authent. contra qui propriam. num. 8. C. de non numer. pecun. & Alexandrum in addit. ad Bartolum in l. ſi dubitet. 10. §. 1. ff. de fidejuſſor. & idem Alexand in l. etiam 18. §. licet in dotalibus. num. 6. ſoluto matrimon, per l. ſed hoc ita. 21. §. 1. de re jud. cum aliis quæ allegat Hippolitus ubi proximè. n. 324. & ſeqq. item Ferrar. in for. lib. contra plures reos debendi verbo. interceſſerunt. num. 3. & hæc ſententia communiter approbatur. teſte Porcio concluſ. 41. fall. 18.* Unde alibi habetur, quod neganti ſe fidejuſſorem, convicto poſtea denegetur beneficium diviſionis. *l. ſi dubitet. 10. §. ita demum de fidejuſſor.*

398 Fallit X. ſi fidejuſſor ſuccedat debitori, quo caſu ipſe ſubſtituitur in locũ principalis debitoris, nec auditur cum illa exceptione ordinis. *Hippol. ubi ſupra. n. 20. per l fidejuſſoris. 24. ubi Angelus notat. C. de fidejuſſor. ac facit l. debitori. 7. C. de pact. Porcius in commun. concluſ. concluſ. 41. limita. 35.*

399 Fallit XI. obi quis ſe obligat animo novandi obligationem principalis debitoris & interceſſor propriè, non autem fidejuſſor dicitur, hic enim conveniri poteſt ante excuſſum principalem. *Bald in l perſona. 30. §. f. n. 2. ff. de pact. & l. antiquæ. 23. §. ſed ſi minus. n. 2. C. ad SC. Vellejan. Porcius in communib. concluſ. concluſ. 41. fallen. 14. & 28. quo de latiùs ſupra hoc ipſo capite. num. 299. 300. cum ſequentibus.*

400 Fallit XII. in fidejuſſore judicatum ſolvi, cui ſimiliter exceptionem diſcuſſionis rei principalis contra proceſſum executivum opponere non permittitur. *Baldus in l. 1. in ſecunda repetit. num. 2. ff. qui ſatisd. cog. quo de tamen videatur Portius in communibus concluſ. concluſ. 41. fall. 25. latiùs.*

401 XIII. Limitatur in fidejuſſore indemnitatis, is enim ita privilegiatus eſt, ut ſive renunciarit beneficio excuſſionis, ſive non, ſemper tamen adhuc audiatur cum illa oppoſitione. *Portius ubi proximè fallen. 25. in fine. quo de pleniùs infra hoc ipſo capite. nu. 430. & 431.*

402 XIV. Reſtringitur concluſio noſtra in tertio poſſeſſore, in quem res litigioſa, pendente judicio fuit alienata, contra eũ hypothecaria inſtituitur utiliter, nec auditur reus cum exceptione de diſcutiendo priùs bona debitoris. *gl. magna in fine. ibiq; Bart. in l. proſecutione. 24. n. 7. & 8. C. de pignor. ubi addit iſtam opinionem veram, & quod ſit communis, concordat Portius ubi ſupra. concluſ. 41. fall. 2.*

403 XV. Fallit concluſio noſtra, quandocunque exceptio excuſſionis non fuit oppoſita ad impediendum judicium, vel ad remorandam executionem, quo caſu proceſſus ſuſtinetur, ex quo non fuit uſus debitor iſta exceptione. *Bart. in l. ſi ego. 18. numer. 2. ff. ſi cert. pet. Panorm conſ. 29. numer. 2. parte 2. Socinus conſ. 24. num. 49. verſ. & tamen. volumin. 1. Bartolus in l. ſi mancipium. 34. ff. de eviction. quo de videatur latè Porcius in ſæpè citata concluſ. 41. limita. 6.*

404 XVI. Fallit in fidejuſſore, qui intervenit pro debitore naturaliter tantum obligato. Ille namque pulſatus, ſive ordinario, ſive executivo judicio, non poteſt opponere exceptionem excuſſionis. *Bart. in l. Marcellus. 25. circa finem. ibiq; Ang. & Paulus de Caſt. ff. de fidejuſſ.* Et hi quidem caſus ſuperiùs enumerati communiores ſunt & frequentiores, de aliis legantur plura apud Portium *dicta concluſ. 41. per totum.* & Socinum *in regula 134. ejuſdemq; ſubnexis fallentiis.*

405 Cæterùm, hoc loco non incommodè dubitari poteſt de quæſtione, quæ tota die apud nos occurrere poteſt, an nimirum fidejuſſor, obligatus ad obſtagium, in eventum non factæ ſolutionis, ſi exigatur alternativè, pro ſatisfactione videlicet crediti, vel pro ingreſſu obſtagii, requiſitus poſſit excipere de priùs executiendo principali? Breviter reſpondetur, eũ audiendũ

non

eſſe, quantumvis *authentic præſente. C. de fidejuſſor.* non fuerit ſpecialiter renunciatum. *text. eſt in c. ex reſcripto. ibi: dedit Monachos & uxorem fidejuſſores. junctis verbis conventionem ipſorum faciatis adimpleri, extra de jurejur.* cùm excuſſio reſpiciat ad executionem in bona obligati, quæ non fieri poteſt, antequam principalis inveniatur non ſolvendo. *authentic. præſente. C. de fidejuſſor.* Obſtagium autem iſto caſu reſpicit arctiorem obſervantiam contractus, per repræſentationem nimirùm perſonæ fidejuſſoris in loco convento, tam diu, donec per fidejuſſorem vel ipſum principalem ſolvatur pecunia debita, & ſic ad implementum repræſentationis perſonæ non intereſt, an reus principalis ſolvendo ſit, nec ne *d. c. ex reſcripto.* Et ita reſpondimus Henrico ab Erbdorff juniori, anno 1583. menſe Martio. Ac ſi quis objiciat, fidejuſſorem in duriorem cauſam, quam reus principalis tenetur, obligare ſe non poſſe. *§. fidejuſſores. Inſtit. de fidejuſſor. l. ſi teſtamento. 49. §. f. l. fidejuſſor. 16. §. qui certo loco. ff. eod.* reſpon-
406 detur, contraria procedere quando interceſſor duriùs, & in plùs ſe obligaret, ſive re, ſive loco, ſive tempore, quàm ipſe reus, per prædicta: Secus eſt, ſi nō plus, ſed arctiùs & efficacius ſe obliget, ut hic. Etiamſi enim principalis obſtagium non promiſerit, ſed ſolus fidejuſſor; tamen idcò non duriùs vel in plùs obligatur re, loco vel tempore, quin is eodem modo poſſit liberare ſuam fidem, per ſolutionē ejus, quod debetur, puta, eodem tempore, eodem loco, eadem re & cauſa, ſicut debitor principalis. Quod autem, in eventum non ſervatæ fidei, vel non ſolutæ ad diem pecuniæ, fidejuſſor ſe obligavit ad obſtagiū, iſtud firmitatem obligationis concernit, ut creditor habeat plures vias reperendi ſuum, ſicut non diverſimodè poteſt fidejuſſor in caſu non ſolutæ in termino pecuniæ, promittere pœnam, quantumvis in perſona principalis nulla fuerit appoſita pœnæ mentio. *gloſſ. l. ſicut. 61. verbo. indiſtinctè. & ibi Ioan. de Imola ff. de fidejuſſ. Alex. in addit. Bart. in l. græcè 8. ff. illud. num. 2. & l. hi qui. 34. eod. tit. Bald. in l. qui crimen 3. num. 18. C. qui accuſ. non poſſint,* Unde Bart. *in l. centum capuæ. 8. num. 9. ff. de eo quod cert. loco.* reſtringit iſtud dictū, quòd fidejuſſor nō teneatur, in plus quàm principalis, reſpectu eorū, quæ principaliter deducuntur in obligationem: Secùs eſt in iis, quæ deinceps, propter videlicet non expeditam creditori ſolutionem, in eventum moræ rei principalis, promittuntur per fidejuſſorem. *Bart. ubi proximè.* Sic pro debitore ſimpliciter obligato per inſtrumentum, contra quod nulla de jure communi proditur parata executio, *l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum 40. ff. de minor.* fidejuſſor in eventum moræ principalis executivè ſe obligare poteſt. *Bart. in l. hi qui. 34. num. 2. ff. de fidejuſſ. Suarezus in l. poſt rem judicatam. 56. in declaratione legis regni. §. viſum eſt num. 7. de re jud. per l. Marcellus. §. fidejuſſor obligari & §. fidejuſſor. de fidejuſſ. & §. fidejuſſor. Inſt. eod. l. ſi Pupillus. 127. in fine verſ. vel ex ſua mora. de verb. oblig.* Eodemque planè modo ceſſat 407 excuſſio, *juxta authent. hoc ſi debitor C. de pignor.* quando creditor via ordinaria vel executiva proſequitur rem, quam Titius ab ipſo conſtituti nomine poſſederat, & in alium alienaverat, inſcio creditore. *Ferrar. in forma lib. reſp. in actio. hypotheca verbo. exceptionem excuſſionis. num. 8.* ubi & *num. 9.* ſubjicit, idem eſſe, ſi principalis bonis ceſſerit. 408 Idemque eſt, ſi creditor agat contra debitorem debitoris ſui. Nam & tunc exceptio excuſſionis non impedit proceſſum adverſus tertium poſſeſſorem. *Ferrar. ubi proximè num. 7. poſt Cynum in l. nomen. 4. num. 3. C. quæ res pign.* ex quo nomen debitoris dicitur eſſe in bonis ſui creditoris, cùm pro eo ipſi competat actio. *l. rem in bonis 12. ff. de acquir. domin. l. qui actionem. 15. de reg. jur.* An verò ex pacto vel ſtatuto executivo detur parata executio contra debitores debitoris noſtri, aut an ſaltem areſtari poſſint, & quæ ſit forma procedendi, de his videantur notata in ſecunda Parte hujus Operis. *cap. 3. num. 490. ibidemq́; 494. cunctis, quæ habentur in tertia Parte hujus Operis cap. 8. num. 40.*

(Ddd) Divisionis vel Epistolae 409
D. Adriani. Hoc differt à præcedente renunciatione, quòd renunciatio beneficii de fidejuſſoribus, concernit exceptionem fidejuſſorum, ipſis competentem, reſpectu principalium reorum, ne ante ipſorum diſcuſſionem exigantur. *d. Auth. præſente.* hoc verò beneficium concernit perſonas plurium fidejuſſorum inter ſe invicem. Regulariter enim ex pluribus fidejuſſoribus unus conventus in ſolidum, rectè ex epiſtola D. Adriani petet, dividi in- 410
ter ipſos obligationem, & quemlibet pro rata ſua exigi. *l. fidejuſſor ſeu mandator. 10. C. de fidejuſſ. l. ſi dubitet. 10. §. 1. l. ſi fidejuſſores. 28. §. idem. & l. inter eos 51. §. f. ff. eod.* quantum-

vis

vis fidejuſſores in ſolidum ſeſe obliga-
rint. *Ferrar. in forma libelli contra plures reos. verb. beneficio novarum conſtitutionum. num. 1.*
& hæc ſententia communis eſt, *prout notat gloſ. in verb. teneatur. §. ſi plures. Inſt. de fidejuſſ. ubi Syl. Aldobrandinus refert, iſtam ſententiam communiter teneri.* Quod & in plurib⁹
reis debendi procedit, qui in ſolidum ſeſe
obligaverunt. *Auth. hoc ita. C. de duobus reis.*
[ut in fidejuſſore indemnitatis. Is enim licet expreſsè renunciaverit, nihilominùs
excuſſionis beneficio uti poteſt, *teſte Rom.*
411 *conſ. 211. n. 2.*] Cæterum hæc omnia accipienda ſunt, quando creditor per viam
ordinariam procedit, exigendo ſolidum
ab uno fidejuſſore: Secùs foret, ſi executivè procedat ex vi nempe ſtatuti, vel inſtrumenti tribuentis creditori paratam
412 executionem. Tunc enim eum ea non
audiretur, *per ea quæ tradimus in quarta parte hujus Operis. cap. 1 num. 115.* Idq; vel multò magis, ſi illi beneficio fuerit renunciatum. *ſecundùm ea, quæ tradit Ferrar. in d. for. libelli contra plur. reos. deben. verb. beneficio novarum conſtitutionum. num 2. in fine.* Quo
caſu unus ex pluribus in ſolidum poterit
exigi, neque juvabitur per Epiſtolam D.
Adriani, cui ſemel renunciandum putavit. *l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pact. c. ſi diligenti. extra de foro compet.* Et in hoc
fraternizat beneficium conſtitutionis novæ de duobus reis, cum beneficio epiſtolæ D. Adriani, quod pluribus fidejuſſoribus competit, ut utamur verbis Hippolyti de Marſ. *in tract. de fidejuſſ. num. 74. & Specul. tit. de renunciat & concluſ. §. finitu. num. 16. 17. & 18.* ubi deſcribit etiam formam
hujus obligationis, qua mediante intelligitur unus pro alio intercedere, quandocunque ſe ultra contingentiam ſuæ partis
obligat. *de qua renunciatione videatur etiam gloſ. d. Auth. hoc ita. C. de duobus reis.* Et per
413 hoc diſſolvi poteſt quæſtio, haud ita diu
mihi de facto propoſita, an videlicet pluribus fidejuſſoribus, obſtagium ingreſſis,
in aliquo diverſorio, quos habita fide de
pretio, hoſpes per annum jam exhibuerat, & alimentaverat unus ex illis, ſatisfaciendo hoſpitis de ſua parte pro expenſis,
liberet ſuam fidem, ita, quòd dominus
hoſpitii ipſum dimittere cogatur, abſque
eo, quòd ſolvat etiam pro ſociis? Si enim
obligarunt ſe in ſolidum, cum renunciatione Epiſtolæ D. Adriani, ſicut unus, ſolvendo partem ſuam in capitali, non liberat fidem ſuã, niſi de quotis etiã confidejuſſorum ſatisfaciat: ita idem eſt in acceſſoriis hujus obligationis, puta in effectu obſtagii, ut inde movere pedem alicui non liceat, niſi pro expenſis tàm ſuis,
quàm aliorum etiam obſtagiatorum &
correorum debendi ſatisfaciat. *argumento l. cum principalis. 178. ff. de reg. jur. & c. accesſorium. extra eod. in 6.* Nec movet, quòd
objici poſſet, pactum cum creditore factũ
non eſſe extendendum ad eum, qui obſides excipit hoſpitio. *l. ſi unus. 27. §. ante omnia ff. de pact.* cum hic agatur de intereſſe non tam hoſpitis, quàm ipſius creditoris, qui pro obſtagio & omnibus iis damnis, quæ inde ſequuntur, habet obligatos obſides, ne videlicet expenſas reliquorum, non ſolvendo exiſtentium, ipſe creditor deinceps in ſe ſuſcipere compella-
414 tur, cùm, ut nunc ſunt mores, creditor, qui
diverſorium alicujus civitatis fidejuſſoribus pro obſtagio intimat, ante omnia cogatur de indemnitate cavere domino hoſpitii, in caſu non ſolutorum per obſides
alimentorum, ſicut etiam in propoſito
creditor ſuam fidejuſſoriam cautionem
hoſpitis fidei, in vicem majoris aſſecurationis, commiſerat.

415 (*Eee*) CEDENDARUM ACTIONUM.
Hoc eſt tertium beneficium pro fidejuſſoribus introductum, quod conventus
in ſolidum, non aliter tenetur ſolvere pro
reo principali, niſi ante omnia ipſi cedantur actiones cum inſtrumentis principalis debiti, ad hoc, ut is habeat regreſſum
ſuum adverſus principalem, ſuosq; confidejuſſores. *l. Modeſtin⁹ 76. l. Stichũ aut Pamphilum. 95. §. ſi creditor à debitore. de ſol. l. fidejuſſ. 17. l. cum is qui. 36. de fidejuſſ. l. cum alter. 11. C. eo. l. Papianus. 28 ff. mandati. l. mandati. 14 ſicut eligendi. 21. C. de fidejuſſ &*
416 *l. ut fidejuſſor. 39. ff. eod.* Quod adeò verum
eſt, ut Dd. præciſè requirant, hanc ceſſionem actionum, vel jurium fieri ante ſolutionem, vel in ipſa ſolutione, ita, quòd poſtea fruſtra petitur ceſſio, *prout de hoc videtur eſſe clarus text. in d. l. Modeſtinus. ibi*: ſi ex
intervallo poſt ſolutum fiat ceſſio, nihil
cum ea ceſſione actum eſt, cùm nulla ſuperfuerit actio. Vult dicere Juriſconſultus: ſolutione ejus, quod debetur, tolli omnem obligationem, neq; referre, quis
ſolvat. *Inſt. quib. mod. toll. obl.* & ita non
reſtare aliquã actionem, quam creditor
in ſolventem, pro regreſſu adverſus confidejuſſores alios transferre poſſit. *d. l. ut fidejuſſor. 39. & l. cum is qui. 36. verſ. nullas jam eſſe, cùm ſuum perceperit. de fidejuſſ. juncta.*

l. ejus qui in provincia. 41. ſi cert. pet. extin-
cta videlicet ſemel obligatione, per ſolu-
tionem ejus, quod debebatur. *l. qui res 98.*
417 *§. aream. 8. de ſolut.* Unde, poſt intervallū
à facta ſolutione fruſtra deinde inſtatur
per ſolventem, pro ceſſione actionum,
niſi tempore ſolutionis proteſtatio vel
pactum interceſſerit, de deinceps facien-
da ceſſione jurium, quæ habet creditor.
*d. l. Modeſtinus verſ. quod ſi ante, & ibi Bart.
num 2. & Ioan de Imol 1 & 3. item Ang. de*
418 *Peruſ 3.* Contrarium tamen innuitur *in d.
l. cum is qui. 36. de fidejuſſ.* ubi per modum
dubitandi movet J C. an creditor, qui ab
altero fidejuſſore ſatisfactionem accepit
deinceps teneatur aut poſſit actiones præ-
ſtare? Et poterat, inquit, dici, nullas jam
eſſe, cùm ſuum acceperit, ſed non eſt ita,
quia non ſimpliciter in ſolutum accepit,
ſed quodammodò nomen debitoris ven-
didit, adeò, ut fidejuſſor ſolvens ſaltem
habeat actionem ex empto, quandocunq;
contra creditorem, ad hoc, ut ei præſtet
actiones. *d. l. cum is qui, & ibi gloſ. verſ. &
adeò,* ubi inquit: quantumvis apud ceden-
tem actio ſit inutilis, tamen utilis erit ei,
cui ceditur, adeoque creditor etiam in-
vitus, & poſt ſatisfactionem, per actionē
ex empto compelletur cedere fidejuſſori
ſolventi ſua jura, cùm cæterorum fide-
juſſorum & principalis reſpectu, ea jura
eviſſe intelligatur. *l. fidejuſſoribus. 17. ibi.
vendere cæterorum nomina. & l. ſi debitor 10.
ibi non ſemper eſt facilis nominis emptio. ff de
fidejuſſ.* Et habetur alibi, quod pretium
magis mandatarum actionum ſolutum,
quam actio, quæ fuit perempta videatur.
d. l. Modeſtinus, 76. de ſolut. ubi Ang num 7.
419 *& Paul. de Caſtr. 6.* Et, quòd ſolvens poſ-
ſit etiam poſt intervallum adhuc cogere
creditorem, ad cedendum ſibi actiones,
hæc ſententia communis eſt, *ſecundùm Ra-
phael. Cuman. in d. l Modeſtinus. num. 3. &
optimè facit d. l. cum is qui verſ ſed non eſt ita.*
410 Nec tamen ignoro, non deeſſe, qui velint,
quòd fidejuſſor ſolidum ſolvens, adver-
ſus confidejuſſores, etiam abſque ceſſio-
ne actionum impetrata à creditore, quod
expoſuit, recuperare poſſit, ſaltem per a-
ctionem mandati contrariam, ex quo
plures fidejuſſores non tantùm pro prin-
cipali debitore, ſed etiam inter ſe invi-
cem fidejubere intelliguntur. *ſecundùm
Cynum in l. 1 num. 2 C. de duobus reis. ac facit
l. reos. 11. in p. juncta gloſ verb. accipi. ff. eo.
& §. 1. verb. alterna fidejuſſione. Authen. de
duobus reis. colla. 2. & §. ſi quid autem. juncta
ibi gloſ. verb mandati judicium. Inſtit. de fide-
juſſ.* aut, quòd ſaltem negociorum geſto- 421
rum actio competat ſolventi pro aliis,
cùm aliorum negocium, ſolvendo vide-
licet eorum partes, utiliter fuerit geſtū,
& ea ſolutione alii fidejuſſores à credito-
re ſint liberati, *prout habetur in l. cum pecu-
niam. 43. & l. quæ utiliter. 45. §. Titius. 2.
ibi: æquum eſt, in damno eum non verſari. de
neg. geſt ac concordat gloſ l. creditor. 2. verb.
jurare. C. de duobus reis. cum l. ſi in rem com-
munem. 12. ibiq; gloſ. verb. in ſolidum C. ſi cert.
pet.* Sed non diſcedo à communi ſenten-
tia, quòd videlicet, abſq; ceſſione actio-
num, nulla competat fidejuſſori ſolventi
ſolidum, actio contra alios fidejuſſores,
*propter textus inevitabiles in d. l. ut fidejuſſor.
39. & l. cum is qui 36. ff. de fidejuſſ & l. cum
alter 11. C eod. tit.* [Quia inter confide-
juſſores, nulla eſt obligatio: Ergò quoq;
nulla actio.] Nec obſtant contraria præ- 422
memorata, quia loquuntur in pluribus
correis debendi, qui in hoc ſunt magis
privilegiati, quàm plures fidejuſſores, il-
lis enim triplex remedium inter ſe ipſos
proditur. Unum eſt beneficium Epiſtolæ
D. Adriani, ſecundum, cedendarum actio-
num, tertium, quòd habent utilem actio-
nem, etiam abſque ceſſione *gloſ. l. cum
alter 11 C de fidejuſſ. per l. 1. §. nunc tracte-
mus juncta ibi gloſ ff de tutel. & rationibus
diſtrah. & l. 1. C de duobus reis.* Fidejuſſo- 423
ribus autem, etſi prima duo beneficia
cum pluribus tutoribus vel correis com-
munia ſunt: tamen tertium denegatur,
hoc eſt, ſi ipſis non fuerint ceſſæ actio-
nes, non poſſunt, quod erogarunt, ab aliis
ſaltem confidejuſſoribus, recuperare. *gl.
d. l. cum alter verbo non competit. & Ronche-
gallus in l. reos. 11. num. 55. ff. de duobus reis.
gloſ. verb. in ſolutum, d. l cum is. 36. de fide-
juſſ* & dico notanter, fidejuſſori ſolventi
nullam eſſe proditam actionem pro re-
petitione portionum, quas pro aliis expo-
ſuit, contra fidejuſſores, ut excludi intel-
ligatur repetitio à principali, contra quē
ipſi prodita eſt mandati actio. *l. ſi manda-
vero ibi. 22 ff. mandati. l. fidejuſſor 46. ubi
notatur de fidejuſſ §. penult. Inſtit. eod. tit.*
Quæ tamen ceſſio jurium, prout ſuprà 424
monuimus, non ita reſtringenda eſt, quòd
videlicet vel ante ſolutionem, vel in ipſa
ſolutione, vel in continenti poſt, præcedē-
vel proteſtationem ſubjici neceſſe ſit, ſed
ſufficit ex intervallo etiam fieri, adeò, ut

nulla

nulla præmiſſa reſervatione ceſſionis, fi-
dejuſſor, etiam pòſt ſolutionem, compel-
lere poſſit creditorem, ad cedendum ſibi
actiones, intentata videlic. contra ipſum
actione ex emto, ad tradendum ſua jura,
quia talis fidejuſſor, quaſi emptor nomi-
nis eſt, adeoque creditor tenetur quando-
cunque cedere ſua nomina & jura, fide-
juſſori ſolventi ſolidum. *d. l. cum is qui verſ.*
ſed non eſt ita. juncta l. emptor. 5. l. ex nominu.
8. C. de hæred. vel act. vend. Qua ceſſione
impetrata, patet ei regreſſus, ſive adver-
ſus debitorem, ſive etiam adverſus confi-
425 dejuſſores, *per ſuperiùs dicta.* Minus urget,
quod opponunt Dd. ſolventem intelligi
feciſſe ſolutionem pro ſui exoneratione
tantùm, (eùm propter renunciationem
beneficii diviſionis in ſolidum obligatus
fuerit) non etiam pro aliis. Quia antece-
dens negatur, cùm non præſumatur fide-
juſſor ſolvens, voluiſſe ſuis confidejuſſo-
ribus ipſorum ratas, quas pro iis ſolvit,
donare. *l. 1. §. quoties verò. & l. Et magis quod*
426 *meo. 4. de ſolut.* Ex quo donatio nunquam
præſumitur, ubi alia conjectura capi po-
teſt. *Bart. in l. ſi cum aurum. 50. num. 2. de*
ſolut. ac notant Cyn. & omnes in l. falſus. 19. C.
de furtu. An autem fidejuſſori in ſolidum
exacto, actiones etiam in ſolidum, vel pro
rata cujusq; confidejuſſoris, cedi debeant,
videantur, quæ tradentur in 2. Parte hu-
jus Operis *cap. 2. num 12. 13. & 14. cum*
ſeqq. Cæterùm, hac opinione retenta pro
vera, quòd, absque ceſſione ſolventi ſo-
lidum, ne quidem utilis negociorum ge-
ſtorum, pro repetitione pecuniæ ſuæ, pro-
dita ſit actio, vix eſt reſpondere *ad l. cum*
pecuniam. 43. de neg. geſt. niſi dicamus, quòd
ibi negociorum geſtorum planè nun tan-
427 gebat cauſa, cùm ipſe neque civiliter, ne-
que naturaliter fuerit obligatus credito-
ri, nimirùm, ſi quòd expoſuit pro debito-
re & quidem abſente ac ignorante, repe-
tit negociorum geſtorum actione, cujus
diverſum hîc eſt in fidejuſſore, exacto in
ſolidum ex ſua propria obligatione. Nec
obſtat, quòd diximus, ideò denegari ſol-
venti pòſt ſolutionem petitionem ceſſio-
nis actionum adverſus creditorem, quòd
ſolutione debiti ſublata fuerit omnis ob-
ligatio. *Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princ.*
428 Quia id verum in perſona creditoris, qui,
cùm recepit ſuum, inutiliter denuò a-
cturus eſt, eò quòd bis idem petat. *l. bo-*
na fides. 57. de reg. jur. cum l. qui bis idem. 18.
de verb. oblig. Secùs eſt in actione ceſſa.
Eam enim utiliter exercet ceſſionarius,
ad recuperandum, quòd pro aliis expo-
ſuit. *ita ſolvit gloſ. in verb. competit. in fin. d.*
l. cum alter. per l. Stichum. 95. §. 2. ver. ali-
quando ff. de ſolut. Supereſt tantùm adhuc 429
unus caſus, in quo fidejuſſor ſolvens, et-
iam absque eo, quòd impetret actionum
ceſſionem, poteſt recuperare, quod ex-
pendit, vel à principali vel à fidejuſſori-
bus, puta, ſi in inſtrumento renuncietur
beneficio cedendarum actionum. Hunc
notabilem effectum tradit Hippol. de
Marſil. *in tract. de fidejuſſ. num. 28 verſ. ſi tan-*
tum. & num. 29. Et, quòd beneficio ceden-
darum actionum poſſit renunciari, teſti-
ficatur etiam Jacob. de Butrigar. *in tract.*
renunciationum verb. beneficio cedendarum.
Et hæc quidem, quæ diximus de renun-
ciatione prædictorum trium beneficio-
rum, quod videlicet excludant deinceps
renunciantes ab ipſarum oppoſitione,
veriſſima ſunt & indubitata. Sed an idem
etiam operetur renunciatio generalis o- 430
mnium jurium, exceptionum, & benefi-
ciorũ, quomodolibet fidejuſſoribus com-
petentium, hæc diſputatio multorum in-
genia magnoperè exercuit. Voluerunt
enim aliqui, hanc renunciationem gene-
ralem ſufficere, eùm illa generalitas ex-
tendatur ad omnia. *Nicol. Boër. conſ. 30.*
num. 13. per textum *l. pluribus. 7. de accep.*
ubi in generali acceptilatione intelli-
guntur acceptilatæ omnes ſtipulationes,
etiam plurium ſummarum; niſi aliud in-
ter partes ſit actum. *Idem tradit Salic. in l.*
age cum Geminiano. 3. & l. ſub prætextu. 19. &
l. ſi de ſecta. 31. per illos text. C. de tranſact. l.
emptor. 47. §. Lucius. 1. ff. de pact. l. Aquil. 4. de
tranſact. Ubicunq; n. generalitas per me- 431
dium aliquod habile verificari poteſt, ge-
neralitas illa in qualibet ejus ſpecie ope-
ratur. *Everh. in ſuis top. loco à generalita. in*
pr. per d. l. emptor. 47. §. Lucius 1 juncta ibi
gloſ. Hinc eſt, quòd Baldus dehortetur
contrahentes à verbis generalibus. *Bald.*
in l. pactum dotali. 3. num. 11. C. de collation.
ne videlicet, effuſo ſermone utentes, in
promptum incidant periculum. *l. fin. C. de* 432
dot. promiſſ. Tantundem enim operatur
generalis diſpoſitio, quo ad omnia, ſub
genere illo contenta, quàm operatur ſpe-
cialis, quo videlicet ad ſpecies, per expreſ-
ſum enumeratas. *l. ſi duo. 52. circa finem ibi:*
quantùm facit in totum denegata, tan-
tùm valet, ſi in ea re, qua de agitur, dene-
gata ſit. *de admin. tut. l. quæ de tota. 76. de rei*

vind. l. ſi chorus.79. in princ. de leg. 3. l. omnes, 4. in pr. C. de præſcript. 30 an. Et per hanc regulam inferebat Franc, de Aret. quòd fidejuſſures, renunciantes omni beneficio, quud pro ipſis facere poteſt, vel, per quod promiſſio per eos facta impediretur, aut aliter effectum non ſortiretur, excludat omnia & ſingula beneficia, pro fidejuſſuribus prodita, & ſuperiùs enumerata, non minùs, atque ſi omnibus & ſingulis in ſpecie renunciaſſent. *Aretin. conſ. 33. incip. conſultatio præmiſſa & cauſa. num. 13. per allegatam l. ſi duo. & Alexand. conſ. 68.*
433 *num. 8. vol. 5.* Et, quòd per renunciationem generalem omnium exceptionū & beneficiorum, renunciantibus competentium, excludatur exceptio, nun tantùm excuſſionis principalis debitoris, ſed etiā diviſionis, item cedendarum actionum, eradit Imola *conſ. 46. incip. in caſu præmiſſo ante omnia & latè And. Tiraquell. in l. ſi unquam. 8 in præfat num 121. C. de revocand. donat. ubi etiam num. 117. refert iſtam ſententiam communi Dd. calculo approbari. Quod & teſtatur Iaſon in d. l. ſed & ſi quis. §. quæſitū. num 14 verſ. conſidera. & verſ. quia attenta. & num. 15.* Ac certè ſi proprietatem & generalitatem verborum inſpiciamus, quæ aliàs fruſtrà viderentur adjecta, niſi prædicta etiam beneficia in iis continerentur. *arg. l. ſi quando. 109. de legat. 1.* hæc opinio, ſicut communior, ita etiam de jure fortè verior eſt. *per l. fin. ubi gloſſ. notat. per illum text. verbo. omniq; alii auxilio. C. quand. mul. tut. off. fungi poſ.* Con-
434 trarium tamen, quòd videlicet generalis renunciatio non ſufficiat, ſed requiratur ſpecialis enumeratio eorum beneficiorum, quibus quis intendit renunciare, amplectitur Decius *conſ. 37. incip. & pro virili. num. 1.* ubi dicitur: quòd non ſufficiat generalis renunciatio per clauſulam: renunciamus omni auxilio juris, ſed requiritur ſpecialis renunciatio; & ſcriptum reliquit Romanus, quòd fidejoſſor, qui promiſit ſolvere ſine aliqua exceptione, per hoc non intelligatur renunciaſſe beneficio. *Auth. præſente. Roman. conſ. 211. incip. allegationes. num. 2.* Quia, ſecundùm eum, talis renunciatio exceptionum, intelligitur de frivolis, non autem de legitimis, prout concludunt. *Bart. in l. 1. §. parvi. num. 3. ff. quod vi aut clam. ac fac. pro hoc c. ex parte. extra de offic. deleg. c. ut debitum. de appell. & l. 1. §. interdum. ff. à quibus appell. non lic. cum l. fin. C. de ſent. & in-*
435 *terloc.* & quod per illam generalitatem renunciationis, non excludantur illa remedia, pro fidejuſſoribus ſpecialiter prodita, puta, diſcuſſionis, diviſiunis, & cedendarum actionum, niſi ſpecialiter & expreſſim illis renunciatum fuerit, aut, aliquibus in ſpecie enumeratis, ſequatur generalis clauſula: & omnibus aliis, illud tenet Panorm. *in d. c. ex parte a. num. 5.* & addit rationem Felinus, quòd videlicet generalitas renunciationis non tollat illam defenſionem, quæ competit ex natura ſubjectæ materiæ, prout ſunt, exceptio cedendarum & ſimiles. *Felin. d. c. ex parte. num. 12.* Et hanc ſententiam communem eſſe teſtatur Joan. de Imola. *in d. l. 1. §. quæſitum. num. 15. & 19. ff. quibus appell. non licet*, & quòd beneficio cedendarum actionum, per generalem renunciationem non intelligatur derogatum, ſed requiratur ſpecialis renunciatio, ſequitur etiam Decius *in d. c. ex parte. num. 19. poſt poſt Romanum. conſ. 472. circa finem.* licet ad iſta contraria facilis ſit ſolutio, quòd autoritates hic adductæ loquantur de ſtatutis, item reſcriptis Principum, quorum generalitas meritò reſtringenda eſt ad legum limites: niſi manifeſte conſtet, diſponentes aliud voluiſſe. Secùs 436
eſt in contractibus partium, tunc enim fit interpretatio contra eum, qui potuit legem apertiùs praſcribere. *l. veteribus. 39. ff. de pact. l. quicquid aſtringendæ. 99. de verb. oblig. l. 3. §. in hoc de negoc geſt.* verùm pro ſententia poſteriore facit etiam illud, quod nemo intelligatur renunciare juri, quod veroſimiliter ignorat. [& ob hoc nun extenditur ad inco- 437
gnita, ſeu ignorata.] *l. mater decedens. 19. de inoff. teſt. l. qui cum tutoribus 9. & l. Aquiliana de tranſact.* ſive renuncians ſit fœmina, cui leges ignorare impune licet. *l. fin C de juris & facti ignor.* ſive maſculus, cui, ut maxime nun patrocinetur juris ignorantia in compendiis vel lucris: tamen in damnis vitandis excuſat, *l. ſed etſi me pute. 22. ff. de condict. indeb. & l. error facti 8. §. 1. de juris & fact. ignor. Ferrar. in form libelli contra plures reos debendi. verb. aliisq; omnibus legib. n. 1. & 2.* Cui tamen poſteriori moti- 438
vo ipſi quoq; reſpondent contrariæ opinionis aſſeclæ, illud procedere, quando de beneficiis renunciationum nulla fuit facta mentio, vel in genere vel in ſpecie: Secùs, ſi de remediis in favorē renunciantiū etiam maritū introductis, vel ſpecialiter vel generaliter actum eſt, tunc enim ſufficit, renunciantem in genere cogitaſſe de be-

de beneficiis ſibi competentib', *ita reſpondet Aretin. dicto conſ. 33. n. 13. per l. ſub prætextu. 19. ubi notat Bart. C. de transact. ac fac. l. qui jure militari. 7. ff. de teſtam. mil. & notat Bart. in l. etiam. 29. in fin. de minor.* quantumvis ad hanc rationem de renuncia-
439 tione beneficiorum in genere cogitata,
etiam pateat alia ſolutio, quòd videlicet hujusmodi renunciationes generales, ut plurimùm apponantur inſtrumentis obligationum, cum modica deliberatione, & ſæpiùs magis ex conſuetudine notariorum, quàm, quòd ita inter partes ſic conventum. *Ang. conſil. 253. incip. Domina Antonia col. pen. Decius conſ. 399. num. 5 pòſt Salic. in l. 2. quæſt. 19. C. de jure emphyt. ubi*
440 *dicitur: quòd illæ clauſulæ apponantur à notariis, partibus ſæpè non intelligentibus, quod agatur. Idem teſtatur & Gozadinus conſ. 80. num. 15. poſt Bart. in l. 2. quæſt. 6. in fin. ff. de jure codicill. quod Bartoli dictum communiter approbatur, teſte Decio in conſ. 394. num. 8 ac tradit Tiraquellus in l. ſi unquam. 8. num. 126. C de revoc. donat.* Quod eo ipſo præſumitur, niſi ex præambulis contractus in inſtrumentum redacti appareat de partis debitricis expreſſa renunciatione. Et hoc facit ad diſſolutionem quæſtionis huic Dicaſterio non ita dudum propoſitæ; ubi plures correi debendi, qui & fidejuſſores ſe nominabant, expreſsè fuerant proteſtati, quòd ſinguli tenerentur tantùm pro ratis portionibus, notarius autem, qui rogatus fuit de iſto contractu conficere inſtrumentum, appoſuerat in fine clauſulã renunciationis de Epiſtola D. Adriani, reſpondimus de jure, iſtam clauſulam pro non adjecta haberi. *l. 1. & per totum C. plus valere quod agitur.* Quantumvis enim notarius, etiam de eo non rogatus, poſſit cõtractui, quem redigit in inſtrumentum, ſolitas clauſulas apponere. *Paul. de Caſtr. in l. 3. num. 5 ff de jur. ad. om. jud. Bart. in l. de dic. 8. in princ. qui ſatisd. cog. Alex. in l. ſi finita. num. 15. 2. de dam. infect. per l. ſi pignore. 22. §. fin. de pign. act. cum l. fin. C. de fidejuſſ. ac latè Felinus in c. ex literis num. 11. & 12. extra de fide inſtrum.* & tradit Rolandin. de officio tabellionatus; *rubrica de quatuor requiſitis in Notario inſtrumentorum, verſ. in ultima verò quæſtione*, quod ab hac opinione non eſſet recedendum, in judicando, *ſecundùm communiter Canoniſtas*: tamen Bart. *in l. hæredes palam. 21. §. in teſtamentis ff qui teſtam. fac. poſſ. l. ſciendum. 30. de verb. oblig. item Nicolaus de Matar. in rub. C. de fide inſtrum.* contrarium tenent, & addit Paulus de Caſtro *in d. §. in teſtamentis.* hanc poſteriorem opinionem eſſe communem, *quam refert concluſivè etiam Rolandinus in loco præalleg.* Poteſt etiam in terminis propoſiti noſtri reſponderi, quod prior opinio procedat eo tempore, quando contractus adhuc eſt in fieri, ita ut tenor obligationis partibus utrimque præſentibus prælega-
tur, ab iiſq; comprobetur. Secùs eſt, ſi 441
pòſt perfectum & hinc inde conſummatum contractum, circa ſuam extenſionem, velit clauſulas, aliter apponi conſuetas, adjicere, quarum nulla fuit in contractu facta mentio, *Hippol. de Marſil. in ſing. 123. num. 3. pòſt Andr. de Barbatia in c. 2. num. 2. extra de precario per l. apud Celſum. 4. §. in hac. 17. verſ. ſiquidem ex peculia-*
ri. ff. de doli excep. ex quo pauci tabellio- 442
nes ſunt, qui intelligunt effectum renunciationem, quæ crebrò ſunt de apicibus juris. *Bald. in rub. C. de revoc. quæ in fraud. cred.* ſicut nec alias juris clauſulas, quas ponunt in inſtrumentis. Quia ſunt ut pica, vel gallus pſitacus, qui ſtant in palatio Dominorum & loquuntur ſine intellectu *Ludovic. Rom. ſing. 51. num. 2.* ideoque eorum ruditas & inſcitia non debet eſſe præjudicialis partibus. *Bald. in l. fin. nu. 3. C. de fidejuſſ.* & vulgatum eſt illud, quòd ex clauſulis & pactis extraneis, quæ tendunt ad illaquendum & gravandum debitores, inducitur fraudis & doli mali ſuſcipio. *Capolla de ſimula. contractib. præſumpt. 8. & 9. num 47. & 48.* Unde tradit cautelam Hippol. de Marſil. *in tractat. de fidejuſſ. num. 36.* quòd judex ex officio interroget notarium, an ipſe intelligat effectum illarum clauſularũ, ac ſi reſponderit ſe neſcire, tales clauſulæ nullius erunt momenti, *cum quo tranſit etiam Chaſſanaus in conſuetud. Burgund. rub. 5. §. 2. n. 2.* [Quia nemo poteſt aliũ certum reddere de eo, quod ipſe ignorat, *Alber. de Roſ. in l. fin. §. ſi mulier. ad SC. Vellejan*] pro quo & illud movet, quod ſcriptum reliquit Tiraquellus *in l. ſi unquã 8. in præfatione, n. 172 C. de revoc. don.* quòd appoſitio clauſulæ inſtrumenti circa extenſionem alicujus inſtrumenti nihil habeat momenti, *per ea quæ tradit Iohan. Franciſc. Ripa in l. centurio. 15. n. 82. ff. de vulg & pupill. cum aliis ibidem adductis. Et idem Tiraquell. d. l. ſi unquam. 8. in præfatione nu. 126.*
Pro quo & illud movet, quòd renuncia- 443
tiones ſint ſtricti juris, in iiſque non veniant, niſi quæ ſunt expreſſa. *Dec. conſ. 52. incip. viſa inſtructione. n. 21. & 22. & conſ. 460. incip. viſo puncto. n. 6. Iaſ. in l. poſtquam liti 4.*

num 10 C. de pact. ac facit c. ſanè. c. conveniens. extra de renunciat. Et Guido Pap. decidit, renunciationes generales non valere, niſi beneficia, quibus renunciatur, ſpecialiter exprimantur. *Guido deciſ. 367. num 1.* Pro qua ſententia videtur etiam militare text. apertus *in l. ſed & ſi quis. 4. §. quæſitũ. 4. ſi quis caution.* ubi dicitur: ita demùm conventionem, de non opponenda aliqua exceptione, valere, ſi ſpecialiter cauſæ exceptionum expreſſæ ſunt, quibus à promiſſore ſponte renunciatum eſt, *ac facit l. 1. in fin. ibi. fidejuſſor pro non dato habetur, niſi ſuo privilegio ſpecialiter renunciaverit, ſi quis in jus voc. non ierit. l. debet. 7. §. item ſi Nautæ caup. ſtabu. l. non ſolùm. 39 in fin. l. Pomponius. 40. in p & l. qui duo 47. de procur. l illud. 25. §. ſi tales. de minor. l. negocium gerentes. 22. C de negot. geſt. & §. ſoluto ibi: aut moriens non expreſſim. Auth. de nuptiis colla. 4* Et hæc ſententia, quòd videlicet renunciatio exceptionum generalis non excludat renunciantem à propoſitione ſpecialium beneficiorum ſibi per jus indultorum, ſecundùm Tiraquellum, tutior & humanior eſt. *Tiraquell in præfat. d. l. ſi unquam 8. num. 132. C. de revoc. donat. & ſequitur Specul in tit. de renunciat. & concluſ. in §. ſinitis num. 7. verſ. tertii dicunt. & num. 15.* Eamque fuit amplexus Elector Saxoniæ Auguſtus in ſuis novellis conſtit. *parte 2. art. 17.* ubi diſponit. Daſs in ſolchen Fällen eine ausdrückliche Verzicht/ vñ ſpecificirte Renunciation erfordert werde.

Et ſecundùm hanc poſteriorem ſententiam, donec deciſionibus cauſarum, in hoc territorio & Scabinatu Thuringiæ interfui (quod ab hoc tempore retrò cõputandu ad 27. annos ſe extendit) ſemper judicavimus: niſi fortè partes, non utendo quidem renunciatione ſpeciali privilegiorum in forma conſueta, verbis tamen uſi ſint in effectu idem importan-
444 tibus, puta: Wenn ſie ſich verſchreiben nicht alleine ſämptlich vñ ſonderlich/ Sondern verſprechen darneben/ daſs einer vor alle/ vnd alle vor einen zahlen/ vnd ſich keiner mit dem andern behelffen ſolle/ ſubjecta renunciatione generali omnium beneficiorũ ſibi competentium Tunc enim, quia de intentione partium conſtat, quod videlicet unus ſolvat totum, ſi illud ita ſederit creditori, renunciando ſimul beneficiis competentibus, non attenta forma verborum, talis renunciatio generalis habetur pro eâ, ac ſi ſpecialiter privilegio diviſionis, irẽ excuſſionis fuiſſet renunciatum, *per l. 1. C. de formulis & impetrat. ſublat. l. fin. C. de his qui in eccleſia manumit. l. quoniam. 8. C. de teſtam. l. ne in arbitru. 4. §. fin. C. de recep. arbit.* ita reſpondimus de jure Georgio à Rotleben, menſe Decembri anno 1575. rationem hujus fallentiæ expediam in ſecunda limitatione.

Fallit itaque ſecundò, quòd diximus, 445
requiri ſpecialem renunciationem illorũ trium remediorum, quæ pro fidejuſſoribus ſunt prodita, ut procedat, quando ſaltem ſenſus recti ſermonis, vel in genere, vel in ſpecie hominem ſanæ mentis & rectæ rationis, in eam cogitationem probabiliter adducere potuit, de quorũ remediorum renunciatione fuerit actũ, puta, ſi ſit renunciatum exceptionibus & privilegiis, quæ pro fidejuſſoribus introducta; tunc enim quantumvis in ſpecie unum & alterum non fuerit expreſſum, tamen ex quo, facta ſaltem relatione ad beneficia fidejuſſoribus prodita, renunciatio aliàs nullum ſortiretur effectum, ideò deinceps cum illis exceptionibus, cedendatum, diviſionis aut excuſſionis, quibus ſaltem in genere renunciaſſe in-
te ligitur, ampliùs audiendus non eſt. *De-* 446
cian in l. fin. num 20. ff ſi cert. pet. ubi in fine ſubjungit, renunciationem generalem per illa verba: renunciamus beneficiis fidejuſſorum, excludere remedium diviſionis, quantumvis in ſpecie de illo nihil ſit actum. Quod idem etiam tenet Speculat. *in tit de fidejuſſ. §. 1. num. 5. & Phil. Corneus conſ. 109 incip. viſo num. 1. vol. 1. ubi tamen loquitur de fidejuſſore indemnitatis, quo de paulò poſt latiùs Et ita concludit Aret. conſ. 33. num 7. 8. 10. & 13. Rom. conſ 472. Bart. in d l. ſed & ſi quis. § quæſitum. num. 1. Paul. de Caſtr. 4. Alex 11. ff ſi quis cau. io. & Corneus conſ. 199 incip. viſo. vol 6.* ac latè probat D. Weſenbec. *conſ 10. num. 28.* ubi addit: præmemoratam generalitatem habendã eſſe pro ſpeciali renunciatione, ita, ut omnia remedia, ad quæ, ſalva ratione recti ſermonis, extendi poteſt, complectatur, addendo, hanc eſſe communem concluſionem omnium Doctorum *in d. §. quæſitum.* & ex hoc fundamento aliquando conſului contra quendam fidejuſſorem, qui ſe obligaverat pro principali debitore, renunciando ſimul omnibus jurium beneficiis, in gratiam fidejuſſorum introductis, & in primis erroris calculi, non numeratæ pecuniæ, ad marginem ſimul addendo: excuſſionis & diviſionis, ſubjungendo, Er wolte ſich mit dem Principalen nicht

ſen nicht ſchützen/ ꝛc. Etſi enim ab hæredi-
bus fidejuſſoris propnnebatur, eam apo-
ſtillam marginalem non in ipſo tempore
contractus, ſed poſt intervallum, ſine vi-
delicet conſenſu contrahentium appoſita
fuiſſe, & quidem diverſo atramento, ta-
men quia hæredes non negabant, eam
quoque additionem fuiſſe de manu No-
tarii, qui confecerat inſtrumentum, re-
ſpondi per exceptionem *Authen præſente*:
heredes ſe defendere non poſſe: primum
ea ratione quod marginalis additio de re-
nunciatione excuſſionis idem planè de-
terminabat, quod ſeries literæ in medio
poſitæ, per prædicta, *ſecundùm Bart in l fin.
§. cum autem num. 3. C. de edict. divi Hadr.
toll. pòſt gloſ. in c. cum venerabilu. extra de re-
ligioſ. domibus. Eamq; ſententiam probant &
ſequuntur Panormit. in c. ex literis num 4. ibiq;
Felin. num. 14. in verbis: niſi intellectus. quem
ſonat raſura vel additio, neceſſariò ſurgeret ex*
447 *præmiſſis. extra de teſtam.* Idemque cenſent
procedere Dd. ſi ex ſcripturæ compara-
tione fides fiat, illam additionem margi-
nalem vel interlineaturam eſſe de manu
prætenſi Notarii ſcriptam. *Aymon Cravetta
conſ. 88. num. 4. part. 1. Paul. de Caſtro conſ.
131. num. 1. 2. & 3. vol. 2. & addit Cravetta
ubi ſupra num. 4.* quòd iſti aſſimilationi vel
comparationi literarum credatur, quaſi
tempore contractus intervenerit, niſi
pars adverſa contrarium docuerit. *Bart.
Sotin. conſ. 94. num 3. 4. & 5. Alex. conſ. 59.
num. 5. & 6. vol. 2.* & reſpondet Aymon
Cravetta ad aliam objectionem de diver-
ſitate atramenti, quam movet *Curt. jun in
conſ. 52. ad fin.* quaſi inde reſultet ſuſpicio
falſitatis, quòd nec illa etiam viciet, *Cra-
vetta d. conſ. 88. num. 7.* tùm, quia manus
eſt eadem, tùm quia Curtius, ſecundùm
ipſum loquitur ſine lege, *& idem ante Cra-
vettam tenuit etiam Socinus d. conſ. 94 num. 8.*
448 *vol. 1.* Illuſtriſsimus tamen Saxoniæ Ele-
ctor in novellis, ubi ſuprà, diſponit, quòd
ne quidem renunciatio generalis benefi-
ciorum pro fidejuſſoribus introductorũ
excludat fidejuſſores ab exceptione *d.
Auth præſente*, vel epiſtolæ D. Adriani *par-
te 2. conſtit. 17.* Quæ quidem conſtitutio in
Electoratu meritò obſervatur, licet in his
& vicinis provinciis contrarium pronun-
cietur.
449 Fallit tertiò, ſi aliquibus remediis fide-
juſſorum in ſpecie enumeratis, ſubſequa-
tur generalis clauſula: quòd prædictis o-
mnibus, & quibuscunque aliis beneficiis
fidejuſſor renunciet, talis enim renuncia-
tio quantumvis generalis, æquiparatur ei,
ac ſi in ſpecie de uno quoq; remedio no-
minatim dictum fuiſſet. *gl. verbo ſpecialiter.
in d. l. ſed & ſi quis. § quæſitum verſ. Bulgarus
autem dixit Quod etiam firmat D VVeſenbec.
conſ. 10. num. 28. verſ. conſtat enim quoties. fa-
cit §. præterea igitur. Auth. ut ſine prohibitione
matres deb. coll. 5. ac ſequitur Hippol. de Marſil.
de fidejuſſ. num 30. & 35.* & probat hanc re-
ſtrictionem Dominus Elector Auguſtus
in allegata conſtit. 17. part 2. Novellarũ.
Quartò fallit, quod attigimus, ſpe- 450
cialem renunciationem omnium bene fi-
ciorum in perſonis fidejuſſorum interve-
nire debere, ad hoc, ut poſtea quis cum
ſuis exceptionibus non audiatur, in fide-
juſſoribus indemnitatis, qui promittunt
ſolvere omne id, quod creditor a princi-
pali debitore conſequi vel exigere non
potuerit. Is enim fidejuſſor, ſive genera-
liter, ſive ſpecialiter, & expreſſe renun-
ciaverit beneficio excuſſionis, nihil ta-
men prohibet, quin adhuc objicere poſ-
ſit remedium *d. auth præſente. C de fidejuſ-
ſor. ita Decius in l. ſi ero 18. num. 10 per illum
textum, ibidemq; Iaſ in § principii. & num 1.
Alex. 10 & 11. ff ſi cert pet pòſt Bart. in l. 1.
num. 1. & 2. C. de conven fiſc deb. lib 10. &
idem Bart. in l. quæro. 54 num. 2. ff. locati.
Bal. in l. 1. C. de revocand quæ in fraud. cred.
Salic. in l. 1. num. 5. C. quod cum eo qui in al-
terius & in l. 2 C. ſi mater indemnitatem pro-
miſ & l 1. C. de fidejuſſ. tut Bal. in l ſi pro eo
16 quæſt. 12. C. mandati ac facit l. imperatores.
9. § fin ff de admin. rer. ad civitat. pertin* cum
iſtud inter partes tacitè videtur actum,
quòd fidejuſſor id demùm promittat, 451
quantò minùs à Titio debitore exigi po-
terit. *Alex. conſ. 6 num 24. & 28. vol. 7. Rom.
conſ. 211. incip. allegationes per tot. & latè
Chaſſian in conſ. ctud. Biturienſ rub. 1. §. 6.
num. 26. & rub. 5. & 2 num. 11.* Et hæc ſen-
tentia communis eſt, *atteſtante Emanuele
Suarezo in theſauro recept. ſentent. num 38 in-
cip. fidejuſſor indemnitatis* adeò, ut extendat
iſtud dictum etiam ad fidejuſſionem jura-
tam. *Suarez. in communib. ſententiis.
num. 139. & attigimus ſuprà
num. 274.*

Explicit prima Pars, cum laude Dei.

SUMMARIUM CAPITIS I.

1. Iudicis aditio regulariter in omnibus proceſſibus executivis neceſſaria eſt.
2. Executio non poteſt fieri, etiam per ſervitorem publicum: niſi ad mandatum judicis.
3. Executio parata requirit aliqualem cauſæ cognitionem.
4. Executor merus non habet cauſæ cognitionẽ.
5. Officium publicum bonæ fidei præſumptionem inducit.
6. Executio petenda eſt coram ordinario & competenti judice Rei.
7. Iudicis incompetentis exceptio impedit paratam executionem.
8. Sequeſtratio rerum debitoris petenda eſt coram judice ipſius conventi.
9. Donatio inutiliter inſinuatur coram incompetenti judice.
10. Iudicem incompetentem qui adit pro cauſa criminali, cadit cauſa.
11. Probationes, coram incompetente judice factæ, ſunt nullæ.
12. Incompetentiæ exceptio & ante & poſt executionem opponi poteſt.
13. Iudex incompetens habetur loco privati, nec habet præſumptionem juſtitiæ pro ſe. & num. 70.
14. Intellectus conſtitutionis Spirenſis anno 1570.
15. Areſtum, ab incompetenti judice debitoris in ejus bona impetratum, veluti ab inferiore judice contra immediatè ſubjectos imper. factum eſt nullum, ideoq; relaxari debet.
16. Princeps in dubio non intelligitur derogare ſtatutis locorum particularibus, quæ ut plurimum intelligitur ignorare, num. 17.
18. In quæſtione de competentia judicis, in puncto manusinjectionis, duplex conſideratio obſervanda, cùm quò ad perſonam debitoris, tùm etiam judicentis.
19. Reus ſive debitor pluribus modis ſortitur forum, de quib. etiam num. 22. 23. 25. 26.
20. Executio contra debitorem non petitur in loco originis paternæ, ſed domicilii proprii. & debitor ratione contractus, ſortitur forũ. 23 ſicut & ratione deſtinatæ ſolutionis. 25. dummodo ibid. reperiatur. & num. 44.
21. Transferens domicilium ex loco originis, civis ejus loci eſſe deſinit.
24. Diſtractus eodem modo coram judice loci contractus peti poteſt.
26. Bonorum etiam judex poteſt adiri pro parata executione contra Reum.
27. Executionis judex eſt idem, qui ordinariæ cognitionis in cauſa.
28. Domicilii forum eſt generale & ordinarium, concurrens cum quolibet alio foro.
29. Subditi dicuntur, qui ſubditi ſunt, ratione domicilii, non alii. & num. 59.
30. Forum ſortiri, & ligari ſtatutis, non procedunt à pari.
31. Domicilii judex nulla alia exceptione, niſi præventionis, aut litis pendentiæ, declinabilis eſt.
32. Domicilii judex quis dicatur?
33. Scholaris pro contractibus alibi geſtis, non convenitur in loco ſtudii.
34. Incola quis. & num 39.
35. Domicilium re & facto demùm contrahitur, contrarium tamen verius. 36. & 37.
36. Reus convenitur tribus in locis: ubi focum ſuum, vel majorem partem bonorum habet, vel, ubi aſſiduè commoratur, aut etiam interpolatè. 40. & 42.
38. Domicilia ſæpè quatuor quis habet.
39. Civium appellatione continentur incolæ.
40. Scholaris vel forenſis, habitans in loco ſtudii per decennium, an ſortiatur ibi forum: niſi in pluribus facultatibus complere velit. 41.
43. Quinam ſortiantur forum ex conſtitutione Thuringiaca in judicio curiali, Vorm Hoffgericht / & ſi quis horum debitor fuerit, ubi ſit executandus.
44. Contractus celebrati judex tunc dicitur cõpetens, quando reus in loco contractus reperitur, vel reus ibi habet pergulam, aut tabernam, vel alia bona in quæ fiat executio. num. 46.
45. Remiſſio debitoris, alibi degentis, ad locum contractus non fit.
47. Bonorum ſituatio, concurrens in loco contractus, facit, ut debitor etiam ibi ex vi pacti rectè

rectè executetur, absq; alio proceſſu, aliàs ſola bonorum ſitnatio non tribnit fori cõpetentiam: niſi in jndiciis realibus. 57.

48. Iudicis domicilii, & tontractus concurrentia, tribuit præventioni locum, & poteſt creditor eligere, ubi agere velit. 44. & 49.

49. Forum contractus vel ſolutionis, non tollit forum domicilii.

50. Alternativæ electio regulariter pertinet ad debitorem, in alternativa videlicet rerũ: Secùs in caſn plurium jndicum, inter qnos creditor electianem habet 51. & 52. Item in perſona ſcholarinm, qni habent eres judices, & inter eos poteſtatem eligendi, coram quo conveniri velint. Ibidem num. 51.

52. Mercatores, qui in cauſis mercantiæ habent ſuos ſpeciales magiſtratus, per hos non eximuntur à magiſtratu oppidano loci.

53. Debitor, qni alternativè plnres ſortitur judices, non habet electionem, ubi exigi velit, pòſt moram nimirùm, ſed antè moram ipſi competebat electio, ubi vellet ſolvere.

54. Executio paraea ex vi conventionis executivæ, ita coram jndice loci contractus, ubi reperitur reus, quemadmodum coram judice domicilii rei peti poteſt. idemq; eſt de parata executione, quæ ex vi ſtatnti in utroq; loco exiſtentis exercetur: aliàs ſecùs. 55.

56. Inſtrumentum quoque in loco factum, ſi exhibeatur uni ex judicibus debitoris competentibus, eoq; in loco extet ſtatutnm, quòd inſtrumenta mereantnr paratam executionem, executabitur absq; alio proceſſu judiciali.

57. Bonorum ſituatio ſola non tribnit competentiam ejus loci judici, pro decernenda parata execntione, ex vi ſtatuti ibi vigentis? niſi concurrat locus contractus, vel deſtinatæ eò ſolutionis, 61.

58. Coutumax, in loco contractus non repertus, nec comparens non excommunicatur, licet miſſio in poſſeſſionem contra eum decerni valeat.

59. Solutionis deſtinatæ in certum locum ratione, judex ejus loci dicitur competens, non judex contractus, & num. 57.

60. Conſenſus cujusq; ibi eſſe intelligitur, ubi vult.

61. Solutionis deſtinatæ in loco petitur parata executio, quatenùs ibi reperitur reus, & viget ſtatutum paratæ executionis, vel cõventio partium executiva eſt, & iſte judex aditus indeclinabilis habetur 62. niſi forum domicilii elegerit creditor. num. 63.

63. Salutionis deſtinatio tribuit in caſn moræ jnriſdictionem judici loci, ad quem ſolutio fnit deputata, excluſo judice loci contractus, non autem domicilii.

64. Loci judex, ubi contractum eſt, extra caſum pacti execntivi, etiam ſtante ibi ſtatuto, quòd debitor poſt moram detineatur in rebus vel perſona, non habet jus diſtringendi perſonam vel res obligati, qnando aliò fuit collata ſolutio.

65. Debitor, certo loco dare obligatus, non tantùm in loco deſtinatæ ſolutionis, ſed in omnibus aliis, in quibns aliter ſortitnr forum, exigi poteſt, cnm reſtrictione habilitatis loci, & ſolutione contrariorum. 66.

67. Iudicis incompetentia non facit actum illicitum, quem qnis propria autoritate exercere poterat: niſi in terminis fugæ debitoris. 68.

68. Solennitas interveniens viciosè, quæ aliter non requirebatur, non viciat actum.

69. Moræ periculum facit licitnm, qnod aliàs erat illicitum.

71. Actus voluntariæ iuriſdictionis non requirnnt eas ſolennitates, quæ requiruntur in contentioſa.

72. Execntio eſt pars principalis judicii.

73. L. Titium & Marinm. §. tntores. de admin. tut. intellectus, uſq; ad nnm. 76.

74. Diviſio adminiſtrationis tutelæ factæ per judicem, facit quemlibet de ſua adminiſtratione tantùm teneri.

75. Ceſſante una cauſſa legis ex pluribus, non ideò ceſſat diſpoſitio.

76. Fictum non debet plus operari, quàm verum.

77. Videtur: eſt verbum improprietatis & fictionis, ſæpe tamen etiam veritatem denotat, ut ibi.

78. Locus contractns dicitur forum competens rei ex tacita mente contrahentinm.

79. Locns ſolutionis deſtinatæ dicitur verum forum competens debitoris, ſed non ſnbjicit contractum legibus mnnicipalibns loci, in quo fienda eſt ſolntio. 85. 86. cnm ſeq.

80. Conſnetndo loci, ubi negocium geritnr, ſubintrat contractnm.

81. Equi venditor de jure civili tenetur de omnibns vitiis interioribus & latentibus: de jure verò Saxonico tantùm de tribus. 82.

83. Evi-

Digitized by Google

83. *Evictio debetur ſecundùm conſuetudinem regionis.*

84. *Gabella debet ſolvi in loco perfecti contractus, non autem deſtinatæ ſolutionis, quantumvis res, ſuper qua contrahitur, alibi ſit ſita.* 85.

86. *Emptor Peruſinus, deſtinans epiſtolam venditori Bononienſi, intelligitur Bononiæ contractum perfeciſſe.*

87. *Actus imperfectus non ſortitur effectum.*

88. *Lex loci contractus afficit contractum.*

89. *Vagabundus nuſquam eſt, qui ubiq; eſt.*

90. *Fugitivus ſubtrahit ſui conveniendi copiam.*

91. *Debitor vagabundus vel fugitivus, ubiq; locorum detineri poteſt.*

92. *Neceſſitas non ſubeſt legi.*

93. *Fugitivus non excipit de fori incompetentia.*

94. *Debitor detentus in loco, ubi deprehenditur, venit relaxand⁹, ſi præſtet cautionē de judicio ſiſti corā competenti judice, caſu, quo ibi habet bona pro ſolutione ejus, quod debetur, ſufficientia. Aliàs non ſufficit cautio judicio ſiſti, ſed requiritur etiam ſatiſdatio de judicato ſolvendo* 95.

96. *Vagabundus declinans judicem aditum, & provocans ad curiam ordinariam, non auditur.*

97. *Debitor obligatus ad manuminjectionem, ex vi pacti vel ſtatuti, ſi vel ob latitationem, vel vagationem detineatur in rebus vel perſona, pro debito liquido, non diſſolvit areſtum per præſtationem cautionis fidejuſſoriæ, ſive de ſtando juri, ſive judicato ſolvendo.*

98. *Sequeſtratio rerum, vel perſonæ debitoris in caſu permiſſo, poteſt peti à quolibet judice, quantumvis aliter incompetente.*

99. *Debitor, promittens ſe perſonaliter ſiſtere certo loco, poteſt per judicem loci pro obſtagio citari, quantumvis ibi non reperiatur.*

100. *Obſtagii pro ingreſſu poteſt debitor poſt moram requiri, vel per nudam interpellationem partis, vel per ordinarium judicem Rei.*

101. *Obſtagiatus, ſi fugam arripit, poteſt per judicem loci, ubi obſtagium ſemel inivit, requiri pro redeundo.*

102. *Detentus perſonaliter in areſto ob cauſam pecuniariam, tam diu debet morari in loco, donec ſatisfaciat creditori.*

103. *Solvere promittens, ubicunq; repertus fuerit, ſub pœna detentionis perſonæ vel rerum, ubiq; locorum detineri poteſt, etiamſi ſecuritatis cauſa, vel per tranſitum ibi moretur.* 104. *niſi certus locus per prius deſignatus, adjiciat illam clauſulam generalem, & ubicunq;. Tunc enim in locis remotioribus ab expreſſis exigi non debet.* 105.

106. *Repræſaliarum impetratio cor[illegible] q[illegible]o fieri debeat.*

107. *Pignorari poteſt etiam privata autoritate, qui nos quoquo modo turbat in poſſeſſione.*

108. *In cauſa feudali dominus feudi pro competente aditur judice, non ordinarius loci ubi habitat reus.*

109. *Executio ſententiæ definitivæ, quæ in via appellationis fuit confirmata, pertinet ad judicem ſecundæ inſtantiæ, non primæ, dummodò beneficium judicis nobile imploretur: ſecus, ſi ex judicato agatur, idemq; eſt, ſi ſententia primi judicis in ſecunda inſtantia reformatur.* 110.

111. *Appellationis renunciatio, an tribuat executionem ſententiæ primo judici, an verò judici ſecundæ inſtantiæ?* & num. 113.

112. *Intellectus l. tale pactum.* §. *qui provocavit. ff. de pact.*

114. *Appellationi deferendo, primus judex intelligitur abdicaſſe juriſdictionem cauſæ.*

115. *Executio ſententiæ confirmatæ per appellationem, de jure Canonico, item Saxonico, remittitur ad inferiorem.* 117.

116. *Executio appellationis fruſtratoriæ pertinet ad judicem inferiorem.* 118.

118. *Executio appellationis deſertæ pertinet ad inferiorem.*

119. *Actione in factum ex judicato ſi agatur, ad quem pertineat executio.*

120. *Iuriſdictio dividitur in imperium merum, mixtum, & ſimplicem juriſdictionem: de jure verò Saxonico non eſt, niſi duplex juriſdictio, ſuperior & inferior.* num. 124. 125.

121. *Imperium merum, vel alta juſtitia conſiſtit in poteſtate gladii, & a jure Saxonico non agnoſcitur* num. 124.

122. *Mixtum, quod dicitur media juſtitia, concernit actus ad officium judicis nobile pertinentes.*

123. *Iuriſdictio ſimplex deſervit actioni.*

125. *Iuriſdictio ſuperior comprehendit omnes cauſas criminales, & cognitiones criminum, uſq; ad vulnerationem incluſivè, & olim dicebatur bannum, ac concedebatur à ſolo Rege, quod hodiè ſecus eſt.* 127.

126. Bawermeiſters / *ſive Sculteti, qui olim fuit in quarto gradu eorum, qui jus gladii habebant,*

habebant, de quibus hic, officium de jure Saxonico, hodiè receſſit ab uſu in noſtris provinciis,133. quorum in locum qui ſucceſſerint, & quoto olim gradu,& nunc etiam juriſdictio iſtorũ ad proximos agnatos perveniat, traditur num.128.

127. *Superiores ſubinfeudant inferiores de jure juriſdictionis uſq; ad 4. gradum.126.*

129. *Principes & reliqui ſuperiores hodiè plerumq; tantum ſimplicem juriſdictionem ſuis Vaſallis concedunt, jur. Saxon.* Die Erbgerichte.

130. Erbrichter *cur dicantur, & hi quidem hodiè funguntur jure pedaneorum judicum.*

131. *Sculteti hodierni in hiſce provinciis nullam habent juriſdictionem, ſed ejus tantum miniſtri ſunt, de quorum officio hic, & quod parificantur cum veteribus Grafis.132.*

134. *Diverſitas circa modum indicendarum mulctarum,* der Gewette *in ſuperioribus & inferioribus judicibus.*

135. *Accuſationes ſuper quibuscunq; delictis pertinent ad ſuperiorem judicem.*

136. *Injuriæ atrociores pertinent ad cognitionem ſuperioris judicis & 137.*

137. *Juriſdictio ſuperior, quas ſpecies maleficiorum contineat.*

138. *Juriſdictio inferior comprehendit cauſas pecuniarias, & cognitiones ſuper parvis delictis, uſq; ad vulnuſculum ſangvinolentum.*

139. *Cauſas civiles judex maleficiorum ad inferiorem judicem remittere debet.*

140. *Cauſæ pecuniariæ, deſcendentes ex maleficio,quantumvis pro iis civiliter agatur, pertinent tamen ad magiſtratum ſuperiorem, non ad inferiorem, maximè ſi incidenter hoc fiat, & quid in praxi hac in re per haſce provincias Sax. & Thur. obtineat.141.*

142. *Judex inferior de jure civili non judicat ultra ſummam trecentorum florenorum: de jure verò Saxonico ſuper quacunq; etiã maxima ſumma.143.*

144. *Executio ſummaria de jure civili petitur à judice, qui eſt armatus mero vel mixto imperio: ſecùs de jure Saxonico 146 quando videlicet juriſdictiones inferior & ſuperior ſunt ſeparatæ.147.*

145. *Executio judicati & aliorum inſtrumentorum executivorum, fit officio judicis nobili.*

148. *Juriſdictio inferiori collata,præſumitur cumulativè,non privativè,locum tamen habet preventio. 149. licet Hodenus teneat, conceſſionem etiam utriusq; juriſdictionis in dubio intelligi factam privativè, non autem accumulativè.153. maximè, ſi dicatur,hæreditariè concedimus.154 & hæc ſententia receptior eſt. num.157.& 160.*

150. *Juriſdictionem inferiorem conferens ſubdito,reſervato tamen ſibi jure imperii,intelligitur juriſdictionem inferiorem privativè conceſſiſſe.*

151. *Juriſdictionum diverſitate data, una non intromittit ſe de alia.*

152. *Gladius extractus ſi ex ſtatuto loci debeatur judici, ſiquidem alicui vulnus cum eo intulit, debetur judici ſuperiori, ſin extraxerit ſolùm absq; vulneratione,debetur inferiori.*

155. *Principum beneficia debent eſſe durabilia, & latiſſimè interpretanda ſunt.*

156. *Juriſdictionem unius alius turbare non debet.*

158. *Juriſdictio præſcriptione aquiſita intelligitur excluſivè.*

159. *Civitates olim habebant tantùm Juriſdictionem inferiorem, hodiè autem jus plurimùm habent omnimodam juriſdictionem in civilibus & criminalibus cauſis.*

161. *Magiſtratus minoris juriſdictio ceſſat,ſuperveniente majore magiſtratu,& quomodo hoc ſit intelligendum.162.*

163. *Juriſdictionis etiam omnimodæ conceſſione, non excluditur jus ſuperioritatis, competens ſuperiori.*

164. *Juriſdictio collata per modum donationis aut inveſtituræ non aufertur inveſtito.*

165. *Magiſtratus major inferioris juriſdictionem non debet turbare: niſi ad ipſam appellatum fuerit.*

166. *Canoniſtæ omnia trahunt ad ſuum molendinum.*

PARTIS II. CAPUT I.

DE JUDICE PARATÆ EXECUTIONIS.

PROMISIMUS IN PRIMA Parte noſtri Operis capite primo circa finē, abſolutis cauſis efficiente & procatarctica paratarum executionum, ſubjungere de cauſa inſtrumentali & materiali, puta, pro quibus bonis, aut rebus, detur manus injectio, quibus videlicet mediis ad executionem, quam appellamus publicam (diſcernendo eam ab ingreſſu poſſeſſionis, quæ privata autoritate apprehenditur) perveniendum ſit. Cæterùm, quia in potiſſima conſidera-
1 tione eſt judicis perſona, qui pro executione regulariter adiri debet, ad hoc, ne per alienæ poſſeſſionis invaſionē crimen violentiæ incurratur. *l. extat. 13. ff. quod metus cauſa l. ſi ex ſtipulatione. 5. de acquir. poſſeß. l. nec ex vera.. 9. C. eod. l. in poſſeſſionem. 5. C. ad l. Iul. de vi pub. l. 3. C. vi bonor. rapt. l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. l. Iulianus. 16. ff. de judic. & l. pen. de arbit.* prius eſt, ut de judicis perſona, ejuſque poteſtate videamus. *c. forus. §. in omni quoq; negocio. extra de verb. ſig.* Sive enim jus dicentis officiū imploremus pro communicatione executionis ordinariæ, quam præcedit judicatum. *l. pòſt rem judicatam. 56. de re jud.* Judex eſt, qui manus injectione utitur, capiendo pignora in bonis condemnati. *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. & §. ſi pignora. 3. eod.* ſive tractemus de quacunque miſſione in poſſeſſionem bonorum ex primo vel ſecundo decreto, judicis licentia requiritur. *l. Fulcinius. 7. ex quibus cauſ. in poſſeß. eat. l. ſi finita 15. §. Iulianus. 16. de dam infect. l. 1. ne vis fiat ei, qui in poſſeß miſſus eſt. l. juſtè poſſidet. 11. de acquir. poſſ.* Eodemque modo, quando agitur de ſequeſtratione, jus dicentis partes neceſſariæ ſunt, qui ponderatis circumſtantiis, pro diverſitate cauſarum & perſonarum ſtatuit, an res controverſa vel perſona, de cujus exhibitione agitur, ſiſti vel areſtari debeat, nec ne? *ita Franciſc. Curt. de ſequeſt. quæſt. 6. num. 30. & 73 poſt gloſſam & Dd. in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. per illum textum in verbis: Si hoc judici ſederit. ff. qui ſatiſd. tog. facit c. 1. verſ. ſed judex actorem. & c. 2. ibi: judices induxerunt. extra de ſequeſt. poſſ. & fruct. l. Divus. 5. ff. de petit. hæred. & l. 13. §. æquiſſimum. 3. de uſufruct.* in repræſaliis etiam, & pignorationibus judicis cognitio verſatur, an concedi vel denegari debeant. *Bald. in auth. ſed omninò. num. 4. & 5. C. ne uxor pro marito. Bartol. in tract. repræſal. 3. quæſt. princ. num. 1. 2. & 3. Iacob. de Canibus in eodem tract. repræſ. num. 10. & 11. at Martinus Laudenſis eod. num. 12. & 13.* cùm privata detentio & pignoratio ſub magna pœna ſit prohibita. *Auth. ut non fiant pignor. collat. 5. & c. lator. extra de pignor. l. ob æs 12. cum Auth. ſequent. C. de act. & oblig.* [ubi creditori talia facienti tres pœnæ imponuntur, 1. ut pro debito fiat ſervus ejus, quia perdit debitum. 2. ipſi debitori, vel ejus parentibus tantundem dare cogitur. 3. creditor patitur pœnam corporalem.] Sed & par cauſa eſt areſti, quod ex vi ſtatuti, conſuetudinis, aut ſpecialis privilegii cauſatur, *quo de ſuprà in prima Parte cap. 3. & 4. & 5. egimus.* Nam & ſuper hoc regulariter judex adeundus eſt, & ſic denegatur iſto caſu parti, in ſe aſſumere perſonam jus dicentis, areſtando res, vel perſonam obligati. *l. fin ibi: neminem exhibendū, niſi de cujus exhibitione judex pronunciaverit, & ibi Baldus num. 2. C. de exhib. reis juncta l. un. C. de prohib. petun ſequeſt. & Bart in l. generali. 54. num. 3 C. de decurion. lib. 10 Oldradus conſ. 88. incip tertiò quæritur. num 3.*
Quæ regula in hac materia executionum 2
quaſi generalis eſt, adeò, quòd etiam ſervitor vel apparitor, aut officialis publicus, non præcedente juſſu judicis, non poteſt debitorem, quantumcunq; inſtet creditor, detinere, vel in perſona, vel in rebus. *Rebuff. in ord. reg. Galliæ. tit. de citat. art. 2. gloß. 4. n. 8. & 9. pòſt Baldum in l ſi quando. 19. n 12. C. de teſtib.* Debet enim talis executor ante omnia docere de mandato judicis, oſtendendo ejus literas, vel commiſſionem in ſcriptis, aliàs impunè reſiſtitur. *l. prohibitum. 5. ibi: prohibitum eſt, capi bona priuſquam à nobis forma fuerit data & in verb. literis noſtris, non ex arbitrio ſuo. C de jure fiſc. l. fin. ibi: juſſu noſtro vacantia bona occupentur. C. de bon. vac lib 10. at notat Bart. in l. Palatinos. 2. num. 2. C. de colla. fund. fiſcal. lib. 11. quem ſequitur Maranta de ord. jud. part. 6. tit. de citat. num. 78.* Ratio eſt, quòd exe- 3
cutio parata aliqualem cauſæ cognitionē deſiderat, an, & quare proceſſus ita ſit inchoandus. *d. l. ſi fidejuſſor. 7 §. fin. ibi: ſi judici ſederit, ff. qui ſatiſdar. tog.* à qua nuncius publi-

Competens judex paratæ executionis quis.

publicus abſtinere debet, quia merus executor eſt, & rei judicatæ vel inſtrumenti exequibilis vigorem ex præcepto judicis ad effectum perducit. *l. executorem. 8. C. de exetut. rei jud.* Et quod ad executionem hodiè regulariter non perveniatur, niſi judex præmittat præceptum executivum de ſolvendo, iſtud apparebit ex tertia Parte hujus Operis cap. 6. Quod maximè verum eſt, quandò agitur de executione, in perſonam debitoris, ſive per viam capturæ, ſive per viam areſti. Semper enim dicitur realis citatio, quam nuncius publicus, ad requiſitionem ſolius partis, absque judicis decreto, expedire non poteſt. *argumento ejus quod tradit Ioan. Fab. in §. quadrupli. num. 7. Inſtit. de action. l. fin. ubi*
5 *Bal. n. 2. C. de exhib. reis.* Ex quo ſatis datur intelligi, cùm officiali judicis, absque ejus mandato, executionem facere interdictũ ſit (quantumvis publicum officium bonæ fidei præſumptionem inducat. *Bald. in l. pen. num. 2. ff. de condict. cauſ. data cauſ. non ſecut. & in c. conquerente. num. 3. extra de reſtit. ſpol. cum c. præterea de dilat.*) multò minùs iſtud privato permitti, ut, qui omni jurisdictione caret. *l. privatorum. 3. C. de jurisd. om. jud.* niſi talis ab initio conventio in partes inita, vel ſtatuto loci introductum ſit, quòd liceat creditori privata autoritate facere executionem pòſt morã in bona debitoris; tunc enim nihil obſtat, quin etiam, inſalutato hac de re judice, pars ipſa exequatur, dummodò reſiſtentem cum armis non inveniat, *per ea, quæ tradit Alex. in d. l. juſtè. § 2. num. 28. & ibi Iaſ. num. 16. de acquir. poſſ. ac facit l. creditores. 3. C. de pignor. l. Ticia tum teſtamento. 34. §. Lucius. 1. ff. de legat. 2. l. 1. C. ſi in cauſ. judicati. l. pignoris. 11. C de pignor. act. & l. ſi ob cauſam. 13. C. de evict. de quo videantur plura in c. 5. primæ Partis. nu. 98. & ſeqq. uſq; ad finem capitis.* [Per pactum verò ſimplex de ingrediendo datur duntaxat licentia ingrediendi, per quam ingrediens excuſatus à vi; ſed non dat poteſtatem adquirendi poſſeſſionem ſine judice.] Licet autem in prædictis caſibus privata executio creditori non denegetur: tamen, quia tunc etiam tutius & civilius eſt, requiri ſuper ea re judicis licentiam. *d. l. creditores: in ſecundo reſponſo. ibi: attamen judicis autoritate poſſeſſionem adipiſci debent,* ideò dubitatur ulteriùs, an quilibet judex, pro impetranda manusinjectione in bona vel perſonam rei, adiri poſſit? Pro cujus quæſtionis reſolutione teneatur regula:
Quod pro impetranda in poſſeſſionem 6
inductione, vel etiam executione in perſonam, non quilibet judex, ſed tantùm competens adeundus ſit, cùm judici incompetenti reus non arctetur parere, *Vantius in tractatu nullitatum tit. de nullitate ex defectu juriſdictionis ordinariæ. num. 107.* Quia privati loco habetur *l. 3. ff. de offic. Protonſ.* Et quidem de manusinjectione in bona reorum vel poſſeſſorum, pro cauſa civili, habetur text. *in l. fin. ibi: competenti judici inſtrumentum oſtenderit. C. de edict. D. Adr. toll.* & ibi Ang. exponit, competentem judicem intelligi pro ordinario. *Angelus in d. l. fin. num. 6. & Alex. 14. poſt gloſ. ibidem. verb. competenti. communiter approbatam. ac ſequitur Bart. in l. creditores. 3. num. 26. C. de pignor. facit l. dotis. 9. ibi. ingrediendi poſſeſſionem rerum dotalium, ſive competentis judicis authoritate, facultatem non habentis. C. ſolut matrimon.* Et, quòd exceptio 7
incompetentiæ judicis quandocunq; opponi poſſit, etiam ad executionem impediendam, ſive ea procedat ex vi judicati, ſive ſtatuti, ſive pacti inter partes initi, tradunt Decius *in c. ex parte 2. num. 28. fall. 18. & Felinus ibi num. 16. fall. 18. extra de offic. delegati.* Quo de videatur latiùs in quar- 8
ta Parte noſtri Operis. *c. 1. num. 54. cum ſeqq. ac facit clem. un. ibi: per loci ordinarium apud aliquam perſonam ſequeſtretur, de ſequeſt. poſſ. & fruct.* cùm idem & de aliis actibus 9
judicialibus, quantumvis voluntariæ juriſdictionis, ſtatuatur, puta, in donationibus, quarum inſinuatio, niſi fiat coràm competenti judice, nullius eſt momenti *l. in hac ſacratiſſima. 30. verb. apud magiſtrum cenſus. & l. ſecundùm Divi. 32. ibi: non in competenti loco, vel judicio. C. de donat.* Super de- 10
tentione verò perſonæ, &c, quòd reus ad judicem incompetentem, ſive per modum ordinarii libelli, ſive per viam paratæ executionis, trahi non debeat, & aliter faciens cadat cauſa, ac jure ſuo privetur, iſtud innuit Baldus *in l. in criminali. 5. num. 3. C. de jurisd. om. jud.* & alibi ſcriptũ reliquit idem Baldus, quòd nullus alius judex, niſi competens, vel ſequeſtrum rerum facere, vel perſonam detinere valeat. *Bald in l. ſi fidejuſſor. 7. in ſecunda repetic. n. 5. ff. qui ſatisdar. cog.* Hinc & illud eſt, quod 11
traditur, proceſſum circa probationes factas coram incompetente judice, ipſo jure nullum eſſe. *c. at ſi clerici. verſ ſicut enim extra de judic.* Unde prohibita appella- 12

tione, non intelligitur prohibita appella-
tio interpoſita à judice incompetente.
*gloſ ſingularis in clem un. verb. non obſtante.
pòſt medium de ſequeſtra poſſeſ. Angel. conſ.
195. incip Guilielmus, & Franciſc. Curtius in
conſ 124. incip. ſacratiſſimè.* Sic, ſtante ſta-
tuto, quòd in primo termino ſtatim per
reum conteſtetur lis, reſervatis ipſi ex-
ceptionibus peremptoriis pòſt litem
conteſtatam, *juxta ea, quæ habentur in c. pa-
ſtoralis. extra de except.* poteſt nihilomi-
nus, pro impediendo proceſſu, opponi
exceptio judicis incompetentiæ. *Bald. in
l. exceptionem. 19 nu. 15. C. de probat.* Quia,
ſecundùm eum, actus peccat in forma,
cùm non ſit concurſus trium perſona-
rum *c forus. § in omni quoq; negotio. extra
de verb ſig.* adeò, quòd poſſit objici quan-
docunque etiam poſt ſententiam. *l fin.
& per totum C ſi à non compet judic.* Neque
enim dicitur judicatum, quod fuit judi-
catum ab eo, qui cauſæ cognitionem non
habuit. *l. 1. §. fin. ibi: judicata intelligimus
ab iis qui jus judicandi habent. ff. ad SC. Ter-
tull. & l 1 § hac verba, ibi: quod inter eos ju-
dicatum eſt, ſuper quos juriſdictionem non ha-
bet prætor, pro nullo habetur. Quod quiq; ju-
ris.* unde tradit Bart. in propoſiti noſtri
terminis, quod authoritate judicis in-
competentis fit, id privata authoritate
factum cenſeri. *Bart. d. l creditores. num.
26.* item, ſi judex incompetens quem
privet ſua poſſeſſione, dicitur id egiſſe,
tanquam privatus, *Craveta conſ. 151. nu.
4 parte 1. & Menoch de adipiſcen. poſſ remed.
4. num. 429.* neque is, adverſus quem pe-
13 titur executio, parere cogitur, cùm ju-
dex incompetens privati loco habeatur.
*l 3 ibi: præſes provinciæ, ſi exceſſerit, priva-
tus eſt ff. de offic. præſ. cum. l. 1. & 2. de offic.
Proconſ.* Unde eſt, quòd, quamvis alias
inſtrumentum, quod exhibetur compe-
tenti judici, reputetur pro eo, ac ſi judi-
cialiter coràm tribunali editum fuiſſet.
*Iaſon in d. l fin. num 4. C. de Edicto D. Adr.
toll.* tamen nequaquam eam vim habet,
quando producitur coràm incompeten-
ti judice. Tunc enim præſumitur ſurre-
ptitium. *Bald. in l. quoties 3. num 6. in fin.
C. de judic argumento l ſi quis per divinam 5.
& ibi gloſ. verb illicitum. C. de aquæd lib. 11.*
& alibi Bald. refert, quòd pro proceſſu
vel ſententia incompetentis judicis non
præſumatur. *Baldus in l. cum ſervus. 15. num.
2 in prima ſolutione. ff. de condict. cauſ data
cauſ. non ſecut.* ac, quòd exceptio incom-
petentiæ judicis notoria, vitiet proceſ-
ſum executionis paratæ, vel ſequeſtri, ſeu
areſti, permiſſi alias ex vi ſtatuti vel con-
ſuetudinis, in loco aliquo particulari,
traditur latiùs in quarta Parte noſtri Ope-
ris *cap. 1. num. 54. 55. 56. & 57. cum ſeqq.*
Unde probabiliter inferri poteſt, quod 14
Conſtitutio Spirienſis anno 1570. pro-
mulgata, in Comitiis ibid. celebratis, *in
§.* Wenn auch die *Areſta*, wie die *repræſalien*,
im Rechten verboten / 2c. non intelligatur
tollere areſta, de jure ſpeciali alicujus lo-
ci particularis introducta, non tantùm
per illam rationem vel ſolutionem, de
qua innuimus in prima Parte hujus Ope-
ris. *cap. 2. num 96. item 104. 105.* ſed et-
iam ex eo fundamento, quòd ſuper are-
ſtorum impetratione, in terminis dictæ
conſtitutionis aditus fuit incompetens
judex debitoris, loquitur enim in caſu
ſpeciali, quandò nimirùm ſubjectus im-
mediatè Imperio Romano, vel juriſdi-
ctioni Cameræ, areſtatur, ſive in perſo-
na, ſive in rebus, à Magiſtratu inferiore,
vel ab aliquo Principe, cui in perſonam
ſubjecti imperio nulla competit juriſdi-
ctio, *argumento l. extra territorium 20. ff. de
jurisd om jud cum c. ut animarum. extra de
conſtitut. in 6.* & per conſequens, proceſ- 15
ſus areſtatorius ab inferiore judice, con-
trà immediatè ſubjectos imperio, fa-
ctus, peccat in vitio incompetentiæ, &
poteſt dici nullus *l. 1. & 2. C ſi à non com-
pet. jud. fuerit*, adeò, quòd in caſu areſti
decreti contra ſubditos imperii imme-
diatos per inferiores magiſtratus, non
immeritò tunc Camera decernit contra
areſtantes mandatum pœnale, de rela-
xando areſtum ſine aliqua clauſula juſti-
ficatoria, citando ſimul partem in certo
termino, ad docendum ſe paruiſſe man-
dato, vel ad videndum, quo pacto areſta-
tor declaretur in pœnam, mandato in-
ſertam. *d. §.* Wenn auch die *Areſta*, *& pro-
batur iſta ſolutio per textum clarum in clem.
un ibi: per loci ordinarium ſequeſtretur. de ſe-
queſt poſſ. & fruct.* & ita in ſubditis im-
mediatis imperii ſpeciale vel ſingulare
eſt, quòd ii non debeant detineri vel a-
reſtari in rebus vel perſonis, ab inferio-
ribus magiſtratibus, tanquam incompe-
tentibus: Secùs eſt in aliis, qui im̃me-
diatè Romano Imperio ſubjecti non
ſunt, ſed civitati, vel Principi ejus loci,
ubi areſtum decretum fuit, parent *argu-
mento l. jus ſingulare, 16. l. Quod verò contrà.*

14 ff.

16 *14. ff. de ll.* Pro qua ſolutione & illud movet, quòd in dubio non præſumitur Princeps velle derogare ſtatutis locorum particularium antea conditis. *ſecundùm Felinum in c. nonnulli. num. 9. extra de reſcript.* niſi uteretur clauſula derogatoria: non obſtantibus quibuſcunque ſtatutis in contrarium. *c. 1. ubi Petrus de Anchorano poſt gloſſam. verb. derogare, num. 10. & Ioannes Monachus notant. extra de conſtit. in 6. & gloſſ. l. 3. §. Divus Adrianus. ff. de ſepul. viol. Cynus in l. fin. num. 4. C. de teſtam. Iaſon. in l. de quib. 32. num 53. 54. ff. de ll.* multò verò minùs in propoſito intelligitur voluiſſe tollere alias leges generales juris communis, in caſibus ſequeſtrationem rerum debitoris permittentibus. *argum l. ſi quando. 35. C. de inoffic. teſtam.* Quod ſane probatur per literam dictæ conſtitutionis imperialis. *in §.* Wenn auch die *Areſta*, ubi habetur ratio iſtius legis novæ, quare videlicet ordines imperii eam ſanxerint, quia, inquit, etiam jure communi, prohibita ſunt areſta generaliter, quod intelligo regulariter, & fuit forſan error Notarii cõcipientis iſtam conſtitutionem, quòd pro verbo regulariter, quo intendebat uti, poſuit verbum generaliter, & ita non fuit intentio Principis, & ordinum imperii, quòd vellent derogare robur ſequeſtris, in caſibus a jure communi permiſſis, vel iis, quæ approbantur ſtatutis aliquorum locorum particularium, quæ Princeps utplurimum intelligitur ignorare. *d. c. 1. in*
17 *finalibus verbis. de conſtitut. in 6.* Nec obſtat, quod iſta lex fuit edita in concilio generali, quo caſu ſubintelligitur clauſula derogatoria ſtatutorum vel conſuetudinũ contrariarum, *per ea, quæ tradit Rochus Curtius in c. cum tanto. ſect. 7. num. 8. & num. 25. extra de conſuetud.* Quia ejus dictum intelligi debet, data præſcientia Principis de conſuetudine, vel ſtatuto in contrarium: Secùs eſt in dubio, prout hic tradit Cynus *in d. l. fin. num. 4. C. de teſtam. Anchoran. in d. c. 1. num. 10.*

18 Quis autem in propoſito circa manus injectionem, in res vel perſonam obligati, quorum detinendorum poteſtas creditori ex lege conventionis, aut ex vi ſtatuti permiſſi eſt, dicatur judex competens, iſta quæſtio dupliciter intelligi poteſt. Primò, quid debeat conſiderari in perſona debitoris, ad hoc, ut ſortiatur alicubi forum, & exerceri poſſit in ejus bona vel perſonam jus paratæ executionis? Secundò, quæ conditio requiratur & attendenda ſit in jus dicente, circa ipſi° jurisdictionem: hoc eſt, an judex aditus debeat eſſe armatus poteſtate meri, vel ſaltem mixti imperii, an verò ſufficiat, eum habere ſimplicem jurisdictionem? quam diſtinctionem tradit Batt. *in l. fin. num. 13. C. de edict. D. Adr. tollend.*

De primo præmittendum eſt, reos multipliciter ſortiri forum, & primò, quidem 19
De foro debitoris.
ratione originis domicilii paterni. *Bal. in l. omnes. §. verùm ſi apparitor. 5. num. 2. C. de epiſc. & cleric. Panormit. in c. poſtulaſti nu 4. extra de foro compet. per gloſſ. c. nullus. extra de temper. ordin. in 6. ac facit l. 1. l. aſſumptio. 6. l. ordine. 15. §. jus originis. 3. cum l. ejus. 27. ff. ad municip. & de incol.* Cæterùm hoc fo- 20
rum, quantumvis quò ad munera & ejus loci honores competens eſt, & jus originis retinetur, non obſtante translatione domicilii, *per l. origine. 4. C. de municip & orig lib 10. & l. aſſumptio. 6. ubi Bart. ff. ad municip.* tamen, quò ad jurisdictionem, hoc eſt, quò ad facultatem conveniendi, ut contra quem ibidem agi poſſit, vel executio inſtitui, non conſideratur domicilium paternum, ſed proprium, quod quis ſibi conſtituit in loco electæ habitationis & reſidentiæ, *gloſſ verb. domicilium in illis verbis: non, quod ibi conveniatur. d. l. aſſumtio. §. filius.* Re enim ipſa, & facto: tranſtulit domicilium, qui ſibi in alio loco, quàm originis primæ reſidentiam deputavit. *l. placet. 3. l. non utiq. 4. l. domicilium. 20 eod. tit. ac facit l. filios. 7. ibi 8. ſi modo domiciliis non retineantur, cum l. fin. ibi. ad illam civitatem incolatus ratione ſe contulerit. C. de municip. & orig. lib. 10. quod & Ripa probat. in c. 1. n 65. extra de judic.* & ſequitur Gailus *in pract. obſer. lib. 2. obſer 36. nu. 6. &*
7. ubi addit, quòd de conſuetudine gene- 21
rali in Germania, transferens ex loco originis domicilium ſuum, civis loci originis eſſe deſinit, non tantùm quò ad jurisdictionem, ſed etiam, quò ad munera & honores, licet *num. 11.* addat, ſi originarius in loco originis deprehendatur, quòd ibi nihilo minùs ſortiatur forum, quod tamen, an in practica obtineri poſſit, valdè dubito.

Secundus locus competens, quo ad ju- 22
risdictionem in bona vel perſonam rei, dicitur locus domicilii. *l. 2. C. de jurisd. om. judic. l. aſſumtio 6. § filius. cum l. domiciliũ. 20. ff. ad municip. & l. cives. 7. C. de incolis. lib. 10. quo de loquitur text in l. juris ordinem 2.*

C. de juriſd. om. jud. & in c. cùm ſit generale. extra de foro compet.

23 Tertius eſt locus celebrati contractus, quatenùs nimirùm debitor in loco contractus reperitur. *l. hæres abſens. 19 §. 1. & §. proinde. ff. de judic. c. Romana. §. contrahentes. extra de foro compet. in 6. & l. 1. C. ubi de ratiociniis agitur, quo de infrà num. 34. la-*
24 *tiùs.* Idque ampliatur, ſive pro legibus contractus ſervandis, ſive etiam pro diſtractu vel reſolutione ac reſciſſione contractus agatur. *Lapus in allegatione 10. Bart. in l. qui loco certo. 27. num. 1. & 2. ff. de condict. indeb & in l 2. num. 2. C. ubi & apud quem in integr. reſtit. poſtul. Anton. de Butr. in cap. fin. num. 12. verſ. ſed eſt dubium. extra de foro compet.* & hæc ſententia communis eſt, *ſecundùm Alex. in ſuis addit. ad Bartolum in l. hæres abſens. 19. §. ſi quis abſens. ff. de judic. & idem Alex. pòſt Angelum in l. Pomponius. 13. §. præterea. num. 4. de acquir. poſſ. quam ſententiam communem eſſe refert etiam Anchoran. quæſt. 14. num. 2.* licet Baldus *in d. l. 2. num. 1. ibidemq́; Caſtrenſ.* contrarium ſentiant. Sed pro priore opinione eſt textus unicus & quaſi ſingularis *in l. in contractib. 14. §. in omni. 4. C. de non num. pecun.* ubi habetur: quòd querela non numeratæ pecuniæ, qua agitur ad reſciſſionem contractus mutui, poſſit proponi etiam coràm judice loci contractus, *& ita ſummat illum textum Baldus ibi.* cùm diſtractus judicentur ſecundùm naturã & qualitatem contractuum. *l. de tutela. 7. C. de in integr. reſt. l. ab emtione. 58. ff. de pact. Bart. in l. & ideò. 12. de condict. fur. in princ. Zaſ. in l. ſi decem. cum petiero. 48. num. 9. & 10. de verb. oblig. l. item veniunt. 20. in princ. §. 1. de petit. hær. ac latè Iaſon. in Auth. ſacramenta. C. ſi adverſ. vendition.*

25 Quartò cauſatur forùm in loco deſtinatæ ſolutionis. *l. contraxiſſe. 21. ff. de act. & oblig. l. 3. § fin. ff. de bon. auth. jud. poſſid.*

26 Quintò jurisdictionem crebrò ſortitur reus, etiam ex ſituatione bonorum, quæ poſſidet extra loca prænominata. *d. c. Romana. §. contrahentes. ibi: licet in poſſeſſionem bonorum, quæ ibi habent. extra de foro compet. in 6. ac notat Hoſtienſ. in ſumma eod. tit. §. 2. verſ. item ratione contractus.* Etſi verò de judice domicilii, item jus dicente in loco contractus, aut deſtinatæ ſolutionis, non videatur referre, quem ex iis pro impetranda parata executione contra perſonam, vel res debitoris, creditor adire velit, cùm, quo ad fori competentiam,
idem ſit judex executionis, qui eſt ordi- 27
nariæ cognitionis. *l. à Divo Pio. 15. in princ. & §. ſententiam. ubi Iaſon. num. 3. & 4. Bart. 1. Alex. 5. & alii Dd. notant. ff. de re judic. & in l. fin. cum l. ordo. 3. C. de execut. rei judic. Panormitan. in c. fin. num. 30. extra de foro compet. ac facit l. cum ſpecialis. 18. ibi: Executore negotii, cui mandata eſt hujuſmodi cauſæ examinatio, imminente, & ſtatuta ab arbitris effectui mancipante. C. de judic. clem. un. de ſequeſt. poſſ.* Executio enim, tanquam conſequens, & effectus, regulariter à ſuo antecedente, vel cauſa. *l. cum principalis. 178. ff. de reg. jur. cum c. acceſſorium. eod. in 6.* Et, ubicunque deficit jurisdictio in perſonam, vel bona rei, circa cognitionem, ibidem intelligitur etiam deficere circa executionem, & econtrà. *Bart. in l. 2. num. 5. per illum textum. ff. de juriſdict. om. jud.* &, quòd æquiparentur forum ordinariæ cognitionis & executionis, eſt textus *in l. in criminali. 5. ibi: qui cauſam in vetito examine introduxit, aut executionem popoſcit. C. eod. tit.* & ſic inter plures judices rei, videtur præoccupationi vel præventioni locus relinqui, *argumento, quod tradit Anton. de Butr. in c. licet. num. 5. extra de foro compet. per l. juriſperitos. 30. §. cum oriundus. ff. de execut. tut.* tamen hæc ita indiſtinctè non procedunt.

Ideò circa iſtam materiam ſequens concluſio memoria teneatur, quòd ſive locus contractus coincidat cum loco do-
micilii, ſive non, regulariter & quaſi ſem- 28
per, pòſt moram in ſolvendo adhibitam, adeundus eſt pro executione parata, ſive in res, ſive in perſonam debitoris, judex loci domicilii, ubi reus habet ſuam reſidentiam. Hæc regula probatur *in c. cùm ſit generale. c. ſi clericus. extra de foro compet. & l. juris ordinem. 2. C. de jurisd. om. jud.* ac in terminis detentionis perſonalis habetur textus *in c. ex reſcripto. extra de jurejur.* ubi contra obligatos ex pacto obſtagii, mandatur manusinjectio in perſonas monachorum, absque alio proceſſu judiciali, Sardinenſi Epiſcopo, qui habebat ordinariam jurisdictionem adverſus abbatem & monachos Tremenſes, qui ſe ad obſtagium devinxerant. Quod vel multò magis verum eſt de manusinjectione ad bona debitoris, ut videlicet adverſus ipſius bona, in territorio domi-

cilii

tilii rei ſituata executivè procedere li-
ceat et vi conventionis. *l. creditores. 3. C.
de pignor.* Ac, quod competens demùm
cauſæ judex ſit adeundus & non alius, te-
net Baldus *in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin in ſecunda
lectura. num. 5. ff qui ſatisd. cog. quo de ſuprà
latiùs num. 5. 6. & 7.* Idemque etiam ex-
tenditur ad caſum, ubi nulla præceſſit
conventio inter partes de parata execu-
tione, extat tamen tale ſtatutum in loco
domicilii debitoris, quod in eventum re-
tardatæ ſolutionis, contra debitorem
abſque omni alia ſolennitate, vel ordine
judiciali procedatur executivè. Tunc e-
nim eodem modo ex vi ſtatuti judex do-
micilii dicetur competens, quò ad peten-
dam paratam executionem adverſus ob-
ligatum, quatenus iſtud ſtatutum execu-
tivum in foro domicilii debitoris viget,
ex quo bonum & infallibile quaſi eſt ar-
gumentum à pacto ad ſtatutum ductum
affirmativè, *per ea, quæ tradit Iaſon. in l non
impoſſibile. 50. num. 5. ff. de pactis. & iſtud
ſentit expreſſè Anton. de Canario de exequt. in
29 ſtrum. quæſt. 34. num. 32.* Ac dato, quòd
aliàs plures judices ſortiretur reus: tamen
illud ſciendum, forum domicilii ſemper
eſſe generale, & ordinarium, ac prædo-
minari, vel ſaltem concurrere cum quo-
libet alio foro, ſive contractus, ſive deli-
cti, ſive deſtinatæ ſolutionis, ſive etiam
rei ſituatæ, & ſubditi ex aliis prænomi-
natis capitibus non dicuntur ſubditi, ſed
tantum ii, qui ſunt ſubditi ex cauſa do-
micilii. *Felinus in d. c. licet ratione delicti.
num. 23. extra de foro compet. poſt gloſſ. ordin.
in clem. 1. verb. ſubditos. eod. tit.* Ideò alibi
tradit Abbas, quod, licet quis ſortiatur
forum in loco contractus, vel rei ſituatæ,
vel etiam in loco delicti: tamen non di-
citur ſubditus illius loci. *Abbas in c. dilectus
filius 2. num. 5. extra de reſcript. gloſſ. c. non-
nulli. eod. tit. & in clem. c. eod. & in c. à no-
bis, extra de ſen. excommun. Felin in d. c. dile-
ctus. 2 verſ. pro hoc. & in d. c. nonnulli. num.
31. Panorm. in c. ex parte B num. 8. extrà de
foro compet. & gloſſ. c. ſtatutum. per illum tex-
tum in §. cum verò. verſ. in his quippe. de re-
30 ſcript. in 6.* ex quo inferebat Rolandus de
Valle, non procedere à pari, forum ſor-
tiri, & ligari ſtatutis, ut quæ videlicet ne-
minem regulariter ligant, niſi idem ſit
etiam ſubditus, ratione domicilii, de quo
tamen paulò poſt copioſius erit agen-
31 dum. Adeò verò judex domicilii dicitur
competens, ut cæteris paribus, nulla ex-
ceptione, niſi præventionis, aut litis pen-
dentiæ, ſit declinabilis. *Felinus d. c. finali.
num. 23. & 24. ibidemq; Panorm. de foro com-
pet.* Dubitari verò conſuevit hoc loco,
quis dicatur judex domicilii? Et reſpon- 32
dent, utique eum eſſe, in cujus territorio
larem & reſidentiam ſuam reus ita fixit,
ut ibidem & domicilium, & majorem
partem fortunarum ſuarum habeat, [un-
de rurſus non ſit diſceſſurus, ſi nihil avo-
cet, & unde dum profectus eſt, peregri-
nari videtur] iſtud tenuit Baldus *in l. 1.
num. 7. C. ubi de crim. agi opor.* inferendo,
quòd ſcholaris de contractibus alibi cele-
bratis, aut delictis alibi commiſſis non 33
poſſit in loco ſtudii conveniri, *ſecundùm
opinionem Iacobi Butrigar. ibidem, quam Bal-
dus reputat eſſe veriorem. Bald. d. l. 1. num. 7.
per l. ſenatores. 2. C. ubi Senatores vel clariſſ.
legendo illum textum per dictionem alternati-
vam, & iſtud ſequi videtur Speculator de com-
petentis jud. adit. §. 1. num. 29. 30. & 31.*
[Quia ſcholaris ibi domicilium habere
non intelligitur, ubi ſtudiorum cauſa ha-
bitat, niſi decem annis tranſactis eo lo-
co ſibi ſedes conſtituerit. *l. 2. C de incol.*
Domum eam unicuique noſtrum debere
exiſtimari, ubi quisq; ſedes & tabulas ha-
beret ſuarumq; rerum conſtitutionem fe-
ciſſet.] ac facit, quod dicitur eum eſſe in-
colam, qui in aliquam regionem domici-
lium ſuum ita contulit, ut perpetuo mane- 34
re velit. *l. pupillus. 239 § incola de verb. ſig. &
l domicilium 20. ad municip juncta gloſſa fin.
verbo inter abſentes in l 5. C. de præſcript. long.
temp* Pro quo etiam vel inprimis facit tex-
tus. *l. cives 7 C. de incolis, & ubi quis domicili-
um habere videtur lib. 10.* in quo dicitur, non
ambigendum eſſe, ubi quis larem, rerum- 35
que ac fortunarum ſuarum ſummam con-
ſtituit, unde rurſus non ſit diſceſſurus, do-
micilii jus eum ſortiri, cùm domicilium
re & facto demùm contrahatur. *d. l. domi-
cilium juncta l. non utique. 4. ff. ad municip. ac fa-
cit gl. l forma. de cenſibus Quo de latè VVeſen-
becius conſil. 1. de controverſa poſſeſſione feudi.
num. 57 per multas autoritates ibi adductas.*
Unde inferunt Dd. in dubio, & quando
non conſtat de animo habitatoris, quòd
ibi domicilium conſtituere voluerit, ſem-
per ſtabitur & fides habebitur declarati-
oni ipſius conveniendi, *per notat Iaſ. in §. ſed
iſtæ. num. 54 Inſtit. de act. Ripa in l. admonende.
31. num. 122. ff de jurejur Paris conſ. 20 num.
65. lib. 1. & conſ. 51. num 5. lib. 4 quos inter ali-
as autoritates allegat etiam Menochius de arbi-
trar.*

trar. jud. quæſt. lib. 2. caſu 86. num. 5. & 6.

36 Romanus tamen non tàm animum habitandi, quàm alia tria requiſita conſiderat. Primò, quòd habitet quis in eo loco, fovendo videlicet ibi domicilium. *l. 1. §. habitare. ubi Bart. ff. de his qui dejecer. vel effuder.* Secundò, quòd majorem partem bonorum ſuorum ibi collocarit, & continuò habitarit, & tertiò, quòd cum familia, & uxore ſua ibidem verſatus ſit. *Romanus conſ. 264. num. 1. 2. & 3. ac conſ. 197. num. 2.* Hæ enim circumſtantiæ, ſecundùm ipſum, intentionem conſtituendi ibidem domicilium arguunt, cùm ab exterioribus conjecturis & actibus probetur animus interior. *Menoch. ubi proximè. num 13. per c. 2. extra de renunciat. in 6.*

37 Mihi verò probatur contraria ſententia, eorum videlicet, qui tenent, non requiri copulativè, quòd & larem, & majorem partem bonorum ſuorum in loco reus habeat, quo ad eum finem, ut ibi conveniri vel exigi poſſit, ſed alterum ſufficiat. Et hanc ſententiam amplectitur Innocentius, organum veritatis appellatus, *in c. dilectus. 2. num. 1. poſt gloſſam ibi. extra de reſcript. & idem Innocentius in c. ex parte. B. num. 3. ibidemq́ Ioan. de Imola. de foro compet. ubi etiam Panorm. num. 8. & 9. item Marian. Socin. num. 4. & in c. quod clericus, num. 3. eod. tit. & ante eos Bart. in l. ſenatores. 2. num. 1. ibidemq́ Azo & Albericus. C. ubi ſenatores vel clariſſ.* Cui aſtipulatur etiam Baldus, ſibi in hoc contrarius, *in d. l. ſenatores. num. 1.* ubi plùs dicit, in tribus locis alternativè quem poſſe civiliter conveniri, vel in loco domicilii, ubi forum ſuum erexit, vel in loco, ubi habet majorem partem bonorum ſuorum, vel ubi aſſiduè degit ac commoratur, ſaltem per decennium. *Baldus d. l. ſenatores. num. 1. pòſt Cynum. ibi.* licet addat, Bartolum eſſe in ea opinione, quòd videlicet reus ſortiatur forum in loco aſſiduæ converſationis, quantumvis per decennium ibidem non hæſerit. *Baldus d. l. ſenatores. n. 1.* Et, quòd forum judicis loci, in quo reus habet majorem partem ſuarum fortunarum, maximè ibidem morando, vel converſando, declinare non valeat infinitis autoritatibus probat Tiraquellus *de retractu lignagier. §. 36. gloſſ. 3. num. 7. ac facit gloſſa in l. cives. 7. C. de incolis. lib. 10. in verb. electio,* ubi concludit, aliquem in pluribus locis ſortiri domicilium, non tantùm, ubi fovet larem, ſed etiam, ubi bonorum ſuorum majorem partem habet, vel aſſiduè converſatur. Ac, ne videamur ire per mendicata ſuffragia, textus pro hac ſententia habetur inconvincibilis *in l. aſſumtio. 6. §. filius. verſ. viris autem prudentibus ff. ad municipal.* ubi legitur: viris prudentibus placuiſſe, duobus in locis aliquem contrahere domicilium, ſi ita ſe inſtruxit utrobique, ut non minùs apud alteros ſe collocaſſe videatur. ac facit *l. Labeo. 5. eod. tit.* ubi Paulus taxat ſententiam Labeonis, judicantis eum, qui pluribus in locis ex æquo negocietur, nuſquam domicilium habere, alios autem econtra exiſtimare, pluribus in locis eum incolam eſſe, & domicilium habere, ſubjiciendo, iſtud ultimum verius eſſe, ac facit textus *l. ejus qui manumiſit. 27. §. Celſus. verſ. ego dubito. ad Municipal.* ubi pariter concludit Juriſconſultus, pluribus in locis quem domicilium habere poſſe. *concordat l. filii. 22. § ſenatores. eod. tit. c. ex parte. 15. extra de foro compet.* Quod idem etiam tenet, & pluribus probat Marianus Socinus *in c. fin. num. 21. extra de foro compet. pòſt gloſſam ibi: & textum in c. 2. de ſepul. in 6. per d. l. aſſumtio. §. filius. cum l. Labeo. 5. & l. ſi quis. 7. ff. ad municip.* ac tradit Tiraquellus, nobiles 38
imprimis viros plura, & ſæpè quatuor, pro diverſis annorum temporibus, habere domicilia. *Tiraquell de nobilitate. cap. 37. num. 131. pòſt Bald. in c. dilectus. num. 3. extra de reſcript. per l. 3. §. ſaltus hybernos. ff. de acquir. poſſ. & eſt text in l. ſenatores. 2. in verbis: ubi larem fovent, aut, ubi majorem bonorum partem poſſident, & aſſiduè verſantur. C. ubi ſenatores vel clariſſ. ſecundùm lecturam communiter approbatam, quæ dictione alternativa utitur, eamq́ lecturam literæ cum alternativa communem eſſe refert Marianus Socinus in d. c. fin. num. 25. verſ. & ſic etiam per contrarium. de foro compet. quam etiam probabiliorem eſſe fatetur Menochius de arbitrar. jud. quæſt. lib 2 caſu 86. num. 12. & 20 quod & Gailio placet in obſer. 35. num. 8. lib. 2.* Nec obſtat prædictus textus *in d. l. cives. 7. C. de incolis lib 10.* Quia, ſicut præcitatæ leges contentæ ſunt uno requiſito, videlicet domicilio loci, vel omnium fortunarum, ita planè non ambigitur, ubi ambo hæc vincula concurrunt, quem eo in loco forum indubitatè ſortiri *d. l. cives. per Auth. itaq. C. communia de ſucceſſion.* Licet autem Romanus *in d. conſ. 274.* aſſerat, jus domicilii non attribui habitantibus in loco, niſi perpetuò habitandi ibidem animum habeant,

habeant, ideoque aſtrui poſſit, incolam magis, quàm civem eſſe, qui non habitat in loco, animo figendæ ibi perpetuæ habitationis. *l. pupillus. 239. § incola ff. de verb. ſig.* tamen & appellatione civium incolæ continentur. *l. provinciales. 190. eodem*
39 *tit.* & ſaltem de jure communi, per moram decennii, præſumitur quis ibi ſortiri domicilium, ubi tam diu habuit reſidentiã cum familia ſua, *per id quod notat gl. in l hæres abſens. 19. §. 1 ff. de jud gl. l. 2. & 3. C. incolis lib. 10. Abbas in c. ſin. n. 3. extra de paroch. Alex. conſ. 155. n. 3. lib. 7. Rumus conſ. 61. n. 21. lib. 5.* ac probat Menochius *de arbitrariis jud. lib. 2. Cent. 1. caſu. 86. nu 15. & 16.* & ante eum Cynus *in d. l. Senatores. n. 1. C. ubi Senatores vel clariſſ.* pòſt Bartolum *in l. lex Cornelia. 5. in §. ſi tamen. n. 1. ff. de injur.* ubi tenet: Scholarem, qui per decennium moratur in ſtudio alicuius loci, ſub dubio præſumi fixiſſe ibi domicilium, addendo: iſtud tenendum eſſe, ibidemque Alex, *in. addit. ad Bartolum litera G. pòſt gloſſam in l. eſt verum 3. C. de incolis lib. 10. cum quo tranſit etiam Thomas Grammaticus. deciſ 87. num 2. ubi pòſt Bartolum in l. 1 § habitatores. ff. de his qui dejecer. vel effuderunt* tradit, eum intelligi in loco habitare, qui habitat cum familia ſua, focum ibi & ignem ſervando, & alia faciendo, quæ faciunt, & face-
40 re conſueverunt habitatores: licet circa ſcholarium perſonas ſecus ſentiat, *Panor. in c. quod clericis num 4. extra de foro compet.* cùm ſcholaris, quantumvis hærens per decennium in uno loco, magis videatur commorari cauſâ ſtudiorum, *prout notat Panorm in proœmio epiſt. decretal. incip. Gregorius num. 18. & iſtud probat Menoch. d. quæſt. 86 num. 17.* addit tamen Panurm. quia in ſeptennio & quinquennio debuit abſolvere curriculum ſuæ ſcientiæ, ſi ulteriùs ibi moratur, poſſe dici, quòd iſtud non faciat cauſa ſtudii, ſed animo figendæ ibidem habitationis. *Panorm. in d. proœmio decretalium. num. 18. Menoch. de arb. jud. lib. 2. caſu 86. num. 15. & 18.* Pro qua ſententia habetur textus inconvincibilis *in l. nec ipſi. 2. C. de incol. & ubi quis dom. hab. vide. lib. 10.* ubi traditur, eos, qui ſtudiorum cauſa in aliquo loco morantur; domicilium ibi non ſortiri; niſi, decem annis demùm exactis, ſedes in eo loco ſibi conſtituerint, *ibiq. gloſ. verb. conſtituerint.* ubi addit Bart. ſufficere ſolam commorationem in loco per decenniũ, *quod & Felinus probat in c. dilectus. 2. num 4. 11. & 12. in ſecunda declaratione. §. tertius caſus eſt. & §. limita dupliciter. extra de reſcript.* Quia vix eſt, ut poſt decennium quis intelligatur ulterius ſtudiorum gratia in loco commorari, ſed magis figendæ habitationis cauſa & propter ſodalitia, cùm quibus quotidie verſatur, ſicut egomet memini, cùm ſcholaris eſſem Lipſiæ, habuiſſe me quendam commenſalem, ex nobili familia natum, virum aliàs bonum, qui per integros 50. annos ibidem in Academia hæſerat ut ſcholaris, habitando in Collegio non quidem ſtudiorum gratia, cùm plures libros non haberet, niſi duos: Unum ſacrorum Bibliorum, & alterum Dictionarii, ut vocant, Latino germanici, utroſque tamen ſitu & pulveribus ita obſitos, ut literas quaſcunque in ipſorum ſuperficie notabiliter ducere potuiſſes, de quo aliter dici non poterat, niſi quòd figendæ ibidem reſidentiæ intentione commoraretur, licet idem deinceps, ducta quadam uxore Medica, inde receſſerit. Cæterùm, quia iſta præſumtio, circa decennalem in loco habitationem, tantùm eſt juris & non de jure ideò probatio in contrarium admittitur, *per ea quæ tradit Bart. in l. ſive poſſideris. 16 C de probat* & ita quando aliter liquidum eſt, vel conſtat, quem hærere in loco, pòſt certum tamen tempus diſceſſurum, quantumvis ultra decennium ibi ſteterit, nequaquam eò loci forum ſortiri exiſtimatur. *Felin in c. dilectus. 2. num. 12. §. limita dupliciter extra de reſcript.* Eodemque modo hæc præſumtio, conſtituendi domicilii, eliditur per alias præſumtiones fortiores. Quid enim ſi Caſtellanus in loco ſui officii commoretur ultra decennium? Quo caſu, cùm finito officio præſumatur demùm rediturus ad locum ſui domicilii, igitur non intelligitur ibi fixiſſe ſedem ſuam. *Menoch. de arbitrar. jud. qq lib. 2. caſu 86. num 8 per l. quæſitum 78. in princ. ff. de legat. 3. cum l. nihil. 26. de capt. & poſtlim. rever. & l. 2. §. rerum. de hær. inſtit.* Eodemque modo ſi 41
ſcholaris ſtetiſſet in Academia per decennium, pro ſtudio complendi in una facultate, & in ſecundo decennio vel quinquennio ibidem remaneret pro ſtudio alterius facultatis, quemadmodum multos videmus in pluribus facultatibus elaborare. Qua vero fœlicitate iſtud fiat, ipſi viderint, & docet Imp *in l fin. in verſ ad utrunq. feſtinans neutrum benè peragit. C. de aſſeſſor. ubi gloſ. allegat vetus diſtichon,*

Qui binos lepores una ſectabitur hora,
Vno quandoq; quandoq; carebit utroq;.

Hoc inquam caſu, ubi certum eſt, addiſcendi plura animo quem in ſcholis hærere, commoratio decennii non arguit domicilium. *Felin. d. c. dilectus. 2. num. 12. §. limita dupliciter. verſ. exemplificat. quod idẽ etiam probat, ac ſequitur Marian. Socin. in c. fin. num 25. verſ. & hoc etiam extra de foro compet.* quantumvis in uno loco hæreret quis per mille annos. *Dd. ubi ſuprà. poſt Dyn in l. lex Cornelia. 5. ſ. ſi tamen. ff. de injur. Bart. in l. 2. num. 2. C. de incolis. lib. 10.*

42 De aliis autem non ſtudentibus indubitatum eſt, quod ex ſola commoratione vel converſatione in loco per decenniũ, etiam abſque eo, quòd ibi poſſideant bona, inducatur facultas ibidem ipſos conveniendi. *gl d. l. nec ipſi: verb. conſtituerint. in fin & reſpondetur ad l eſt verum. 3. l. cum neq;. 4. C. eod.* quòd ibi minori tempore hæſerant, quàm per decennium. Quod extendit Franciſc. Aretin. ut tales habitantes in loco habitationis conveniri poſſint etiam pro contractibus alibi celebratis. *Aretin in c quod clericis. num. 1. verbo. commorantes extra de foro compet.* addendo, iſtam ſententiam communiorem eſſe, *quod & firmat Pariſius conſ 12 num. 20. & ſeqq volum. 1. ac probatur per textum clarum in l. nec ipſi. 2. C. de incolis lib. 10.* Ideò Panorm. *in d. c. quod clericis. num. 5.* ipſe etiam finaliter hanc opinionem amplectitur, cùm abſurdum videatur, quòd quis in loco commoretur, ibiq; ue nolit reſpondere. *per l. 2. C. ubi ſenator. vel clariſſ. & l. 2. C. ubi de crim. agi oper.* Plus dicit etiam Marianus Socinus, hoc procedere, quantumvis quis in loco non aſſiduam, ſed intervallatam habitationem teneat, ita ut ab uno loco ſubinde ad alium diſcedat & recedat. *Socinus in c. ex parte. B.*

43 *num. 4. de foro compet.* & illud in his terris Saxoniæ indubitatum eſt, per conſtitutionem noſtram Thuringicam in ordinationibus judicii curialis *ſub tit.* Wer vor Hoffgericht möge geladen werden/ ubi habetur: quòd omnes Feudatarii, Comites, Nobiles, & alii qui quoquo modo poſſident bona in provincia, tenendo ibidem focum & ignem, Die des Orts Fewr vnnd Rauch halten/ ſive in perſona, ſive aliter, hoc eſt, per ſuos familiares habitent, aut, ſi majorem partem fortunarum ſuarum eò loci poſſideant, non obſtante, quòd alibi fortè fixerint ſuum domicilium & larem ſuum foveant, in hoc territorio forum ſortiantur. Ex quo nunc infertur, præſuppoſitis alternativè, ſive majore parte facultatum, ſive perſonali reſidentia debitoris, vel ejus inſtitorum aut miniſtrorum, qui focum & ignem nomine domini in his terris habent, quòd talis debitor, vel ex vi pacti executivi, inſtrumento inſerti, vel deficiente pacto, ex vi ſtatuti, tribuentis eo in loco inſtrumentis liquidis paratam executionem pro debito, abſq; omni alio proceſſu, & ſolennitate judiciali in loco, ubi focum ſuum & ignem tenet, ibidem commorando, executari poſſit. Neque obſtant textus in contrarium allegati, quia procedunt in eo, qui in loco converſationis nondum abſolvit decennium. *gloſ. verb. conſtituerint. in l. 2. C. de incolis. lib. 10.* Et, quod de animo conſtituendæ habitationis dicitur, is præſumitur ex commoratione decennii, niſi diverſæ circumſtantiæ aliud ſuadeant, neque verò in hoc ſtabitur declarationi ipſi⁹ conventi vel conveniendi, niſi mox ab initio ingreſſus ſui proteſtatus fuiſſet, ſe non eſſe ejus intentionis, quòd ibidem velit domicilium conſtituere, alias, ſi ex poſt facto ſtaretur ejus declarationi, hæc foret optima cautela pro ludenda jurisdictione judicis, in cujus territorio conventus tam diu hæſit. Ita intelligo Menochium *de arbitrar. jud. lib. 2. caſu 86. n. 5. 6 & 7. junctis, quæ ibidem tradit num. 11. & 12.*

Quantumvis autem judex contractus, ipſe quoque dicatur competens in hac materia, tamen, ut prædiximus, iſtud demùm procedit, ſi debitor in loco initi contractus deprehendatur. *Innocentius in c. 1. per gloſ. verb. loco. extra de plus petit. & tactum fuit ſupra num 15.* Et hæc eſt prima fallentia, ad regulam præmiſſam, in qua concludebamus, pro executione parata judicem domicilii rei vel majoris partis fortunarum, aut aſſiduæ habitationis adeundum eſſe, tanquam competentem, fallit, inquam, iſta theorica, ſi in loco geſti contractus reus reperiatur, quo caſu ibidem etiam rectè convenitur. *gloſ. verb. cõtractus. in d c. licet ratione delicti. verſ. quidam tamen dicunt. ibidemq; Panorm. num. 79 extra de foro compet. l. hæres abſens. 19. in princ. in verb. ſi ibi inveniatur. ff. de jud. Ioan. Franc Ripa in c. 1. num 65. extra de foro comp. Panorm. in c. fin. num. 30. 31. 32. 33. & 36. extra eod. ac facit c. Romana. ſ. contrahentes ibi: niſi inveniantur ibidem, ubi etiam Phil.* 44

Francus hoc notat num. 1. de foro compet. in 6. addendo, iſtinc manare illud vulgatum,
45 quòd in contractibus non fiat remiſſio, *de quo etiam Bart. in d. l. hæres. §. 1. & addit, hodiè de hoc eſſe caſum in d. c. Romana. §. contrahentes*, quæ ſententia communis eſt, *teſte Mariano Socino in c. dilecti. num. 38. extra de foro compet. & idem refert Ioan. Bernardus Diazius in regula 642. incip. remiſſio in civilibus, pòſt Panorm. in cap. fin. num. 37. de foro compet.*

46 Fallit ſecundo, ſi reus, in loco contractus etiam non repertus, ibidem tamen habeat pergulam, tabernam, armarium, vel officinam. *d. l. hæres §. proinde. verſ. at ſi quis ab eo*, vel alia bona, quo caſu nihil prohibet, uti proceſſu executivo etiam adverſus bona, in loco contractus reperta, maximè, ſi forſan malicioſè reus à loco contractus ſe abſentarit. *d. c. Romana. §. contrahentes, in verbis: licet in poſſeſſionem bonorum, quæ ibi habet, creditores mitti poſſunt, ac notat Anton. de Butr. in d. c. fin. num. 13. ex-*
47 *tra de foro compet.* Dico autem notanter, quod iſtud ita demùm procedat, ſi reus teneat bona in loco contractus, ſi enim in loco, ubi bona poſſidet, non contraxit, & alibi domicilium fixit, judex bonorum dicetur incompetens, *per ea quæ latiùs tradimus infra. num. 56. item. 57. & ſeqq.* Unde Marianus Socinus ſcriptum reliquit, quod contrahens in loco, ibi poſſit conveniri, ſi ibidem habeat forſan officinam, vel tabernam, quantumvis non habeat animum ponendi ibi domiciliũ. *Socinus in c. fin. num. 18. ibidemq; Panorm. 33. extra de foro compet. per d. l. hæres abſens. §. 1. ac probat Paulus de Caſtro in l. 1. num. 3. ff. de eo quod certo loco. verſ. & per hoc dico. ubi refert*: Si in loco contractus debitor poſſideat bona, judicem loci, ubi bona ſunt ſituata, poſſe citare reum, licet ibi non ſit, (ſubſidiariè intellige) ac, ſi quidem non compareat, creditorem mittendum eſſe in poſſeſſionem rerum, quas ibi habet. *per d. §. contrahentes.* unde alibi ſcriptum reliquit Speculator, de debitore, qui tempore contractus fovebat domicilium ſuũ Toloſæ, antè vero evenientiam diei ſolutionis, mutat domicilium, transferendo ſe Narbonam, quod tunc creditor habeat opinionem, an Toloſæ, an vero Narbonæ ſuum creditum exigere velit, idque non alia ratione, niſi ratione contractus Toloſæ geſti, ubi adhuc habet forte ſuum tuguriolum, etiamſi alibi nunc habitet, & domicilium fixerit. *Speculator de competentis jud. adit. §. 1. num. 33. per l. 2. §. non utiq; 3. ff. de eo, quod certo loco.* Si enim Toloſæ nihil ampliùs poſſideret proprii, fruſtrà ibi conveniretur, tùm quia remiſsio in contractibus fienda non eſt, *ut ſuprà num. 45.* tùm, quia nulla ibidem extant bona, in quæ procedat executio. *argum. d. c. Romana. §. contrahentes: verbis: in poſſeſſionem bonorum, quæ ibi habent. à contrario ſenſu*, tùm, quia domicilium mutavit, antequam præveniretur per citationem judicis loci. *c. propoſuiſti. extra de foro compet. ac facit l. ubi acceptum. 30. ff. de judic. & l. cùm quædam puella. 19. de*
juriſd. om. jud. Sic itaque, iſto caſu, uter- 48
que judex, tàm domicilii, quàm contractus, habentur pro competentibus: ita tamen, ut, coràm quo primo fuit cœptum judicium executivum, ibidem etiam finem acipiat. *d. l. ubi acceptum. ff. de judic.* cùm locus ſit præoccupationi, vel præventioni, quæ per ſolam citationem prævertitur. *l. pen. ff. de petit. hæred. l. ſi quis poſtea. 7. de judic. Butrienſ. in d. c. fin. num. 5. per c. propoſuiſti. extra de foro compet. ibidemq; Socin. num. 4. & Maranta in ſuis diſputationibus, annexis Specula. diſputat. 6. num. 20.* Quare verò iſto caſu creditor debitorem ſuum, non tantùm in loco geſti negocii, ſed & coràm judice ſui domicilii convenire queat, ratio eſt, quòd forum acqui-
ſitum ex contractu in certo loco, non 49
tollat forum domicilii, ſed foro forum accumulet. *prout tradit Felinus in d. c. licet ratione. num. 18. ibidemq; Anton. de Butr. num. 1. & Marianus Socinus in c. dilecti. num. 7. extrà de foro compet. pòſt Bart. in l. quòd ſi Epheſi. 4. ff. de eo quod certo loco.* Sicut autem prædicta abſque omni dubio procedunt in terminis ordinariæ cognitionis, ita, ſi debitor ſeſe per pactũ expreſſum ad manusinjectionem in perſonam vel bona, ſub eventum moræ, obligaverit, iſtud, ex vi juris communis, ſortitur effectum paratæ executionis, apud quemcunque judicem conventi, qui aliàs eſt competens & indeclinabilis, cui videlicet iſtud inſtrumentum executivum exhibetur, ſive in bona. *Bartol. in d. l. creditores. num. 26.* ſive etiam in perſonam. *d. c. ex reſcripto. ubi Panormit. extra de jurejur.* Cæterum, ſi inter partes ea de re nihil actum fuit, ac nihilominùs creditor malit per viam executivam, quàm per ordinarium proceſ-

proceſſum, ſuum conſequi, tunc, ſiqui-
dem utroque in loco, puta domicilii, item
celebrati contractus, extat tale ſtatutum,
quod debitor pòſt moram areſtetur, vel
detineatur in perſona, vel parata ſit exe-
cutio adverſus ipſius bona, adhuc in cre-
ditoris optione poſitũ eſt, corám quo pa-
ratam executionem petere velit, *per ſupe-*
50 *riùs tradita.* Licet enim aliàs in alternati-
vis debitori competat electio. *l. illud. 25.*
ff. de conſtitut. pecu. l. cum illud aut illud. 25.
Quando dies leg. cedit c. in alternativis extra
de reg. jur. in 6. l. plerumq. 10. in fin. ff. de jure
dot. l. 2. §. 3. de eo quod certo loco. l. ſi plures.
17. l. ſi hæredi 5. de condit. inſtit. & ſchola-
ris, qui tres judices ſortitur, poteſtatem
loci, Epiſcopum & Doctorem, habet eli-
gere, corám quo conveniri velit, adeò,
ut conventus corám uno poſſit ejus juris-
dictionem declinare, & ad alium judi-
cem provocare. *auth. habita. §. verum ta-*
men. ibidemq́. Salic. num. 21. pòſt alios ibidem
Doctores. C. ne filius pro pat. [quod verùm,
ſi ſcilicet, ſemel & non pluries variave-
rit, Quia unum eligendo videtur recuſa-
re alium. *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.*]
tamen contrarium verius eſt, quòd vide-
51 licet in poteſtate actoris reſideat, inter
plures judices partis reæ, eligere unum
vel alium, quem velit pro diſtringendo
debitore ejusvé bonis. *ita Salic. in d. Auth.*
habita num. 20. per l. cum clericis. 25. verb.
volentibus tamen actoribus. ibidemq́. Baldus
num. 1. C. de epiſc. & cler. Phil. Franc. in c. Ro-
mana §. contrahentes. num. 12. & Anthoran:
5. extra de foro compet. in 6. ac Panormit. in c.
licet ratione. num. 36. & c. dilecti. num. 10.
per illum textum, extra eod. tit. ubi addit: i-
ſtam opinionem communiter teneri, per l. fin.
ubi Bart. C. ubi in rem actio. Pro qua ſenten-
tia etiam facit textus *l. ſed & ſi ſuſcepit 52.*
§. ſi ea res. 3. ff. de judic. ubi habetur: Quod
hæres conventus pro re particulari, in
alio loco, quàm majoris partis hæredita-
tis, vel domicilii, ſita, non poſſit declina-
re judicem aditum, quaſi alibi conve-
niri debeat. *concordat l. 3. §. quæro. ibi. pe-*
titor electionem, ubi petat, habet de eo, quod
cert. loco. Ad auth. habita reſpondetur, illud
eſſe ſpeciale privilegium, inductum in
favorem certarum perſonarum, ſtuden-
tium videlicet, quod non eſt trahendum
in conſequentiam. *l. 1. §. fin. de conſt. princ.*
c. privilegia. diſtinct. 3. ac notat Dynus in c. pri-
vilegium. extra de reg. jur. in 6. unde, ſtan-
te conſuetudine alicujus loci, quod mer-
catores habeant ſuos conſules, qui dicun-
tur fungi ordinaria juriſdictione in cau- 52
ſis, ad mercaturam pertinentibus, per ea
quæ notat Salic. *in l. fin. num 3 C. de juriſ-*
dict. om. jud. iidem non propterea intelli-
guntur exempti à juriſdictione ſuperio-
ris magiſtratus, hoc eſt, poteſtatis opida-
næ, adeoque pro credito utrobique exigi
poſſunt, ad lubitum videlicet creditoris.
Stracha de mercat. tit. quomodo in cauſ. merca.
proced. particula 1. num. 7. & 8. argumento
l. 1. C. de offic. præfec. urbis. Nec obſtat. *c. in*
alternativis. extra de reg. jur. in 6 quia con-
trarium procedit in alternativa rerum,
vel in alternativa debendi *d. l. plerumq. ff.*
de jure dotal. Secùs eſt circa alternativam
exigendi in pluribus foris: ita ſolvit Fe-
linus *in c. inter cæteras. num. 4 fall. 2. extra*
de reſcript. pòſt Paulum de Caſtr. in l. cum pro-
ponat. 17. num. 4. C. de tranſact. ubi tradit il-
lam generalem regulam: quòd in pluri-
bus remediis ſecuritatum, proditis ad fa-
vorem creditorum, electio ſemper ſit pe-
titoris, *allegat Guilbelm. de Cuneo in l. quam-*
vis. 6. de pig. act. & facit l. cauſam 20. §. puel-
lam. 2. ff. de manumiſſ. tit. generali. Ferra-
rienſis nominat iſtam alternativam circa
exactionem, alternativam hominis. *in*
for. lib. actio realis. verb. ſalvo jure. num. 7.
ſed magis placet Felini ſolutio. Hinc ma- 53
nat, quòd, qui pluribus in locis, puta vel
Lipſiæ vel Erfordiæ, ſolvere promiſit per
dictionem alternativam, poſſit exigi in
alterutro loco, quem creditor elegerit.
Rip. in c. 1. num 70 extra de judic. per l. 2. §.
ſecunda. verſ. quare. in verbis: damus igitur
actori electionem ubi exigat, licet ante
petitionem creditoris (hoc eſt, antequam
incurratur mora per debitórem) in rei
arbitrio ſteterit, quo in loco voluerit ſol-
vere. *ff. de eo. quod certo loco. l. fin. C. ubi in*
rem action. ubi Bartolus. Et ſi aliter dicere-
mus, quòd nimirum in poteſtate debito-
ris poſitum eſſet, ubi vellet ſolvere, inuti-
lis foret obligatio. *argument. d. l. 2. & l.*
Titia. 134. §. idem reſpondit. 1. de verb. ob-
ligat. Ex quo nunc & illud ſequitur, ſi- 54
cut ex vi pacti executivi creditori li-
cet contra ſuum debitorem, vel in loco
contractus, quatenùs ibi reperitur, vel
in loco domicilii, petere paratam execu-
tionem, & in his terminis intelligen-
dum eſt dictum Bartoli, quòd inſtru-
mentum guarentigiæ, tanquam confe-
ctum de voluntate partium, ubique poſ-
ſit executioni mandari. *Bartolus in l. à*

Divo

Divo Pio. 15. §. ſententiam. 1. num. 8. ff. de re jud. ita, ſi nulla conventio executiva intervenerit, & utroque in loco, tàm domicilii, quàm celebrati contractus, vigeat ſtatutum paratæ executionis, pro inſtrumentis liquidis, adhuc licebit creditori manusinjectione contra reum uti eodem modo, vel in loco geſti negocii, ſi debitoris in perſona, vel rebus ibidem poſſit habere copiam, vel in loco domicilii, *per*
55 *ſuperiùs adducta.* Sin verò in altero eorum tantùm vigeat ſtatutum paratæ executionis, tunc pro illius impetratione, ſolus ejus loci judex adeundus eſt, ubi inſtrumenta recognita, ex vi ſtatuti vel cõſuetudinis, executantur absque alio proceſſu judiciali, non autem, alterius territorii, cùm ſemper inſpiciatur ſtatutum aut conſuetudo ejus loci, ubi petitur executio. *Felinus in c. poſtulaſti num. 11 extra de foro compet. Bal. in l. 1 num 4. C. ne filius pro patre. per l. 2. ibi: ſecundùm mores legesq; locorum. C. quemadmodum teſtamenta apert. l. miſſi opinatores. 7. in verbis: ſervata regionum conſuetudine, ubi etiam Bart iſtud notat. num. 6. C. de exactor. trib lib. 10. allegando l 1. C. de petit. bon. ſublat. lib. 10. & l. penul. C de jure fiſci. cod. lib. Bald in l. unica. in fine. C. de confeſſ.* ac facit textus *l 3. §. fin. in verbis: explorari debet conſuetudo vigens in provincia, in qua judicat. ff. de teſtibus*, quem textum commendat & extollit Ludov. Roman. *conſ. 367. num. 11. poſt Bart. in l. cunctos populos. 1. num. 15. Bald. ibid. 20 Iaſon. 20. C. de ſumma Trin.* ubi infert ad propoſitum,
56 quòd inſtrumentum, quantumvis alibi factum, in loco ubi viget ſtatutum de parata executione, executabitur absq; alio proceſſu judiciali, cùm iſtud reſpiciat, ordinem judicii quod probat in terminis etiam Maranta *de ordine judiciorum part. 6. in ultimo acta judiciali. num. 10. poſt Iaſonem in l. cùm quadam puella. 19. num. 20. & 21. ff. de jurid. om. jud.* [Secùs eſt in his quæ pertinent ad litis deciſionem. In his enim duntaxat quæ ſpectant ad litis ordinationem inſpicere debemus conſuetudinem loci.] Quæ tamen dicuntur de parata executione, facienda ex vi ſtatuti, vel conſuetudinis loci, ubi ſituantur bona, in quæ miſſio petitur, iſta omnia, *ſicut præmiſſum fuit. num. 44.* accipienda ſunt cum ea reſtrictione, quatenùs videlicet cum loco ſituatorum bonorũ, ubi inſtrumenta liquida mandantur executioni absque alio proceſſu, vel ſolennitate judiciali, ſimul concurrit vel locus domicilii, vel celebrati contractus. Sola enim ſituatio bonorum (quantumcunq; ibi vigeat jus pa- 57
ratæ executionis pro debitis confeſſatis & recognitis) nun tribuit fori competentiam, adverſus debitorem in perſonalib⁹: licet in realibus, ubi de dominio rei petitæ agitur, judex loci bonorum declinari nequeat, per ea, quæ habentur *in l. fin. C. ubi in rem act. & in c. fin. extra de foro compet.*
Unde eſt, quòd Anton. de Butrio monet, 58
licet ratione contractus, in loco geſti negocii non repertus, quò ad effectus, perſonã concernentes, condemnari nequeat, ut contumax, in pœnam excommunicationis. *argum. c 1. extra de judic.* tamen quo ad effectus, bona ſituata in loco contractus reſpicientes, benè poteſt citari, adeò, quòd ſi contumaciter ſe abſentet, miſſionem patiatur. *Butrienſ in d c. fin. num. 15. ibidemq; Felin 21. & Panorm. num. 36. verſ. ſi verò non reperitur.* Licet autem idem Butrienſis in loco præcitato. *num. 20.* videatur iſtud dictum ſuum reſtringere in caſu, quo realiter agitur; tamen *d. c. Romana. §. contrahentes. de foro compet. in 6. cum l. hæres abſens. 19. §. proinde. 2. ff. de judic.* loquuntur fundamenta in actione perſonali, deſcendente ex contractu, ac nihilominùs deciditur; quòd in bona rei, exiſtentia in loco contractus, ut maximè ſe ibi reperiri non patiatur obligatus, expediri valeat miſſio? & Marianus Socinus generaliter ſcriptum reliquit, ſiquidem talis eſt cauſa, in qua, absq; litis conteſtatione, ſive de jure, ſive ex vi ſtatuti vel conſuetudinis particularis loci, procedi poteſt ad ſententiam condemnatoriam, vel ad miſſionem in poſſeſſionem, tunc ad requiſitionem judicis loci bonorũ, obligatus ibi defendere debet, etiam alibi degens, ſua bona, vel miſſionem patietur. *Socin. in c. dilecti. num 15. extra de foro compet. verſ. ſed multò plùs.* quam ſententiam veriſſimam eſſe judico, quando cum loco ſituationis bonorũ concurrit locus contractus, aliàs ſecùs. Et iſtud videmus in his & vicinis provinciis practicari tota die, non tantùm Lipſiæ, ſed etiam in aliis locis Miſniæ & Thuringiæ, ubi inſtrumenta liquida merentur paratam executionem ex ſtatuto vel conſuetudine provinciali, quòd nempè creditores poſt moram, bona reorum, in loco contractus reperta, faciant areſtari, & inſtituant deinceps adverſus ea proceſſum paratæ executionis, *quo de latiùs in tertio Capite hujus Partis. num. 35.*

Fallit

59 Fallit tertiò, quod ante de judice domicilii concluſimus, quaſi is dicatur competens, pro petenda bonorum executione, quando tacitè vel expreſsè aliud egerunt partes, conferendo videlicet ſolutionem in certum locum. Tunc enim pòſt moram ſolvendi adhibitam, creditor ex vi pacti executivi contra debitorem rectè urget jus paratæ executionis in foro, ad quod ſe aſtrinxit pro ſolvendo, cùm fictè ſaltem dicatur contraxiſſe reus in loco, ubi ſolutionem deſtinavit, *referente Anton. de Butr. in d. c. licet ratione. n.12. extra de foro comp.* Qui enim certo loco dare promiſit, nullo alio in loco, invito ſtipulatore, ſolvere poteſt. *l. is qui certo. 9 de eo, quod certo loco.* ex quo, ſicuti conſenſu perficitur contractus, *l. conſenſu. 2. l. actionum genera. 25. de act. & oblig.* ita talis con-
60 ſenſus non circumſcribitur loco, ſed ibi eſt, ubi eſſe vult. *Ripa d. c. 1. num. 63. extra de judic. Bald. in l. multùm intereſt. 6. num. 12. C. ſi quis alteri vel ſibi. per l. nihil intereſt. 26. & l. retrò creditur. 16. ff. de capt. & poſtlimin. reverſ. l. fin. C. de præſcript. longi temp. l. ex facto. 35. §. rerum. 3. ff. de hær. inſtit. l. debitor. 32. de pignor & §. Pavonum. 15. Inſt de rer. diviſ.* adeoque propter animum & intentionem partium, ubi volunt fieri ſolutionem, locus deputatæ ſolutionis attenditur, ſicut eam eſſe meram veritatē, affirmant Jaſ. *in §. 33. verſ. plùs autem. nu. 18. Inſtit. de action. Innoc. in c. 1. num. 1. ſuper gloſ. verbi. loco. extra de plus petit. Bart. in l. eum qui. 5. ibidemq́ Baldus. ff. de conſtit. pec.* & hæc ſententia communis eſt, *teſte Paulo de Caſtr. in d. l. hæres abſens. §. illud. num. 2. & Salic. in d. l. un. in fin. C. ubi conven. qui cert. loc. dare promiſ. ubi concludit, quòd ipſe ſtet cum gloſ. ibidem,* quam, ſecundùm eundem, communiter ſecuti ſunt patres noſtri. Eamque communem eſſe teſtatur etiam Aldobrandinus *in d. verb. plus autem. verſ. loco plus. ſuper gloſ. verb. ſine conventione. Ripa in c. 1. num 96. extra de judic. & Iaſon in l. 1. num 4. ff. de eo quod certo loco.* Etſi verò autoritates præcitatæ loquuntur ut plurimùm in terminis ordinariæ cognitionis: tamen idē eſt in materia paratæ executionis, quæ intenditur ex conventione partium, *per regulam ſuperiùs traditam. num. 27.* Sin verò inter partes hac de re nihil actum ſit, & creditor nihilominùs ordinarii judicii ſtrepitum evitare cupiat, ob moram videlicet, & ſumtuum profuſionem, *argumento c. finem litibus. extra de dolo & contumac.* cautela eſt, 61
quòd creditor diligenter exploret, an ſaltem in loco deſtinatæ ſolutionis, vel domicilii rei, vigeat conſuetudo paratæ executionis abſque alio proceſſu judiciali, quo caſu, ſi in loco deſtinatæ ſolutionis deprehenderit moroſum, creditor ſecurè poterit judicem loci, ad quem fuit deputata ſolutio, pro executione adire. Quod in terminis tradit Marianus Socinus in tract. de citatione. *art. 17. num. 29.* ubi aſſignat rationem, quòd nempe obligatus in certo loco & termino ſolutionem facere, ſi ſe abſentet, malitiosè iſtud facere præſumatur, ideoque, quamvis ad definitivam contra talem procedi nequeat: tamen ſaltem miſſio in poſſeſſionem adverſus eundē rectè decernitur. *Socin. ubi proximè. n. 29. allegat Panorm. in c. fin. extra de eo qui mit. in poſſ. num. 13. & ibidem Anton. de Butr. 10.* Quantumvis autem ſint, qui iſtud dictum reſtringant ad eum unicum caſum, quandò nimirum reus in perſona deprehenditur in loco deſtinatæ ſolutionis. *Innoc. in c. dilecti[illegible]. 3. verſ. & intelligo hoc. ibidemq́ Anton. de Butr. num. 24. extra de foro compet.* quod ibidem etiam probare videtur Marianus Socinus *num. 10.* in verbis: Sive reperiatur in loco deſtinatæ ſolutionis, ut habens tabernam, ſive ut viator, tamen idem prorſus eſſe juris cenſeo, etiam in eo, qui vel tabernam vel alia bona in loco deſtinatæ ſolutionis poſſidet, etiamſi is ſe à tali loco de præſenti abſentet, cùm locus deſtinatæ ſolutionis faciat intelligi, ibidem contractum celebratum fuiſſe. *l. contraxiſſe 21. ff. de actio. & oblig. l. 3. §. 1. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. juncto c. Romana. §. contrahentes. extra de foro compet. in 6 cum l. hæres abſens. 19. ff. de judic.* Et de jure quidem Saxonico iſte caſus nihil videtur habere dubii. *per textum Landrecht lib. 1. art. 70. §. agatur & actione.* ubi debitor forenſis promiſit facere ſolutionem in certo loco, & certa die, ſi fallat fidem, & poſſideat ibi bona ſoli, quantumvis alibi habeat domicilium, non tantùm in loco ſituatorum bonorum ſortitur forum, ſed inchoatur mox adverſus eum proceſſus à præcepto executivo, ut infra quindenam ſolvat, aut compareat coram judice, propoſiturus ſuas exceptiones executionis impeditivas, adeò, ut contra cōtumacem procedatur ad executionem, vel captionem pignorum, miſſo videlicet

credi-

creditore in bonorum, quæ ibi habet reus
ſituata, poſſeſſionem, adeoque jus Saxoni-
cum in propoſito conformat ſe cum jure
62 Canonico *in d. § contrahentes.* Adeò verò
arctat locus ſolutionis, in contractu appo-
ſitus promiſſorem, ut quãtumvis alias reo,
qui prorogavit jurisdictionem judicis nõ
ſui, promittendo videlicet ſtare ibidem &
reſpondere, ſi conveniatur coram judice
prorogato, non denegetur in ordinario ju-
dicio, quandocunque ante litem conteſta-
tam, mutare voluntatem, petendo, ut a-
ctor remittatur ad ordinarium judicem
rei. *l. ſi convenerit. 18. de jurid. om. jud.* tamen
in loco deſtinatæ ſolutionis exactus, ſive
per proceſſum ordinarium, ſive per exe-
cutivum, nullo modo poteſt declinare ju-
dicem, *Ioan Franc. Ripa in c. 1. num. 62. extra
de jud. Iaſon. d. l. ſi convenerit. num. 27. Panorm.
in c. ſ. num 30. extra de foro compet. per l un.
C. ubi conven. qui certo loco dare promiſſ.* & hæc
ſententia communis eſt, *teſte Panorm. in d.
c. 1. num 22. extra de judic.* Quòd autem dici-
mus, locum ſolutionis attendendum eſſe
circa fori competentiam, non habet illam
rationem, quaſi in ſolo loco deſtinatæ ſo-
lutionis, ac non alibi, manus in debitorẽ
ejusq; bona injici debeat, cùm idẽ & in lo-
63 co domicilii fieri poſſit, præſuppoſito vi-
delicet ſemper, quòd ex vi pacti executi-
vi, inter partes initi, vel ex vi ſtatuti ibi-
dem extantis, parata ſit executio contra
obligatum pòſt moram, per ſuperiùs tra-
dita, circa jurisdictionem aditi judicis ra-
tione contractus. *num. 28. & 29. cum ſeqq.
ac facit gloſſ. verb. & in alio. in fine per illum
text. in l. 1. C. ubi conven. qui certo loco dare pro-
miſ. & ind. l. 3 §. contractum ff. de bon. aut jud.
poſſ. gl c. Romana § nec etiam. verb. reſpondere.
extra de foro compet. in 6. Fel. in c. fin. num. 19.
extra eod per l. hæres abſens. 19 §. illud ſciendũ,
ibi: obligatus ut ſolveret in Italia, ſi in provin
cia habet domicilium, utrobiq; poteſt conveniri,
& hic & ibi ubi etiam Angelus notat ff de jud.
ac concordat c dilecti § verùm ibi: qui certo lo-
co ſolvere promiſerunt, & ibi: & ubi habent do-
milium, conveniri poſſunt extra de foro compet.*
adeoque forum deſtinatæ ſolutionis, non
excludit forum domicilii, ſed forum foro
accumulat, prout loquitur Ripa. *in d. c. 1.
num. 64. extra de judic. poſt Felinum in cap. fin.
num. 17. de foro compet.* Etſi verò Jaſon ve-
lit, quòd debeat creditor iſto poſteriori
caſu concluſionem libelli alternativè in-
ſtituere, puta, quod denuò compellatur
reus ſolvere, vel in loco domicili, ubi ad-
verſus ipſum agitur, vel in loco deſtinatæ
ſolutionis & quód ſimul condemnetur
plus petens in expenſas litis, unà cum o-
mni intereſſe, quantum videlicet refert
creditoris, creditum ſuum debito loco &
tempore accepiſſe, ſicut iſtam formam li-
bellandi tradit Jaſon *in §. ſi quis agens verſ.
plus autem num. 14. I. de act.* ne videlicet uti-
litas & commoditas loci reo auferatur.
*l. 2. §. ſi quis Epheſi. in fin. juncta l. is qui. 9. de
eo quod certo loco & 33 verſ. loco plus. & verſ.
propter quam cauſam. Inſtitution. de actionib.*
tamen quicquid juris ſit, in proceſſu
ordinario, in obligationibus vel judiciis
ſummariis & executivis, quæ habent para-
tam executionem ex vi ſtatuti, vel conſue-
tudinis, ſufficit urgeri ſolutionem crediti
præcisè eo loci, ubi proceſſus executivus
inſtitutus eſt, cùm non tam loci, quàm tẽ-
poris etiam commoditas & lucra ex parte
creditoris, jam dudùm amiſſa ſint, quæ
ipſe expectabat, & habere potuiſſet, ſi cõ-
vento loco & tempore ſolutio fuiſſet ipſi
expedita, ideò fruſtra remittitur reus ad
locum deſtinatæ ſolutionis, tum quia per
hoc naſcetur lis ex lite *contra c. finem litibus.
extra de dolo & contumacia, & Clem. diſpen-
dioſam de judic.* tùm etiam, quòd non de-
beat ſe tueri reus auxilio juris, quòd ipſe
in non ſolvendo, debito loco & tempore,
ſprevit, *l. auxilium 37. de minorib.* Et hoc 64
tota die practicari videmus: Cæterùm,
iſtud magis ambiguum eſt, an iſto caſu in
totum excludatur locus contractus, adeò
quòd reus, exiſtens in mora ſolvendi con-
ſtituto loco & tempore, non poſſit deti-
neri ſaltem in loco celebrati contractus?
Super qua quæſtione breviter concludi e:
ſicut creditor in propoſito, quando alibi
contrahitur, & alio deſtinatur ſolutio, de-
bitorem moroſum prohibetur convenire
judicio ordinario in loco contractus, niſi
ibidem reus etiam domilium habuerit,
aut id expreſſe conventum fuerit, ſed de-
bet eum exigere in loco deſtinatæ ſolutio-
nis, dummodo ibidem ſe reperiri patia-
tur. *Angelus in l. quæro. 100. poſt gloſſ. ac Bart.
de ſolut. & in l contraxiſſe. 21. ubi etiam notat
Petrus de Bella Pert. de act. & oblig. & Bart. poſt
gloſſ. in l un C. ubi conven. qui certo loco dare pro-
miſ. per l. 3 § contractum non utiq; in eo loco in-
telligitur, ubi geſtum negocium eſt, ſed in quo
ſolvenda pecunia venit ff de reb. autor. jud poſſ.
d l. hæres abſens 19 §. proinde verò niſi aliò loci,
ut defenderet, convenit:* ita non diſſimili mo-
do, qui ex pacto manus injectionis in res,

vel perſonam, obligatus eſt, poſt moram ſolvendi adhibitam, in loco contractus diſtringi vel detineri non debet, ſed aut in loco promiſſæ ſolutionis, ad quem ſcilicet eſt detinatus effectus celebrati negocii, aut in loco domicilii executabitur, per præmiſſam regulam, quòd non ſit alius judex paratæ executionis, quàm qui eſt ordinariæ cognitionis. *l à Divo Pio. 15. in princ. & §. ſententiam. de re jud. & ſupra latius n. 27.* Ex quo infertur, quòd extra caſum pacti executivi, etiam ſtante ſtatuto in loco cõtractus, quòd debitor in propoſito non ſolvens diſtringatur in perſona vel rebus, & præſuppoſito, quòd debitor in loco cõtractus geſti reperiatur: non tamen ibi manus injici poterit, vel in res, vel in perſonam obligati, cùm effectus obligationis in alium locum, quàm geſti negocii, ſit collatus. *d. l. 3. §. contractum de bon. auth. jud. poſſ. & d. l contraxiſſe. 21. de act. & obligat.* cui conſequens eſt, ſi non extat ſimile ſtatutum de parata executione adverſus moroſum in loco ipſius domicilii, vel ibi, ubi ſolutionem deſtinavit, ab executione adverſus debitorem proceſſum non inchoari, ſed per viam ordinariam experiendum eſſe. *l. 1. & 2. C. de execut. rei jud. l un. C. de prohib. pet. ſequeſt. cum ſimilibus.* [ita, ut priùs debitor conveniatur, & ſecundum juris ordinem conveniatur.] *Quod idem innuit etiam Ioh Franc. Ripa in c 1. num. 72. verſ. juxta præmiſſa. extra de judic.* Ac, ſi quis opponat fundamenta *l. 1. ff de eo, quod certo loco. cum l. ſi duo 16. §. 1. de conſtitut pecun & l cum qui*
65 *inſulam 43. de judic.* ubi innuitur: debitorem, qui fidem ſuam obligavit de ſolvendo, vel aliud quid faciendo in certo loco, ac fallit, in quolibet loco exigi poſſe: reſpondetur, contraria loqui de loco apto, & idoneo, qui tribuit fori competentiam. Ita ſolvit gl. *d. l. ſi duo. 16. verbo: ſed & certo. & in l. eum qui verbo: quocunque. & in l un. ubi Salit. C. ubi conven. qui certo loco.* cùm diſpoſitio, quantumcunque generalis, reſtringatur ſecundum habilitatem. *l. adigere 6. §. quamvis. 2. ff. de jure patron. l ut gradatim, 11. §. ea lege ibi: ſi idonei ſunt. ff. de muner. &*
66 *honor.* Ac, ſi leges in contrarium adductæ ita generaliter intelligerentur, ſequeretur, debitorem alligari etiam ad remotiſſima quæque loca, quod eſſet valdè abſurdum. *Anton de Butrigar. in c. 1. num. 37. verſ. ſi autem pactum eſt generale. extra de iu lit.* & ſic neceſſitas imponeretur debitori, ut ubivis terrarum cum ſacco paratus eſſet ad ſolvendum, *contra l. ratum. 13. & l. quod dicimus. 105. ff. de ſolut.* Quæ quidem ſolutio & intellectus cõmuniter approbatur. *Bar. in l. 1. n. 2. ff. de eo quod certo loco.* Cui tamen adhuc obſtare videtur, quod alibi legitur: debitorem, quem proprio motu creditor detinere poteſt, eundem per quemcunque judicem etiam incompetentem ſiſti poſſe. *l. 1. verbo: à judice, qui in locis aditus fuerit. & ibi gloſſ. verb. judice. C. ubi quis de curiali vel cohortali. ac ſequitur gloſſ. l 1. verb. requiruntur. C. ubi de crim. agi oport. ac notat Bart. in l. 1 numer. 2 ff. de eo quod certo loco.* Quod enim pri- 67
vata autoritate licet expedire, id ſi fiat per judicem incompetentem, non vitiat actũ, *prout tenet Ioan. Baptiſt. Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto. 4. quæſt princ. numer. 4. poſt Ludo. Roma. in l. 2. num. 11. ff. de jurid. om. jud.* & alias dicitur, actum, qui de neceſſitate 68
non requiritur, etiamſi fiat vitioſè vel ineptè, nun propterea annullari. *gloſſ magna. & ibi Iaſ. in l. vinum. 22. num. 33. ff. ſi cert. pet.* item, quando negocium poteſt perfici extra præſentiam judicis, id ſi expediatur judice præſente & autoriſante, absque tamen ſolennitatibus aliàs requiſitis, aut coram incompetenti judice, non infringi, quod geſtum eſt. *gloſſ. ſingularis in §. ſervi verò. verb. tranſitu. per illum text Inſtit. de libertinis.* Unde, cùm in caſu pacti executivi, *de quo loquitur l. creditores. 3 C. de pignor.* impune liceat creditori invadere poſſeſſionem bonorum rei, etiam privata autoritate, ſi adeatur de civilitate judex, & is incompetens, non debet illa urbanitas actũ quoquomodo vitiare. *per text. notabilem in l. cum tabulæ 7. ff. de bon. poſſ ſecundum tab. at bene facit l. 1 in princ verſ. eodemq; modo. ſi inutiliter facta ſit ſtipulatio, adjuvari eam magis, quàm evaneſcere oportet. C. de rei uxor. act.* Sed iſta nihil obſtant cum *d. l. 1. C. ubi quis de curiali cum ſimilibus,* loquantur in terminis fugæ & incertæ ſedis obligati, & ubi competentis judicis copia haberi non poteſt, *per l generali. 54. C. d. decurion. lib. 10.* Ita reſpondet Caccialupus, *de debitor. ſuſpect. quæſt. 4. num. 4. & Ioan. de Platea in l. nemo carcerem. 2. num. 18. C. de exact. trib. lib.*
10. adeoque non habet illo caſu reus, quod 69
opponat cõtra manus injectionem, de incompetentia judicis. *Iaſon d. § ſupereſt. numer. 95. Inſtitut. de action. Alexand. de Imola in l. 2. num. 8 ff. de juriſdict. om. jud.* ac patet ratio, quod ubicunque vertitur periculum in mora, ibi ceſſant regulæ juris prohibitivæ. *l. de pupillo. 5. ſi quis rivos. 11. verſ. præterea.*

terea. verb. quorum mora periculum erat allatura: & ibi Iaſ num.1. poſt Bart & alios. de novi oper. nuncia. per l. 1 § fin verſ planè quoties res urget. de ferus. l ſi quis filio exhæredato. 6 §. hi autem 8. ibi: præveniendi periculi cauſa. de in juſt. rup. irritoq; teſtament. l Divus. 5 in fin princip. verſ. ſed res tempore perituras. de petit. hær. ita, quòd tunc non rantùm rerum, ſed etiam perſonæ detẽtio vel ſequeſtratio permiſſa eſt, *de quo ſupra,* Parte 1. *cap. 2. hujus Operis. num. 131. 132. & 133. cum ſeqq. actum fuit latius.* Cum verò in propoſito nulla ſubſit fuga, & in mora modici temporis, antequam adeatur judex competens, puta domicilii, vel deſtinatæ ſolutionis, nullum vertatur periculum, mirum non eſt, quare in hac facti ſpecie judex loci contractus vel alius incompetens, pro facienda executione adiri nequeat, cùm leges velint illo caſu competentem aditi judicem. *Decius in l. fin. num. 31. & ibi alii Dd. C. de edicto D. Adr. toll. per illum textum, cum quo & Menochius tranſit. de adipiſ. poſſeſſ. remed. 4. numer. 404. & videantur, quæ ſupra tradidimus poſt principium num. 7. 8. & ſeqq.* Poteſt & aliter reſponderi, quòd videlicet creditor in terminis *d. l. creditores.* bene potuerit propria autoritate ſibi jus dicere, & apprehendere poſſeſſionem bonorum obligati, ſed quia hoc non fecit, ſed viam judiciariam elegit, quod facere potuit. *l. ſi mulier. 21. §. fin. ff. quod metus cauſa.* judex competens adeundus erat pro parata executione. Ita ſolvit Menoch *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. num. 413. & 414. item num. 423.* licet in ſequentibus aliquo modo ab hac ſolutione videatur recedere. *Menoch. num. 427. cum ſeqq. uſque ad num. 435.* ideoque prima ſolutio verior & receptior eſt. *Me-*
70 *noch. ubi proximè. num 420. & 430.* Judicis enim incompetentis juſſui nemo tenetur parere, cùm privati loco habeatur. *l. 3. ff de offic. proconſ. ac benè facit pro hoc l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* quæ miſſionem requirit fieri coram competenti judice. Minus adverſatur gloſſa *d §. fervi. verb. tranſitu. cum d.*
71 *l. cum tabulæ.* Quia contraria loquuntur in actibus voluntariæ juriſdictionis, ut eſt manumiſſio, item tabularum teſtamenti apertio, quæ non aliter fiunt, niſi cum omnium partium conſenſu: Secus eſt in actibus contentioſæ juriſdictionis. *l. à pro-*
72 *cedente 4. C. de dilation.* prout eſt executio, quæ eſt pars judicii quaſi principalior, & ad quam omnes aliæ ſolennitates judicii tendunt. *l. executorem. 8. C. de execut. rei jud.*

quod redditur etiam in invitos. *l. qui teſtituere 63 ff. de rei vindica l. inter ſtipulantem. 83 §. Stichum. 7. de verb. oblig* Idem quoque reſpondetur *ad l. un. C. de rei uxor. act.* Quia ibi favore dotis toleratur ſtipulatio etiam inutilis, ad hoc, ut actus ſuſtentetur, *l ſi quando. 109. & ibi gloſſ. ff. de legat. 1. cum ſimilibus,* cujus contrarium eſt in judicialibus, ubi fori incompetentia vitiat totum proceſſum. *l. 1. & per tot C ſi à non compet. jud. judicatum fuer.* Verùm huic cõ-
muni ſententiæ, quòd in loco contractus 73
non valeat diſtringi vel executari debitor qui certo loco ſolutionem promiſit, ulterius opponit Salicetus textum *in l. Titium & Mævium. 47. § tutores. 2. ff. de admin tut.* quem dicit fortiſſime ſtringere in oppoſitum. *Salic. d. l. un. num. 4. C. ubi convent. qui cer. loc.* ubi ſecundum inductionem Doctorum, quo ad hoc, ut in Italia vel provincia forum ſortiatur debitor, qui Romæ, vel ubicunq; petitum fuiſſet, ſolvere promiſerat, neque tamen Romæ, vel in Italia habebat domicilium aut poſſeſſiones, deciditur: Si provincialis ſit contractus, hoc eſt, qui in provincia fuerit celebratus, ad provinciales tutores eam rem pertinere. Ex quo arguunt interpretes, quia cõtractus ſit in provincia celebratus, ideò debitores ſortiri forum in loco contractus, non autem in loco deſtinatæ ſolutionis. Sed facilis eſt ſolutio, ſi dicamus, plùs eſſe in concluſione, quam in præmiſſis, Benè verum eſt, ex quo contractus fuit in provincia celebratus, innuere Juriſconſultum, quòd exactio & periculum horũ nominum pertineat ad provinciales tutores, non autem ad domeſticos, ubi degit pupillus, idque propter textum. *l. ad eos. 2. C. de peric. tut.* quatenùs videlicet diviſio adminiſtrationis rerum facta eſt per judicem, *l 1. & 2. C. de divi. tut. l. ſi diviſum. 2. C. ſi ex plur. tut. vel curator.* Quæ ſolutio patet 74
ex rub. de adminiſt. tut. ſub qua ſituatur iſtud nigrum. *argumento, quod tradit Bart. in l. Imperator. 16. ff. de in diem addict. & in l. fin. in princ. de condict. indeb.* Neque verò inde ſequitur, quod rationes contractus, in provincia celebrati, debitores ibi, ac non alibi, ſortiantur forum, ſicuti nec hoc innuitur in litera, Et, ut maxime quis extendere velit illam deciſionem adverſus debitores, etiam quò ad fori competentiam attenta ratione decidendi ibi poſita; Si provincialis ſit contractus, reſpondeo, iſtã rationem, quæ in deciſione aſſignatur de

celebratione contractus in provincia, nũ
eſſe principalẽ, vel unicã, ſed plures alias,
easque longè prægnãtiores, quàm ſit iſta,
puta, quòd hîc cum foro contractus coin-
cidat etiã domicilium debitorum, qui in
provincia degebant, in verb. neq; debito-
res in Italia eſſent, item quòd nullas poſ-
ſeſſiones habebant in Italia. Unde non ob-
ſtat deſtinatio ſulutionis Romam facta,
quia ibidem nõ reperiebantur, ac inviti eò
trahi non poterant. *Ripa c. 1. n. 65. extra de
judic. de quo fuſiùs ſuprà num. 61.* adeoque
non fundatur deciſio iſtius *§. tutores.*
principaliter ſuper ratione contractus
ibidẽ expreſſa, quæ eſt tantùm cauſa coad-
75 juvans, & minùs principalis, ac conſe-
quenter nũ poteſt argui à ceſſatione illius
ſolius rationis ad ceſſationem diſpoſitio-
nis, *per ea quæ tradit Everbard. in top. loco à ceſ-
ſatione rationis n. 4. & 5. in prima fallentia. ac
facit l. 2. §. fin. ff. de dolo. l. 1. § ſexum. de poſt.*
76 *cum §. affinitatis. Inſtit. de nupt.* Et iſta procul
dubio eſt vera ſulutio, & genuinus intel-
lectus *ad l. Titium & Mævium. 47. §. Tutores. 2.
de admin. tut.* Ac ſi quis ulterius oppunat
fictum non operari plùs, quàm verum. *l. ſi
qui pro emtore 15. verſ. Quemadmodum enim de
uſucap. ac facit l. filio. quem pater. 23 ibi: ne
imagine naturæ veritas obumbretur. ff de lib.
& poſthum. hær. inſtit.* ut itaque maximè
locus, in quem collata eſt ſulutio, dica-
tur locus contractus; tamen iſtud fit fictè,
intellectu puta & juris fictione. *d. l. 3. verb.
intelligitur. de bon. aut. jud. poſſ l. contraxiſſe.
19. verb. intelligitur. de act. & obl.* ideoque
magis deber inſpici locus, ubi revera
fuit contractum, reſpondetur: licet con-
77 traria loquantur per verbum, *Intelligitur*,
quod (ſicut & verbum *Videtur*) regulariter
importat fictionem. *Bar. in d. l. ſi is qui
pro emtore. num. 5. per l. 1. §. dejeciſſe. de vi
& vi arm. cum ſimilibus*: tamen non eſt no-
vum, quòd verba, *Videtur*, item *Intelligitur*,
ſæpè non fictionem, ſed proprietatem de-
notent. *l. Labeo. 13. §. rem amiſiſſe videtur,
qui nullam habet ejus proſecutionem, de verb ſig.
l. ſed etſi quemcunq. 5. ubi: ſi potuit compre-
hendere & maluit occidere, magis eſt, ut injuria
feciſſe videatur. ad l. Aquil.* [*l. Titio centum
71 §. Titio genero meo. 3. ff. de condit. & dem.*
Hoc verbum JCtorum eſſe Cic. atteſtatur
ad Trebat. *lib Epiſt. 7.* Hoc, quemadmo-
dum inquit, vos ſcribere ſoletis in veſtris
libris, idem & Cornelio videbatur. Sen-
tit autem JCtos adfirmate ſententias
ſuas aliorum autoritate,] & alibi habetur,

quòd naturaliter videatur poſſidere, qui
uſumfructum habet. *l. naturaliter 12. de ac-
quir. poſſeſſ. l. fin. in finalibus verbis. de eo, quod
certo loco. l. ſi pro patre 10. §. in rem. 4. de in rem
verſo.* Atqui, ſi in propoſito quæſtionis re-
ſpiciamus ad verba contrahentium, qui
ſolutionem pecuniæ deſtinat ad certũ lo-
cum, is expreſsè ſe obligat, quòd ibi velit
exigi. Cæterùm, qui contrahit alicubi, 78
non exprimit clarè, ubi velit pro ſolu-
tione pulſari, ſed lex ipſa præſumit,
aut potiùs fingit, contrahentem in lo-
co intendere, ſaltem tacitè, quòd ve-
lit etiam in illo loco judicari vel exigi, ubi
negocium geſſit. *l. 1. & 2. C. ubi de ratiocin.
agi. oper. l. hæres abſens. 19. §. ſi quis tutelam. 1.
ff. de judic.* Et ſic forum, quod ratione ne-
gocii certo loco geſti ſortitur contra-
hens, deſcendit tantum à præſumta & ta-
cita mente contrahentium, forum autem
deſtinatæ ſulutionis cauſatur ab expreſſo
conſenſu partium, ideoque magis atten- 79
dendum eſt, quam forum contractus. *l. ex-
preſſa nocent. 195 de reg. jur l. nonnunquam 52.
& ibi gl. de cond. & demon. ac facit l quæro, 10 0.
ibi: ſi ſpecialiter ut Romæ redderetur, promitti
curaverit. de ſolut.* ſuccedit enim, quod pro-
viſio hominis tollat proviſionem legis.
l. fin. C. de pact. convent. Quæ tamen omnia
procedunt, quo ad competentiam fori,
in quo reus pro facienda ſolutione pul-
ſari vel exigi valeat. Secus eſt, ſi agatur de
ſubjiciendo contractum legibus, aut con-
ſuetudini alicujus loci, tunc enim atten-
ditur locus & conſuetudo fori, ubi verba
obligatoria proferuntur, & contractus
perficitur, non autẽ locus deſtinatæ ſolu-
tionis. *Pan. in c. licet ratione. n. 30. extra. de foro
compet.* Conſuetudo ſiquidem loci, ubi ne- 80
gocium geritur, ita ſubintrat ipſum con-
tractum, ut ſecundum leges loci intelliga-
tur actus fuiſſe celebratus, quantumvis ea
de re nihil fuerit expreſſum. *Bart. in l. cun-
ctos populos. 1. C. de ſum. Trin. & fid. cathol.
Chaßian. in conſuetud. Burgund. rub. 4 § 2. verb.
ſelon la generale. n. 5. per l. circa locationes. 19.
C. locati. l. ſemper in ſtipulationibus. 34 ff. de
reg. jur. cum ſimilibus.* Unde, licet de jure ci-
vili redhibitoria in factum actione, em-
tor pro omnibus vitiis equi internis, &
non apparentibus experiri poſſit, ſive cal- 81
cirroſus ſit, hoc eſt, pedibus feriens. *l. bovẽ,
qui cornu petit. 43. in princ. junct. gl. l. ob quæ.
4. §. 5. verb. dixerunt. ff. de ædil. edict.* ſive
lunaticus aut phreneticus, vulgò Kolle-
rende. *l. 1. § interdùm. eod. tit.* ſive ita pavidus,
vulgò Schewe, ut ſemetipſum turbet

& eti-

p. ffer iur. cii o Sax 38. lib 2. par. 6 in Zobel 38. part. 2. num 17.

& eripiat, *d l, bovem §. vi quoque jumenta.*
item qui transjungi non poteſt, aut unum
tantum jugum patitur, *l ædiles ajunt*, *qui
jumenta* 38.*§ quæſitum.* 8. *eod tit.* ſive ſit re-
trogradus, Stettig / aut habeat ſuperoſſa
vel gallas, *de quo Specula. tit. de reſcind. vend. §.
nunc dicendum. num. 2. & Odofredus in forma-*
82 *tione libellorum de redhibitor. act.* tamen, quia
de jure Saxonico, & in primis civitatis
Magdeburgi, quod Weichbild appellamus,
venditor regulariter non tenetur, niſi de
tribus vitiis, puta, quòd non ſit retrogra-
dus, Daß er nicht ſtettig ſey / neque cæcitate
latente vel inviſibili laboret, Daß er nem-
lich nicht ſtaar blind ſey. item quòd non ſit
ſcabioſus, Daß er nicht haarſchlechtig ſey.
Weichbild *art. 97.* quod in provinciis Thu-
ringiæ obſervari ſæpiùs comperi Butſtadii
à propolis, qui negociantur cum equis &
aliis jumentis, niſi fortè alia lex contra-
ctui fuerit dicta. *l. legem. quam dixiſti.* 10. *C.
de pactis*: Ideò, ſive civis, ſive forenſis in
his terris, ubi viget jus prædictum, equũ
emerit, venditor non, niſi ſuper illis tribus
vitiis, redhibitoria conveniri, vel pro in-
ſtrumento executivo in his locis executa-
ti poterit, quantũvis ſolutio pecuniæ No-
ribergam aut in alium locum Imperii, ubi
jus civile obſervatur, collata fuerit *per l. ſi
fundus 6. ibi. ex conſuetudine ejus regionis, in qua
negocium geſtum eſt, pro evictione caveri opor-
tet. de evict.* De quo tamen articulo, an vi-
83 delicet ſolùm pro tribus prædictis, aut et-
iam aliis inviſibilibus vitiis alicujus ju-
menti teneatur venditor, de noſtro jure
Saxonico, habetur latiùs in obſervationi-
84 bus meis practicis. Hinc eſt, quòd ſtante
ſtatuto in loco, ut pro ſingulis contracti-
bus aut mercibus ſolvatur certa gabella,
tunc locus contractus inſpiciatur, & ejus
oppidi domino debeatur gabella, non au-
tem alterius loci, ad quem deſtinata ſolu-
tio eſt. *Bald in l. multùm intereſt. 6. n. 12. C. ſi
quis alteri vel ſibi*, & alibi tradit idem, quòd
85 in loco contractus, non in loco, ubi res eſt
ſita, gabella ſolvatur. *Bal. l. 1 n. 3. C. de con-
trahen. emt.* Licet autem Salic. *in d. l. multùm
num. 22.* innuat, quaſi gabella non in loco
contractus, ſed deſtinatæ ſolutionis ſolvi
debeat, cum quo & tranſit Joan. Bertra-
chin. *in tract gabel. 4. q. princ. 6. part. num. 8.*
ſub dubio tamen, addendo, de eo cogi-
tandum eſſe latiùs: tamen iſtud dictum
Saliceti *in d. l. multum*, fortè procederet in
86 venditionibus, confectus per epiſtolam, u-
bi videlicet venditor Peruſii degit, & ven-
dit emtori Bononiæ exiſtenti, *prout exem-
plificat Alexander in ſuis additionibus ad Bar-
tolum in l. ſi ut proponitur, 61 num. 2. litera G.
ff de fidejuſſor. & mand* quo caſu inſpicitur
locus Bononiæ: cùm ibi demum, & non
aliter perficiatur contractus emtoris, qui
eo in loco tandem pro precio æſtimato,
merces, in contractum deductas, accepit.
Panorm. d. c. fin. num. 30 alias ſecùs, cùm, quò 87
ad ſubjiciendum contractum legibus loci,
locus deſtinatæ ſolutionis nequaquam ha-
beatur pro loco contractus, ſed is demùm,
ubi negocium geſtum & perfectum eſt.
*Butrienſis d. c. fin. num. 12. pòſt Felin ibi. num. 1.
extra de foro compet. & ſequitur Ripa in c. 1. nu-
mer 63. extra de judic.* juxta illud Lucani de
Cæſare:

*Nil credens actum, ſi quid ſupereſſet a-
gendum.*

*Ac facit l penul. verſ. ſed ne verbis videatur ali-
quid imperfectum. C. ad Syllanianum.* Et hæc
poſterior ſententia practicatur tota quaſi
die, maximè in mercatibus nundinariis lo-
corum, ubi emptor tenetur de mercibus
emptis ſolvere datias, quantumvis, vel
habita fide contraxerit, vel in alium
quemcunque locum ſolutionem deſtina-
verit. De quo videantur plura, & impri-
mis, quomodò iſta theorica: legem vide- 88
licet loci contractus afficere contractum,
vel contrahentem ſecundùm leges loci
videri contraxiſſe, intelligenda ſit, videa-
tur ſupra in Parte prima hujus Operis *cap.
3. n. 181. & 182 cum ſequentibus.*

Quartò fallit in vagabundo vel fugi- 89
tivo, cùm prior nuſquam videatur eſſe,
qui ubique eſt, propter incertitudinem
habitationis, aut domicilii. *Felin. d c. fin. n.
13. extra de foro comp. poſt Bart. in l. 4. §. præ-
tor ait. num. 1 ff de dam. infect. & idem Barto-
lus in d. l. hæres. §. proinde. num. 4 ff de judic.*
Fugitivus autem planè ſui conveniendi 90
copiam ſubtrahat creditori. *l Fulcinius 7.
§. latitare 8. ex quibus cauſ in poſſ eatur. gloſſ.
l. 1. C. ubi de cauſa ſtatus agi. l. 1. verb. à iudi-
ce, qui in locis aditus fuerit. ibiq. gloſſ. C.
ubi quis de curiali vel cohor. aliâ. condit. conven.*
Ii enim cum rebus & perſona non tantùm
in locis præmemoratis, ſed ubicunque re-
perti fuerint, nõ tantùm ex vi pacti de ma-
nus injectione, ſed & extra caſum con-
ventionis, aut etiam ſtatuti particularis lo-
corum, rectè detinentur aut areſtantur,
vel ſequeſtrantur. *Ioan Baptiſt. Caccialupus
de debitore ſuſpecto. 4. quæſt. princ. n. 3* per illud
vulgatum: Quòd ubi de foro alicujus non 91

 apparet,

apparet, reus ſortitur forum in omni loeo, ubi reperitur. *Bald. in l. ſi in poſſeſſione. 3. n. 2. C. ubi de cauſ. ſtatus agi opor. & not. at Alberic. de Roſat. in l. hæres abſens. 19. §. ſi quis tutelam. 1. num. 7 & Ang. 10. & Alex. in Apoſtil. ad Bar. in eadem l. hæres. §. proinde. num. 1. in fine. de judic. Ang in l. nemo carcerem. 2. circa finem. & ibi Benedictus de Plumbino. colum. 5. C de exactor. tribut. lib. 10 Ang. in l. 1. num. 1. C. ubi quis de curiali*, quod ideò fit, ne ereditoribus pereat actio, vel facultas recipiendi ſui crediti. *Baldus in addit. ad Speculatorem. tit. de compet. judic. adit. in princ. num. 30. verb. ſequenti.* In vagabundo ſiquidem aut fugitivo, obtinet illa autoritas: ubi te invenero, ibi te judicabo. *Panor. in d. c. fin. num. 13. extra de foro compet. & notat gloſſa verb. comprehendendi. in §. ſi verò quis comprehenſorum. auth. ut nulli judicum. collat. 9.* Ac habetur alibi, quòd in caſu neceſſitatis, jurium ſolenni-
92 bus relaxatis, multa permittantur, quæ alias ſunt prohibita. *l. 1. ff. de offic. conſ. c. ſi quis propter neceſſitatem. extra de furtis.* ideoque fugitivus, ſicut & vagabundus,
39 non poſſunt excipere de fori incompetentia. *Roman. conſ. 239 & in l. de pupillo. 5. §. meminiſſe. ff. de op. nov. nunc. ubi addit, ſe ita concluſiſſe Florentiæ ſuper ardua quæſtione, cujus dictum refert & approbat Caccialupus de debitore ſuſpect. 4. quæſt princ. num. 3. & 4. ubi latè proſequitur & quæſt. 7. num. 1. allegando textum. l. 1. ibi: adeat judicem, cujus primò potuit habere præſentiam. C. in quibus cauſis coloni. lib. 11. ac concordat Anchoranus conſ. 192. incip. in auxilium, & Decius in l. cui jurisdictio. 2. num. 17. & ibi Alex. 5. in f. ff. de jurid. om. jud.* Licet autem quidam hanc reſtrictionem modificandam cenſeant, non, ut debitores in foro, ubi deprehenſi ſunt, tàm diu detineantur, donec fiat ſolutio, ſed ſolùm, ut tantiſper hæreant, donec detentus of-
49 ferat ſatisdationem de ſtando juri, vel reſpondendo in loco domicilii, prout declarant *gl. & Bart. in ſæpe citata l. hæres abſens. §. proinde. num. 2. de judic. & Bald in l. cum longi. 12. num. 2. C. de longi tempor. præſcrip. & in l. 1. num. 5. ibiq; Cynus. C. ubi de crim. agi opor. & Alex. in l. ideò 3. ff. de eo quod certo loco. ac Carolus Ruinus. conſ 18. num. 3. vol. 5. quod idem ſenſit etiam Pileus Modicenſis in ſuis deciſ. quæſt. 19. incip. Bonus Accurſius.* & Alberic de Roſa. *in d. l. hæres abſens. §. ſi quis. num. 7. ubi ſubjicit, hoc ita ſervari*: tamen illud fortè procedere poſſet in terminis ordinariæ litis, quandò videlicet contractus nō habet paratam executionem, vel ex vi pacti vel ſtatuti in loco aditi judicis, item ubi debitum adhuc eſt diſputabile, nec de eo in præſenti liquet, *per ea quæ tradunt Iaſ. & Dd. in l. ſi fidejuſſor. 7. § f. ff. qui ſatisd. cog.* cum enim primo caſu ordinaria judicii tela texatur, præſuppoſito, quòd reus in loco domicilii, ad quod provocat, ſit ſufficienter poſſeſſionatus, ita ut creditor ex illis bonis ſatisfactionē conſequi poſſet, ſufficeret cautio judicio ſiſti: Secùs foret, ſi etiam in illis terminis vel nulla vel non ſufficientia bona teneat. Tunc enim audien- 95
dus non eſt cum illa cautione, de ſtando juri in loco domicilii: niſi paratus ſimul ſit etiam fidejuſſores dare de ſolvendo judicato. *argumento quod tradit Caccialupus de debitore ſuſpect. 9. quæſt. princ. n. 4. & 5. allegat Paulum de Caſt. in l. nec impuberes. 22. §. qui jus. num. 2 de in jus. voc. per. l. in omnibus. 41. juncta l. ſi debitor. 25. de judic. ac facit l. ſi creditores. 31. ibi: ſatisdationem exigere poſſunt pro ſuo debito reddendo. de reb. auct. jud poſſid. aliàs incipit t. à l 26 de privilegiis cred.* Imò quòd etiam in 96
terminis ordinariæ litis, vagabundus non audiatur, offerens cautionem de præſentando ſe in curia competente, teſtatur Panor. *in c. fin. num. 13. extra de foro compet.* Idque triplici ratione, tùm, quia tempore citationis repetiatur abſque domicilio, & ſic fundata ſit jurisdictio illius judicis, in cujus territorio reus deprehenditur. *Ang. in l. 1. num. 2. C. ubi quis de curiali*, tùm etiam, propter præventionem. *c. propoſuiſti. extra de foro comp. l. cùm quadam puella. 19. ff. de jurid. om jud.* tùm etiam, quòd reus præſumatur iſtam dilationem petere malitiosè, ac in fraudem creditorum. *argumen. c. ex parte. 3. in verb ut jurisdictionem tuam elidant. extra de privileg. & c. 1. ibi: propter pecuniariam cauſam deprehendatur in fraude. extra ne clerici vel monachi.* In noſtro autem pro- 97
poſito, ubi agitur de parata executione, ſive ex vi pacti, ſive ex ſtatuto loci, detentus debitor, vel in perſona, vel in rebus, non aliter relaxationem meretur, niſi ſatisfaciat creditori, quantumcunq; tandem paratus ſit offerre cautionem fidejuſſoriā, ſive de proſequendo litem, ſive etiam de ſolvendo judicatum, cùm inſtrumentum de præſenti mereatur paratam executionem, ſicut ſententia, ex vi nimirùm pacti, vel ſtatuti localis, tribuentis manus injectionē in bona, vel perſonam debitoris pòſt moram, *per ea, quæ notat Baldus in l. tale pactum. 40. §. fin. num. 14. ff. de pact.* ne ex una lite materia alterius litis repullulet. *l. ſi ſe*

non

non obtulit. 4. §. ait. prætor. 3. de re judic. *quo de latiùs in tertia Parte hujus Operis cap. 11. n. 93. & 94. cum ſeqq. item 100. & 101.*

98 Fallit quintò in ſequeſtratione permiſſa à lege, pro certis caſibus contrà ſuſpectos debitores, *de quibus habetur per Cynum, Salicet. & alios in l. un. C. de prohib. pecun. ſequeſt. Panormitan. cum cæteris Canoniſtis in c. 2. extra de ſequeſt. poſſ. & fruct.* ea enim peti poteſt coràm quocunque judice, etiam aliter incompetente, in cujus territorio reperitur reus ſuſpectus, vel cum perſona, vel cum rebus ſuis, *textus eſt clarus in l. ſi fidejuſſor. 7. §. ſi ſatisdatum. 2 ibi: apud officium deponi jubebit, ſi hoc ſederit judici. ff. qui ſatisd. cog.* cujus fallentiæ ratio eſt periculum in mora, propter videlicet fugam aut dilapidationẽ ac prodigalitatem ſuſpecti debitoris. Quo caſu reus forum aditi judicis declinare nequit, *per ea, quæ ſuprà n. 91. 92. & 93. fuerunt præmiſſa.* Qui verò dicantur ſuſpecti, & quæ requirantur ad hoc, ut ad ſequeſtrationẽ contrà debitores moroſos perveniri poſſit, de eo videatur Franciſ. Curtius in tract. de ſequeſtris. *2. quæſt. princ. n. 31. 32. & 33. ac latiùs in prima Parte noſtri Operis. cap. 2. n. 130. 131. 133. cum ſeqq.*

99 Sextò fallit concluſio ſuprà dicta in caſu, quo debitor ipſe, ſub eventum moræ, ad ſiſtendum perſonaliter in aliquo loco ſe obligavit, tunc enim, ad eum locum citari poteſt, quantumvis ibidem non reperiatur. *Iaſ. in l. ſi convenerit. 18. n. 41. ff. de juriſd. om. jud. Bal. in l. cum Archimedoram. 4. num. 6. C. ut in poſſ. lega. Felin. in c. fin. num. 22. extra de foro compet. & Ripa in c. 1. num. 67. extra de judic.* Quod ſanè non eſt ſine dubio, propter tex. *in c. ex reſcripto. extra de jurejur:* ubi debitor, in caſu non factæ ſolutionis, promiſerat ſtare obſes in certo loco, ibidemque morari in perſona tàm diu, donec ſatisfeciſſet, cùm verò ibidem non reperiretur, mota hac de re querela Pontifici, mandatur judici ordinario Abbatis & conventus Tremenſis, ut remiſſos ad locum deſtinati obſtagii, faciat adimplere conventa; *d. c. ex reſcripto.* atque ita requirendus eſſe videtur ordinarius judex reorum pro mandando obſtagio, non autem judex loci, in quo ſe, ut obſes, ſiſtere promiſit reus. Licet multi in cõtraria ſint ſententia, *de quibus habetur in prima Parte noſtri Operis cap. 8. num. 3.* cujus rei fortè eam rationem habent, quòd creditori non denegatur extrajudicialiter requirere ſuos debitores pro ingrediendo obſtagio, *per ea quæ in prima Parte hujus Operis cap. 8. n. 2. & 3.*
tradidimus, cum, quod propria autoritate 100
quis facere poteſt, idem etiam per incompetentem judicem explicari non denegetur. *Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. n. 422. pòſt Gravetam in tract. de antiq. temp. 4. parte princ. in verb. abſolutis. num. 62. Decius conſ. l. 37. n. 6. in fin. Curt. in l. edita. 3. num. 7. C. de eden. & in l. 1. num. 33. ff. ſi cert. pet.* Sed ad hanc oppoſitionem ſuperiùs fuit reſponſum in hoc ipſo cap. *num. 67. 68. & num. 92.* quòd contraria procedant in caſibus, ubi periculum vertitur in mora, item in actibus voluntariæ jurisdictionis, aliàs ſecùs. Et hanc ſententiam veriorem eſſe ſtatuo, quòd, ſi mediante judicis officio creditor requirere velit debitorem pro obſtagio, illud faciat coràm eo judice, ubi aliàs forum ſortitur reus, non alibi, per ſuperiùs allegata; niſi
fortè ſemel detentus, areſtatus, aut obſta- 101
giatus, aliquandiu in loco hæſerit perſonaliter, & poſtea fugam arripiat, is namq; poterit compelli per judicem loci, in quo fuit obſes, ut redeat ad locum ex quo receſſit, prout in his ipſis terminis obſtagii tenuit Aufrerius *in deciſ. Tholoſan. reſponſ. 422. pòſt Bar. Brixienſem quæſt. dominicali 37.* ubicunq; enim juſtè detentus eſt debitor,
ibidem etiam perſeverare tenetur (ad ex- 102
emplũ ejus, contrà quem lis eſt inchoata) uſq; ad finem proceſſus, tàm propter præventionem, quàm propter litis pendentiã. *Bald. in l. conſentaneum. 8. n. 8. per illum tex. C. quomodò & quan. jud. ac ſequitur Ripa in c. 1. num. 62. extra de judic. per l. ubi acceptum. 30. ff. eod. & c. propoſuiſti. extra de foro comp. Panorm. in d. c. fin. num. 36. eod. tit. pòſt gloſſ. in l. ſi is qui Romæ. 34. verb. judicium. & verb. debet. ff. de judic.* & de pœna frangentis areſtum, vel carcerem, tangitur in tertia Parte hujus Operis, *cap. 11. num. 49. 50. & ſeqq.*

Septimò fallit in eo, qui fecit creditori 103
licentiam generalem detinendi ſui, vel in perſona, vel rebus, ſub eventum moræ, ubicunq; repertus fuerit. Quo caſu non tantùm coràm judice contractus & domicilii, item aliis prænominatis, ſed quovis alio etiam in loco, ex vi conventionis, detineri poteſt, ita, ut non ſit locus pœnitentiæ, *Panor. in cap. 1. num. 22. extra de judic. Bart. in l. Titium & Mævium. 47. §. tutores. num. 1. ff. de admin. tut. Alex. in l. ſi convenerit. 18. n. 9. & 10. & ibi. Iaſ. n. 17. de juriſd. om. jud.* Idque propter verborum generalitatem. *argumento l. fin. C. de dotis promiſ.* Et hanc ſententiã communẽ eſſe profitetur.

Joan. Franc. Ripa *in cap. 1. num. 78. extra de*
104 *judic.* Quod ampliatur, quantumvis de-
pr.hendatur reus hodiè in loco peregri-
no, in quo vel per tranſitum, vel ſecurita-
tis cauſa, in caſu, puta graſſantis peſtis vel
belli moratur. *Imola in l. cum res. 47. de leg. 1.*
quia debuit cogitare, quòd iſtud evenire
poterat. *l. ſi quis domum. 7. huic ſubiunge. 1 ff.*
locati. licet contrarium te●erit Angel,
in d l. cum res. n 2. & ●. Alex. 4. quem ſequitur
Iaſ in d l. ſi convenerit num. 43 per. l. obligatione
generali. 6. de pig. & l. ii qui certo. 9 de eo quod
certo loco. Sed primam opinionem vidi
in practica obſervari, & eſt tutiur, pro-
pter effuſum ſermonem, quo uſus eſt pro-
miſſur, ideò ſibi imputet, aliâs ſemper poſ-
ſet allegare debitor, ſe in loco, ubi reperi-
tur, morari per tranſitum & mox diſceſſu-
rum eſſe, quu caſu eliderетur conventio,
& lex verbis, non rebus eſſet impoſita, *con-*
tra l 2. C. commun. de legat. & iſta ſententia
communis eſt, *teſte Decio in c. 1. n. 34 extra*
de judic. & notavimus ſupra Parte 1. cap. 10.
n. 221. Intelligatur tamen iſtud ita demùm
procedere, ſi debitor abſque aliqua parti-
culari ſpecificatione certorum locorum,
ſulvere promiſerit, ubicunque repertus
105 fuerit: Secùs, ſi promiſerit ſolvere Romæ,
vel ubicunq; inveniretur, tunc enim non
poterit exigi vel executari in loco , qui
multùm ſit remotus a loco ſpecificato, *c.*
ſedes. §. nos igitur extra de reſcript. l. fin §. cui
dulcia. verſ Quod ſi ita eſſet legatum. ff. de trit.
vino oleoq; leg. & facit pro hac ſententia, ſe-
cundum unum intellectum l Titium & Mæviũ.
47. § tutores. de adminiſt. tut. ubi, quæ Romæ,
vel ubicunq; petitum fuiſſet, ſolvere promiſit,
non poteſt in provincia exigi, quia locus foret re-
motior. quam reſtrictionem ſequitur Iaſon. in d.
l: ſi convenerit num. 44. ibidemq; Alex. 12. eamq;
communi calculo Doctorum approbari, refert
Ioannes Franc. Ripa in c. 1. n. 72. extrà de judic.

Octavò fallit in caſu, quandu in loco
bonorum ſituatorum extat conſuetudo
vel ſtatutum paratæ executionis, & ſimul
ibi concurrit locus celebrati ibidem con-
tractus. Tunc enim nihil prohibet, quin
creditor pro impetratione paratæ execu-
tionis in bona obligati judicem bonorum
loci adire poſſit, *per ea, quæ traduntur ſuprà*
hoc Capite n. 46. 47. & 48. & in tertio Capite
hujus Partis n. 17. cum ſequentibus.

106 Nunù fallit concluſio noſtra in repræ-
ſaliarum impetratione, pro quibus, in ca-
ſibus, ubi ſuperior Magiſtratus pro admi-
niſtranda juſtitia requiſitus eam implo-
ranti exhibere recuſavit, non ampliùs adi-
tur judex debitoris, ſed creditor requirit
ſuum ſuperiorem, qui demùm, cauſa de-
negatæ juſtitiæ cognita, creditori repræ-
ſalias concedit adverſus ſuum debitorẽ,
omneſq; alios concives, vel conterraneos,
aut ſubditos ejus regni, vel provinciæ, in
quo vel qua juſticia fuit denegata petitori.
ita Bart. in tract. de repræſal. 3 q princ. n. 3. 4 &
5. Iacobus de Canibus in eodem tract. n. 36 &
37. & Martinus Laudenſ n. 8 9. 10 & 11. Quo de
latiùs in prima Parte hujus Operis cap. 2. num.
103. cum ſequentibus.

Decimò fallit in pignorationibus no- 107
ſtri temporis, quæ exercentur contra illos,
qui quoquo modo nos in poſſeſſione no-
ſtra intendunt moleſtare. Eæ enim
expediuntur privata autoritate per
dominum ejus loci, qui invaditur per
vicinum, ipſo invito, mediante videlicet
pignoratione, ad hoc, ut tueatur ſuã poſ-
ſeſſionem, ne in illa moleſtetur. Super iſta
namq; pignoratione nullus aditur judex,
per ea, quæ habentur in ordin. Cameræ
Imperialis *parte 2 conſtit. 22. ſub tit.* Von
Pfandungen/ *de quibus latiùs egimus in prima*
Parte hujus Operis cap. 2 num 286 & videatur
elegantiſſimus tractatus domini Gailis de pigno-
ra. imprimis obſer. 23.

Undecimò limitatur concluſio noſtra 108
in cauſis feudalibus. Quantumvis enim
reus ſub ordinario loci forſan habeat
ſuum domicilium & alibi feudum poſſi-
deat: tamen in cauſa feudali ordinarius
loci incompetens eſt, & fruſtrà aditur pro
litis determinatione, ſed pertinet ejuſdẽ
cognitio ad dominum feudi, qui ordina-
riam juriſdictionem iſto caſu habere di-
citur. *Curtius de feudis, parte 7. quæſt. 1. princ.*
n. 13. per ea quæ tradunt Felinus & alii Cano-
niſtæ in c cæterùm. extra de judic. c. imperialem.
§. præterea ſi inter duos. de prohib. feu alien. per
Federicum Quo de latiùs in hac Parte 2. noſtri
Oper. cap. 3. n. 352. cum ſequentibus. Quid autẽ
juris ſit, ſi pro debito pecuniario proceda-
tur contra vaſallum debitorem ad execu-
tionem paratam, ſaltem in fructus & com-
moditates feudales, coram quo judice pe-
tenda tunc ſit executio, videantur, quæ la-
tiùs tradimus infra *hac ipſa Parte capite 3 n.*
317. 318. cum ſequentibus.

Ultimò fallit, quòd tradidimus, judicẽ 109
cognitionis cauſæ principalis, & ſic re-
gulariter domicilii, etiam circa proceſſum
executivum eſſe competentem in execu-
tione ejus ſentẽtiæ à qua fuit appellatũ ad
ſuperio-

iffer jur. is & Sax. 8. lib. 2. art 4 In Zobel. 41. a·1. 1. num. 13.

ſuperiorē, ſive enim judex appellationis infirmaverit & reformaverit ſententiam, *juxta l. 1. ff. de appellat.* ſive confirmaverit eam, pronunciando malè appellatū, & benè judicatū fuiſſe. *juxta l. eos qui 6. in finalibus verbis principii. C. de appellat.* utroq; caſu executio judicati non pertinet ad judicem ordinariæ cognitionis in cauſa, qui videlicet primam ſententiā tulit, ſed ad judicē appellationis. ita Bart. *in l. à Divo Pio. 15. num. 15. ff. de re judic. per d. l. eos. qui. in princ. ubi utrunq; membrum probatur. C. de appellat.* ex quo ibidem dicitur, quod ab eo, qui de appellatione cognoſcit, nequaquam poſſit fieri recurſus ad judicem, à quo fuerit appellatum, neque remitti debeant litigatores, cùm ſuper omni cauſa interpoſitam provocationem vel injuſtam liceat pronunciare vel juſtam: licet ad iſtum textum poſſit reſponderi, quòd vocabulum, *Remiſſio*, poſitum *in d. l. eos.* non ſit intelligendum de remiſſione executionis, ſed potius de remiſſione cognitionis cauſæ appellationis, quæ ideò non remittitur determinationi judicis a quo, tanquam ſuſpecti, ut qui habeat affectionem ad cauſam, quaſi velit defendere ſuam ſententiam à prætenſa iniquitate vel imperitia. *argumento l. præfecti 17 ff. de minor.* Verùm, quod in caſu, quando judex confirmat ſententia primi judicis, judex appellationis ipſe exequatur iſtud judicatum, nō autem judex prioris inſtantiæ, habetur de hoc textus clarus *in l. præcipimus. 32. §. in his. 2. verbis: offi. in eorum, cum quibus judex appellationis judicat, exequentibus judicata. C de appellat. auth ſi quis litigantium. in princ. verbis: ſi invenerit rectè judicium factum, etiam per ſententiam ſuam hoc confirmet & executioni tradat. C. de epiſc. audien & in corpore unde ſumitur. § ſi quis autem litigantium. authen de ſanctiſſ. Epiſco collat. 9. & ita tenet Ferrar. in forma executio. ſententiæ definiti. verb. ſapiens. num. 1* ac probatur *per l addictos 29 in fine. C. de appellat.* ubi judex appellationis in criminalibus pronuncians malè judicatum, ipſe etiam pœnam infert, nec exequitur
110 judex à quo. De altero verò membro,
quando videlicet infirmatur vel retractatur ſententia primæ inſtantiæ per judicem appellationis, minus eſt dubium, cùm tunc per provocationem, ſuperveniente videlicet ſententia reformatoria, extinguatur pronunciatum primi judicis, quod ab initio tantùm relinquebatur in ſuſpenſo. *l. 1. in fine principii. ff. ad SC. Trebel. ac notat gl. in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit, juncto verſic. judex appellationis. verb. ſequetur. per illum textum. de pactis.* Eandem etiam in utroque membro ſententiam amplectuntur Alex. *in d. l. à Divo Pio 15. num. 22. ibidemq; Iaſon. 26. pòſt gloſſam in c. paſtoralis § præterea verbo. diſcuſſo. extra. de offic. deleg.* & Baldus *in d. l. eos. num. 6.* & Salic. 8. *C. de appellat.* ubi ambo referunt, iſtam ſententiam communem eſſe, addendo rationem, quia primus judex, appellationi deferendo, abdicavit in totum à ſe juriſdictionem hujus cauſæ. *ac ſequitur Bart. in d. l. præcipimus 32. § officium. num. 1. & 2. & in d. l. eos. num. 10. & 12. C. de appellat.* ideò executio intenditur ex ſententia confirmante, non autem ex confirmata, argumento ejus, quod dicitur de ſecundo teſtamento, confirmante primū, ut ex ſecundo agatur, non ex primo. *l. poſthumus. 12. §. ſi paganus. 1. de injuſt. rup. & irrito fact. teſt & l. 11 §. teſtamēto facto. de ſecundum tab. bon poſſ. Quod & Ioannes Andreæ placet in addit. ad Speculatorem tit. de executione ſententiæ § nunc dicamus. num. 8. ubi addit: eam opinionem etiam probari per Hoſtienſem, cui accedit & Franciſ. Aretinus in c ex ratione. extrà de appellat.* extendendo iſtud dictum ad caſum, 111
ubi litigatores mutuo conſenſu ab appellatione diſcedunt, ut executio etiam tunc ſpectet ad judicem appellationis. *per l tale pactum. 40. §. f. ff. de pactis. & c. de appellat. in 6. ac notat Phil. Francus in c. Romana § cum autem. num. 2. & 3. extra de appella in 6. additq; iſtud communiter teneri. concordat Octavianus Veſtrius de actionibus, & judiciorum moribus. lib 8 cap. ultimo. num. 9. ubi eodem modo teſtatur, iſtam ſententiam communem eſſe, quod & firmat Alex in d l. à Divo. num. 23. de quo tamen ultimo ipſe valdè dubitat, per fundamenta ibi poſita in §. ego dico tibi. verſ prima eſt ratio Imolæ, cum ſequentibus.* Ego verò nō video, quomodò Doctores ex eo textu. *d. § qui provocavit.* extruant, quòd appellatio, cui renunciandum appellator putavit, veniat executanda, per judicē appellationis, quia, quicquid dicant Dd. id eſt, alienū à litera textus, qui nihil loquitur de executione conventionis, ad quem ea pertineat, ſed de illo dubitatur, quādo appellans, ante proſecutionem appellationis, tranſigit cum appellato pro certa ſumma pecuniæ, ſub ea conditione, quòd in eventū non factæ ſolutionis, judicato ſit ſatisfacturus, fallente poſteà fidem appellato, quæ ſint partes judicis ſecundæ inſtantiæ circa pronunciationē ſuper appellatione, ad ipſum devoluta,

devoluta, & reſpondet JCtus, cum, nullo alio de cauſa principali diſcuſſo, juſtam conventionem, veluti confeſſi, ſequi oportere, ita, ut nihil dicat de executione.
112 *d. ff. qui provocavit. in fine.* quaſi dicat: ex quo poſt appellationem, transactum fuit inter partes, & ſic receſſum ab appellatione, judici appellationis incumbere, ut omiſſis meritis cauſæ principalis, ſuam ſententiam conformet ad ſolam conventionem partium, condemnando nimirùm appellantem ad præſtandum, quod promiſit in transactione, vel ad ſatisfaciendum judicatis, ſecundum tenorem primæ ſententiæ. Ac, ſi dicatur, quia fuit appellationi renunciatum, ad judicis appellationis officium non pertinere, quod ſe intromittat de cauſa, imò cognitionem iſtius controverſiæ nemini alii, niſi judici à quo competere; reſpondetur, quòd prior judex, à quo fuit appellatum, appellationi detulit, & ſecuta fuit, ut moris & ſtyli eſt, inhibitio ſuperioris, ideoque cùm manus inferioris ſint ligatæ, ita, ut nullam ampliùs jurisdictionem in cauſa habeat. *l. 1 ff & C. nihil novi fieri appell. pend.* ſiquidem appellans poſt renunciationem appellationis, placitis non ſtetit, non potuit appellatus alium judicem, quam appellationis, adire, petendo, ut vel condemnetur renuncians ad ſtandum promiſſis, vel, ut confirmetur prima ſententia & remittatur ad executionem judicis à quo. Hæc ſolutio videtur eſſe conveniens literæ, & verior. Siquidem enim receſſum fuit ab appellatione expreſsé, iſtud non minorem effectum operari debet, quàm ſaltem tacita renunciatio, quæ fit per lapſum fatalium, ita, ut deſerta pronuncietur appellatio per
113 judicem appellationis. Quo caſu, ſecundum omnes, judex primæ inſtantiæ deinceps debet ſententiam, a judice appellationis latam, executioni mandare, *per ea, quæ mox ſubjungemus, in ſecunda ſallentia. numer. 118.* Et hic intellectus in effectu videtur placere (licet ita non declaret) Alexandro de Imola. *in d. l. à Divo. num. 23. verſ. prima eſt ratio. juncto verſ. ſecunda reſponſio. & ibi Iaſon num. 26.* quòd etiam innuit Phil. Francus *in c. Romana. num. 3. extra. de appellat in 6.* licet addat, in caſu interpoſitæ pòſt appellationem transactionis communem Dd. ſententiam eſſe in contrarium, quòd videlicet judex appellationis debeat exequi conventionem partium, & non alius. Sic itaque volunt Dd. executionem ſententiæ, à qua fuit appellatum, ſive benè, ſive malé, regulariter pertinere ad ſuperiorem, non autem ad primum judicem, ſecundùm receptam Legiſtatum & Canoniſtarum opinionem, *quam probat etiam Ferrarienſis de forma ſententiæ in cauſa appellat. verb. cauſis. num. 2. cum ſeqq. ac notat Felinus in c. Paſtoralis. num. 14. extra de offic. deleg. & ſequitur eam Camera imperii, teſte Gailio obſerv. 113. num 13. & 14. lib. 1. per ordinationem Cameræ. par. 3. tit. 50. §. 5. cum ſequentibus.* [Mandatum verò executoriale tunc demum conceditur, quando executio ſententiæ ad judicem à quo ſpectat, veluti ſi judex appellationis pronunciat appellationem deſertam, vel vigore privilegii, aut ex alia cauſa non de voluntam: quo caſus, ex prima ſent. actio tantum oritur, & ideò judici à quo. executio meritò competit, *per text. in c. cum in eccleſia. de appellat. & in l. fin. juncta Authent. Ei qui. C. de temp. appellat.*]

Quam quidem concluſionem ego ita demùm intelligo procedere, quòd videlicet de neceſſitate nõ arctetur ſuperior invitus, & contra ſuam voluntatem, ſententiæ in inſtantia appellationis confirmatæ, vel reformatæ, executionem remittere ad judicem primæ inſtantiæ, ut qui ſemel jurisdictionem illius cauſæ à ſe abdicavit, 114
deferendo videlicet appellationi, *de quo habetur textus elatus in c. cum appellationibus. circa finem. de appellat. ubi dicitur:* Quia tamen judex, quantum in ſe fuit, abdicavit jurisdictionem, deferendo appellationi minùs juſtæ, totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtatem transfuſa, nec eſt illi ulteriùs cauſa de neceſſitate remittenda, *& ita ſummat illum textum Ioan. Andreæ ibidem.* Stylus tamen curiæ Romanæ vide- 115
tur ſuadere, quòd etiam eo in caſu cauſa remittatur ad executionem primi judicis, cujus ſententia per judicem ſecundæ inſtantiæ fuit confirmata, per textũ apertũ *in c. ut debitus. verſ. etſi minus. extra de appell.* ubi deciditur: ſi minùs rationabiliter quẽ appellaſſe conſtiterit, illum ad inferiorem judicem remittendum, & ſimul in expenſis condemnandum eſſe, quod etiam clariùs diſponitur, *in c. cum ſpeciali ff porrò. eod. tit.* ubi diſtinguitur, an cauſa gravaminis, in appellatione deducta, coram ſuperiore fuerit probata, ita, ut appellans pro ſe reportet ſententiam Et iſto caſu, inquit Pontifex, ſuperior ſuæ jurisdictionis officium exequatur. Sin autem in probatione ejus defece-

defecerit, ad eum, à quo ipſum malitioſè
appellaſſe conſtiterit, appellantem remit-
tet. Et ſcriptum reliquit Decius: quando
appellatio fuit facta & declaratur fruſtra-
toria, ſeu pronunciatur, malè appellatum
& benè pronunciatum eſſe, cauſa debet
expreſse remitti. *Decius in d. c. ut debitus.*
notab. 7. allegando deciſionem Rotæ 61. incip. au-
ditor, quæ eſt 153. in antiquis. & deciſ. 24 incip.
item ſi auditor. quæ eſt 29. in novis. ſub tit. de ap-
pellationibus: licet ibi loquatur in caſu de-
116 ſertæ appellationis, idque vel eò magis di-
cendum, quòd confirmans ſententiam ju-
dicis à quo, arguat appellationem fuiſſe
fruſtratoriam, quo caſu primus judex ex-
equitur judicatum, *ſecundum Alex de Imola*
in d. l. à Divo Pio. 25. in princ. num. 21. ff. de re
jud. per gloſſam c. cum in Eccleſia. & ibi notat
Abbas num 5. extra de appellat. Eamque ſen-
tentiam tenuit Joannes Monachus, *quem*
allegat Baldus in d. l. eos. 6. nu 6. C. de appellat.
ex eo, quòd per confirmationem ſuperio-
ris judicis a quo, ſententia nō novatur vel
extinguitur, ſed quæ priùs erat ſuſpenſa
& in dubio excitatur & reconvaleſcit, ar-
gumento textus. *l. generaliter. 5 ff. de fidejuſſ.*
& mand. ubi habetur: quando duæ obli-
gationes ejuſdem ſunt poteſtatis, non poſ-
ſe repetiri, cur altera potiùs, quam altera,
conſumatur, & ita propter reliquias pri-
mæ ſententiæ, ſic corroboratæ, videtur
officium judicis, etiam nobile, pro execu-
tione judicati poſſe implorari ab eo, qui
primam ſententiam tulit, nun autem à
117 confirmante. *Baldus d. l eos. n. 6.* Ac, quic-
quid ſit de jure civili, ſtylus curiarum in
provinciis Saxoniæ conformat ſe ſtylo
Romanæ curiæ, adeò, quòd regulariter
judex appellationis, qui confirmat ſenten-
tiam, a qua fuit provocatum, remitiat e-
jus executionem ad judicem a quo, prout
eſt uſitata clauſula, Belangende die mate-
ria, iſt auß den Acten allenthalben ſo viel be-
findlich/ das vbel appellirer vnnd wolgeſpro-
chen oder wol vorfaren/ Derwegen wird dieſe
Sache an den Richter à quo, zu gebürlicher
Execution billich gewieſen / wie wir ſie denn
hiermit dahin remittiren vnd weiſen / auch
Appellanten in die Vnkoſten dieſer anderen
Inſtanz vortheilen/ hoc eſt, quo ad mate-
rialia, apparet malè appellatum, & benè
judicatum vel proceſſum fuiſſe, ideoque
remittimus iſtam cauſam pro debita exe-
cutione ad judicem à quo, cōdemnato ni-
hilominùs Appellante in expenſas ſecun-
dæ inſtantiæ, per judicem à quo moderan-
das. *juxta d. c. ut debitus, extra de appell.* Et iſta
eſt prima ſublimitatio vel declaratio ad
ultimam fallentiam ſuperiùs aſſignatam.

Secundò declaratur, quòd diximus, ad 118
judicem appellationis pertinere executio-
nem, ſi vel ſententia confirmetur lapſu
temporis, puta, quia non fuit appellatum
infra decendium, *c. quod ad conſultationem.*
extra de re jud. vel appellatum quidem, ſed
poſteà deſerta fuerit appellatio, utroque
ſiquidem caſu executio pertinebit ad ju-
dicem primæ, non autem ſecundæ inſtan-
tiæ. *ita Bart. d. l. à Divo num. 15. verſ quando-*
que judex appellationis non confirmat. ff. de re
jud. per l. ſi contra majorem 8. & l. quoniam
nonnulli. 18. C. de appellat. & authent. ei qui.
cum l. fin §. illud etiam. in verbis: tanquam ab
initio. C de tempor appellat. ac facit l furti. 6 §.
1. v. verò ff. de his qui not. infam. quantumvis
appellationis judex eam deſertam pronū-
ciaverit. *Archid. in c. Roman. § ſi ibiq; Phil.*
Francus num. 3. de appellatio in 6. Baldus in d.
authent. ſi quis litigantium. num 6 C. de Epiſc.
aud. Geminianus in d c Romana § fin num. 1.
& Alex. in d l. a Divo n. 23 verſ. ſi autem prima.
ibiq; Iaſ. n. 26. verſ. ſecundus caſus. Baldus in d. l.
eos n. 8 ib demq; Bart. num 10 & 12. C. de appel.
lationib.

Tertiò declaratur hæc concluſio ſi aga- 119
tur actione in factū ex judicato. Ea enim
executio peti poteſt etiam coràm judice
à quo: Secùs, ſi imploraretur officium ju-
dicis nobile. *Bart d. l à Divo. n. 13. & ſeq. Bal.*
in d l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. & Phil.
Francus in c. Romana §. cum autem n 3. verſ. ſe-
cundò limita, prædicta de appell. in 6.

Abſoluto igitur & viſo, quid debeat *De juriſdictione judicis.*
conſiderari in perſona debitoris, ad hoc,
ut in eum, ejusvè bona, manus injici va-
leat, oportunè nunc quæritur, qualis de-
beat eſſe judicis conditio circa juriſdictio-
nem, *ſecundum diſtinctionem Baldi in l f. num.*
13. Alex. 14. Salic. 8. C. de edicto D. Adr. toll.
Pro cujus motivi elucidatione, præmitto, 120
de jure civili tres eſſe gradus juriſdictionis 121
in genere ſumtæ, imperium ſcilicet me- *Differ. jur. civ. & Sax. 46 par. 6. lib. 2 Zob. part. 1. diff. 1 n. 13. 14.*
rum, quòd aliàs vocant juſtitiam altam.
Manſuerius in ſua pract. forenſi. tit. de judicibus
& eorum juriſd. num. 12. quod principaliter
conſiſtit in inquiſitione, carceratione, &
animadverſione facinoroſorum, vel in po-
teſtate gladii, & generaliter verſatur in co-
gnitione criminum, pro quibus imponi-
tur quæcunq; membri mutilatio, & pœna
corporalis, item banni vel præſcriptionis
inflictio, *Maſuerius ubi ſupra. num. 12. Specu-*
lator

lator de juriſdict, om. jud. ſ. 1. num. 11. & 12. per l. publicorum. 2. ff. de publ. jud. l. capitalium. 29. de pœn ac ſacit l. imperium. 3. in princ. ibiq; Iaſ. num 16. & Bolog 25. & 26. de juriſd. om. jud Et iſtum primum gradum juriſdictionis, quæ conſiſtit in exercitio meri Imperii, in Germania vocamus, Das Halßgerichte/ item, Den Blutban. Mixtum, quod
122 alio nomine juſtitiam mediam appellant, *Maſuerius ubi proximè num. 12.* reſidet in officio judicis nobili, ad privatam tamen, ut plurimùm, utilitatem rendenre, puta circa bonorum poſſeſſionem decernendam. *d. l. imperium ſ. mixtum, ubi Bart. num. 15. & Iaſ. 2.* item circa decretorum & præceptorum executivorum interpoſitionem, pignorũ captionem, ſubhaſtationem, & hujus generis ſimilia officia. *Speculator de jurisd om. jud. ſ. 1. num. 19. per l. 1. de offic. ejus cui mandat. eſt juriſdictio. cum l jubere cavere. 4. de juriſdict. om jud.* Ad hujus mediæ juſtitiæ officium pertinet etiam cognitio exceſſuum, vel delictorum, quæ pœnam arbitrariam cõcernunt, item accipere bona vacantia, vel jura malè parta. *Maſuerius tit. de judicibus n. 13 poſt Speculat. in tit. de juriſd. om. jud ſ. 1.*
123 *num. 19.* Tertia ſpecies vel gradus juriſdictionis in genere ſumtæ, eſt juriſdictio ſimplex, quæ verſatur circa præſtationem autoritatis ad manumiſſiones vel adoptiones, item circa exercitium juriſdictionis contentioſæ. *Speculator ubi proximè. num. 31. per l. magiſtratibus. 12. de juriſdict. om. jud l. imperium 3 verſ juriſdictio. & ibi gloſſ. eod. l. nec quicquam. 9. ſ. ubi decretum. 1. & §. advocatos ultro dare. 5. de offic. Proconſ. & Leg. l. quintus 40. § fin. de actio. empt. cum §. jusjurandum. in f. ibi. & ex ipſa judicum autoritate pendent. Auth. de defenſo. civit coll. 3. l. placet. 2. C. de pedan. jud* Et hæc eſt communis, *teſte Bolognero in d. l. imperium. num 49.* Neque vero habet talis etiam judex in pecuniariis cauſis, cognitionem vel poteſtatem judicandi ultrà trecentos florenus, *ſecundùm Iaſ. in allegata l. imperium. num. 31. in ſ. faciat tres gradus per §. ſed neque. Authent de defenſo. civ. l. 1. C. de magiſtr mun conv. l. 1. C. de defenſ. civitat.* & modicam caſtigationem, vel correctionem etiam in corpus *l. magiſtratib. 4. ubi gloſſ notat. verb judices. verſ ordinarius, ſi tamen humiliter diſceptat de juriſdict. l. quædam 5. C. de pedan jud. § judicare. auth. de defenſor. civit. coll. 3. & ſ. audiant. de judic coll. 6.* cùm juriſdictio, ſine modica coërcitione, nulla ſit, *teſte Paulo in l fin. in f. ff. de offic. ejus, cui mand. eſt juriſd.* [Hæc autem coërcitio dicitur, ſine qua juriſdictio eſſe non poteſt. *Auth. de defenſ civit. §. audiant. quoque.*] Et in ſumma, ad hanc ſimplicem juriſdictionẽ, quam & juſtitiam baſſam vocant, pertinent omnes cauſæ pecuniariæ, actiones perſonales & poſſeſſoriæ, non privilegiatæ, item cognitio modicorum exceſſuum, *ſecundum Maſuer. in ſua pract. forenſ. tit. de judicibus eorumq; juriſd. num. 14.* Verùm hæc 124
de jure Saxonico paulò aliter ſe habent, ſecundùm quod (niſi futrè ea, quæ pertinent ad ſupremum gradum meri Imperii, velimus attribuete juri ſuperioritatis, quod vocant, Die Landesfürſtliche Obrigkeit vnd Oberbotmeſſigkeit/ in quo membro cõnumeramus regalia & cætera reſervata Principum, *de quibus Iaſ. in d. l imperium. n. 24. & alii Feudiſtæ in c. 1. quæ ſunt regal. in uſib. feud.*) non reperiuntur niſi duæ ſpecies 125
juriſdictionis: Una Imperii, ſub qua cõprehendimus omnes gradus meri & mixti Imperii, aliæ videlicet & mediæ juſtitiæ, eamque vocamus juriſdictionem ſuperiorem, & noſtro idiomate die Obergerichte/ item peinliche Gerichte & Halßgerichte/ item Bluttbann / puta, quandò pœna concernit diminutionem vitæ, amputationẽ manus, aut alterius membri, item, ut noſtri loquuntur, Wann die Klage an Haut vnd Haar gehet / hoc eſt, quando pœna aſcendit ad fuſtigationem, *ſecundum addit. latinam. litera F. art. 13. lib. 2. & lib. 2. art. 28.* Landrecht *lit. F. & gloſſ.* Weichbild *art. 16. §.* Ihr ſollet wiſſen / daß diß nicht vnrecht. Et hæc pœnalis juriſdictio (ut ita dicam) olim vocabatur bannum, nec poterat conferri, niſi à ſolo Rege. Landrecht *lib. 3. art. 64. §.* Der Königs Bann mag niemand leihen/ dann der König ſelbſt. *& art. 69. & concordat art. 59. lib. 1. §.* bey Königs Bann. *& lib. 1. art 3. ubi deſcribuntur clypei & ordines dignitatum in gloſſ. 1. num. 6.* unde erat quòd olim à Comite infeudato de aliquo caſtro etiam per Marchionem (quia in Marchia non erat regalis bannus) appellabatur à ſententia Comitis non ad Marchionem, ſed ad ipſum Regem, vel Imperatorem Romanum. Landrecht *lib. 2. art. 12. ſ.* kein beſchulden Vrtheil. & ita quondam ſolius Cæſaris fuit infeudare de ſuperiore juriſdictione, & jure gladii, prout apparet ex textu Landrecht *lib 3. articul. 52. §. feudum ſeu juriſdictio feudalis*, ubi legitur: quòd tale feudum ſive juriſdictio feudalis, qua mediante quis in vita, vel manu condemnatur, in quartam perſonam non transfertur,

Diff jur. civ. & Sax. 5. p. 4 ll. 51 Zobel. differ. 1. num 10.

Digitized by Google

126 tur, ex quo Rex in dignitate primus con-
fert comitatus & vexilla feudalia Princi-
pibus, & Comitibus, tanquam tertio ſta-
tui præfecturas, id eſt, ſcultetias in Comi-
tatu, unde judex absq; Sculteto judicium
legitimũ habere nequit, quod ibidẽ Ger-
manicus textus magis propriè explicat,
dum inquit: Vber die vierdt Hand im Heer-
ſchilde von dem Könige niederwarts ſoll kein
Lehen kommen, da ein Gerichte ſey/ vber Hals
vnd Hand (ohne das Schultreiſtumb alleine in
der Graffſchafft) durch das/ daß kein Graff
mag Rechtgedinge halten in der Graffſchafft
ohne ſeinẽ Schulteiß. *& concordat* Landrecht
lib. 1. art. 59. verſic. nec poterit ullus Comes &
Weichbild *art. 10. 16 & 15. ac habetur* Lehen-
recht *c. 72. §.* Wer Gerichte zu Lehen hat. *ac no-
tat additionator ad d. art. 59. litera C.* Sic itaq;
Scultetus quondam fuit in quarto ordine
eorũ, qui jus banni regalis, vel jus gladii,
habebant ex inveſtitura Regis. *ac notat gl.
art. 53. n. 7. lib. 3. art. 81. eo.* ubi & illud innui-
tur, quando Scultetus vel Scabinus mori-
tur absq; hæredibus, quòd tunc ad Impe-
ratorem pertinet, aliũ Scultetum de iisdẽ
manſis infeudare, cum omnimoda juris-
127 dictione. Sicut autem hodiè jurisdictio
ſuperior, pœnalis puta, non tantùm impe-
tratur aut confertur immediatè à ſummo
Principe, ſed etiam ab aliis inferioribus
ordinibus Imperii, puta à Ducibus, Mar-
chionibus, Comitibus, ut qui benè meri-
tos vaſallos de certis caſtris vel manſis
cùm omnimoda jurisdictione ſubinfeu-
dant, idq; ex inveterata quadam conſuetu-
dine, *teſte VVeſenbecio conſ. 45. n. 36.* [*Borcholt.
de F. c. 4. num. 12.*] ex quo ſummus Princeps
ubiq; locorum in Imperio non poteſt eſſe
præſens. Landrecht *lib. 3. art. 52. §.* Der Keyſer
mag in allen Landen nicht ſeyn: ita nobiles,
vel de nobilibus feudis infeudati, civita-
tes itidem inveſtiræ cum omnimoda ju-
risdictione, hodiè in locum Sculteterorum
ſuccedunt, adeò, quod ipſis æqualis mul-
cta debeatur, ſicut Principibus & Comiti-
bus, cùm iſtud genus judicum, quò ad
emendam & vvergeltum, æquiparentur,
vel, prout Germanica verſio habet. Für-
ſten/ Herren/ vnd Schöpffenbar freye Leute/
werden einander an Buſſen vnd Wehrgelde
gleich geachtet. Landrecht *lib. 3. art. 45. in princ.
ibiq; gloſſa n. 5. ac facit. art. 54. in princ. eodem*
128 *libro.* Tales itaque ſive Sculteti, ſive ſedem
ſcabinalẽ cum omnimoda jurisdictione
infeudatam habentes à ſuperiore, pòſt
ſuam quondam mortem devolvebant di-
ctam ſedem in primogenitũ regulariter
eoq; deficiente, in ſeniorem ex liberis, vel
alium agnatum, ſibi in generatione æqua-
lem. Landrecht *lib. 3. art. 26.* hodiè autem ad
liberos vel agnatos paris gradus, ſicut
ipſum feudum, ita etiam jurisdictio feu-
dalis devenit æqualiter. Quia tamen ho- 129
diè Principes, vel Comites, qui aliquem
infeudant de caſtro cum jurisdictione, ut
plurimum, maximè circà inferiora & re-
motiora feuda, ſibimet reſervant jus meri &
mixti Imperii cum regalibus, transferendo
ſolùm in nobiles, & alios id genus vaſal-
los, ſimplicem jurisdictionem, quam in-
feriorem & baſſam vocant, quos nos ho-
diè judices hæreditarios, vulgò Erbrich- 130
ter/ vocamus; tùm, quia ut plurimùm, circa
ſucceſſiones hæreditarias, aliasq; ne cauſas
pecuniarias & civiles occupantur, tùm et-
iam, quòd devolvunt illam jurisdictionẽ
inferiorem ad ſuos hæredes. Landrecht *lib. 1.
art. 56. ibiq; gloſſ. 1. cum additione marginali,*
ideò ipſos propriè Sculteros hæreditarios
appellare poſſumus, cujus rei veſtigium &
exemplum habetur in Loſatia & Marchia,
ubi in pagis reperiuntur etiamnum Scul-
teti, qui cum officio Scultetiæ hereditariæ
inveſtiuntur, adjectis certis prædiis, quæ
ipſi, eorumq; ue hæredes, ſucceſſivè cogun-
tur à dominis feudi recognoſcere. Land-
recht *lib. 1. art. 56. ibiq; gloſſa verbo.* Leihet ſie
aber ein Herr. *& eodẽ lib. art. 58. & 71. & lib. 3.
art. 18. & 60. in fine, idem tradit etiam additio-
nator ad art. 54. litera A eodem lib. 3. & in litera
M. ad art. 12. lib. 2. concordatq; gloſſa.* Weichbild
art. 33. in fin. Quocunq; autem nomine in-
ſigniantur judices hæreditarii, Die wir bey
vns in Sachſen Erbrichter heiſſen/ omnes
funguntur jure pedaneorum judicum, *de
quibus in l. Procurator. 1. l. placet 2. C. de pedaneis
judic.* In his tamen provinciis, etiamſi vo-
cabulum *Sculteterum*, in pagis valdè eſt uſi- 131
tatum tamen hi de jurisdictione nihil ha-
bent proprium, ſicut videre eſt ex addi-
tione latina *litera M. d. art. 12. lib. 2.* ſed mi-
niſtri & quaſi præcones ac executores
ſunt eorum, qui jurisdictionem in loco,
ſive omnimodam ſive inferiorem ſaltem
conceſſam habent, item ſunt denunciato-
res maleficiorum, Rügen das Vngerichte
bey jhrer Obrigkeit in den gedingen zu ordent-
lichen Zeiten des Jahres/ oder wann es inen
aufferlegt wird. Landrecht *lib. 1. art. 2. §. pa-
gani.* ibi: unusquisque Scultetus clamores
illatarum violentiarum, vel injuriarum,
item vulnerationes, uni ab altero illatas,
ſicut & comminationes & evagina-

tiones gladiorum, in cujuscunque damnum factas, item contumacias eorum, qui citati ad judicium non venerunt, denique omnem injuriam, pœna mortis, aut membri abſciſſione plectendam, denunciare debet. *lib. 1.* Landrecht. *art. 2. ubi etiam tangit addit. litera E G & I. juncta gl. Germanica* ſicut idem quoque fit de minoribus criminibus, quorum cognitio & animadverſio ad judicem hæreditarium vel pedaneum in loco pertinet. Nam & ea Sculteti noſtrorum temporum & locorum denunciare ſuis ſuperioribus tenentur, qui deinceps puniunt delinquentes pro modo perpetrati maleficii, adeò, quòd noſtri Sculteti per Miſniam & Thuringiam regulariter tantùm præbent nudum miniſterium, & manum circa exercitium jurisdictionis, utque maximè ſedeant in bancho, vel ſede ſcabinali, tamen, ut, plurimùm, omnia ex juſſu & nutu nobilium vel ſuperiorum diſponunt, & ſic

132 Gografiis veteribus parificantur, qui olim eligebantur in pagis pro adminiſtratione juſticiæ, & nihil habebant proprium in jurisdictione, nihil etiam commodi vel fructus inde ad ipſos redibat, nec eam pòſt mortem devulvebanr in ſuos hæredes, de quibus rectè verificatur, quod dicitur in textu. Landrecht. *lib. 1. art. 56. in principio.*

Differ. jur. civ. & Sax. 25. part. 4. lib. 2. in Zob. part. 3. diff. 1. num. 10.

Das an Gograffſchafft kein Lehen oder Folge iſt. Hinc eſt, quòd alibi Godenus tradit, in his partibus Comites, Nobiles, & alios quoſcunque, qui cum mixto & mero Imperio ſunt infeudati, conſtituere judices univerſales & Seulteros, per quos ipſi exercent ſuam jurisdictionem ſuperiorem & inferiorem, nunquam autem vel admodum rarò, per ſemetipſos. *Henningus Godenus conſ. 2. de jurisdictione. aliàs eſt in ordine 39. num. 21.* Sic alibi Sculteti noſtri villarum Syndici, Dorffs Vorſteher oder Vormünden/ item Bawermeiſter/ hoc eſt, magiſtri villarum nominantur. *Zobelius in ſua addi. latina ad art. 2. lib. 1. litera K. junctis, quæ habentur in gloſſa.* Landrecht. *lib. 2 art. 13. §.* Geſchiehet aber in einem Dorffe. *& lib. 1.*

133 *art. 13. §.* Der Bawermeiſter. *& additio latina art. 55. litera C. lib. 1.* Ideò non inſulsè alibi legitur, quòd Sculteri vel Magiſtri ruſticorum officium, quale olim erat, noſtris temporibus & in his regionibus penitùs ab uſu receſſit, *prout tradit autor informationis ad calcem* Landrecht *poſitæ ſub rubrica:* Rathſchlag von Ober vnd Niedergerichten. *§* Auch hat derſelbige wollen die Erbgerichte. Umbra tamen manet jurisdictionis, ſi qua dici poteſt, apud noſtros Sculteros, vel Magiſtros pagorum, quòd hi, homines ſuæ communitatis, qui in aliquo actu univerſitatis ſeſe inhoneſtè gerunt, vel etiam alios, qui aliquid indiſciplinatè agunt in judiciis, ſine venia ſcilicet ſe ingerendo tribunali, vel ſine licentia à bancho recedendo, vel aliter immodeſtos ſe exhibent, mulctare poſſunt in tribus ſolidis, aut etiam in una vel altera amphora cereviſiæ, nonnunquam etjam plùs vel minùs pro modo delicti, Das wird hernach in der Gemeine oder in Gerichten reſpectivè verſoffen / *cujus meminit gloſſ. d. art. 64. verſ.* drey Schillinge. *num. 1. lib. 3. per textum ibi in §.* Dem Bawermeiſter. *argumento eorum, quæ habentur lib. 1. art. 57. §. attamen judex. ibiq; gloſſa latina litera E. & gloſſa Germanica, verbo.* Oder vnter dem Gedinge. Etſi verò injuriarum, & modicorum exceſſuum cognitio inter partes litigantes eodem modo ad illum, qui omnimoda jurisdictione in ſuo territorio armatus eſt, ſicut & ad eum, qui tantum baſſa in loco ſui territorii munitus reperitur, pertinet: tamen circa modum mulctæ indicendum, nonnihil eſt diverſitatis.

Qui enim de omnimoda jurisdictione, 134
hoc eſt, cum banno regali inveſtitus eſt, ſive Princeps ſit, ſive Dux, ſive Marchio, ſive Comes, ſive inferioris ordinis vaſallus, ei vel eis, etiam pro modicis exceſſibus, pro quibus condemnantur ad ſatisfactionem vel emendam partis, deletur mulcta 60. ſolidorum. Das höchſte Gewette regulariter, niſi majurem mulctam præſcripſerint. *argumento c. auditis. extra de præſcrip.* Qui autem inferiorem tantùm jurisdictiunem locorum habent, his in propoſito ſolùm debentur 8. ſolidi zu Weichbild / & 3. ſolidi zu Landrecht / mulctæ nomine, & ita pronunciarunt veteres Scabini, ſicut apparet ex informatione addita Landrecht ſub tit. von Wette vnd Buſſe. In his autem provinciis Thuringiæ, quamdiu memini, fuit iſtis judicibus inferioribus pronunciata mulcta 30. ſolidorum. De quo legantur, quæ latiùs proſecuti fuimus in prima Parte noſtri Operis circa prolegomena. *num. 19. in fine. ac notat Zobelius.* Landrecht *lib. 3. art. 45. litera B.* Ad hos itaque judices, armatos ſuperiore jurisdictione, quos peinliche Richter / item Oberrichter vocamus, deſerun-

135 deſeruntur omnes querelæ & accuſatio-
nes,ſuper quibuſcunque delictis&malefi-
ciis,quæ Saxo vocat Vngerichte Landrecht
*lib. 1 art 68. in princ. lib 2. art. 13. & 16 ubi
gl. in fin & art. 28. & concordat* Weichbild
art. 38. 70. 71. 88. & 89. Item Lehenrecht. *cap.
23. & cap. 61. in gloſſa. in notat. Regulus in ſuo*
136 *proceſſu Saxonico cap. 138.* etiam pro inju-
riis atrocioribus , quarum cognitio per-
tinet ad ſuperiorem , non autem ad infe-
riorem judicem, ſi credimus autori ejus
informationis,quæ habetur ad Landrecht.
Von Ober vnd Vntergerichten / ubi omnes
cauſæ,pertinentes ad cognitionem ſupe-
rioris judicis,deſcribuntur ſpecialiter, *ſub*
137 *prædicta rubrica*: Rathſchlag auff Ober vnd
Erbgerichte. Et habentur enumerata cri-
mina ad juriſdictionem ſuperioris per-
tinentia,in Conſtitut. provincialibus Du-
cum Saxoniæ in Thuringia cap. 21. puta:
crimen Hæreſis, Veneficii, Incantationis,
Sacrilegii, Inceſtus , Raptus mulierum,
Fractæ pacis,Violentiæ publicæ, & graſ-
ſationum,Homicidii,Incendii, Proditio-
nis, Perjurii, Seditionis , binorum ſpon-
ſaliorum & nuptiarum eodem tempore,
Luxuriæ contrà naturam , Prædationis
aratrorum,& molentinorum, Relegatio-
num ex provincia , civitate,vel pagis,In-
vaſionis violentæ alienarum ædium,Furti
ultrà tres ſolidos,Receptationum , Viola-
tionis membrorum virilium, aut mamil-
larum muliebrium, Conſilii adverſus ſu-
periores,Sepulchri violati, Injuriarũ atro-
cium , quatenùs perſonis privilegiatis
fiunt,& criminaliter ad pœnam fiſco ap-
plicandam intendantur,Plagii, Criminis,
falſi cujuſcunque, item Stellionatus,item
eorum , qui unam rem duobus vendunt,
aut oppignorant, Revelationis ſecretorũ
in injuriam alterius, Finantiarum , & ve-
nalium decretorũ,Pacis domeſticæ, item
murorum violationis,vel fractionis, Gla-
diorum , cum quibus alicui inferuntur
vulnera,terminorum motorum, Novorũ
vectigalium,Piſcinarum læſiones, Famo-
ſorum libellorum,Maleficiorum , Vulne-
rum,item deformitatum,quæ faciei alicu-
jus ingeruntur,Transfoſſionum , Ictuum,
Contuſionum,ex quibus periculum vitæ
fluit,maximè ſi illæ fiant in ſtrata vel fo-
ro publico: *Autor informationis ſub tit.* Rath-
ſchlag auff Ober vnd Erbgerichte *ad Spec.
Saxo in §* Auch hat er zu ſtraffen die Schlege
vnnd Würffe / ſo auff Marckten oder öffent-
lichen Landtſtraſſen geſchehen / Membrorum

[*In poſtrema editione ab anno 89. n. 26.*]

mutilationis , & abſciſſionis , uſque ad
vulnera qualiacunque incluſivè. Neque
ſine myſterio dictum eſt, relegationes et-
iam ex pagis, eſſe majoris Juriſdictionis,
Magiſtratus ſiquidem inferior nec rele-
gare,nec patriam interdicere poteſt. *gl. l.
nulli. 10. verb. facultatem. C. de ſent. & interloc.
om jud. gloſſ. § relegati. 2 Inſt. quibus mod. jus
pat. pot. ſol. Alex. de Imola. in l. magiſtratibus.
12. n. 1. & 2 ff. de juriſd. om jud.* [quia facul-
tatem ordinariam, cum de imperio ſit,
non habet. *l. illicitas. 6. §. 8. ff. de offic. præſid.*]
Altera ſpecies eſt ſimplicis juriſdictionis, 138
quam vulgò vocant , die Erbgerichte/item
Nieder oder Vntergerichte /ac judices , die
Erbrichter vnd Vnterrichter / *prout notat gl.
penult. art. 33. lib. 3.* Landrecht *& lib. 1. art. 68.
in princ.* ubi textus deſcribit cauſas , ad
cognitionem inferioris magiſtratus per-
tinentes.Generaliter autem in hanc ſpe-
ciem juriſdictionis includuntur cauſæ
pecuniariæ,quas vocamus , Schulde vnnd
Gülte/ prout ſunt : petitiones hæredita-
tum,tranſactiones ſuper civilibus cauſis,
pignorationes, punitiones minorum de-
lictorum,puta furti infrà tres ſolidos, ve-
titarum mercium & armorum diſtractio-
nes,vetitorum ludorum,judicialium con-
tumaciarum, & impudicorum geſtuum,
deniq; injuriæ non atroces, ictus, contu-
ſiones , pulſationes , vellicationes cri-
nium, Werffen/ braun vnnd blaw ſchlagen/
blutrunſten / & omnes aliæ qualeſcunque
percuſſiones , quæ ſine fuſione ſanguinis
procedunt, *ita Regul. in ſua pract. cap. 139.
num. 10. per text.* Landrecht *libr 1. art. 68 &
libr. 2. art. 16. ibidemq; gloſſa & apoſtilla.*
Weichbild. *art 38. cum ſequentibus. &
gloſſ* Landrecht *juncta ibi apoſtilla. libr. 3. art.
37. gloſſ.* Lehenrecht *cap. 1. circa finem.* Etſi 139
autem ex vi juris noſtri municipalis ad
hanc ſpeciem juriſdictionis pertinent
regulariter omnes de mundo cauſæ civi-
les,& pecuniariæ,ſuper quibus judex ma-
leficiorum a cognitione ſuperſedere , ta-
leſque lites ad determinationem inferio-
ris judicis remittere debet. *l. ſolemus. 61.
§ latrunculatores. ff. de judic. & l. 1. de
Abigeis* : tamen id ita demùm verum eſt, 140
ſi agatur actione,deſcēdente ex contractu
vel delicto,non inferente pœnam corpo-
ris,ſaltem potentia, prout fit, quandò ſu-
per maleficio , de quo criminaliter accu-
ſatio inſtitui poterat, adverſus reum tan-
tùm agitur civiliter,ad pœnam videlicet,
parti applicandam. Iſto enim caſu origo

[*d conſt. provinc. eod. c.*]

factì,ex quo jus oritur,quo ad competen-
tiam fori attendenda, & lis coràm judice
maleficiorum intentanda eſt,quantumvis
non criminaliter,ſed tantùm civiliter eo
nomine agatur,*ita Auguſtinus de Arimino in
addit. ad Angel. de maleſic. verb. per judicem
maleficiorum. in f. allegat Cataldum in tract.
Syndica. quæſt. 138. & Bartolum in l. inter-
dum. 56. §. qui furem. 1. num. 4. ff. de furt.*
qui tamen loquitur eo in caſu, quando
quæſtio civilis incidenter & in conſequen-
141 tiam cauſæ criminalis, non autem princi-
paliter coràm eo moveretur. *Bart. ubi ſu-
pra. & in l. 3. §. ſi dicatur. poſt gloſſ. ibi verbo.
de crimine. per illum tex. fin. regund.* ubi ha-
betur: quòd judex, qui de crimine moto-
rum terminorum cognoſcit, idem etiam
de finibus pronunciare poteſt. & *in l. pen. de
calumnia.* Verùm inolevit apud nos hæc
practica, ut quantumvis ſuper maleficiis
atrocioribus principaliter agatur pecunia-
riè, ad pœnam videlicet parti applicandã,
eam actionem nihilominùs coràm judice
ſuperiore, non autem coràm inferiore,
quem hæreditarium den Erbrichter voca-
mus, intentari oporteat, *ita autor conſilii in
d. rubric.* Rathſchlag von Ober vnd Erbge-
richten. §. Vnd ob auch der ehebemelten pein-
lichen Sachen. *& tradit Zobelius in ſuis addit.
ad Spec. Saxon. art. 16. lib. 2.* Landrecht. *num.
10. in fin.* De quo in his partibus Du-
catus Saxoniæ in Thuringia minùs eſt
dubii, propter conſtitutiones noſtras
provinciales. *cap. 21.* Von Ober vnd Erb-
gerichten. *verſ.* Zu Erbgerichten gehören
verb. item, Alle Bürgerliche Sachen / die
von Peinlichen nicht herflieſſen / *à contrario
ſenſu.* Quod ideò fortè fit, ex quo tales
cauſæ dant lac & lanam ſuperioribus, à
quibus deinceps illæ mulctæ pecuniariæ
impetrantur precariò per addictos ipſo-
rum lateri, vel aulis, pro ut experientia
teſtatur quotidiana. Recedit tamen in ali-
quibus articulis, & aliter jus Saxonicum à
jure civili, quòd hujus virtute, inferior ju-
dex, quem & minimum, & pedaneum, vel
defenſorem civitatis nominant, ut ſuprà
etiam fuit tactum *num. 123.* ultrà trecentos
142 aureos judicare nequit. *§. audient. auth. de
judicibus coll. 6. ac notat. gloſſ. l. fin. C. de pedan.
judic. & in l. 1. ff. de defenſoribus civitat.* Se-
143 cùs eſt de jure noſtro provinciali, ſecun-
dùm quod Judex etiam inferior, ſuper
quacunque & cujuscunque ſummæ cauſa
pecuniaria rectè cognoſcere & judicare
poteſt, Landrecht *lib. 2. art. 13. §.* Vnd Pfen-
nige aber / *& ibi gloſſ. num. 8. in f.* Quod ita in-
diſtinctè & communiter in practica ob-
ſervatur, *teſte autore conſilii vel informationis
ad calcem* Landrecht *poſitæ*, Von Ober vnnd
Niedergerichten. *§.* Aber an demſelbigen Or-
te. *in f.* Ex quo, in propoſitio quæſtionis 144
noſtræ ſuperiùs formatæ, etiam illud ma-
nat, quantumvis jus ſummariæ vel paratæ
executionis in res præſertim debitoris,
de jure civili non competat, niſi magiſtra-
tib. habentibus jus meri, vel ſaltem mixti
imperii, non autem inferioribus ab eis, &
qui tantùm habent exercitium ſimplicis
jurisdictionis. *Baldus in l. fin. num. 13. Salic.
8. Bar. 13. Dec. 31. Curt. Iun. 58. Iaſ. 16. Sa-
pian. 58. & 61. Iacobinus à S. Georgio. num.
22. verſ. in gloſſ. Corneus. 18. in fin. Mandua
itidem in prima repet. ejusdem legis. num. 123.
Quam ſententiam communem eſſe tradit ibidem
Franciſ. Curt. jun. in d. l. fin. num. 58. &
Zuchardus num. 264. C. de edict. D. Adr. toll.
eosq; ſecutus Menochius de adipiſ. poſſeſſ re-
med. 4. num. 414. 415. 417. 418. & 419.
per l. 4. jubere cavere, in poſſeſſionem mittere,
magis Imperii quàm jurisdictionis eſt. ff. de
jurisd. om. jud. & l. ea quæ 26. ad Municip.
cum aliis fundamentis & autoritatibus, per
Menochium, ubi ſupra, adductis.* Cujus rei 145
ratio eſt, quod hæc inductio in poſſeſſio-
nem, quantumvis extet contradictor, ex-
peditur nobili judicis officio, non autem
ad intentatam actionem, *per ea, quæ haben-
tur in 3. Parte hujus Operis cap. 5. n. 3.* De 146
jure tamen noſtro conſuetudinario vel
provinciali, ſecundùm quod omnes cauſæ
pecuniariæ, ſive per viam judicii ordinarii
agatur, ſive petatur ſummaria executio,
vel immiſſio in bona debitoris, datis ju-
risdictionum diverſitatibus, ſemper ad
judices inferiores eorum cognitio perti-
net, cùm noſtro jure nõ aliter diſtinguan-
tur iſtæ duæ jurisdictiones, inferior vide-
licet à ſuperiore, niſi quod hæc omnẽ ma-
leficiorum cognitionem, & punitionem,
aut animadverſionem uſq; ad cauſas vul-
nerum, incluſivè tamen, complectitur: illa
autem exceptis injuriis atrocibus, omnes
alios caſus, qui vel modicam correctio-
nem, aut jus mulctandi, deſiderant, item
omnium cauſarũ civilium dijudicationẽ
comprehendit, Idque ita de conſuetudine
obſervari, teſtatur experientia, adeò,
quòd ſtante ſtatuto in loco, quòd inſtru-
mentum liquidum mereatur executionẽ
paratam in res vel perſonam debitoris,
poſt morã in ſolvendo adhibitã, judex im-
mediatus,

c. 26. ut ſupra.

Differ. jur. civ. & Sax. lib. 1 par. 4 differ. 30 Zob. par. 1. diff. 4. num. 14.

mediatus, aut inferior loci, non autem
ſuperior, pro facienda iſta manus injectio-
147 ne adeundus eſt. Quod tamen eo demùm
caſu procedit, quatenus ſuperior & infe-
rior jurisdictio, ita invicem ſunt ſeparatæ,
ut ſuperior, cui competebat omne impe-
rium, in alium inferiorem transtulerit
ſimplicem vel inferiorem jurisdictionē,
Hat jhme die Erbgerichte vorliehen vnnd ge-
ſchencket, ita, ut inferiori, reſpectu ſuperio-
ris, poteſtas jurisdicundi dicatur compe-
tere privative, non autem cumulativè,
textus eſt manifeſtus in l ſolemus 61. §. latrun
culator de re pecuniaria judicare poteſt. ff. de ju-
148 *dic. & concordat l. 1. de abigeis.* Etsi enim
aliàs regula eſt in contrarium, quòd vide-
licet concedens inferiori jurisdictionem,
intelligitur eam in dubio, non privativè,
ſed cumulativè conceſſiſſe, *prout notat Pa-*
nor. in c. Paſtoralis. num 6 per illum textum. ex-
tra de offic. ordinarii. adeò, ut eadem poteſtas
& jurisdictio ſuperiori adverſus homines
ſui vaſalli etiam deinceps competat, uti
priùs, ex regula: Si vinco vincentem te,
multò magis te vinco, *c. autoritate. ext. de*
conceſſ. præben in 6. l. de acceſſionibus 14. §.
itaq. verſ. nam qui me potior eſt, cùm ego te ſu-
peraturus ſim, multò magis adverſus te obtinere
debet. ff. de diverſis & tempor. præſcrip & ſic
cumulativè concurrit ſuperior cũ inferio-
re circa jurisdictionem; niſi videlicet illa
149 fuerit præventa per inferiorem. *prout hoc*
idem concludit Anto. de Butr. in d. c. paſtoralis.
num. 14. poſt Ioan. Andr. ibi. ac concordat
Bart. in l. 1 notab. 1. C. de offic. præfect. urb Dec.
conſ 3 num. 3 Brunus conſ. 47. num. 3. Ripa de
Peſte in cap de remed præſervati num. 60. Pariſ.
conſ 9. num 11. lib. 4. Gramma conſ. 6. in fin. Me-
noch. de arbitrat. judic lib. 1. quæſt. 40. num. 3.
4. 5. 6. 7. & 8. niſi apertiſſimè conſtet de
contraria mente concedentis. *Rom. ſingul.*
23 & conſ. 393. ac latè Ang. Aret in leg. 1. §. ſi
quis in appellatione num 6. ff. de appell. pro quo
facit etiam tex. in l. fin. C. de jurisd om jud. ubi
Rectores Collegiorum inferiorum non
habent jurisdictionem privativè ad ordi-
nariam generalem loci, ſed accumulati-
vè. *l judicium ſolvitur. 58 ff de judic. l ſtuden-*
tibus. 1. C. de offic. præf. urb. qua de re videatur
latè Ludovic Rom. conſ. 393. incip. præſens con-
ſultatio in hoc recidit, ubi novem allegat & in-
ducit ad hoc textus. Quæ quidem ſententia
communis eſt, *teſte Iaſon in l. quod in rerum.*
24. §. fin num. 8. de legat. 1. & Horatio Mando-
ſio in ſua addit. ad Ludovic Roma. conſ 393. verb.
accumulativè. & Ioan. Baptiſta Ferretus, conſ.
142 incip. punctus difficultatis. num. 15. tamen
contraria loquuntur in caſu dubio, quan-
do non apparet, an per inveſtituram ge-
neralem de jurisdictione, dominus abdi- 150
cativè tranſtulerit jurisdictionem in in-
feriorem: ſecùs eſt, ſi reſervato jure ſupe-
rioris jurisdictionis infeudet ſuum vaſal-
lum de jurisdictione inferiore caſtri, ejus-
que pertinentiarum. Tunc enim, quia do-
minus ipſemet diviſit & ſeparavit jurisdi-
ctiones, intelligitur inferiorē jurisdictio-
nem in dubio, quantũvis nihil de hoc ex-
primatur, non accumulativè ſed privativè
conceſſiſſe, ita limitat prædictã regulam,
Felinus *in d c. paſtoralis. num. 2. limitatione 2.*
de offic. deleg. per d l. ſolemus §. latrunculator.
Ideò alibi ſcriptum reliquit Angelus, 151
quod, ubi diverſæ ſunt ſpecies jurisdictio-
num, una nõ intromittat ſe de alia *Ang. in*
l. cum prætor. 12. num. 3 ff. de judic. idque, ne
judicia vel jurisdictiones turbentur aut
confundantur. *l. conſulta. 23. C. de teſtam. Bal.*
in l. 1 ff. de offic. proconſ de quo latius Felin. in d.
c. paſtoralis. & Ludo Rom in d. conſ. 393 n. 10.
allegando. § & judicare. aut. de defenſor. civit.
ubi habetur; quod in cognitione civiliũ
cauſarum, jure ordinario attributa magi-
ſtratui civitatis, & ſic judici inferiori, nul-
lam jurisdictionē cenſeatur habere præ-
ſes provinciæ, cui ſubeſt illa civitas, & ſic
magiſtratus ſuperior, *ac facit tex ſingularis*
in l. tam collatores. 18 & ibi Bart. fin. C. de re
milit. lib. 12 cum l. fin. C de aſſeſſor & c. novit
ille. extra de judiciis. Cum enim jurisdictio-
nes differant, tanquam genus & ſpecies,
ſequitur generi per ſpeciem derogari *r ge-*
neri extra de reg. jur. in 6. & l. in toto jure ff.
eod. Hinc eſt, quando duæ reperiuntur di-
viſæ jurisdictiones in aliqua provincia, 152
vel civitate, ita, ut ſuperior habeat cogni-
tionem criminalium, inferior autem ſo-
lum de civilibus cauſis judicet, ſtante ſta-
tuto, quòd ſtringens gladium eum com-
mittat judici, prout habetur textus juris
Saxonici Landtrecht *lib. 1. art. 62. §.* Wer ſein
Schwert zucket. Siquidem adverſarium
cum enſe vulneraverit, enſis committitur
ſuperiorem jurisdictionem in loco ha-
benti. Sin autem tantùm ſtrinxerit, nec
ad alterius vulnerationem devenit, vel
ſolùm vulnuſculum ſangvinolentum eine
Blutrunſt intulit, judici hæreditario de-
betur gladius, *additionator ad tex. germani-*
cum d. art 62, ubi etiam addit, ſolum enſem
deberi judici, non autem vaginam, quæ
crebriùs multo argento exornata repe-
ritur.

153 titur. Imò, quòd in conceſſione vel infeudatione etiam omnimodæ jurisdictionis, inferioris ſcilicet & ſuperioris, intelligatur ſuperior à ſe abdicaſſe, omnem poteſtatem jurisdicundi, ita, ut nihil reliquum habeat, præter ſolum jus ſuperioritatis, & aliorum regalium, iſtud tenet Henningus Gôdeus *conſil. de aurifodinis 2. num. 18 ff. de jurisd om. judic. Ang. in d. l. cum prætor. num. 3. verſ. quandoq; uni conceditur jurisdictio generalis. ac facit c. 1. de capitan. qui cur. vend. & D. VVeſenb. de jurisd. conſ. 95. num. 57.* Quod veriſſimum
154 eſſe cenſeo, ſi hæreditatè collata ſubfeu-
155 data fuerit, per ea quæ paulò pòſt ſubjiciemus, tùm, quia beneficia Principum latiſſimè ſunt intelligenda, *l. beneficia. 3. ubi Iaſ. num. 19. 25. & 31. ff. de conſtit. princ. §. jusiurandum. auth. de defenſor civit. collat. 3. l. repetita. 41. C. de epiſc. & cler. l. 2. C. de ſportul. l. in provinciis. 4. C. de numerar. & actua. lib. 12.* tùm, quia imputatur inveſtitori, qui legem contractus non ſcripſit apertiùs, adeoque contra ipſum ſit interpretatio, *l. veterib. 39. ff. de pact. l. fin. C. de dotis promiſ.* [Ambigua enim conventio interpretatur contra eum pro quo profertur.] tùm etiam, quòd ſi aliter diceretur, ſequeretur ex hoc confuſio, & turbatio jurisdictionum. *contra l. conſulta. 23.*
156 *C. de teſtam.* adeò, quia non deſunt, qui volunt, quod per conceſſionē jurisdictionis etiam indefinitam, & abſque vocula, omnimodæ, intelligatur ſuperior & inferior jurisdictio collata. *Decius conſ. 292. num. 3. Tiraquellus de retractu conventionali. §. 2. gloſſ. 1. num. 8. VVeſenbecius d. conſ. 95. num. 18 19. 20. & 21. per ibi allegatas autori-*
157 *tates.* Licet autem ſuper hoc poncto ſubſiſtam: tamen in propoſito diſputationis noſtræ, hanc poſteriorem opinionem judico magis eſſe veram, & receptiorem, ac certè in practica communior eſt, quod videlicet infeudans vaſallum de omnimoda, hoc eſt, alta & baſſa, vel ſuperiore & inferiore jurisdictione, intelligitur eam abdicativè & privativè in ac-
158 cipientem contuliſſe, non autem accumulativè, ſicut & per præſcriptionem acquiſita jurisdictio, eodem modo privativè, reſpectu majoris vel ſuperioris acquiſita intelligitur. *Felinus in d. c. paſtoralis. num. 4. limitat. 3. poſt Abbatem ibi. num. 7. ac facit c. auditis. §. quod circa. & ibi Fel. num. 9. c. cum olim. per illum textum. ibi: Abbatem legitima præſcriptione munitum abſolvatis, ſilentium imponendo epiſcopo. extra de reſcript.* Ex quo infertur, quantumvis 159
ab antiquo civitates in provinciis Saxoniæ non fuerint munitæ alia jurisdictione, quàm inferiore, *prout iſtud patet ex articulo. 42. & 43.* Weichbilde: tamen quia pleriſque civitatibus jurisdictio hodiè per Principes regulariter cum mero & mixto Imperio, & omnibus fructib. jurisdictionis fuit vendita, ſaltem cum pacto de revendendo vel aliter hæreditariè, & in perpetuum conceſſa, quòd ad inſtar aliorum vaſallorum, qui de omnimoda jurisdictione inveſtiti ſunt à dominu, immediatè habeant cognitionem omnium cauſarum, ſive civilium, ſive criminalium, adeoque pro impetranda manus injectione, ſive in perſonam, ſive in bona debitoris, ipſi ceu immediati judices, in prima inſtantia, regulariter adeundi ſunt, non autem eorum ſuperiores. Neque repugnant jura in oppoſitum allegata *per Ludo. Rom. conſ. 393.* quia breviter reſpondeo, iſta contraria omnia loqui in caſibus ſpecialibus, puta in jurisdictione temporali, delegata ratione officii demandati inferioribus à ſuperiore, quatenùs & quamdiu illud durat. *d. c. paſtoralis.* ubi agitur de jurisdictione tributa judici delegato. Secùs eſt in jurisdictio- 160
ne omnimoda hæreditariè translata in vaſallum, ejusque hæredes maſculos in infinitum. Quod etiam de civitate dicendum eſt, quæ nunquam moritur ad inſtar Eccleſiæ *l. proponebatur. 76. ff. de jud. & not. in l. civitas. 27. ſi cert. pet.* Unde, quod di- 161
citur, ſolvi judicium, vetante eo, qui majus imperium in eadem jurisdictione habet. *d. l. judicium ſolvitur de judic.* & quod alibi ſcriptum reperitur, quandocunque inferior jurisdictionem ſuam recognoſcit à ſuperiore, ſuperior poteſt inhibere inferiori, ne judicet. *Alexan. in d. l. judicium. in apoſtil. ad Bart. num. 3. Bald. in l. 1. num. 9. C. quomodo & quan. jud.* item, quòd per ſupervenientiam majoris magiſtratus, ceſſat minoris jurisdictio, cùm potioris gradus judicibus competens præſtanda ſit reverentia. *l. potioris, 9. C. de offic. rectoris provinc. ſicut & in* Landrecht *lib. 1. art. 98. §.* Wann der Graff/ dicitur, quandocunque Rex vel Imperator intravit provinciam ſui vaſalli, ſive is Dux fuerit, ſive Comes, aut quicunque alius, ceſſat judicium Co-

mitis,

Differ. Zob. 1. part. 1. num. 10.

mitis, ſic & huic ingrediendi judicium ſui Sculteti, ejus etiam jurisdictio ceſſat, *ac concordat art. 26. & art. 52. §.* Den König wehlet man. *lib 3.* & alibi dicitur: In welch Land der Keyſer kömmet/ da iſt jhm das Gericht daſelbſt ledig/ daß er alle Klagen richten mag / die vor jhm kommen. Landrecht *lib. 3. art. 60. verſ.* In welche Stadt / ac quod alibi tradit Maſverius *in ſua pract. forenſi. tit. de judicibus & eorum jurid. num. 22.* quòd, quicquid eſt in regno, Ducatu, vel Comitatu, id de jurisdictione Regis, Ducis, vel Comitis eſſe dicitur, adeò, quòd in quocunque loco ſui territorii jurisdictionem exercere poteſt. *per c. cum Epiſcopus. extra de offic. ordinat. in 6. & l. pupillus 239. §. territorium. ff. de verb. ſig.* illa
162 inquam, omnia, quæ pro opinione negativa adducta ſunt, loquuntur in conceſſione temporalis jurisdictionis, quæ vel quandocunque revocabilis eſt, ad beneplacitum videlicet concedentis, prout eſt mandata vel delegata jurisdictio. *l. & quia. 6. de jurisd. om. jud. & d. c. paſtoralis. & hanc ſolutionem innuit gloſſ.* Landrecht *libr. 3. art. 60. verbo.* In welche Stadt. & Weichbild *art. 8.* vel quando inferiori jurisdictio tribuitur, pro coadjuvatione Imperii ſuperioris, ut inter eos quaſi communio ſit & ſocietas muneris. *l. 1. C. de offic. præfect. urb. l. in hac ſacratiſſima. 30. C. de donat.* Poteſt & alio modo reſponderi ad contraria, quòd illa procedant, quo ad jus ſuperioritatis, Der Fürſtlichen oder Gräff-
163 lichen Landeßobrigkeit halben. Secùs, quo ad adminiſtrationem juſtitiæ in cauſis civilibus, tunc enim cauſæ cognitio pertinet ad inferiorem. *Ita in effectu reſpondet Maſverius ubi ſupra. de judicibus. num.*
164 *22.* Ex quo infertur, jurisdictionem, Der Ober vnd Niedergerichte / collatam inferiori, ejus eſſe effectus, ut infeudatus ſolus debeat gaudere fructibus omnimodæ jurisdictionis, in qua quidem ſuperior ipſum nequaquam impedire poteſt. Quod vel maximè procedit in terris noſtris, ubi jurisdictio confertur feudatariis per modum donationis & inveſtituræ, In belehneter Gerichtsbarkeit / quemadmodum, ut plurimum, in inveſtituris additur illa clauſula: Haben jhn mit den Gerichten Oberſt vnd Niederſt zu gleich begnadet vnd belehnet / quo caſu donator vel inveſtitor non poteſt revocare jurisdictionem loci, tanquam à ſe ſemel abdicatam. Ang. *in d. l. judicium num. 4. allegat Innocentium in c. in cauſis num. 4. extra de elect.* ubi tradit: quando poteſtas eligendi confertur alicui, per modum donationis, ſuperior deinceps illam ad ſe revocare nequit. *§. alia Inſtit. de donat.* Quam ſolutionem etiam Baldus 165
innuit. *in d. l. judicium. lectura 1. n. 3. & in l. lectur. circa fin.* & Albericus de Roſa. *ibidem. num. 4.* ſcribit, quod major magiſtratus ſe de jurisdictione, minori magiſtratui conceſſa, non debeat impedire, niſi per appellationem vel denegationem juſtitiæ ad eum devolvatur cauſa. *c. Metropolitanum & ibi gl. 2. quæſt. 7. & Panormitanus in c. 1. num. 15. & 17. junctis notatis in c. cæterùm. extra de judic.* & ſubjicit illud notandum eſſe, ne generalitas textus *d. l. judicium. ibi*: vetante eo, qui majus imperium in jurisdictione habet, inducat lectorem in errorem. *Albericus ubi ſuprà.* Quodque non expiret jurisdictio minoris judicis, ſub adventum ſuperioris, *notat Aufrerius in deciſ. Tholoſ. reſponſo. 433. & traditur in c. 2. extra de offic. leg. ac facit c. pervenit 11. quæſt. 1. c. Eccleſia. diſtinct. 95. cum l. in hac ſacratiſſima. 30. C. de donat.* Fateor tamen, prout paulò ante etiam tactum fuit non rarò fieri, quòd aulici, ſuis rationibus forſan innixi, cauſas arduas & pecunioſas, earumque cognitionem, quæ aliàs ad inferiorem magiſtratum ſpectabant, ad ſe revocent, ſecuti Canoniſtas, 166
qui omnia quæſtuoſa ad ſuum molendinum trahunt, & ſuæ diſcretioni reſervant, *referente Zaſio in l. ſtipulatio hoc modo concepta. 61. num. 28. ff. de verb. oblig.* minoris interim quæſtus & præjudicii cauſis ad civiles Magiſtratus remiſſis.

SUMMARIUM CAPITIS II.

1. Executionem paratam petens Actoris loco habetur.
2. Creditor dicitur, ex quacunq; cauſa, ſive actionis perſonalis ſive realis ipſi debeatur.
3. Credendi obligatio generalis eſt.
4. Executio parata poteſt peti etiam per fidejuſſorem, qui vel ſolvit, vel per inſtrumentum executivum obligatus eſt. n. 5.
6. Fidejuſſor judicatum ſolvi activè & paſſivè habet & patitur executionem paratam.
7. Fidejuſſor contractus regulariter non habet paratam executionem, ſicut nec contra eum intenditur parata executio: niſi manus injectio ex vi pacti vel ſtatuti ipſi & adverſus ipſum competat num. 9.
8. Contractus vel inſtrumenta contractuum non merentur paratam executionem regulariter: niſi ex ſtatuto inſtrumentis tribuatur parata executio, vel id ita conventum ſit inter partes.
10. Fidejuſſor non debet eſſe pejoris conditionis quàm principalis ſup. num. 4.
11. Fidejuſſor non aliter habet regreſſum, adverſus debitorem vel confidejuſſores: niſi ipſi cedantur actiones.
12. Fidejuſſori an in ſolidum cedendæ ſint actiones contra confidejuſſores an verò pro rata cujusq; communis eſt quòd pro rata. Contrarium tamen de jure verius. n. 16. usq; ad n 21, ubi contraria diſſolvuntur usq; ad num. 25. & ita ſervatur de jure Saxonico 18.
13. Correus ſolvens exigit alios correos pro portionibus ipſorum, non in ſolidum, etiamſi beneficio diviſionis fuerit renunciatum. 14.
15. Fidejuſſor ſolvens, ſub dubio intelligitur ſolvere, ad liberandam ſuam obligationem, non alterius.
17. Solutio particularis valdè eſt incommoda.
19 Fidejuſſor, qui ceſſis actionibus petit ſolidum ab uno confidejuſſorum, in eo non intelligitur petere ſuam portionem, ſed partes aliorum confidejuſſorum.
20. Fidejuſſor primo loco ſolvens, etiamſi ab alio confidejuſſore omnium aliorum portiones repetere valeat: tamen ſi unus ex iis non ſit ſolvendo, onus ejus pro rata ad ipſum quoq; ſpectat.
22. Diverſitas æquiparationis correorum debendi & confidejuſſorum
23. Solutio quæ debetur ex duplici cauſa, puta fidejuſſionis & proprii debiti, intelligitur facta ſuo nomine, non fidejuſſorio.
24. Mora eſt culpa, qua mediante, nemo ſuam conditionem meliorem facit.
25. Hæres fidejuſſoris ſicut & creditoris jus manus injectionis, ex pacto vel ſtatuto competens, exercere poteſt, etiam ante aditam hæreditatem. n. 26. niſi ſolius creditoris in inſtrumento fiat mentio, per particulam videlicet taxativam. n. 27.
28. Taxativæ particulæ quæ vis ſit.
29. Legatario poteſt relinqui legatum, ita, quòd ipſe à ſe accipiat, & non ex manu hæredis.
30. Tutor & quilibet adminiſtrator alienarum rerum, qui loco domini eſt, jure manus injectionis uti poteſt.
31. Ceſſionarius habet paratam executionem, ſicut ipſe cedens. & n. 33.
32. Statutum loquens de creditore, comprehendit etiam ceſſionarium.
33. Ius manus injectionis ſive in perſonam ſive in bona debitoris, in alium transferri poteſt, modò id non fiat in potentiorem 34.
35. Procuratori etiam competit jus manus injectionis, maximè ſi ſpeciale mandatum habeat. 37.
36. Altari mandare non prohibeor, quod ipſe expedire poſſum.
37. Captura perſonæ delinquentis, ſicut & ejus relaxatio non poteſt peti per procuratorem, generali tantùm mandato munitum, quando criminaliter agitur: ſecùs, ſi civiliter 48.
38. Hæreditatis aditio requirit ſpecialem juſſum ejus, in cujus hæres eſt poteſtate.
39. Tutor non poteſt ſuſpectus agi per procuratorem: niſi habeat ſpeciale mandatum.
40. Solvens procuratori illegitimo non liberatur.
41. Executio judicati nequit peti per procuratorem ad litem generaliter datum, & quæ ſit ratio. 50.
42. Procurator generalis non poteſt intentare interdictum de liberis exhibendis, qui videlicet ex injuſta cauſa detinentur. Secùs ſi ex juſta cauſa. 51.
43. Procurator etiam generaliter datus ad exigendum debitum in caſu ſtatuti vel pacti executivi, poteſt petere proceſſum inchoari ab executione.
44. Cui committitur conſequens, ei & id ſine quo ad iſtud perveniri non poteſt, & econtra.
45. Procurator generalis poteſt omnia expedire, quæ

quæ non continentur in c. qui ad agendum, extra de procurat. in 6.

46. Mandatum generale idem operatur quo ad omnia, ſicut mandatum ſpeciale, quo ad ſpeciem.

47. Procurator generaliter conſtitutus, ſi velit expedire actus, qui requirunt ſpeciale mandatum, præſtat cautionem rati.

49. Famæ cauſa dicitur ardua & capitalis.

50. Procuratoris mandatum ad litem finitur cum ſententia definitiva, ideò non poteſt judicati executionem petere.

52. Procurator cum libera poteſt omnes actus expedire, etiam eos, qui ſpeciale mandatum deſiderant.

53. Ceſſio jurium non fit, niſi per perſonas habiles, & qui liberam ſuorum bonorum adminiſtrationẽ habent, non autem per pupillos minores, prodigos, &c.

54. Succeſſor non eſt melioris conditionis regulariter quàm ſuus author, & cauſatum pendet à ſua cauſa.

55. Executio parata, ſi petitur per tertiũ, is debet probare vel mandatũ, vel titulum. 67.

56. Cautionis redditio, vel cancellatio arguit remiſſionem debiti. 64. 65.

57. Maritus, exigendo debita uxoris nomine, non indiget mandato, ſi habet instrumenta ad cauſam facientia, 66. quod diſtinctione non caret. n. 63.

58. Inſtrumenti productio non legitimat perſonam actoris: niſi aliter doceat de mandato, vel offerat ſaltem cautionem rati.

59. Mandatum præſumtum in inſinuationibus non ſufficit, ſed requiritur expreſſum.

60. Inſtrumenti traditionem probans, intelligitur habere mandatum agendi nomine principalis. 62. & 67. niſi vel pactum vel ſtatutum dicat, quòd poſſit ſolutio fieri, etiam bonæ fidei poſſeſſori literarum obligatoriarũ. Tunc enim probata traditione, portitor literarum, poterit etiam ſuo nomine exigere debitum. 81. & 75.

61. Voluntas cujuſq; non minùs declaratur facto quàm verbis.

62. Verba cum effectu accipienda.

68. Exceptio: Tu non es nominatus in inſtrumento, rectè opponitur ad impediendam executionem.

69. Ceſſionarius, petens ſuo nomine paratam executionem inſtrumenti, ex titulo emtionis vel ſimili, tenetur ante omnia probare titulum, & hæc eſt communis, quæ in praxi obſervatur, n. 74. cum ne quidem ſemiplena probatio cum juramento, aut ratihabitio hic valeat. 71.

70. Traditio inſtrumenti nuda, non arguit translationem dominii.

72. Inſtrumenti guarentigiati ſive executivi effectus quis ſit.

73. Executio impeditur per exceptionem inhabilitatis perſonæ, petentis executionem.

75. Executivæ cauſæ dicuntur ſummariæ.

76. Traditione inſtrumenti probata, directæ actiones producenti nomine principalis competunt, non autem nomine proprio, ubi autem de traditione non apparet, præſumitur inſtrumentum eſſe penes producentem ex cauſa depoſiti.

77. Clauſula de faciendo ſolutionem creditori, ejusq; hæredibus, & poſſeſſoribus cautionis quibuslibet bonæ fidei, relevat quidem poſſeſſorem à probatione tituli, non autem à probatione bonæ fidei, quæ ſit per traditionem domini. num. 80.

78. Poſſeſſor non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis.

79. Solutio fieri poteſt creditori, vel tertio, de creditoris voluntate, vel eo poſtea ratificante 82.

80. Bona fides in poſſeſſore inſtrumenti præſumitur, donec contrarium probetur, dummodò de traditione inſtrumenti fiat fides. num. 81.

81. Statutum, quòd pro inſtrumento detur parata executio, intelligitur ad inſtantiam creditoris, non autem tertii, non nominati in inſtrumento.

82. Qualitas bonæ fidei vel ſimilis, à ſtatuto requiſita, debet probari, quia non præſumitur. num. 72.

83. Statutum, quòd nemo admittatur ad honores, niſi mille in bonis habeat, requirit probationem talis quantitatis in eo, qui promoveri vult, etiamſi præſumtionem aliquam juris pro ſe habeat.

84. Feudum quamvis potius vetus, quàm novum præſumatur, quod naturalia magis præſumantur, quàm accidentalia, tamen in dubio, qualitas quæ intenditur probanda eſt. 85.

85. Vetera, quàm nova, magis præſumuntur.

86. Allodialis licet quælibet res eſſe intelligatur: tamen actor ſe fundans in hac qualitate, quæ ipſi negatur, tenetur probare fundamentum ſuæ intentionis.

87. Inſtrumenti productio ſola, abſq; probatione traditionis, non arguit titulum ceſſionis: & num. 88.

88. Tituli probatio in producente inſtrumentum non eſt neceſſaria, ſi fides fiat de traditione.

89. Adjecto ad ſolutionem rectè ſolvitur.

90. Solutio adjecto facta, principali fieri intelligitur, & n. 92.

91. Alteri

91. *Alteri per alterum non quæritur actio, niſi ex numeratione ceſſi.*

92. *Ceſſionis loco habetur traditio inſtrumenti, de iis quæ in inſtrumento continentur.*

93. *Traditio inſtrumenti in ſolutum, arguit venditionem quaſi nominis.*

94. *Executionis paratæ jus non competit intereſſentibus, puta creditori creditoris, vel aliis, qui nullum jus ceſſum à creditore obtinent.*

95. *Exceptio: Tu non es nominatus in inſtrumento, concludit etiam in illo caſu, quandò ejus intereſt, habere paratam executionem adverſus debitorem. & 96.*

97. *Executionis paratæ jus proditur etiam adminiſtratoribus ejus, in quem directa eſt manus injectio, ſive curatores, ſive Oeconomi ſint, ſive Prælati.*

98 *Pupillis, minoribus, furioſis, prodigis denegatur jus petendæ paratæ executionis, quia legitimam perſonam ſtandi in judicio non habent, ſicut & bannitis vel proſcriptis, item excommunicatis. 99.*

99. *Proſcriptis caſſantur omnes ipſorum obligationes, ipſi tamen ab omnibus conveniri poſſunt. 100.*

CAPUT SECUNDUM,
DE PERSONA ACTORIS, INSTANTIS PRO PROCESSU EXECUTIVO.

1 *Cui competat petitio manus injectionis.*

EXplicatis neceſſariis, quæ judicis officium concernunt, ad petitoris perſonam tranſeundum eſt, qui in judicio executivo, tanquam prior ad judicem provocans, actoris partes ſuſtinere intelligitur. *argumento l. ſi tribus. 13 ff. de judic. l. inter cohæredes 44. §. qui familiæ. 4 famil. hercisſ. l. 2. §. ſ. commun divid. l. judicium. 10. fin. regund.* Prima itaque quæſtio eſt, cui competat illa petitio manus injectionis, adverſus bona, vel perſonam debitoris. Ac illud quidem indubitatum eſt, iſtud jus proceſſus executivi creditoribus proditum eſſe, ut videlicet pòſt moram, in ſolvendo adhibitam, ipſis liceat ingredi poſſeſſionem bonorum obligati, vel ejus perſonam, per viam areſti, ſeu obſtagii, ſecundùm conventionem, inter partes initam, diſtringere, *ſicut iſtud probant textus & Dd. in l. creditores. 3. C. de pignor. de quo in prima Parte hujus Operis cap. 6. 7. 8. 9. cum ſequentibus latiùs videre licet.* Vocamus
2 autem hoc loco creditores, qui non tantùm ex cauſa mutui, ſed quocunque contractu mediante, ſequuntur fidem alterius, cum ipſis contrahentis. *Iaſ in l. 1. num. 43. per illum tex. verſ. omnes enim contractus. ff. ſi cert. pet.* ex quacunque tandem cauſa, etiam delicti, ipſis debeatur. *Iaſon d. l. 1. num. 46. per l. creditores. 55. & l. creditorum. 11. in fin. de verb ſig.* ſive debitum in obligatione dandi, ſive faciendi conſiſtat, *Iaſon §. 1. num. 88. Inſtit de action. Bald. in l. pen. num. 5. C. quod cum eo qui in alien. pot.*
3 *& l fin. C de bon. aut. jud poſſ.* cùm credendi obligatio generalis ſit. *d. l. 1. ſi cert. pet. ac facit l. pecuniæ 178. §. actionis verbum. de verb ſig. l. ii cui 42. §. 1. de act. & oblig. De quo latè Rebuſſus in l. creditores. 55. circa princ. & verb vel perſecutione, juncto verb. vel honorario. ibidemq; Alciatus num. 1. de verb. ſig.* Unde & domino, ratione dominii, quod prætendit in loco, cujus poſſeſſio turbatur à vicino, videmus proditum eſſe remedium executivum pignorationis, tàm contrà perſonam, quam contrà bona turbatorum, *ſicut habetur in conſt. 22. ordinationum Cameræ Imperii. part 2. ſub tit.* Von Pfandungen / *qua de re ſuprà in Parte prima hujus Operis. cap 2. n 286.*

Secundo ampliatur concluſio noſtra, 4
quòd jus proceſſus executivi competat etiam fidejuſſori, qui videlicet ſolvit, aut quoquo modo ſatisfecit creditori. *argumento l. ſi rem. 9 § omnis. 3. ff de pig. actio.* vel condemnatus, aut aliter per inſtrumentũ executivum obligatus eſt, ac videt debitorem in ſolutione moroſum eſſe, *gl. l. fidejuſſoribus. 17. de fidejuſſ* vel diu ſtetit in obligatione. *l. ſi pro ea. 10 ibidemq; gl C. mandati. ac Luc Hippolytus de fidejuſſoribus quæſt 31. de quibus omnibus fuſiùs in prima Parte hujus Operis. c. 10. n 358. 359. cum ſeqq.* Talis enim, qui ſua pecunia luit, & redemit ad ſe obligationem, & autochiron debitoris principale, rectè ipſe quoq; petit paratã executionem adverſus principalẽ, pro quo ſolvit, ne videlicet deterior ſit conditio fidejuſſoris, quàm principaliter obligati. *Bald in l. fin. §. fin. verſ. quæro utrum. C. de uſur. rei jud.* idq; in propoſito noſtro, ubi videlicet, vel ex vi conventionis inſtrumentatæ, vel ex vi ſtatuti, ita contra fidejuſſorẽ, ſicut contrà principalem parata datur executio, tenendum pro conſtanti eſt, *Rebuſſus in ordin. reg. Gall. tom. 1. de literis oblig. art. 6. gloſſ 3. n 7.*

per

*per d. l. fin. § fin. verb. ſtatim ac notat Anto. Maſ-
ſa. in forma Cameralis obligationis, ſub tit. de
perſona petentis executionem. num. 5. poſt Cy-*
5 *num in l. un. quæſt. 2. C. confeſſ.* Eodemq;
modo fidejuſſor, etiam nondum realiter
exactus, poteſt executivè agere contra
debitorem, ut vel indemnis conſervetur,
vel contrà eum decernatur fidejuſſori pa-
rata executio pro conſequenda indemni-
tate, cùm ipſa à creditore immineat exe-
cutio quaſi præ foribus. *c. fin. extra de fide-
juſſor. ſecundum ea, quæ latè tradidimus in Par-
te prima hujus Operis. cap. 10. verbo. non ob-
ſtante cujuscunque temporis lapſu num. 359.
& ſeqq. uſq; ad num. 378. incluſivè.* Etſi verò
Rebuffus in loco præcitato, ſicut & alii
Dd. diſtinguunt in fidejuſſore contractus,
& fidejuſſore judicatum ſolvi, ut ſicut
contra hunc datur parata executio ex ſen-
tentia, lata contra principalem. *l. 1. & ibi*
6 *Bart. num. 1. ff. judic. ſolvi*: ita, ſi is ſolvere
quid pro debitore condemnetur, eidem
viciſſim competat executio parata adver-
ſus debitorem. *Bart. d. l. 1. num. 5. & ibi*
7 *Ang. 7.* Secùs autem eſſe in fidejuſſore
contractus, qui ex ſententia contra prin-
cipalem lata non poterit executari ſine
novo proceſſu. *Guido Papæ. deciſ. 26. num.
1. & 2. Rebuffus d. art. 6. gloſſ 3. num. 7 Hip-
polyt. de Marſil. in tract. de fidejuſſor. n. 363.* &
hanc diſtinctionem ab omnibus commu-
niter Doctorib. probari, refert Bar. *in d.
l. 1. num. 1. judic. ſolvi per l. grege. 13 § etiam-
ſi creditor. 4. verſ. & ſi cum defenſore. de pignor.
l. à ſententia. 5. in princ. de appellat. & l. præ-
ſenti. 6. §. 4. ver. ſic ubi depoſitæ. C. de his qui
ad Eccleſ. confug.* Cumque in fidejuſſorem
contractus, ex ſententia lata contra debi-
torem, non detur parata executio, ſed no-
vo proceſſu opus ſit, innuunt iidem, quòd
fidejuſſor etiam ſolvens pro principali, ad-
verſus eundem, prout & contra confide-
juſſores, non habeat paratam executio-
nem, ſed ordinario judicio experiri debe-
at. *arg. l. 1. & 2. C. de execut. rei judic.* tamen
contrariæ authoritates intelligendæ ſunt,
in terminis obligationis communis, quæ
non habet privilegiatam, vel paratam ex-
ecutionem ex vi ſtatuti vel conventionis:
licet addat Rebuffus, optandum eſſe, ut de
jure communi etiam iſte caſus ſolventis
pro principali fidejuſſoris, eſſet unus de
executorialibus, ex eodem puta proceſſu,
& coram eodem judice, ut videlicet, quã-
tò minùs fieri poteſt, fidejuſſor prægrave-
tur ſumtibus. *Rebuffus d. art. 6. gl. 3. num.
7. verſ. diverſum eſt in fidejuſſore contractus.
Hippol. de Marſ. de fidejuſſoribus num. 363.*
Quæ quidem diſtinctio de fidejuſſore cõ-
tractus, & judicatum ſolvi, non aliundè
ſortitur originem, niſi, quòd judicatum
habeat paratam executionem. *l. poſt rem
judicatam. 56. ff. de re jud. c. quod ad conſul-
tationem. extra de ſent. & re jud.* Contractus 8
autem vel inſtrumenta regulariter para-
tam executionem non merentur. *Bal. in l.
tale pactum. 40. §. qui provocavit. 1. ff de pact.
num. 14. per illum tex & eſt melior textus in l.
minor 25. annis, cui fideicommiſſum. 40 ff. de
minor. quo de fuſius in tertia Parte hujus Operis.
cap. 1. num. 1. cum ſeqq.* Cum verò in ter- 9
minis propoſiti noſtri non agatur de ſim-
plici obligatione, ſed de executiva, quæ
nimirum, ex vi ſtatuti ſive ex vi conven-
tionis, aut aliter, paratam in tergo exe-
cutionem ſecum portat, & tales obliga-
tiones guarentigiatæ æquiparentur judi-
catis. *Baldus in d. l. tale pactum. 40. §. fin. n.
14 VVeſenb. in ſuis commentariis Pandect. tit.
de fidejuſſor. num. 6. Bart. in l. cum unus. 12 in
fin. princ. de reb. autor. jud. poſſ.* (Quia pro-
pter cognitionem continent quandam
confeſſionem quaſi judicialem, atque ita
inducunt executionem, quemadmodum
ſententia, *d. l. poſt rem. 56. l. debitoribus. 31.
de re jud. l. proinde. 25. § notandum. ad l. Aquil.
l. 1. C. de confeſſ.* prout in his provinciis
Saxoniæ uſitatum eſt, *propter conſtitutionem
Electoralem, promulgatam ſub tit.* Von richti-
gen Brieff vnd Siegeln. *item, Thuringicam,
ſub tit.* Von bekentlichen Schulden) certè, ſi
jure ſcripto deficeremus, æquitas natura-
lis dictabit, quòd fidejuſſor etiam con-
tractus, executatus ſummariè, ipſe viciſ-
ſim ſummariam executionem abſque or-
dinario proceſſu, & ſolennitatibus judi-
ciorum, conſequatur adverſus principa-
lem, pro quo ſolvit, ſicut & contra alios
confidejuſſores, ne in hoc fidejuſſor dete- 10
rioris ſit conditionis, quàm principalis,
*l. præſenti. 6. ibi: Quæ de principalibus idem in
perſonis fidejuſſorum ſtatuimus. C. de his qui ad
Eccleſ. confug. l. fin. §. cum antiquitas. C. de u-
ſur. rei judic.* cum ſtatutum in uno correla-
tivorum, debeat etiam diſpoſitum intelli-
gi de altero. *l. f. C. de indict. vid. toll. & l.
un. C. de cupreſſ. lib. 11.* ex quo regula cor-
relativorum eſt regula parium. *Everh.
in ſuis topic. loco à correlativis. num. 10. poſt
Bal. in l. cum te in Gallia. 9. C. ſi cer. pet.
numer. 2. Pro quo facit cap. fin. ibi: mo-
neas debitorem ſub cenſura, ut indemnem
ſervet fidejuſſorem. extra de foro compet.
in 6.* Et ita quotidiè in his terris pra-

ℭticatur,

ꝺicatur, ut fidejuſſori, eo ipſo, quòd ſol-
vit, aut aliter ſatisfecit creditori, aperia-
tur, ad ipſius inſtantiam, ſtatim proceſſus
executivus contra principalem debitorē;
vel ejús confidejuſſores. Cæterum, quia
11 fidejuſſori etiam ſolventi, denegatur ſal-
tem regreſſus adverſus confidejuſſores,
niſi habeat actiones ceſſas a creditore, *l.*
cum alter. 11. C. de fidejuſſ cum l. ut fidejuſſor. 39.
ff eod. quod ipſum etiam extendit Ronche-
gallus ad plures correos debendi *in l. reos.*
11. num. 58. ff. de duob reis; licet, ſecundum
eum aliud ſit in pluribus tutoribus, quo-
rum unus, ſi ſolidum exolvat, dabitur ei
utilis actio adverſus contutorem, etiam
abſque alia ceſſione, *l. 1. § nunc tractemus.*
de tutel. & ration. diſtrahen. quo de latiùs fuit
actum ſuprà in cap. 10. primæ Partis hujus
Operis, num. 392. & ſuſiſſimè. num. 387. cum
ſequentib. ideò nunc quæritur, ſi unus ex
pluribus fidejuſſoribus in ſolidum, &
pro tota ſumma fuerit exactus, quod fit,
quando beneficio diviſionis in contractu
renunciatum fuit, *prout videre licet in prima*
Parte hujus Operis, cap. finali, num. 385. cum
ſequentibus, qualis illi debeat cedi actio
per creditorem, ſaltem adverſus confide-
juſſores, an videlicet in ſolidum, an verò
pro parte virili quemque contingente?
Iſtud dubium movet Bar. *in l. Modeſtinus.*
12 *num. 76. de ſolut.* ac videtur dicendum,
pro rata tantùm cedi oportere, & in
viriles portiones, contra quemlibet con-
fidejuſſorum, non autem in ſolidum, ſicut
hoc atteſtatur *gl verb. nomina ibi: non in*
ſolidum, ſed pro rata, id eſt, pro partibus cæte-
rorum. in l. fidejuſſorib. 17. de fidejuſſ & in l.
cum pupillus. 21. verb. pro parte per illum tex.
de tutel. & ration. diſtrah. ubi uni tutori ex-
acto & condemnato in ſolidum, non ceditur
per adultum actio aliter, quàm pro rata non
condemnati, ac facit l. ſi plures. 38. §. unde
quærendum. verſ. ſed cum propria. ubi gl. verb.
pro parte. de admin. tut. & quòd pro rata
tantùm fienda eſt ceſſio, refert etiam Ioan.
gloſſator. in d. l. Modeſtinus. verb. actionum.
proque iſta ſententia videtur urgere *tex-*
tus in l. cùm poſſeſſor. 5. ff. de cenſ ubi poſ-
ſeſſor prædiorum alicujus univerſitatis,
condemnatus in ſolidum, pro pecunia
triburi, non impetrat à fiſco, niſi ceſſio-
nem jurium, pro parte & modo prædiorū,
13 adverſus ſingulos cives. Quod & in plu-
ribus correis debendi obtinet, ut videlicet
alii, pro quibus ſolutum eſt, non tenean-
tur ultrà viriles portiones, ſed in tantum
demùm, in quantum inde conſecuti ſunt
utilitatem contractus, hoc eſt, in quan-
tum pro cujusque virili portione ſatis-
factum eſt. *Ronchegallus in l. reos. 11. n. 56.*
ff. de duobus reis & Ioan. à Groſſis de ceſſ. jur.
& action. §. 6. num. 7. ac ſequitur Iacobus de
Ares. in tractatu eodem de ceſſ. jur. & act. rub.
6 num. 70 allegat l. ſi fidejuſſores. 41. §. ubi
gl. & gl. l fidejuſſoribus. 17. de fidejuſſ. & l.
fidejuſſor, 10. C. de fidei. & mand. quam ſen-
tentiam amplectitur etiam Alex. *conſ.*
38. num. 4. vol. 5. poſt tex. in l. ſi plures tute-
lam. 38 verſ. unde quærendum. juncta ibi
gl. verb. pro parte. ff. de admin. tut. & ſequi
videtur Cynus. *in l. 1. num. 5. & 6. C.*
de duobus reis. ubi ampliat illud proce-
dere, etiam in caſu, quando fuit hinc inde 14
renunciatum per plures correos vel con-
fidejuſſores exceptioni diviſionis. *Cy-*
nus ubi ſupra. num. 4. & huic opinioni inhæ-
ret Bar. in d. l. ſi plures tutelam. num. 2.
verſ. ego dico, quòd iſta diſtinctio. quod idem
etiam probat ac ſequitur VVeſenbecius in ſuis
comment. Pandectarum. tit de fidejuſſor.
num. 6. poſt Everhard. in conſ. 1. per totum.
ac certè Ronchegallus circa plures cor-
reos debendi atteſtatur, iſtam opinio-
nem communem eſſe. *Ronchegal. d. l. reos.*
num 56. verſ. circa ſecundum. Cumque
non ſit in hoc diſpar conditio plurium
confidejuſſorum, ex quo diverſitatis ratio
reddi nequit, *argumento l. illud 32. ad l.*
Aquil. ſequeretur, ſi fidejuſſori, primo lo-
co ſolventi, cedantur actiones in ſolidū,
& ſolvens unum ex confidejuſſoribus
rurſum exigat in ſolidum, exactus petet
viciſſim, ſibi in ſolidum cedi actiones, &
ita fidejuſſor ſolvens cogetur cedere, et-
iam contra ſeipſum, ac per conſequens
petet id, quod ſtatim reſtituere cogetur,
contra l dolo fact 8. de doli mali except. ac no-
tat Bartol. *in d. l. ſi plures num. 2. & in l. Mo-*
deſtinus. ubi latè, num. 6. & 9. de ſolut. ad-
dendo, iſtam opinionem gloſſatoris Joan-
nis, quòd videlicet ceſſio non fiat, niſi
pro parte tantùm, etiam in caſu, ubi ex-
preſsè fuit renunciatum diviſioni obliga-
tionis, communiter teneri. *quod idem ibi-*
dem etiam atteſtatur Ioan. de Imola, num. 6.
ſubjiciendo, iſtam opinionem eſſe ſatis
æquam. Quomodocunque enim correus 15
debendi ſolvat, ſub dubio intelligitur
ſolvere pro ſua obligatione, ut videlicet
liberetur à creditore, non autem nomine
aliorum. *Bar. d. l. Modeſtinus. n. 4. & ibi. Ioan.*
de Imola. 2. & 4. per l. Papinianus. 28.
ibi;

ibi: ſuum ſolvit & ſuo nomine. ff. mandati. & l. ſi filius. 15. de in rem verſo. cum l. & magis. 4. de ſolut. Quod ipſum etiam ad plures confidejuſſores extendit, ex paritate rationis. *Bart. in d. l. Modeſtinus. num. 9. verſ. circa tertium caſum.* Cui & illud adminiculatur, quòd ſi aliter dicatur, ſequetur iſtud abſurdum, confidejuſſorem videlicet, qui primo loco ſolvit, melioris fore conditionis, quàm ſint poſteriores, maximè verò noviſſimus, qui ultimo loco ſolvit, cùm is, præter reum principalem, à quo ſuum recuperet, habeat neminem. *argumento quod legitur in gloſſ. verbi. jurare. l. creditor. 2. C. de duobus reis.* Et hæc quidem opinio caret dubitatione, quatenùs plures fidejuſſores non renunciarunt beneficio, diviſionis, vel Epiſtolæ D. Adriani ita, ut unus ex iis, contra ſuam voluntatem, in ſolidum exigi non poſſit. *per l. fidejuſſor ſeu mandator, 10. C. de fidejuſſor. Qua de re videantur quæ latiùs exegimus in ultimo capite primæ Partis. num. 386. 387. 388.* Sed

16 in quantum dicunt, idem juris eſſe, quantumvis beneficio diviſionis, fidejuſſores renunciaverint, in hoc Dynus ex Diametro tenet contrariù, concludendo, quòd fidejuſſor, qui propter renunciationem beneficii diviſionis in ſolidum exigitur, actiones etiam in ſolidum ſibi cedi, rectè poſtulet. *Dynus in l. Modeſtinus. 76. de ſolut. per gloſſ. verbi. pro parte. d. l. ſi plures in tutelam. 38. ff. de admin. tut. & in l. creditor. 2. verb. jurare. in fine. C. de duobus reis.* Et hanc partem de jure veriorem eſſe, licet alia videatur æquior, tradit Joan. de Imola. *in d. l. Modeſtinus. num. 6. Raphaël. Cumanus num. 11. & Cynus in l. 2. num. 6. C.*

17 *de duobus reis.* Neque caret iſtud ratione, ſi enim primo loco exactus fidejuſſor non impetraret actionem in ſolidum contra confidejuſſores, ſed ſingulariter ſingulos convenire teneretur pro eorum ratis, ipſe oneraretur & diſtraheretur in multas partes, adeoque difficilior ipſi foret exactio illa particularis, quòd valdè durum & iniquum eſſet. *l. Tutor. 41. §. Lucius. de uſur. l. Iulianus. 13. §. offerri. 8. de act. emt. l. qui pignori 19. de pignor. l. quidã. exiſtimaverunt. 21. à contrario. ſi cert. pet.* tùm, quia aliorum fidejuſſorum negocium utiliter geſſit, ſolvendo videlicet omnium & ſingulorum ratas. *argumento ejus, quod tradit gloſſ. verb. jurare. in d. l. creditor. & eſt text. juncta gloſſ. in l. ſi in rem communem. 12. C. ſi cert. pet.* cùm non tàm pro ſe, quàm etiam pro aliorum partibus ſatisfecerit. *Raphaël Cuman. d. l. Modeſtin. num. 12.* tùm, quia agnitio debiti, pro quo fuit exactus in ſolidum, non debet ipſi eſſe fraudi, propter aliorum moram. *c. mora ſua. extra de reg. jur. in 6.* tùm etiam, quia non agit ex jure ſuo, ſed ex jure cedentis. *l. ut fidejuſſor. 39. ff. de fidejuſſor. l. cum alter. 11. C. eod.* apud quem cum actiones eſſent in ſolidum, eaſdem debet etiam in ſolidum cedere. *Bart. d. l. Modeſtin. num. 10. Cynus in l. 1. num. 6. C. de duobus reis. allegant l. Stichum. 95. §. pen. ff. de ſolut. quæ tamen parùm facit, ſed eſt melior* text. *in l. 2. C. de fidejuſſ.* ubi habetur: quòd creditor recipiens ſuum, debeat in ſolventem transferre omnia jura, ſive perſonalia, ſive realia, puta pignorum, quæ & qualiacunq; habet, non tantùm contra reum principalem, ſed etiam contra confidejuſſores, *ac facit l. ſi fidejuſſores. 41. §. idem reſpondit. cum l. fidejuſſoribus. 17. ff. eodem.* [Non obſtat *l. ſi ſtipulatus. 15. ff. de fidejuſſ.* quia illa l. de rigore, hæ autem de æquitate loquuntur.] Movet & illud, quòd cæteri confidejuſſores non habent quod conquerantur, cùm electio fuerit penes creditorem, adeoque, ſi ab initio unus ipſorum exactus fuiſſet in ſolidum, is non potuiſſet, detrectare ſolutionem ſolidi, unde, quia nunc alius pro eo pondus & onus totius debiti ſolus in ſolidum ſuſtinuit, non debet difficulter ferre conventus ſecundo loco, ſi primus fidejuſſor ab eo viciſſim repetat ſolidum, excepta tamen parte, quæ primò ſolventem pro ſua rata contingit, *per ea quæ tradit Angel. de Peruſ. in d. l. Modeſtin. num 4.* Ac ſi aliter diceremus, in duriore conditione conſtitutus foret primò ſolvens, quàm cæteri, quia obligationem dividere, & ſingulos pro ratis portionibus in diverſis locis exigere cogeretur, non ſine magna incommoditate, quam affert particularis exactio. *l. planè. 3. ff. famil. ercisc. cum aliis superiùs adductis.* Cui ſententiæ accedit *gloſſ. germ. lib. 3. art.* 18
85. Landrecht *in princ. verſ.* Geſchicht es aber / ubi, poſteaquam gloſſa dixit, ſi quis ex pluribus fidejuſſoribus in ſolidum fuerit exactus, eum à confidejuſſoribus, quod ſolvit, pro rata cujusque recuperare, *per illum textum & gloſſ. §.* Wer Bürge wird. *verſ.* Das dritte iſt. *art. 9. & art. 29. lib. 3. per l. Stichum. 95. §. ſi mandato. ff. de ſolut.* ſubjicit additionator, iſtud fallere in caſu, quando fidejuſſores renunciaſſent bene-

ficiis fidejuſſorum, & inprimis exceptioni diviſionis, tunc enim, ſecundùm ipsũ, ſolvens ſolidum, poterit deinceps ab uno confidejuſſore iſtud ſolidum, utque tamen ad ſuam quotam excluſivè, repetere. *Zobelius ubi ſupra.* Et cum hac poſteriore ſententia tranſit etiam Hartman. Piſtoris *quæſt. 48. n. 10. in fin. allegando pro hoc Bart. in d. l. Modeſtinus. n. 10.* Licet autem Barto-
19 lus videatur cum ſeipſo pugnare in his, quæ tradit *num. 6. 9. & 10.* tamen, ſi rectè ponderetur, Bartolus hoc vult in prioribus numeris, quod videlicet non ita cedantur in ſolidũ actiones fidejuſſori ſolventi ſolidum contra alios fidejuſſores, ut ab uno eorum ſolidum accipiat, etiam quo ad illam portionem, quæ concernebat primum ſolventem, benè tamen concludit, quod ſolidi actio ipſi competat, etiam contra unum ex aliis confidejuſſoribus, excluſa tamen rata, quæ contingebat primò ſolventem. Exempli gratia: quinque fidejuſſores intercesſerant pro debitore in ſummam quingentorum florenorum, ſi ex his unus ſolidum ſolvat, puta integra 500. non habet ſolidi exactionem adverſus unum confidejuſſorem pro totis quingentis, ſed ſolùm pro 400. excluſa videlicet ea rata, quæ contingit primò ſolventem fidejuſſorem, *gloß. verbi jurare. in d. l. creditor. 2. verſ. item pone, quod tres erant rei debendi in triginta. C. de duobus reis.* & ſecundùm hanc opinionem pronunciatum fuit in Dicaſterio noſtro Jenenſi, pro quibuſdam tutoribus hæredum fidejuſſoris, qui ſolidi ſolutionem fecerat pro Georgio Blanco in Waren, quod videlicet ipſis viciſſim liberum eſſet, unũ ex confidejuſſoribus in ſolidum exigere demta tamen ea parte, quæ contingebat ratã primo loco ſolventis. Quod reſpon-
20 ſum tamen etiam cum mica ſalis intelligi voluimus, reſtringendo, quatenùs videlicet alii confidejuſſores adhuc eſſent ſufficientes, & ad ſolvendum idonei: Secùs, ſi non ſolvendo facti forent, tunc enim deficientis pars ad onus primi ſolventis ſimul reſpicit *l. inter fidejuſſores. 26. in fin. & l. ſi plures. 27. in princ. de fidejuß.* [quod non fieret, ſi eſſet ipſo jure diviſio facta.] ad hoc, ut portiones ſociorum vel confidejuſſorum exæquentur. *l. verum. 63. §. ſi cũ tres ſocii. 5 ff. pro ſoc.* & ita fuit quondam, me tunc aſſeſſore, reſponſum de jure in ſupremo tribunali Electoratus Saxoniæ, quod vocant cauſas appellationum, inter Alexium à Wolfersdorff actorem ab una, contra Fridericum à Planitz confidejuſſorem & reum ab altera parte, anno 1570. per quam deciſionem utrumq; membrum deciſionis noſtræ probatur, ubi inter tres fidejuſſores unus Wolfersdorffius in ſolidum exactus repetebat, ceſſis actionib⁹, à Friderico à Planitz, duas portiones, unam quæ contingebat perſonam Planitii, & alteram quæ contingebat tertium confidejuſſorẽ. Planitio duas exceptiones proponente: alteram, quod non poſſet exigi ultra ſuam contingentem portionem, & in eventum quatenùs teneretur pro partibus etiam confidejuſſoris, eatenùs, quia alter defectus eſſet facultatibus, pertinere onus confidejuſſoris ſimul & ad actorem pro rata. Reſponſum fuit ex ſuperiùs adducta doctrina, quod Planitius teneretur primo ſuam ratam agnoſcere, & medietatem ratæ circa perſonam tertii confidejuſſoris, ex quo tertius non erat ſolvendo, adeò, ut portio deficientis æqualiter ad actorem & reum ſpectaret. Alſo daß ein jeder noch lebendiger Bürge den dritten vnvermögenden Bürgen zum halben Theile vbertragen helffen müſte, *juxta d. l. inter fidejuſſores. de fidejuſſor.*
Et hac opinione retenta pro vera, nihil 21
obſtat fundamentum Bartoli, quaſi videlicet fidejuſſor ſolvens ſolidum, ſi in ſolidum impetret ceſſionem, & repetitionẽ contra cæteros confidejuſſores, is viciſſim cogatur ſecundo loco exactò in ſolidum actiones cedere, ita, ut in effectu, ſaltem ratione ejus partis, quæ primò ſolventem concernebat, cederet adverſus ſeipſum, & ſic obſtaret in ſolidum agenti reſpectu ſuæ contingentis portionis, illa exceptio: Dolo facis, petendo, quod ſtatim reſtituturus es, in quibus terminis, & non aliter intelligendi ſunt Bart. *num. 9. & alii Dd. in d. l. Modeſtinus.* Nos autem in ceſſione ſolidi, quam facit creditor fidejuſſori primo ſolventi, contra alios confidejuſſores, non comprehendimus eam portionem, quæ contingebat primò ſolventem pro ſua rata, adeoque, ſi primò ſolvens repetat ab uno confidejuſſore ſolidum, ceſſis viciſſim actionibus, nihil cedit adverſus ſeipſum, ſed contra alios; cùm in ſermone, quantumcunque generali, nunquam comprehendatur perſona loquentis. *l. 1. & ibi Bart. de ſenator. gl. c. 1. in fine, hic finitur lex in uſibus feudorum. Bald. in l. inquiſitio. 18. C. de ſolut. l. ſi mercedem. 53. §. ſi habitatoribus. ff. de act. empt.* [imò de ge-

de generalibus eſt facienda tacitè exceptio. *l. ſi.cui 9. ff. de ſervit.* nec enim eſt credendum, quod intellexiſſet loqui, contra ſe non fuiſſet locuturus.] Facit & illud, quòd fidejuſſor, ſemel ſolvens totum, in quo continetur etiam ipſius rata, liberavit ſuam obligationem & fidem, ita, ut ratione ſuæ partis in totum expirarit obligatio, & ſic in ulteriore ſolutione ſolidi non poteſt actionem cedere contra ſeipſum, quia aliàs diceretur reſuſcitari obligatio, ſemel in perſona ipſius extincta, *contra l. qui res. 98. §. aream. 8. ibi: in perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui non*
22 *poteſt. de ſolut.* Nec obſtat, quod de æquiparatione plurium fidejuſſorum & correorum debendi tradunt *Dd. in l. Modeſtin. 76. de ſolut, & Ronchegallus in d. l. Reos. 11. num. 56.* quia, an iſtud ita abſolutè verum ſit, adhuc ſub judice lis eſt, & tenent contrarium, *Cynus num. 6. Bal & Salic. & alii Dd. in l. 1. C. de duobus reis.* Et eſt ratio, quia ut maximè correo ſolventi non ceduntur actiones in ſolidum: tamen tales correi debendi in eo privilegiati ſunt, quod iisdem, etiam ſine ceſſione actionum, poſt factam ſolutionem utiles actiones adverſus correos proditæ ſunt, quod non eſt in pluribus fidejuſſoribus. *gloſſ. l. cum alter. 11. verb. non competit. C. de fidejuſſ. Bart. in d. l. Modeſt. n 8. & 9. ac facit. l ut fidejuſſor. 39. ubi gl. & Bar. iſtud notant ff. de fidejuſſ.* [ſecus eſt in tutore, qui cõtra cõtutores habet utilem actionem, *l. 1. §. 10 ff. de tut. & rat. diſtrah.* & ſic tutor triplex habet auxilium, beneficium ſcilicet epiſtolæ, item ceduntur actiones, item habet utilem, & ſine ceſſione *l. ex facto 30. ff. negot geſt.* ſed fidejuſſor re habet tantum pri-
23 ma duo.] Minùs adverſatur, quod objiciebatur, ſolventem in dubio intelligi ſolviſſe pro liberanda ſua fide & ſua obligatione, non autem alieno nomine. *d. l. Papinianus. 28. ff. mandati. cum l. & magis. 4. de ſolut.* quia contraria procedunt in duplici & diverſa obligatione unius & ejuſdem, quæ ex diverſis cauſis procedit, puta, ſi quis debeat Titio centum ex cauſa mutui item in aliis centum fidejuſſit pro Cajo, is, ſi ſolvat, magis, quod ſuo, quàm quod fidejuſſorio nomine debet, ſolviſſe præſumitur. *d. l. & magis. cum d. l. Papinianus,* aliàs ſecùs: cùm nemo cenſeatur ita reſupinus, quod velit jactare ſuum. *l. cum de indebito. 25. de probat.* aut exponere pecunias pro aliis, quas ipſis donet cum animo non repetendi, qui nunquam præſumitur in ſolvente, ubi alia conjectura capi poteſt, *per id, quod tradit Bart. in l ſi cum aurum. 50. num. 2. de ſolut.* ac certè illa ſolutio fidejuſſoris tendit non tàm ad utilitatem ſolventis, quam etiam aliorum fidejuſſorum, qui per hoc liberantur à ſua obligatione, qua obſtricti erant creditori: *l. 1. §. hæc actio ex perſona, ibi: alius pro me ſolvendo liberat me. de ſolut. & facit Inſtit. quib. mod toll. oblig. in princ. l. ſolvendo. 39. de negot. geſt. l. ſolutione. 23. & l. ſi debitor. 63. de ſolut. & eſt pro hoc bonus text. in l. ſi filiusfam. 15 §. planè ſi ſolvat. ibi: licet pro ſe videatur ſolviſſe. in rem tamen patris meritò vertiſſe dicetur. ff. de in rem verſo.* Parùm etiam movet, quod objiciunt contrariæ opinionis aſſeclæ, ſi ſolvens ab uno confidejuſſorum ſolidum exigere poſſit, ultimo loco conventum fore iniquiſſimæ conditionis, cùm tamen debeat eſſe exæquatio, & par cauſa omnium fidejuſſorum. Quia illud damnum cauſatur ex pro- 24
prio aliorum fidejuſſorum facto & culpa. *c. damnum. extra de reg. jur. in 6.* qui in termino, ſolutioni deſtinato, priuſquam unus confidejuſſorum exigeretur in ſolidum, poterant, offerendo quisq; ſuas partes, ſeſe liberare à ſua fidejuſſione, quod cùm non fecerint, ſibi imputent, ex quo in mora ſolvendi fuerunt, quæ meritò ipſis patrocinari non debet. *c. mora ſua. extra de reg. jur. in 6*, cùm mora ſit culpa. *gl. l. videamus. 11. ff. locati. l. ſi is qui. 56. de jur. dot. juncta l. ſi mora. 9. ſolut. matrim.* & delinquendo nemo faciat conditionem ſuã meliorem. *l. non fraudantur. 134. ff. nemo ex ſuo delicto, de reg. jur. & l. ſive hæreditaria. 22 ibiq; gloſſ. de negot. geſt.* & alibi dicitur, quòd ultima mora noceat. *d. l. ſi mora. & l. ſi & per emptorem. 51. de act. emt. Ad l. cum poſſeſſor. de cenſibus,* reſpondetur primò, quod ſolvens ibi poſſidebat omnia prædia communitatis, & in muneribus patrimonialibus prædia ipſa & poſſeſſores eorundem conveniuntur. *l. fin. in fine. C. ſine cenſu vel reliquis*, ideò in ſolidum exigebatur, ſed ceſſio in ſolidum contra unum ex communitate fieri nequit, quia contributiones pro modo facultatum, & cujusque patrimonii indicuntur. *d. l. fin. ibi: pro modo agrorum. l. Imperatores. 7. in princ. ff de publican. & facit ff. hoc autem jubemus authen. de collator. & aliis capit. colla. 9.* Poteſt & aliter reſponderi, *quod in d. l. cum poſſeſſor.* fortè unus ex illa communitate voluntariè ſolvit ſolidum, non excipiendo, quod videlicet teneretur tantùm pro

 rata

rata ſuarum facultatum, ſibi itaque imputet. *gloſ. l. in fraudem. 45. §. qui pro alio. 9. de jure fiſc.* Et ſic firmata eſt illa concluſio, quod fidejuſſori ſolventi, actiones in ſolidum cedendæ ſint, & ipſi deinceps ab uno confidejuſſorum ſolidum exigere liceat.

25 Tertiò ampliatur cõcluſio noſtra, quod videlicet jus paratæ executionis competat non tantùm creditoribus & fidejuſſoribus in caſu præmiſſo, ſed & eorum hæredibus univerſalibus, quantumvis in inſtrumento hæredum nulla facta fuerit mentio. *Bald. in c. ſi quis verò. num. 7. in fin. de pace. jur. firm. & not. Aretin. in l. ſi ita ſtipulatus. 109 ff. de verb. obligat.* ſive tale jus manusinjectionis proveniat à pacto executivo. *Roder. Suarez. ad l. poſt rem judicatam. 56. in declaratione legis regni extenſ. 1. num. 10. de re jud.* Quia, ſecundùm ipſum, iſtud non eſt privilegium, ſed jus commune, quam rationem etiam adducit Neguz. *in tract. pig. 4 part. princ. num. 17. in nona concluſione per l. qui rationario. 30 ff. de pig. act. ac facit l. creditores. 3. C. de pignor.* ſive
26 etiam ex ſtatuto, cùm major omninò virtus ſit ſtatuti in loco, ubi extat, quàm pacti, *prout notat Iaſon. in l. non eſt impoſſibile. 5. ff. de pact. ac facit gloſ. ordinaria in rub. C. de decret. decur. lib. 10.* maxime, quia talia ſtatuta veniunt ad coadjuvandum jus gentium, quod olim manu regia expediebat executionem. *l. 2. ff. de orig. jur. Bald. in l. contractus. 17. num. 2. C. de fide inſtrum.* & creditor contrahendo, non magis ſibi, quàm etiam hæredibus ſuis proſpexiſſe & caviſſe præſumitur. *l. ſi pactum. 9. de probat. l. 51. neceſſarias. 8. §. penul. de pig. act. ac facit l. 1. C. ut act. ab hæred & contra hær. incip.* ſive is ſit hæres ex teſtamento, ſive ab inteſtato, & ſive jam adita, ſive non adita fuerit hæreditas. *Ripa in c. 1. num 58. extra de jud.* dummodò ante omnia probetur, eum, qui executionem petit, hæredem creditoris eſſe. *Bald. in l. per diverſas 22. quæſt. 10. C. mandati. Angelus, Bartolus & alii in l. creditores. 3, C. de pig. Roderic. Suarez. in l. poſt rem judicatam. 56. extenſ. 1. num. 10. ff. de re jud. Boër. deciſ. 10. num. 6.* quod ipſum facere poteſt, implorato teſtimonio ſui magiſtratus, qui fateatur, latorem literarum fuiſſe hæredem creditoris in totum vel pro parte, aſſignatis videlicet rationibus ſuorum teſtimoniorum. Debet enim iſta legitimatio actoris notoria eſſe, ut procedatur ad paratã executionem. Quam ſi teſtibus demùm docere velit, petitor ad ordinarium proceſſum remittetur, cùm absq; libello & litis conteſtatione teſtes non recipiantur. *c. 1. & per totum. ut lite non conteſt. teſtes non recip.* & ſic regula noſtra univerſalis eſt, 27
quòd jus injectionis manus etiam ad hæredem tranſeat: niſi fuerit reſtrinctum per particulam taxativam ad ſolum creditorem. Cujus taxativæ, affirmativè poſitæ, natura eſt aſſeverare illud, quod ponit, & econtra excludere omnes alias per- 28
ſonas, & alios caſus, præter expreſſos. *argum. l. Aurelio. 20. in princ. §. Modeſtin. ibi: ipſum debitorem tutum eſſe, diverſum in perſona hæredis. cum l. non ſolum 8. §. tale legatum. ibi: quoties perſonale eſt legatum, puta, ſoli Titio, ad hæredem vel alium non tranſit. ff. de lib. legat & l. ſi ſine. 22. §. ſi in ſtipulatione rem ratam haberi. cum l. 2. C. de patrib. qui filios diſtrax. & l. ob æs. 12. C. de prædiis minor. ac notat Everh. in loco à natura dictionum taxativarum num. 2.*

Quartò ampliando, competit illa po- 29
teſtas injiciendi manum in bona vel perſonam debitoris etiam legatario, & fideicommiſſario, cui tribuitur à teſtatore licentia capiendi rem, in teſtamento ipſi relictam, propria autoritate, ita ut non neceſſe ſit, adipiſci ejus poſſeſſionem ex manu hæredis, *prout refert Ripa in l. 1. num. 9. ff. quorum legat. per l. Titia cum teſtamento. 34 §. Lucius Titius in teſtamento. ibi: volo eam à ſe ipſa accipere villam. ubi & gloſ. notat verb. non ſit interpretandum verſ. vel tertio à ſe, ita, quòd non petat ab alio, ſed propria autoritate ingrediatur. ibidemq; Bart. de leg. 2. Iaſ. in l. non eſt dubium. 5. num. 2. C. de LL. gloſſa. §. illud. verbo decreto. Auth. de hæred. & Falcid. colla. 1. ubi etiam Angelus hoc notat, & iſtum caſum, tanquam quotidianum, & qui alibi in ſpecie non reperitur commendat Iaſon. in l. fin. num. 16. & 14. ibidemq; Alex. de Imola num. 13. C. de edicto D. Adr. toll. Curtius Iunior. in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. num. 30. ff. de pact. Alex. in l. ait prætor. 5. §. ſi judex. num. 5. de re jud. Decius in l. in teſtamentis. 12. num 6. ff de reg jur. Alciatus in l. pecuniæ verbum. 178. §. actionis. num. 10. de verb ſig. Socinus conſ. 113. in princ vol. 3. Rodericus Suarez. in l. poſt rem judicatam. 56. notabili 6. in prima extenſione. num. 12 ff. de re jud.* Et hæc ſententia videtur communior, licet Decius *in d. l. fin. num. 16.* teneat contrariũ. *qua de re videatur prolixius Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 2. num. 43.*

Quintò

30 Quintò ampliatur concluſio noſtra, quòd poteſtas manusinjectionis tranſie etiam ad tutorem, item curatorem pupilli vel adulti, cui debetur ex contractu, ſive cum ipſo tutore, ſive cum anteceſſore pupilli celebrato, habente tamen paratam executionem, ſive ex vi pacti, ſive alterius juris municipalis. *Rebuff. in ordin. reg. Gall. de liter. oblig. art. 2. gloſ. 1. num. 18. Bald. in addit. Specul. tit. de appellat. ſub rub. incipiunt quædam dicta extravagantia. verſ. tutori. colum. 2.* cùm enim poteſtas eorum in aliis approbetur, in hac etiam obligatione approbata cenſebitur. *Rebuff. ubi ſupra*. cùm tutor, item curator in rebus pupillorum & minorum loco dominorum habeantur. *l. 2. & 3. de admin. tut. l. qui fundum 7. §. ſi tutor. pro emto. & latè Bart. in l. hoc jure. 96. num. 3. 4. & 5. de ſolut.*

31 Sextò extenditur, ut facultas executionis paratæ poſſit exerceri etiam per ſingularem ſucceſſorem, in quem videlicet per viam ceſſionis, donationis, aut aliter tranſlatum eſt jus manusinjectionis per creditorem. *Neguz. in tract. pig. parte 4.*
32 *princ. num. 21.* Cùm ſtatutum loquens de creditore, comprehendat etiam ceſſionarium eò quòd in jus ipſius ſuccedit. *Bal. in l. 1. num. 23. C. de act. & oblig. & in l. per diverſas. 22. num. 14. C. mandati. Bart. in l. 1. §. uſufructuarius autem. num. 2.* per illum text. *in verb. procuratorio nomine poteſt nunciare, non ſuo. ff. de nov. oper. nunc.* quem eo in loco tradit eſſe meliorē de mundo Bartolus, ad hoc, quòd jus etiam extrajudiciale cedi poteſt, & illud communiter tenetur, *teſte Pariſio Cardinale ibidem in ſua additione ad Bart. litera F. & in d. §. uſufructuarius.* unde Angelus, Imola & alii in ſpecie exclamant & commendant illum textum, quòd licentia de ingrediendo rem propria autoritate, poſſit per habentem transferri in alium, *ita additionator ad text. d. §. uſufructuarius. in Contiana editione*: quo caſu omnia jura creditoris ſaltem ſurrogativè tranſeunt in ceſſionarium. *Salic. in l. ſi à creditore. 7. num. 1. C. de act. & obligat. Bald. in l. qui neceſſarias. 8. ff. de pig. act. & in c. 1. num. 3. quid ſit inveſtit. in uſibus feudorum. & cū prædictis tranſit Chaſſanæus in conſuetud. Burgund. rub 5. §. 1. num. 44. & 39. poſt Barbaciam in conſ. 51. incip. ſcripſit ſapientiæ fons. columna 34. verſ. & ſic. volum. 1* adducit textum, *in l. quod ſi in diē. 16. §. Iulianus. 4. ff. de pet. hered.* ubi dicitur, interdictum unde vi cedi poſſe. Ac quòd ſtatutum vel pactum executivum, tribuens ſcilicet inſtrumentis liquidis paratam executionem, proſit quoque ceſſionario creditoris, ad conſequendum ſuū, per paratam executionem, tradunt Bald. Salic. Decius. *in l. 1. ff. ſi cert. pet. & idem Salic. in d. l. ſi à creditore. num. 1. & 2. Alex. in l. ſi ſic. 75. num. 24. ff. de leg. 1. Paulus de Caſtro in l. poſtulante. 44. num. 6. ibidemq́; Alex. 9. ad S C. Trebell. ubi ſubjicit, iſtam eſſe magis communem opinionem, quod etiam Vivius firmat in communibus opin. verb. ſtatutum executionem habens paratam*, dummodò ante omnia conſtet de ceſſione ejusdemq́; juribus, *Vivius ubi prius. num. 3.* Ac eſt ratio, ſiquidem, quod quis habet, etiam in alias perſonas, per titulum venditionis, donationis vel aliter transferre poteſt. *l. fin. §. ſin autem. C. de bon. quæ lib.* & ceſſionarius repræſentat perſonam crediroris. *l. 2. C. de donat.* ideò largè creditor dici poteſt. *l. ab Anaſtaſio. 23. verb. alium creditorem. C. mandati. & not. Bald. in l. 1. num 5. ff. ſi cert. pet. & Speculat. tit. de ceſſio. act. nu. 18. & 21.* Et in ſpecie, quòd jus executivum cedi, & ceſſionarius pro illo debito, ut ita dicam, exequibili vel guarentigiato, paratam executionem petere poſſit, tradit Alex. *in d. l. poſtulante. 44. in fine. ff. ad S C. Trebell. Pariſ. conſ. 107. num. 30. vol. 3. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 254. & remed. 5. num. 100. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. gloſ. 5. num. 22. Natta conſ. 399. num. 1. vol. 2. Guido de Suza. in tract. de inſtrum. guarentig. num. 32. & 37. Berous conſ. 187. num. 29. & 30. vol. 1.* ac latè Tiraquellus *de retract. convento §. 26. gl. 3. num. 23. & 15. & plenius. d. §. 26. gloſ. 1. num. 63. 64. & 65.* ubi addit, iſtam opinionem communem eſſe. Unde alibi ſcriptum reliquit 33
Boërius, quòd jus manusinjectionis etiā contra perſonam debitoris in alium per ceſſionem devolvi poſſit, *Boër. deciſ. 275. num. 5. Rebuff. in ord. reg. Gall tit. de lit. oblig. art. 3. gloſ. 2. num. 17. & Tiraquellus ubi ſuprà. §. 26. gloſ. 3. num. 24. allegando textū, quem, ſecundum ipſum, nullus Doctorum ad hoc ponderavit in l. Imperator. 7. ibi: pecunia accepta manusinjectionem vendiderat. ff. qui ſine manumiſſ. ad libertat. perven. poſſ.* Et hanc ſententiam, quòd videlicet debitor etiam capi poſſit per ceſſionarium ex pacto vel ſtatuto executivo, tradit communiter teneri. *Ang. Aretin. in d. l. ſi ita ſtipulet. 92. in fin. de verb. oblig.* Quod tamen eatenùs procedit, quatenùs ceſſio non fuit facta in

34 potentiorem, aut perſonam privilegia-
tam, puta ratione ſtudii, vel aliter. *Guido
Papæ deciſ. 273 num. 2. per l. 1 ff. de aliena.
mut jud. cauſ. fact.* Tunc enim quia mole-
ſtior & durior adverſarius debitori ob-
truditur, fortè non valet ceſſio, cùm po-
tentiorib⁹ pares eſſe nun poſſimus, [*l nam
magiſtratus 4. ff. de recept. arbit.*] *d. l. 1. &
l. 3. ff eod. ubi gloſ. ſubjicit illum vulgatum ver-
ſiculum:*

Contra majorem nemo præſumat honorem.

Maximè ſi appareat, cedentem revera re-
tinere nomina debitoris in ſuis manibus,
litis tamen proſecutionem in potentioré
transferendo. *Rebuffus in ord. reg. Gall tomo
2. de præconiis. art. 1. gloſ. 1. num. 10. per l. tem.
4 in fine. in verb. & per hoc iterum ad ſe reci-
piat. ff. de alien. jud. mut. cauſa facta.* Secun-
dò reſtringitur, quando de jure ceſſo fit
fides judici per aliud inſtrumentum: ſe-
cus, ſi de ceſsione velit probare petens
executionem paratam per teſtes. Tunc
enim ordinario proceſſu uti debet. *per ea
quæ tetigimus ſupra num. 26. & 32. & in ter-
tia Parte hujus Operis cap. 5. num. 31. trade-
tum latiùs.* Quod & ad omnes alias perſo-
nas, quomodocunque cauſam habentes
à creditore, extendi, cenſendum eſt, ut
ibidem.

35 Septimò ampliatur concluſio præme-
morata, ut procedat non tantùm in ceſ-
ſionario, quem procuratorem in rem ſuā
vocamus, ſed etiam in ſimplici mandata-
rio vel procuratore, qui negocia aliena
ex mandato domini adminiſtrat, hoc eſt,
exigit aliena debita, non proprio nomi-
ne, ſed nomine creditoris. *l. 1. de procurat.*
ſiquidem & ei competit jus manusinje-
ctionis, ſive in perſonam, ſivè in bona
debitoris. *gloſ. parvula. in l 1. verb. aliis. C.
ubi quis de curiali vel cohortali.* quæ tenet,
fugitivum, etiamſi libera perſona ſit, in
cauſa pecuniaria capi poſſe, non tantùm
per dominos, à quibus fugit, ſed & per
ipſorum procuratores, quam gloſſam,
tànquam notatu dignam, in hac materia
commendat ibidem *Angel de Peruſ. num. 1.
& ſequitur Iaſ. in §. ſupereſt. num. 78. Inſtit.
de action. & Ripa in ca. 1. num. 88. & 89. ex-*
36 *tra de judic.* quod enim poſſum per me fa-
cere, idem licet mihi explicare etiam per
miniſtros meos, vel alios de meo man-
dato. *Caſtrenſ. in l refectionis. 11. num. 4. ff.
communia prædiorum, & concordat Ioan. Ba-
ptiſta Caccialupus in tract. de debitore ſuſpecto.
2. q. princ. num. 1.*

Verùm hic oritur dubium, an ſufficiā 37
procuraturi propriè ita dicto, mandatum
generale ad litem, contra obligatum mo-
vendam, pro exactione videlicet pecu-
niæ, quæ debebatur mandanti, adeò, ut
tali mandatario, ex vi iſtius mandati ge-
neralis, liceat urgere paratam executio-
nem, vel manusinjectionem in bona, vel
perſonam debitoris? Et quòd requiratur
ad hoc mandatum expreſſum, ſuaderi vi-
detur ex eo, quòd ad detinendam perſo-
nam, vel impetrandam capturam, ſicut &
ad faciendam relaxationem carcerati, re-
quiritur ſpeciale mandatum. *Felin. in c. 1.
num. 11. extra de judic. & ante eum tenuit
Bart. conſ. 84. incip. in cauſa Staſii num. 1.* Un-
de idem concludendum eſt, quò ad fa-
ciendam detentionem rerum debitoris,
cùm ſit bonum argumentum à perſonis
ad res, inprimis affirmativè ductum. *l. qui
furere. 20. ubi Alberic. de Roſ. & Bal. notant.
de ſtatu homin. l. ſi quis inquilinos. 112. §. ſi ita
legatum. de legat. 1.* Sic alibi dicitur, ad 38
hæreditatem adeundam non ſufficere ge-
neralem juſſum ejus, cujus poteſtati ſub-
eſt hæres inſtitutus, ſed requiri conſen-
ſum ſpecialem. *l ſi quis mihi bona. 25 §. juſ-
ſum. 4. juncto verſ. utrum generaliter. de ac-
quir. vel amit. hæred.* Ubicunque enim 39
cauſa eſt ardua, & magni præjudicii, non
facilè conceditur eam agi per procura-
torem, niſi ad hoc habeat ſpeciale man-
datum. *l non ſolum 39. §. fin. verſ. ſed non fa-
cile ibi · niſi conſtet, ei à tutore nominatim man-
datum de procurat.* Quòd autem jus manus-
injectionis, ſive adverſus bona, ſive con-
tra perſonam debitoris, contineat cau-
ſam magnam præjudicii, & periculi, pa-
tet, quia, ſi non perveniret illa pecunia
exacta ad creditorem, per manum pro-
curatoris, tunc ad inſtantiam creditoris, 40
denuò cogeretur debitor, bis idem ſolve-
re. *l. qui hominem. 34. §. ſi nullo mandato ibi:
procuratori ultrò ſe alienis negociis ingerenti ſol-
vendo, nemo liberabitur de ſolut. l ſi urbana 55.
§. nam ſi ſervus, cum §. quòd ſi vecturas. de cō-
dict. indeb.* unde, quia ad litis proſecutio-
nem principaliter procurator conſtitutus
eſt, tale mandatum ſeſe non extendit ad
paratam executionem, quæ nullum pro-
ceſſum ordinarium præſupponit, *argu-
mento l. diligenter. 5. ff. mandati.* Pro quò
& illud ſtringit, quòd executio ſenten-
tiæ condemnatoriæ adverſus victum non
poteſt peti per procuratorem, qui habuit
generale mandatum ad litem. *l. ſi procura-
tor. 28.*

tor. 28. verſ. ſed cum agit judicati. ff. de procu-
rat. ſicut & eidem ante rem judicatam
41 minùs cautè ſolvitur. *l. ſed ſi tantum. 13.*
de pact. niſi ſpecialiter ad hoc detur, ut ei-
dem etiam ſolvi liceat. *l. hoc. jure. 86. de*
ſolut. vel, niſi ſit procurator univerſalis
omnium bonorum. *l. verò procuratori. 12.*
ibi: cui vel mandatum eſt ſpecialiter, vel cui u-
niverſorum negotiorum adminiſtratio commiſſa
eſt. ff. eod. [Ergò rectè ei tunc ſolvitur, &
aliis duobus caſibus, ſcilicet quando in
rem ſuam, & ad hoc habeat ſpeciale
mandatum.] Cumque petitio manusin-
jectionis, ſive ex partium conventione,
ſive ex ſtatuto competens, habeatur in-
ſtar actionis judicati, vel pro imploratio-
ne officii judicis nobilis, ad communi-
candam executionem paratam. *Bald. in l.*
talo pactum. 40. §. qui provocavit. num. 14. de
pact. & ſit ſpecies executionis. *Molin. in*
conſuetudin. Pariſ. tit. 2. gloß. 1. verb. areſt.
num. 3. Procurator generalis ab ea de-
bet abſtinere, ſicut & in ſimili videmus,
quòd Procurator generalis non poteſt
intentare interdictum de liberis ducen-
dis, niſi duorum alterutro concurrente,
puta, quod aut ſpeciale mandatum ha-
beat, aut patre valetudine detineatur.
l. Pomponius. 40. in princ. ubi gloſſa notat. in
verbo. & patre. juncta l. non ſolùm. 39. §. fin.
in finalibus verbis ff. de procurat. idque vel eò
42 magis, quòd manusinjectio per ſe ſit con-
tra regulas juris communis, prohibentis,
proceſſum ab executione inchoari. *l. ſi*
cum nulla 58. de re jud. cum l. negantes, 9. C.
43 *de act. & oblig.* Contraria tamen ſenten-
tia, puta, quod procurator, etiam genera-
liter conſtitutus ad litem, poſsit petere
paratam executionem adverſus perſo-
nam, vel bona debitoris, ſecundùm teno-
rem conventionis executivæ, vel ſtatu-
ti, tribuentis creditori. pòſt moram jus
manusinjectionis, abſque eo, quòd præ-
cedat alius ordo, vel proceſſus judicia-
44 lis, verior eſt. Primò per illud vulga-
tum: quod cuicunque mandatur aut
committitur conſequens, eidem intelli-
guntur omnia alia commiſſa eſſe, ſine
quibus ad id, quod principaliter manda-
tum fuit, perveniri non poteſt. *l. ad lega-*
tum. 62. l. ad rem mobilem. 56. ubi gloß. & Bar.
de procurat. ſicut & èconttra, cui commit-
titur antecedens, is omnia alia expedi-
re poteſt, quæ ex illo ſequuntur. *l. 2. ff. de*
juriſd. om. jud. & l. quamvis ſimpliciter. 15 C.
de fideicom. Cumque, ut ſæpè dictum eſt,
petitio manusinjectionis in bona vel per-
ſonam debitoris, qualitercunque illa fiat,
ſive areſtando, ſive pignorando, ſive ali-
ter detinendo, in propoſito noſtro ſit
præparamentum executionis, qua me-
diante, extorquetur ſolutio à debitore.
d. l. creditores. 3. C. de pignor. Bal. in Auth.
captivi. num. 1. C. de Epiſc & cler. ut facit c. 2.
verb. ne tædio affecti. extra de dolo & contum.
l. is cui 5. § qui in poſſeſsionem. 5 ff ut in poſſ.
legat. cum ſimilibus, quis dubitat, per man-
datum generale ad litem, quantumvis a-
liud non exprimatur, intelligi demanda-
tam etiam licentiam petendę paratæ exe-
cutionis, quæ eſt effectus & finis inſtituti
contra debitorem proceſſus ordinarii *l.*
executorem. 8. ibi: vigorem rei judicatæ ad ef-
fectum perducit. C. de excep. rei jud. Deinde, 45
quia certi tantùm caſus deſcribuntur,
qui requirunt ſpeciale mandatum, enu-
merati videlicet in gloſſa. *c. qui ad agen-*
dum. extra de procurat. in 6. ut notat Specul.
tit. de procurat. § 1. num. 4. ideo cæteros
quoscunque caſus, ibi non recenſitos, ju-
dicabimus in generali mandato contine-
ri. *argum gloß. in §. actionum. verb. bonæ fi-*
dei. Inſt de actio cùm incluſio unius ſit ex-
cluſio alterius *l. cum prætor. 12. de jud.* ac
quod certis vel aliquibus in caſibus pro-
hibitum eſt, in aliis non prohibitis cenſe-
tur permiſſum, *l ex eo. 18. de teſtibus l. quæ-*
ſitum 12 §. idem reſpondit. 38. de fundo in-
ſtructo. cum ſimilibus. Et habetur alibi, quòd 46
generalis juſſus, aut mandatum tantum
operetur, quò ad omnia, quæ ſub illo ge-
nere continentur, quantum efficit ſpecia-
le mandatum, quò ad ſpeciem, niſi certa
lege aliquid inveniatur prohibitum. *Bar.*
n. 1. per illum text. in l. ſi duo. 52. inf. in ſis ver-
bis. Quod enim facit in totum denegata,
tantundem valet, ac ſi in ea parte, qua de
agitur, denegata ſit. *ff de admin. tut. l. 1.*
§. juſſum quod juſſu Ideò ſcriptum reliquit
Angelus: Procuratorem generaliter con-
ſtitutũ, ad exigendum debitum, non mi-
nùs, atque creditorem ipſum, poſſe in ca-
ſu fugæ manum injicere adverſus debito-
rem. *Ang. in l. generali lege. 54 C de decurion.*
lib. 10. Deniq; certum eſt, quòd in iis caſi- 47
bus, qui requirunt mandatum ſpeciale,
ſufficiat procuratori ſaltem cavere de ra-
to pro legitimatione ſuæ perſonæ. *l. non*
ſolum. 39 §. eſt & caſus. de procurator. l. quod
ſi de ſpeciali. 26. de minor. Dato itaque, quod
non ſufficeret generale mandatũ: tamen
in propoſito noſtro ſaltem ſufficeret cau-
tio de ratihabitione domini, etiã poſt de-
tentionẽ rerũ, vel perſona interveniens,

& æquiparabitur mandato ſpeciali, traheturque retrò ad tempus inſtituti proceſſus executivi. *c. ratihabitionem. extra de reg. jur. in 6. cum l. fin. C. ad SC. Maced. ac fac. text. in l. Mævia. 48. ubi Ioan. de Imol. num. 2. ſolut. matr.* Et cum hac ſententia tranſit concluſivè Joan. Baptiſta Caccialupus *de debitore ſuſp. 2. q. princ. num. 1. &*
48 *quæſt. 6. num. 24.* Nec obſtant contraria ſuperiùs adducta, & primò dictum Felini *in c. 1. extra de judic.* quia loquitur in captura, vel manusinjectione pro cauſa criminali, criminaliter intentata, ubi iſtud eſt ſpeciale, quòd requiratur expreſſum ad hoc mandatum in Procuratore: Secùs in cauſis civilibus & pecuniariis. *l. 1. §. uſus. de procur.* cùm regulariter omnis cauſa, ex qua non reſultat, niſi pecuniaria condemnatio, per quemcunque procuratorem, etiam ſpeciale mandatũ non habentem, agi poſsit. *l. 1. §. planè ſi pecuniaria. ff. an per alium cauſæ appell. agi.* [In omni enim cauſa, in qua pœna corporalis non imponitur, per Procuratorem cuilibet agere licet ſponte, non ex neceſsitate.] Neque enim magis habetur reſpectus ad ipſam manusinjectionem, quæ venit in conſequentiam, quàm ad principalem intentionem creditoris, quæ eſt, ut conſequatur ſuum debitum. *argum. l. 1. de autor. tut. cum l. non omnis. 19. ſi cert. pet.* ſicut & pro criminali cauſa, civiliter tamen ad pœnam pecuniariam parti applicandam intentata, non prohibetur procurator etiã generaliter conſtitutus intervenire. *Felinus in c. meminimus. num. 11. extra de accuſ. Bald. in l. reos. 11. num. 30. C. eod. per l. ſed ſi unius. 17. §. procurator. 16. ff. de injuriis.* Minùs adverſatur *l. non ſolum. 39. §. ſed non*
49 *facile. de procur.* Quia loquitur in cauſa famæ, & ſic ardua, ubi videlicet tutor accuſatus de ſuſpecto, incurret diminutionem honoris & famæ, quæ vitæ periculo æquiparatur. *l. juſto. 9. & ibi gloſſ. de manu vindicta.* alibique dicitur, omnem cauſam exiſtimationis videri capitalem. *l. licet capitalis. 103. de verb. ſig. ac facit l. ex hac lege. 3. ſi quadrupes paup. fec. dic. cum c. nolo. 12.*
50 *q. 1. Ad l. ſi procurator. de procur.* quaſi procurator generaliter datus, non poſsit petere executionem ſententiæ, in promtu eſt ſolutio, quòd contrarium loquatur in procuratore ad litem. *l. hoc jure utimur. 86. de ſolut.* cujus nempè officium per ſententiam, qua tranſivit in rem judicatam, expiravit, ad inſtar officii judicis, quod per determinationem cauſæ, vel ſententiam definitivam, ipſum quoque finitur. *l. 1. l. judex poſteaquam. 55. de re jud. juncta l. græcè. 8. §. & poſt litem. 3. de fidejuſſor. l. cum apud. 20. jud. ſolvi.* Secùs eſt in procuratore, ad litem generaliter ordinato, quam nullus adhuc præceſsit actus judicialis, adeoque non poteſt inferri, judicium finitum eſſe, quod nondum cœpit, ſed inchoatur demùm lis cum ipſa petitione paratæ executionis, cujus rei patet ad oculum ratio, ex quo demùm incipit tela judicii, quando creditoris procurator implorat manusinjectionem adverſus obligatum, quæ petitio eſt præparamentum futuri judicii. *Ioan. Baptiſta Caccialupus de debitore ſuſpect. 2. quæ princ. num. 3. allegat Paulum Caſtrenſ. in l. hoc jure. 86. num 2. de ſolut.* ideoque citatio rei, ad videndum, quo pacto contra ipſum procedatur ad executionem, in iſto proceſſu executivo quaſi primus actus judiciarius eſt, & inſtar litis conteſtationis obtinet. *argumento eorum, quæ tradunt Alex. de Imola in l. nulla. 23. num. 2. C. de procurat. & Felinus in c. exceptionem. num. 10. extra de except quo de latiùs in quarta Parte hujus Operis. cap. 1. n 83.*
Nec obſtat *l. Pomponius. in pr. de procurat.* 51
quia loquitur contrarium in caſu ſpeciali, interdicti videlicet de ducendis liberis, quod procuratori, abſque ſpeciali mandato, intentare lex ipſa denegavit, cum ſit ſpecies quædam quaſi ſolutionis recipiendæ. *Alber. de Roſate. d. l. Pomponius. num. 2. verſ ad aliud quod dicit gloſſa.* quæ ſolutio ſine ſpeciali mandato per procuratorem exigi nequit. *l. hoc jure. 86. de ſolut.* Secùs eſt in interdictio de liberis exhibendi, *ſecundùm Albericum ubi ſuprà.* cùm iſtud ſit præparatorium alterius interdicti de ducendis liberis. *argumento l. 3. §. ibidem. & §. ſciendum. de lib. exhib.* adeoque minùs in hoc, quàm priore, vertitur præjudicium, *per gloſſam 3. & ibi Alber. ſuper gloſſ. verbi, duo. d. l. Pomponius.* Deinde, ut maximè detentio perſonæ permittatur in propoſito procuratori etiam generali: tamen iſtud ſit ex juſta cauſa, conventionis videlicet, vel ſtatuti executivi. *l. 3. §. generaliter. qui juſtam cauſam hominis liberi apud ſe retinendi habet. de lib. exhib.* & non, niſi ephemera eſt, omnibusque momentis diſſolvitur, quando reus ſolvit pecuniam. *Molin. de commerciis. q. 36. num. 271.* Minùs pugnat cum concluſione ſuperiùs formata *l. illud. de minor.* quia in mandato gene-

generaliter ad agendum dato, non intel-
ligitur contineri in dubio, quòd minor
deſideret, aliquid contrà proprium ipſius
factum attentari. *l. generaliter.13. C. de non
num. pecun.* petitio autem reſtitutionis in
integrum nihil aliud eſt, quàm impu-
gnatio ejus actus, qui antè per minorem
geſtus fuit. *l. quod ſi minor. 24. §. reſtitutio.
4. ff. de minor. l. 1. C. ſi adver. tranſact.* ideo-
que petitio reſtitutionis nominatim e-
numeratur inter eos caſus, qui ſpeciale
mandatum requirunt. *in cap. qui ad agen-
dum. extra de procur. in 6.* Deinde, ut maxi-
me mandatarius non habeat ſpeciale
52 mandatum, ad inchoandum proceſſum
ab executione contra debitorem: tamen
ſufficit generale cum libera, quod cum
tali clauſula datur, ut procurator omnia
expedire valeat, quæ ipſe conſtituens in
facto vel jure facere potuiſſet, adeoque
nihil prohibet, quò minùs paratam exe-
cutionem etiam ei intendere liceat, *ſe-
cundùm Cynum in l. 1. C. etiam per procurat.
cauſ. in integr. reſtit. per l. procurator cui ge-
neraliter libera. 58 ff. de procur. ac notat Alex.
53 conſ. 133. num 6. volum. 6.* Etſi verò regu-
lariter quibuslibet liberum eſt, in alios
transſcribere vel transferre ſua jura, cùm
quiſque patrimonii ſui legitimus ſit mo-
derator & arbiter. *l. in re mandata. 21. C.
mandati. l. 1. §. uſq; adeò ff. ſi quis à par. ma-
numiſſ. fuer.* tamen illud intelligendum
eſt de perſonis habilibus, quibus libera
rerum adminiſtratio permittitur. *argum.
l. ut gradatim. 11. §. 1. de muner. & hon. l. adi-
gere. 6. §. quamvis de jure patron.* Secùs de
aliis, puta pupillo, minore, prodigo, fu-
rioſo, filiofamilias, & ſimilibus perſonis,
quibus propter imbecillitatem judicii &
conſilii, frenum injectum eſt, circa diſpo-
ſitionem ſuorum bonorum. *Ioan. de Graſ-
ſis in ſuo tract. de ceſſion. jurii & action. §. 2.*
54 Et eſt ratio, quia ſucceſſor regulariter non
eſt melioris conditionis, quàm fuit ſuus
autor, adeoque exceptio, quæ obſtabat
principali *ex l. 1. & 2. C. qui legit. perſon.
ſtandi in jud.* obſtabit etiam ſucceſſori, in
quem illud jus transſcriptum eſt. *l. in o-
mnibus officiis. §. non debet, de reg. jur. l. exce-
ptio. 28. cum ibi notatis. de except. rei jud. l.
omnes. 19. de except. & gen.* & vulgò dicitur,
cauſatum pendere à ſua cauſa. *l. ſed & ſi
quid. 25. §. interdū. ubi Ang. de Peruſ. de uſufr.*
55 Cæterùm hic oritur dubium, an, ſicut
ad ſolam editionem inſtrumenti origina-
lis, factam coràm judice, judex poſſit pro-
cedere ad paratam executionem adverſùs
debitorem, non obſtante aliqua exce-
ptione, ita idem ſit in tertio, qui agit vel
alieno nomine, ut procurator, vel ſuo, ut
ceſſionarius, aut procurator in rem ſuam,
ut is ad nudam exhibitionem inſtrumen-
ti mereatur paratam executionem, abſq;
eo, quòd doceat de mandato, ceſſione, vel
titulo, ſive emtionis, ſive donationis, ſive
hæreditario, maximè, quando debitor
opponit exceptionem contrà petitorem,
quòd cum ipſo nihil contractum, neque
ipſe ſit nominatus in inſtrumento? Quod
videbatur. Sicut enim redditio inſtru- 56
mentorum, facta debitori, arguit remiſ-
ſionem debiti. *l. Labeo. 2. verſ. & ideo ſi cō-
venerit. de pact.* & inſtrumenti cancellatio,
facta per creditorem, inducit liberatio-
nis præſumtionem in perſona obligati.
*l. ſi chirographum. 24. de probat. Bart. in l. ful-
lo. 82. §. qui tabulas. 3. ff. de furt.* ita inſtru-
mentorum originalium productio arguit
jus, vel poteſtatem exigendi debitum, in
perſona producentis, ad hoc videlicet, ut
contrariorum eadem ſit diſciplina. *l. 1. de
his qui ſunt ſui, at notat Bart. d. l. Labeo. §. 1.
in princ.* adeò, ut producens inſtrumentū
principalis obligationis, non habeat ne-
ceſſe aliter docere de mandato, vel titulo,
qui ex originalis traditione præſumitur.
*l fin. in pr. ibi: mulier marito fœneratitias cau-
tiones, quæ extra dotem ſunt, dederit ibiq; gloſ.
verb. ratihabitione. C. de pact. convent.* Unde 57
& Angelus inferebat; quantumvis ma-
ritus, nomine uxoris, ſine mandato ad
agendum non admittatur: tamen, ſi o-
ſtendat inſtrumenta uxoris, ad cauſam
facientia, intelligitur eo ipſo habere man-
datum experiendi. *Angel. in l. maritus. 21.
nu. 2. C. de procur.* Satis namque conſtare
videtur de mandato vel titulo, ex quo pe-
titor producit originalia, facientia ad cau-
ſam, *ſecundùm And. de Barbat. in c. coram di-
lecto num. 6. ibidemq; Felin. num 9. & 3. extr.
de offic. deleg.* Sicut itaque ex inſtrumento-
rum traditione, facta per uxorem marito,
colligitur & præſumitur tacitum manda-
tum de agendo, *per prædicta, ac notat Bart.
in l. maritus. 21. num. 3. C. de procur.* adeò, ut
non opus ſit iſto caſu cautione rati, quæ
alias in conjunctis loco mandati exigitur
*argum l. ſed & hæ perſonæ. 35 ff. de procurat. ac
not. Iaſon. in l. exigendi. 12. num. 3. 4 5, & 9.
C. eod. tit. prout hac de re teſtatur Roman. con-
ſil. 446. num. 10* [quia de jure communi
ex inſtrumentorū traditione mandatum

de a-

de agendo colligitur, *per text: not. in l. fin. C. de pact. conv.* adeò ut etiam non opus ſit tali caſu cavere de rato, cum cautio illa per mandatum expiret *Bl in l, 1. n 6. C. de procur*] & eam concluſionem Doctorum communem eſſe refert Gailus *obſerv. 133. num. 4. lib. 1.* ita ibidem in ſpecie addit, iſtud ipſum etiam extendi ad procuratorem, non habentem à domino mandatum, ſed tantùm inſtrumenta, ad cauſam pertinentia. *quod & firmare intelligitur Bartol. in l. 3. §. cauſæ. num. 2. ff. de Car-*
58 *bon. edict.* Contraria tamen ſententia verior videtur, puta, quòd productio inſtrumentorum principalīū, ſuper debitis confectorum, non legitimet perſonam producentem, ad exigendum nomina, niſi in propoſito is, qui alterius nomine petit executionem paratam, ſaltem caveat de rato, aut, ſi proprio nomine exigat tanquam procurator in rem ſuam, quòd is doceat de titulo. De primò, quòd videlicet exigens debitum nomine principalis, per exhibitionem inſtrumenti deſuper confecti, non admittatur, ſaltem ſine cautione ratihabitionis. *text. eſt manifeſtus in c. coram dilect. ibi: cum inſtrumento ejuſdem eccleſiæ. ſed absq; literis de ratihabitione acceſſerat. ubi gloſ. verb absq; ratihabitione. ibidemq;* notat Bal. *num. 2 extra de offic. deleg.* inquiens: quod editio inſtrumentorum iſto caſu faciat tantùm probationem ſemiplenam, & ſic præſumtionem, propter quam actor admittitur ad agendum cum cautione de rato, non autē ſine cautione, *allegat notata in l. non ſolùm. 39. §. ſi ſtatu. de procur. & Innoc. in c. cauſam. 2. n. 2. extra qui filii ſint legit ac concordat Ioan. de Imol. in l. Mævia. 40 num. 3. ff. ſolut. matrimon. adducendo Bartolum in l. 3. §. cauſæ. de Carbon edict. per textum in l. plenum. 12. §. equitii quoq; legato uſu. 4. de uſu & habit. quod in effectu tenet etiam Rebuff. in ordin reg. Gall. tomo 1. in tract. nominationum. quaſt. 14. n. 18.* addendo rationem, quia, inquit, in inſinuationibus nunquam ſufficit tacitum & præſumtum mandatum, ſed requiritur expreſſum. *Bart. in l. vulgo. num. 4.*
59 *ff. de admin. tut.* Debet enim ante omnia conſtare, quòd illa inſtrumenta, pertinentia ad cauſam devenerint ad exhibentem de voluntate domini, aliàs potuiſſet eſſe furatus. *Ioan. de Imol in d. c. coram. ſuper gl. verb. de mandato dubitabatur. in pennl. notab. num. 8.* vel, quod civilius eſt, poſſent talia inſtrumenta in cauſam depoſiti apud eundem eſſe, & ſic deponenti, non autem depoſitario, ſequeſtraria depoſiti actio competeret. *l. et apud quem. 5. ff. depoſ.* prout in dubio præſumitur, *ſecundùm Bald. in l. Mævia. 40. num. 1. ſolut. matrim. Roman. d. conſ. 446. num. 10. & ſeqq.* Quod maximè verum eſt, ſi, qui petit executionem, ſit perſona domeſtica, vel cognata, quæ cum domino cohabitet, in quam facilè cadere poteſt aliqua ſuſpicio ſubtractionis, aut fraudis, quo poſteriore caſu ne quidē ſemiplenè præſumitur mandatum, adeò, ut nec cum cautione rati admittatur petitor, ſi credimus Ludovico Romano, *in ſing. 693. incip. nunquid per productionem inſtrumentorum. allegat l. unicam. §. illæ autem. C. de latin. liber toll. & idem Romanus d. conſ.*
446. num. 13. Quod tamen eatenùs verum 60
eſt, niſi producens probet ſaltem de traditione inſtrumenti, quo caſu adeò mandatū & præſumi & probari dicitur, quòd alia probatione non eſt opus. *And de Barbat in d c. coram. num 8. & 9.* ubi ſubjicit, ſe illud habere pro certo, quòd videlicet traditio inſtrumentorum probata, inferat mandatum agendi, non aliter, atque traditio ſigilli ad cauſam pertinentis, facta nuncio vel procuratori, cùm, ſecundùm eum, non minùs factu, quàm verbis, 61
probetur alicujus voluntas. *l. reprehendenda. 5. C. de inſtit. & ſubſtit.* imò plus æſtimantur facta, quàm verba. *l. Iulianus 13. §. offerri 8 ff de act. emt. l de quibus. 32. in verbis: quid refert, facto, an verbis declaret ſuam voluntatem. d ll.* Deinde, ſi aliter diceremus, illa traditio eſſet absq; fructu & ef- 62
fectu, cùm tamen actus per nos geſti debeant eſſe alicujus operationis & importantiæ. *l. 1 §. hæc autem verba quod quisq; juris l ſi per alium. 5. §. docere ibi. verba cum effectu ſunt accipienda, ne quis eum, qui in jus voc. eſt, vi exim.* &c, quòd probans traditionem inſtrumentorum, rectè admittatur ad petendam executionem paratam nomine principalis, absque alia probatione mandati, vel cautione de rato, *tenet etiam concluſivè Felinus in d c. coram. num 9 & ibi Bal. 2. Roman. d. ſing. 696 & conſ. 446. num. 10. & 11. Bart. in l. 3. §. cauſa. num. 2 ff. de Carb. edict. Bald. & Angel. in l. Mævia. 40. ſol. matrim.* Præſumitur enim mandatum agendi ex inſtrumentorum traditione, quæ vir producit coram judice. *l. fin. in princ. ibiq; gloſ. verb. ratihabitione. C. de pact. convent.* Unde & Gailius *in præcitata obſer.* 63
133. num. 5. 6. & 7. lib. 1. dictum ſuum, de

marito,

marito, quod ex traditione inſtrumentorum uxoris præſumatur mandatum agendi, reſtringit tantùm ad bona dotalia, quorum bonorũ cùm ſit dominus, etiam ſtante matrimonio, meritò competit ipſi rei vindicatio. *l. doce ancillam 9. & ibi gloſ. verb. nequiviſſe. C. de rei vindica. & l. quoties. 5. C. de jure dot.* item ad paraphernalia. *d. num. 7.* In receptitiis autem, quæ ſtante matrimonio, uxori aliunde proveniunt, ſecundùm eum, non admitteretur maritus etiam habens inſtrumenta cauſæ, niſi vel mandatum ſuum exhiberet, vel de rato caveret. *Gailius d. obſer. 133. num. 7. per l. maritus. 21. C. de procur.* Et huic concluſioni noſtræ jura ſuperiùs adducta in contrarium nullam vim faciunt, ſiquidē *l. Labeo. & l. ſi chirographum, cum ſimilibus,*
64 loquuntur in terminis remiſſionis debiti vel liberationis, quę eò faciliùs à lege pręſumitur, quo jura ad ſolvendum & liberandum proniora ſunt, quàm ad inducendum obligationem. *l. Arrianus. 47. de act. & oblig. l favorabiliores. de reg. jur.* Deinde
65 loquuntur oppoſitæ leges in terminis, ubi manifeſtè apparet de cancellatione inſtrumenti, facta per creditorem, item de traditione inſtrumentorum, probata ſaltem ex tacita voluntate uxoris, non contradicentis, *argumento l. hac lege. 8. in finalibus verbis. ibi: muliere prohibente, nolumus virum in paraphernis ſe immiſcere. C. de pactis conven. à contrario ſenſu.* cùm eo ipſo, ex quò mulier tranſit in thorum mariti ſe, ſuaque omnia viro crediſiſſe & tradidiſſe præſumatur. *l. 2. C. ne fidejuſſ. dot. den.*
66 Sufficit enim, ut dixi, mulierem non prohibere, quò minùs maritus actiones moveat ſuper paraphernalib. *d. l. hac lege.* Et ſic ſpeciale eſt in marito, quod præſumitur mandatum ad petenda paraphernalia ex inſtrumentorum traditione, propter individuam vitæ & animorum conjunctionem in conjugibus. *l. 1. ff. de ritu nup. quod & gl. innuit in d. l. fin. verb. ratihabitione ibi: vel veriùs tacitè fuit mandatum. C. de pact. convent.* quod non eſt in ſimplici productione, facta per tertium, ex qua de traditione creditoris nihil poteſt liquidò, vel etiam præſumtivè conſtare, ſed probabiliter ambigitur, prout in hypotheſi noſtra non liquet, quo jure cautio-
67 nes nominum ſint penes petitorem, & ſic teneretur exactor alieni nominis ſaltem de eo fidem facere, quòd inſtrumentum ipſi ſit traditum per nominatum in eo creditorem, de ejuſque voluntate, ita, quia bona fide acceperit, & poſſideat iſtam cautionem, cujus nomine paratam executionem hodiè in bona obligati petit. *Barbatia. d.c. coram. num. 8. & 9. ibiq. Ioan. de Imola 8. & Baldus 2. extra de offic. deleg.* quam probationem ſi omittat, non immeritò 68
debitor, item fidejuſſores, audiuntur cũ illa exceptione, quòd actoris nomen non contineatur in inſtrumento, quo facto, compellitur is, aliter legitimare ſuam perſonam, per mandatum videlicet ejus, cujus nomine agit, aut ſaltem per cautionem de rato. *Maranta de ord. jud. part. 4. diſtinct. ultima. num. 6.* licet Felinus videatur aſſerere, quòd ſufficiat producere inſtrumenta, ad cauſam facientia, eoque ipſo præſumi mandatum, & hanc opinionem pro communi affirmat Gailius *in loco ubi ſupra, obſer. 133. num. 4.* & antè eum idem retulit Felinus *in d. c. coram. nu. 9. verſ. tamen prima opinio communis eſt. allegat Imolam ibidem.* ſed, pace Felini loquendo, Imola iſtud non aliter firmat eo in loco, niſi producens inſtrumentum ſaltem offerat cautionem rati, quòd videlicet dominus, cujus nomine experitur, ratum ſit habiturus. *Imola in d. c. coram dilecto. num. 9.* & ita ibidem intelligi de- 69
bet etiam dictum Felini. De ſecundo membro, quòd diximus, non aliter audiri exigentem nomine proprio, niſi idem probet de titulo, patet: quia ſicut in præmiſſis dictum eſt, ex productione inſtrumenti non præſumi mandatum, ita multò minùs præſumitur titulus ceſſionis, donationis, aut alius, ſive oneroſus, ſive lucrativus, niſi de tali titulo, vel cauſa, liquidò fiat fides. *Andr. de Barbat. in d.c. coram n. 9. argumento l. cùm de indebito. 25. §. fin. ff. de probat. & c. ſuper hoc. extra de renunciat.* imò, probata etiam traditione inſtrumenti, in quo continetur nomen debitoris, nondũ intelligitur probata ceſſio actionum, quæ competebant creditori adverſus debitorem. *Alex. de Imola. in l. poſſideri. 3. num. 12. ff. de acquir. poſſ.* Nunquam 70
enim ex nuda traditione præſumitur vel donatio, vel venditio, vel alius titulus ad translationem dominii habilis, niſi probetur, quod talis titulus præceſſerit, & in ejus executionē traditio ſubſecuta fuerit. *Bald. in l. Mævia. 48. num. 1. & Alex. de Imola. 2. ff. ſol. matrim. Phil. Dec. in l pacto ſucceſſorum. 26. num. 3. C. de pact. Molin. conſ. 27. num. 21. vol. 1. ac facit l. nunquam nuda 31. ff. de*

ff. de acquir. domin. ideò ceſſionarius, vel
prucurator in rem ſuam, qui petit, ſibi
ſolutionem fieri ejus æris alieni, quod
per alium creditum fuit, debet plenariè
probare de ceſſione & titulo, ſive emtio-
nis, ſive donationis, ſive hæreditario,
quem ipſe allegat, ita etiam, ut non ſuffi-
ciat ſemiplena probatio cum juramento,
71 vel cautione rati, ſi credimus Baldo *pòſt
gloſ. in l. non ſolnm. 39. §. qui alieno. 1. n. 3.
ff. de procurat. & additionatori ad Bart. in l. 1.
nnm. 11. litera G. C. eod. tit. ac latè Roderic.
Suarez. in l. pòſt rem judicatam. 56. in decla-
rat. legis regni. §. quia ſuperſtis viſum eſt num.
23. ff de re jud per l ne fidejuſſor. 39. ibi. niſi
ceſſa ſint ipſi actiones de fidejuſſ. & l. cum al-
ter. 11. C. eod. tit.* [Secus, ſi ſit certũ quod
habeat mandatum: nam tunc non ſatis-
dat. *l. ſi procuratorem 65. ff. de procur. l. 1. C.
de ſatiſdat.* Non obſt. *l. de pupillo. 5. §. ſi is
17. ff. de nov. oper. nunc.* quia ibi verus erat
procurator, ſed de mandato dubitaba-
tur.] Et quòd traditio inſtrumentorum,
etiam probata, non opereтur tamen in
dubio, niſi nudum mandatũ agendi no-
mine principalis, adeò, quòd proprio no-
mine actiones utiles exercere non poſſit,
tenet Joan. de Imola *num. 1. & ibi Ang.
de Peruſ. in d. l. Mævia. 48. per illum textum
ſolut. matrim.* ſed ſi vult urgere executio-
nem nomine proprio, neceſſe habet pro-
bare de titulo. *ita Paulus de Caſtr. in l. 1. §.
editiones. num. 10. de eden. Angel. in l. credito-
res. 3. num. 5. verſ. unum tamen pro executio-
ne. C. de pignor. Bald. in l per diverſas. 22 nu.
14. C. mandati. Iaſ. in §. fuerat. num. 61. Inſt.
de Action. Ang. in l ſi actor. 10. num 1. C. de
72 appellat.* Quantumvis enim inſtrumen-
tum guarentigiatum, vel aliter executi-
vum, ejus ſit effectus, ut absque alio pro-
ceſſu judiciali, non obſtante aliqua exce-
ptione, maximè dilatoria, poſſit manus
injici in debitorem ejusvé bona, per mi-
niſterium judicis, ad exhibitionem ſolius
inſtrumenti: tamen iſtud verum, quando
producitur per creditorem: ſecùs, ſi ter-
tius eo uti velit adverſus debitorem, is
namque, ſive agat nomine creditoris, ſi-
ve ſuo experiatur, ante omnia reſpectivè,
vel de mandato, vel de titulo ſuo probare
compellitur, antequam ad executionem
73 deveniatur, cùm in judiciis, quantumcun-
que ſummariis, nunquam intelligatur ex-
cluſa exceptio de inhabilitate perſonę pe-
tentis executionẽ, vel inſtantis pro ſum-
mario proceſſu. *Bart. in extravaganti ad re-
primendum. verb. figura. num 4. Bald. in l. 3. §.
ibidem. num. 2. ff. ad exhib. & in l. nec quic-
quam. 9. §. de plano. 3. num. 5. de offic. pro-
conſ. Alex. in l. fin. num. 5. & ibi Salic. 5. C. de
edict. D. Adr. toll. Lanfrancus in clem. ſæpè. verſ.
ſigna num. 3. de verb. ſig. Anton. de Canar.
de execut. inſtrum. quæſt. 15. pòſt Innoc. in c.
quia v. num. 3. extra de judic. ac ſocie l. ſi quæ-
ramus. 4. ibi: animadvertendum, an, qui fece-
rit teſtamentum, etiam teſtamenti factionem
habeat. ff. qui teſtam. fac poſſ. Maranta de ord.
jud. parte 4. ultima diſtinct. princ. num. 16.* &
latè Boërius *deciſ. 10. num. 2.* ubi addit: de
hac ſententia, quòd ceſſionarius non 74
poſſit experiri pro parata executione, ni-
ſi prius cognito, an habeat titulum, con-
venire inter omnes Doctores, & ſecun-
dùm hanc opinionem, tanquam commu-
nem, memini non ſemel pronunciari,
quando videlicet reus petenti executio-
nem paratam opponit exceptionem non
habiti tituli, & quòd is non eſt nomina-
tus in inſtrumento, Ac, ſi quis fortè di-
cat, contraria loqui in judiciis ſumma-
riis, quæ ſaltem cauſæ cognitionem de-
ſiderant, item probationes exigunt. *Bart.
in extravag. ad reprimendum verb. ſummariè.*
ſecùs autem eſſe de executivis, in quibus,
absque alio ordine judiciali, proceſſus in-
choatur ab executione, reſpondetur: exe-
cutivas etiam cauſas ſummarias appellari. 75
*Panorm in c. 1. num. 18. de libell. edit. Paulus de
Caſt. conſ. 48. incip. in cauſa, quæ vertitur co-
ram poteſtate. num. 2. vol. & Maranta ubi ſu-
pra part. 4. diſt. 8. num. 41. item eadem parte.
4 diſtinct. 9. num. 18.* Ut enim in aliis ſum-
mariis cauſis, ubi regulariter excluduntur
exceptiones dilatoriæ, non tamen repel-
litur exceptio de inhabilitate actoris,
propter præjudicium rei, ne duobus, pu-
ta, & huic petitori, & forſan deinceps
etiam principali creditori bis idem ſol-
vere teneatur, ita eadem ratio militat et-
iam in executivis proceſſibus, ab eo, qui
in inſtrumento crediti non fuit nomina-
tus, intentatis. *argum l. qui hominem 34. §.
ſi nullo mandato. 4. ff. de ſolut.* Quando au- 76
tem de traditione inſtrumenti apparet,
vel docetur per editionem mandati, vel
aliter, tunc producens inſtrumentum
executivum, habet quidem exercitium
directarum actionum vel directæ proſe-
cutionis, nomine creditoris, non autem
utilium, nomine proprio. *Caſt. in d. l. Mæ-
via. 48. num. 2. ibidemq́; Ioan. de Imol. ff. ſo-
lut. matrim. per l. 1. C. de donat. juncta l. fin. C.
de pact.*

de pact. convent. cùm inſtrumentum tunc
intelligatur eſſe traditum ad eum finem,
ut experiatur nomine creditoris, non au-
tem nomine proprio. Unde Baldus ſcri-
ptum reliquit: Quando traditio inſtru-
mentorum habet cauſam præcedentem,
aptam ad juris translationem, tunc illa
habet vim mandatæ actionis, nō tantùm
directæ, ſed etiam utilis: ſin verò talis ti-
tulus vel cauſa non præcedat, ſed alia, quæ
ſit apta nudæ adminiſtrationi, tunc tradi-
tio nihil aliud importat, quàm ſimplex
mandatum experiundi nomine principa-
lis: quòd ſi de cauſa vel animo mandatæ
adminiſtrationis itidem nihil appareat,
tunc inſtrumentorum productio non in-
ducit, niſi præſumtionem depoſiti, vel
cuſtodiæ inſtrumentorū in perſona pro-
ducentis, *Baldus in d. l. Mævia. num. 1. & ibi-
dem Angel. de Peruſ. 2.* Licet autem Bart.
videatur tenere contrarium, *Bart. in l. La-
beo. 2. §. ſed & ſi convenit. num. 5. de pact.* ubi
decidit: Si quis mihi tradat inſtrumen-
tum, in quo ſimus obligati ego & alius,
ex parte mea inducet iſta traditio libera-
tionem, ex parte autem ſocii intelligitur
creditor mihi adverſus ipſum donare a-
ctionem. *Bart. ubi ſupra per l. 1. C. de donat.
& l. ſi is qui duos. 29. in fine. ff. de liber. leg.*
tamen Bart. intelligendus eſt de eo cre-
ditore, de cujus animo conſtat, quòd vo-
luerit donare, vel aliter transferre jus ſuū
directum in accipientem, abdicando il-
lud à ſe penitùs. Secùs eſt in dubio, tunc
enim ex ſola traditione inſtrumentorū
nihil aliud præſumitur, niſi mandatum
exigendi nomine creditoris, ita limitat
illud dictum Bartoli Anton. de Butr. *in
c. eccleſia. 2. num. 9. extra ut lite pend. nihil in-
noc. & accordat Alex. de Imol. in l. poßideri. 3.
num. 2. ff. de acquir. poſſ.* Et tale mandatum,
ad inſtantiam debitoris petentis execu-
tionem, debet edi apud acta. *Tiraquell. de
retractu lignag. §. 1. gloß. 10. num. 97. 98.
cum ſeqq. uſq; ad num. 105. & 106.* Et per
77 hæc poteſt decidi alia quæſtio: Uſitatum
eſt, noſtris temporibus, in omnibus in-
ſtrumentis mutui, & aliorum contractuū
exprimi, quòd debitor teneatur ſolvere,
non tantùm creditori, & ejus hæredibus,
ſed etiam quibuslibet bonæ fidei poſſeſ-
ſoribus, ac detentatoribus inſtrumenti,
prout illa clauſula cōmuniſſima eſt: Jch
gerede vnd gelobe / meinem Gleubiger / ſeinen
Erben vnd Erbnehmen / oder ſonſten trewen
Brieffsinnehabern / auff N. Tag vnnd Jahr
Zahlung zu thun / Vnd wo ich es nicht thue /
ſo ſollen er oder ſie gut fug vnd macht haben /
meine Perſon vnd Güter / wo ſie die antref-
fen / zu hemmen / zu kümmern / vnd auffzuhal-
ten / ꝛc. Pone itaque, quòd inſtrumentum,
poſt terminum ſolutioni præfixum, exi-
ſtat in alterius manibus, quàm credito-
ris, quæritur, an iſte tertius poſſeſſor in-
ſtrumenti executivi, volens manusinje-
ctione uti, petendo areſtationem bono-
rum vel perſonæ debitoris, ſit audiend⁹,
an verò teneatur antè omnia probare ti-
tulum, ex qua videlicet cauſa ad ipſum
pervenerit hoc inſtrumentum, aut ſaltē
docere, quòd bonæ fidei poſſeſſor exiſtat?
Breviter exiſtimo reſpondendum, quò ad
primum, quòd non arctetur probare de
titulo, cùm in titulo ſeſe non fundet peti-
tor, ſed ſufficiat ipſum poſſidere, ex quo
nemo poſſeſſionis ſuę cauſam vel titulum
invitus dicere cogitur, [niſi in hæredita-
tis petitione: ubi compellendus eſt poſ-
ſeſſor dicere utrum pro poſſeſſore, vel pro
hærede poſſideat.] *l. cogi. 11. C. de pet. hær.
& facit l. fin. C. de rei vindic.* Habet enim 78
præſumtionem pro ſe ex poſſeſſione, ob
quam relevatur ab onere probandi titu-
lum. *l. 2. C de probat. §. commodum. Inſtit. de
interdict. l. 1. C. de eden l. eſt decretum. 25. ibi:
non exigendam probationem unde habeat. ff. de
jure fiſc. ac notat Bart. in l. communi. 7. §. in-
ter prædones. 4. num. 2. com. divid. poſt gloß.
in l. ſicuti. 8. §. 3. ſi ſer. vend. & ſequitur Cra-
vet. conſ. 150. num. 5. parte 1.* Facit, quòd 79
paria ſunt, ſolvere ipſi creditori, vel alteri
tertio, de voluntate & conſenſu credito-
ris. *l. ſi cùm dotem. 22. §. transgrediamur. 12.
ibi: ſive ipſi dos data ſit, ſive alteri, de voluntate
ejus. ff. ſolut. mat. l ſolutum. 11. §. ſolutam. 5.
de pig. act. l. nihil. & ibi Bald. notat. C. de ſolut.
l. etiamſi. 8. C. de jure dot.* ſicut & ſtipulatio
facta ei, cui creditor concedere vel relin-
quere voluerit, intelligitur facta ipſi ſti-
pulanti. *l. ſecundum reſponſum. 4. C. de con-
trah. & commut. ſtip. ubi Bald. & Ang. iſtum
text. reputant pro ſingulari, & idem Bald. in l.
cùm poſt 69. §. gener. 4. ff. de jure dot.* non
minùs, atque valet promiſſio facta ei,
quem ſtipulator nominabat. *Bald. in l. 1.
num. 5. in fin. & ibi alii moderni de pact. Iaſ. in
l. ſi ita ſtipulatus. 109. num. 6. de verb. oblig.*
Cumque in propoſito noſtro creditor
contulerit ſolutionem debiti, non tàm in
ſe creditorem, quàm in quemcunque
poſſeſſorem iſtius autochiri, ſatis dici-
tur nominatus in inſtrumento is, qui

nunc exigit tale nomen ex vi originalis, ab ipſo producti. *Rebuffus in ord. reg. Gall. tomo 1. de lit. oblig. art. 1. gloſ. 9. num. 34.* Et hoc eò magis videtur procedere, quòd inſtrumentum ex parte ejus, cui ſolutio fieri debet, nihil aliud requirat, niſi poſſeſſionem, quæ nihil commune habet cum proprietate. *l. naturaliter. 12. §. nihil commune. de acquir. poſſ. l. 1. §. hujus autem rei. l. ſi duo. 3. §. fin. in f. uti poſſid. l. ſi mulier. 21. §. qui poſſeſſionem. 2. quòd metus cauſ.* Adeoque talis poſſeſſor non debet gravari cum probatione tituli, qui titulus præſumitur primò ex eo, quòd creditor non tàm ſibi, quàm cuilibet poſſeſſori literarum obligativarum ſolvi ſtipulatus ſit, & deinde, quia præſens exactor poſſideat talem cautionem, & ſic non obſtet ei exceptio: Tu non es nominatus in inſtrumento, quia replicabit, licet nomen ejus non contineatur expreſsè in inſtrumento: tamen tacitè comprehenditur ſub perſona ejus, qui poſſidebit iſtud inſtrumentum, ac ſufficit aliquid per ſe eſſe certum, vel relatione ad aliud. *l. certum. 6. ſi cert. pet. l. in Sententiis, aliàs in ſumma. §. 1. ff. de re judic.* Sed

80 an ſaltem ab eo exigatur probatio, quod bonæ fidei poſſeſſor exiſtat? quilibet prima fronte reſponderet, etiam ad hoc cõpellendum non eſſe portitorem, ex quo bona fides in poſſidente tam diu præſumitur, donec contrarium ab adverſario doceatur. *l. non ex eo. 30. C. de evict. l. ſuper ſervis. 6. C. qui militare poſſunt vel non lib. 12. l. verius. 21 ff. de probat.* ſive aliquem titulum alleget, ſive nullum. *Felin. in c. ſi diligenti. num. 4. extra de præſcript. Bart. & Legiſtæ in l. Celſus. 27. ff. de uſucap. Molin. conſ. 20. num. 12. & 3. vol. 1.* [ſemper enim neceſſitas probandi incumbit illi, qui agit. *d. l. verius. 21.*] Et hujus ſententiæ, quòd videlicet poſſeſſor inſtrumenti originalis, qui petit executionem inſtrumenti vel ſtatuti, dictantis, non tantùm creditori, ſed cuicunque portatori vel exhibitori literarum obligationis ſolutionem faciendam eſſe non teneatur probare, iſtud inſtrumentum ſibi per creditorem eſſe traditum, ſed ſufficiat, oſtendi originale judici, item debitori, ad hoc, ut fiat parata executio, videtur eſſe Rebuffus *in d. tract. de lit. oblig. art. 1. gloſ. 9. nu. 34. allegando Boërium in ſuis deciſ. Burdegalenſibus deciſ. 145. ubi tamen de hoc verbum nullum,* voluit forſan allegare deciſion. Boerii *q. 281. num. 6. & 7.* ubi tamen nihil aliud legitur, quàm ex traditione inſtrumenti præſumi mandatum exigendi debitum, in ipſo inſtrumento contentum, quod & firmat Guido Pap. *deciſ. 13. num. 3.* cùm non debeat præſumi ſubtractio. *Rebuffus ubi ſupra per l. merito. 51. ff. pro ſoc. adducit etiam Ioan. Gallum in quæſt. per areſta. quæſt. 4.* Cæterùm, illa ratio val- 81

de eſt infirma, ut enim maximè non præſumatur, ex cauſa furtiva inſtrumentum eſſe penes hodiernum detentatorem: tamen poſſet eſſe ex cauſa depoſiti, & ſic non pareret aliquam actionem depoſitario, *per ea, quæ tradit Bald. in l. Mævia. 41. num. 1. & 2. ſolut. matrim. & notavimus ſupra num. 77.* Ac certè in hoc Rebuffus ſibimet contrarius eſt, in eo ipſo loco ſuperiùs allegato, *num. 28.* ubi tradit pro regula, quòd inſtrumentum habeat paratam executionem ſolùm pro creditore, & ejus hærede, non autem pro extraneo, non nominato in inſtrumento, *allegat Iaſon in l. ſi quis nec cauſam. 4. num. 10. ff. ſi cert. pet. & Decius in c. cùm teneamur in fin. extra de appellat. & adſtipulatur Bald. in l. 1. num. 2. C. communia de legatis.* Ideò altera opinio verior, & magis juridica eſſe videtur, puta, quòd tali poſſeſſori incumbat probare ſaltem de traditione, quòd videlicet iſtam cautionem habeat ex voluntate & traditione domini, & per hoc effectus ſit bonæ fidei poſſeſſor, quo caſu præſumitur eo ipſo conſtitutus in rem ſuam procurator pro exigendo debito ab ipſo principali, virtute clauſulæ in inſtrumento comprehenſæ, quòd etiam bonæ fidei poſſeſſori ſolutio fieri debeat, & in illis terminis intelligendum eſt dictum Boërii *deciſ. 281. num. 6.* & Guido-

nis *deciſ. 13. num. 3.* Pro qua ſententia movet, quòd, qui fundat intentionem ſuam in aliqua qualitate, quæ habet ſe ad eſſe, & non eſſe, ſemper debet probare qualitatem, tanquam fundamentum ſuæ intentionis. *l. ei incumbit. 2. & ibi notat Albericus de Roſate num. 8. de probat. & l. habebat. 13. in princ. de inſtit. act. l. cum actum. 17. de negot. geſt. l. ſi creditores. 31. de reb. authen. jud. poſſid.* Cumque probabiliter dubitari poſſit, an portitor inſtrumenti ſit poſſeſſor bonæ vel malæ fidei, niſi conſtet, de voluntate domini poſſeſſionẽ inſtrumenti ad producentem perveniſſe, meritò exigitur ab eo probatio bonæ fidei poſſeſſionis, quæ ex traditione producti inſtrumenti præſumitur, alias ſiquidem 82

per

per ſolutionem ejus, quod continetur in
inſtrumento, debitor non acquiret libe-
rationem, niſi creditor deinceps illam
ratam habeat, *l. vero procuratori. 12. l. ſi ſer-
vus. 32. l. ratum. 13. l. quod ſi fortè. 14. & l.
qui hominem. 34 §. ſi nullo. 4. de ſolut.* Unde
83 alibi ſcriptum legitur: quando ſtatutum
vel inſtrumentum requirit certam quali-
tatem, tunc non ſufficit conſtare de illa
qualitate per præſumtionem juris, ſed de-
bet liquidò probari. *Albericus de Roſate in l.
ſi verò. 5. §. qui pro rei. num. 5. qui ſatiſd. cog.*
ubi infert: Stante ſtatuto, quod nulli ad-
mittantur ad dignitatem ſenatoriam, ni-
ſi habentes mille in bonis, licet is, qui in
præterito dives fuit, reputetur etiam in
præſens non factus pauperior aut inido-
neus, cùm de præterito in futurum præ-
ſumatur. *l. ſi defunctus. 10. inſ. C. arbit. tu-
telæ.* tamen illa præſumtio non relevat ab
hoc, quin compellatur adſpirans ad ho-
nores probare, ſe tantum in bonis habe-
re, & e contra, ſtante ſtatuto, quòd pau-
peres poſſint ſe excuſare à muneribus, li-
cet quis alleget præſumtionem juris pro
ſe, cùm quilibet naſcatur nudus & absq;
divitiis. *c. ſicut hi. §. ſed ait aliquis. diſt. 47.*
juxta illud Catonis:

Infantem nudum cùm te natura creârit.

Nihilominùs volens gaudere immunita-
te, debet probare id, quod eſt fundamen-
tum ſuæ excuſationis a muneribus. *Alber
d. §. qui pro reo. num. 5. per l. fin. ff. de lib.
agnoſ. & §. item propter. Inſtit. de excuſ. tut.*
Sic in ſimili videmus, licet feudum po-
tiùs præſumatur vetus, quàm novum, cū
id, quod naturale eſt (puta, ex ſucceſſio-
ne anteceſſorum noſtrorum acceptum)
magis præſumatur, quàm, quod eſt acci-
dentale. *l. qui habet. 3 in pr. de tutel.* & alias
dicitur: quamlibet rem magis intelligi
85 veterem, quàm novam. *gloſ. clem. literas.
verb. reatum. de reſcript. quam allegat & com-
mendat Bald. conſ. 269. incip. tres ſunt ſenten-
tiæ. vol 2.* tamen is, qui vendicat feudū,
ſi allegat antiquum, non obſtante præ-
ſumtione, quam pro ſe habet, tenetur
qualitatem, quam intendit, probare.
*Martin. Laudenſ. Alvarot. & alii in c. 1. §. fin.
de grad. ſucced. per text. c. 1. de conten. inter
me & dom. & c. 1. §. cum autem de contro-
verſ. inveſtit. in uſib. feud.* Et quod fundans
ſe in qualitate, etiam à jure præſumta, ſi
negetur per adverſarium, teneatur eam
probare, teſtatur Tiraquell. *de retract. ligna-
gier. §. 36. gloſ. 1. n 93. 94. 97. 98. & 99.* ubi
addit: quantumvis aliàs qualibet res in
dubio præſumatur allodialis, tamen ſi
quis actoris perſonam repræſentet, in-
tentando, libellatas res eſſe patrimonia-
les, tenetur id, quod eſt fundamentum
ſuæ intentionis probare. Et ſuperiùs. *nu.* 86
59. 60. 61. & ſeqq. multis probatum fuit,
per productionem inſtrumenti origina-
lis, non aliter videri fidē factam de man-
dato actoris, niſi doceatur, quòd inſtru-
mentum devenerit ad detentorem, cùm 87
bona voluntate domini, *per ea quæ tradit
And. de Barbat. in c. coram. n. 6. 7. & 8. & ibi
Felin. num. 9. extra de offic. deleg. Roma. ſing.
693. & conſ. 446. num. 13.* Quod ſi verum
eſt in ſimplici mandatario, qui alieno
nomine agit, multò magis idem juris in
eo ſtatuetur, qui proprio nomine experi-
tur, & in quem dominus, non aliter pro-
bata bonæ fidei poſſeſſione, non intelli-
gitur in dubio profudiſſe ſuam ſubſtan-
tiam. *Molin. conſ. 20. num. 2. vol. 1.* Non ob-
ſtat dictum Rebuffi *de literis obligator. art. 1.
gl. 9. num. 34.* quia confunditur per com-
muniter notata Doctorum. *in l. Mævia. 48.
ſolut. matrim. de quo ſupra num. 59. & ſeqq. &
num. 68. & 69. item 76. & 77.* Probata itaq; 88
traditione inſtrumenti, intelligitur in
propoſito jus agendi collatū in accipien-
tem tanquam bonæ fidei poſſeſſorē, ideo
convent⁹ debitor non [illegible] ab exigen-
te poſtulare titulum, vel ſollicitus eſſe, an
ſuo, vel alieno nomine petat debitū, item
an eam pecuniā ſit verſurus in uſum pro-
prium, aut alienum, cùm ei obſtet repli-
catio; ego bona fide poſſideo hoc inſtru-
mentum, ideoque, cùm ſolutio non tàm
in creditorem, quàm in bonæ fidei poſſeſ-
ſorem collata ſit, ego, quò ad te, liberas
ædes habeo. *l. loci corpus. 4. §. competit. ff ſi
ſer. vendic. cum l. fin. C. de rei vindic.* & ita mi-
hi, tanquam ad ſolutionem adjecto rectè 89
ſolvitur. *l. eum qui ita. 56. §. qui ſibi, vel fi-
lio, aut extraneo aliquid dari ſtipulatur. ff. de
verb. oblig. l. cùm quis. 38. §. ſi debitorem meū
juſſeram Titio ſolvere. 1. l. Stichum aut Pamphi-
lum. 95. §. uſumfructum mihi aut Titio. 6. eum
§. ſeq. ibi: perſona filii ſolutionis gratia adje-
cta eſt. ff. de ſolutio.* Dum enim adjecto ſol-
vitur, principali creditori ſolvi videtur.
l. ſi ita ſtipulatus ſim mihi aut Titio. 159. eod. tit.
[Et ſi adjecto in obligatione ſolvatur in-
debitum, illud poteſt a principali ſtipula-
tione condici: quia nihil refert, an ego te
jubeam adjecto ſolvere, an verò ab initio
ſtipulatio ita concepta ſit.] Ac ſi quis ur- 90

geat, quaſi talis ceſſionarius producens
inſtrumentum principalis obligationis ſi-
bi traditum, ſaltem non habeat aliquam
petitionem vel exactionem contra debi-
torem, & ſic in ſolo arbitrio debitoris re-
ſidere videatur, cui videlicet ſolvere ve-
lit, an adjecto, vel vero & principali cre-
ditori. *Ioan. de Imola in d. l. cum qui 114. §. qui ſibi ſuper gloſſa, verb. ſolutionem. per l. Cajus. 45. verſ. ſed dicendum eſt, ſolut. matrim.*
91 maximè, cùm alibi dicatur, quòd alteri
per alterum non acquiratur actio ex ſti-
pulatu, *l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. 17. cum l. inter ſtipulantem. 38. ff. de verb. oblig.* re-
ſpondetur primò, quòd cedens ex nume-
ratione, voluerit acquirere tertio actio-
nem. *Alex in l. certi condictio. 9. §. ſi nummos. num. 3. ſi cert. pet.* quia potentior eſt actus
naturalis ad acquirendum alteri, quam
civilis. *l. ea quæ civiliter. 53. ff. de acquir. rer. dom.* ideò acquiritur etiam ex ſtipulatu
actio ſine omni exceptione. *Alex. d. § ſi nummos. num. 9 & facit l. ſingularia. 15. ſi cert. pet. cum l. ſi abſenti. 4. C. eod. tit. & l. 2. C. per quas perſonas nobis acquir. & ita tenet etiam Gomezius tom. 2. cap. 11. num. 18. verſ. quintus caſus. ubi addit: communiter Dd. ita tenere. per l. quoties. 3. C. de donat. quæ ſub modo. ubi gloſſ. & alii interpretes ita concludunt, & idem Gomezius ibid eo n. verſ. ſextus caſus, per l. ſi* [illegible] *Cornelius 82. quàm ipſe, poſt Bart. ibi, reputat unicam & ſingularem. ff. de ſolut. poſt Baldum in rub. extra de pactis. & Angel. in l. 1. ff. de pact.* Deinde, quòd de
adjecto dicitur, quaſi ei denegetur exa-
ctio vel proſecutio pecuniæ per alium
creditæ, hoc fortè procedere poſſet in
eo, qui ſe fundat ex ſola & nuda poſſeſſio-
ne inſtrumenti, absq; videlicet probatio-
ne traditionis, factæ per principalem cre-
ditorem, ut cui iſtud inſtrumentum fortè
potuit eſſe ſubtractum: ſecùs eſt, ſi de tra-
ditione probetur, quo caſu, ut poſſeſſor
bonæ fidei, actionibus, ſaltem juris fi-
ctione, vel præſumtione ipſi ceſſis, utitur,
exigendo debitum, tanquam ſolutioni
92 adjectis, cùm ceſſio de corporalibus nihil
aliud ſit, niſi traditio, & inſtrumenti tra-
ditio habeatur loco ceſſionis in præſen-
tem vel inhærentem cauſam. *Bald. in l. fin. C. quando fiſcus vel privat. per l. 1. C. de donat.* ubi traditio inſtrumentorum, ſuper em-
tione mancipiorum inducit in effectu
donationem, & traditionem ipſorũ man-
cipiorum, quem textum Baldus breviter
ſummat: quòd tradens inſtrumentũ in-
telligatur tradere poſſeſſionem rei in in-
ſtrumento comprehenſæ, ac ſequitur
Joan. de Imola *in l. Mævia 48. in princ. ibiq; Ang. num. 1. ff. ſolut. matr.* Quod vel maxi- 93
me procedit, ſi probatur, illud inſtrumen-
tum debiti in ſolutum traditũ fuiſſe, quo
caſu venditio nominis contracta intelli-
gitur. *Ang. in d. l. Mævia. num. 2. per l. ſi prædium. 4. C. de eviction. cum l. nominis venditio. 5. C. de hæred. vel act. vend.* Cumque in pro-
poſito concurrant duo vincula: unum ni-
mirum, quòd bonæ fidei poſſeſſor litera-
rum, de qua fit mentio in litera, habetur
pro adjecto ad ſolutionem, & creditor
deinceps illi ipſi tradit inſtrumentum
debiti, non eſt mirum, quare huic poſ-
ſeſſori & petitio, & exactio debiti com-
petat debitorq; etiam invitus, compelli
poſſit ad ſolvendum illud capitale cum
acceſſoriis de quibus ſonat inſtrumentũ.
Ex quo nunc & illud infertur, quòd cre- 94
ditores creditoris, ut qui nullum habent
in manibus inſtrumentum originalis de-
biti, fruſtrà inſtituant proceſſum execu-
tivum contra debitores ſui debitoris, et-
iam executivè obligatos, cum in nomina
debitorũ non aliter judicetur, vel inſtru-
mentorũ executivorũ executio expedia-
tur, quàm ſi nihil aliud ſit, quod in cauſã
pignoris à debitore principali accipi poſ-
ſit. *l. à Divo Pio. 15. §. ſic quoq; judices. ff. de re jud.* ſemper n. obſtat experienti exceptio:
Tu non es nominatus in inſtrumento: 95
niſi probet, ſe cauſam habere à debitore
& ſua intereſſe. *ita Rebuffus de literis obligator. art. 1. gl. 9. num. 28. per l. ad probationem. 21. C. de probat. l. Iulianus. 131. cum l. ſi ſim ſtipulatus. 133 & utrobiq; Iaſ. ff. de verb. oblig. & idem Iaſ. in l. ſi cui legetur. 49 §. ſi Titio. 4. num. 4. de leg. 1. allegando Baldum in l. 1. num. 3. C. quorum lega.* Ideo alibi Baldus 96
refert ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta
confeſſionata mandentur executioni,
iſtud, ſecundùm eum intelligitur ad peti-
tionem creditoris, non autem tertii ex-
tranei, etiamſi illius tertii interſit. *Baldus in l. ſi pater marito. 5. per illum textum nu. 2. C. de dotis promiſ. qua de re paulò pòſt in hac ipſa parte, cap. 3. nu. 457. aliquid etiam tangemus.*

Sicut autem in præcedentibus tactum 97
fuit, competere hoc jus paratæ executio-
nis omnibus illis, qui cauſam habent à
creditore, dummodò probent titulum: ita
pro octava ampliatione concluſionis no-
ſtræ ſciendum eſt, iſtud extendi etiam ad
alias perſonas, quę nullam habent cauſam
à creditore, ſed a lege, prout ſunt tutores,
curatores, & generaliter omnes Prælati

eccle-

ecclesiarum & communitatum, item œ-
conomi, hoſpitalarii, & ſimiles perſunæ,
quibus à lege defettur adminiſtratio bo-
norum alterius. *Bart. in l. hoc jure. num. 3.
per l. quòd ſi fortè. 14. §. 1. de ſolut. Rebuff. de
literis oblig art. 2. gloſ. 1. num. 18.* cùm hi
omnes, in adminiſtratione commiſſorum
negociorum, loco dominorum habean-
tur. *L. interdum. 56. §. qui tutelam. 4. de fur-
tis. l. qui fundum. 7. §. ſi tutor. 3. pro emtore. c.
volumus. & ſeqq. diſt. 89. c. ſalvator. 1. q. 3.* Ex
98 quo nunc inferrur, pupillis, minoribus,
prodigis & ſimilibus perſonis denegari,
jura ſua executiva, ſi quæ habeant, in alios
devolvere, vel transſcribere, prout & a-
liter non poſſunt actus ſibi præjudiciales
exercere, ſine interventu tutorum, cura-
torum & ſimilium perſonarum, ſub qua-
rum ſunt poteſtate: ſicut & iisdem non
conceditur, paratam executionem adver-
ſus debitores ſuos petere, cũ ſemper ipſis
obſtet, quod legitimam perſonam ſtandi
in judicio non habeant. *l. 1. & 2 C qui le-*
99 *git. perſon. ſtandi in jud.* Ex quo & illud ſe-
quitur, bannitis vel proſcriptis, ſicut &
excommunicatis, recuſari iſtud beneficiũ
paratæ executionis adverſus ſuos debito-
res, cùm, virtute generalium conſtitutio-
num imperii, quas vocamus, Die Reichs-
abſchiede / interdicatur illis non tantùm
proſecutio ſuarum actionum, ſed etiam
caſſentur iisdem omnes obligationes, cõ-
tra quemcunq; competentes, prout appa-
ret ex conſtitutione Wormacenſi, de pa-
ce publica, cujus tenor repetitur in ſecun-
da parte ordinationum Cameræ imperii
cap. 9. Etſi enim contra proſcriptos, vel 100
excommunicatos etiam de jure commu-
ni non denegetur actio, ne videlicet ex
ſua malitia commodum reportent. *c. in-
tellleximus. extra de judic.* tamen ipſi, tan-
quam actores, in judiciis experiri neque-
unt, *c. excommunicamus. §. credentes. extra
de hæretic. & c. ſi verò. de ſent. excommun.* ſi-
cut & banniris denegatur, jura & actio-
nes ſuas in alios transſcribere. *Anton. de
Butr. in d. c. intelleximus. num. 9.* niſi ex cau-
ſa neceſſaria, puta; judicati, vel ſimili, i-
ſtud facere decreto judicis compellantur,
tunc enim ceſſionariis illa exceptio ban-
ni, quę obſtabat principali, objici non po-
teſt. *Bal. in l. per diverſas. 22. n. 13. C. manda-
ti. Bart. in l. dolt. 19. num. 12 ff. de nov. at fa-
cit l. exceptiones. 3. quæ perſonæ in
pr. de except. tit. gene-
rali.*

SUMMARIUM
CAPITIS III.

1. Executio parata, contra debitorem executi- vè obligatum, peti poteſt coram judice do- micilii, pro immobilibus, vel mobilibus ibidem ſituatis.

2. Statuta regulariter ligant omnes homines & ſubditos ſtatuentium.

3. Locus contractus tribuit competentiam fori, quatenus ibidem reperitur debitor in per- ſona. num. 5. vel cum rebus immobilibus, num 6. aut quæ iis æquiparantur, ut eſt taberna cum mercibus. num. 7.

4. Argumentum à perſonis ad res valet, & num 8.

7. Merces in taberna ideo æquiparantur rebus ſoli, quòd in locum diſtractarum ſubinde ſuccedunt novæ.

9. Bonorum ſituatio, abſq; eo, quod debitor eo in loco contraxerit, aut domicilium ha- beat, non operatur fori competentiam, item num. 15. 16. & 17. niſi in actioni- bus realibus. num. 18. 20. & 23.

Poſſeſſiones, ſituatæ in aliquo loco, trahunt ad ſe perſonam, & quomodo hoc intelliga- tur. num. 23.

11. Judex pro executione aditus, non poteſt in- jicere manum in bona alterius territorii, niſi ſubſidiariè. num 19.

12. Territorium cujusq; judicis clauditur certis finibus, ac menſura, non animo conſtat.

13. Executio petitur à judice loci, ubi bona ſi- tuantur.

14. Statutum in rem loquens, ſi tribuat inſtru- mentis paratã executionem, afficit bona et- iam forenſis: ſed non operatur fori com- petentiam, quòd videlicet debitor, alibi degens, ibi exigi poſſit. num. 15. & 22. niſi ibidem etiam contraxerit. 16. vel de- liquerit. 17.

15. Actio perſonalis non ſequitur fundum, ſed intentatur coram judice domicilii rei. nu- mero 20.

16. Bona forenſis in loco ſtatuti ſituata, ratio- ne contractus ibidem geſti, paratæ exe- cutioni ſubjacent.

17. *Fugitivi delinquentis bona, in loco delicti pro parata executione capi poſſunt, quatenus pro delicto civiliter agitur.*

18. *Realis actio coram judice loci bonorum, vel domicilii, intendi valet.*

19. *Iuriſdictio una alteram fortificare tenetur.*

21. *Statutum paratæ executionis in bona debitorum concernit formam proceſſus, non autem ligat forenſem: niſi ibidem contraxerit, quo caſu afficit tantùm bona ſoli, ibidem reperta, & quæ iis æquiparantur, puta, habere in loco tabernam, vel officinam cum mercibus. num. 23. non autem comprehendit alias rès mobiles tranſitorias. 24.*

22. *Statuta locorum non ligant forenſes non ſubditos, niſi ibidem contraxerint, & reperti fuerint.*

25. *Legatum domus, eorumq; quæ ibi ſunt, non extenditur ad res ibidem non duraturas.*

26. *Mobilia quotidiè de manu in manum tranſeunt.*

27. *Pecunia eſt de iis rebus, quæ ſervando ſervare nequeunt.*

28. *Pecuniæ deſtinatæ ad emtionem prædiorū, an rebus ſoli connumerentur, adeò, quòd maritus, cui ex ſtatuto loci debetur fortè quarta pars bonorum uxoris immobilium, etiam partem captat in dictis pecuniis.*

29. *Mobilia cohærent perſonæ domini, ideò ſtatutum paratæ executionis non extenditur ad bona forenſis mobilia, tanquam tranſitoria.*

30. *Iudex perſonæ dicitur etiam competens judex rerum ipſius.*

31. *Confiſcatio bonorum facinoroſi trahitur non tantùm ad bona in Imperio Romano, ſed etiam extra illud ſituata.*

32. *Mobilia eſſe de territorio, ubi reperiuntur, quomodo accipiatur.*

33. *Nomina debitorum eſſe ubique, quo pacto intelligatur.*

34. *Mobilia forenſis tranſitoria, & nomina debitorum, non comprehenduntur ſub ſtatuto loci, ubi reperiuntur per tranſitum, ſicut & ſi debitor alibi eſt poſſeſſionatus, ſequeſtrari nequeunt, num. 35. quatenùs conſuetudine longæva aliud introductum non eſt. num. 38.*

36. *Areſtum rerum vel perſonarum regulariter decernitur cum clauſula: In quantum de jure.*

37. *Clauſulæ, In quantum de jure, effectus eſt, quòd ejus determinatio pendet à futuro eventu.*

39. *Areſtum injuſtè factum relaxatur & condemnatur areſtator ad expenſas & intereſſe partis.*

40. *Areſtantes, ad inſtantiam judicis, onerantur cautione de judemni ſervando tribunali, & refundendis expenſis, in caſu ſuccumbentiæ.*

41. *Executionis paratæ permiſſio in bona debitoris ex conventione, comprehendit omnia mobilia, etiam extra domicilium rei, ubicunq; reperta, quantumvis ſint in tranſitu: niſi res quædam ſpeciali privilegio ſint exemtæ. 42.*

43. *Fidejuſſor debitoris appellatione comprehenditur, & in eum, ex vi ſtatuti, vel pacti, manum injici poteſt, quemadmodum contra debitorem, ſivè ſit fidejuſſor judicatum ſolvat, ſivè contractus. 44. De quo tamen poſteriori ambigitur ex ſententiâ Bartoli, ſed diſſolvuntur contraria. 45. Et an in fidejuſſorem judicio ſiſti. 47.*

46. *Fidejuſſoris bona intelliguntur aggregata eſſe facultatibus debitoris.*

47. *Reus tenetur cavere judicio ſiſti, etiam in pecuniariis cauſis: de jure tamen Saxonico & uſitato ſecùs. 48.*

49. *Executio parata ex vi ſtatuti non conceditur pro debito illiquido.*

50. *Fidejuſſor non ſiſtens reum, ſive pro cauſâ pecuniaria ſive pro criminali condemnatur in pœnam pecuniariam, arbitrio judicis declarandam, tàm de jure civili, quàm Saxonico. 54.*

51. *Liberum corpus non recipit æſtimationem pecuniariam, de jure civili: ſecùs de Saxonico. 52.*

53. *Fidejuſſor judicio ſiſti pro accuſato criminaliter non obligatur ad pœnam corporalem.*

54. *Fidejuſſor de ſiſtendo reum in judicio criminali, non recipitur, niſi, in caſu non factæ exhibitionis, promittat certam pœnam pecuniariam, & num. 66.*

55. *Pœna pecuniaria, per fidejuſſorem, de ſiſtendo reū in certo termino, etiamſi committitur ſtatim lapſo die juridico, tamen mox executivè contra eum procedi non poteſt, ſed indulgetur fidejuſſori aliud tempus, ad denuo ſiſtendum reum. 56.*

57. *Fidejuſſor non ſiſtere valens reum accuſatum, poteſt in ſe ſuſcipere judicium, & ante condemnationem in cauſa evitat pœnam pecuniariam, dummodò ita conventum*

tum ſit, quòd abſentem defendat, aliàs non. 58.

59. *Fidejuſſor non convenitur ad pœnam, durante impedimento adverſæ valetudinis, vel ſimili, in perſona rei. Idemq; eſt, ſi facto magiſtratus in judicium venire prohibeatur.* 60. & 61. *item ſi mors rei intervenerit.* 64.

61. *Iudicii locus debet eſſe ſecurus.*

62. *Rei contumacis bona pro cauſa criminali annotantur.*

63. *Reus, in cauſis, corporalem pœnam concernentibus, uſq; ad fuſtigationem, & ultrà, tenetur ſemper ſe in perſona ſiſtere.*

64. *Mors ſubſecuta extinguit crimen & pœnam accuſati, ſicut & obligationem fidejuſſoriam.* num. 65.

67. *Impoſſibilitas facti excuſat à pœna.*

68. *Pœna conventionalis abſorbet pœnam legis, vel judicis, & poteſt eſſe major, quàm ſit legalis.* num. 69.

70. *Pœna non ſiſtentis reum, quem exhibere promiſit fidejuſſor, de jure Saxonico non eſt major, niſi unius vverigeldi, quod, an ſit univerſaliter verum, videatur num.* 82. 86. & 89.

71. *Fidejuſſio in criminalibus cauſis multò facilior eſt in terris Saxoniæ, quàm in civilibus.*

72. *Captus de jure civili non relaxatur ſub fidejuſſoribus, ſi crimen meretur pœnam ultimi ſupplicii, vel fuſtigationis. De jure verò Saxonico, ceſſat relaxatio quando criminoſus accuſatur, vel citatur realiter aut perſonaliter, priusquam pernoctetur delictum.* num. 74.

73. *Intellectus l. nullus. C. de exhib. & tranſmitt. reis.*

74. *Capi in ipſo facto, & in fuga facti* (in handhafftiger That) *pariſicantur. & dicitur in fuga conſtitutus, donec fugitivus recipiat ſe ad locum ſecuritatis, ad quem tendebat.* 75.

76. *Fugiens judicium videtur de cauſa ſua diffidere.*

77. *In fuga captus dicitur etiam deprehenſus cum evaginato gladio.*

78. *Captus etiam in manuali facto non ſtatim decapitatur, ſed auditur cum ſuis defenſionibus: exceptis furibus, & latronibus.* 79.

80. *Contumax ad citationem judicis, ſuper delicto nondum pernoctato, ſtatim bannitur.*

81. *Violator juratæ pacis abſq; mora condemnandus.*

82. *Captus poſt intervallum, non in facto manuali, relaxandus eſt indiſtincte ſub fidejuſſoria cautione, aſcendente ad ſummã unius vverigeldi, de jure Saxonico, vel, ſi ipſe ſit in tantum poſſeſſionatus, dimittitur etiam abſq; fidejuſſoribus.* 83.

84. *Captus in manuali facto habet contra ſe præſumtionem juris, donec probet de ſua innocentia, quod non eſt in perſona capti poſt factum, vel fugam facti.*

85. *Negando factum res efficitur dubia.*

86. *VVerigeldi ad ſummam fidejuſſio hodiè ſublata eſt.* & num. 90.

87. *Fuga inducit præſumtionem delicti.*

88. *Reus non dimittitur ſub fidejuſſoribus, niſi habeat aliquas præſumtiones innocentiæ, vel legitimas defenſiones pro ſe.*

89. *Fidejuſſor judicio ſiſti, quamvis pro reo ſolvat pœnam vverigeldi, vel aliam pecuniariam, tamen nihilominùs proceditur contra reum ad bannimentum.* & num. 93. & 99.

91. *Pœna promiſſa per fidejuſſorem de judicio ſiſti, & commiſſa, de jure civili ſolvenda eſt judici, ſecùs de iure Saxonico,* num. 92. *niſi pœna pro bannito ſtipulata ſit, tunc enim ipſa quoq; iudici, nõ parti committitur.* 93.

94. *Pœna conventionalis applicatur parti læſæ, & judex nihil conſequitur ratione talis delicti, niſi ſuam emendam, quæ eſt* 60. *ſolidorum* 95. *quatenùs de conſuetudine longæva jus majoris mulctæ non præſcripſerit.* 96.

97. *Captivum dimittens cum fidejuſſoribus ſub ſumma pecuniaria, in eventum non exhibiti rei, per hoc non efficit, cauſam civilem quæ antea fuit criminalis: niſi de contraria intentione partium conſtet* 98.

99. *Proteſtatio, de non efficiendo cauſam ſuper crimine motam civilem, retinet eam criminalem quia habet vim clauſulæ: Reo manente pacto,* num. 103.

100. *Pœna pecuniaria, ob contumaciam rei non exhibiti, ſoluta parti, non adimat accuſatori, jus proſequendi pœnam juris adverſus reum, ſaltem uſq; ad pœnam banni?*

101. *Pœna corporalis minima etiam, quavis pecuniaria eſt major.*

102. *Bannitus ex capite contumaciæ, ſi ſe à proſcriptione liberare intendat, datis fidejuſſoribus in certam ſummam pecuniæ de proſecutione ſuæ innocentiæ, ſi poſtea*

contumax fiat, tunc & fidejuſſores pecuniam promiſſam amittunt, & nihilominùs proceditur contra reum ad ſecundum bannimentum.

104. Novatio proſecutionis criminalis contra reum, non præſumitur per ſtipulationem pœnæ pecuniariæ cum fidejuſſoribus, in caſu non exhibiti rei, de cujus relaxatione agitur.

105. Tranſactio ſuper crimine, factæ inter partes, magiſtratui non tollit proſecutionem pœnæ contra reum: licet eo caſu mitiùs puniatur. 106. aliqui tamen contrarium ſentiunt num 107.

108 Hæredes fidejuſſorum, item debitorum, eodem modo tenentur executivè.

109. Debitor in diem, vel ſub conditione, antequam exiſtat dies, vel conditio, executivè conveniri vel areſtari, in bonis, aut perſona, non poteſt, niſi ſit ſuſpectus de fuga, vel dilapidatione bonorum. 111. vel metuat creditor, ne interim alii ipſum antevertant. 113. & n. 114.

110. Iudicium uti de futuro eſſe non poteſt, ita nec executio.

112. Hæredibus infra tempora conficiendi inventarii, parcitur circa executionem.

115. Vigilantibus jura ſubveniunt.

116. Areſtum pro debito conditionali, vel in diem, diſſolvitur per cautionem de ſatisfaciendo adveniente die, vel exiſtente conditione.

117. Parentes, liberi, ſocer, maritus, patronus, & ſimiles perſonæ, non executantur in ſolidum: cujus tamen contrarium de conſuetudine obſervatur. 129. niſi ex ſpeciali gratia creditorum aliud impetrent. 130.

118. Donator, item ſocius, executantur in quantum facere poſſunt.

119. Militibus armatæ, togatæ, vel cœleſtis militiæ, circa executionem debet tantum relinqui, ne egeant: niſi creditor ipſemet inopia laboret. 126.

120. Alimenta privilegiatorum tribuuntur ſecundùm conditionem perſonarum.

121. Dignioris conditionis homini, circa executionem, pro exhibitione plùs tribuitur, quàm viliori.

122. Ruſtico ſufficit pro alimentis panis ater, cum cæpis & alliis.

123. Contra Doctores & Magiſtros, aliosq; qui ex opere artis vivere poſſunt, executio in ſolidum procedit. & num. 131.

124. Executionis, in quantum reus facere poſſit, qualis ineatur ratio, & quid hac in re potius ſequendum, ac conſuetudo horum locorum obtineat. num. 125.

126. Altare unum cooperire, diſcooperto alio, parùm habet utilitatis.

127. Reverentiali juri renunciare non licet, & n. 128.

129. Donatoris pactum, quòd in ſolidum videlicet conveniatur, valet.

132. Militibus ſive armatæ, ſive togatæ militiæ, circa executionem non debent auferri arma, & libri. 134 item 137. Secus de conſuetudine, 139 & quando aliud non habent 145.

133. Repræſaliæ non extenduntur ad clericos & ipſorum bona, pro ſtudiis clericalibus habita.

135. Doctorum privilegium intelligitur de promotis in legitimo ſtudio, non autem de bullatis, ubi de requiſitis ad gradum Doctoris obtinendum, & probationibus quibus qualitas Doctoralis poteſt probari. 136.

138. Immunitas tributa pro neceſſariis alicujus præſidis, vel alterius privilegiati, non extenditur ad alias merces, non pertinentes ad ipſorum uſum.

139. Privilegii cauſa ceſſante, ceſſat privilegium. 163. ubi ſactis ſpecie hoc declaratur. Item 192.

140. Privilegio abutens, illo privatur, ſaltem in ea parte, in qua contra fecit. 141.

142. Clericus, in bonis extra cauſam ſuæ profeſſionis habitis, non gaudet privilegio, quo minùs in iis executetur.

143. Generalis conſuetudo, vel lex, extenditur etiam ad privilegiatos, in caſibus, in quibus ſpeciale privilegium non habent.

144. Stipendia Doctorum & Scholarium, quò ad executionem, ſunt privilegiata: niſi ipſimet iis abutuntur. 145. & 146. vel, niſi deficiant alia bona, in quæ expediatur executio. 148. & 152.

146. Miles, alienando humeralia, vel tibialia, fuſtigatur, ſi tota arma diſſipat, capite punitur. 147.

149. Scholares viſitando ſcholas, neq; tamen ſtudendo, non gaudent privilegiis.

150. Scholaris ut ſtudeat, cautela eſt pro parente, mittere ipſi exiguum viaticum

151. Innocentes ſæpè propter converſationem cum nocentibus patiuntur.

153. Propter quod unum quodq; tale eſt, illud magis habetur tale. Ideoq; perſonæ, quarum bona ſunt privilegiata, magis privilegiatæ

Digitized by Google

legiata ſunt, ita ut detineri perſonaliter non poſſint.

154. *Scholares debent tuti eſſe ab injuria & detentione perſonali.*

155. *Perſonæ detentio eſt magna injuria.*

156. *Carcerari faciens quem injuſtè, de jure Saxonico in ſingulas. 24. horas ſolvit carcerato 30. ſolidos.*

157. *Doctores & Advocati non ſunt perſonaliter detinendi pro cauſa pecuniaria, etiam ſtante ſtatuto, quòd debitores poſt moram ſiſtantur.*

158. *Clerici per laicos diſtringi non debent, aut pro repræſaliis capi & num. 160.*

159. *Parentes inviſuri filium in ſtudio, non debent capi pro repræſaliis.*

160. *Iudex ſecularis non debet tangere unctos Domini.*

161. *Nobiles, Barones, milites, & ſimiles perſonæ in dignitate conſtitutæ, non debent areſtari, niſi ſi quid de facto fiat, ubi tamen locum habet illud: Iuſtitia ſæpè premitur, ſed non opprimitur. 162.*

164. *Nundinarum tempore debitores non areſtantur, nec eorum bona.*

165. *Privilegio doctorali non convenit mercantias & cambia facere.*

166. *Laici clericis & ordini ſcholaſtico ſunt infenſi.*

167. *Talis quiſq; judicatur, qualis reperitur.*

168. *Clericus repertus cum armis, detinetur ut alius privatus.*

169. *Dignitatum ordo ſervandus.*

170. *Privilegia cujuſq; ita ſunt reſtringenda, ne, quantum fieri poteſt, lædant jus commune: niſi ſint redacta in corpus juris. num. 171.*

172. *Privilegia faciliùs tolluntur quàm jura communia.*

173. *Doctores, item nobiles, non debent pro maleficiis capi, vel torqueri: contrarium tamen ſervatur de conſuetudine. 174. dummodò præcedant indicia à legibus approbata. num 175.*

176. *Legis auxilium non meretur, qui contra eam delinquit.*

177. *Nobiles, & ſimiles in dignitate conſtituti, regulariter non debent poni in carceribus ſubterraneis, niſi priùs convicti ſint de crimine. 178.*

179. *Nobilibus multùm defertur in materia carcerum, quibus & tota civitas pro carcere deputatur.*

180. *Nobiles habent præſumtionem bonæ fidei pro ſe.*

181. *Eccleſiæ bona non debent deduci in executionem, ſive ex pacto, ſive ex ſtatuto, coràm ſeculari judice.*

182. *Poſſeſſio donata eccleſiæ ſub conditione, ea ceſſante, licitè revocatur: niſi converſa ſit in cœmiterium, vel ædem ſacram, quo caſu debetur donatori, propter non obſervatam legem contractus, rei æſtimatio. 183.*

184. *Conditionis defectus vitiat diſpoſitionem.*

185. *Executio juris excuſat à ſacrilegio, & injuria.*

186. *Veſtes, & alia pertinentia ad uſum debitoris, in executione non ſunt pignoranda, aliis rebus exiſtentibus.*

187. *Agricolæ, ſicut & ipſorum terræ, & inſtrumenta ad culturam fundi pertinentia, non ſunt in executione capienda pignori: niſi in defectum aliorum. 189.*

188. *Sterilitas agrorum præcavenda quoquo modo.*

190. *Agricultura nos omnes alit.*

191. *Legati, pro contractibus anteà in loco celebratis, neq; in rebus, neq; in perſonis ſiſti poſſunt, ne quidem pro repræſaliis 194. ſive ineundo, ſive redeundo. 193.*

192. *Ambaſiatores debent ſecum portare literas credentiæ, pro majore ſecuritate.*

195. *Legatorum privilegium concernit tantùm res neceſſarias ad uſum: ſecùs in aliis.*

196. *Legati, pro contractibus in loco legationis ibi celebratis, rectè exiguntur.*

197. *Peregrinantes ex probabili cauſa, habent ius revocandi domum, dummodò antè in loco, ubi conveniuntur, non contraxerint.*

198. *Romipetæ, & peregrinantes ex cauſa religionis, non debent repræſaliari.*

199. *Mulier pro debito non carceratur: niſi inhoneſtæ vitæ fuerit, 200. vel tutrix liberorum renunciaverit SC. Vellejano 201.*

202. *Pupillus abſq; tutore, non patitur paratam executionem in poſſeſſionem bonorum ſuorum, ex ſtatuto, vel pacto executivo, propter defectum conſenſus, & quod conditionem quidem ſuam meliorem facere poteſt, deteriorem verò non abſq; tutoris conſenſu. num. 203. niſi licentiam ingrediendi tantùm, non etiam adquirendi poſſeſſionem creditori permiſiſſet. 204. 205. vel ex contractu defuncti exigeretur. 214.*

206. Alienationis *vocabulũ accipitur de tranſlatione poſſeſſionis, quàm ſequitur jus uſucapiendi.*

207. *Pupilli factum habetur pro non facto.*

208. Poſſeſ-

408. Poſſeſſio naturalis, cui inhæretur corpore, amittitur per receſſum ex poſſeſſione, alio ingrediente.
409. Pupillus non poteſt alienare poſſeſſionem quæ conſiſtit in animo.
210. Poſſeſſio non transfertur ex contractu inutili, ratione deficientis conſenſus.
211. Principalis tituli nullitas reddit etiam poſſeſſionem nullam.
212. Alienatio facta per mulierem, ſtante ſtatuto, quòd mulier ſine conſenſu viri nihil alienet, non transfert etiam poſſeſſionem.
413. Maritus & uxor de jure Saxonico poſſident bona pro indiviſo.
215. Pupillus hæres, faciens adverſus factum patris, ſine tutoris conſenſu, non tenetur ad pœnam.
216. Privilegium, & conditio præſens ſucceſſoris, aut defuncti, an conſideretur circa executionem? & num. 303.
417. Heredum in perſonis conditio obligationis non immutatur, circa contractum cum defuncto conſummatum. 218.
219. Pupilli pubertas non expectatur in executione contractus paterni.
220. Ætas debitoris hæreditarii non infringit jus creditoris.
221. Pupillus non tenetur ad intereſſe tracti impedimenti vicino, cui pater promiſerat, per ſe hæredemvé ſuum non fieri.
222. Pupillo minùs cautè ſolvitur, ſi non & tutoris, & prætoris authoritas interveniat.
223 Pupillus pro liberanda ſua vel defuncti fide rectè ſolvit.
244. Præſcriptio nondum completa cum privato, in rebus deinceps ad eccleſiam pertinentibus, requirit tempus 40. annorum.
221. Nihil actum dicitur, quandocunque quid agendum ſupereſt.
216. Litis conteſtatio præcidit locum pœnitentiæ, circa juriſdictionem judicis.
227. Tutor regulariter non poteſt permittere creditori licentiam ingrediendi & adquirendi poſſeſſionem rerum pupillarium, in eventum non factæ ſolutionis: licet contrarium communiter teneatur per diſtinctionem inter jus reale & obligationem perſonalem. 228. 230. quæ reprobatur, & tenetur negativa. 229. Fallit in mobilibus 244 item in pacto ingrediendi poſſeſſionem. 243.
231. Poſſeſſio & res ſunt diverſa.
232. Poſſeſſio dicitur res momentanea, & parvi præjudicii, etiamſi agatur de re magna.
233. Hoc verum in poſſeſſorio recuperandæ, aliàs ſecus. 236.
234. Tutor in rebus pupillaribus domini loco habetur, quando benè adminiſtrat, ſecùs ſi malè. 243. quod caſu ſpeciali declaratur, 244. & refutantur contraria. 245.
235. Traditionis loco patientia eſt.
236. Poſſeſſio eo ipſo amittitur, quando quis conſtituit nolle poſſidere.
237. Bonæ fidei poſſeſſor dicitur, qui habet rem à domino, vel quaſi, & is uſucapit 240.
238. Uſusfructus rerum pupillarium, ſine prætoris decreto, etiam per tutorem non conſtituitur.
439. Licentia ingrediendæ & adquirendæ poſſeſſionis tribuit ingreſſo jus pignoris.
241. Præſcriptio tricennaria tuetur etiam injuſtum poſſeſſorem.
242. Poſſeſſio non poteſt transferri per quemcunque adminiſtratorem in præjudicium domini.
246. Argumentum à contrario ſenſu non habet locum, ubi reſultat aliis juribus contrarius intellectus.
247. Poſſeſſio & proprietas differunt tanquam excedentia & exceſſa.
248. Poſſeſſorium recuperandæ privilegiatum eſt ne ab eo appelletur.
249. Poſſeſſionis magna ſunt commoda, ideò pro re vili & abjecta non debet haberi.
250. Poſſeſſor malæ fidei, ſi deinceps rem emat à domino, confirmat ſibi poſſeſſionem, & uſucapere incipit.
251. Pupillus majorem ſe mentiens, facit contrahentem cum ipſo bonæ fidei poſſeſſorem.
452. Error juris non patrocinatur poſſeſſori, ad cauſandam uſucapionem, ſi putet, ſe legitimè emere poſſe à pupillo.
253. Mobilium poſſeſſio habetur pro vili & abjecta.
254. Pactum tutoris executivum, de ingrediendo & acquirendo poſſeſſionem rerum pupillarium, quæ ſervando ſervari non poſſunt, valet.
255. Pactum ingrediendi poſſeſſionem poſt moram, tribuit tantùm cuſtodiam & obſervationem rerum ingreſſo, non autem poſſeſſionem.
256. Tutor pro debito pupillari non patitur executionem in ſua propria bona: niſi proprio nomine pro tali ære alieno ſe obligaſſet. 258.
257. Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.
259. Pupillus pro debito vel cauſa pecuniaria perſonaliter detineri non debet, etiamſi ſit doli

doli capax. 260. Secùs, ſi ſit adultus, itē minor. 261.

262. *Dotis fructus, etſi marito debeantur: tamen in iis non rectè ſit executio pro debito mariti, 263. vel etiam pro debito communi. 274.*

264. *Tertius, quo pacto debeat comparere, pro ſuo intereſſe, ad impediendam executionem?*

265. *Executivum pactum, vel ſtatutum, non extenditur ad aliam perſonam, quàm contrahentis.*

266. *Executio in bonis uſufructuarii non impeditur per proprietarium, qui tunc temporis non habet aliquod intereſſe. 270.*

267. *Vſusfructus jus alteri non poteſt cedi, ſed benè concedi, vel locari. 268.*

269. *Adquiri prohibita, quò ad cummoditatem utendi non intelliguntur prohibita.*

271. *Mulier, de jure Saxonico, ſedet in communi & indiviſa poſſeſſione bonorum omnium cum marito.*

272. *Communibus in rebus melior eſt conditiò prohibentis.*

273. *Poſſeſſor in dubio præſumitur dominus.*

275. *Mulier opponens ſe executioni, impetratæ per creditores in bona mariti, pro ſuo intereſſe, probare debet, prædium, in quo intenditur manus injectio, vel dotale, vel prò dote obligatum eſſe, ſive generaliter, ſive ſpecialiter, maximè ſi & alia bona adſint. 276.*

277. *Dotalium bonorum fructus in executione rectè pignorantur: niſi vel ex eo contingat, mulierem ſine dote remanere, vel neceſſaria exhibitione carere. 280.*

278. *Maritus lucratur fructus ſua cultura & ſemine productos.*

279. *Fructus annuatim renaſcuntur.*

281. *Dos & alimenta æquiparantur, adeo ut ſtatutum in uno, intelligatur etiam in altero.*

282. *Feudalia in executione non pignorantur, quò ad ipſam ſubſtantiam utilis dominii. 298.*

283. *Feudi dominus non cogitur alium vaſallum invitus accipere.*

284. *Dominus feudi non poteſt jus vaſallagii, vaſallis invitis, alienare.*

285. *Vaſallus domini conditionem, circa feudum, deteriorem reddere nequit.*

286. *Bonorum mentione, quantumvis generali, non comprehenduntur feudalia, ſed benè eorum fructus. 289. tanquam burgenſatici. 290. item commoditates feudales. 291. 295.*

287. *Executio, de jure Saxonico, transferi poſſeſſionem rerum pignori captarum.*

288. *Vſusfructus eſt ſpecies ſervitutis, quæ in feudo conſtitui nequit, ſi realis ſit, ſecùs, ſi perſonalis. 279.*

289. *Beneficia clericorum in executione non pignorantur, ſed fructus tantùm.*

292. *Adquiri plenè prohibita, adquiruntur ſaltem quò ad cōmoditatem utendi fruendi.*

293. *Vaſallus vendere poteſt commoditates feudales, etiam per totum tempus vitæ, ſine conſenſu domini: ita tamen, ut prior Vaſallus præſtet domino ſervitia. 295.*

294. *Alienatione feudi prohibita, non prohibetur alienatio fructuum.*

297. *Feudorum dominium utile duplici modò conſiderari poteſt.*

299. *Servitus realis in feudo conſtitui nequit; ſed benè perſonalis, ut eſt uſusfructus.*

300. *Obligatio perſonalis non infert alienationem feudi.*

301. *Acceptoris jus ceſſat, reſoluto jure datoris.*

302. *Fructus feudi, aperti inter Auguſtum & Martium, debentur domino vel agnatis; pòſt Martium verò uſq; ad Auguſtum, hæredibus decedentis: ſecùs de jure Saxonico, ubi attenditur, an ultima cultura agri vel vineæ ſit adhibita 303.*

304. *Fructus dicuntur, deductis expenſis, & quatenus in hoc jus Saxo. congruat vel pugnet. 305.*

306. *Tutor, ſive feudi pupillaris dominus, ſive extraneus fuerit, non lucratur fructus ex bonis pupilli.*

307. *Ædificia, pòſt mortem vaſalli, decedentis abſq; hærede, debentur domino, de jure Saxonico, & quomodo in hoc textus jur. Saxon. ſit exaudiendus.*

308. *Statutum reſtringitur ſecundùm jus commune.*

309. *Hæredes allodiales habent jus retentionis feudi, donec ipſis ſolvantur expenſa in ædificia, vel fructus ultimi anni.*

310. *Poma & pyra in horto feudali, pòſt diem S. Vrbani, lucrantur hæredes Vaſalli, ſicut & fœnum, gramina, ligna. 311. quamvis in hoc poſteriori contrarium defendat Hartm. Piſt. 312. quòd & in Elect. Sax. tenent Scabini. 315. Priorem ſententiam defendente authore, quam & in hiſce Thuringiæ provinciis practicari oſtendit. 314. 315.*

313. *Lex correcta non allegandæ eſt ad deciſiones cauſarum.*

316. *Piſces in piſcina an pertineant ad Vaſalli hæredes, an verò agnatos, aut dominum.*

317. Feudi

317. *Feudi cognitio pertinet ad dominum feudi, quando naturam feudi concernit, tàm in poſſeſſorio, quàm in petitorio. 318.*

319. *Pecuniaria pro cauſa ſi agitur adverſus vaſallum, etiamſi petatur executio in feudum fieri, coram ſuperiore & ordinario loci agendum eſt. 320. niſi dominus feudi habeat etiam infeudatam juriſdictionem ejus loci, tunc enim excludit ordinarium, 322. ſi juſtitiam facere non negligat. num. 324.*

321. *Feudi de conſtitutione, vel privatione, ubi agitur, ejus cognitio ad dominum feudi, aliæ omnes cauſæ ad ordinarium ſpectant.*

323. *Forma inveſtituræ alicujus feudi cum juriſdictione.*

325. *Feudum à Principe ſubinfeudatum inferiori cum juriſdictione, abdicat in illo caſtro juriſdictionem domini.*

326. *Subditus pro domini ære alieno non debet exigi.*

327. *Domini & ſubditorum perſonæ ſunt diverſæ.*

328. *Homo hominis mei non dicitur homo meus.*

329. *Socius mei ſocii non dicitur meus ſocius.*

330. *Superior nobis auferre non debet, quod non dedit.*

331. *Imperator eſt dominus mundi, quò ad protectionem & juriſdictionem, non quoad dominium rerum privatarum. 334. quod eſt juris naturæ. 335.*

332 *Rex dicitur quilibet in ſua domo.*

336. *Princeps auferens privato res ſuas ex cauſa publica, tenetur ad recompenſam pretii.*

337. *Transactio ducis belli cum hoſte, ut in poſterum de ablatis nulla moveatur querela, non præcidit ſubditis jus repetendi id, quod eis ablatum eſt.*

338. *Magiſtratus culpa non tranſit ad ſubditos & innocentes.*

339. *Repræſaliæ dantur non tantùm contra denegantem juſtitiam, ſed etiam contra ejus ſubditos.*

340. *Culpabiles ab inculpabilibus in magnis univerſitatibus, non benè poſſunt ſeparari.*

341. *Liber homo alicujus baronis per ipſum non poteſt obligari.*

342. *Vaſalli & ſubditi pignorantur pro debito domini, ut deinceps apud creditorem ſint in eadem cauſa, prout apud dominum: ſed non tenentur pro domino debitum ſolvere, nec egentem alimentare. 344. quia Principes contenti eſſe debent ordinariis tributis, & ultra ea ſubditos non gravare. 343.*

345. *Civitates, item cives, non poſſunt ſiſti vel exigi pro debito domini, niſi pro eo ſe obligaſſent, vel ſolvere conſtituiſſent.*

346. *Mutuum debet ſolvi per eum, qui ſe obligavit, licet pecunia ad alios pervenerit.*

347. *Civitas non obligatur ex mutuo, accepto per ejus adminiſtratores annales, vel aliter temporales, & num. 377. niſi totus ordo conſilii, quod repræſentat civitatem, conſenſerit, vel pecunia in utilitatem publicam verſa fuerit: & alias accipientes de ſuo debent ſolvere. 354. Secùs in perpetuis adminiſtratoribus qui obligant civitatem ex mutuo 372. licet non probetur verſio. 361. 366.*

348. *An ex mutuo contracto nomine civitatis, per adminiſtratores generales, teneatur civitas, ubi eſt explicatio l. civitas. de reb. cred.*

349. *Conſilium integrè & legitimè congregatum repræſentat populum civitatis, & 361. 362. & reputatur pro lege ipſorum decretum. 376.*

350. *Civitates hodiè habent tria conſilia regulariter.* drey Räthe.

351. *Adminiſtratores non debent eſſe diſſipatores.*

352. *Creditor agens contra civitatem pro mutuo, probet illud verſum in utilitatem publicam, vel communi conſilio contractum celebratum fuiſſe, aliàs eos ſolùm, qui mutuum acceperunt, exiget. 354.*

353. *Eccleſia & Reſp. æquiparantur.*

355. *Iuris occaſio ad iniquum compendium trahi non debet.*

356 *Magiſtratus intruſus, vel violentus, mutuum accipiens provinciæ vel civitatis nomine, eam non obligat, niſi probetur verſio. 357.*

358. *Non juſtè electus habetur pro reprobato.*

359. *Tyrannus qui dicatur?*

360. *Repræſaliæ in Romano Imperio non conceduntur.*

361. *Factum conſilii, vel perpetuorum magiſtratuum, reputatur pro facto civium. 351.*

362. *Magiſtri collegiorum quòd ſtatuunt, omnes Collegæ ratum habere debent.*

363. *Magiſtratus, minores uſuras, quàm promiſſas, accipiens per longum tempus, præjudicat civitati.*

364. *Sigillum commune obligat omnes de communitate, etiamſi appoſitum ſit per ſolos regnantes.*

365. *Præ-*

365. *Præpoſiti alicujus corporis vel communitatis, legitimè convocati, quod faciunt, id tota communitas feciſſe exiſtimatur, neq; opus eſt probatione verſionis mutui in rem communitatis.* 366.

367. *Solutio facta reipublicæ probatur per quittationem adminiſtratorum.*

368. *Electio mali adminiſtratoris vel miniſtri imputatur eligenti.*

369. *Mutuum, acceptum per adminiſtratores civitatis perpetuos, obligat quidem communitatem & bona communitatis, non autem ſingulos cives.* 371. *niſi ſingulorum civium nomina ſpecialiter exprimantur.* 372. *vel dictum ſit in contractu, quòd univerſi & ſinguli pro eo teneantur.* 373.

370. *Univerſitas quod debet, ſinguli non debent, & contrà.*

374. *Totum infert omnes ſuas partes.*

375. *Civium ſingulorum bona non poſſunt ſpecialiter obligari pro debito magiſtratus, illis ad hoc non ſpecialiter convocatis: contraria tamen ſententia videtur verior.* 376.

376. *Syndicus habens ſpeciale mandatum, poteſt obligare bona etiam omnium civium in particulari, pro debito civitatis.*

377. *Unus ordo ſenatorius, qui per annum regit, non adhibitis aliis duobus conſiliis, non obligat civitatem ex mutuo.*

378. *Plures in idem non facilè conſentiunt.*

379. *Majoris partis factum dicitur, quod fit à duabus partibus ex tribus, curiæ legitimè convocatæ.*

380. *Cives univerſi & ſinguli, obligati in inſtrumento communitatis, non tenentur aliter, quàm quilibet pro rata: niſi dictum ſit, quòd univerſi & ſinguli in ſolidum ſint obligati* 381.

382. *Cives, exacti pro debito communi, debent per civitatem indemnes ſervari.*

383. *Civitas obnoxia æri alieno, ex neceſſaria cauſa contracto, poteſt etiam prædia communitatis vendere, vel hominibus de univerſitate collectam imponere.*

384. *Collecta imponitur communitati regulariter per æs & libram.*

385. *Collectæ pro debito antiquo, ſolvuntur non tantùm per veteres, ſed & per novos habitatores communitatis, imò etiam per poſſeſſores prædiorum.*

386. *Forenſis, poſſidens in loco prædia, tenetur contribuere pro communi debito univerſitatis.*

387. *Hæreditatem in jacentem jus paratæ executionis non conceditur, niſi rei ſervandæ cauſa in uno caſu, num.* 404.

388. *Hæreditas jacens dicitur, quamdiu non aditur.*

389. *Hæreditas vacans dicitur, quando deficit omnis ſpes adeundi, &* 331.

390. *Pupillus indefenſus non conſtituitur in contumacia.*

391. *Hæreditas jacens ad inſtar pupilli reputatur indefenſa, & hæreditariæ res, antequam hæres exiſtat in nullius quaſi bonis eſſe dicuntur.* 392.

393. *Hæreditas tribus temporibus jacere dicitur regulariter, per trimeſtre integrum, & num.* 395.

394. *Tempus à jure præfixum ad aliquid faciendum, non currit impedito.*

396. *Executio rei judicatæ, item inſtrumentorum executivorum contra defunctum, ceſſat, quamdiu jacet hæreditas non adita.*

397. *Hæreditatis jacentis tempus, de jure Saxonico tantùm eſt triginta dierum.*

398. *Hæres de jure civili, non confecto inventario, tenetur ultrà vires hæreditatis: ſecùs de jure Saxonico, & Canonico.* 399.

400. *Inventarii confectio ex vi ſtatuti omitti poteſt.*

401. *Inventarii confectionem omittens, tenetur juramento manifeſtare, quæ in hæreditate defuncti poſt ejus mortem reperit.*

402. *Iuramentum à lege impoſitum, in caſu non confecti inventarii, & ſimilibus, etiamſi petatur ab actore, tamen non poteſt referri.*

403. *Inventarium ut relevet à juramento hæredem, debet eſſe confectum infrà triginta dies.*

404. *Statuto ſtante, quòd infrà triceſimum conficiatur inventarium, illis diebus exactis, in hæreditatem, quantumvis nondum aditam, executio peti poteſt.*

405. *Hæreditas jacens repræſentat perſonam defuncti, non hæredis futuri.*

406. *Hæreditate jacente, lapſus terminus ad proſequendam appellationem prorogatur ad quatuor menſes.*

407. *Hæreditate etiam jacente pœna committitur, ſed exigi per viam executionis tunc non poteſt.* 408.

409. *Contrà pœnam jacente hæreditate incurſam, datur reſtitutio ex generali clauſula.*

410. *Areſtum intra triceſimum impetrans in hæreditatem jacentem, an præferatur aliis poſt triceſimum venientibus?*

411. *Areſtatore ſententiam pro ſe in cauſa principali impetrante, jus pignoris retrò trahitur ad tempus impetrati areſti. & 412.*

413. *Fictio legis nunquam habet locum, niſi ſubſit res vel perſona, tum quæ fingere poßit.*

414. *Hæreditas jacens non poteſt areſtari, benè tamen in ea fit miſſio ex primo decreto. 415. & quæ ſit ratio. 416.*

417. *Statuto ſtante, quod liceat ingredi bona debitoris poſt moram, permittetur etiam ingreſſus, hæreditate jacente.*

418. *Pupillus & hæreditas jacens æquiparantur.*

419. *Pupillus, etiam indefenſus, patitur primum decretum, idq; rerum ſervandarum nomine.*

420. *Ingreſſus poſſeßionis tribuit nudam cuſtodiam rerum.*

421. *Periculum in mora facit licitum quod aliàs erat illicitum.*

422. *Hæreditati jacenti datur curator, ad inſtantiam creditorum.*

423. *Legatum pauperibus relictum, etiam jacente hæreditate exigi poteſt, ſicut & legitimum reſtitutionis uſuratum 425.*

424. *Viduæ & familiæ defuncti, quomodo uſq; poſt triceſimum de alimentis proſpiciendum.*

426. *Animæ ſalus omnibus rebus præferenda.*

427. *Expenſæ funebres, etiam jacente hæreditate, exigi poſſunt.*

428. *Defuncti corpus ob æs alienum non debet areſtari, ſub gravißima pœna debitoris contra facientis. 429. etiam ſtante ſtatuto, quòd poſt moram debitor in perſona ſiſti valeat, contra opinionem Angeli. 430. quæ neq; de æquitate, neq; de jure aut conſuetudine ſubſiſtit 431.*

432. *Succeſſor ſingularis dicitur hæres, item emtor rerum alienarum.*

433. *Jus pacti, vel ſtatuti executivi perſonale eſt, debitoris perſonam ſolùm concernens, non tertii poſſeſſoris.*

434. *Perſonalis obligatio non ſequitur fundum.*

435. *Alienationis prohibitio afficit ſolùm prohibitum, non autem tertium, niſi in fraudem creditorum proceſſiſſet alienatio. 439. etiam in caſu teſtati contra legatarium. 440. vel res fuiſſet litigioſa 441. vel pactum manusinjectionis adjectum reſolveret contractum ipſo jure. 444 vel dominium rei in judicium deducta, fuerit adjudicatum petitori, quam tamen victus poſteà alienat in tertium. 445.*

436. *Executio non intenditur contra tertium, in inſtrumento non nominatum.*

437. *Inſtrumentum quod non cantat, nec ego cantabo.*

438. *Pactum executivum non obligat, niſi quamdiu res eſt penes debitorem.*

442. *Litigioſa bona quæ ſint jure noviß. & 443.*

446. *Sententia lata ſuper principali, non tantùm ipſi nocet contra quem lata eſt, ſed etiam habenti cauſam ab eo.*

447. *Sententia major eſt effectus, quàm pacti.*

448. *Litigioſa res, ſuper cujus dominio movetur controverſia, eſt inalienabilis, &, ſi alienetur, poteſt avocari per manusinjectionem, ſicut poterat ab ipſo debitore. 449. dummodò proceſſus executivus priùs fuerit inſtitutus adverſus principalem: ſecùs ſi ordinarius. 252.*

450. *Litigioſæ rei alienatio habetur pro non facta.*

451. *Succeſſor non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ejus anteceſſor.*

453. *Executio parata ex vi pacti vel ſtatuti, cum obligatione etiam hypotheca conjuncta, non detur contra tertium poſſeſſorem, & num. 454.*

455. *Hypothecæ alienatio non inducit vitium litigioſi, nec extendit paratam executionem ex vi pacti vel ſtatuti contra alium, quàm debitorem: licet Bartolus contrarium ſtatuat. 459.*

456. *Privilegium conceſſum in inſtrumento contra jus commune, ſolùm afficit nominatos in inſtrumento, non etiam alios.*

457. *Executio parata impeditur per exceptionem, tu non es nominatus in inſtrumento.*

458. *Hypothecaria non datur contra tertium poſſeſſorem, non priùs diſcuſſis bonis debitoris, niſi fuiſſet in pacto hypothecæ etiam lex, de non alienando pignus, adjecta. 460. & quidem ſpecialiter, non autem generaliter. 461.*

462. *Hypotheca ſpecialis magis impedit, quàm generalis.*

463. *Areſtum an afficiat bona vitio litigioſi?*

464. *Areſtatorium libellum proponens, non dicit ſe dominum, ſed habere in rebus debitoris jus ſaltem taciti pignoris.*

465. *Fictum nunquam plus operatur, quàm verum.*

466. *Ignorans non dicitur eſſe in culpa, idtoq; non punitur.*

467. *Venaliciarii qui dicantur.*

468. *Areſtator primus præfertur poſteriori, quãtumvis merces ipſius venditæ apud emtorẽ, eundemq; debitorẽ ſuum adhuc extent:*

ſecùs

ſecùs ſi non fuerit habita fides de pretio. num 469.

470. *Litigioſi vitium non inducitur per areſtū, & num. 472.*

471. *Areſti effectus eſt, inducere jus tacitæ hypothecæ.*

472. *Bona coloni invecta, etiamſi tacitè dicantur locatori oppignorata: tamen ante incluſionem ritè alienantur.*

473 *Areſtator, bona areſtata nunc exiſtentia penes tertium, poteſt proſequi hypothecaria actione, præmiſſa tamen excuſſione debitoris principalis.*

474. *Bonis pro mobilibus rectiùs petitur ſequeſtratio, vel incluſio, quàm areſtum.*

475. *Sequeſtratorum, vel incluſorum bonorum alienatio eſt ipſo jure nulla.*

476. *Incluſio bonorum debitoris vitium litigioſi inducit, quia traditionis inſtar eſt. 477.*

478. *Poſſeſſio adquiritur per traditionem clavium, item per conſpectum rei in præſentia adverſarii.*

479. *Incluſio pignorum tribuit poſſeſſionem, & eſt loco miſſionis.*

480. *Debitori, cum quo peritum eſt diſpoſitionis bonorum, mittitur ad dominum præcepti de non alienando, quod impedit tranſlationem dominii.*

481. *Executivum pactum, cum clauſula conſtituti, vel precarii, operatur jus manusinjectionis, etiam contrà tertium, & 482. quantumvis non citatum. 484 ſicut & privata authoritate poteſt creditor ingredi 483.*

483. *Precarium transfert in creditorem poſſeſſionem civilem, conſtitutum, omnem poſſeſſionem, tàm naturalem, quàm civilem.*

485. *Debitor debitoris an per jus pacti executivi moleſtari poſſit?*

486. *Inſtrumentum, habens paratam executionem, executatur non tantùm pro obligatis expreſſè, ſed etiam pro tacitè hypothecatis. 487.*

488. *Rei appellatione veniunt etiam nomina & jura.*

489. *Executio judicati fit non tantùm in bona ſoli, & mobilia, ſed etiam contra debitores debitoris condemnati, ſi modò non ſit aliud, quod in cauſam pignoris penes principalem debitorem capi poteſt. 490. item, ſi debitor debitoris debitum confiteatur, aliàs non 491.*

492. *Debitor debitoris ſi negat debitum, creditor ordinarium, non executivum proceſſum contra eum inſtituit.*

493. *Inſtrumentum etiam ſigillatum non habet paratam executionem, niſi ſit etiam executivum. 494.*

495. *Debitoribus debitoris noſtri fieri poteſt areſtum, & denunciatio ne ſolvant.*

466. *Executio repræſaliarum fit etiam contrà ſubditos juſtitiam denegantes.*

CAPUT TERTIUM.

DE BONIS ET PERSONIS DEBITORUM, contra quæ vel quos intenditur parata executio.

Contra quas perſonas & pro quibus reus executio petatur.

IN PRÆCEDENTI CAPITE exploravimus conditionem petitoris, cui videlicet competat iſtud jus manusinjectionis: ſupereſt nunc, ut aliquid ſubjiciamus de perſona debitoris, contra quem, & pro quibus bonis parata peti poſſit executio. Verum, quia regulariter prima quæſtio in materia noſtra cadit de bonis debitoris, in quæ virtute pacti vel ſtatuti, manus injiciatur, ideò de his, tanquam de materia & ſubjecto principali, in quod operatur parata executio, primo loco agemus, annexuri vel ſubjecturi ſimul, pro occaſione cujusque loci, etiam alterum caput, contra quas videlicet perſonas jus executivum exerceri valeat? In cujus dubii elucidatione pro repetitis hoc loco volumus haberi, quæ tradidimus ſuprà in hac Parte Operis noſtri capite primo, quòd videlicet alia bona debitoris ſita ſunt in loco domicilii, alia in territorio contractus, alia in foro deſtinatæ ſolutionis, alia verò extrà illa tria loca, ubi 1 videlicet nec larem fovet debitor, nec contraxit, nec eò ſolutionem deſtinavit. De primo certum eſt, quòd, ubicunque reus fixit ſuum domicilium, ibidem poſſit etiam peti paratæ executionis jus, in bona eò loci ſita, ſive mobilia ſint, ſive immobilia, ſive etiam in juribus vel actionibus conſiſtant, ſervato tamen ordine præſcripto. *per l. à Divo Pio. 15. ſ. in vend. ff de re jud.* Idque ampliatur, ſive præceſſerit conventio de manusinjectione, *ſicut in l. creditores. 3. C de pingn.* ſive aliter in loco domicilii extet tale ſtatutū

Reus contra quem executio petitur, quo in loco conveniendus ſit.

vel conſuetudo, quòd debitor pòſt mo-
ram executetur, vel etiam areſtetur, abſ-
2 que alio proceſſu, cùm ſtatura regulariter
ligent omnes homines & ſubditos ſtatu-
entium. *l. cunctos populos. 1. & ibi notant
Bart. Iaſ. Salic. & communiter interpretes. C.
de ſumma Trin. & fide cathol.* Idqoe extendi-
tur, ſive alibi geſtus contractus, ſive eò,
ſive aliò, fuerit deſtinata ſolutio, cùm fo-
rum contractus celebrari, vel deputatæ
ſolutionis, nunqoam excludat forum do-
micilii, ſed forum foro addat. *Felinus in
cap. fin num. 18. & 23. ibidemq; Anton. de Bu-
trio num. 1. & diximus ſuprà in hac Parte 2.
Capite primo, num. 49. & num. 63.* De ſe-
cundo & tertio membro, quando quis in
loco geſti contractus vel deſtinatæ ſolu-
tionis bona poſſidet (excepto eo ſolo,
quòd locus deputatæ ſolutionis excludit
locum contractus, adeò, quia, qui certo
loco ſolvere promiſit, non poteſt in loco
contractus cunveniri vel exigi, ſive per
3 proceſſum ordinatium, ſive etiam extra-
ordinarium, *prout iſtud latè firmavimus. d.
num. 63. & ſeqq.*) accipiatur hæc conclu-
ſio, quòd, ſiquidem in loco contractus,
aut deſtinatæ ſolutionis reperitur debi-
tor, ibidemvé bona immobilia poſſideat,
tunc non ſolùm ex pacto executivo, ve-
rùm etiam ex vi ſtaturi, ibidem tribuen-
tis paratam executionem inſtrumentis li-
quidis in loco geſti contractus, aut deſti-
natæ ſolutionis, pòſt moram, ibidem in-
diſtinctè creditor inſtare poterit, pro pa-
rata executione contra debitorem, cùm
iſto caſu ſtatutum indubitarè afficiat bo-
na, in territorio ſtatuentium ſita, quando
locus deſtinatæ ſolutionis, vel contractus
celebrati (quæ pariſicantur. *l. contraxiſſe.
21. ff. de action. & obligat. l. 3. §. 1. de bonis
auth. jud. poſſiden.*) concurrit cum loco ſi-
tuationis bonorum, ſaltem immobilium.
*c. Romana. §. contrahentes. extra de foro com-
pet. in 6.* Sicut enim reus, in perſona de-
prehenſus in loco contractus, rectè con-
veniror ibidem pro debito per ſolennem
& ordinarium proceſſum, adeò, quòd fo-
rum judicis loci contractus regulariter
declinare nequeat. *l. hæres, 19. §. 1. de jud.*
ita non diſſimili modo, in proceſsibus
ſummariis aut executivis, debitor juriſ-
dictiooem judicis loci, in qoo contraxit,
agnoſcere debet, pro bonis ſoli, quæ ibi
poſsidet, & quæ afficiuntur ſtaturo loci,
paratam executionem tribuente inſtru-
mentis liquidis, tùm, quia, ut ſæpiùs tactū
fuit, quò ad fori competentiam, idem eſt
jodex executionis, qui eſt ordinatiæ co-
gnitionis. *l. à Divo Pio. 15. in princ. & §.
ſententiam. ff. de re jud.* tùm, quia bonum eſt 4
argumentum à perſonis ad res, & econ-
tra. *l. patre furioſo. 8. de his qui ſunt ſui vel a-
lien. jur. l. ſi quis inquilinos. 112. §. ſi ita lega-
tum de leg. 1. l. illi 40. de uſu & uſufr. leg.* &
probatur hæc deciſio, rectè inducendo,
per textum apertum. *in d. c. Romana, §. con-
trahentes. extra de foro compet. in 6.* ubi ha-
betur: quantumvis forenſis extra locum
ſuæ reſidentiæ contrahens, à loco geſti
contractus de præſenti abſit: tamen ex
foro domicilii ſaltem ſubſidiariè citari,
citatusque in contumacia conſtitui, &
adverſus eum ad miſsionem in poſſeſsio-
nē bonorū, quæ in loco contractus tenet,
procedi poteſt, allegant pro concordante
alium textum. *in l. hæres abſens. 19. §. proin-
de. ff. de judic.* ubi ab initio præmittitur, 5
quòd contrahens cum advena, quem
mox ſcit profecturum, domicilium ejus
ſequi, non autem pro poſſeſsione bono-
rum, quæ in loco geſti negocii habet, in-
ſtare debet: ſin verò forenſis in loco, ubi
contraxit, conſtitit, non dico jure domi-
cilii, ſed, ut tabernulam, armarium, vel of-
ficinam habens, ibique contraxit, defen-
dere ſe eo loci compellitur. Sed hæc lex
ad propoſitum parùm facit, ex quo ibi ē
loco contractus debitor nondum diſceſ-
ſerat, ſed cauſa ſuæ negociationis in per-
gula ſua ibi poſita commorabatur, ita,
quòd ejus perſona deprehendebatur in
loco contractus, unà cum mercibus, aliàs
ſecùs, prout cum iſta ſententia tranſeunt
Marian. Socin. *in c. dilecti, num. 20. ibiq; In-
noc. 3.* & Anton. de Burr. *24. extra de foro
compet.* Paulus de Caſtro tamen *in d. l hæ-
res. §. ſi quis tutelam. num. 5. verſ. ſecùs ſi non.*
tenet, quòd forenſis habens in loco per- 6
gulam, vel domum, etiam conductam
ad certum tempus, indiſtinctè eo in lo-
co conveniri poſsit, hoc eſt, ſive ibidem
cum mercibus ſuis reus deprehendatur,
ſive ſolæ merces reperiantur in loco con-
tractus, utroque ſiquidem caſu, ſecun-
dùm ipſum, indiſtinctè ſortitur forum in
loco contractus, ubi & defendere ſua bo-
na, & ſi non defendantur, miſſionem ſal-
tem ex primo decreto expectare cogitur,
in caſu videl. abſentiæ, vel contumaciæ.
Licet n. citatio per judicē loci cōtractus,
miſſa ſubſidiariè extra territorium, non
adſtringat perſonam ipſius citati ad com-
parendum; tamen bene ligat, quò ad
effectum

effectum diſtringendi res ipſius citati, exiſtentes in territorio citantis, quantumvis ibi ſe non patiatur reperiri. *Phi-*
6 *lippus Francus in d. ʃ. contrahentes. num. 2. & 9. in fine.* ideo Gailius alibi ſcriptum reliquit: citationem forenſi extra territorium ideò deſtinari, ut habeat ſcientiam litis, utque deinceps judex loci bonorum in ſuo territorio ſitorum, in contumaciam citati, nun compatentis, ad miſſionem in poſſeſſionem devenire poſſit. [Habet enim fundatam juriſdictionem ratione rei, licet perſonam citati in contumaciam pœna aliqua pecuniaria, vel banni mulctare nequeat.] *Gailius obſer. 56. num. 4. lib. 2. per l. omnes. 33. ʃ. verum ſi apparitor. C. de epiſc. & cler. Panorm. in c. fin. num 36. verſ. ſi verò ibiq; anton. de Butr. 13. & 15 verſ. pars tamen extra de foro compet. & ſtringit text. inevitabilis in c. Romana. § contrahentes de foro compet. in 6.* cum quo concordat etiam jus Saxonicum. *in art 70. ʃ. agat ut autem lib. 1.* Landrecht *quem textum ſuperiùs induxi cap. 1. hujus Partis, num. 53.*
7 Sicut autem litera *in d. ʃ. contrahentes*, loquitur de bonis ſoli: ita, ſi debitor teneat pergulam, vel officinam perpetuam in loco geſti contractus, ibidem per ſe vel ſuos negociando, eodem modo merces in taberna habitæ, cum quibus negociatur, & lucrum ejus loci capiat, afficiuntur nexu conſuetudinis illius territorii, in quo deprehenduntur etiamſi debitor alibi ſuum domicilium fixerit, cùm in locum talium mercium etiam diſtractarũ, ſubindè ſubſtituentur novæ, atque ita naturam rerum ſoli (præſuppoſito, quòd in loco contractus reperiantur) ſortiri videantur: *l. cum tabernam. 34. l. grege. 13. ff. de pignor. l. penultim. 65. de legat. 2. cum ſi-*
8 *milibus.* Si namque perſona debitoris, in loco contractus deprehenſa, efficit reum de foro judicii loci, ubi contraxit, adeò, quòd ex vi conventionis, aut ſtatuti localis, perſonaliter detineri valet quid prohibet, res debitoris eodem jure cenſeri, ut nimirum ad illas manusinjectio competat in loco contractus? *argumento, quod tradit Baldus in l. mercatores. 4. num 1. C. de commerc.* ſive immobiles ſint de ſui natura, ſive in tali conditione conſtitutæ, ut ſaltem potentia quaſi perpetuò ibi hæſuræ exiſtimentur, per id, quod de inductis in prædium conductum dicitur, quæ eo animo ſunt illata, ut perpetuò ibi maneant, non ad tempus, hæc tacitè intelligi obligata domino domus pro mercede locationis. *l. debitor. 32. in fine. ff. de pignor. l. in prædiis. 7. §. fin. in quib. cauſ. pig. vel hypoth. cum l. ſi non inducta. 5. C. eod. tit.*
Econtra verò, ſtante ſtatuto, quòd pòſt 9
moram, debitor, ejusvè bona areſtentur, vel in iis procedat executio parata, absq; alio prroceſſu judiciali, ſola ſituatio bonorum immobilium non operatur fori competentiam, ita, ut reus ibidem poſſit exigi per viam paratæ executionis, aut areſti. Quid enim, ſi ex contractu, Martisburgi vel alibi celebrato, ubi fortè viget jus commune, quod pro debitis quantumcunque liquidis non prodit paratam executionem, *argumento l. minor 25. annis cui fideicommiſſum. 40. ff. de minor.* Titio quis ſit obligatus in centum, quæ reus in termino ad ſolutionem præfixo ſolvere ceſſat, creditor, ut de ſuo quàm citiſſimè, & absq; ſolennitate judiciali recipiendo ſollicitus, comperto, quòd debitor ipſius aliqua bona ſoli in Ducatu Saxoniæ poſſideat, ubi, ex conſuetudine, vel ſtatutis locorũ, inſtrumenta liquida merentur executionem, absq; alio proceſſu judiciali, urget ibidem paratã executionem, quæritur in propoſito, an, ratione ſituationis bonorum, creditori in provinciis Saxoniæ jus paratæ executionis adverſus reum, qui eo loci nec contraxit, nec illo ſolutionem deſtinavit, communicari debeat? Quod videbatur, per ea, quæ notat 10
Jaſon *in l. ſi convenerit. 18. num. 39. ff. de jud. om. jud.* cùm poſſeſſiones ſituatæ in certo loco, trahant ad ſe perſonam. *Baldus in l. fin. num. 45. C. de edicto D. Adr. toll. allegat l. cum miles. 11. ff. de aliena. judic. mut. cauſa facta. cum l. is cui 5. ʃ. qui in poſſeſſionem. 5. ff ut in poſſeſ. leg. ſer. cauſa eſſe lic.* quæ tamen jura parùm faciunt, ſed pro eo poſſunt allegari alii textus, *ut c. Romana. ʃ contrahentes. extra de foro compet. in 6. l. hæres abſens. 19. §. ſi quis tutelam. 1. & §. proinde. 2. ff. de judic. ac ſtringit l. cum unus. 11. ʃ. is qui poſſidere 1. de bonis author. jud. poſſid. l. pupillus. 239. ʃ. territorium. 8. de verb. ſig. cum l. 2. C. qui petant tutor. vel curat.* in quibus omnibus dici videtur, quòd inductio, vel miſſio in poſſeſſionem bonorum petenda ſit à judice loci, ubi debitoris bona reperiuntur ſita. Quia ea ratione faciliùs poterit creditor ſuum conſequi à debitore, in loco videlicet bonorum ipſius, ubi & viget ſtatutum paratæ executionis, & creditor non abeſt in remotis, ad cujus ſatisfactionem in loco domicilii forſan ulteriore, &, ubi ordinatio

 proceſ-

proceſſu cogeretur pulſare reum, nō per-
venturus eſſet ſine magna moleſtia, & in-
finitis difficultatibus, ob ſumtus itineris,
ſalaria advocatorum, ſportulas, & ſimi-
lia onera, *argumento c. finem litibus. extra de
dolo & contumac. clemen. diſpendioſam. de ju-
dic.* Accedit, quòd crebrò debitor in loco
domicilii nihil, aut parùm bonorum poſ-
ſidet, ita, ut ex iis ſatisfieri creditori ne-
queat, inaniſque ſit proſecutio, *argumento
l. nam is nullam. 6. ff. de dolo. l. cura. 4. de
muner. & honor.* neq; enim ejus loci judex,
per viam executionis, ad bona alibi ſita
11 manum ſuam apponere poteſt. *gloß. l. fin.
verbo. competenti. C. de edicto D. Adr. toll. l. 1.
C. ubi de poſſeß. agi. l. 1. C. ubi de hæred. ac
facit l. cum unus. 11. §. penul. in verbis: poſ-
ſidere juſſus, eo loci juſſus videtur, cujus cura ad
jubentem pertinet. ff. de bonis author. jud. poſ-
12 ſid.* cùm jusdicentis territorium clauda-
tur certis finibus, ejuſque longitudo &
latitudo facti ſit, ac menſura, non animo
conſtet. *Baldus in l. fin. num. 46. C. de edict.
D. Adr. toll per l. in agris. 16. ff. de adquir. dom.
l. fin. de jurisd. om. jud.* quod ipſum quaſi in
terminis propoſiti noſtri firmare videtur
Bart, Socinus *conſ. 167. num. 19. vol. 2.* ubi
ſecundùm eum, licentia ingrediendi exe-
13 cutivè bona debitoris noſtri, peti debet
à judice loci, in cujus territorio bona
ſunt ſita. *allegando Bart. in l. à Divo Pio. 15.
§. ſententiam. 1 ff. de re jud. ac facit l. prope-
randum. 12. §. ſin autem reus. poſt gloß. verbo.
abſentem, & verbo ad majorem. ibidemq; Pau-
lus de Caſtr. num 3. & Salicet. 4. C. de judic.*
per quos textus generaliter infert D.
Hartmannus Piſtoris: executionem fa-
ciendam eſſe per eum judicem, in cujus
territorio bona reperiuntur. *Hartman. in
ſuis quæſt. reſponſo 15. num. 30. parte 1.* Idque
innuere videtur etiam Gailius *obſer. 56.
14 num. 4. lib. 1.* ubi tradit: eo ipſo funda-
tam eſſe jurisdictionem judicis, quòd res,
in quas executio petitur, extent in ejus
territorio. Pro quibus & illud urget,
quòd ſtatutum, tribuens paratam execu-
tionem in bona debitoris inſtrumentis
liquidis, videatur in rem loqui, quo caſu
afficit bona ibi ſita, ſive poſſideantur à ci-
ve, ſive ab advena. *Alex. conſ. 16. num. 1. vol.
1. Bart. in l. cunctos. 1. num. 42. & 27. &
Bal. 17. C. de ſumma Trinit. per l. reſcripto. 6.
in fine, ff. de muner. & honor. cum l. an in to-
tum. 3. C. de ædific. privat* & alibi ſcriptum
reliquit Felinus: quòd indiſtinctè per-
mittant jura, quem convenire, ubi res eſt
ſita. *Felinus in c. nonnulli. num. 31. extra de
reſcript.* Alex: de Imola *conſ. 31. num. 5. &
d. conſ. 16. num. 1. vol. 1. ubi addit: hanc eſſe
communem ſententiam Doctorum. quod & ſe-
quitur Godenus de ſtatutu conſ. 2. num. 1.* ac
probari videtur per jus Saxonicum Land-
recht *lib. 3. art. 33. §. fin.* ubi habetur: quòd
reus, non ſecundùm hominis, ſive acto-
ris, ſive rei leges, ſed ſecundùm jura pro-
vinciæ, in qua conſiſtit proprietas, judica-
ri debeat, vel, ut habet germanica verſio:
Vmb eigen ſoll man richten / nicht nach des
Mannes / ſondern nach des Landes Recht.
Ex quibus omnibus inferri nunc vide-
tur, ſtante ſtatuto in provinciis Saxoniæ,
quòd inſtrumenta liquida mereantur pa-
ratam executionem, poterit ea peti in
territorio Saxonico, etiam adverſus de-
bitorem forenſem, dummodò poſſideat
in Saxonia bona ſoli, quantumvis neque
domicilium ſuum in his terris fixerit ne-
que aliter contraxerit, aut ſolutionem ad
eum locum deſtinarit, per ſuperiùs ad-
ducta. Et hanc quidē ſententiam non ſe- 15
mel in his terris vidi de facto practicari:
licet contraria opinio indubitate de jure
verior & ſuſtentabilior ſit, quòd nimi-
rùm jus pacti, vel ſtatuti executivi, exer-
ceri non poſſit contra bona debitoris, in
loco ſtatuti ſituata, niſi idem reus ſimul,
vel ratione domicilii, vel ratione contra-
ctus, aut ſaltem deſtinatæ ſolutionis, ibi-
dem etiam ſortiatur forum competens.
Cùm enim debitum, quod in petitione
eſt, præſupponatur ex contractu, & ſic
ex obligatione perſonali deſcendere;
ideò parata executio tali in loco inten-
denda eſt contra perſonam debitoris, ubi
ipſe de jure ſortitur forum: ex quo obli-
gatio perſonalis fundum non ſequitur.
*Bart. in l. creditores 3. num. 22. ibidemq; Sa-
lic. 15. & 16. ac Albericus de Roſate. num. 6. 7.
& 8. C. de pignor. & Neguzantius de pignor.
quarta Parte principali. num. 20.* Movet, quod
in Capite primo hujus Partis num. 27.
præmiſimus, & ſubindè repetivimus, eun-
dem eſſe judicem executionis paratæ, qui
eſt ordinariæ cognitionis. Cumque nemo
ſit, qui ignoret, actionem adverſus per-
ſonam debitoris noſtri, & ex contractu
perſonali, inaniter in loco bonorum, quæ
reus alibi poſſidet, moveri, ita, ne priùs
adeatur judex domicilii. *l. actor. 3. C. ubi in
rem actio juncta l. 2. C. de jurisd. om. jud.* ideò
debitor, in loco rei ſituatæ conventus, re-
pellet actorem à limine judicii, propoſita
exce-

exceptione fori declinatoria, quo caſu
conventus abſolvetur ab inſtantia, & re-
mittetur ad judicem domicilii cum re-
fuſione expenſarum. *gl. Bart. & Dd. in l.*
apertiſſimi. 16. C. de judic. Speculat. tit. de ex-
cept. §. viſo. num 14. per c. ac ſi clerici. ibidemq́;
notata, extra de judic. c. ſi diligenti. & c. cùm
16 *ſit generale. de foro compet.* Nec obſtat, quòd
in bona, alibi quàm in loco domicilii ſi-
tuata, poteſt fieri miſſio contra forenſem,
etiam abſentem. *d. §. contrahentes.* quia
illud in allegato contrario ſpeciale eſt, ob
duplex vinculum, quòd nimirùm ibi con-
currit obligatio ex contractu in illa pro-
vincia celebrato, cum ſituatione bono-
rum ſoli, qui funiculus duplicatus plùs
ligat, quàm ſola rei ſituatio. hanc ſolutio-
nem innuere videtur Panorm. *in d. c. fin.*
num. 36. verſ. ſi verò non reperitur. extra de fo-
ro compet. ubi addit: licet reus nequeat ci-
tari pro exercenda jurisdictione in per-
ſonam: tamen poterit citari ad eum finē,
ut videat, quo pacto procedatur ad miſ-
ſionem vel executionem in ipſius bona,
quo de traditum fuit etiam suprà in primo Ca-
pite hujus Partis, num. 46. & 105. limitatione
8. Sic etiam intelligendus eſt Gailius *ob-*
ſer. 56. num. 4. & 6. lib. 1. ubi refert: quòd
in caſu *d. §. contrahentes*, ſi citatus contu-
maciter ſe abſentet, quantumvis in bona,
ſub territorio judicis citantis ſita, ad miſ-
ſionem rectè procedatur: tamen ad mul-
ctam pecuniariam, aut bannum perſonæ
deſcendi nequeat, in quibus terminis lo-
quitur etiam Baldus, volens, res debito-
rum immobiles, ſitas in certo loco trahe-
re ad ſe perſonam, ita, ut, licet reus aliàs
ſit forenſis, tamen ibi reſpondere, & bo-
na ſua defendere cogatur, quatenùs vi-
delicet miſſionem evitare intendit *Baldus*
in l. fin. num. 45. C. de edicto D. Adr. toll. quod
ita in ſpecie firmat Anton. de Butr. in d. c. fin.
num. 13. & 15. verſ. puto tamen, de eo, qui ha-
bet pergulam in loco contractus. extra de foro
compet. in 6. quia, ſecundùm eum ibi, duæ
cauſæ vincunt unam, *auth. itaq;. C. commu-*
nia de ſucceſſ. & Abbas in c. ex parte B. num. 8.
& 9. extra de foro compet. per c. 1. de trenga &
17 *pace.* Hinc eſt, quod alibi traditur, de-
linquentem in alicujus territorio, ſi, ar-
repta fuga, aliò ſe conferat, aut vagabun-
dus ſit, licet coràm judice loci, in quo de-
liquit, non ſortiatur forum, non depre-
henſus ibidem, neque citari poteſt, quoad
effectum diſtringendi perſonam: Et Pa-
normit. *in c. cùm contingat. num. 6. extra*
de foro compet. per c. paſtoralis. §. quod ſi pu-
nitio. de ſententia & re jud. ducet, puni-
tionem criminis, intra diſtrictum ſupe-
rioris commiſſi, pertinere quidem ad jus
dicentem in eo loco, quatenùs reus ibi-
dem comprehenditur aut reperitur, ſe-
cùs, ſi extrà ejus territorium commore-
tur: tunc enim per judicem loci delicti
neque excommunicari, neque de delicto
perſonaliter condemnari poteſt, *quod &*
firmat Anton. de Butrio in c. fin. num 6. verſ.
quo autem ad effectus perſonam concernentes.
juncto verſ. hoc ideò. cum ſeq. extra de foro
compet. tamen, ſi talis fugitivus forſitan
haberet bona ſoli in loco delicti, & ac-
cuſator vellet proſequi ſuam injuriam ci-
viliter, inſtituendo actionem ſuā ad cer-
tam æſtimationem pecuniariam, cita-
tus ſubſidiariè ex loco ubi nunc degit, ſi
contumaciter ſeſe abſentet, patitur miſ-
ſionem, vel executionem in bona, quæ
habet in loco perpetrati maleficii ſita. *Bu-*
trienſ. d. c. fin. num. 6. verſ. in quantum autem
ex tuæ. Sufficit enim, reum vel bona ipſius
non defendi in loco, ubi contra ipſum
agitur. *l. 3. cum l. hæc autem. 5. ff. ex quibus*
cauſ. in poſſ. eatur. & d. c. Romana. §. contra-
hentes extra de foro compet. in 6. Cujus rei
non eſt alia ratio, quàm, quòd concurrit
ibi duplex vinculum competentiæ, unum
ex loco, in quo deliquit, *argumento l. 1.*
cum auth. qua in provincia. C. ubi de crimine
agi opor. & deinde locus bonorum in ter-
ritorio commiſſi delicti ſitorum. *Butrienſ.*
d. c. fin. num. 6. Minùs adverſatur *cap. fin.* 18
de foro compet. quia ibi movebatur actio
realis ſuper dominio rei, contra poſſeſ-
ſorem, quo caſu ita adiri poteſt judex lo-
ci, ubi bona ſita ſunt, ſicut judex domici-
lii. *l. fin. in 1. reſponſo. C. ubi in rem actio.*
Quòd verò dicitur: judicem domicilii
fruſtrà adiri, cùm nec ibi ſtatutum paratæ
executionis vigeat, ac, ſi fortè, ſecundùm
juris ordinem aditus ſententiam dixerit,
eū non poſſe exequi, ex quo non habet a-
liquā executionē, vel jurisdictionē con-
tra bona debitoris, alibi ſita: id verum
non eſt. Quantumvis n. ſententiā ſecun-
dùm juris ordinem à ſe latam non poſſit
in alio territorio, vel ipſe exequi, vel exe-
cutionem ejus alteri mandare: tamen ad
jus dicentis preces, poteſtas loci, in quo
ſita ſunt bona condemnati, requiſita per
literas rogatorias, quas mutui compaſſus
vocant, vice judicantis judicatum exe-
quetur, cùm una jurisdictio alterā juvare 19

 teneatur,

teneatur, *per ea, quæ notat Iaſon. in d l. à Divo Pio. 15. §. ſententiam. 1. num. 4. ibidemq́; alii Dd ff. de re jud. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed 4. num. 404. Baldus in l. fin. num. 46. C. de edicto D. Adr. toll.* Sic extra propoſitum allegari videtur etiam conſilium Socini *167. num. 19. vol. 2.* de licentia ingrediendi executivè bona debitoris, cùm ipſe ibidem loquatur de ingreſſu executivo ipſius domini, qui intendit, ex cauſis à jure permiſſis, recipere & occupare propria authoritate poſſeſsionem bonorum ſuorum, alteri per viam conductionis, vel emphytheuſeos hactenùs conceſſorum, quam poſſeſsionem ipſi nunc intervertere nititur colonus, *argumento l. colonus. 12. & l. qui poſſeſsionem. 17. ff. de vi & vi armata. l. 2 & ibi gl. verbo repellere.*
20 *ubi Iaſon. & alii C. de jure emphyt.* Illud namque generaliter verum eſt, quandocunq; reali actione non agitur, ſed perſonali, quòd recurrendum eſt regulariter ad locum domicilii, cui ſubjectus vel ſubditus reus eſſe dicitur. *Panorm. in c. dilectus filius. 2 num. 3 extra de reſcript. & Gailius d. obſer. 36. num. 4. & 6. lib. 1.* Quin & illud parùm facit, quòd ſtatutum dicitur in rem loqui, quoniam, ſi ſubtiliter ponderemus, non magis loquitur in rem, quàm in perſonam. Sicut enim contrà perſonam rei, quæ fallit fidem in ſolvendo, aliàs procedendum erat via ordinaria, per oblationem libelli, litis conteſtationem, & ſimiles actus judiciarios, donec tandem perveniretur ad ſententiam definitivam. *l. 1. C. de execut. rei jud. l. negantes. 9. C. de act. & oblig.* ita in propoſito ſtatutum paratæ executionis non operatur, niſi con-
21 trà eam perſonam, quæ juriſdictioni ſtatuentium ſubjecta eſt, ratione videlicet domicilii, vel concurrentis eo in loco contractus, quo caſu relevat creditorem à textura telæ judiciariæ, & onerat debitorem parata executione, adeò, quia prædictum ſtatutum iſto caſu plùs reſpiciat & concernat proceſſum, item ſolennitatem ac formam judicii, quàm rem ipſam, *argumento ejus, quod tradit Iaſon in l. cunctos. 1. in ſecunda repetit. num. 157. cum ſeqq. C. de ſumma trinit. VVeſenbec. conſ. 14. num. 36. poſt Pariſium conſ. 120. num. 10. vol. 1. Mynſinger. obſer. 82. centur. 4. gloſ. Landrecht lib. 3.*
22 *art. 33.* Verùm, ubi perſona debitoris non eſt ſubdita judici loci, in quo res ejus ſituantur, quia alibi habet ſuum domicilium, non præſuppoſita fori competentia ex vi contractus, vel deſtinatæ ſolutionis, quo ad fori ſortitionem, vel competentiam, nequaquam intelligitur ligari ſtatutis illius territorii, cùm ſtatuta non ligent non ſubditos. *Rolandus à Valle in quæſtionibus ſuis, quæſt. 17. num. 5. ac facit c. ut animarum extra de conſtitut. in 6.* Etſi verò Felinus *in d. c. nonnulli. num. 31. extra de reſcript.* velit indiſtincte quem exigi poſſe, ubi res eſt ſita: tamen Panormitanus, quem ipſe allegat *in c. ex parte B. de foro compet.* de hoc nihil dicit, & ipſemet Felinus aliter diſtingvit *in c. dilectus filius. 2. num 13. de reſcript.* ubi vult, in actione perſonali attendi forum domicilii, in reali autem conſiderari locum rei ſitæ, ſecundùm gloſſam ibidem, quam Felinus tradit communiter approbari *in d. c. dilectus. 13.* Deinde, quod urgebatur: ſtatu- 23
tum afficere bona ejus loci, ubi ſita ſunt, illud non eſt intelligendum, quo ad hoc, ut reus forenſis in loco bonorum ſortiatur forum, qui aliàs eſt extraneus, ſed de aliis effectibus, puta, quando forſan agitur de ſucceſsione bonorum, iſto namq; caſu inſpicitur conſuetudo loci, ubi bona ſoli reperiuntur adeò, quia etiam forenſis gaudeat illo ſtatuti beneficio, *per ea quæ ſuprà notavimus parte 1. cap. 3 num. 229.* item, ubi agitur de oneribus & intributionibus, quæ ex ſtatuto loci imponuntur fundis, ut nempe de ſingulis manſis annuatim ſolvatur unus denarius. *Bart. d. l. cunctos. 1 num. 27. per l. reſcripto. 6. §. intributiones ff. de muner. & honor.* item, quod quis cædere poſsit lapides in fundo privati. *Bart. ubi proximè, per l. venditor. 13. §. ſi conſtat. ff. communia prædio.* vel de qualitate & quantitate ex ſtatuto attribuenda ædificiis. *Bart. d. l. cunctos 1. num. 27. per l. an in totum 3. C. de ædific. privat.* ita intelligendus eſt etiam Gödenus *in conſ 2 de ſtatutis, aliàs eſt conſ. 37. verſ. octavo probatur per Landrecht lib. 3. art. 33. §. fin. & §. 1. cum gloſ.* Ihr ſollet wiſſen. *art. 9* Weichbild. Sic itaque ſtatuta locorum afficiunt bona ſoli, ibi ſita, tunc demum nexu, vel onere paratæ executionis, quando perſona domini ita qualificata eſt, ut in loco bonorum perſonalis actio contra ipſum proponi poſsit, ad quam fori competentiam non ſufficit ſola bonorum ſituatio, niſi cum loco ſituationis bonorum, copulativè etiam concurrat locus domicilii, geſtivè contractus, aut deſtinatæ ibidem ſolutionis. Dico autem cum myſtetio, 24
quòd

quòd ſtatutum comprehendat tantùm
bona ſoli, in loco ſtatuentium ſita, vel,
quæ bonis ſoli in locu contractus æquiparantur,
pura, habere ibi aſſiduam pergulam,
vel tabernam cum mercibus. *d. l. hæres abſens. 19. §. 1. ff. de judic.* quia ſecùs judicandum
eſt de aliis mobilibus tranſitoriis,
puta, de equis, jumentis, pecuniis,
mercibus, vel ſimilibus rebus, quas forenſis
per has provincias, ubi contra moroſum
debitorem proditur parata executio
pro debitis liquidis & inſtrumentatis,
defert, aut per ſuos inſtitores deferri
facit, tales enim res, ad mercantiam pertinentes,
& alias res venales, ad locum
ſtatuti pro celeri diſtractione earum delatas,
cæteris paribus, hoc eſt, ſi in loco
domicilii poſſeſſiones habeat, non comprehendit.
Godenus d. conſ. 2. aliàs. 37. num. 4. verſ. ad ſecundum dubium. Imò, ut maximè
forenſis, Lipſiæ contrahens, obligaret
vel hypothecaret creditori expreſsè omnia
ſua bona: tamen hæc obligatio non
comprehenderet merces aliasq; res mobiles,
quæ ſunt in tranſitu, per unam atque
alteram noctem ibi, vel alibi duraturæ,
donec mercatori forenſi rurſus inveniuntur
in loco ſui domicilii. *Baldus in l. cum tabernam. 34. num. 2. ff. de pignor. Alex. de Imola in l ſi conſtante. 24. num. 27. ſoluto matrimon. Bart. in l. generali. 32. §. uxori. 2. num. 4. de uſufr. leg. ac facit melior de mundo textus in d. l. hæres abſens. 19. §. proinde. 2. in verbis: non oportet ibi bona poßidere, ſed domicilium ejus ſequi. de jud. intelligendo literam de bonis mobilibus, quæ apportarat, vel apportari fecerat ibidem contrahens, nec erant eò deſtinata ad perpetuam manſionem. Henningus Gôdenus d. conſ. 37. num. 4. per l. ex facto. 35. §. verum aut. 3. ff. de hered. inſtit. cum l. debitor. 32. de pignor. l. ſi ita legatum. 86. de legatis. 3. ac notat Panorm. in c. fin. num. 36. extra de foro compet. Bartol. Cynus, Salicetus, & Paulus de Caſtr. in l. fin. C. ubi in rem actio. at facit l. debitor. 32. in fine ibi: eos, qui hoc animo inducti ſunt, ut perpetuò eo loci hæreant, non autem in cauſam temporis, obligatos eſſe. ff. de*
25 *pignor.* Sic alibi legitur: In legato bonorum
alicujus loci non contineri res mobiles,
& tranſitorias, in dictu loco non duraturas,
propter videlicet celerem earum
motum. *Bal. in rub. C. de verb. ſig. num. 4.*
Et clariùs *in l. certi juris. 5. num. 9. C. locati. per l. ſi tibi legatum eſt. 86. in princ. l qui filium. 64. & d. l uxorem. §. legaverat. 6. de leg. 3.* ubi in legato domus, eorumque
quæ ibi ſunt, quando morietur teſtator;
non comprehenduntur pecuniæ deputatæ
ad perpetuam collocationem pro penſione,
vel ad fœnerationes, quantumvis
tunc exactæ fuerint, quando moriebatur
reſtator, *ac concordat l. ex facto. 35. §. verum. 3. verſ. verum Italicarum nomine eas demum venire, quas perpetuò ibi habuerit, atq. ita diſpoſuit, ut perpetuò ibi hærerent, non autem illas, quas ad tempus eò deputavit, ut denuo ad priſtinum lotum revocaret. ff. de hæred. inſtit. l. ſi uxori. 39. §. cum ita legatum. 1. verſ. Labeo. ibi: præſentes cuſtodiæ cauſa, non perpetuæ, de auro & arg. leg.* cùm pecuniæ & ſimiles res 26
mobiles, ejus conditionis & naturæ ſint,
ut quaſi quotidiè tranſeant de manu in
manum. *argumento l. ſi chorus 79. §. 1. de leg. 2. ac notat Baldus in l. fin. num. 19. C. de compenſa.* Et, quia nummiorum uſus eſt in aſſi- 27
dua conſumtione, ideò iis rebus comparantur,
quæ ſervando ſervari nequeant,
argum. l. cum in fundo. 78. §. ſi fundus communis. 4. in verbis: ſed ita, ut non vice corporis habeatur. ff. de jure dot. Bart. in l. 1. §. fuit quæſitum. num. 3. ibidemq; Jaſon *in l cætera. 41. §. ſed ſi paravit. 14. num. 21. tum ſeqq. de legat. 1.* ubi ipſe pòſt alios tradit, ſi vi- 28
gore ſtatuti, ſuperſtes ex conjugibus lucrari
debeat certam partem immobiliũ,
non debebuntur ei pecuniæ, etiam ad
prædiorum emtionem deſtinatæ, [quia
aliud eſt eſſe tale, & aliud haberi pro tali,
l. mercis appellatione 66. ff. de verb. ſignif.]
quod & Tiraquellus probat *de retractu cõventionali § 1. gloſ. 7. num. 105. & 106.* licet
contrarium teneat Ludovic. Roman.
in conſ. 188. incip. in cauſa mihi commiſſa. num. 5. per l. 3 §. uſuras. verſ. quid ergo. de contrar. & utili jud. tut. cum vult, quod pecunia
pupilli, repoſita ad emtionem prædiorum,
non ſit alienabilis, ſine decreto
judicis, *& idem Romanus ſingulari 103. incip. in habes: item Cremonenſis in notabili. 59. verb. pecunia. Corſetus in ſuo ſingulari. verb. pecunia. Ludovicus Gomeſius in §. item Serviana. num. 21. I. de action ac ſequitur Chaſſan. in conſuet. Burgund. rub. 4. §. 25. verbo. ſunt aßigne Z. num. 1. & facit d l. uxori. §. cum ita legatum paulò antè allegata,* quorum ſententiæ
ego magis ſubſcribo, quòd nempè
ſuperſtes conſequatur etiam partem
pecuniarum, quæ fuerunt deputatæ ad
comparationem bonorũ immobilium,
licet fortè prior, Tiraquelli nimirum opinio,
magis communis videatur, *per ea, quæ tradit Mandoſius ad conſil. Roman. 188.*

litera

Digitized by Google

litera C. *allegans Nicolaum Boërium latiſſimè illud diſputantem in deciſ.* 219. eamque communiorem & veriorem eſſe tradit Geil. *lib. 2. obſ. 11. num. 4. reſpondendo ad textum in l. 3. §. uſuræ, de contrar. & utili tut. judic.* quod iſtud ſit ſpeciale in pecunia pupilli & minoris, adeoque jus commune ſit in contrarium. *arg. l. jus ſingulare. 16. de*
29 *legib.* Quæ hoc in loco ideo proſecutus fui latiùs, ut intelligerent ſcholares effectum ſtatuti Saxonici, de parata executione, tributa pro inſtrumentis liquidis. Siquidem enim cum forenſi neque contractus in Saxonia celebratus, neque eò deſtinata fuit ſolutio, iſta conſuetudo, vel lex provincialis, de parata executione, non exerit vires ſuas in mobilia debitoris tranſitoria, per hæc loca, *Salicetus in l 2, num. 8. C. de jurisd. om. jud. & in l. cunctos populos. 1. num. 14. C. de ſumma Trin. & fide cathol.* Cùm enim mobilia perſonæ domini cohærere intelligantur, *gloſſ. l. quis ergo. 16. ff. de pecul.* ideò ſequuntur conditionem domini, quò ad juriſdictionem &
30 fori competentiam, adeò, ut judex perſonæ, dicatur etiam judex rerum, *Bertrandus conſ. 221. num. 3. vol. 3, parte 1.* allegando ſatis bonam rationem, quòd bona hominum cauſa ſint creata. *l. in pecudum. 28. ff. de uſur.* ideò, tanquam acceſſorium, regulantur ſecundùm naturam ſui principalis. *c. de prudentia, extra de donat. inter virum & uxor. Baldus in l. mercatores. 4. nu. 1. C. de commerciis. Alex. conſ. 21. num. 5. vol. 1.* ubi ex hac ratione determinat, in publi-
31 catione bonorum alicujus facinoroſi, intelligi confiſcata eſſe non tantùm bona immobilia & mobilia, quæ habet in imperio, verùm etiam quæcunque alia mobilia, quantumvis extra fines imperii habita, cùm mobilia reputentur affixa quaſi oſſibus domini, quæ patitur iſtam capitis diminutionem, & hanc ſententiam de jure veriſſimam eſſe, teſtatur Chaſſanæus *in conſuetud. Burgundiæ rub. 9. §. 16.*
32 *verbo, sont en meubles, num. 3.* Quantumvis enim alibi referat Baldus, quòd mobilia cenſeantur eſſe de illo territorio, in quo reperiuntur. *Baldus in c. 1. in princ. num. 6. & 23. de pace tenen. & ejus viola ibiq; Prapoſitus num. 4. per l. forma, 4. §. is verò, 2. ff. de cenſibus, allegando Hoſtienſem in c. nimis, extra de jurejur.* tamen iſtud ſpeciale eſt in caſu violatæ pacis, & interpoſitæ delinquentis fugæ à facie judicis, quo caſu res ejus mobiles, in loco delicti habitæ, veniunt in populum publicandæ & diſpenſandæ, *prout loquitur ille text. in d. c. 1. §. ſi verò violator pacis à facie judicis. de pace ten.* Quod idem etiam ſentiendum eſt de nominibus debitorum, pro quibus actio perſonalis competit ad quid mobile, quo caſu talia jura etiam mobilibus connumerantur, ita, ut judex loci, ex quo alicui forenſi quid debetur, in ea debita non poſſit paratam ex ſtatuto ejus provinciæ executionem facere, ſed debeat remittere creditorem ad judicem domicilii, ubi ſedet obligatus, *per ea, quæ tradit Alex. conſ. 16. num. 1. vol. 1. quo de fuſiùs in prima Parte Operis noſtri cap. 3 num 251. cum ſeqq. egimus.*
Nec obſtat, quòd alibi legitur: nomina 33
debitorum eſſe ubique, non autem in certo loco, *l. Cajus. 86. in princ. ibi: in legato omnium mobilium, quæ in domo ſunt, nomina debitorum non contineri. de legat. 2. l. ſi fideicommiſſum. 50. §. tractatum 1. verſ. ſed & hic placuit, non loci eſſe æs alienum, ſed univerſarum facultatum. de judic. cum ſimilibus.* quia reſpondetur: contraria circumſcriptive intelligenda eſſe, quod videlicet nomina non comprehendantur aut circumſcribantur eo loco, ubi ſunt, ſed cohæreant perſonæ domini, ad quem pertinent illa nomina, vel alia mobilia, ita ſolvit Alex. *d. conſ. 16. num. 5. vol. 1.* & alibi tradit idem, quod actio perſonalis pro nominibus debitorum, intelligatur cohærere quaſi oſſibus perſonæ, cui debetur. *Alex conſ. 19. num. 2. vol. 6. & Gozadinus conſ 49. nu. 14. per l. quis ergò caſus 16. ff. de peculio & l 3. pro ſocio.* [& non poſſint ſeparari à domino, ſicut nec anima à corpore.] Ideò valde ſuccinctè Baldus loquitur: mobilia reſpicere perſonam, immobilia verò territorium, in quo ſita ſunt *Baldus in d. l. mercatores. 4. num. 1. C. de commerc. quem citat & ſequitur Gailius obſer. 124. num 18. lib. 2.*
Ac, quòd extra præmemoratos caſus, quã- 34
do vel in loco ſtatuti contractum eſt, vel eò deſtinata ſolutio, neque res mobiles, per tranſitum ibidem deprahenſæ, & aliter non permanſuræ, puta, quas cuſtodiæ cauſa in certum locum deferri dominus fecit, mox revocaturus, pro ſuo arbitrio, neq; perſona debitoris alibi, quàm in loco domicilii (dummodo ibidem vigeat ſtatutum paratæ executionis, vel iſtud ita inter partes ſit conventum) ſiſti vel detineri poſſint, eam doctrinam communem eſſe, refert Panorm. *in c. fin. num. 43, extra de foro compet.* Etſi enim ibidem addat, tales res mobiles ſaltem ſequeſtrari poſſe: tamen iſtud tunc demũ verum eſt, quan-

35 do reus in loco domicili non eſſet poſſeſ-
ſionatus, aut aliter de fuga, vel dilapida-
tione ſuſpectus. *arg l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin.
ibi: & perſona ſuſpecta ſit. ff. qui ſatudar. cog.*
prout ipſemet Panorm. in allegato loco
ſe ita reſtringit, *num. 44.* in illis verbis: ſi
aliter non ſit ſuſpectus, aut alibi teneat
immobilia, neque ſequeſtrationem iſto-
rum mobilium permittendam, neq; cau-
tionem de re non baractanda exigendam
eſſe. *Abbas in d. c. fin. num. 44 arg. Clem. ne
Romani. §. ſanè de elect. c. nam & ego. extra de
verb. ſign. ac facit l. generali. 32. §. uxori. 2.
de uſufr. leg. ubi per legatum uſusfructus do-
mus, eorumq. quæ ſunt in domo, non veniunt
ea, quæ ſunt in domo cauſa mercium*, ac faci-
unt, quæ ſuperius annotavimus, *parte 1.
cap. 2. num 110. & ſeqq.* Quantumvis au-
tem Chaſſanæus in loco præcitato adji-
ciat, quod de conſuetudine vix credat
hanc diſtinctionem in effectu ſervari, ſi-
cut ipſemet fateor, quaſi tota die manus-
injectionem, vel areſtum decerni, non
tantùm pro bonis immobilibus loci, ſed
etiam pro mobilibus, & nominibus de-
bitorum, non obſtante, quòd, maximè
mobilia, ſint tantum tranſitoria ac e-
phemera, neque duratura in loco ſtatu-
ti vel conſuetudinis. *arg. l. fin. C. ubi in rem
act.* tamen reſpondeo, iſtud de facto fie-
ri, non de jure, cùm & Bart. ſentiat, illam
theoricam, quòd debitor conveniendus
ſit in loco, ubi res ejus reperiuntur, intel-
ligendam eſſe, de rebus in loco perman-
ſuris, & ſecùs eſſe in aliis, quæ vel cuſto-
diæ cauſa, vel per tranſitum ibi ſunt: niſi
debitor ibidem foveat domicilium ſuum,
*Bart. d. l. fin. num. 1. & 2. & hanc opinionem
probat Ioan. And. ad Specul. tit. de comp. jud.
adit. §. generali. num. 17. verſ. tertia opinio.
poſt Panorm. in c. fin. & c. ſanè. extra de foro*
35 *compet.* Præterea hodie ſuper conceſſione
areſtorum, maximè adverſus perſonas
debitorum, cauti judices plerunque cir-
ca injectionem manus, ſive in perſonam,
ſive in bona debitoris, adjiciunt clau-
ſulam: Nos areſtum iſtud in perſonam,
vel res N N. prætenſi debitoris, interpo-
ſuimus, ad inſtantiam creditoris, in quan-
tum juris ratio patitur, Wir haben dem
Creditorn / auff ſein Anſuchen / den gebeten
Areſt ſolcher Güter / ſo viel von Rechts wegen
geſchehen kan / geſtattet. Item: Ewre Güter /
in quantum de jure zu areſtiren vnd anzu-
halten befohlen / quo caſu relinquitur de-
37 mùm diſputationibus & allegationibus

Cautela pro judicibus qui pro areſto conveniuntur.

partium, an juſtè vel injuſtè areſtum de-
cretũ fuerit. De cujus clauſulæ: In quan-
tum de jure fieri poteſt, effectu, videatur
Baldus *conſ. 248. incipiente. delegatus apoſto-
licus. num. 3. vol. 1.* ubi tradit: quòd hujus
clauſulæ determinatio pendeat ex futuro
eventu, ac declaretur per ſententiam, ſu-
per impugnatione proceſſus denuò publi-
candam, qua vel confirmabitur vel infir-
mabitur areſtum. *& latè Vitalis in tract. clau-
ſul. cap. 5. & in primis 6. arg. cap 2. in finalib.
verbis. extra de integr. reſtit. & l. diximus. 4.
ibi: pendentiæ tertiæ curationis finem expectari.
ff. de excuſ. tut.* Cùm ſecurius faciant judi-
ces, admittendo ſuperfluum, quàm omit-
tendo neceſſarium. *c. non æſtimemus. verſ.
melius enim ſupererunt. 13 q. 2. ac facit l. quæ
dubitationis. 81. cum l. non ſolent. 94. ff. de reg.
jur.* niſi fortè talis in loco in[illegible], & 38
ab antiquo conſuetudo inducta fuerit, ut
liceat perſonam, vel quæcunque bona, ſi-
ve ſoli, ſive mobilia, & tranſitoria foren-
ſis debitoris, etiam extra cauſam dilapida-
tionis, aut ſuſpicionis fugæ, in loco ſtatu-
ti executivi deprehenſa, areſtare, tunc n.
ſuſtinetur areſtum vigore longævæ con-
ſuetudinis. *Rebuff. ad ordin. regni Galliæ to-
mo 1. de literis oblig. art. 1. gloſ. 3. num. 40.
quo de latiùs in prima Parte noſtri Operis cap. 4.
num. 9.* Sed hæc conſuetudo, quia facti
eſt, & in facto conſiſtit. *c. 1. extra de con-
ſtit. in 6.* probari debet ex parte ejus, qui
illam allegat. *l ei incumbit. 2. ff. de probat.*
In cujus probatione ſi cadit, aut non do- 39
cebit, quod ex alia cauſa, per leges appro-
bata, puta, propter fugæ ſuſpicionem, vel
ſimilem, ſequeſtratio proceſſerit, *ſecun-
dùm ea, quæ habentur in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin.
qui ſatisd. cog.* non tantùm areſtum relaxa-
bitur, ſed condemnabitur præterea are-
ſtator ad refuſionem ſumtuum & inter-
eſſe, pro rebus debitoris, ita de facto ſe-
queſtratis. Prout iſtud antè paucos annos
in perſona cujuſdam mercatoris Antuer-
piani practicatum & pronunciatum me-
mini, contra ejus prætenſum creditorem,
ad cujus inſtantiam is fuit detentus in a-
reſto perſonaliter. Sicut n. areſtum de fa-
cto proceſſerat; ita fuit condemnatus de-
tinens, in expẽſas litis & intereſſe, ſuo ad-
verſario, anno 1578. Ideoq; ut plurimùm
judices, ſuper areſtis rerũ aut perſonarum
aditi, utuntur & alia cautela, recipiendò
videlic. ante omnia à creditorib⁹ cautio-
nẽ, de ſervando indemne tribunal judicis,
& refundendo expenſas cum omni inter-
eſſe;

eſſe in caſu ſuccumbentiæ. *arg. ejus, quod habetur. in c. ſuſcitata. in fin. ibi: recipiatis idoneam cautionem. extra de integr. reſt. l. ſi in fraudem. 7. C. de legat. & traditur plenius in c. 2. Partis primæ noſtri Operis, num. 516 cum ſeqq.* Quæ tamen omnia, ſicut præmonuimus, in terminis ſtatuti, vel conſuetudinis, paratam executionem tribuentis,
41 intelligenda ſunt. Si enim manusinjectio caveatur ex pacto executivo, vel conventione partium, univerſaliter, & ſine determinatione certi loci, concepta de apprehendendo, in caſu moræ, omnia debitoris bona, ubicunque reperta, tunc talis obligatio operatur in omnia bona, ſive immobilia, ſive mobilia, etiam tranſitoria rei forenſis. *ita intelligo Anton. Neguz. in tract. pign. 2. membro. 2. part. princip. num. 14. Alex. de Imola in l. ſi conſtante. 27. num. 27. verſ. ſed ſi benè advertas. ff. ſolut. matrim. poſt Car. in l. generali. 32. §. uxori 2. num. 2.*
42 *& 4. de uſufructu leg.* niſi fortè lege vel privilegio aliquæ perſonæ vel res repeṙiantur a tali manusinjectione ſpecialiter exemtæ, prout hanc reſtrictionem in terminis ordinariæ executionis innuit Maranta *de ord. jud. p. 6. de execut. ſentent. num. 25. argum. l. ab ea parte 5. ibi: qui ſpeciali lege vel conſtitutione ſe exemtum dixerit, id probare oportet. ff. de probat. l. nec non. 28. §. quod ejus. 2. ibiq; not. gloſ. ex quibus cauſis major. l. mutus 43. §. cùm quæritur. 1. de procurat. cũ ſimilibus.* Quæ autem de manusinjectione in bona debitorum hactenus tradita ſunt, extenduntur non tantùm ad bona rei principalis, ſed etiam ejus fidejuſſorum,

Quando in bonis fidejuſſoris poſſit fieri executio.

43 dummodò tamen pariter, ſicut principalis, licentiam fecerint creditori, ingrediendi, occupandi, vel quoquo modo detinendi poſt moram, ipſorum res vel poſſeſſiones, aut aliter, in loco aditi contra fidejuſſores competentis judicis, tale ſtatutum vel conſuetudo extet, quòd in caſu moræ, locus ſit manusinjectioni in bona obligatorum, cùm & fidejuſſor debitoris appellatione contineatur, *l. ſi ſervum. 91. §. nunc videamus. 4. in fine de verb. oblig.* quia ut ibidem innuit J C. in totam cauſam ſpoponderunt. *ac facit l. ſi fidejuſſor. aliàs incipit l. ſi cui. 49. §. Iulianus. 6. de legat. 1.* Idque procedit, ſive exceptioni ordinis, vel diſcuſſionis principalis rei fuerit renunciatum, ſive non, *quo de legatur Gailius in lib. 2. pract. obſer. 27. num. 1. & 2. & per totum, & tetigi latiùs in prima Parte hujus Operis. cap. 10. num. 380. & ſequentibus. & in quarta Parte cap. 1. num. 114. cum ſeqq.* Ac, quòd tam adverſus fidejuſſorem contra- 44
ctus, quam judicatum ſolvi, abſque alia ſolennitate & ordine judicicialı, locum habeat parata executio, maximè, quæ oritur ex ſententia contra debitorem lata, vel in propoſito noſtro, ex inſtrumento executivo vel guarentigiato, quod judicato æquiparatur, ſecundùm Bald. *in l. tale. 40. §. qui provocavit. num. 14. ff. de pactis.* tenet Oldradus *in l. fin. §. adjicientes. C. de his qui ad eccleſ. confug. & Guido Papa deciſ. 26. num. 2.* niſi forte fidejuſſor evidentem exceptionem habuerit. *Guido ubi ſupra.* licet contrarium teneant Bart. *& alii in l. 1. ff. judic. ſolvi. Alexand. conſ. 131. num. 7. vol. 2. & in l. cum filiusfamilias. 49. num. 9. de verb. oblig.* & ſequitur poſt Bartolum, Jaſon *in l. 1. num. 49. ff. ſi cert. pet.* ubi ſubjicit, hanc ſententiam, quòd in fidejuſſorem contractus regulariter non detur parata executio, indifferenter teneri à Doctoribus, eamque communem eſſe referunt Paulus de Caſt. *in d. l. 1. num. 3. ff. judic. ſolvi. & in l. fin. §. fin. C. de uſur. rei jud.* Corneus *conſ. 211 lib. 3.* Mynſing. *in ſuis obſervationibus imperialis Cameræ. centur. 4. obſer. 96.* Sed facilis eſt ſolutio, ſi 45
reſpondeamus, contraria procedere in debitis non executivis, pro quibus ordo juris obſervandus, & ab executione proceſſus inchoandus non eſt. *l. 1. & l. 2. C. de execut. rei judic.* diverſum eſt, ſi fidejuſſor, unà cùm principali debitore, ſeſe executivè obligaſſet, quò caſu adverſus eum procedet executio, ſicut contra Principalem. *Gratus conſ. 87. num. 25. ac notat Aſinius in praxi judiciorum. §. 31. in 22. ampliationis extenſione. num. 5. mihi pag. 336.* & eſt quod ſibi imputet fidejuſſor, quare executivè ſeſe obligaverit, ſecundùm ea, quæ de debitore principali in ſecundo capite hujus Partis. *num. 8. 9. & 10.* latiùs proſecuti fuimus, quæ tamen omnia intelligenda ſunt de debitis liquidis, non autem de illiquidis. Sicut enim exceptio debiti non liquidi impedit paratã executionẽ adverſus principalẽ, *ſecundùm Bart. in l. creditores. 3. num. 16. C. de pignor. per l. 4. C. de compenſat. de quo paulò poſt latiùs:* ita multò magis contra perſonam fidejuſſoris ceſſabit. *Rebuff. de ſent. execut. art. ult. gloſ. 1. num. 24.* ne is in duriorem cauſam obligetur, quàm ſuus principalis, *l. græci 8. §. illud 7. de fidejuſſ.* In debitis autem liquidis, & quò ad paratam executionem, ex vi

ſtatuti,

ſtatuti, vel pacti executivi privilegiatis, eodem modo proceditur executivè contra fidejuſſorem, quemadmodum contra principaliter obligatum, cùm fidejuſſorum facultates, quò ad effectum ſolutionis, cenſeantur aggregatæ bonis princi-
46 palis debitoris. *Paulus de Caſtro in l. ſi plures, 27. §. præterea ſi quæratur. 2. & l. inter fidejuſſores. 26. de fidejuſſoe. quem textum, tanquam ſingulaeem, commendat Hippolyt. ſingul. 3. incip. ad hoc. & Ludo. Romanus in conſ. 320. incip. hæc iſtorum in quinq. circa princ. quem allegat & ſequitur Chaſſanæus in conſuet. Burgund. rub. 5. §. 2. n. 13* licet addat, Marſilium in practica criminali. *§. attingam. nu. 56. & in ſing. 3.* contrarium ducere, quòd nimirùm illud ita non practicetur. An autem pendente executione contra debitorem principalem, ſive in ejus bona, ſive in perſonam, poſſit ſimul exigi fidejuſſor, & econtra fidejuſſore executato, poſſit executari debitor, maximè, quando per unam viam aut remedium nondum eſt ſatisfactum creditori, tradit Jaſ. *in l. 1. ff. ſi quis jus dic. non obtemp. & Baldus in c. contingit. extra. de dolo & contum.* De quo articulo remitto me ad ſuperiùs tradita *cap. 8. in 2. Parte hujus Operis. num. 35. 39. & 40. cum conſequentibus.*

47 Sed, an parata executio extendatur etiam ad fidejuſſorem de ſiſtendo judicio reum, quem poſtea non exhibuit, quæſtionis eſt? Circa quod dubium, præmittendum, quod de jure civili reus, etiam pro cauſa pecuniaria conventus, ſi non poſſideat immobilia in territorio adiri judicis, teneatur præſtare cautionem de perſeverando ſaltem in lite uſque ad ſententiam definitivam, vel uſq; ad determinationem controverſiæ. *l. ſenatus. 16. de off. præſidis §. ſed hodie Inſt. de ſatisdat. juncta l. ſciendum. 15. & l. fin. qui ſatisd. cog. in quo jus etiam Saxonicum non diſcrepat.* Landrecht. *lib. 2.*
48 *art. 9. §.* Der Richter ubi dicitur: quod judex ab actore & reo cautionem recipere debeat, ut juri ſe repræſentent, cùm uterq; reſpectum & confidentiam habere juriũ ſuorũ ad judicium teneatur, & cõcordat Landrecht. *lib. 3. art. 10 §. ſi verò actio civilis pro debito propoſita ſit.* licet iſte mos ſatisdandi ex parte rei, ut plurimùm, hodiè ab uſu noſtrarum provinciarum receſſerit, de hoc ſe ad communem practicam referendo, qua de atteſtatur etiam D Regulus in ſuo proceſſu *cap. 46.* Von Cautionen vnd Vorſtenden. *num. 3. verſ.* Aber in Vbung. Eſt tamen dare caſum, ubi debitor, etiam pro cauſa pecuniaria, de jure Saxonico, oneratur, non ſolùm ſatisdatione judicio ſiſti, ſed etiam judicatum ſolvi, puta, ſi ſequeſtrentur vel areſtentur perſona vel res alicujus debitoris, in caſu à jure vel conſuetudine permiſſo. Quo caſu, ſi relaxationem areſti deſiderat reus, ſuper debito nondum liquido, non minùs de ſtando ibidem in judicio, quam etiam de judicatum ſolvendo cautionem præſtare compelletur. *Schurff. conſ. 15. n. 15. cent. 3. poſt Curt. de ſequeſtr. quæſt. 2. num. 55. per l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. ff. qui ſatiſdare cog.* Et ita poteſt intelligi textus Landrecht *lib. 3. art. 10. §.* Iſt er aber vmb Schuld. Qua de re, & an illud ita ſit univerſaliter verum, infra pluribus agetur *in tertia Parte Operis noſtri, cap. 11. nu. 93. cum ſequentibus.* Reſpondendo itaque ad præmiſſam quæſtionem, dico: quòd in fidejuſſorem, qui promiſit reum principalem exhibere in judicio, quantumvis eum non ſiſtat creditori, tamen denegetur parata executio, licet iſta ſtipulatio in judicio interpoſita ſit, quia militat adhuc ratio debiti non- 49
dum liquidi, *Rebuffus de ſentent. execut. art. ult. gl. 1. nu. 24.* cum in fidejuſſores judicio ſiſti, qui reum uſque ad ſententiam non repræſentant, tanti demùm, quanti ea res erit, hoc eſt, in quantum condemnabitur principalis, actio detur, niſi in certam 50
ſummam ſpoſponderint. *l. 2. §. fin. & ibi gl. verb. promiſerit. & verb. quod utrum. ff qui ſatiſd. cog. ac facit l fin ibi: ſi ſtipulationi judicio ſiſti pœna adjecta non ſit, incerti cum eo agendum eſſe ad id, quod intereſt. ff ſi quis in jus vocatus non ierit. l. quoties quis. 81. in princ. de verb. oblig* In facti ſiquidem obligationibus pòſt moram, ſuccedit obligatio ad intereſſe regulariter. *l. ſtipulationes non dividuntur. 72 ver. Celſus de verb. oblig. ac facit in propoſito l. 2. §. fin. Qui ſatiſd. cog. cum l. ex hoc edicto. 3. in princ. ibi. ſi in judicium vocatus non ſiſtat, in factum actio competit. quanti videlicet interfuit actoris reum ſiſti. ff. de eo per quem fact. eſt, quo minùs.* Itemque juris etiam eſt in fidejuſſore, judicio ſiſti pro criminalibus cauſis, ut contra non ſiſtentem non procedatur executivè, in caſu, ubi reus plectendus venit pœna pecuniaria, pro motu videlicet & arbitrio jus dicentis, de quo demùm apparebit ex ſententia judicantis. *l. ſi Berſatoeam. 13. & ibi gloſſ. 1. C. de fidejuſſ juncta l. ſi quis reum. 4. ibi: ſi certa quantitas comprehenſa non eſt, nec extat alia conſuetudo, præſes provinciæ ſtatuet de modo pecuniæ, quam inferri oportebit. ff de cuſtod. 3. & 5.*

Differ. jur. civ. & Sax. lib. 1. c. 40 lib. 2. 4 diff. 2 Zob. 10 5. & 7. art. 3. & art. 4. diff. 16. n. & ſeq. diff. in pa... Die Cautionen.

Differ. jur. civ. & Sax. lib. 1. d. 48 In Zob 4. part. diff. 26. num.

cuſtod. reorum. Idque vocat Julius Clarus
intereſſe prætoris, ob reum non exhibi-
tum. *Clarus in receptis ſent. crim. lib. 5. §. fin.*
quæſt. 46. n. 17. Et in hoc concordat et-
iam jus Saxonicum, *lib. 3. art. 9 in princ.*
ubi dicitur: Wer Bürge wird vor Gerichte
eines Mannes/ ihne wieder vorzuſtellen/ vnd
mag ihnen nicht haben/ wenn er ihn ſtellen
ſol/ er muß es beſſern/ nach dem der Principal
beklagt war. vel, ut habet Latinus textus:
Si quis fidejuſſorem ſe obligarit, de ſiſten-
do aliquo in judicio, & id implere non
valeat, tenetur pro reo ad ſolvendum,
ſecundum modum actionis, qua abſens
victus judicatur. Licet enim Zobelius
ibi in ad.lit. litera A. conſtituat iſto caſu dif-
ferentiam inter jus civile & Saxonicum,
quaſi hoc jure teneretur fidejuſſor ad æſti-
mationem litis ſecundùm autem leges ci-
viles, tantùm ad intereſſe non factæ præ-
ſentationis: idque ideò forte, cùm de jure
civili liberi hominis corpus non recipiat
51 aliquam æſtimationem. *l. 1. §. ſed cùm ho-*
mo liber. l. fin. de his qui dejecer. vel eff. id. cum
l. ex hac lege. 3. ſi quadrup. pauper. fec. dic.
adeoque ubi pœna corporalis in petitione
eſt, & urgetur, nulla poteſt iniri æſtima-
tionis ratio, cujus contrarium fit de jure
Saxonico, quod & ipſi corpori, & ſingu-
lis membris, hominis certam tribuit æſti-
52 mationem pecuniariam, Landrecht. *lib. 2.*
art. 13. & 16.) tamen iſta diſtinctio addi-
tionatoris pugnat cum gloſſa *l ſi Berſato-*
ram. 13, C. de fidejuſſor. ubi fidejuſſor judi-
cio ſiſti, etiam pro criminoſo delinquen-
te, ſi eum non repræſentet, condemnatur
ipſe quoque ad æſtimationem totius litis.
ac eſt melior de jure textus in l. ſi quis reum cri-
minis. 4. in principio. ibi: pœna pecuniaria ple-
ctitur. juncto §. 1. in finalibus verbis. ibi: de
modo pecuniæ, quam inferri oportebit, prætor
ſtatuere debet ff. de cuſtod. reorum. [Verba
enim cum effectu ſunt accipienda, *l. 1. ff.*
quod quisq; jur.] Et iſtud ipſum, quanti vide-
licet contingit condemnari reum in cauſa
principali, concernit intereſſe accuſatoris,
maximè in cauſis criminalibus, civiliter
intentatis. Idemque eſt, ſi ad pœnam cor-
poris afflictivam actum ſit; in proceſſu
tamen appareat, pœnam in libello petitam
non habere locum, ſed mitiorem impo-
nendam eſſe, prout tota die contingere
53 videmus. Unde & illud eſt, quòd fide-
juſſor judicio ſiſti, non poſſit ſe obligare
ad pœnam corporalem pro reo. *Socinus in l.*
filiusfamilias. 14. num. 6. de verb oblig. & no-
tat Apoſtillator ad art. 10. lib. 3. litera B, & ut
maximè iſtud faceret: tamen non puni-
tur corporaliter, ſed tantum pecuniariè.
Hippolyt. de Marſ. in pract. crim §. & quia. &
§. attingam. num. 3. & hæc ſententia com-
munis eſt, *teſte Claro in recept. ſententiis crim.*
lib. 5. §. fin. quæſt. 47. num. 17. cùm & pœ-
næ ſuos perſequi debeant autores. *l ſan-*
cimus 22. C. de pœnis. & nemo ſuorum
membrorum ſit dominus. *l liber homo, 13.*
ff ad l. Aquiliam. juncta l. 1 de his qui ſibi mort.
conſciver. Unde in cauſis criminalibus, 54
ad pœnam corporis extinctivam vel affli-
ctivam intentatis, cauti accuſatores non
admittunt fidejuſſorem de judicio ſiſti,
niſi idem, in caſu non factæ exhibitionis
accuſati, ſimul ſe obliget ad certam pœ-
nam pecuniariam, parti vel fiſco appli-
candam, *Clarus de receptis ſenten. in crimi-*
nalibus. §. fin. quæſt. 46. n. 12. poſt Bart. l. ſi
quis ſervum. n. 3. ff. de cuſtod. reorum. per l.
procurator ad exhibendum 8. §. fin. rem ratam
haberi. l. 2. §. fin. ibi: niſi fidejuſſor pro certa
quantitate acceſſerit. qui ſatisd. cog. l. ſi ſi quis
in jus voc. non ierit. Etſi verò videbatur iſto 55
caſu dicendum, cùm & dies ſiſtendi certa,
& pœna appoſita ſit, eo ipſo commiſſam
intelligi pœnam, & executivè contra fide-
juſſorem procedi poſſe, ex quo lapſus fuit
dies, ad ſiſtendum reum à judice defini-
tus, *per id quod habetur in l. magnam. 12. C. de*
cont. & com. ſtip. & l trajectitia 23. v. de illo
ff de act. & obl. l ſi fundus. 4 §. fi. de leg. com-
miſſ. l. 2 §. fin C. de jure emphyt. neque enim
habere fidejuſſor videtur, quod conque-
ratur, cùm fruſtrà expectetur caſus, cujus
eventus nihil operatur. *Alex. in l. inter ſti-*
pulantem. 83. § ſacram. 5. num. 9. de verb ob-
lig. l. ſciendum. 15. §. fin in fin. qui ſatisd. cog.
adeoq; rectè dici poteſt, hodiè moram
committi, & ſic hodie executivè proce-
dendum eſſe, *gloſſ verb. abſolvi. in l 3. § ibi-*
dem ſubjungit. per illum tex. ff ad exhib & fa-
cit l. ſi is à quo. 3. in princ ut in poſſeſſ leg. ſer.
cauſa. eſſe lic. l. 3. §. cauſæ. de Carbon. edict.
Contrarium tamen verius eſt, quòd nec 56
eo etiam caſu contra fidejuſſorem judicio
ſiſti, executivè poſſit procedi ad pœnam,
ſed admittitur fidejuſſor ad purgandam
moram ſui principalis, ne ſibi noceat, *c.*
mora ſua. extra de reg. jur. in 6. & ita beni-
gniùs cum fidejuſſore, quam cum ipſo mo-
roſo agitur. Bald, *in d. l. magnam, num. 6.*
verſ. item quartò fallit. allegat textum *l. fide-*
juſſor. 15. ff. de doli mali excepe. cum l. ſan-
cimus. 26. in princ. quæ eſt melior in jure. C de
fidejuſſor. ubi habetur: Si quis reum
accuſa-

accuſatum ſiſtere, & quatenus non ſiſte-
ret, centum pœnæ nomine promiſit, ſi-
quidem in termino ei præfixo reum non
præſentaverit judici, committitur quidem
pœnalis ſtipulatio, ita, ut fidejuſſor incur-
rat pœnam, verùm ita mox in continenti
exigi non poterit, ſed indulgetur fidejuſ-
ſori alius terminus, priori æqualis, intra
quem fidejuſſor admittitur ad moræ pur-
gationem, ſiſtendo videlicet reum perſo-
naliter, & ita liberabitur à pœna conven-
ta: Sin verò infrà terminum non præſen-
taverit reum, tunc demùm pœna in ſtipu-
latum deducta ab eo exigitur: niſi malit
reum defendere, & judicium in ſe ſuſci-
pere, uſque ad determinationem cauſæ,
57 quo facto, medio tempore pecuniarum
exactionem & executionem evitat. *Bart.
in l. ſi quis reum. 4. nu. 3. ff. de cuſtod. reorum.
per textum d. l. ſancimus. 26. ver. ſed ſiquidem.
juncto §. ſed ſiquidem poſt ſtatutum.* Licet
iſtud cum mica ſalis veniat intelligen-
dum, ut videlicet fidejuſſor tunc demùm
poſſit reum abſentem & contumacem
58 in cauſa principali defendere, ſi hoc ita
actum & conventum fuit inter partes,
quòd fidejuſſor ſuſcipiat rei defenſio-
nem, aliàs non, *d. l. ſancimus. ſ. ſed ſiquidem.*
niſi pacti tenor ad hoc reclamaverit, pu-
ta, quòd ſine defenſione facienda pro reo
59 fidejuſſerit. Sicut nec ad pœnam con-
ventam tenetur, quandò ſubeſt juſtum
impedimentum, puta, ſonticus rei mor-
bus, tempeſtas, vis fluminis, aut quid ſimi-
le, quod prohibet, quò minùs reus cauſam
ſuam defendere poſſit: cum iſtis enim
exceptionibus auditur fidejuſſor, adeò, ut
contra eum, ratione contumaciæ rei, in-
terim ad pœnam conventam executivè
procedi nequeat, [nec oberit ei, quod
procuratorem mittere potuerit.] *l. 2. ſ. ſi
quis judicio, ſi quis caut. jud. ſiſti.* Idemque
eſt, ſi facto magiſtratus impediatur. *d. l. 2.
§. ſimili modo.* [ſecus, ſi eſt impedimentum
60 facto privati contingens.] Et ita ſuper
quæſtione, de facto nobis propoſita, ubi
reus principalis, de quo ſiſtendo ſub certa
pœna pecuniaria fidejuſſerat alius, timore
minarum, ipſi forſan ex præfectura inſi-
nuatarum, cùm in judicio perſonaliter
comparere vereretur, & à fidejuſſore ni-
hilominùs pœna conventa exigeretur, de
jure reſpondimus Quæſtori Jenenſi, anno
1580. menſe Octobri, præmaturè ſcilicet
& intempeſtivè conveniri fidejuſſorem
ad pœnam, ſed dandas eſſe literas ſalvi
conductus reo principali, ut ſine periculo
carcerationis, aut alio, coràm judice ſe ſi-
ſtere, & cauſam ſuam ibi defendere poſ-
ſit, cùm locus judicii cuilibet ſecurus eſſe 61
debeat, & tutus partibus, eorumque pro-
curatoribus. *gl. c. cum loco. extra de ſponſal.
clem. paſtoralis. de re judic. ac notat Felinus in c.
accedens. extra ut lite non conteſt. per l. quid
tamen. 25. §. Papinianus, 5. ff. de arbit. & l.
habitatores. 27. ſ. 1. locati. quo de fuſiſſimè in
quarta Parte hujus Operis, cap. 1. num. 198.
199. cum ſeqq.* Ac ſi dictum fundamen- 62
tum. *l. ſancimus. 26. ſ. ſed ſiquidem.* ita gene-
raliter intelligeretur, quod indiſtinctè in
quibuſcunque caſibus admitteretur fide-
juſſor pro defendendo reùm in cauſa ho-
micidii, vel alia criminali criminaliter in- 63
tentata, ſerò admodum fiſcus poſſet per-
venire ad vindicationem bonorum anno-
tatorum ipſius fugitivi & contumacis, *de
qua in l. 1. & l. fin. §. 1. C. de requir. reis.*
item, fruſtra proditum eſſet legibus, quod
reus in criminalibus, ubi vertitur pœna
corporalis, quæ eſt ultra relegationem,
perſonaliter, & non per procuratorem
comparere teneatur *l. penult. §. ad crimen.
ff. de public. jud. ac notant Bart. & Dd. in l.
ſervum quoq. 33. § publicè. 2. de procur.* ſicut
hanc opinionem communem eſſe, tradit
Julius Clarus *in recept. ſent. crimin. lib. 5.
quæſt. 32. n. 2.* & iſtud obſervat conſuetu-
do. *Bart. d. § ad crimen. n. 11.* Evitat verò 64
omnem pœnam fidejuſſor judicio ſiſti, *Differ. jur.*
quando reus principalis, nondum convi- *civ. &*
ctus, infrà dilationem, quæ adſignatur fi- *Sax. lib 2.*
dejuſſori pro denuò præſentando reum, *part 3.18.* *In Zobel.*
fuerit ſubtractus ab hac luce. *d. l. ſancimus.* *part 4.*
26. ver. ſin autem & ſecundum tempus. C. de *diff. 26.*
fidejuſſor. Quemadmodum enim crimen *num. 10.*
& pœna extinguuntur morte accuſati.
*l. defuncto. 6. ff. de publ. jud l. 1. & 2. C. ſi reus
vel accuſ. mort. fuer. l. 1. §. quamvis ff. ſi pen-
dente appellat. mors interve. l. in ſenatus. 15. §.
Si propter 3 ad SC. Turpil. quæ ſententia com-
munis eſt, teſte Cagnolo in l. pupillum. 111. ſ.
qui in hæredes. num. 4. verſ. & prædicta. de
reg. jur. Plaza lib. 1. de delict. cap. 38. n. 2. Ju-
lius Clarus in recept. ſentent. crimin. lib. 5. §. fin.
quæſt. 51. n. 12. & 15.* cùm mors ſolvat o- 65
mnia. *ſ. deinceps. auth. de nuptiis. collat. 4. l.
in ſententiis. 59. ff. de re jud* ita non diſſimi-
liter mors accuſati ſuperveniens diſſolvit
obligationem etiam fidejuſſoriam, tan-
quam acceſſoriam. *l. cùm principalis. 178 de
reg jur. & eſt pro hoc textus ad literam in l.
ſi deceſſerit qui ſatisd. cog. ubi dicitur: defuncto*

 eo, qui

eo, qui fidejuſſorem dederit judicio ſiſti, expirare
fidejuſſionem, neque compelli ampliùs fidejuſſo-
rem ad exhibendum reum. Nec in eo etiam
diſcedit jus Saxonicum à civili. Landrecht
lib. 3 art. 10. §. Iſt er aber vmb Schuldt.
ubi habetur: Wenn ein Mann vmb Schuld
beklaget wird / die noch nicht auff jhne gewon-
nen iſt / vnd ſtirbet er binnen den Tagen / hoc
eſt, intra dilationem conceſſam fidejuſſo-
ri ad præſentandum reum, Vnd der Bür-
ge kan ſeines Principaln Todt bezeugen ſelb
dritte / ſo iſt er ledig / vnd muß als denn des
todten Erbe antworten vor die Schuldt. *&*
concordat Weichbild. *art. 118. §. 1.* Licet au-
tem iſte textus loquatur in judiciis civili-
bus: tamen multò magis idem de crimi-
nalibus dicendum eſt, ex quo majus peri-
culum fidejuſſoris vertitur, *& patet ex*
Landrecht *lib. 2. art. 65. de quo paulò pòſt fu-*
66 *ſiùs. num. 70.* Ac certè utroque caſu im-
poſſibilitas facti excuſat a pœna. *l. fin. §.*
idem juris. ubi Bart. ff. ad l. Rhod. de jactu. &
l. 2. §. ſi quis in judicio ſiſti. ſi quis caution.
67 Circumſpecti itaque ſint accuſatores, item
inquiſitores, ut in criminalibus non aliter
patiantur relaxari criminoſum, niſi fide-
juſſores promittant conſignationem, vel
redhibitionem malefactoris, uſque ad
ſententiam incluſivè, ſub certa aliqua &
determinata pœna. *Iulius Clarus d. quæſt.*
46. n. 12. pòſt gloſſ. in d. l. ſed & ſi quis. §. fin.
verb plùs quàm ſtatutum eſt. ſi quis caut. ubi
68 *addit, iſtud communiter obſervari.* Abſorbet
enim hæc pœna conventionalis pœnam
legis vel judicis arbitrariam, quæ conſi-
ſtit in æſtimatione intereſſe, cujus non
tam difficilis probatio eſt, quàm quòd in-
terdum ad exiguam & modicam ſum-
mam reſtringitur. *l. fin in finalibus verb ff.*
de prætor. ſtipu. l. 1. C. de ſenteut. quæ pro eo
quod inter. prof. juncta l. fin. C. de pact. con-
69 *vent.* Neque verò reperitur prohibitum,
Differ. jur. civil & Sax. 41. lib. 1 in Zob 27. par. 4 n. 9 ſtipulari pœnam, etiam multò majorem,
quàm ſit legalis. *gloſſ in l. non eſt impoſſibile.*
30. ubi Bart. num. 2. per illum textum, de pa-
ctis. & idem Bart. in l. ſi ita ſtipulatio facta. 19.
num 2. de verb. oblig. per d. l. finalem. de præ-
70 *tor. ſtip.* Quod, licet de jure civili careat
omni dubio: tamen de jure Saxonico non
videtur prima facie, iſto caſu major cautio
a fidejuſſore exigi poſſe, quàm quæ aſcen-
dat ad valorem unius vverigeldi, hoc eſt,
24. vicenarum *per ea, quæ habentur* Landr.
lib. 2. art. 10. §. Kein Mann iſt pflichtig / ſo
er vmb Vngerecht beſtetiget wird / höhere
Bürgen vor Gericht zu ſetzen / denn ſein Wehr-
geld ſtehet. *latinè ſic: fidejuſſores nemo ſtatuere*
tenetur ultrà menſuram ſui vverigeldi, niſi pro
debitis confeſſatis. ibidemq; notat etiam addi-
tionator litera B pòſt gloſſ. verb. Kein Mann.
juncto verſ. Es ſey denn Schuldt. *concordat*
gloſſ. 2. num. 4. in art. 65. lib. 1. in illis ver-
bis: Der Bürge darff des ſelbſchüldigen Recht
nicht leiden / Sondern giebt jenes Wehrgeld /
vnd wird damit loß. *quod & ibidem apertiùs*
firmat gl. d. art. 65. num. 5. ibi: Bürgſchafft
iſt leichter in Sachen / da die Klage auff Leibs-
ſtraffe gehet / als in bürglichen. Denn in
peinlichen Sachen iſt nur ein Wehrgeld da-
rauff geſatzt. *quod probat ibidem evidenter tex-*
tus d. art. 65. §. Wer auch / *in illis verbis:*
Wer einen Mann borget vmb Vngerichte
vorzubringen / ob er jhne nicht vorbringen
mag / er muß ſein Wehrgeld geben. *vel, prout*
habet latina verſio: qui pro crimine injuriarum
quem exhibere promiſit, id ſi facere nequeat, cum
ſuo abſolvetur vverigeldo. & addit Zobe. in ibi
dem in ſua addit. litera B quòd hoc ita ſervetur
in uſu. Ac quòd longe facilior ſit fidejuſſio, de
præſentando reum in criminalibus, quàm in ci-
vilibus, id teſtatur litera. Landrecht *art. 9 in*
princ. lib. 3 cum illis verbis: Wer da Bürge 71
wird vor Gerichte / den Mann vorzuſtellen /
vnd mag jhn denn nicht haben / wenn er jhn
wieder ſtellen ſol / er muß es beſſern / nach dem
jener beklagt ward / Gehet jhm aber die Klage
an Leib / ſo muß der Bürge ſein Wehrgeld ge-
ben. *latinè ſic: fidejuſſorem ſi quis ſe obligarit*
pro ſiſtendo aliquo ad judicium, intelligendo de
cauſa civili, & id implere non valeat, tenetur
pro reo ad ſolvendum, ſecundùm modum actionis,
hoc eſt, ſecundùm æſtimationem, petitam in li-
bello: ſi verò actio injuriarum, vel criminalis
fuerit intentata, tenetur præſtare vverigeldum,
cum quo concordat etiam Weichbild *art. 27.*
§. Ihr ſollet wiſſen. *verſ.* Peinliche Bürg-
ſchafft / *& ibi textus in §* Iſt die Sache alſo
geſtalt. *ubi habetur:* Wenn die Sache den be-
klagten an ſeinen Leib oder Geſundheit gehet /
er muß Bürgen ſetzen vor ſein Wehrgeld / wil
er anders nicht durch den Richterlichen Ge-
walt behalten werden. *Idq; ſine omni diſcrimine*
videtur Saxo tenere, ut indiſtinctè, ſive agatur
de pœna corporis extinctiva, puta, concernente
ultimum ſupplicium, ſive etiam afflictiva, Die
jhm an ſeinen Leib vnd Geſundheit gehet / *pro-*
ut fit in fuſtigatione, crinium evulſione, in cujus
locum hodiè ſucceſſit fuſtigatio Weichbild. *art.*
27. Landr. *lib. 2 art. 11. §* Geſchiehet. *ubi gl. &*
additionator notat. n. 6. l. 2. ar. 38. §. ob er aber.

& lib.

& lib. 2. art. 14.) reus veniat relaxandus ſub
fidejuſſoribus, intervenientibus uſq; ad quantita-
tem unius integri vverrigeldi. Verùm ante-
quam hac de re, & quid hodiè ſervetur in
practica, exponam meam ſententiam, ad-
monitum volo lectorem, textus juris
Saxonici non ita groſſo modo accipien-
dos eſſe, quaſi velint, per oblationem
cautionis fidejuſſoriæ, carceratum ſemper
& indiſtinctè in ea cauſâ eſſe, ut mereatur
relaxationem è ſua cuſtodia, quia iſtud
abſurdum foret, & contrà ea, quæ tradunt
Bart. & alii Dd. *in l. 1. n. 1 ff de cuſtodia reo-*
rum ubi concludunt: quando pro crimi-
ne imponitur pœna corporis afflictiva,
vel extinctiva, accuſatum regulariter ſub
fidejuſſoribus dimittendum non eſſe, &
72 hæc ſententia communis eſt, *teſtante Go-*
metzio cap 9. delictorum. n. 8. quem ſequitur Iu-
lius Clarus in 5. lib. recep in criminalibus ſenten-
tiarum. §. f. q. 46. n. 7. poſt Zuarez, quem ipſe
allegat in volumine allegationum. f. 693. circa
finem, & addit Clarus *ubi ſuprà*, huic con-
cluſioni applaudere conſuetudinem: licet
ei è diametro contradicere videatur tex.
in l. nullus. 2. C. de exhib. & transmit. reu, ubi
73 habetur: nullum in carcere vinciendum
eſſe, priusquam convincatur de crimine:
niſi reſpondeamus, prout reſpondet *gl.*
verbi omnis. in d. l. nullus. quòd carceratus nō
debeat poni in manicis ferreis & ligami-
nibus, antequam convincatur, ne afflicto
ulterior addatur afflictio. *l. tam dementis.*
28. C. de epiſ. aud. ideoque alibi ſcriptum re-
liquit Hippolytus, tunc demùm relaxari
poſſe, etiam ſine fidejuſſoribus, carcera-
tum, quando apparet, ipſum eſſe in termi-
nis abſolutionis: quod quidem liquere nō
poteſt, niſi demum poſt publicationem
atteſtatorum & proceſſus. *Hipp in tract. de*
fidejuſſo. num. 219. & ſing. 381. poſt Baldum in
l. ſed & ſi u. 21. num. 2 ff. de in jus voc. per tex.
74 *in l. qui pœnæ, 8. §. 1. ff. de manumiſſ.* Cæterùm
in eo nonnihil diſcedit Saxo, circa relaxa-
tionem carceratorum ſub fidejuſſoribus,
à diſtinctione interpretum juris civilis,
quòd nimirùm Saxo conſiderat tempus
propoſitæ accuſationis, an videlicet no-
men homicidæ vel alterius criminoſi ſit
receptum inter reos, ita, ut is citetur ea-
dem die commiſſi criminis, priusquàm
delictum pernoctetur, Ehe die That vber-
nechtig wird / quo caſu reus captus, de jure
Saxonico, non dimittetur ſub cautione
fidejuſſoria. Landrecht. *lib. 1 art. 70. §.* Wer
vmb Vngericht, *& ibi gloſ. verb.* Allzuhand,

Diff jur. civ. & Sax. 1. lib. 1. n Zob 27. part. 4. n. 6. & 8.

Hand-haffige That/

& concordat gloſ. verbi, Vnd ſchadet jhnen,
verſ. Hie wiſſe auch der Richter. Idemque
eſt, ſi realis citatio intervenerit, puta, quòd
delinquens in facto vel delicto manuali,
vel fuga facti fuerit deprehenſus, ut is eo-
dem modo relaxationem à carceribus ſub
fidejuſſoribus minimè mereatur. Land-
recht. *lib. 2. art 9. ibi:* Man ſol den Gefangenen
zu Bürgen handen geben / hoc eſt, debet
committi fidejuſſoribus, Er ſey denn in der
handhafften That gefangen. *ac concordat art.*
66. in princ. lib. 1. Et appellamus Handhafftige
That / quandò reus deprehenditur in ipſo
delicto, vel in fuga delicti, hoc eſt, Auff
friſcher That / oder in der Flucht der That /
prout eſt textus manifeſtus. Weichbild.
art. 114 ac concordat Landrecht *lib. 2. art. 35. in*
princ. Et dicitur fuga facti, quæ intenditur 75
toto illo tempore, donec durat perſecutio
facinoroſi latitantis, aut fugientis, prius-
quam ſe recipiat ad locum ſecuritatis,
quem petit *gloſ. d. art. 114. & d. art. 35. per l.*
fur eſt. 3. cum l. quò deſtinarit 4. & l. ſive igitur.
5. ff. de furt Fugiens ſiquidem judicium, vi- 76
detur de juſtitia vel innocentia ſua diffi-
dere. *c. oneratos. diſt. 84. & l in eos 13. ff. de*
cuſtod reorum. Et alibi deſcribitur Hand-
hafftige That / non ſolùm Wann der Mann 77
auff der That / oder in der Flucht der That be-
grieffen wird / ſed etiã Wan man Schwerd vñ
Waffen in ſeinẽ Henden findet / vnd in gefan-
gẽ vor Gerichte bringet. Weichbild *art. 114 &*
d art. 35. lib. 2. Adeò verò aggravat Zobe-
lius capturam, in manuali facto exercitã,
ut contra talem homicidam, deprehen-
ſum in flagranti crimine, ſtatim velit exe-
cutionem & decapitationem intendi. *Zo-*
bel. in addit. latina ad d. art. 66 litera B. circa
finem. & d art. 9. litera F. in illis verbis: depre-
henſum in manifeſta violentia ſine mora
ad judicium rapiendum, & condemnan-
dum eſſe. *quod & innuere videtur gl. 1.* Land-
recht *lib. 2. art. 35. in princ in illis verb.* Wer in
handhaffter That eingezogen wird / den ver-
theilet man allzuhand. *allegat.* Landrecht *lib.*
1. art. 55. & 66. & lib. 1. art. 70. § Wer
vmb Vngerichte. *ibi:* Man echtet jhn allzu-
hande. *ac probatur lib 3. art. 9 §.* Bricht aber.
ubi habetur: Wann ein Mann in handhaff-
tiger That gefangen wird / ſo richtet man wol
vber jhn binnen Friedes. *& ibi gloſ verbo.*
Bricht aber. Et addit Zobelius *d art. 55. li-*
tera D. quòd viderit hoc ita de facto ob-
ſervari, ac utrumque tam occiſum, quam
homicidam, uno tumulo ſepeliri. Quod 78
ipſum tamen valdè durum foret, præci-

quod & quando in delictis reus ſit committendus fidejuſſoribus.

Differ jur. civ. & Sax. lib. 2 part. 6. ... In Zob part. 4. diff 19. num. 7.

dete videlicet homicidæ, vel alii delinquenti, ſuas detentiones, quæ juris naturæ ſunt, *contrà clem. paſt. in alu de re judic. & l. ut vim. 3. ff. de juſt. & jur.* Ac certè leges Saxonicæ, per gl. & Zobelium ad hunc finem allegatæ, illud non probant. Licet enim *art. 55 lib. 1.* videatur decidere, Daß man wider den/ſo auff handhafftiger That begriffen wird / die That eilend richten ſol / hoc eſt, prout exponunt Zobelius & gl. quòd in continenti procedatur ad captivi condemnationem : tamen loquitur in caſu ſpeciali, furti videlicet, & rapinæ, cum quibus rebus furtivis, & in præda captis, deprehenditur fur, item latro, adeò, ut factum evidenter conſtet, neque aliqua tergiverſatione celari poſſit. Unde eſt, quòd in his tertis, ubi viget jus Saxonicum, videmus, adhuc hodiè contra fures & latrones ſummariè procedi, non obſervato legitimo juris ordine, per dicta jura Saxonica idque propter frequentiam delicti, quæ meretur pœnæ celeritatem. *l. aut facta, 16. §. fin. ff. de pœnis.* ut videlicet unius pœna ſit metus multorum. *l. 1. C. ad l. Iul. repetund.* Et ſic loquitur. *d. art. 55.* in caſu ſpeciali, ita, ut non extendatur ad alios ſimiles caſus *arg. l. jus ſingulare 16. & l. quod verò contra. 14. de leg.* Articulus verò 66. lib. 3. licet loquatur generaliter de criminoſis quibuſcunq; in manuali facto deprehenſis : tamen aliud nihil decidit, quam, quòd talis ſit includendus compedibus, neque dimittendus ſub fidejuſſoribus, ſicut hoc manifeſtè probatur ibidem, Man ſol ihn nicht zu Bürgen geben/ ſondern vor Gerichte ſtellen / und ſol ihn der Kläger ſelb ſiebende v-

80 berzeugen. Cum quo concordat etiam art. 70. §. Wer umb Ungerichte *lib. 1.* ubi determinat, quid juris, & quomodo procedendum ſit adverſus criminoſum fugientem, & reſpondet : ſiquidem aditus ſuper hoc judex fuerit cum clamore judiciario, ac faciat requiri, & citari partem, priuſquam delictum pernoctetur, in continenti procedendum eſſe ad bannimentum vel proſcriptionem fugitivi cõtumacis, quod & probatur per tex. *lib. 3. art. 9. §. fin.* in quo habetur : Kömpt der Theter hinweg/ man echtet ihn allzuhand / wann man ihn en handhaffter That beſehen und beſchrieben hat. Nec contrariatur huic idem prædictus art. 9. *pòſt principium. in §.* Bricht aber. ubi dicitur : Wird der Mann gefangen in handhafftiger That / man richtet wol uber ihn binnen

81 Frieden. quia loquitur ille quoque textus in caſu ſpeciali, violationis ſcilicet juratæ in judicio pacis : tales enim deprehenſi abſque mora condemnantur nach Friedbrecher Recht. *lib. 3. art. 36. in fine juncta ibi additione Zobelii litera* C. hoc eſt, ad pœnam gladii Landrecht *lib. 3. art. 13. & fac. gloſſ. verb.* Wird aber der Friedbrecher gefangen. *d. art. 36.* & in hoc concordat cum jure communi. *c. ſi quis hominem. de pace. ten. in uſibus feud.* Quantumvis itaque homicida in facto manuali fuerit comprehenſus : tamen, quia ipſi poſſunt competere exceptiones neceſſariæ defenſionis, iniquiſſimum eſſet, talem continuò ad ſupplicium rapi, ſed priùs legitimè convinci de delicto, ac poſteà condemnari eum oportet. *d. art. 70. & d. art. 66 & gl. d. art. 9. §.* Geſchet. *& gl. art. 10. lib. 2. verſ.* Es ſey dann ſchuld. *num 3. lib. 3. & lib. 2. art. 18.* idque ita obſervatur in practica. Sicut itaque eum, qui in manuali facto deprehenſus, aut fugiens ab initio judicium & cognitionem cauſæ, fuit accuſatus, & per clamorem judiciarium requiſitus, priuſquam delictum pernoctaretur, ac deindè pòſt aliquod temporis intervallum fuerit mancipatus carceri, ſub fide juſſoribus vetat Saxo relaxari : ita econtra, qui in 82

manuali facto non deprehenditur, ſed fugiendo forſan evadit cuſtodiam judicis, neque contra eum inſtituitur proceſſus coram judice delicti, priusquam iſtud pernoctetur, illum, poſteà captum, indiſtinctè ſub cautione fidejuſſoria, nec quidem majori, quàm, quæ aſcendat ad valorem unius vverigeldi, à carceribus relaxari permittit *d. art. 70. & lib. 2. art. 9. ac notat gl.* Weichbild. *art. 27. verb.* Iſt aber die Sache alſo gewand. ubi etiam textus innu- 83

it, ſufficere, quod poſſideat in loco immobilia ad valorem vvetigeldi aſcendentia, quo caſu, ne quidem cautione fidejuſſoria tunc onerandus eſt. *d. art. 27. verb.* Ob er unbeſeſſen. *& verb.* Hat er dann eigen. Ra-

tio diverſitatis illa videtur, quod homi- 84

cida, deprehenſus in manuali facto, vel fuga facti, per judicem vel ejus familiam, habeat contra ſe præſumtionem juris, cùm conſtet de facto, & lex dolum ac propoſitum nocendi in interfectore præſumat tàm diu, donec ipſe doceat contrarium, quòd videlicet animo occidendi id non fecerit. *l. 1. ibi : ſi probaverit, non animo occidendi hominem à ſe percuſſum eſſe. C. ad l. Cornel. de ſicariis. & l. ſi non convitii. 5. C. de injuriis.* vel, quòd ob cauſam defenſionis,

ſionis, & quia aliter evadere non poterat,
illud homicidium perpetravit. *l. ſcien. tant.
45. §. qui cum aliter. 4. ad l. Aquil. cum l. ut
vim. 3. ubi notant Bar. Iaſ. & alii, de juſtit. &
jure.* Adeoque, extra prædictos caſus,
notorietas facti, de quo conſtat judici, vel
ex proprio viſu, vel ex relatione familiæ,
efficit, ne dimittatur ſub fidejuſſoribus ca-
ptus in manuali facto, donec probet de
ſua innocentia, vel defenſione, ne dein-
ceps, fugam arripiendo, intercipiat judici
ſui puniendi facultatem. Cùm enim
aptitudine ſaltem iſta cauſa ſit capitalis,
non debet admitti fidejuſſor, etiamſi mil-
le offerantur. *Bald. in conſ. 337. incip. duo
famuli. num. 3 vol. 2. ac facit l. divus. 6. ibi:
niſi tàm grave ſcelus. de cuſtod. reorum.* Cui
non diſſimile eſt, quód tradit Auguſtinus
de Arimino. *in addit. ad Angelum de maleſi-
ciis, verbo: fama publica.* ubi decidit, quod
carceratus in flagranti crimine repertus,
non ſit relaxandus ſub fidejuſſoribus, et-
iamſi pro delicto imponeretur pœna pe-
cuniaria, ac ſequitur Marſilius, *in pract.
crim. §. attingam. num. 5. 6. & 7.* quod uti-
que dictum tanquam ſingulare commen-
dat Menochius *de arbitrar. jud. lib 2. cen-
tur. 4. caſu 303. num 12.* [*Bl in l. nullus, 2. C.
de exhib. reu verſ. aut quis eſt plenè convictus,
ubi loquitur de reperto in flagranti crimine de
quo reperto in flagranti crimine latius Marſil. in
l. un. C. de rapt. virg. n. 88. 93. 94. & 95.*]
Secùs eſt de eo, qui in facto vel ejus fuga
non ſiſtetur, ſed demùm poſt intervallum
85 mancipatur carceri. Licet enim is incul-
petur de homicidio per cognatos interfe-
cti: tamen, quia negando factum res effi-
citur dubia, ideoque probatio accuſatori
incumbit. *l. negantes 9. C. de act & oblig.*
meritò reus evitat carceres, offerendo
cautionem fidejuſſoriam, quia videlicet
homicidium ipſius non eſt ita notorium,
ſed conſiſtit adhuc in probatione, unde
medio tempore non debet gravari com-
pedibus aut carcere, ſi vel immobilia poſ-
ſideat, vel fidejuſſores judicio ſiſti præſti-
terit, donec feratur ſententia, ſive ſuper
adhibendis quæſtionibus, ſive ſuper cauſa
86 principali. Cæterùm, in quantum hacte-
nùs diximus, innuere nimirùm textus ju-
ris Saxonici, quaſi cautio fidejuſſoria quæ-
cunque ſufficiat, dummodò aſcendat ad
valorem unius vverigeldi, in eo receſſum
eſt à litera per contrariam conſuetudi-
nem horum locorum, cùm talis fidejuſſio
patefaciat evidenter feneſtras ad nequi-
87 tiam, ita, ut crimina remaneant impuni-
ta, *contra l. ita vulneratus, 51. ad l. Aquil & l.
congruit. 13. de off. præſ.* Quid enim fre-
quentius, quam, quod homicidæ, poſt
perpetratum tàm crudele factum, fugam
arripiant, ut ex carceribus reſpondere co-
gantur? cum fuga in ſe ſit delictum, &
præbeat ſaltem indicium, ac qualem qua-
lem præſumptionem, ſi non ſemiplenam
probationem homicidii. *ſecundum Ripam
in l. admonendi, 31. n. 163. & ibi Iaſ. 158. de
jurejur. & Iulius Clarus in recep ſententiis cri-
minal. lib. 5. §. fin quaſt 21. nu. 22.* Præſup-
poſito itaque, quod reus, poſt interval-
lum a perpetrato homicidio, retractus ad
locum delicti, & mancipatus carceri, de
jure Saxonico ſub fidejuſſoribus pœnæ
unius vverigeldi, veniret relaxandus (quod
tamen ego ita ſimpliciter & indiſtinctè
non firmo, niſi reus habeat aliquas pro- 88
babiles præſumtiones innocentiæ pro ſe,
Daß er ſich nemlich der Klage vnd Straff mit
recht erwehren möge) *per ea quæ notat gloſſ. 2.
d. art. 9 n. 8. in §.* Gehet jhme aber die Kla-
ge. *verſ.* Weil man aber niemand zu Bürgen
thut. *lib. 3.* tunc enim demùm, quando,
pendente proceſſu, apparet, aut judex pro
certo credit, reum non fore culpabilem
ſuper eo delicto, de quo inſimulatur, fide-
juſſoriæ cautioni locus eſt, *per ea, quæ tra-
dunt Bart. & Dd in l. 1. C. de exhib. reu. &
refert apoſtillator ad Baldum, iſtud Florentiæ
ita practicari, in l. nullus. nu. 2. ibiq; Angelus
3. quem allegat Chaſſanæus ſuper conſuet. Bur-
gund. rub. 1. §. 5. nu. 170. ac ſequitur Iulius
Clarus lib. 5 recept ſent. quaſt. 46, n. 10 & 11.
poſt Boſſium in criminalibus tit. de ſent. nu. 6.*)
quis unquam, quæſo, plectetur pro ho-
micidio, qui non vel ipſe per ſe, vel ejus
fidejuſſor, mallent incurrere tam exigu-
am pœnam pecuniariam, quàm expectare
vel torturam, vel aliam pœnam corpora-
lem? *arg. l in ſervorum. 10 §. in perſonis. 2.
in final. verbo ff. de pœnis.* cùm multos videa-
mus, etiam ſub fidejuſſoria cautione ſe-
mel relaxatos, deinceps ad quæſtiones
per tormenta, item ad ultimum ſuppli-
cium condemnari, quod eo ipſo effuge-
rent, mittendo judici pœnam vverigel-
di, atque ita eluderent judicium, *contra l. ſi 89
prætor. 75. de judic.* Ac, ſi contra iſtud op-
ponatur: licet vverigeldi pœna ſolvatur,
cauſam tamen nihilominus manere cri-
minalem, & procedi ad bannum, vel pro-
ſcriptionem ipſius accuſati, Daß er gleich-
wol hernach geachtet / vnd im Gerichte vor
todt gehalten wird. *prout notat gloſſ verbis:*

Gehet jhme aber. *d. art. 9. lib. 3. nu 8. circa finem. per §. maxima. Inſtit. de capit. diminut. & l. fin ff. eod. cui concordat gl. verbi*: Es ſey dann Schuldt. *num. 3. verſ.* Aber ſolchs. *art. 10. lib. 2.* tamen nec illud etiam ſufficit. Pone enim, quòd fidejuſſor liberavit ſuam fidem de repræſentando captivum, per ſolutionem 24. vicenarum, etiamſi deinceps adverſus principalem, tanquam contumacem, procedatur ad pœnam banni: tamen non habetur ita contrà perſonam & corpus malefactoris parata executio, quemadmodum fieret, ſi detineretur in carcere. Imò, ut maximè ſecunda ſententia bannimenti feratur, quod vocamus Die Oberacht/ darinnen dem Angeklagten endlichen ſein Leib/ Ehr vnd Gut vortheilet wird/ *ſecundùm ea, quæ habentur in gl.* Lehenrecht. *cap. 10.* de quibus & aliis effectibus bannimenti videatur proceſſus D. Reguli, qui habetur adjectus ad Speculum Saxonicum in fine Landreche. *ſub rub.* Von Vorfeſtung oder Acht/ was die ſey vnd wircke: tamen pecunioſi facilè poſſunt apud alios ſuperiores, non recognoſcentes imperium, ſeſe inſinuare, ſub quorum tutela ſecuri vivunt, & veluti fuci telas aranearum, ita ipſi leges transſiliunt & eludunt, faceſſendo negotium accuſatoribus, & fatigando illos inanibus ſumtibus

90 & expenſis. Ideò, poſthabitis, in hoc, legibus Saxonicis, uſu receptum eſt, in caſu, quo locum habet relaxatio ſub fidejuſſoria cautione, quòd fidejuſſores promittant, reum toties, quoties opus fuerit, in judicio præſentare, ſub pœna, nonnunquam 500. interdum etiam mille & plurium florenorum, attenta conditione perſonæ interfectæ, & ipſius familiæ, item circumſtantiis & patrimonio interfectoris conventi, pro arbitrio videlicet jus dicentis. *arg. l. ſi Berſatoram. 13. & ibi gl. C. de fideiuſſ.* ſuper qua quantitate, ejusque moderatione, litigatur inter partes, priusquam reus relaxetur, donec interveniat ſententia judicis, qui, inſpecta dignitate & facultatibus partium, definit certum modum, ad quem fidejuſſores judicio ſiſti pro reo intervenire debeant. Neque raró vidi, ſub pœna duorum, item trium & plurium millenorum, fidejuſſores recipi, de præſentando reo in omnibus & ſingulis terminis judicialibus, uſque ad ſententiam definitivam.

Differ. jur. civ. & Sax. lib. 1. diff. 45. & lib. 2. par. 1 21 & part. 6. 51. In Zobelianis part. 4. diff. 26. num. 7.

91 Verùm, eo definito, majus adhuc dubium reſtat, cui debeatur illa pœna conventa, ad quam ſe obligavit fidejuſſor, in caſu non exhibiti rei, an videlicet applicetur fiſco, vel parti? Ac de jure quidem civili indubitatum eſt, eam committi judici, non parti, *prout teſtatur Bart. in l. ſi quis reum. 4 num. 4.* ubi addit, iſtud obſervari de conſuetudine, *& ibi Angel. nu. 7.* ſubjicit, hoc ita practicari. *ff. de cuſtod. reorum.*

Diff. jur. civ. & Sax. lib. 1 45. In Zobel. ubi ſupra.

quod ſequitur etiam Clarus *in criminal. lib. 5. recept. ſent. §. fin. quæſt. 46. n. 24* a quo 92
non diſſentire videtur etiam jus Saxonicum, Landrecht *lib. 2. art. 4. §.* Zeuhet ſich ein Mann aus der Acht/ vnd ſetzet Bürgen/ vorzukommen vor Gerichte/ Kömmet er dann nicht vor/ das geſetzte Bürgen Geld hat der Richter gewonnen/ vnd nicht der Kläger. Latina verſio ſic habet: ſi quis, abſente actore, ſe à proſcriptione exuere intendat, promittendo, fidejuſſoresque, ſtatuendo pro comparendo in judicialibus terminis, neque tamen comparuerit, rem ſtipulatam non actor, ſed judex tollit, id eſt, pœna judici cedit, non parti. Cæterùm, additio latina ibidem litera F. reſpondet, iſtud eſſe ſpeciale in caſu bannimenti, ubi qui priùs bannitus erat, volens poſtea probare de ſua innocentia, offert fidejuſſores in certam ſummam pecuniæ, puta unius vverigeldi, vel ſimilem, de ſtando liti uſque ad determinationem cauſæ, qui ſi deinceps copiam ſui in judicio non faciat, condemnatur ejus fidejuſſor ad pœnam conventam, ſolvendam judici, non parti, *Zobelius ubi ſuprà litera F.* & nihilominus profertur adverſus principalem ſecunda ſententia bannimenti, *ut ibi. cum quo concordat etiam gl. germanica verb.* Sie ſollen ſich darzu ziehen. *n. 7. in fine art. 41. lib. 2.* Landrecht. ubi additur: Das der Richter ſolche Bürgſchafft deſſfalls/ auch ohne zuziehung/ vnd bewilligung des Anklägers/ auff vnd annehmen möge. *& concordat additionator ad art. 9. lib. 2. litera E.* Diverſum itaque eſt, 93
ſecundùm eum, in nondum bannito, vel proſcripto, qui, ſi ad eum finem, ut relaxetur a carceribus, fidejuſſores judicio ſiſti præbeat, & circa exhibitionem ſui, in uno vel alio termino contumaciter emãſerit, urgetur quidem pœna contra fidejuſſores, ſed ea ſoluta committitur parti, non judici. *ita additionator d. art. 4. litera F. lib. 2. cui adſtipulatur etiam gl notabilis.* Landr. *lib. 2. art. 41.* verb. Sie ſollen ſich darzu ziehen. ubi habetur: Daß nur in einem Falle alleine dem Richter das Wehrgeld gebüre/ Nemblich/ Wann ſich ein vorfeſteter Mann

aus der Acht ziehen wil / vnd ſetzet dem Rich-
ter Bürgen vorzukommen / kömmet er als
denn nicht / ſo gewinnet der Richter das
Bürgnus vnd Wehrgeld / vnd nicht der Klä-
ger. Et ſic in aliis caſibus, quando non
bannitus præſtat fidejuſſores judicio ſiſti,
& incurrit contumaciam, pœna a fidejuſ-
ſoribus exacta debetur parti, non judici,
*à contrario ſenſu d. art. 4. lib. 2. & d. art. 10.
in gloſſ. n. 2. & 3. eod. lib. 2. ac concordat gloſſ.*
94 *lib. 3. d. art 9. §.* Gehet aber. *n.* 8. per illum
textum, qui quaſi eſt irreſponſalis: dici-
tur enim ibidem: Wann der Bürge den je-
nigen / welchem die Klage zu Leibe gehet / vor
Gerichte nicht vorſtellig machen kan / So
muß er ein Wehrgeld geben / daſſelbige wird
als dann dem Kläger / vnd nicht dem Rich-
ter / Sondern hat daran der Richter mehr
nicht / denn ſein Gewette. Latinè ſic: ſi
fuerit actio injuriarum, hoc eſt, accuſatio
criminaliter inſtituta, contumax in non
ſiſtendo tenetur ſolvere vverigeldum,
quod ad actorem, non autem ad judicem
dignoſcitur pertinere. ideoque gl. *ibidem
n. 9.* rectè diſſolvit illam antinomiam,
quòd nimirum contraria jura, quibus in-
nuitur, pœnam promiſſam deberi judici,
loquantur in terminis jam anteà factæ
proſcriptionis rei, à qua ſi per dationem
fidejuſſorum ſub pœna ſe liberare vult,
Vnd wil ſich aus des Richters Gewalt bür-
gen / ſo kömmet ſolch Bürgengeld billich dem
Richter zu ſecus eſt in accuſato, qui deti-
netur in vinculis ad inſtantiam accuſato-
ris Landrecht *lib. 1. art. 62. in §.* Wer ſein
Schwerd zucket. ubi in fine gl. monet, Dz
in keinem anderem Falle der Richter das
Bürgengeld gewinnet / dann wann ſich der
beſchüldigte auß der Acht zeuhet / vnd vnan-
geſehen ſeiner gethanen Bürgſchafft vnd Vor-
ſtandes / zu Recht nicht antwortet. *& concor-
dat gl. d. art. 41. lib. 2. verb.* Sie ſollen ſich
95 darzu ziehen. Cumque judicum ſuprema
vel maxima mulcta, pro quibuſcunque
criminibus, regulariter de jure Saxonico
ultra 60. ſolidos, hoc eſt, quatuor vice-
nas, non aſcendat, Vnd dieſes nennet man
das höchſte Gewette Landrecht *lib. 3. art. 64.
§* Sechtzig Schillinge wettet man. *gloſ. lib. 1.
art. 59. & lib. 2. art. 61. & art. 12. ibidem, in
textu & gloſſa, ac facit gl.* Weichb. *ar. 10. jun-
ctiuque dicuntur art. 53. pòſt pr. lib. 1.* ibi:
Vmb alle Schuld / da der Mann ſeine Buß
mit gewinnet / da hat der Richter ſein Ge-
wette an. ſatis patet, jus dicentem in pro-
poſito, cum dictis 60. ſolidis contentum
eſſe debere, Vnd kan weiter kein Gewette

Differ. ur. civ & Sax 70. lib. 1. In Zobel. par. 1. diff. 30. n. 8.

oder Straffe fordern vnd begeren. *gl.* Landr
lib. 2. art. 62. verb. Wer ſein Schwerd zu-
cket. *in fin. & eſt bonus textus lib. 1. art. 53. §.*
Niemand wettet vmb eine Sache zwier.
Hinc eſt quòd gl. Saxonica. *d. art. 62. verb.*
Wer ſein Schwerdt. § Iſt er dann / fatetur, 96
non eſſe credibile, quod pro quibuſcunque
injuriis judex majorem pœnam petere
poſſit, Dann das höchſte Gewette: niſi jus
majoris mulctæ legitimè fuerit præſcri-
ptum per habentes juriſdictionem in lo-
co, prout videmus tota die practicari in
præfecturis Principum, qui mulctas ſuas
pro arbitrio extendunt, ſecundùm vide-
licet facultates & patrimonium offenſo-
ris. Ac, ſi prædictis opponatur, cautio- 97
ni fidejuſſoriæ ſub pœna pecuniaria pro
relaxatione carceratorum non eſſe locum
in criminalibus, cùm, inſtar tranſactionis
tentatæ, illa conventio cenſeri poſſit, ad-
eò, ut etiam is, qui ſaltem loquitur cum
adverſario de compoſitione criminis, ab
accuſatione deſtitiſſe videatur. [nec di-
ſtinguitur, ſitne tale crimen ſuper quo
poterat tranſigi, vel non] *l. ab accuſatione
deſticit. 6. ff. ad ſenatuſconſ Turpil.* quia ani-
mum & intentionem criminaliter agen-
di, qui pecuniarium tractatum inſtituit
ſuper cauſa criminis, depoſuiſſe præſumi-
tur. *l. deſtiſſe. 13 ff. eod. & l. fin. C eod.* ſi-
cut memini per ſcabinos Lipſenſes de jure
reſponſum fuiſſe anno 1550. judici ejuſ-
que Aſſeſſoribus in Schnebergo, ſuper
cauſa Joannis Hempolis, qui fuerat re-
laxatus ſub fidejuſſoribus a carcere, illum
nempè non ampliùs poſſe reum peragi in
criminali judicio, ſed civiliter adverſus
eum agendum eſſe. & idem apparet eti-
am ex ſententia, addita ad Weichbildrecht.
ſub. rub. Peinliche Sache wie die bürglich
wird. §. Wo auch. ubi dicitur: Wann der
Beſchedigte oder ſeine Freunde den Gerich-
ten oder jemand anders gütlich zu handeln
einreumen / vnd verſtatten / ſo wird dadurch
dieſelbige Sache bürglich. Sed reſponde- 98
tur, contraria loqui de accuſatore, qui
ſponte ſua, & quidem expreſſe depoſuit
animum & affectum agendi criminaliter,
per actum videlicet accuſationi planè
contrarium, per quem apparet, eun-
dem magis captare & proſequi pecunia-
riam pœnam, quàm vindictam occiſi.
*ita ſoluit Bart. in d. l. ab accuſationt. 6. in
princ. per l. deſtitiſſe. 13. ibidem. & facit l.
quæſitum. 40. ad l. Iul. de adul.* ſecùs eſt in
accuſatore, qui ad præceptū & interlocutū

jus di-

jus dicentis, recipit fidejuſſores ſub certa
pœna pecuniaria, in eventum non exhibi-
ti, toties, quoties ſua intereſt, rei in judi-
cio, quo caſu nulla præſumitur affectio
deponendi ultionem publicam necis de-
functi, cùm accuſator judicis interlocuto,
de relaxando ſub fidejuſſoribus captivo,
neceſſe habuerit parere, quæ neceſſitas
aut coactio liberam ejus voluntatem ex-
cludit, *argumento l. 1. §. vis enim. ff. quod me-
tus cauſa juncta. l. 1. ſi quis jus dic. non obtem-
per. de quo latiùs infrà num. 103.* & alias no-
tum eſt illud vulgare: judicia reddi etiam
contra invitos, *l. inter ſtipulantem. 83 §. ſi
Stichum. 1. verſ. nam ſtipulatio. de verb. ob-
lig. cum l. neque fæmina. 54. & l. ſi reus. 73.*
99 *de procurat.* Cautela tamen eſt, quòd in
caſibus, ubi agitur de liberatione alicujus
captivi, ſub fidejuſſoribus, accuſatores
expreſsè proteſtentur, quòd per hoc non
intendant diſcedere a proſecutione pœ-
næ, vel pœnali judicio, quæ proteſtatio
conſervat jus proteſtantium, per ea, quæ
habentur in deciſione Lipſenſi, *addita ad*
Weichbildrecht *ſub rub.* Peinliche Sache
wie die bürglich wird § Wo auch. *ac facit l.
non ſolùm. 8. §. morte. 6. de nov. oper. nunc. ubi
Bart. & c. cum M. Ferrarienſis. ubi latè Panor.
extrà de conſtit.*

100 Præmiſſa itaque proteſtatione jam di-
cta, ſi pòſt præſtitam & receptam cautio-
nem fidejuſſoriam, de ſiſtendo reum ad
omnes judiciales terminos, ſub pœna 500
aut plurium florenorum, contumaciter
ſeſe abſentaverit reus, licet pœna in ſtipu-
latum deducta a fidejuſſoribus rectè &
exigatur & committatur parti; tamen ea
etiam recepta, dubitari adhuc contingit,
an propter reſervationem pœnalis judicii,
interpoſitam ab accuſatore, is adverſus
reum, qui copiam ſui porrò judici ſubtra-
here pergit, nihilominùs poſſit procedere
criminaliter, ſaltem uſque ad ſententiam
banni vel proſcriptionis? Quod videtur,
cùm relaxatio à carcere, proceſſerit in fa-
vorem ipſius homicidæ, propter certas &
probabiles cauſas, quæ moverunt judi-
cem ad relaxationem rei ſub fidejuſſoria
cautione, quantumvis invito & contra-
dicente actore, ne vel reus ex vinculis
cauſam dicere cogeretur, vel defenſio-
nem ſuam & innocentiam minus benè
expedire & probare impediretur, in cujus
purgatione cùm nunc deſiſtat, contuma-
citer ſeſe abſentando à terminis juridicis,
ſatis patet, reum ſuæ cauſæ diffidere, ac,
quia accuſator non pecuniam, ſed ſangui-
nem rei fuit proſecutus, juxta illud: qui
ſanguinem fuderit, ejus ſanguis fundetur
in terra. *l. 3. C. de epiſcop. aud* iniquiſſimum
foret, pro pœna ſanguinis, ipſum cogi pe-
cuniam accipere, eaque contentus eſſe.
*argumen. l. 2. §. mutui dato. in fin. ff. ſi cert.
pet.* cùm pœna corporalis, etiam mini-
ma, major ſit quacunque alia pecuniaria,
quantumvis magna. *l. in ſervorum. 10 §.* 101
in perſonis. 2. in fine, de pœnis. ac, ſi voluiſſet
actor pro pecunia, in ſtipulatum a fide-
juſſoribus deducta, tranſigere cum adver-
ſario, longè conſultiùs & rectiùs id feciſ-
ſet antè acceptum judicium, quo caſu &
laboribus viarum, & ſumtibus parcere
potuiſſet. Ita, quod hæc pœna conven-
ta & promiſſa a fidejuſſoribus, magis in-
telligatur concernere contumaciam fide-
juſſorum, non ſiſtentium vel exhibenti-
um reum, quàm quòd plectat ipſum cri-
men facinoroſi, quod quaſi impunè per
hanc fabricam luiturum eſt, *contra l. ita
vulneratus. 51. §. quod ſi quis. abſurdè. ad l.
Aquil. l. ſi longius. 18 § 1. de judic. l. 4 §.
cùm dominus de noxal. l. ſi à reo 70. §. fin. ibi:
pœnas ob maleficia ſolvi magna ratio ſuadet de
fidejuſſ. cum ſimilibus.* Pro qua ſententia 102
movet, quod ſupra tetigimus, fugitivum
ſemel bannitum, ſi purgationem ſuæ in-
nocentiæ deinceps offerat judici, præſtan-
do fidejuſſores de judicio ſiſti, ſub vveri-
gelti, vel alia certa pœna pecuniaria, &
contumaciter ſeſe abſentaverit, iſto caſu
non tantùm luitur judici pœna pecuniaria
per fidejuſſores, ratione contumaciæ rei,
ſed etiam ulteriùs proceditur contra eun-
dem, ſaltem ad ſententiam ſecundi ban-
nimenti, prout eſt textus. *in lib. 2* Land-
recht. *art. 4. §.* Zeuhet ſich. ubi dicitur: Zeu-
het ſich ein Mann auß der Acht / vnd ſetzet
Bürgen / vorzukommen / vnd kömmet nicht /
das Bürgengeld / ſo darauff geſatzt iſt / hat der
Richter gewonnen / Ob er ihn wider in die
Acht thue / wie er zu Rechte thun ſol. Cujus
rei non eſt alia ratio, quam, quod judex
primi bannimenti, in ſecunda inſtantia,
quando, datis fidejuſſoribus de ſiſtendo
ſub certa pœna, reus purgare intendit pri-
mam contumaciam, & ſe a proſcriptione
liberare, ſuſtinet perſonam accuſatoris,
unde non eſt mirum, quòd ipſi pœna con-
venta committatur, ſicut ex latino ibi
textu apertiùs patet, ubi habetur: ſi quis
exuat ſe à proſcriptione in abſentia acto-
ris, ac fidejuſſores pro ſiſtendo ſtatuat, nec
tamen

tamen compareat, pecuniam in ſtipula-
tum deductam non actor, ſed judex tollit,
id eſt, pœna judici cedit, non actori, dum-
modò enim ſecunda vice proſcribat, ſicut
de jure facere tenetur, unde ibidem in ad-
ditione latina, *litera G. ſuper d. art. 4. lib. 2.*
dicitur: quòd bannitus, per ſolutionem
vverigeldi, ob contumaciam ſuam in
non comparendo, non liberetur à pœna,
parti, vel potiùs ipſi juſtitiæ debita, *allegat
Bart. in l. venia edicti 2. num. 3. & 4. C. de
in jus voc.* quaſi dicat: in propoſito vveri-
geldum vel pœnam conventam præſtari
pro ſola contumacia, pœnam autem deli-
cti continuari nihilominùs in perſonam,
ita, ut procedatur ſaltem ad ſententiam
ſecundi bannimenti. Cumque ratio di-
verſitatis inter hunc & alterum caſum
reddi non poſſit, idem jus utrobique ſta-
tuendum videtur. *l. illud 32. ad l. Aquil. cum*
103 *vulgatis.* Ac ſi aliter diceretur, tunc & ipsũ
facinus homicidii impunitũ exiſteret, &
fruſtra fuiſſet interpoſita preſtatio à parte
actrice, quòd per illam liberationem ſub
fidejuſſoribus, non intenderit ab accuſa-
tione deſiſtere, ad hoc, ne pactum ſit ſu-
perfluum. *l. ſi quando. 109. de legat. 1.* cùm
illa proteſtatio videatur habere effectum
clauſulæ: rato manente pacto. *de qua in l.
qui fidem. 16. ff. de tranſact.* adeò, ut non
tantùm ſumma conventa poſſit à fidejuſ-
ſoribus peti, ſed ipſa etiam pœna ſangui-
nis, ad quam principaliter fuit actum, de-
nuò maneat in proſecutione contra reum
principalem, *per id quod innuit Ang. de Pe-
ruſ. in d. l. qui fidẽ. 16. n. 1.* attento in primis,
quòd, ut ſuprà dictum fuit, accuſator in
propoſito non ſponte acceptaverit cau-
tionem fidejuſſoriam, ſub pœna certæ
quantitatis pecuniariæ, in eventum relaxa-
ti, nec toties quoties opus fuerit, in judi-
cio exhibiti rei, ſed coactus per interlo-
cutum judicis, *argumento ejus, quod tradit
Angelus in l. reſcriptum. 10. §. ſi pacto. 1. nu 1. de
pact. & in d. l. qui fidem. n. 3. per l. ſi quis major.
41. in verbis: nullo cogente imperio. C. de tranſ-
104 act.* Cui & illud adminiculatur, quòd quã-
titas pecuniaria hoc caſu non exigitur à
principali, ſed à fidejuſſoribus, adeoq; ſti-
pulatio prædicta quantitatis, ob non fa-
ctam exhibitionem rei, non intelligitur
novare pœnam ſanguinis, ad quam contrà
reum principaliter fuit actum, argumen-
to ejus, quod tradit Jaſon, *in l. ita ſtipula-
tus. 115. n 19. verſ. item cùm ſtipulatio pœnalis. ff.
de verb. oblig. allegando l. 4. cum l. fundum Cor-
nelianum. 28. de nova.* Et, licet in practica
non meminerim, eveniſſe talem caſum,
qui deciſionem judicialem requiſiviſſet:
tamen ſi de facto contingeret, vix eſt, ut
putarim, ab hac ſententia tutò recedi poſ-
ſe: licet in contrarium non pauca ſtrin-
gant, quæ de præſenti non moveo. Illud
autem veriſſimum eſt, dato, quòd accuſa-
tor, accepta certa pecunia, deſinat ipſe jus
ſuum criminaliter proſequi (ſicut crebrò
fieri ſolet:) magiſtratus tamen, maximè
ſuperiores, per hoc arctari ſe non patiun-
tur, ad accipiendum mulctam juris Saxo-
nici, Des höheſten Gewettes / puta 60.
Schillinge/ vel unius etiam vverigeldi, hoc
eſt, viginti quatuor vicenarum, quin ipſi
denuò procedant ex officio ad pœnam
corporalem; cum hæc deſiſtentia videa-
tur ſapere ſpeciem cujuſdam tranſactio-
nis, ſuper homicidio per partes initæ; ubi
judices, in primis illuſtres, non contenti
mulcta Saxonica, non modò tantundem,
prout accuſatori ſolutum fuit, ſed etiam
crebrò duplum ejus, pœnæ nomine ſibi
ſolvi poſtulant & urgent, alias commi-
nantur, ſe continuaturos eſſe proceſſum
criminalem. Quod quidem eò facilius 105
ipſis eſt, cùm pars, remittendo injuriam,
ac faciendo cum adverſario pacem, per
hoc non præjudicet vindictæ publicæ,
quin judex ex officio procedere, & pro-
vinciam malis hominibus purgare poſſit.
*arg. l. congruit. 13. de offic. præſid. ac notat Bal.
in l. ſi quis in hoc genus. 10. n. 5. C. de epiſcop.
& cler.* Licet autem Dd. velint, iſto ul- 106
timo caſu condemnationem non debere
fieri ad pœnam ſanguinis, ſed mitiorem.
*Bart in l. tranſigere. 18. nu. 7. ibiq; Curt. ju-
nior, n 29. C. de tranſact.* ubi addit, iſtam
ſententiam communem eſſe: tamen & 107
Julius Clarus in ſuis criminalibus, *lib. 5.
recept. ſententiarum. § fin. quæſt. 58. nu. 3. &
Antonius Gomezius cap. 1. delictorum. num 36.
verſ. ex quo.* apertè contrariam ſententiam
amplectuntur. & aliàs notus eſt verſi-
culus:

An neſcis longas Regibus eſſe manus,

de quorum facto diſputare (cùm in ſuis 108
territoriis dicantur eſſe Reges & Princi-
pes, *c. venerabilem. ubi Panor notat. extra de
election.*) fortè ſacrilegii inſtar haberetur.
*l. diſputare. 3 C. de crimine ſacrilegii. l. ſacrilegii.
5. & l. ſacri afflatus. 6. C. de diverſ. reſcript.*

Et hæc quidem concluſio, quòd regu-
lariter executionis paratæ jus ita in fide-
juſſorũ, ſicut & debitoris principalis bona
poteſt exerceri, extenditur etiam ad bona
hæredum,

hæredum, ſive debitoris, ſive fidejuſſoris: ſecundùm tamen ea, quæ in formula obligationis executivæ, *in verbo, pro nobis & hæredibus noſtris. lib. I. cap. 10. num. 318. & 319. cum ſeqq.* latiſſime proſecuti fuimus. Quod quidem indubitatum eſt de fidejuſſoribus, item debitoribus, obligatis puré, & de præſenti exigibilibus; ſecus eſt in debitoribus aut fidejuſſoribus, in diem,
109 vel ſub conditione. Hi enim pro debito, quantumvis alias ex vi pacti, ſtatuti, vel conſuetudinis, quò ad paratam executionem privilegiato, ante exiſtentiam diei, vel purificationem conditionis, neq; in bonis, neque in perſona detinendi vel executandi veniant, ſecundùm Petrum Paulum Pariſium. *ad Bartolum in l. proinde. 25. §. notandum. 2. n. 3. ff. ad l. Aquil Baldus in l. cum teſtamento. 4. in fine. C. de manumiſſis teſtamento. ponderando ad hoc textum in l. hoc jure. 10. ibi: non ante peti poſſe, quàm exploratum ſit, Titium in Italiam venire non poſſe. ff. de verb. obligat.* quod idem probat etiam Alexander de Imola *conſ. 95. incip. in cauſa & lite inter ſpectabilem. n. 1. & 2 vol. 1.* ubi addit, quòd iſta exceptio, tu petis antè diem, nunquam intelligatur rejecta à ſtatuto; denegante exceptionem contra inſtrumentum, allegando Baldum *in auth. præſente C de fidejuſſ. licet ibi in ſpecie de hoc nihil dicat, voluit fortaſſis allegare Baldum in l. ſi cauſam. 2 circa finem. & in l. etiam. 5 n. 6. C. de exec. rei jud.* ac, quòd non intelligatur repelli exceptio, quæ ex ipſa petitione reſultat, cum actor ſe ipſum excludat, tradit Alex. *d. conſ 95. n. 2. & conſ. 119. n. 2. ſequiturq; Rebuffus in ordinationibus regni Galliæ tomo 1. de literis oblig. art. 11. gloſſ. 1. num. 71. & 72. quo de tangitur etiam in quarta Parte hujus Operis capite 1. num. 65.* Sicut
110 enim de futuro judicium eſſe non poteſt. *l. non quemadmodum. 35. ibi: judicium verò, antequam quid debeatur, eſſe non poſſe ff. de judic. l cedere diem 213. de verb. ſig. l. pecuniam. 36. ſi cert. petatur, l. quod in diem. 7. de compenſat. l. ſi ſtipulatus. 111. de verb. obligat. l. lecta. 40. de reb. cred. §. plùs autem. Inſtit. de actio.* ita executio, quæ eſt potiſſima pars judicii, *juxta l. executorem. 8. C. de execut rei judic.* antequam dies ſolutionis veniat, intendi contra debitores non poteſt, *l. in poſſeſſionem. 6 ſecundùm unam expoſitionem gloſſæ, & l. ſi quis creditorem. 14. §. creditor autem conditionalis in poſſeſſionem non mittitur. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ eatur* cùm paria ſint, debitorem non eſſe, vel conveniri nondum poſſe. *l. Fulcinus. 7. §. ſi in diem. 14. eod. tit. cum l. conditionales. 54. de verb. ſignif.* niſi forté debitor labatur bonis, ita, ut peri- 111
culum extet in mora, vel ſubſit timor fugæ, ſeu dilapidationis; hæc enim erit juſta cauſa detinendi obligatum & ipſius bona, etiam antè eventum diei, vel exiſtentiam conditionis. *Iaſ. in §. 1. n. 77. & 89. Inſtit. de act. per l. quæſitum. 14. ff. de pignor. Ang. de Peruſ in l. conſenſiſſe. 2. §. in omnibus. num. 4. de judiciis. poſt gloſſam, quam ipſe commendat tanquam ſingularem, & quæ non ſit alibi, in l. 1. C. de ferm.* ubi habetur: quòd debitor fugitivus, aut aliter ſuſpectus, poſſit capi etiam in perſona, & detineri tamdiu, donec caveat, allegat etiam Speculatorem. *in tit. de pactis. §. poſtremo. num. 2.* cujus tamen dicta ad propoſitum parum ſerviunt, ac meliùs facit, quod tradit Bart. *in l. ſi debitori. 21. num. 2. & 3. de judic.* debitorem in diem, ſi, pendente dilatione, ſuſpectus fiat, interim capi & incarcerari poſſe, donec caveat de ſolvendo, adveniente die, vel bonis cedat, *& idem Bart. l. fin. num 4. C. de confeſſ. Bal. in l. 1. num. ult. C. de condict. ex lege per l in omnibus. 41. ff. de judiciis, l. 2. & 3 de condict. cauſa data, cauſa non ſec. l ſi creditores. 16. de privileg. credit l omne æs. 27. § fin. pro ſocio. l 2. §. ſi ſub conditione. de collat bonorum.* In quibus juribus habetur, quòd debitor in diem, vel ſub conditione, licet nondum valeat exigi, tamen ex juſta cauſa, puta, ſi periculum ſit in mora, propter ejus dilapidationem vel fugam, ſaltem ad eum finem interim ſiſti vel conveniri poſſit, ut caveat de ſolvendo, adveniente die, vel exiſtente conditione. *Bart in d. l. creditores. 3. num. 17. Salic. 28: Ang. 4. Bal. 4. C. de pignor. Neguzan. de pignor. quarta parte principali, num. 15. Bal. in l. 1. nu. 2. C. de condict. ex lege. Ang. in l. 1. ff. hæc ſtipulatio. num. 16. ff ſi cui plùs quam per l. Falcid.* ubi ex hac theorica infert: Ut maxi- 112
me hæres infra tempora pro confectione inventarii indulta, neque ipſe debitores moleſtare, neque à creditoribus conveniri poteſt, *l. f. §. donec. C. de jure delib.* tamen, ſi debitores hæreditatis forent ſuſpecti de fuga, etiam pendente dilatione pro faciendo inventario, poterit petere à judice, ut debitores hæreditatis detineantur in perſonis vel rebus. *Ang. d. l. hæc ſtipulatio. num. 16. verſ. tertio fallit. ubi addit: ſe plures ita vidiſſe de facto practicari & obſervari.* Cui ſententiæ etiam adſtipulatur Jaſon. *in l. vinum. 22. nu. 3. ſi cer. pet. per bona*

funda-

fundamenta, quæ ibi allegat, item Ruinus conſ. 152. num. 4. & 9. verſ. non obſtat tertiò, vol. 4. & conſ. 119. num. 1. & 8. vol. 5. & Negu-zan. *d. tractatu de pigno. quarta parte princ. n. 16.* ubi addit: iſtam capturam rerum vel perſonę fieri ſaltem ad eum finem, ut reus, datis fidejuſſoribus, caveat de ſatisfaciendo eveniente die, vel exiſtente conditione, *argumento l. in omnibus. 41. de judic. l. inter omnes. 12. qui ſatisd. cog. l. quod ſi in diem.*
113 *16. de petit. hær. l. pro ſocio. 38. pro ſoc.* Ex quo fundamento deciditur quæſtio, quam vidi de facto occurrere inter duos creditores, unum ex civitate Lipſia, alterum civem Hamburgenſem, quorum uterque habebat obligatum quendam B. mercatorem, tunc defunctum, in certa ſumma pecuniarum: ita tamen, quòd Lipſenſi creditori ceſſerat quidem dies, ſed nondum venerat tempus, quo exigi potuit debitor, creditori verò Hamburgenſi ante obitum debitoris evenerat tempus exigendi debiti. Creditor itaque Lipſ. ut qui propior erat loco defuncti, metuens, ne periclitaretur de ſorte ſui crediti, cùm, præſertim de mercatoribus noſtri temporis, illud Poëtæ, modica verba immutando, verificari poſſit:

——————Diveſq́; vocari
Ante obitum nemo ſupremaq́; funera debet,

prior impetrat areſtum in omnia bona defuncti, quo mediante, tributum ei erat jus reale, ad inſtar hypothecæ tacitæ & legàlis, adeò, ut virtute hujus areſti, ex conſuetudine loci, venerit præferendus omnibus aliis creditoribus, anteriori hypotheca non munitis, *per ea quæ tradit VVeſenb. in ſuis commentatiis Pandectarum de privileg. cred. num. 9. & notatur in prima Parte hujus Operis cap. 2. num. 204. & 205. & in tertia Parte cap. 11. num. 26.* Venit deinceps ille Hamburgenſis, ad cujus inſtantiam ipſi quoque ſecundo loco per judices cōcedebatur areſtum, ſicut & aliis creditoribus, ſubinde ſuccedentibus, ſuo ordine & modo idem contingebat. Sed controvertebatur inprimis inter duos priores areſtantes, uter alteri præferendus eſſet.
114 Et quidem creditori Lipſenſi objiciebat, quantumvis prior areſtum impetraviſſet: tamen, quia ejus debitum non erat purū, aut de præſenti debitum, ſed infrà annum demùm exigibile, ideò intempeſtivè & contrà leges petitum areſtum fuiſſe, *per l. pen. §. creditor. & l. Fulcinius. 7. §. ſi in diem. 4. ex quibus cauſis in poſſeſ.* ideoque illi obſtare exceptionem plùs petitionis tempore. *c. unico. §. tempore plus extra de plùs petit. & §. temporales. Inſtit. de except. & videtur textus eſſe quaſi expreſſus in l. in lege Aquilià ſi deletum. 40. in illis verbis: tunc demum exactio condemnationis competit, cùm debiti conditio vel dies extiterit. ff. ad l. Aquil. l. 1. quando dies uſuſr. legat. cedat. l. quod ſi in diem. 16. de pet. hæredit. ac faciunt notata ſuperiùs num. 109.* Sed reſpondebatur de jure contrariū, pro creditore videlicet Lipſenſi, idque propter ejus intereſſe. *d. l. quæſitum. 14. ibi: pignoris perſecutionem competere etiam antè diem, ſi creditoris interſit. de pignor.* Quod inde eſt, quia, ſi alii, prætendentes purum debitū, huic præferrentur, ita, ut is rejiceretur uſque ad diem ſolutioni deſtinatum, totum fortè patrimonium obligati foret exhauſtum, & ita jus hypothecæ, quod ex via areſti conſecutus fuerat, ipſi futurum erat inutile, quod dici non debet, cum vigilantibus jura ſubveniant, non dormientib.
l. pupillus. 24. quæ in fraudem cred. Unde Jaſon movet quæſtionem de pluribus deponentibus, quorum unus fuit ſollicitus in exigendo ſuo depoſito, aliis ceſſantibus, interim depoſitarius effectus eſt non ſolvendo, quærebatur, an primus exactor teneretur reponere quod exegit in communi, ita, ut pro rata inter omnes dividatur? ac decidit, quòd non. *Iaſon. in l. inter eos, 19. num. 2. ff. de re jud. poſt Baldum in l. f. quæſt. 2. C. depoſ.* niſi fortè de colluſione appareret, *ut ibi Iaſ. d. l. inter num, 2.* & in terminis hanc quæſtionem decidit Rodericus Suarez. *in repetit l. poſt rem judicatam. 56. in declaratione legis regni. verbo. ibiq́; las ſomplades limitatione 7. num. 2. pag. 614. per d. l. quæſitum. & ibi gl. verbo. intereſt.* Nec obſtant textus *in l. Fulcinius 7. §. ſi in diem, ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur. cum aliis ſuperiùs adductis:* quia loquuntur de creditoribus, non obtendentibus aliquod intereſſe, quare videlicet petant debitum antè diem: ſecùs in iis, quibus creatur periculum ex mora. *d. l. quæſitum. ibi: ſi creditoris interſit.* Minùs adverſatur *l. in l. Aquilià ſi deletum. ad l. Aquil.* quia iſta lex eſt pro deciſione Suarezi, cùm innuat, ſaltem ex cauſa deleti chirographi, antè diem agi potuiſſe, ita tamen, ut exactio condemnationis differatur uſque ad tempus debiti, Et ſic in propoſito noſtro areſtum petitum fuit ex legitima cauſa, ne videlicet prævertetur creditor Lipſenſis per alios defuncti concreditores. Quod areſtum, ſi vel hæreditas jacens, vel alius ejus nomine, velit diſſolvere, præſtando cautionem de ſatisfacien- 116

faciendo, adveniente die, non eo inficias, quin pro eo tempore areſtum ſit relaxandum, jure tamen prioritatis primo areſtanti ſalvo, *per ea, quæ tradit Iaſon. d. §. 1. num. 77. & 89. Inſtit. de act.* Proditur autem iſtud jus paratæ executionis in bona debitorum, ſive omnia, ſive aliqua, quæ probabiliter aſcendunt ad quantitatem liquidati debiti. *authen. & qui jurat. C. de bonis auth. jud. poſſid. quo de latiùs agitur in tertia Parte hujus Operis, cap. 9. num. 5. cum ſeqq.* niſi privilegium perſonæ, vel rerum debitoris, aliqua bona ſpecialiter eximat.

117 Cujus rei habetur exemplum, primò in patre, matre, liberis, ſocero, [quod intelligendum de ſocero uxoris pro dote convento. Socer enim viri hoc beneficium non habet, ſi conveniatur ſoluto matrimonio: ſecus tamen, ſi eo conſtante] ſocru, genero, marito, uxore, patruno, patronaque, & ſimilibus debitoribus, quibus vel ob ſanguinis vinculum, vel affectionem, vel reverentiam hoc debetur, ne eos planè denudemus. *l. ſunt qui in id. 16. verſ. item patrem. l. patronus. 17. l. ſicut autem. 21. de re jud. l. alia. 14. §. eleganter. ſoluto matrimo. juncta l. parentes. 6. de in jus voc. l. liberto. 9. de obſequiis à lib. & libertis*
118 *præſtandis.* Illæ enim non in ſolidum, ſed in quantum facere poſſunt, condemnantur, *l. in condemnatione. 173. in verbis: non totum quod habent, extorquendum, ſed ipſorum ratio habenda eſt, ne egeant. & l. divus, 28. de reg. jur.* Aliquibus etiam ob officia, ſive privatim creditori præſtita, prout eſt ſocius, reſpectu ſocii, *l. ſunt qui in id. 16. §. ſocius. cum l. ſed hoc ita, 22. §. quod autem. 1. de re jud.* item donator, reſpectu donatarii, ne ex ſua liberalitate inops factus, fame pereat. *l. ne ex liberalitate. 50. eod. tit.* ſive etiam in publicum collata, vel denuò conferenda, prout ſunt milites armatæ militiæ. *l. miles qui ſub armata. 6. & l. Item*

De beneficio competentia & quibus competat.

119 *miles. 18. eod. tit.* Comites, item Barones & alii in dignitate vel magna nobilitate conſtituti. *Tiraquellus in tract. de nobilitate c. 20. num. 28. 29. 30. & ſequentibus. VVeſenbecius conſ. 50. num. 20.* quibus & togatæ & cœleſtis militiæ homines, Doctores videlicet, Magiſtros, Profeſſores, Advocatos, Scholares & Clericos, propter omnis generis diſciplinarum, legumque divinarum & humanarum cognitionem, connumeramus *gl. ordinaria, & communiter approbata, in d. l. miles. 18. & Brunus de ceſſione bonorum. quæſt. 3. princ. num. 10. per proœmium Inſtitut. verb. Imperatoriam majeſtatem nõ ſolùm armis decoratam, ſed & legibus armatam eſſe oportet.* cùm hi omnes non minùs provideant humano generi, quàm, ſi præliis atque vulneribus patriam parentesque tuerentur. *l. Advocati. 14. in princ. C. de advoc. diverſ. judic.* quorum ſcientia totus mundus illuminatur, & ad obediendum DEO ac magiſtratui vita ſubjectorum informatur. *auth. habita. C. ne filius pro patre.* Unde ſive creditori, ex vi conventionis inter partes initæ, ſive ex vi ſtatuti, parata competat executio contra debitorem, non aliter fiat captio pignorum adverſus perſonas præmemoratas, niſi priùs de bonis obligati tantum deducatur, quãtum ipſis ſufficit, ne egeant. *d. l. in condemnatione.* Et, quòd denegetur executio pro debito, quantumcunque liquido, contrà Scholares, in ſolidum, quin ipſis relinquendum ſit tantum, unde honeſtè ſeſe ſuſtentare poſſint, *notat Iaſ. in §. item Serviana, num. 65. & 66. Inſtit. de action. Bart. in l. 2. §. legatis. nu. 3. per illum tex. verſ. idem Claudio. de judiciis. & facit auth. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſ.* Ac, quòd Comites, Barones & alii in magna nobilitate conſtituti, non exigantur in ſolidum, ſed deducendum ſit tantum, ne egeant, iſtud communi obſervantia horum locorum & provinciarum uſitatum eſſe, ſcriptum reliquit VVeſenbecius *d. conſ. 50. n. 20.* de quo tamen ego valdè dubito, ſicut paulò poſt *num. 128. 129. & num. 130.* latiùs declarabitur.

Regulariter autem in computatione 120
ne egeant, habendus eſt reſpectus ad tria: primùm ad quantitatem patrimonii; ſecundò ad conditionem & qualitatem perſonæ: & tertio loco ad annos vel ætatem obligatorum, *Iaſon in §. item ſi de dote. n. 7. Inſt. de action.* Circa primum diſquiritur, an amplum ſit patrimonium obligati, reſpectu æris alieni, in quo tenetur creditori; quo caſu, licet debitor ſit unus ex perſonis ſuperiùs tactis, tamen in ſolidum fit executio, non obſtante, quòd videlicet ea ratione deinceps cum minori ſplendore & apparatu vitam ſuam tranſigat, quàm ut hactenùs fecit, ſalva adhuc & integra omnium facultatum ſubſtantia. Sin autem ex eo, quod poſt ſolidi ſatisfactionem ſupereſt, debitor commodè ali nequeat, conſiderabitur ſecundo loco perſonæ conditio, qualitas & honeſtas, cùm nobilis, & alius in dignitate poſitus, lautioribus & delicatioribus eſculentis & poculentis, puta, carnib. & vino veſci cõſueverit. *Ang. d. §. item ſi de dote, num. 4. post*

Albericum

Albericum de Roſate in l. ſi maritus in d. 43. ſol.
121 matrim. ideoque ſecundùm ejus dignitatem, honeſtiùs veniat exhibendus, per l.
tutor ſecundùm dignitatem, 13. de adminiſtr.
tut. l. 1 ff. mulier. l. habitatio. 4. §. ſervus. ibi.
ſecundùm dignitatem. de ventre in poſſ. mit. l.
122 alimenta. 30. de alimen. leg. aliter, quam ruſticus, cui pro victu quotidiano, in caſu,
quo denegatur adverſus ipſum executio
ſolidi, ſufficit conſtitui panem atrum, allium, & cepas cum caſeo. gl. verb. libellis.
in l. ſervis urbanis. 99. in princ. de legat. 3. &
Ang. d. §. item ſi de dote. num. 4. verſ. & advertas. ibidemq. Iaſ. 8. [Ruſtici enim non
utuntur pullis, vel aliis delicatis cibariis,
ſed pane groſſo, caſeo, cepis, & fabis.] Sic
in executione contrà Scholarem diligentem, debet ipſi tantum relinqui, ut poſſit
abſolvere curſum ſuorum ſtudiorum,
ne cogatur ea deſerere. Iaſ. d. ff. item Ser-
123 viana. num. 65. & 66. niſi fortè ſtudia ſua
ita pertexuerit, ut ex opere artis vivere
valeat, quo caſu debitor, quantumvis privilegiatus, ſive ſit artifex, ſive miles, ſive
Doctor, in ſolidum exigetur, & computabuntur ipſi loco annuorum redituum,
fructus, quos ex operis ſuis percipere poteſt. Angel. in d. §. item ſi de dote. num. 3. per l.
3. & 4. ff. de oper. ſervorum. gl verbi. donantem. l. ſi quis argentum. 35. ff. ſed etſi quis. 4. C.
de donat. & notat gl. in d. l. ſi maritus. 43. ſoluto matrimo. & l. ſi quis à liberis. 5. §. ſed ſi filius. 7. de liber. agnoſc. Neque enim audiendus eſt, qui, cùm ex opere artis ſe alere poſſit, ad beneficium deductionis, ne egeat, convolare audet, ut deinceps ſibi vacatio contingat à laboribus & exercitio
ſui artificii: ſiquidem iſto caſu frueretur
bonis, alieno labore partis. Iaſon. d. §. item
ſi de dote. num. 7. & effectus ex laborioſo &
induſtrio artifice, unus de validis mendicantibus. contra l. 1. C. de valid. mendic. lib.
10. retraheretur ad otium & ſegnitiem,
quæ ut plurimùm cauſatur vitia & alios
illicitos actus. §. ſi verò aliqui. ibi: ſegnitie
eos ad illicita impellente. auth. de quæſtor.
124 colla. 6. Tertiò habetur ratio ætatis vel
ſenii, quia, ſi infrà viginti annos eſt, fit
computatio ad alios triginta annos, adeò,
ut, ſi judex arbitratus fuerit, pro exhibitione condemnati ruſtici ſuffecturos ipſi
annuatim 10. florenos, jam deducantur
ab executione tot bona, quorum pretium
aſcendat ad decies triginta, hoc eſt, ad trecentos aureos, & computabuntur condemnato per judicis officium, pro ſua ſuſtētatione, quindecim annua, Angelus in §. item
ſi de dote. num. 3. Inſt. de actio. atque ita in
ſimilibus caſibus, attenta videlicet dignitate, vel vilitate perſonæ, de cujus alimētatione quæritur, argumento l. computationi.
alias incipit l. hæreditatium. 68. ad l. Falcid.
ac notat Ioh. de Platea in d. §. item ſi de dote.
num. 4. ita tamen, ut, ſi diutius vixerit debitor, ei deinceps ſuppleatur per creditorem in iſtud reſiduum. Bart. in d. l. hæreditatium. 68 num 2. ad l. Falcid. Satiùs tamen 125
eſt, ipſum debitorem ſeparari cum certis
bonis, quæ ad vitam ſuam obtineat, fructus inde percipiendo, devoluturus eadē
pòſt mortem denuò in creditorem, pro
quantitate liquidati debiti: & iſtud obſervat conſuetudo horum locorum, quòd
videlicet privilegiato debitori ex certis
bonis conſtituitur annuatim ſuum demenſum, pòſt cujus obligati mortem, dicta bona rurſum applicantur creditorib⁹.
Verùm, quia pro perſona debitoris tantùm iſtud privilegium deductionis, ne egeat, proditum eſt, non habetur circa illud ratio familiæ vel liberorum. Ang. d. §.
item ſi de dote. num. 3. verſ. quòd ſi maritus. &
ibi Ioh. de Platea, & pòſt eum Albertus Brunus
de ceſſio. bon. quæſt. 31. in princ. num. 5. & 6.
per c. privilegium. extra de reg. jur. in 6. Licet
in eo puncto a prænominatis Doctoribus
iterum diſcedat Weſenbecius conſ. 50. nu.
22. volens, ut privilegium conceſſum
perſonæ, intelligatur etiam indultum
ejus familiæ, ſine qua cum honeſtate vivere non poteſt. Weſenbecius conſ 50. num.
22. per ea, quæ tradit Tiraquellus in tract. nobilitatis cap. 20. num. 124. & alias authoritates ibidem adductas. Sic itaque quando executioni objicitur illa exceptio, quòd non
executeretur, niſi in quantum facere poteſt,
ceſſat in ſolidum executio, & relinquuntur executato tot bona, ex quorum annuis proventibus debitor, in hoc privilegiatus, probabiliter tantum nanciſci valeat, quantum ad ipſius exhibitionem
ſufficere videtur: niſi fortè creditor, petens executionem, caſu quo ſolidum non
conſequeretur, ipſemet laboraturus eſſet
inopia, tunc enim, ſi omninò egendum 126
ſit, æquius erit, debitorem indigere, non
habendo reſpectum ad ſplendorem unde
vivat, quam creditorem carere neceſſariis. Iaſ in d §. item ſi de dote. num. 10. Bal.
in d. l ſi maritus. 43. num. 3. pòſt Iacob. de
Aretio & Bart. num. 1. & idem Bart. l. maritum. 12. num. 4. ſoluto matr. ubi additionator litera E. innuit, iſtam opinionem communem
eſſe, tùm, quia creditor eo ipſo certat de damno vi-

tando, cum patiatur diminutionem ſui patri-
monii. l. 3. ff. de damno infect. econtrà verò
debitor de captando lucro dimicat, *arg. l.*
fin. C. de codicil. cum, quia ordinata chari-
tas incipit à ſe ipſa. [*c. 1. de ſuppl. neglig præ-*
lat. lib. 6. c. quieſcamus, 42. diſt.] *Salic. in l.*
præſes. 6. C. de ſervit. & aquæd. ibidemque
gl. refert veterem verſiculum:

Ille perit meritò, qui plùs ſe diligit ullum.

ac facit d. l. ſi quis à liberis. 5. §. de alimentis.
25. ff. de liber. agnoſ. & d. l. verum 11. §. fin.
de minor. Unum namque altare, & qui-
dem proprium diſcooperire, & aliud te-
gere, ſtultum eſt, *ſecundùm Bald. in auth niſi*
rogati. num. 5. C. ad SC. Trebellian. per l. aſſi-
duis, 12. §. exceptis. C. qui pot. in pig. hab. Et-
127 iamſi verò propter reverentiam, vel offi-
cia, ſuperiùs enumeratis perſonis debita,
debitores huic ſuo privilegio per pactum
& abdicationem, etiam expreſſam, renun-
ciare nequeant. *l. alia. 14 §. eleganter. ibi:*
quia contra receptam reverentiam, quæ maritis
exhibenda eſt, tendit. & ibi Alex. n. 4. & 5. ff.
sol. matr. l. ſi patronum. 44. de bon. libert. cùm
primo loco recitatæ perſonæ omnes inſtar
quaſi parentum & liberorum ſint, *l. quia*
parentis. 17. ſol. matrim. & ſanguinis ratio-
ne conjuncti, quòd jus ſanguinis, tanquã
publicum, pactis tolli nequit. *§. ſed & na-*
turalia. Inſt. de jure nat. gent. & civili. l. juris
gentium. 7. §. & generaliter. 16. l. ſi unus. 27.
§. pacta quæ turpem. 4. l. jus agnationis. 14. de
128 *pact.* quod idem extendit etiam Baldus ad
caſum, ubi privilegium introductum eſt
ob dignitatem perſonæ: non enim poteſt
tolli, ſecundùm eum, etiam per renuncia-
tionem ſpecialem. *Bal. in l. 1 num. 8. & 9.*
129 *C. qui bonis ced. poſſ.* tamen circa alias per-
ſonas, quæ ſanguinis & reverentiæ ratio-
ne non ſunt conjunctæ, puta in ſocio, do-
natore, & ſimilibus contrarium tenet De-
cius *in l. divus Pius. 15. num. 8. de re jud. poſt*
Alex. in conſ. 133. incip. ſuper quæſitis. num. 2.
volum. 5. Imò, tradit Rebuffus, ſe nun-
quam vidiſſe, de conſuetudine illud ob-
ſervari, quòd pro debitoribus, quantum-
130 vis privilegiatis, ne exigantur, niſi in
quantum facere poſſint, fuiſſet facta dedu-
ctio, ne egerent, ſed proceſſit, ſecundùm
ipſum, executio adverſus illos in ſoli-
131 dum, non aliter atque contra alias perſo-
nas non privilegiatas, exceptis ſolis paren-
tibus. *Rebuffus in ordina. regni Galliæ in pro-*
œmio gloſſ. 5. num. 91. Quod idem & ego,
licet multis executionibus, fiendis contrà
debitores, maximè nobiles, item tractati-
bus de futura executione præſens inter-
fuerim, affirmare auſim, eo unico exce-
pto, quòd in amicabilibus compoſitioni-
bus interdum memini actum fuiſſe cum
creditoribus, ne ita ſtrictè & in ſolidum
exigerent obligatum, ſed nobilitatis, a-
gnationis, & ſanguinis, ut qui de una fa-
milia procreati eſſent, item ſenii ratio-
nem haberent, conſtituendo ipſi aliquam
certam quantitatem pecuniarum, vel fru-
menti, pro alimentis ad tempus ſuæ vitæ,
ex bonis, in quæ decernitur executio:
quod nonnunquam etiam ita obtentum
fuit, apud tractabiles, & non moroſos cre-
ditores, ex ſpeciali gratia & affectione,
arg l. cùm alimenta. 22. in prin. ibi: pro cha-
ritate defuncti ex facultatibus ejus modum ſta-
tuendo & l. cùm unus. 10. §. alimentis viri bo-
ni arbitratu relictis. 2. de alim. legat. Ideoque 132
tantò minùs parcitur circa executionem
militibus, ſive armatæ, ſive togatæ, ſive
cœleſtis militiæ, quin in ſolidum exigan-
tur, quando de his perſonis certior ſpes
eſt, & expectatio, quòd ex laboribus ma-
nuum ſuarum tantum adquirere pote-
runt, quantum ipſis ſuppetat pro ſui exhi-
bitione, *per id quod tenet Angelus in d. §. item*
ſi de dote. num. 3. Illud tamen ſciendum,
milites cujuſcunque militiæ, in quibuſ-
dam bonis gaudere ſpeciali prærogativa
præ omnibus aliis debitoribus, quòd nul-
la videlicet executio contra eos intendi
poſſit, ſicut videmus militem armatæ mi-
litiæ, quantumvis in omnibus aliis rebus
executetur: tamen circa arma & equos,
quibus utitur pro defenſione reipub. ita
privilegiatum eſſe, ut ipſi circa executio-
nem eæ res auferri nequaquam debeant.
Alciat. poſt gl. in l. Nepos Proculo. 125. verb. di-
gnitate. num. 12. de verb. ſignif. cùm ſine il-
lis militare nequeant. Sic Doctoribus
& Scholaribus non debent auferri libri,
item res, quæ portantur vel ab ipſis, vel i-
pſorum aurigis, aut nunciis, pro cauſa ſtu-
diorum. *Baldus in d. auth. habita. num. 5.*
Rebuffus in d. l. Nepos Proculo. 125. verſ. imò
hodie. & in privilegiis Scholaſticorum, privileg.
113. & in conſt. regni Galliæ tomo 1. de literis
obligat. art. 2. [Ratio eſt, ne ſtudium ob li-
brorum amiſſionem delerant. Nam Stu-
dioſi intereſt habere libros, per quos do-
ctrina & ſcientia repleatur, & ob id meli-
or fiat, *l. pen. ff. ad exhib.* & in ſtudio hujus
Scholaſtici utilitas publica verſatur, & ſic
etiam utilitas hujus creditoris: ideo credi-
tor expectare debet, quouſque Scholaſti-
cus alia bona habuerit, & quod differtur,
non aufertur, *l. quoties 2. C. de prec. Imp. offer.*]

Unde

133 Unde nec repræſaliarum conceſſio ad eu-
ſdem, vel eorundem bona, quæ cauſa ſtu-
diorum habentur, extenditur. *Sal in d.
auth habita num. 12. per l. 2. C. de epiſcop. &
cler. & notat Angelus in l. univerſ. 5. per il-*
134 *lum tex. C. de vectig. l. & commiſſ.* Unde pul-
chre ſcriptum reliquit Baldus, quòd in
executione armi ſunt relinquenda mliti-
bus, libri Scholaribus, & breviarium
clericis. *Bal in rub. C. qui bon. ced. poſſ num.
1.* cùm ſine dictis adminiculis miles voca-
tionis ſuæ munus circa prælia obire, &
Schularis, item Doctor, ſine libris ſtudia
pertexere, vel, quæ didicit, aliis commu-
nicare nequeat. *Iaſ in §. item Serviana num.
65. & 66. inſt. de action. per l. obligatione ge
nerali. 6. ff de pignor. l fin.* [illegible] *quibus cauſ.
pig. l ſi horreum. 3. l. eo. jure. 4 ff. eo & l. certi. 5.
C. locati.*

135 Quod autem de privilegio Doctorum
& Scholarium traditur, id de promotis,
& receptis legitimo modo accipiendum
eſt: ſecùs in iis, qui in matriculam Facul-
tatis alicujus in Academia publica non
ſunt inſcripti, vel habent gradum Docto-
ratus ex reſcripto & bulla. *Guid Papæ de-
ciſ. 68. num. 1. poſt Alex. in l. centurio. 15. nu.
10. 20 & 21. ff. de vulg. & pupill ſubſtit.* Cùm
ad creandum Doctorem requiratur, pri-
mò, ut legitimè examinetur, & approbe-
tur; neque enim dicitur Doctor, niſi opti-
morum ordinis aſpirante conſenſu. *Abbas
in c 1. nu 34. extra de judiciis per l magiſtros.
7. C. de profeſſoribus & med. lib 10* item,
ut promotores ſub juramentu ſuo depo-
nant, eum ſufficientem eſſe *Abbas in c. pro-
poſuiſti. num. 13 extra de probat. per l nemini.
11. C de advoc. diverſ judic.* tertiò, ut cro-
ceus pileus in ſignum ſplendotis impona-
tur ejus capiti. quarto, ut ei tradatur ca-
thedra pro inveſtitura poſſeſſionis. & ulti-
mò, ut liber, tanquam materia docturan-
di, in qua ſe exerceat, ipſi aperiatur, quæ
omnia in bullatis deficiunt. *Guido Papæ de-
ciſ. 338. num. 11 ubi addit: quòd traditio an-
nuli, oſculum, & benedictio, non ſint de ſubſtan-*
136 *tia.* Probatur autem iſta qualitas, quem
Doctorem, vel Scholarem eſſe, per literas
teſtimoniales Academiæ, vel etiam Fa-
cultatis, in qua quis ſtuduit, vel gradum
conſecutus eſt, *d. l. magiſtros ibi: judicio or-
dinis comprobatos. & l ſi quis 10. ibi: ſeptem
vel amplius judicantib. idoneus approbetur C de
profeſſor. & medic. lib 10. & Salic d. auth. ha-
bita num 3* probatur etiam per matricu-
lam, *ſecundùm Bart. in l. 3. num. 4. C. de a-
gent. in reb. lib. 12.* probatur denique talis
qualificatio, aliis documentis deficienti-
bus, per juramentum Schularis, vel Do-
ctoris, aſſeverantis, ſe talem eſſe. *Rebuffus in
tract. de privileg. ſcholar privileg. 147.* Quod
notandum eſt contra eos, qui veniunt ex
peregrinis nationibus, alligando, ſe ibi
conſecutos licentiam, pro effugiendis ju-
diciis Doctorum in examinibus privatis:
illorum enim aſſertioni non adhibetur fi-
des, niſi allegatam qualitatem probent
ſupradictis modis, aut ſaltem per ſuum
juramentum. Quin & illud aliqui re-
quirunt in Doctore, ut ſit actu legens, ac
quidem utiliter & bene. *Bart l. 2 num 1. &
2. C de profeſſor. & med lib. 1 Felinus c. 1 n.
5. extra de major & obed* cum debeat habe-
re peritiam docendi, facultatem dicendi,
ſubtilitatem interpretandi, una cum co-
pia diſcernendi, hoc eſt, quod præditus
ſit bono judicio. *Abbas in c. propoſuiſti num.
14. extra de probat ac ſequitur ſub Franc Ripa
in c. 1. num. 94. de judic* ubi tamen ad fi-
nem exclamat: ſed quis eſt hic? & lauda-
bimus eum.

Sicut autem milites cujuſcunque mili- 137
tiæ, quo ad executionem, privilegiati
ſunt circa arma & libros; ita ſecus eſt in
aliis eorundem bonis, quæ habentur ex-
tra cauſam militiæ, vel ſtudii. Alber. de
Roſate, *in d. auth habita. nu. 2 & Iacobus de
Canibus in ſuo tractatu repræſaliarum. num. 45.*
allegando textum, *l. ſi publicanus. 4. §. de
rebus. 1. ff. de publica.* ubi privilegium im- 138
munitatis a gabellis, & vectigalibus pu-
blicis, datum rectoribus provinciarum,
intelligitur tantum ſuper rebus ad ipſo-
rum uſum comparatis, ideoque ſi aliæ res
transportarentur, non pertinentes ad u-
ſum præſidum, pro iis non aliter debet
ſolvi pedagium, ac ſi tales merces ad pri-
vatum pertinerent. *gloſſ d. auth. habita.
verb. ſpeciali. verſ ita quia in uſum proprium.
Bart d § de rebus num. 2. & notat idem in l.
item ferro. 11. § dominus. 2 num. 1 ff eod.
ſequitur Bald in l. cum proponas 3. C. de nau-
tico fœnore. & Iac. l in lege cenſoria 203 ibi:
in ſervu, quos quis ducit pro ſuo uſu, portorium
non dato ff de verb ſignif & eſt ſimilis textus
in l. univerſi 5. ibi. pro rebus, quæ ad uſum pro-
prium, vel exercendi ruris gratia, tranſvehant.
ſecundùm unam lecturam, quam tenet Angel.
ibi num. 2. C de vectig. & commiſſ quantum-
vis plataq. exemplaria legant juris, & non ru-
ris & additur ibidem:* ea verò, quæ extra
prædictas cauſas tranſportantur, a præſta-

tione vectigalium non ſunt libera. *d. l. u-*
niverſi. 5. & , quòd bona ſcholarium, quæ
à cauſa ſtudii ſunt remota , extra prote-
ctionem ſpecialem ſunt , & pignori rectè
capiuntur, tenet Alex. *in l. centurio. 15. nu.*
22. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. cùm, ceſſante
139 cauſa privilegii, ceſſat privilegium. *l. Geo-*
metræ. 22. ibi: donec curam gerunt. ſi duas. 6. §.
gentium. 14. ibi: quo ad in præſidatu ſunt. l. idē
Vlpianus. 13. in princ. de excuſat. tut. ac latè
Tiraquel. in ſuo tractatu, ceſſante cauſa, nu. 210.
Unde clerici negociatores , in quantum
cauſa, qua de agitur, concernit negocia-
tionem, jure communi uti debent. *Tan-*
credus in l. 1. C. de epiſc. & cler. neque enim
ſunt puri laici, *argumento l. ſub prætextu. 9.*
C. de SS. eccleſ. l. f. C. de juriſdict. om. judic.
ac facit c. fin. extra de vita & honeſt. cleric.
Quod notandum eſt contrà membra Aca-
demiarum, quibus ut plurimùm hodiè
tributa eſt immunitas à collectis & datiis
pro vino, item cereviſia , & aliis eſculen-
tis: ea ſiquidem intelligitur ſolùm de re-
bus, quas ita privilegiati in uſum ſuum
& familiæ comparant; ſecùs, ſi fiant pu-
blici cauponantes, revendendo eſculenta
& poculenta pro ſatis magno pretio, quæ
140 ipſi pro viliſſimis pecuniis coëmerunt, qui
quidem, propter abuſum privilegii, non
immeritò eo privantur. *c. privilegium. c.*
placuit. c. plærunq. verſ. ſed benè. 11. q. 3. ac
notat Felinus in c. cùm acceſſiſſent. num. 28. ex-
tra de conſtit. per c. recolentes. verſ. ſi enim. ex-
141 *tra de ſtatu monach.* ſaltem in ea parte, circa
quam contrà privilegium peccant. *Felinus*
d. c. cùm acceſſiſſent. num. 29. per l. volunta-
riæ. 12. C. de excuſat. tut. & facit bonus tex.
in l. 1. §. Trebatius ff. de aqua quot. & æſt.
142 *toll.* Hinc eſt, quòd neque clericis, in bo-
nis extrà cauſam ſuæ profeſſionis, puta, ob
negociationem vel ſimilem quæſtum ha-
bitis, parcitur, quin, non obſtante ipſorum
privilegio, detineri poſſint. *c. quanquam.*
ibi: pro rebus ſuis propriis , quas non cauſa nego-
tiandi deferunt, vel deferri faciunt , à contrario
ſenſu. extra de cenſib. in 6. & clem. 3. eod. tit.
143 In contractibus enim, ſicut & in ſtatutis
& conſuetudinibus generaliter loquenti-
bus, comprehendi intelliguntur etiam
perſonæ privilegiatæ , dummodò in illo
caſu ſpecialiter non reperiantur exemtæ ,
cùm per hoc non infringatur privilegium.
litera habetur ad hoc ſolennis in l. in fraudem.
15. §. fin. ubi notat Baldus num. 1. ff. de mil. te-
ſtamento. ac ſequitur Rebuffus in ordinat. regni
Galliæ. tom. 1. de literis obligat. art. 2. gloſſ. 1. nu.
119. Quemadmodum verò libri , & quæ 144
cauſa ſtudiorum apportantur Scholaribus
& Dd. quò ad executionem , privilegiata
ſunt, ut ea invadere non liceat: ſic idem
extenditur ad ipſorum honoraria in cau-
ſis clientum, item ad ſalaria Doctorum,
quæ dantur pro ipſorum operis in erudiē-
do ſcholaſticam juventutem , item in ſti-
pendiis, quæ Studioſis pro continuatio-
ne ſtudiorum ſuorum ex publico erogan-
tur. *l. ſtipendia. 4. C. de execut. rei iudic. l.*
commodis. 40. ff. de re judic. l. ſpem eorum 5. C.
quæ res pignor. Quod ipſum tamen cum 145
mica ſalis intelligendum , quatenùs vide-
licet & alia adſunt bona, in quæ poſſit fie-
ri executio. *d. l. commodis. 40.* & Docto-
res , item Scholares , aliique privilegiati
ſuis ſtipendiis ad ſuam exhibitionem ,
non autem ad heluationes utuntur, ſecùs, 146
ſi turpiter illa prodigant, & pro continuis
potationibus libros ſuos in publicas ta-
bernas mittant & obligent: quo caſu, ſic-
ut milites armaræ militiæ, alienando tibi-
alia vel humeralia, quibus corpus tegunt
adverſus ictus hoſtium, fuſtigatione digni
habentur. *l. qui commeatus. 14. §. arma. 1.*
de re milit. ac, ſi omnia arma alienaverint, 147
capite puniuntur. *l. 3. §. miles. ff. eod.* ita
Scholares & Dd. qui ſuos ipſi libros & ſti-
pendia diſſipant , cum amiſſione ſui ho-
noris & famæ, meritò exauthorantur , &
pro debitis liquidis , ad inſtar aliorum
privatorum , paratam executionem pati-
untur, etiam in libris & ſimilibus rebus
alias privilegiatis: niſi forſan ob neceſſa-
riam alimentationem in infirmitate hoc
faciant , ita , ut libros hypothecæ ſuppo-
nant, aut ex hac cauſa aliis commilitonib.
ſubveniunt. *Rebuffus de liter. obligat. art. 2.*
gloſſ. 1. n. 9. & art. 4. gloſſ. 2 num. 18. & 19.
Sin verò deficiant alia bona , per quorum
executionem creditori, ſine armis, item
libris & ſtipendiis militum vel Scholarium,
ſatisfieri nequit , tunc ne his quidem par-
citur. *Iaſ. in d. l. commodis. 40. n. 2. ff. de re*
jud. & Bald. in l. ſtipendia. 4. n. 1. 2. & 3. C.
de execut. rei judic. Hinc eſt, quòd noſtris 148
temporibus videmus , finito tempore lo-
cationis, pro executione mercedis habita-
tionem , ita ſæviri in libros , quemadmo-
dum in alias res ſcholarium , eoſque are-
ſtari, donec ſatisfaciant ædium dominis,
contra id, quod tradunt *Dd. in §. item Ser-*
viana. Inſtit. de action. Cujus rei non eſt
alia cauſa, niſi quòd hodiè Scholares ple-
runque magis comeſſationibus, noctur-

nis gra-

nis graſſationibus, & diſcurſationibus, quam ſtudiis invigilandu, & ſumtus ad diſcendum neceſſarios ipſis tranſmiſſos turpirer prodigendo, ſuis ſe privilegiis indignos reddant. *d. c. privilegium. 11. q. 3.*

149 Unde & ſcriprum reliquir Johannes de Ligna, quòd Scholares, eriam qui viſitant ſcholas, & tamen non attendunt, nec ſtudent, non gaudeant privilegiis Scholariũ. *Ioh. de Lign. in proœmio clement. quem ſequitur Abbas in c. 1. n. 39. extra de judic. per gloſ. l. uni. §. ſin autem. ibi: ſi adverſus cœleſtia oracula facientes, deprehenſi fuerint, nihil penitùs ex illis privilegiis conſequantur, quæ aliàs ipſis deferuntur. C. de ſtudiis liber. urbis Romæ lib. 11. ac facit l. ſi quis. 3. C. de domeſt. & protec. lib. 12. ubi habetur: etiam vagabundos perdere ſuum cingulum, cùm indignum ſit, deſides, & à propriis muniis diu aberrantes, in numero privilegiatorum cenſeri. idemq́ eſt, ſi inhoneſtè & luxurioſè vivant. Bal. in proœmio. ff. nu. 3. & Ioh. Franc. Ripa in d. c. 1. n. 96. extra de judic.*

150 Contra quos tradit ſalutare Pharmacum, & alexiterium idem Ripa, ut videlicet Parentes, qui volunt liberos ſuos in ſtudiis proficere, mittant ipſis tenue viaticum, cùm pecunia cauſam laſciviæ præbeat. *Ripa in d. c. 1. n. 95. allegando Fulgoſ. in l. cùm filiusfamilias. 14. ſi cert. pet. & gl. c. propheta-*

151 *vit. 1. q. 1.* Licet autem iniquum videatur, quòd innocentes luant pœnam nocentium, *contra l. ſancimus. 22. C. de pœnis, per illud vulgatum:*

Parcite paucorum diffundere crimen in omnes:
tamen, quia
Morbida facta pecus, totum corrumpit ovile.

& diſtinctio Scholarium, an ſint bonæ frugis, an verò malæ vitę, difficilis eſt, propter quotidianam converſationem & cõmunicationem cum perverſis, innocentes cum nocentibus ſæpè puniuntur pariter. *argum. c. facientis culpam diſt. 86. & c. ita [illegible]nè. 23. q. 4. de quo infrà hoc. cap n. 340.*

152 A[illegible]uia, ut plurimum, creditores, petentes ſatisfactionem a Scholaribus, non inveniunt aliud peculium, quàm libros & exigua lectiſternia, ideò nec iſtis rebus, quantumvis alias privilegiatis, circa executionem parcitur. *Bal. num. 1. & Salic. 1. pòſt gloſſ. in verb. aratorum in l. executores. per illum textum, & in l. ſpem. 5 num. 2. & ibi Salic. 1. C. quæ res pignori. & l. ſtipendia 4. per illum tex. ibi. cùm poſſit alia ratione judicatum exequi à contrario ſenſu, C. de execut. rei judic. & notat. gloſſ. d. l. commodis 4. ff. de rei judic. ac ſequitur Maranta de ord. judic. parte 6. ſub rub de execut. in ult. quæſtione, num. 44. 45. & 46. ubi addit, hanc limitationem communiter à. Dd. omnibus teneri, in d. l. commodis.*

Quemadmodum autem prædictum 153
fuit, bona Scholarium eſſe privilegiata, adeò, ut in pacto executivo, quantumvis generaliter concepto, item in ſtatuto, tribuente paratam executionem pro debitis liquidis, regulariter non veniant bona ad cauſam ſtudii pertinentia; ita multò magis privilegiatæ ſunt perſonæ Doctorum, Scholarium, militum, nobilium & ſimilium, ne videlicet poſſint perſonaliter detineri, per illud vulgatum: propter quod unum quodque tale eſt, illud magis eſt tale. *auth. multo magis. & ibi Bal. C. de epiſc. & cler. ſicut de ſcholaribus habetur textus in auth. habita. ibi: nullam corporalem injuriam perferant. C. ne filius pro patre.* Manus autem 154
injectionem, ſive illa fiat per areſtationem, ſive per detentionem perſonæ, magnæ injuriæ inſtar haberi, & eſſe ignominiam irretractabilem, tradit Jaſon. *in l. 4.* 155
§. qui condemnatum. num. 22. 23. & 24 pòſt. Bart. Alex. Paulum de Caſtro & alios Dd. ibi. ff. de re judic. Unde jure noſtro provinciali, 156
pro carceratione injuſta, ſive per areſtum, *Differ.*
ſive quoquo alio modo fiat, ſolvuntur de- *jur. civ. &*
tento per ſingulos dies naturales 30. ſoli- *Sax. 9. li.*
di, non minùs, atque pro alia injuria. *2. part. 5.*
Landrecht *lib. 1. art. 68.* ſive privatus quiſ- *Zob. par. e*
piam, ſive judex illum detineri fecerit. *diff. 45.*
Landr. *lib. 2. art. 34 & 16. gloſſ. fin.* Weichb. *num. 9.*
art. 83. & plenè art. 45. lib. 3. quod & probat D. Regulus in ſuo proceſſu. cap. 120. num. 2. [Vide etiam ſent. Scabin. Lipſ. pòſt Weichbild. *ſub tit.* Abtrag umb unrechtlich Gefängnüß.]

157 Et de Doctorib. item Advocatis, & Scholaribus, quòd in eos non poſſit manus injici, habetur textus ſingularis *in l. medicos. & ibi gloſſ. verb. exhiberi. ubi etiam Bart. num. 2. & Ioh. de Plat. num. 2. C. de profeſſ. & medic. lib. 10. Bal. in l. 1. in fin. C. qui bon. ced. poſſ. & Ioh. de Imola in l. miles 6. ff. de re judic.* quantumvis extet ſtatutum, vel conſuetudo in loco generalis, quòd pòſt lapſum terminum ſolutionis, debitores in perſona ſiſti poſſint. *iſtud tenet Mathesilanus in ſuis ſingular. notab. 95. Bart. in tract. de carceribus. num. 5.* De clericis, quòd per 158
laicos diſtringi nequeant, haberur in jure canonico. *in c. ſi diligenti. c. ſignificaſti c. nullus judicum. ubi Panormitan. num. 5. & c. quod clerici. per illum textum, extra de foro compet.*

& in ſpecie tradit Bart, quòd Clerici, item Scholares, pro repræſaliis, etiam legitimo modo impetratis, capi non debeant, *Bart. in tract. repræſaliarum 7. q princ. num 6. & 7. circa dictum reſ 11 & ſequitur Albert. Brunus. de ceſſ. in honorum. quæſt 3. princ num 3.* Sic-
159 ut nec adverſus parentes, qui vadunt pro inviſendo filios, in ſtudio univerſali exiſtentes. *Bart. de repræſaliis. q. 7. num. 9 & Panor. in c. fin num. 47. extra de foro comp.*
160 Idemque alibi Faber refert; etiamſi Clericus, in caſu moræ, ſuper non facta ſolutione, ſe ſe ad areſtum expreſſè obligaviſſet pro debito civili: tamen in ipſum judici ſæculari manum injicere nequaquam licet, *Ioh Faber in §. fin num 3. Inſtit. de action.* cùm ſæcularibus dictum ſit: nolite tangere Chriſtos meos. Rebuffus *de literis obligat. art. 2. gl. 1. num.* 10. ubi tamen ſubjicit, quòd hodiè clericus, qui in perſona eſt obligatus, prehendatur etiam a judice ſæculari, & ducatur pro detentione ad carceres epiſcopi. *pro quo videtur etiam militare litera in c. ex reſcripto. extra de jurejur.* niſi dicatur, quòd ibi monitoriales literæ, pro ingrediendo obſtagio, emanabant ab immediato & ordinario judice reorum,
161 puta epiſcopo. Quod idem etiam traditur de militibus, item nobilibus. *Alex de Imol in l miles 6. & ibi alii Dd. ff. de re judic. Petr. de Puteo in tract ſyndic. verb. doctor. in fine mihi. fol. 117 ac concordat Bart. in tractat. de carcere num. 5 & in l. ſi libertus. 1. C ſi ſer. vel. liber. ac late proſequitur Alex. de Imola in l centurio. 15. num. 24. & 25. ff. de vulg. & pupilla ſubſtit. quo de latiùs infra num 166. cum ſeqq.* Licet autem de facto interdum quid attentetur in aulis adverſus talia privilegia, ſicut ipſemet vidi, ad inſtantiam creditoris, per quendam Principem decerni areſtum contrà perſonam Comitis ex magna familia, qui de nocte in civitate iſtius ducatus commoraturus erat; tamen, quia iſtud evenit ad importunas preces, & crebrò obrepitur Principibus in venationibus & ſimilibus locis, ubi deſtituti ſunt Conſiliariis, maximè Juriſperitis, locum habet. *l. reſcripta. 3. C de precibus Imp. offer.* ſicut in propoſito caſu relaxabatur tandē areſtum Comitis, abſque aliqua fidejuſſoria cautione, tùm propter privilegium perſonæ, *d l. miles 6. de re jud.* tùm etiam, quòd debitum nondum erat liquidum. *l. negantes 9. C. de act. & obl.* tùm etiam, quia Comes erat in tranſitu, tanquam peregrinus. [Qui enim ex cauſa legationis, vel teſtimonii, vel alia legitima cauſa, ad alium locum ſe transfert, ibi non poteſt conveniri: & habet privilegium domum ſuam revocandi.] *l. 2. § legatis ff. de judiciis. Panor. in c. fin. num 47. extra de foro compet. per auth. omnes peregrini C com-*
munia de ſucceſſio. & alibi dicitur, quòd ju- 162
ſtum juſte proſequendum, tandem enim illud ſequentur omnes recti corde. Meminerint tamen omnes privilegiati, ut contineant ſe intra metas ſuæ vocationis, ne pedem extra ponendo, & contravenienđo ſuæ vocationis ſtudiis & officiis, veniatur deinceps etiam adverſus ipſorū privilegia, quæ, cauſa ſtudiorum, vel officii, ceſſante, ipſa quoque ceſſant, *per ea, quæ*
num. 139. & ſeq. paulò antè notavimus. Sicut 163
accidit cuidam Doctori, non infimi nominis, in diverſorio cujuſdam civitatis, habentis ex privilegio emporium publicum, & exercentis de conſuetudine antiqua & legibus loci, ad inſtantiam creditorum, jus areſtandi debitores, etiam foreuſes, pro contractibus ibidem celebratis, poſt moram, ſuper debito nimirū liquido, *ſecundùm ea, quæ tradidimus in Parte 1 hujus Operis cap 2 num. 110 & 174* qui cùm feciſſet ibidem aliquandiu ſumtus, tandem, fide de ſolutione habita, uſque ad certum terminum, hoſpes pro eo tempore Doctorem dimiſit. Sed, quia ſæpius idem in loco ſui domicilii requiſitus, moram faciebat in ſolutione, redeuntem deinceps ad ſequentes nundinas in aliud hoſpitium, finitis nundinis (in quibus regulariter omnes venientes, non malæ cōditionis & famæ homines, pro debitis
antea contractis, ſunt ſecuri, *ſecundùm An-* 164
gelum in l. hæres. 19. §. ſi quis tutelam. num 9. ff. de judiciis. adeo, quia, ſtantibus illis, neq; res, neque perſona debitoris, etiam pro repræſaliis capi poſſunt. *Bart. in l 1. per illum tex. C. de nundi. ac notat Bertachinus in tractatu gabellarum in 2. memb. 8. partis principalis. num 19*) facit eò loci areſtari. Potuerat quidem areſtum debitor: ſed quia, nimis confiſus ſuo privilegio, putabat, areſtum jure contemni poſſe, ideo poſtpoſita fide ſua, inſalutato judice, & illicentiatus è diverſorio, in quo ſiſtere promiſerat, receſſit. Senatus verò civitatis ibidem adverſus Doctorem proceſſum inſtituit, requirendo ſubſidiariè judicem domicilii, ut citaret reum pro repræſentando ſe in loco, unde contrà datam & promiſſam mediante ſtipulatione fidem, receſſerat.

Citatus

Citatus u[illegible] exceptionem [illegible] declinato-
ria, petendo, [illegible] ad judicem
ordinarium, [illegible] [illegible] allc-
gabat *authen. [illegible] habit [illegible] & l. medicos. C. de*
profeſſor. & med[illegible] lib. 10. cum ſimilib. Poſt
concluſionem in cauſa, mittuntur acta ad
conſilium Sapientum, & requiritur eo-
rum ſententia, qui pronunciant, propoſi-
ris exceptionibus non obſtantibus, Do-
ctorem teneri in dicto loco ad ſiſtendum,
à qua ſententia licet appellaret conde-
mnatus ad ſuperiorem; tamen, ventilatis
diligenter in conſilio utriuſque partis di-
ſputationibus, confirmabatur prior ſen-
tentia, tùm, quia diverrendo apud primũ
hoſpitem, ratione eſculentorum & po-
culentorum ipſi præſtitorum, eò loci cõ-
traxerat, *argumento l. heres. 19. §. 1. & 2 ff.*
de judic. tùm, quia ſolutionem eò deſti-
narat, *argumento l. contraxiſſe. 21. de action.*
& oblig. l. 3. §. 1. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.
accedebat tertiò promiſſio areſti vel ob-
ſtagii, & quidem facta miniſterialibus ju-
dicis, quod ipſi per receſſum ſine licentia,
frangere non licuit, *per ea quæ traduntur in*
tertia Parte hujus Operis cap. 11. num. 49. ul-
165 timò non parùm operabatur, quòd idem
Doctor perhibebatur, relicta penitus ſua
functione, ſed ad mercantiam & cambia
converriſſe, ita ut privilegio doctorali ſe-
ſe quaſi ipſe exuiſſet. Quod ipſum huic
dignirati & prærogativæ, quæ confertur
Doctoribus, ratione lecturæ & aliorum
munerum publicorum, non convenit,
ſecundum ea, quæ in hoc ipſo capitulo num. 137.
& ſeq. notavimus, ac docet Albertus Brunus de
ceſſione bon. 10. quæſt. 4. quæſt. princ. num.
17. Iohannes de Platea in l. medicos. 6. num. 3.
Cod. de profeſſ. & medicis. lib. 10. ac facit l. uni-
ca Cod. negotiat. ne mil. l. nobiliores. 3. Cod. de
commerc. & l. ſi cohortalis. 12. C. de cohor-
tal. lib. 12. Eoque magis & Scholares ſuæ
vocationis terminis inſiſtere debenr, quò
ſæpiùs incidunt in judices ipſis non ſatis
æquos, & literarum oſores (de quibus ve-
riſſimum eſt quod legitur: laicos clericis
& ordini clericali, vel Scholaſtico, oppi-
166 do eſſe infenſos. *gloſſ. verb. pacto privato-*
rum. in c. ſi diligenti. de foro compet. & c. laici.
2. quæſt. 7.) & non raró in planè rudes,
contra quos illud Comici competit: Ho-
mine imperito nihil quicquam injuſtius,
prout cuidam acolyto (quem latinè cero-
phorarium appellant, à deportandis lych-
nis cereis, & accendendis in templo lu-
minibus eo tempore, quando legitur Ev-
angelium. *c. cleri[illegible]. §. acolytus. diſt. 21.*)
tempore papatus, in patria mea Altenbur-
gi accidit, qui noctu obvius factus prætori
civitatis, ipſius juſſu per lictorem com-
prehendebatur, cumque is allegaret ſuum
privilegium, excipiendo, quòd eſſet aco-
lytus, judex rudis, qui linguarum & ar-
tium ignarus erat, exiſtimabat, ipſum
allegare locum originis, quaſi patria ipſi
Colditz eſſet, oppidulum per duo milia-
ria inde diſtans, ideò replicabat germa-
nicè, ſive ſis a Colditz, ſive à Leiſnick, tu
hac nocte manebis in cuſtodia. Quod 167
ideò recito, non quòd improbem proceſ-
ſum iſtius judicis, ſed ut admoneam pri-
vilegiatos ſui officii, cùm clericali ordini
non conveniat, de noctu diſcurſare per
plateas civitatum; & quiſquis, qualis in-
venitur, talis judicandus ſit. *Panor. in c. fin-*
num. 13. verſ. ſecundò poteſt intelligi. extra de
foro compet. poſt gloſſ. l. 1. verb. à judice. C. ubi
quis decurial. vel cohortali. Unde, licet pro 168
temeraria manuum injectione in cleri-
cum, violentius ipſo facto noteretur ex-
communicatione. *c. ſi quis ſuadente diabolo.*
17. quæſt. 4. tamen, ſi, relicto clericali ha-
bitu, arma ſumat pro injuria corporali
illata, tunc in iis comprehenſus, fruſtrà
legis auxilium, contra quam deliquit, im-
plorat, *c. in audientia, extra de ſentent. excom-*
munic. l. auxilium. 37. in fi ff. de minor. cum
l. iſti quidem. 8. quod metus cauſa. cùm non
intelligatur ordinem contemnere, qui or-
dinem ignorat. *l. ſi ignorans. 10. ff. locati.*
ac facit l. item apud 13. §. ſi quis virgines. 15.
ibi: ſi meretricia veſte. de injur. Studeant 169
itaque privilegiati, ut functionem quiſq;
ſuam, pro modulo ſuæ vocationis exor-
ner, quo caſu, idem, non obſtantibus fortè
loci alicujus ſtatutis, viciſſim honorem
ordini ſuo debitum, ab aliis convenienter
expectat. *l. 1. & 2. C. ut dignitatum ordo*
ſervetur lib. 12. & l. un. C. de privileg. eorum
qui in ſacro palatio milit. eod. lib. 12. cùm in
ſtatutis, quantumcunque generalibus, nõ
comprehendantur ſpecialiter exemti, ne
videlicet per hoc derogetur aliquid eo-
rum privilegiis. *Bart. in l. 2. num. 1. C. de no-*
xal. action. Ac, ſi objiciatur, privilegia ita 170
reſtringenda eſſe, quantum fieri poteſt, ne
juri cõmuni, in loco exiſtenti, obvient aut
præjudicent, *per id, quod notant Bartol. & Dd.*
in l. ſi verò. 64 §. de viro. 9. ſolut. matri. Phil. Frã-
cus in c. 1. num. 2. in princ. & in §. 2. per illum
tex. ex-

tex. extra de privileg. in 6. ac facit l. hæres abſens. 19. in fi. principii ibi: nullo privilegio excuſatur ff de jud. cum auth. qua in provincia. ibi: omni privilegio ceſſante. C. ubi de crim. agi opore. reſpondetur; contraria loqui de ſpecialibus privilegiis, indultis forſan alicui individuo, vel perſonæ per principem,
171 neque redactis in corpore juris, *d. l. hæres. abſens 19. ibi: nullo proprio privilegio excuſatur. & ibi gl. verb. excuſatur.* ſecus eſt in privilegiis, non indultis à principe, ſed per ipſam legem: tunc enim ſtatutum, quantumcunque indefinitè loquens, non intelligitur derogare privilegiis contentis & clauſis in Corpore juris, *gloſſ. ſingularis in d. auth qua in provincia. verb. illic ibi: non autem indulta per legem, redactam in Corpore juris. & ibi Bal. num. 1.* ac Paulus de Caſtro *num. 5.* ubi refert exemplum de procuratore Florentiæ qui multa privilegia & immunitates, propter ſua benemerita per ſenarum ipſi conceſſas, ad eum finem, ne per reformationes ſtatutorum generales, ſæpè etiam cum clauſulis derogatoriis ſubſequentes, quid derogaretur ipſius privilegiis, fecerat ea inſeri in volumine ſtatutorum, quod prudenter & cautè feciſſet, *allegando gl. d. authentica qua in provincia. & d. l. hæres. verb. excuſatur. quam ſolutionem etiam probat Bart. in conſtit. ad reprimendum. verb. non obſtantibus. num. 12. & Ab-*
172 *bas in c. fin. num. 11. extra de judic.* Et patet ratio, quia fortior eſt cauſa utentis jure communi, & privilegio intus ſibi indulto, quàm utentis ſolo privilegio perſonali, ſpecialiter impetrato à ſuperiore: cùm faciliùs tollantur privilegia, quàm jura communia. *gl. l. 1. verbo perjurii. in fine. C. ſi adverſus vendit. & habetur tex. in §. quia veroſimile. verſ oportet. auth. de non alien. coll 2.* ubi dicitur: oportere ea potiùs valere, quæ communiter & generaliter in omnium utilitatem ſanciuntur, quàm pragmaticas ſanctiones aliquorum, quæ tendunt ad corruptionem communium legum, *ac facit l. ejus militis. 34. § militia miſſus. 1. ff. de milit. teſtam.* [Publica enim & communis utilitas debet præferri privatæ, *l. actione. 65. §. Lab. o. 5. ff. pro ſoc. l. un. §. fin. C. de cadu. toll.*] Cumque hoc privilegium Doctorum, & Scholarium, non magis tendat ad commodum privatum debitorum, ut ſtudiis ſuis diligentiùs invigilare valeant, quam ad utilitatem communem, ne à muneribus & operis reipub. navandis retrahantur, meritò ſpecialem protectionem ſuperiorum merentur, iſtisque circa detentionem perſonalem pro cautis
pecuniariis parcitur. Licet autem Boſ- 173
ſius hæc ipſa privilegia etiam extendat ad cauſas criminales, adeò ut velit, Doctores, Nobiles, Scholares, & ſimiles perſonas privilegiatas, ne quidem pro maleficiis capi, & multò minùs torqueri poſſe. *Boſſius in pract. crimin. ſub tit. de judic. & conſider. ante torturam num. 109. & 110 & 111. ubi addit: non valere conſuetudinem in contrarium. & hanc opinionem communiter teneri per l. ſeveram 10. C. de dignit. lib. 12. l. milites 8. l. divo Marco. 11. l. decuriones. 26. C. de quæſtio.* & eſt textus longe optimus pro omnibus nobilibus & in dignitate conſtitutis, quòd non torqueantur, ſaltē inſcio Principe, *in l. nullus. 4. verb. generis aut dignitatis. C. ad l. Iul. majeſt.* tamen nemini fuerim author, quòd iſtis juribus nimiùm fidat. & Rebuffus aſſerit, non obſtante privilegio juris communis, in regno Franciæ moribus receptum eſſe, quod
nemini, ſive Comiti, ſive Baroni, ſive Do- 174
ctori parcatur, ſed omnes æquè torqueantur. *Rebuffus ad conſtit. regni Gal. in proœmio gl. 5. num. 115. quod & Anfrerius in 4. parte ejus operis, cui titulus eſt, ſtylus parlamenti. cap. 19 & Tiraquellus de pœnis, cauſa 81. num. 06. teſtantur.* Et infinita noſtris temporibus delinquentium exempla referri poſſent, in quibus ordini & nobilitati adeò non fuit delatum, ut eodem modo ad torturam, ſicut ad carceres fuerint rapti, non ſecùs
atque alii privati. Quod equidem, ſi præ- 175
cedant adverſus eos indicia à legibus approbata, & magiſtratus non magis ex privata vindicta & affectu, vel ex nudis ſuſpicionibus, prætextu proprii arbitrii, quā ex zelo juſticiæ, ad tormenta deveniant, omiſſo juris ordine & ſolennitatibus, cōtra ea, quæ requirit Julius Clarus *in recept. ſentent. criminal. lib. 5. §. fin q. 64. num 9. poſt Thomam de Piperata in tract. de fama, num. 55. & eſt communis ſententia Doctorum, ſicut profitetur Albericus de Roſate in l. maritus. 10. num. 4. ff. de quæſtion* non reprehendo, ex quo ſecundum illud Juvenalis:

Omne animi vitium, tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò, qui peccat major habetur.

quod & Johannes de Platea probat *in l. medicos. 6 nu. 2. C. de profeſſ. & medicis.* quia, ſecundùm eum, reatus omnem honoris
præroga-

prærogativam excludit. *l. 1. C. ubi ſenat. vel clariſſimi. l. presbyteri. 8. C. de epiſcop. & clericis.* ex quo tales ſuis propriis facinoribus ſua ſe dignitate exuunt, ac indignos reddunt. *l quoties 17. C. de dignit. lib. 12.* itaq;
176 beneficio juris communis vel legum, qui adverſus præcepta legum deliquerunt, ſe tueri nequeunt. *l. auxilium. 37. in fine ff. de minor. c. bonæ memoriæ. & ibi gloſſ. verb. exceptione. extra de electione. l. fin. §. ſi verò poſtquam, C. de jure delib. l. 1. §. hoc autem. ff. ſi fam. furt. fec. dicatur. l. ſenatoru filia. 47. cum l. ſeq §. ignominioſam. de ritu nupt.* [Verum, licet reatus excludat omnem honorem, ſcilicet quoad foci competentiam & pœnam, non tamen ita excludit honorem, ut cum accuſentur clariſſimi, ſtatim quæſtioni ſubjiciendi ſint: quoniã hæc duo ſimul ſtare poſſunt, ut clariſſimi viri pœnis ſubjiciantur, iis tamen in tortura parcatur, cum ex teſtium dictis hos damnare oporteat, aliàs neceſſe eſſet diceremus, *per l. 1. C. ubi Senator. correcta eſſe reſcripta Impp in l. 4. C. ad l. Iul. Majeſt. l. 8. 11. & 16. C. de quæſtio.* quod dicere minimè debeamus. Sit igitur regula: Nobiles & Doctores, alioſque in ſumma dignitate conſtitutos, torqueri nõ
177 debere.] Iſtud tamen quaſi generaliter obſervari videmus, quòd onbiles, & in dignitate conſtituti, etiam pro maleficiis, regulariter non ponantur in carcerib. ſubterraneis, ſed vel in palatio, vel in loco æditiore, ſub cuſtodia militum vel commentarienſium, quos eorum lateri adjungit judex, aſſerventur. *ita Lucas de Penna in l. mulieres. 13. num. 5. verſ. octavo. & in l. quoties. 17. num 2. verſ. item nota ſecundùm. C. de dignitat. lib. 12.* & Archidiaconus refert, nobilem non ita ſtrictè eſſe detinendum, quemadmodum alium. *Archidia-*
178 *conus in c. quisquis. 2. q. 8.* Quod maximè verum eſt, de eo qui nondum convictus fuit. *Bal. in l. 2. num. 3. C. de exhib. reis. & ibi Cynus. num. 2.* cum qua diſtinctione tranſit etiam Tiraquellus *in tract. de nobilitate cap. 20. num. 30. & 31. & idem in tractatu de pœnis, cauſa 31. num. 10. & 11.*
179 Generale enim illud eſt, quòd in materia carcerum, maximè in cauſis civilibus & pecuniariis, multùm defertur nobilitati. *ita Angelus in l. qui in carcerem. 22. num. 2. ff. quod metus cauſa.* ubi tradit, nobilibus poſſe aſſignari loco carceris vel palatium, vel totam civitatem, adeò, quia jus dicens intelligitur per hoc ſatisfacere ſtatoto, dictanti, debitores pòſt moram, vel etiam criminoſos, eſſe carcerandos, cujus dictũ citat & ſequitur Jaſon *in l. ſi pecuniam. 5. §. ſed ſi accepit. 3. num. 6. ff. de condict. cauſa data.* quod & his temporibus apud nos uſitatum eſt, teſte Reguio in proceſſu judiciali, *cap. 103. num. 9.* Et alibi ſcriptum reliquit Angelus, quòd ipſe ex hoc fundamento liberaverit quendam poteſtatem Bononienſem, cui tradebatur nobilis ad carcerandum, ipſe autem curialiter eum tractavit, aſſervando ſub libera cuſtodia, recepta tamen priùs ab eo fide, ut inde non moveret pedem, qui cum aufugiſſet, deinceps & poteſtas in magno periculo foret, allegans in gratiam poteſtatis præſumtionem, pro nobilitate & eorum fide militantem. *Angelus in l. ſi à bonæ fidei. 21. num. 2. de rei vindic. per l. argentum, 20. l. ſi ut certo. 5. l. in rebus. 18. ff. commodati. l non ſolum. 13. de noxal. & eſt bona gloſſa in c. illud diſtinct. 40. & iſtud Angeli dictum citat Tiraquellus de nobilitate, cap. 20. num. 18.* Nobilitas enim generis non 180
patiebatur, aliquid deterius, vel ſiniſtrum, aut perfidum de eo ſuſpicari, *prout tradit Aymon Craveta conſ. 206. num. 13 par. 1. per c. niſi eſſent. extra de præbend. ut notat Innocen. in c. 1. de clericis peregrin.* addit tamen Cravetta *ubi ſuprà num.* 18. de Nobilibus ſuæ patriæ, quòd plerique fidei religionem & obſervantiam relegent ad mercatores, & fidem quoquo modo datam, facilè fallant, quæ res aliis Nobilibus de ipſorum honore non parùm detrahit, hæc Craveta. Sicut autem in executione parcitur 181
bonis militum, concernentibus ipſorum vocationem: ita multò magis iſtud procedit in bonis eccleſiæ ſemel addictis, ut in ſtatuto de parata executione, quantumvis generali, iſta non veniant, cùm laicorum conſtitutiones non ligent clericos. *auth. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccleſiis. & c. quæ in eccleſiarum. extra de conſtit.* Idemque procedere etiam in conventione executiva, quod videlicet manus ad bona eccleſiæ poni non poſſit, author eſt Innocentius *in d. c. verum. num. 2. extra de foro compet.* Quia, ſecundùm eum, dominium, ſemel quæſitum eccleſiæ, ſanctum ſanctorum eſt Domino, adeoque non poteſt capi ſine incurſo ſacrilegii, niſi cum authoritate judicis eccleſiaſtici. *c. nulli liceat. cum ſequentibus. 12. quæſt. 2. fac. §. ſacræ. Inſt. de rerum diviſ. l. ſancimus. 22. C. de SS. eccleſiis. & §. quoniam cognovimus. auth. de alienat. & emphyt. collat. 9. & toto*

titulo,

titulo,extra de rebus eccleſ.non alien.c. ſemel di-
catum.extra de reg.jur. in 6. Quod quidem
ego de bonis eccleſiæ, per prælatum ſub
pacto executivo obligatis nun admodũ
pugno, ſed quatenùs innocentius hoc ex-
tendit ad bona, etiam cullata eccleſiæ, ſub
conditione aliquid faciendi, ac, ſi iſtud nõ
fiat, quòd lucus pateat manus injectioni,
quaſi etiam tunc, lege cuntractus non
ſervata, tamen ceſſet manus injectio, iſtud
eſt cuntra textum expreſſum *in c. verum.ex-*
182 *tra de condit. appoſ.* ubi habetur: ſiquidem
eccleſiæ donetur aliqua poſſeſſio, ſub con-
ditione, quòd, ea ceſſante, cullatum revo-
cetur, locum eſſe manus injectioni, cũ defi-
ciat cauſa ub quã res dunata fuit. *l. ſi extra-*
neus.6.& toto tit.ff de condict.cauſ.dat.cauſa nõ
ſec. at facit l. creditores. 3. C. de pignor. culla-
tio ſiquidem facta ſub conditione, non
aliter valet, niſi demùm cunditione exi-
ſtenre, vel adimpleta. *l. qui hæredi. 44. §.*
fin. & l. qui ſub conditione. 112. ff. de condit. &
demonſtr. cum l hæc venditio.7. de contrah emt.
niſi dicamus, Innocentium loqui vel de
manus injectione privata, vel quæ fiat cũ
183 miniſterio judicis ſæcularis tanquam
incompetentis. *c. ſi diligenti. extra de foro*
compet. aut ſaltem in caſu, ubi prædium
donatum jam fuit controverſum in ędem
ſacram aut cœmeterium: quo caſu, ne qui-
dem ob non ſervata pacta, poterit, quud
donatum eſt, ab eccleſia revocari, ſed de-
bet donatur contentus eſſe æſtimatione
rerum, pro quibus agit, *Felinus d c. verum. n.*
9. verſ. ſecunda declaratio. de foro compet. Idq́;
184 illa ratione, quòd mutata eſt antiqua con-
dirio rei, *Anton. de Butr. in d. c. verum. num.*
12. per c. ad hoc. extra de religioſ. dom. niſi
furtè negligentia ſolius Prælati, abſque
culpa collegii vel eccleſiæ, intervenilſet.
ita declarat Felinus in d. c. verum. num. 7. & 8.
ubi etiam Panor. notat, num. 2. & Anto de Bu-
trio. 12 cum Iohanne Andr. & Hoſtienſi ibidem,
& pòſt eos hanc opinionem, contra Innocentium,
aſſerit & ſequitur etiam Bart. in l. fin. num. 1.
ff. ut in poſſ. legat. ſer. cauſa eſſe tic. & in l. credi-
tores.3. num.4.C. de pignor. ac fac. l. ſi quis cu-
rialis.12. in verb. ad priſtinam ſortem, veluti ma-
nu injecta, revocetur. ibidemq́; Salic. num. 2. C.
185 *de epiſ. & cler.* Afferunt rationem, quòd
executio juridica excuſet à ſacrilegio. *l.*
quanquam. 4. in princ. ff. de aqua plu. arc. cùm
proſecutio juris cujuſque non habeat in
ſe injuriam. *l. 1. §. usq; adeò. & l. injuria-*
rum.13.§. 1. de injuriis. c. ſcienti & conſentienti.
extra de reg. jur. in 6. Licuit enim donato-
ri ab initio, circa traditionem rei ſuæ im-
ponere ei legem, quam volebat. *l. in tra-*
ditionibus. 20. ff. de pactu l. legem quam dixiſti.
4. C. eodem. hanc rationem innuit Anton. de
Butr. in d. c. verum. num. 12. eaq́; ſententia com-
munis eſt, teſte Ruino conſ. 145. num 6. vol. 4.
quem allegat & ſequitur Menoch. de adipiſ poſ.
remed. 5. num. 25.

Lecti quoque & veſtes vulgares, ad 186
quotidianum & neceſſarium uſum cujus-
que debitoris, etiam privati, deputatæ, ſine
quibus homo commodè & honeſtè vive-
re non poteſt (tanquam quæ ſub generali
vucabulo Alimentorum veniunt. *l. legatis.*
6. & l. fin. de alim & cibar legatis) in ea con-
ditiune ſunt, quantumvis alias à mubilib.
ordiamur executionem. *l. à divo Pio. 15.*
§. in venditione. de re judicata. ut, aliis exi-
ſtentibus bonis, pro executione, pignori
capi nequeant. *Iaſ in §. item Serviana. num.*
64. Inſtit. de action. & ſat. l. 1. C. quæ res pi-
gnori juncta gloſſ l. executorem. 8. & l ſtipen-
diis. 4. C. de exec. rei judic l. obligatione gene-
rali. 6. de pignor. l. peculii. 4. de pecul. Ac,
quòd hæ res privilegiatæ, demum in ſub-
ſidium deficientium aliorum bonorum
debituris, pro executione pignori capi de-
beant, iſta ſententia cummuniter practi-
catur, *teſte Hippol. in rub. de fidejuſſor. quæſt.*
27. num. 202.

In rebus etiam ad agriculturam 187
pertinentibus, prout ſunt equi, vel boves
aratorii, pecora ſtercorationis ob cauſam
comparata, ligones, aratra, ſurculi, falces
putatoriæ, bidentes vel vomeres, item ca-
ſtella, & ſimilia inſtrumenta, quibus agri-
colæ pro ſubigendis & renovandis, item
pro impinguandis agris indigent, *juxta l.*
in inſtrumento fundi. 8. ff. de fundo inſtructo,
vel inſtrum. leg. executio fieri non permit-
titur, cùm prædictas res, ſicut & ipſos a-
griculas eorumq́ue terras, plena ſecuri-
tate gaudere, & pro debiro in cauſam ju-
dicati vel inſtrumenti executivi, à pigno-
ratione immunes eſſe conveniat. *c. 1. cum c.*
fin. extra de treuga & pace l. executores. 7. ibi:
boves vel ſervus aratorios, item inſtru-
menta, pignoris cauſa de poſſeſſionibus nõ
abſtrahant. *l. pignorum. 8. & auth. agriculto-*
res. C. quæ res pignori oblig & §. ſancimus itaq.
auth. nullum credentem agricol. tenere ejus ter-
ram. col. 4. & ſequitur Iaſ. in l. 1. ff. de feriis. Et 188
eſt ratio, quòd harum rerum incluſio, vel
pignoratio, non tam privatum, quàm pu-
blicum commodum impediat. *l. divus Pius.*
5. in princ. ibi: ne alias utilitates impediat. de
petit.

petit. hæred. ſiquidem, propter non factam
prædiorum culturam, ſterilitas fructuum
induceretur. *Bart. num. 2. & 3. & Salic. in
d. l. executores. 7. allegant textum in l. 1. §. eo
opere. in verbis : frumenti duntaxat quærendi
cauſa ff. de aqua plu. arc.* Licet autem præ-
citatæ leges videantur tantùm loqui de pi-
gnore judiciali, quod capitur pro execu-
tione judicati, ideoque ſecùs eſſe in con-
ventionali, prout ſub dubio tenuit gl. *in l.
pignorum. 8. & ibi Angel. C quæ res pignori :*
tamen communi calculo Doctorum hoc
extenditur ad hypothecã etiã conventio-
nalẽ, ſive generalẽ, ſive etiã ſpecialẽ, ita, ut
pro executione præmemoratæ res agrico-
larum, ſi alia bona haberi poſſunt, pigno-
ri capi non debeant. *Salic. in l. executores.
7. num. 1. & ibi Angel. 2. in fine, item Odofre-
dus num. 2. qui refert idem tenere etiam Pe-
trum & Cynum eo loci. num. 3. ac ibidem Bart.
num. 1. per l. pignorum. 8. C. eod quod & ſe-
quitur etiam Ioh. Franc. Ripa in tractatu de re-
mediis conſervat. contra peſtem. num. 222.* Be-
nè verum eſt, quod notat Albericus de
Roſate: illud hodiè de conſuetudine ma-
lè obſervari, cùm magis habeatur reſpe-
ctus ad privatum creditoris commodum,
quàm ad publicum. *Alber. in d. l. execu-
tores. 7. in princ.* & contrarium quaſi tota
189 die practicatur. *Bal. ibidem num. 1.* Sed illud
tunc procedit, quando, ut dixi, non ha-
bentur alia bona debitoris, in quæ fiat exe-
cutio, aliàs etiam hodiè dictis rebus ad
fundum agricolæ pertinentibus, ſive ſint
equi, ſive boves aratorii, ſive oves ad ſter-
corandum agrum habitæ, in executione
parci debet, ex beneficio legis, omni hu-
manitate & pietate gaudentis, omnibus e-
genis conſulentis, & creditoribus medio-
cre ſolatium adferentis, *prout loquitur Im-
per. in §. & hanc ſaluberrimam. auth. nullum
cred. agricol. coll. 4.* Licet Rebuffus nullo
caſu, etiam in ſubſidium deficientium
aliorum bonorum, executionem in iſtis
rebus privilegiatis permittat. *Rebuffus de
literis oblig. art. 2. gloſſ. 1. num. 105.* quia, ſe-
cundùm eum, ob publicam utilitatem,
meliùs eſt debitum perdi in perſona pri-
190 vati, quàm rempub. deſtitui agricultura,
quæ nos omnes alit. *Lucas de Penna in l. 1.
ac ibi Iohan. de Platea. num. 2 & 3. C. de agri-
col. & cenſ. lib. 11. & facit auth. nullum cre-
dentem agric. coll. 4.*

191 Ambaſiatores etiam, qui legationis
munus in locis, ubi commorantur, ob-
eunt, in ea cauſa ſunt, ut pro contractibus
ibidem antea celebratis, non obſtante,
quod tunc in loco contractus reperian-
tur, circa executionem privilegiati ſunt,
ita, ut neque ipſi, neque eorum res, quas
deferunt, detineri, vel ſiſti poſſint, ſed de-
tur illis jus revocandi domum, & peten-
di, actorem remitti ad locum domicilii
ipſorum, tanquam ad forum ordinarium.
*l. 2. §. legatis, ibi : in eo, quod ante legationem
contraxerunt. & l. ſi quis in legatione. 8. in
verbis : quod ante legationem debuit. & l. non
alias. 24. §. 1. ubi Bart. ff. de judic.* Quia
habent, quod ſibi imputent, creditores,
quare cum peregrinis, quos ſciebant con-
feſtim profecturos, non potiùs pro præ-
ſenti pecunia contraxerint : unde, tan-
quam fidem debitorum ſemel ſecuti, ju-
dicem eorum domicilii adire debent, *per
textum clarum in l. hæres abſens. 19. §. proinde.
2. ibi : non oportet bona poſſidere, ſed domicilium
rei ſequi. ff. de judiciis.* [ratione enim domi-
cilii judicem habet ordinarium: nec enim
eo ipſo, quod quis Pragæ legationis cauſa
habitat, ibidem domicilium habet, *arg. l.
5. §. 5. ff. de injur.*] Hinc eſt, quòd ple- 192
runque ſolent ſecum portare literas pa-
tentes ſuorum ſuperiorum, ex quibus
conſtet de ipſorum mandatis & creden-
tiis. *Bart. in l. ſi quis decurio. 24. num. 2. C.
de decur. lib. 10. & in l. quoties. 6. num. 4. C.
de legat. eod. lib.* ut videlicet majore ſecu-
ritate fruantur. *Bart. in l. conventionum 5.
num. 3. ff. de pactis. per l. fin. de legatio. & l.
ſanctum. 8. de rerum diviſ.* Quod proce-
dere quidam exiſtimant, durante adhuc
legationis munere : ſecùs, ſi eo obito &
perfecto, diutiùs ibi ſubſiſtant. *d. l. 2. § le-
gatis. verſ planè ſi perfecta* cùm finita cauſa
privilegii, finiatur privilegium, *ſecundùm
Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa. num. 210.*
Ideoque cautela eſt pro ambaſiatoribus,
quòd pòſt conſummatam ambaſiatam, in
loco legationis, & aliis, per quæ reditum
ſuum inſtituunt, non diu ſubſiſtant, cùm
in remeatione non gaudeant privilegio
legatorum. *Bart. in l. fin. in fi. C. de com-
merc. & mercator. ibiq. Bald. & Salic.* Licet 193
in hoc ultimo ego magis accedam dicto
Innocentii, volentis, quod poſt expedi-
tam legationem, licet expiret legati pri-
vilegium : tamen eidem non denegetur
beneficium revocandi domum per totum
tempus, donec eſt in via. *Innoc. in c. fin.
num. 2. verſ item qua ratione. extra de foro
compet.* Duriſſimum ſiquidem foret,

eundem in omnibus locis, per quæ tranſit, vel navigat, conveniri vel detineri poſſe. *d. l. hæres. 19. §. proinde verſ. nam ubi ſic venit.* cùm ſecuritas ambaſiatis conceſſa pro eundo, eadem debeat etiam communicari pro redeundò. *l. utimur eo jure. 5. ubi Bart num. 1. ff. de ſepulchro viol. ac facit ca. fin. ubi Felin. num. 1. & 2. extra de treuga & pace. & Ioh. de Imola, pòſt Abbatem in c. quia diverſitatem num. 2. extra de conceſſ. præb.* quo de videantur, quæ trademus fuſiùs in 4.
194 Parte hujus Operis *cap. 1.* Ac in ſpecie,
quòd generaliter in ambaſiatores, eorumque res, manus injici, etiam pro licitis repræſaliis non poſſit, per totam terram, per quam tranſeunt, tradit Bart. *in l. ſi quis legatum. 17. in princ. ff. de legatio. & idem Bart. in d. l. 2. §. legatis. num. 1. & 3. de judic. & in l. 1. ad l. Iuliam. majeſt. num. 2. per auth. omnes peregrini. verb. liberè hoſpitentur.*
195 *C. commun. de ſucceſſio.* Quod tamen reſtringit
Johannes de Lignano ad res neceſſarias pro legatione, ſicut ſunt equi & veſtes, ſecùs in aliis. *Ioh. de Lignano in tract. repræſal. 2. parte 2. quæſtionis principalis. quæ-*
196 *ſtione 1. in fine.* Sin verò legatus, tempo-
re obitæ legationis, in illo ipſo loco contrahat, aut delinquat, amittit privilegium, [& tenetur ibidem judicium pati.] *d. l. 2. §. legatis. verſ. exceptis. & in l. non alius. 24. §. legati ex delictu in legatione commiſſis, coguntur judicium Romæ ſubire de judic.* Si namque aliter diceremus, eſſet pulchra fabrica pro legatis impoſtoribus, qui ſub iſto prætextu merces alienas domum ſecum deferrent ſine omni pretio. *l. ſi legationis. 25. in fin. eod. tit.* quæ fraudandi occaſio ipſis meritò intercipitur. *arg. l. 1. in fine. nautæ, caup. ſtab. ut recepta reſtituant. & l. 1. §. illud etiam noviſſimè. C. de latina lib. toll.*

197 Quæ autem de Legatorum privile-
giis dicta ſunt, eadem obtinent etiam in quibuſcunque aliis perſonis, ex neceſſaria & probabili cauſa peregrinantibus, prout ſunt, qui cauſa teſtimonii, vel cauſa judicandi, in provinciam evocantur, aut aliter deſtinantur, item qui pro juſtificatione ſuæ appellationis, ad alium locum, quàm ſui domicilii, citantur. Omnibus enim jus revocandi domum proditum eſt, dummodo in loco peregrino, ubi nunc exiguntur, non contraxerint, ſolis legatis exceptis, qui in hoc præ aliis privilegiati ſunt, ut, ne quidem pro contractibus, ante legationem ibidem celebratis, in locis peregrinis reſpondere vel ſolvere cogantur. *ita Felinus in d. c. fin. nu. 46. extra de foro compet. & probatur in l. 2. §. legatis. verſ. omnes autem. juncto verſ. cæterum. de judic.*

Quod idem ſentiendum eſt de Romi- 198
petis & quibuſcunque aliis, ex cauſa religionis, vel ſimili, peregrinantibus, ut etiam pro repræſaliis, aliter juſtis, detineri nequeant. *Bart. de repræſ. q. 9. ſeptima quæſtionis princip. num. 14. & 15. per auth. omnes peregrini. & c. 1. extra de peregrin.*

Sexus etiam muliebris, licet pro 199
contractibus, per eas celebratis, executionem in bona ſua non evitet. *auth. hodiè. in verbis: legitimè in reb. ipſius executio procedat. C. de privat. carcer.* tamen manus injectio in perſonas fœminarum regulariter, neque pro debito privato, neque pro fiſcali, fieri poteſt, ſaltem de jure authenticorum. *§. neceſſarium. auth. ut nulli jud. col. 9. cum auth. ſed novo jure. C. de cuſtod. reorum. & notat Iohan. de Platea in l. nemo carcerem. num. 21. C. de exactor. tribut. lib. 10. ſequitur Guido Papæ deciſ. 256. num. 2.* & hæc ſententia communis eſt, *per ea, quæ tradidimus in cap. 6. primæ Partis hujus Operis num. 109.* cùm in eo parcatur verecundiæ ſexus, ne quis in illa ſolitudine ſtruat inſidias pudicitiæ fœminarum. *l. 2. §. ſin autem C. de jurejur. propter. cal. & l. 1. C. de offic. diverſ. jud. cum l. 1. §. ſexum. ff. de poſtu.* Idem alibi habetur, quod mulieres, quacunque de cauſa, quæ in jure ſpecialiter non reperitur expreſſa, hodiè perſonaliter citari, vel in judicium trahi nequeant. *c. 2. extra de judic. in 6. ac ſequitur Bart. in tract. de carceribus num. 4.* Licet de jure Codicis ſecùs fuerit, cujus virtute non aliter, atque maſculus, carcerari fœmina poterat, niſi bonis cedere mallet. *l. penult. in verb. utriusque ſexus. ac ibi notant Bal. & Salic. C. qui bon. ced. poſſ.* Verùm iſtud hodiè correctum 200
eſt per jura præcitata; niſi fortè talis mulier impudicam vitam elegiſſet, quo caſu, cùm ſe privilegio ſexus indignam reddiderit, ad inſtar viri, in carcerem vel aliam cuſtodiam detrudi poteſt. *Bal. in l. conſentaneum. 2. num. 46. C. quomodo & quando judex. Albert. Brunus de ceſſion. bon. 1. quæſt. 4. quæſtionis principalis per totum.*

Secundò

201 Secundò ſublimitatur in muliere tutrice
liberorum, quæ renunciavit SC. Velleja-
no, aliiſque beneficiis, pro iſto ſexu prodi-
tis. *auth. matri & aviæ. C quando mul. tut. of-
ficio fungi*, quo caſu, quantumvis illud non
exprimatur, intelligitur ſimul renunciaſſe
beneficio carcerandi. Bart. *in d. auth. ma-
tri. num. 13. ibi Ang ſuper gloſſ. verb. Velleja-
ni*, ac Bal. *num. 2.* ubi addit, per illam re-
nunciationem fœminas redigi ad jura ma-
ſculorum. *& idem Bald. in l. 1 num. 2 ff qui
ſatisd. cog. probatq́ Bart. in tract. de carcer. nu.
4. verſ unum tamen.* [& probatur ea ratione,
quod mater etiam ob tutelæ adminiſtra-
tionem habeat privilegium, ne conveniri
valeat ultrà quam facere poſſit, *Bar. in l. ſi
quis ſub conditione n. 20. ff de teſtam tut. ex l.
patronus. 17. ff. de rejud.*] Contrariam tamē
ſententiam amplectitur Gomezius *in c.
mulieres. num. 23. extra de judic. in 6. Hippo-
lytus de Marſil. in practica crim. §. attingam.
num. 65. Didacus lib 2. variarum reſolut. cap.
1. num. 3 quam ſequitur etiam Menochius de
arbitrariis judicum. lib. 1. quæſt. 88 num. 12.*

202 Quin & ætatis ratio ſuadet, aliquibus
perſonis parci circa executionem, qui nō
dicuntur velle, vel nolle. *l. pupillus nec vel-
le. 189. ff de reg. jur.* nec in ea ætate, quid
agant ſcire, vel diſcernere præſumuntur.
l. pupillus. 9. l. more 8. §. fin. ff. de acquir. hæ-
203 *red l. 1. §. impuberes. C. de falſ. mon.* ideoq;
noluerunt leges, hujus ætatis homines ex
contractibus propriis, ſine tutoris autho-
ritate celebratis, quoquo modo obligari,
vel illaqueari. *l. contra juris regulas. 28 ff de
pact. & § pupillus. Inſtit. de inutil. ſtipul.* Et-
ſi enim meliorem conditionem ſuam
contrahendo, etiam per ſemetipſos red-
dere valeant: tamen deteriorem non ali-
ter efficiunt, niſi conſenſus eorum, in quo-
rum tutela & poteſtate ſunt, accedat. *In-
ſtit. de author. tut. in princ. verſ. ut ecce. juncto
verſ. namq; placuit.* Sicut enim res ſuas ſi-
ne conſenſu tutorum obligare, vel alie-
nare nequeunt. *l. 1. C. quæ res pignori oblig.
cum l. lex quæ tutores. 22. C de adminiſtr. tut.
ac tradit Neguzan. in tract. de pignor. 3. mem-
bro 2. partis princ. num. 45.* ita, ut maximè
pupillus conventionem etiam expreſſam
faceret cum ſuis creditoribus, quòd ipſis
pòſt moram liceat, per viam privatæ vel
publicæ executionis, apprehendere poſ-
ſeſſionem bonorum ſuorum, vel ſtatuto
generaliter caveatur, quòd pro debito li-
quido parata detur executio creditoribus:
executivè tamen neutro caſu contra pu-
pillum, ejuſdemque bona procedi poſſet.
*ita Bart. circa terminos conventionis executivæ.
in l. creditores. 3. num. 5. & ibi Salic. 26. C. de
pignor.* quatenùs videlicet agitur de tali
executione, quam ſequitur diſtractio bo-
norum, prout regulariter in his terris Sa-
xoniæ fieri ſolet: ſecùs, ſi creditori per-
mitteretur ſolummodò nudus ingreſſus,
aut cuſtodia bonorum. Neguz. *de pignor.* 204
*4. quæſt. princ num. 18. verſ. aut creditor vult
uti pacto ad executionem juris perſonalis, quod
reſpicit ingreſſum, per textum. l apud Julianum.
3. in princ & §. contrarium autem. 1. ibiq; gl.
verb poſſideri. & verb. ſervandum ff ex quibus
cauſ. in poſſ.* ubi habetur: ex contractu
pupilli decernitur ſaltem miſſio in poſſeſ-
ſionem bonorum rei ſervandæ cauſa, ita
tamen, ut diſtractio, vel venditio bono-
rum differatur uſque ad tempus puberta-
tis. *gloſſ verb. ſervandum d l. apud Julianum.*
Quod autem per modum utendi, fruendi
in creditorem à pupillo transſcribi non
poſſit poſſeſſio, ſaltem eo caſu, ubi pupilli
conditio reddita deterior fuiſſet ex con-
tractu, probatur *in l. pupillus. 11. de acquir.
dom.* ubi in ſpecie deciditur, pupillum
nullam rem alienare poſſe, niſi tutore au-
tore, ne quidem poſſeſſionem, quæ natu-
ralis eſt. *d. l pupillus.* accipiendo videlicet
illud vocabulum *Alienationis*, in potentiore 205
ſignificatu. *arg. l 1. §. qui in perpetuum. ſi
ager. vectig vel emphyt. petat.* de ea nempè
alienatione, quæ habet effectum, & im-
portat ex parte pupilli abdicationem, &
translationem poſſeſſionis in perſonam
ejus, cui fit alienatio, *arg. l. alienationis ver-
bum, 28. de verb ſignif* Et ſecundùm hunc
intellectum non parit aliquam contrarie-
tatem reſponſum Ulpiani, quod extat *in
l. poſſeſſionem. 29. de acquir. poſſ ff.* ubi habe-
tur, poſſeſſionem pupillum, etiam ſine 206
tutoris authoritate, amittere poſſe, quia
vis ſolutionis iſtius antinomiæ conſiſtit
in diverſitate vocabulorum, *Alienationis*
puta, & *Amiſſionis*, cùm verbum prohibitę
alienationis, *in d. l. pupillus.* importet repu-
diationem naturalis poſſeſſionis à pupil-
lo, eamque facere non poteſt, cùm ad hoc
requiratur animus perdendi, hoc eſt, quòd
quis animo deſinat velle poſſidere. *l 3. §.
in amittenda. cum l. quemadmodum 8. de ac-
quir. poſſ.* & id per pupillum ſine conſen-
ſu tutoris fieri nequit. *d. l. pupillus.* cùm
is non dicatur habere perfectum ani-

mum, aut conſtantem vel ſtabilem animi
207 ſententiam *arg. l. fin. C. de teſtam.* Et Albe-
ricus refert: factum pupilli, tanquam ca-
rentis intellectu, haberi pro non facto.
Alb. de Roſate in l. ad diem. 77. num. 3. ff. de
verbo. oblig. per l. quod infans. 60. de rei vin-
dicat. In his verò, quæ animi judicium
deſiderant, ſemper authoritas tutoris ne-
ceſſaria eſt, cùm pupilli nulla ſit volun-
tas. *d. l. pupillus nec velle.* ſicut & hæc ipſa
ſolutio innuitur in *d. l. poſſeſſionem,* in po-
ſterioribus verbis, ibi non, ut animo deſi-
208 nat poſſidere. Benè tamen poteſt pupil-
lus ſine conſenſu tutoris amittere poſſeſ-
ſionem naturalem, quæ facti eſt, & diu-
tiùs non tenetur, niſi, quamdiù pupillus
rei inſiſtit corporaliter quaſi pedibus. *l. 1.*
in princ. ibi. quaſi pedum poſitio. de acquir. poſ-
ſeſſ. Simul igitur atque deſerit eam cor-
pore, recedendo è conſpectu rei, alio oc-
cupante, perdit eam, ſicut quilibet majo-
rennis, ſi medio tempore forſan alius poſ-
ſeſſionem ingrediatur. *arg. l. clam poſſidere.*
6. §. qui ad nundinas, 1. cum l. ſi id quod. 25. §.
quod autem. 2. de acquir. poſſeſſ. ita ſolvit
Bart. & Alex. de Imola in d. l. poſſeſſionem. nu.
2. Franciſ. de Aretio 4. Angel. de Peruſ. & Ioh.
209 *de Imola num. 1.* Et iſtud eſt, quod deci-
dit Ulpianus, amitti poſſe poſſeſſionem
per pupillum, ita, ut corpore deſinat poſ-
ſidere: quod enim facti eſt, poteſt amitte-
re: alia cauſa eſt, ſi forſan animo poſſeſ-
ſionem dimittere vellet. Et, quòd poſ-
ſeſſio naturalis, quæ conſiſtit in detenta-
tione corporali ex parte pupilli, etiam
ſine conſenſu tutoris perdi vel transferri
poſſit, per receſſum videlicet pupilli à poſ-
ſeſſione, non autem ea, quæ in animo
conſiſtit, animoque retinetur & dimitti-
tur, hæc ſententia communis eſt, *teſtan-*
te Franc. de Aret. in d. l. poſſeſſionem. 29. num.
4. & 5. & ibi Alex. num 2. & in l. is cui bonis.
6. num. 4. de verbor. oblig. Ac, ſi contra
dicatur, etiam ex contractu inutili, & quo
mediante non tranſit dominium, nihilo-
minùs trans poſſeſſionem. *Franciſ. de Aret.*
in l. 1. §. ſi vir uxori. num. 43. & ibi Iaſ. num.
11. & 13. ac Claudius de Syſell. 15. per illum
tex. de acquir. poſſ. reſpondetur: iſtud ve-
rum, quando invaliditas contractus ori-
tur ex alio, quàm ex defectu conſenſus
210 contrahentis, ſecùs eſt, quando invalidi-
tas actus cauſatur ex defectu voluntatis
ejus, quo cum contrahitur: quo caſu nec
dominium, neque poſſeſſio transfertur
in contractu ipſi præjudiciali. *Ita Ioh. de*
Imola, poſt gloſſ. in d. l. 1. §. ſi vir. notab. 1. de
acquir. poſſ. per l. emtor. 12. in princ. verbo: niſi
ſimulata venditio fuerit. de aqua plu. arc. jun-
cta l. nuda & imaginaria. 55 de contrah. emt.
Et quòd poſſeſſio per actum civilem non
transferatur ex contractu nullo, refert
Alex. de Imola *conſ. 81. num. 11. & 12.*
vol. 3. per l. jubemus. 10. §. fin. C. de SS. ec-
cleſ. & addit, hanc opinionem eſſe com-
munem *Alex. d. conſ. 81. num. 11.* Quia, 211
ſecundùm eum, ubi principalis titulus eſt
nullus, redditur etiam nulla, quæ ex eo
ſequitur, poſſeſſio, vel conſtitutum, *Alex.*
ibidem n. 14. poſt Bal. in l. ex teſtamento 29.
n. 2. C. de fideicom. & in c. 2. num. 2. in fine,
de feudo dato in vicem legis commiſſo. Unde,
quia circa facti noſtri ſpeciem, creditor
fundamentum ſui ingreſſus in poſſeſſio-
nem bonorum pupillarium, in nulla alia
re ponere poteſt, quàm in ſola voluntate
pupilli, quam declaravit, attributa credi-
tori licentia manus injectionis, quæ ta-
men voluntas habetur pro nulla: infer-
tur evidenter, quòd creditor, virtute ta-
lis pacti, non poſſit ingredi & acquirere
poſſeſſionem rerum pupillarium. *Bart.*
in d. l. creditores. 3. n. 5. Salic. 26. & Albericus
de Roſate. d. l. pupillus. num 1. Unde infert 212
ipſe ad quæſtionem, ſtante ſtatuto, quòd
mulier, ſine conſenſu viri, non poſſit
quid alienare (prout fit de jure noſtro
provinciali. Landrecht *lib. 1. art. 31. ibi:*
Kein Weib mag ichtes vorgeben ohne deß
Mannes Willen) ſi de facto forſan alie-
net domum in Titium, conſtituendo, Ti-
tii nomine poſſidere, *juxta l. quod meo. 18.*
de acquir. poſſeſſ. & poſteà Titius expellat
mulierem propria authoritate, refert Al-
bericus, determinatum fuiſſe, quòd, ex
canone redintegranda, ipſa, tanquam
ſpoliata, poſſit agere ad reſtitutionem,
cū poſſeſſio ex tali contractu inutili trans-
ferri in accipientem non potuerit, per re-
gulam: quòd, qui contrahendo ſe obliga-
re nequit, nec poſſeſſionem tradendo, il-
lam amittit. *Alex. in l. is cui bonis. 6. num. 2.*
& 4. de verb. oblig. Idque vel maximè pro- 213
cedit de jure Saxonico, ex cujus diſpoſi-
tione maritus & uxor omnia bona inter
ſe poſſident pro indiviſo. *d. art. 31. in princ.*
Denn ſie ſitzen miteinander in gleicher Ge-
wehr / *prout traditur etiam in art. 45. eodem*
lib. §. Ein Weib mag ohne ihres Mannes
Willen. *& gloſſ.* Lehenrecht. *cap. 69.* Un-
de jure communi potior eſt conditio
prohibentis. *l. Sabinus. 28. ff. communi di-*
vid. l. parietem. 8. de ſervit. urban. prædior.

Differ. jur. civ. & Sax. 6 h. 1 & 11 h. 8 part. 4. 10 Zobel 16. part 2. num. 14.

Quæ

214 Quæ quidem omnia procedunt, quando
pupillus ex contractu proprio conveni-
tur; ſecùs, ſi ex contractu paterno, vel al-
terius ſui anteceſſoris. *l. ex contractibus. 49. de actio. & oblig. l. 1. C. ni actio. ab hæred. & contra hæred. incip.* Licet enim contrarium
videatur dicendum etiam in poſteriori ca-
ſu, cùm pupillo nihil poſſit imputari, qui,
licet ſolvere velit, non poteſt. *l. cùm qui-
dam 44 §. ſi pupillo. 3. verſ. quid enim. de u-
ſur. l arbiter kalendis. 40. in ſi. de arbit. l. 1. in*
215 *ſi. C. de annali except.* Et alibi habetur,
quod promiſſio patris, per ipſum, hære-
demve ejus non fieri, non committatur
adverſus hæredem pupillum. *l. cum filius-
familias. 49. §. in hac de verb oblig.* Facit,
quòd hic verſamur in cauſa executionis,
qui eſt actus de futuro, contingens vide-
licet poſt mortem debitoris principalis,
216 ideò non conſideramus conditionem
defuncti, tanquam de præterito, ſed eam,
quæ eſt de præſenti, atque ita habendus
eſt reſpectus ad privilegium perſonæ, in
cujus bona facienda eſt executio. *Bal in auth quas actiones num. 11. C. de SS eccleſiis. ac notat. Archidiaconus in c. placuit 16. q. 3.* pro quo ſunt multa juris fundamenta
l 1. C. creditorem evictionem pig non deb. l. fiſcus. 6. ff de iure fiſci. l. cum quidam 17. §. fiſcus. 5. juncto § ſi debitores de uſur. in quibus
dicitur; fiſcum, qui privato ſuccedit, pro
anterioribus quidem temporibus, priva-
torum jure uti, cæterum, poſtquam ſuc-
ceſſit, gaudebit ſuo privilegio, ſicut & e-
contra, quamvis fiſcus immunis ſit à da-
tiarum vel pædagiorum præſtatione: ta-
men ſucceſſor fiſci ſingularis, hoc eſt, em-
tor, non eſt immunis, ſuo enim privato,
non authoris utitur jure. *l. licitatio aliàs incipit locatio 9. §. fin. de public & vectig* Da-
to itaque, quod ex contractu defuncti, pro-
ceſſus in bona debitoris executivè inſtitui
poterat, nihilominùs videtur iſtud ceſſare
in bonis pupilli, tanquam perſonæ privi-
217 legiatæ. Contrarium tamen verius eſt.
Quandocunque enim verſamur in termi-
nis obligationis vel contractus, jam antè
cum perſona prædeceſſoris concluſi vel
abſoluti, & cujus forma non ampliùs pen-
det, tunc eſt invariabilis, neque mutatur
conditio obligationis ex perſona hæredū.
l. 2. §. ex his verſ. non enim ff de verb. oblig l. pupillus. 5. in princ. & §. ſed etſi creditor juncta ibi gloſſ. de auth. tutor. & eſt bonus tex. in l toties. 6. ibi: æs alienum in perſona hæredis non
218 *minuitur. de pollicitat.* Cumque contra-
ctus ſemel fuerit conſummatus cum de-
functo, privilegium ſucceſſoris nihil ope-
ratur. *Salic. in auth. quas actiones. num 9 C. de SS. eccleſ.* Et, quòd ex contractu pater-
no non inhibita ſit parata executio in bo-
na pupillorum, ſive illa deſcendat ex vi
ſtatuti, ſive etiam conventionis executi-
væ, tradit Neguz. *in tract. pignorum 4 quæſt. princ. num. 17.* quia, ſecundum eum, pri-
vilegium hæredis ſuccedentis debitori,
non impedit jus pacti executivi in bonis à
defuncto acceptis. *allegat Salicetum in l. creditores 3. num. 22. & 24. C. de pignor. per d. l. pupillus. § ſed etſi creditor. quæ tamen parùm facit ad propoſitum. meliùs probat l. 1. C. quando decreto non eſt opus* [& non eò minus
ex contractu patris tenentur, quod pupilli
ſunt, *l ſi intrà 8. C. de non num pec. l. ſub prætextu, C de hæred. act*] & facit textus,
cui reſponderi non valet, *in l. ſi tibi. 8. ibi: exequi jus obligationis pignoris contra pupillos, ſi in ſolutione ceſſabitur. C. mandati. & l Æmilius. Largianus. 38. ff. de minoribus.* ubi pactum
legis commiſſoriæ, initum cum defuncto,
exercetur etiam contra hæredem pupil-
lam, remoto omnis in integrum reſtitu-
tionis obſtaculo: quia, inquit IC. pater 219
ejus, non ipſa, contraxerat *d. l. Æmilius. 38. verſ. putabam. concordat l apud Iulianum. 3. verſ Marcellus. ibi. periniquum eſſe, expectare pubertatem pupilli eum, qui nihil cum pupillo ſed cum patre ejus contraxit. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eatur. & l. magis puto. 5. §. ſi pupillo ſtipulanti. de rebus eorum qui ſub tutela vel cura.* Cùm 220
ætas debitoris hæreditarii non infringat
jus creditoris *l ſub prætextu 4. C. de hæred. actio. l. ſi intra 8. C. de non num pec.* Ea ſi-
quidem, quæ à patre geruntur, non decet
per filios in irritum revocari. *l. ea quæ à patre. 7 C. de reſtit militi l. ſucceſſores. 10 C. de ſolution. l. venditrici. 3. C. de reb. alien. non alien. l. Polla 2. C. de his quibus ut indig. l. 2. C. ſi adverſus vendit. pig. ita concludit etiam Cynus in d. auth quas actiones. num. 5. Ruinus conſ. 152. num. 6. verſ. ſi verò pupillus vol 4 & conſ. 119. num. 8. vol. 5. Socinus conſ 125. num 5. vol. 2. Rolandus conſ. 20. num. 1. lib. 1 Salic. in l. ſi quis curialis. 12. num. 2. C. de epiſc. & cler. & poſt alios Rodericus Suarez. in repetit. l. poſt rem judicatam. 56. in declaratione legis regni, extenſ. 1. num. 4 ff. de re judic. itemq; Rebuffus in ordinat. regni Galliæ, de literis obligatoriis, art. 3 gloſſ. 2. num 9.* & iſta ſententia com-
munis eſt, ſecundum Jaſonem *in l. cum filiusfamilias. 14 § in hac. num 5. & ibi Angel. de Peruſ. 2. de verb. obligat.* [Et notandum,

privi-

privilegiatum ſuccedentem, non privilegiato, non habere privilegium. *d. l. ſub prætextu, 4. C. de hæred. act.* Quibus ita firmatis, non adverſatur *d. l. cum filius. 14. §. in hac. de verb. oblig.* quia, quantumvis ibi obligatio deſcendat ex contractu defuncti: tamen, quia *in d. §. in hac.* principaliter ex ſuo facto, & proprio impedimento convenitur pupillus ad intereſſe commiſſæ ſtipulationis, quod non poterat incurrere, propter imbecillitatem ætatis, ſine juſſu vel mandato tutoris, meritò gaudet ſuo privilegio. *d. §. in hac.* ſecùs in propoſito, ubi pupillus exigitur ex contractu ſui anteceſſoris, à quo videlicet obligatio non tantùm initium, ſed etiam perfectionem ſuam habuit. *ita ſolvit gloſſ. in l. ſi cum militaribus. 6. C. de reſtit milit Salic. d auth. quas actiones. num. 9. & Alber. de Roſate in d. §. in hac num. 12. ubi Angel. de Peruſ. num. 2. & Iaſ. 5. ambo ſubjiciunt iſtam ſolutionem communiter teneri.* Verùm eſt, quòd alii diſtinguant inter ſtipulationem, quæ committitur propter non fieri, quando videlicet pupillus non ſolvit debitum defuncti, & tunc non attenditur ejus ætas, quia tempus non eſt modus ſolvendæ obligationis. *l. obligationum ferè. 44. 1. ver Placet. de action. & obligat.* ſecùs ſi ob non fieri non committatur, puta, quia pupillus creat in ſua perſona impedimentum ſtipulatori contrà promiſſionem ſui anteceſſoris, & ita loquitur *d. §. in hac. Bal. in l.*
222 *2. num. 2 C. ſi adverſ. vendit.* Minùs obſtat *l. cùm quidam. 17. §. ſi pupillo. 3. verſ. quid enim. de uſur.* cùm is loquatur de ſolutione factà pupillo per debitorem, qui abſque tutoris vel prætoris aſſenſu liberationem plenam non conſequitur. *l. ſancimus. 25. C. de adminiſt tutor. l. ait prætor. 7. § 2. ver. permittitur. ff. de minor. & §. nunc admonendi. Inſt. quibus alien. lic. vel non.* non
223 autem de ſolutione pupilli, quam facit ſui anteceſſoris creditori, &, qua mediante, liberat ſuam & defuncti fidem, quod etiam abſque tutoris authoritate facere permittitur. *l. magis puto. 5. §. ſi pupillus ſtipulanti. verſ. ſed ſi pater. & verſ. idemq́; de reb. eorum qui ſub tut. vel cura. cum l. 1. & 2. C. quando decreto opus non eſt.* Nec repugnat, quòd executio ſit actus de futuro, circa quem inſpiciendum erat privilegium perſonæ, in cujus bona fit executio *Bal. d. auth. quas actiones. num. 11* quia iſtud eſt contra alia jura. *in l. Æmilius. 38. ff. de minor. & d. l. magis puto. 5. §. ſi pupillus.* Ac ſi urgeatur tex. *d. auth. quas actiones & d. c. placuit.* ubi eccleſia, ſuccedens privato in certis rebus, utitur ſuo privilegio, ne videlicet adverſus ipſam præſcribatur 224
infrà 40. annos, licet contra anteceſſorem tricennalis præſcriptio cucurriſſet: ſolutio, facilis eſt, quòd eo tempore, quando res controverſa pervenit ad eccleſiam, præſcriptio nondum fuit completa, ſed adhuc imperfecta, ideò, ut eccleſiæ obſter præſcriptionis abſolutæ exceptio, neceſſe eſt quadraginta annorum curriculum adimpleri. *d. auth. quas actiones. & d.* 225
c. placuit. cum aliis legibus ſuprà allegatis. cum nihil actum eſſe dicatur, quandocunque quid agendum ſupereſt. *l penult. C. ad Syllanian. c nihil. 7. q. 1.* Quod ſi adverſus iſtam ſolutionem de contractu conſummato, vel non conſummato, ulteriùs inſtetur ex eo, quod tradit Angelus *in l. hæres abſens. 19. num. 2. ff. de judiciis*, quod clericus, ſuccedens laico, poſſit conveniri coràm judice laico, dummodò ibidem fuerit inchoata inſtantia cum defuncto, *per l. ſi cum hominem. 53. de fidejuſſor.* & ſic in cauſa etiam cœpta, nec dum finita, ceſſat privilegium ſucceſſoris, reſpondetur, quòd ad fori ſortitionem ſufficiat, inſtantiam cum defuncto perductam eſſe ſaltem ad litis conteſtationem: quo caſu 226
adeò fundata & prorogata eſt juriſdictio aditi judicis, ut actor deinceps pœnitere nequeat. *l. 1. & 2. ff. de judic. l. eſt receptum. 14. cum l. ſi convenerit. 18. de juriſdict. om. jud.* ideò nihil mirum eſt, ſi ob litiſpendentiam ex perſona ſucceſſoris, quantumvis privilegiati, non mutatur fori conditio. *argumento. l. ſervus. 14. de his qui not. infam. l. de qua re. 74. & l. ubi cœptum. 39. de judiciis.*

Hoc nunc articulo explicato, quòd videlicet pupillus, abſque tutoris authoritate, non poſſit facere pactum executivum, & translativum, ut ita loquar, poſſeſſionis ſuo creditori, quæritur, quid juris, ſi tutoris authoritas acceſſerit, aut ipſemet tutor talem conventionem de invadendo poſſeſſionem bonorum pupilli in caſu moræ, inierit cum creditoribus, abſque tamen eo, quòd prætor ſuum decretum interponat? Et hic diſtinguunt Doctores: 228
aut enim, inquiunt, præcedit jus reale, puta pignoris, & quatenùs talis oppignoratio cum decreto prætoris antè facta eſt, valet pactum executivum ſequens, tàm de ingrediendo, quàm etiam de acquirendo poſ-

do poſſeſſionem rerum pupillarium, in caſu moræ. Bart. d. l. creditores. 3. num. 8. per l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pupillus dedit res pignori permiſſu prætoris. 1. juncto verſ. ſed dicendum eſt, poſſe creditorem jus ſuum exequi. ff. de rebus eorum qui ſub tut. vel cura cum l. 2. C. de prædiis min. non alien. aut præceſſit tantùm obligatio perſonalis, & regulariter pactum tutoris executivum, de acquirendo poſſeſſionem rerum pupillarium, non valet: niſi fortè fuiſſet dictum, quòd liceret tantùm ingredi vel occupare, non autem acquirere poſſeſſionem. Bart. d. l. creditores. 3. num 5. Salic. 9. eamque diſtinctionem communiter approbari tradit Neguz. de pignor. 4. parte princ. num. 18 Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 11. & 12. Quia verò hæc diſtinctio, an conventionem executivam præceſſerit jus reale, vel perſonale, eſt obſcurior & contractior, igitur vos in hac quæſtione, an tutori liceat alienare poſſeſſionum rerum pupillarium per conventionem executivam, ſine prætoris permiſſu, in creditorem? accipite hanc concluſionem negativam: quòd videlicet regulariter tutor,
229 abſque juſſu judicis, non poſſit creditori tribuere licentiam ingrediendi & acquirendi, vel exercendi poſſeſſionem bonorum pupillarium pòſt moram, cùm prædia eorum, qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto prætoris, etiam per ipſum tutorem alienari obligarive nequeant. l. magis puto 5. §. 1. cum l. 1. ibi: prætor. adeatur, qui pro ſua religione æſtimet, an alienari obligarive debeant ff. de reb. eor. qui ſub tut. cum l. 1. & per totum C. de prædiis minor. ſine decreto non alien. vel oblig. ac facit l. pupillus 11. ff. de acquir. rer. dom. cum qua concluſione, circa pactum executivum (ut ipſi loquuntur) juris perſonalis, tranſeunt Bart. in d. l. creditores. num. 5. Franc. de Aretio. in d. l. poſſeſſionem. 29. num. 6. ff. de acquir. poſſeſſ. Neguz. de pignor. 4. q. princip. num. 18. verſ. aut pactum fuit initum, quòd liceat ingredi & adipiſci. & Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5.
230 num. 17. verſ. quartus caſus. Licet uterq; tàm Neguzantius, quam etiam Menochius, finaliter recedant ab iſta concluſione, per l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro emtore. & l. pupillus. 11. de acquir. dom. ſecuti in hoc Iohannem de Imola in d. §. ſi à pupillo. num. 4. & Iaſ. l. 1. §. ſi vir uxori. num. 14. de acquir. poſſeſſ. ſicut eandem etiam opinionem tenet Raphael Cumanus in d. l. poſſeſſionem. 29. num. 1. in fine, ibidemq; Alex. num. 3. allegando, Baldum idem tenere in d. l. magis puto. 5. §. 1. de quo tamen ibi verbum nullum, ſed iſtud firmat in d. l. creditores. num. 4. per l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pupillus. 1 ibi: dicendum eſt poſſe creditorem jus ſuum exequi. ff. de reb. eorum, qui ſub tut. licet ille textus nihil faciat, cùm loquatur in terminis præcedentis pignoris, & quidam conſtituti cum decreto prætoris; adeò, quia hęc poſterior ſententia videtur communi Doctorum calculo approbari. Nituntur tamen fundamentis non admodũ ſpecioſis, & primò quidem, quòd, licet res pupillares ſoli ſint inalienabiles, tamen illud eſt quo ad tranſlationem dominii, ſed nuſquam invenitur prohibitum, quòd tutori non liceat alienare poſſeſſionem bonorum pupillarium, imò, ſecundùm eos, potiùs contrarium probatur in præcitatis, l. 2. §. ſi à pupillo. & d. l. pupillus. 11. à contrario ſenſu. Et, quòd ſit ma- 231
gna diverſitas inter ipſas res pupilli, & earum poſſeſſionem, patet ex l. naturaliter. 12. §. nihil commune. 1. de acquir. poſſeſſ. l. ſi mulier. 21. §. qui poſſeſſionem. 2. quod metus cauſa. l. ſi quis nec cauſam. 4. §. fin. ſi cert. petatur. Pro quibus & illud facit, quòd 232
poſſeſſio dicatur res momentanea, ideoq; a judiciis poſſeſſoriis appellari prohibetur. l. 1. C. ſi de momenta poſſeſſ. fuerit appell. cum l. momentaneæ. 8. C. unde vi. Et Bart. alibi ſcriptum reliquit: quando vertitur quæſtio ſuper poſſeſſione etiam rei magnæ, tamen dicitur eſſe levis momenti, & modici præjudicii. Bart in l. admonendi. 31. num. 55. ff. de jurejur. quem allegat Raphael Cumanus in d. l. poſſeſſionem. 29. num. 1. Verùm, 233
quicquid in hoc ſentiant præmemorati Dd. ego concluſionem Bartoli judico in puncto juris veriorem & æquiorem eſſe, propter magnum præjudicium pupillare. Primò enim effect⁹ hujus pacti eſt, quod, pòſt moram, creditori promittitur apprehendere poſſeſſionem bonorum pupillarium, quo caſu, quia corpore inhæret creditor, translata eſt in eum naturalis poſſeſſio. l. clam poſſidere 6. §. qui ad nundinas. 1. de acquir. poſſ. Quia verò accedit con- 234
ſenſus, & patientia tutoris, qui in rebus pupillaribus loco domini eſt, l. interdum fur. 56. §. qui tutelam. 4. ibi: quia tutor domini loco habetur. ff. de furt. [ſcilicet cum benè gerit & adminiſtrat res pupilli, non cum malè, l. qui fundum 7. §. ſi tutor 5. ff. pro emtore, l. is qui 11. §. ſi tutoris 6. ff. Quod vi, aut clàm.] ac facit illud Pauli ad Galatas cap. 4. hæredem puerum,

 quam

quamdiu ſub tutoribus eſt, nihil differre à
35 ſervo; ideò, ſecuto ingreſſu, præſumitur
tutor, ſub conditione non factæ ſolutio-
nis ad terminum, abdicaſſe poſſeſſionem,
& animum poſſidenti à ſe & ſuo pupillo,
eamque quaſi de mano in manum tradi-
diſſe creditori *argumen. l. minùs instructus. 2.*
ibi: ſi, ſciente domino, in poſſeſſione fuiſti. C. de
acquir. poſſ. l. non idcirco. 44 ff. de judic. l quo-
ties. 2. ad municipal. cùm poſſeſſio eo ipſo
236 à poſſeſſore recedat, quando conſtituit
nolle poſſidere. *l. ſi quis vi. 17. differentia.*
1. l. quemadmodum. §. & l. 3. §. in amitten-
da. de acquir. poſſeſ. Exercebit itaque poſt
ingreſſum creditor poſſeſſionem, capien-
do videlicet fructus ex dictis rebus im-
237 mobilibus, propter bonā fidem, eò, quòd
tutorem novit eſſe loco domini in re, de
cujus poſſeſſione agitur. *l. bonæ fidei. 109. de*
verb. ſignif. l. ſi quis fundum 43. de acquir. poſ-
ſeſ. ac notat Baldus de præſcrip. 2. parte 3. par-
tis princip. quæſt. 1. num. 2. adeò, ut per ſu-
pra dictum pactum, in effectu uſusfructus
rerum pupillarium, per tutorem transfe-
ratur in creditorem, quod eſt contrà tex-
tum clarum *in l. ſed ſi pecunia. 3. §. ſi jus em-*
phyteuticum. 4. verſ. nec uſusfructus ſine
decreto alienari poteſt. de rebus eorum qui ſub.
238 *tut.* cùm talis alienatio non tutoribus,
ſed prætoris arbitrio commiſſa ſit. *l. magis*
puto. 5. §. in primis igitur quoties deſideratur.
239 *11. eod. tit.* Præterea conventio prædi-
cta, de ingrediendo & acquirendo poſſeſ-
ſionem, poſt ingreſſum, tribuit creditori
jus pignoris, per ea, quæ tradit Salicetus *in*
d. l. creditores, 3. num. 9. in fine. C. de pig.
quod ipſum etiam abſque decreto præto-
ris fieri nequit. *l. 1. & per totum. C. de præ-*
diis min. non alien. vel oblig. l. 1. §. 2. ibi: præ-
tor pro ſua religione æſtimet, quæ alienari vel
obligari poſſint. & §. fin. ibi: non poſſe obligari ff.
240 *de reb. eorum qui ſub tut. vel cura.* Imo,
quod plùs eſt, per talem translationem
poſſeſſionis, accipiens, ut qui in bona fide
conſtitutus eſt, incipit jam poſſidere pro
ſuo. *l. non ſolùm. 33. de uſucap. juncta l. 2. pro*
ſuo. adeò, ut, ſi ex eo tempore, quo pupil-
lus major eſt factus, poſſeſſio continuetur,
ſaltem de jure Codicis, per 30. annos, ex-
piret pupillo omnis actio, pro recuperan-
da re ſua, quam creditor invaſit. *l. ſicut. 3. l.*
omnes. 4. l. ſi quis emtionis. 8. §. quòd ſi quis eam
rem. 1. verſ. ſin verò. ibi: etiam injuſtus poſſeſſor
exceptione munitus eſt. C. de præſcript. 30. anno-
rum. &, quòd ſola poſſeſſio bonæ fidei, et-
241 iam ſine titulo, ſufficiat ad præſcriptio-
nem tricennariam, hæc ſententia commu-
nis eſt, teſte Balbo *de præſcript. 2. part. 3.*
part. princ. num. 3. & in l. Celſus. 27. num. 4.
ff. de uſucap. Quæ omnia, quàm ſint præ-
judicialia pupillis, nemo non eſt, qui vi-
deat. Ac certè pro hac opinione negati- 242
va militat textus, *in l. fin. C. de acquir. poſ-*
ſeſ. ita arguendo à majore: per factum
ſervi vel procuratoris, cui mandata fuit
per Titium adminiſtratio rerum, quas al-
terius nomine poſſidebat, transferri non
poteſt corporalis poſſeſſio, ad eum finem,
ut domino inde aliquod generetur præju-
dicium, etiam circa poſſeſſionem. Er-
go multò minùs poterit tutor præjudica-
re pupillo, circa poſſeſſionem, quam tran-
ſtulit per pactum executivum in credito-
rem, cum pupillus magis ſit privilegiatus,
quàm is, qui ſui juris eſt. *l. lex quæ. 22 C. de*
adminiſtr. tut. juncta l. pupillus. 5. & l. obliga-
ri. 9 ff. de auct. & con. tut. Sanè tutor in 243
bonis pupilli, tunc demùm loco domini
reputatur, cùm tutelam adminiſtrat, non
autem cùm pupillum ſpoliat. *d. l. qui fun-*
dum. 7. § ſi tutor 3 pro emtore l. pactum cu-
ratoris. 22 ibi: non autem remittentes. C. de pa-
ctis. & melior textus *in l. tutor. 33 cum l. in-*
terdum. 56. §. qui tutelam. 4. de furtis, ubi tra-
ditur: tutoribus adminiſtrationem rerum
in bonis pupillaribus, non autem interci-
piendi vel diſſipandi vim datā eſſe. Quod 244
facit ad quæſtionem, quam habui in pra-
ctica, ubi tutor nomine pupilli acceperat
pecunias mutuas, ad certum diem ſolven-
das, &, caſu quo non ſolveret, tribuebat
creditori, pro more uſitato noſtrarum
provinciarum, licentiam, vel cum autho-
ritate judicis, vel proprio motu ingredien-
di & exercendi poſſeſſionem bonorum
pupillarium, de illis diſponendo pro arbi-
trio, non aliter, atque ſi per viam judicati
in illam inductus fuiſſet. Cumque cre-
ditor, in caſu moræ contrà jam adultum
peteret executionem paratam, ex vi in-
ſtrumenti, per oppoſitionem prædictorū
fundamentorum reus evitavit executio-
nem, & fuit de jure reſponſum, creditori
contra tutorem ſuum regreſſum patere,
non autem contra pupillum, tùm, quia ſi-
ne decreto judicis fuerat data creditori
iſta poteſtas, tùm etiam, quia non poterat
doceri, dictas pecunias in rem pupilli ver-
ſas eſſe. *arg. l. 1. C. ſi adverſ. vendit. & notat*
Iaſ. in l. civitas. 27. num. 13 ff. ſi cert. pet quo de
plura inferiùs. num. 246. Ad motiva ſupe- 245
riùs adducta reſpondetur, & primò à 1 au-
thorita-

thoritatem Joan. de Imola *in d. l. 2. § ſi à pupillo. 15. num. 4. ff. pro emtore, & Neguz. de pignor. 4. quæſt. num. 18. verſ. unde verior videtur opinio. item Menochii de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 21. verſ. quæ ſanè interpretatio probabilior videtur* : quòd omnes Dd. loquantur ſub dubio, pet verbum *Videtur*, quod ſolvitut per non videtur. Nec obſtat *l. poſſeßionem. de acqnir. poſſeſſ. & l. pupillus. de acquir. domin.* ex quibus arguunt, ſiquidem pupillus, ſine tutotum conſenſu, non poteſt alienare poſſeſsionem bonorum ſuorum, ideò, ſi totoris authoritas intercedat, nihil eſſe, quod impediat pactum ingrediendæ & retinendæ poſſeſsio-
246 nis rerum pupillarium. Qoia argumentum à contrario ſenſu non habet lucum, quando ex eo reſultat abſonus & aliis juribus contrarius intellectus. *gloſſ. 2. in l. conventicula. 15. ubi etiam Baldus notat num. 2. C. de epiſcop. & cler.* cùm per argumentum à contrario ſenſu non ſint corrigendæ leges aliter loquentes, *prout tradit Stephanus de Federicis in tractatu, cui titulum fecit, de interpretatione juris, parte 2. mihi folio 120. & addit, ita tenuiſſe Dynum in conſulendo, Butrigarium diſputando, & Bartolum legendo, prout etiam in hanc ſententiam concludit Bart. in l. omnes populi. 9. num. 61. ff. de juſt. & jure. per l. nemo. 4. verbo. pòſt litem conteſtatam, ubi Martinus gloſſator, & Salicetus num. 1. C. de juriſdict. om. judic. juncta l. apertißimi. 16. C. de judiciis.* & eſt meliot textus *in l. 2. C. de condic. infert.* ubi cautio ſuper legato ad diem, præcepta per teſtatorem filiæ hæredi, inſtitutæ ſub conditione, ſi non divertiſſet à marito, non intelligitur remiſſa ſub contraria conditione, videlicet, ſi divertiſſet, ex quo alias induceretur turpis obligatio, & contraria aliis legibus, prohibentibus divortia & repudia, niſi accedat legitima cauſa, comprobata coràm judicio eccleſiæ. *c. porrò. & toto titulo, extra de divor. c. 2. & 3. ut lite non conteſt.* & ordinantibus, quòd hætes pro legato, ad diem vel ſub conditione relicto, caveat de ſolvendo illud, adveniente die, vel exiſtente conditione. *l. 1. ff. ut legat. nomine cave. ac notat Everhardus in ſuis topicis, loco à contrario ſenſu. per l. ſi cum dotem. 22. ſoluto matrimonio. & l. ſi extraneus. 6. de condict. cauſa data, cauſa non ſec.* Cumque ſuprà probatum fuerit, per licentiam ingrediendi & acquirendi poſſeſsionem, pro jure perſonali, permitti creditoribus uſumfructum rerum pupillatium, quod lex abominatur. *d. l. ſed ſi pecunia. 3. §. jun. 4. de reb. eorum.* quia accipiens ſcit, tradentem eſſe loco domini. *Balbus de præſcrip. 2. par. 3. partis princ. q. 1. num. 1. & 2.* item conſtituitur in uſucapiendi conditione. *§. ſi quis à non domino. Inſt. de rerum diviſ.* quod ipſum etiam pugnat cum legibus, dictantibus, præſctiptionem ipſo jure non currere cuntrà pupillum, ſaltem longi temporis. *Balbus de præſcript. 1. parte 6. & ult. part. princ. q. 1. num. 37. per l. non eſt. 3. C. quibus non objicitur præſ. longi tempor.* tùm etiam, qui translatio poſſeſsionis, facta pet adminiſtratorem, quantumvis generalem omnium bonorum, non præjudicat in hoc vero domino. *d. l. fin. in fine. C. de acquir. poſſeſſ.* meritò ſtabimus expreſſæ tot legum prohibitivarum determinationi, non autem ei, quæ colligitur ex conjectu-
rata mente legis, à contrario ſenſu. Minùs 247
obſtat, quòd alter æſtimatur poſſeſsio, & aliter tes ipſa, tanquam inter ſe nihil commune habentes, quia contraria debent intelligi, ne videlicet unum pro alio accipiatur, cum habeant ſe ad invicem, tanquam excedentia, & exceſſa, ad quorum unius poſitionem vel remotionem, non ponitur, aut removetur alterum. *gloſſ. verbo nihil d. l. naturaliter. 12. §. nihil commune.*
1. Parùm etiam facit *l. 1. C. ſi de moment.* 248
poſſeſſ. quia contrarium procedit in poſſeſſorio recuperandæ, quod ita eſt privilegiatum, ob odium ſpolii & violentiæ, ut ab illo appellare non liceat. *ita ſolvit Angelus de Peruſ. ſuper gl. e. in d. l. 1. & iſtud ſequitur Menochius de recuper. poſſeſſ. in prælud. num. 32.* ſicut & in eo non auditur excipiens de refricatione dominii, ſed reſtituitur antè omnia ſpoliatus, reſervato nihilominùs condemnato petitorii jute. *Bart. in l. ſi quis ad ſe fundum. 7. C. ad l. Iuliam de vi publ.* licet gl. Bart. & cæteri dicant, idem eſſe & in aliis poſſeſſoriis, videlicet retinendæ, & adipiſcendæ poſſeſsionis. *gloſſ.*
Bart. & alii in d. l. 1. Ad Bartoli dictum 249
in l. admonendi. num. 55. reſpondetut, quòd illud non ſit ſine dubio, neque enim poſſeſſio rei, maximè immobilis, ita vilis & abjecta habetur in jure, propter magnum commodum poſſeſſionis, *de quo in §. commodum. Inſtit. de interdict. l. ordinarii. 13. ubi gloſſ. & Bart. C. de rei vendic. l. incerti. 3. C. de interdict. l. ſi quis. 3. C. fin. regund. l. ſi de vi. 37. ff. de judiciis. l. exitus. 35. de acquir. poſſeſſ. Ad d. l. 2. §. ſi à pupillo. pro emtore.* replicatur:
quòd non aperiat ibi Juriſcõſultus, à quo 250

poſſeſſor

poſſeſſor acceperit traditam poſſeſſionem,
quam etiam potuit antè illud tempus ab
extraneo aliquo habuiſſe, &, quia poſteà
titulum pro emtore acquiſivit a pupillo,
ratione ejus tituli, ex quo nunc rem ha-
bet a vero domino, incepit uſucapere. ita
ſolvit gl. *in d. l. 2. §. ſi à pupillo.* & proba-
tur per *l. non ſolum. 33. ʃ. quod vulgò. t. de u-
ſucap.* ubi habetur, quòd, qui poſſidet et-
iam mala fide fundum, quia ſciens emit à
non domino, ſi idem deinceps eundem
à vero domino emerit, incipiet pro em-
tore poſſidere, adeò, ut ex illo inferri ne-
queat, quaſi pupillus tranſtulerit poſſeſ-
ſionem in accipientem, & ſic cauſam uſu-
251 capiendi præbuerit. Sed vera ſolutio &
ratio deciſionis, meâ quidem ſententiâ,
indè dependet, quòd in *d. § ſi à pupillo.* pu-
pillus forte per mendacium allegabat, ſe
adultum, & qui curatorem non haberet.
*argumento l. ſi u qui minorem 2. C. ſi minor ſe
majorem dixerit.* quod & innuunt verba
in d. §. poſita. ibi: quem puberem eſſe putem. &
ſic erat ille contrahens cum pupillo bo-
næ fidei, ignorans videlicet quòd adhuc
ſub alterius tutela vel poteſtate regeretur,
unde ex traditione poſſeſſionis bona fide
acceptæ adeò acquiritur emtori poſſeſſio,
ut etiam in uſucapiendi conditione con-
ſtituatur. quod nun eſt in propoſito: ſem-
per enim ſcit, vel ſcire debet, qui cum
tutore contrahit, alienationem rei immo-
252 bilis, ſine decreto prætoris, quocunque
modo fiat, prohibitam eſſe, & ſic error
juris, in quantum exiſtimat creditor, au-
thoritate tutoris ſe rectè capeſſere poſſeſ-
ſionem bonorum pupillarium, ex qua de-
inceps non tam jus utendi fruendi, quam
etiam uſucapiendi naſcitur, meritò credi-
tori non debet patrocinari. *d. l. 2 §. ſi à pu-
pillo verſ quod ſi ſcias pupillum eſſe, exiſtimes
autem illi licere. ac facit l. 1. cum l. fin. C ſi quis
ignorans rem minoris. juncta l. unquam unda.
31. De acquir. rer. dom. & l. ſi fur. 32. ʃ. 1. in
fine. ff de uſucap. at notat Balbus de præſcript.*
253 *2. parte 3. part. princip. num. 4.* Reſpon-
dent & tertio loco, quòd *d. §. ſi à pupillo.*
intelligatur de venditione rei mobilis,
maximè ejus, quæ ſervando ſervari non
poteſt, qua de loquitur *l. lex quæ tutores. C.
de adminiſtr. tut.* cujus poſſeſſio ſi tradatur
emtori per pupillum, cauſatur uſucapio-
nem, ideò, quòd rei mobilis adjecta & vi-
lis eſt poſſeſſio, adeoque negligitur illius
cuſtodia. *gloſſ. verb. erepta. in l. rem quæ no-
bis. 15. per illum text. & in l. ſi rem. 47. pòſt
princip. ff. de acquir. poſſeſſ.* Licet autem
ſecunda ſolutio mihi magis probetur: ta-
men hic etiam intellectus in ſe verus eſt,
quòd videlicet de rebus, quæ ſervando
ſervari non poſſunt, pactum executivum
juris perſonalis, de ingrediendo poſſeſſio-
nes bonorum pupillarium, tributum 254
per tutorem creditori, pòſt moram valet.
*ſecundùm Neguz. de pignor. 4. parte princip. n.
18. verſ. aut pactum fuit initum, quòd liceat
ingredi & poſſeſſionem adipiſci. Iaſ. l. 1. §. fuit
quæſitum. num. 30. & 34. ff. ad Trebellia. ac
concordat Menoch. de adipiſc. poſſ. ff. remedio 5.
num 17. ubi tradit, communiter Dd. cum Bar-
tolo in hoc conſentire.* Et hæc poteſt eſſe pri-
ma declaratio ad regulam modò tradi-
tam.

Secundò declaratur hæc concluſio, de 255
prohibito pacto executivo tutoris, ſuper
occupando in caſu moræ res pupilli im-
mobiles, quatenùs videlicet dicitur in
conventione, quod liceat non tantùm
ingredi, ſed & acquirere: ſecùs eſt, ſi tri-
bueretur tantummodò ingrediendi licen-
tia per tutorem: quo caſu, cùm nihil aliud
transferatur, niſi quædam poſſeſſio, vel
detentatio aſinina, ita, ut creditor ſolùm
admittatur cū pupillo, vel tutore, ad mu-
tuam cohabitationem, *per ea, quæ tradunt
Bart. Iaſ. & alii in l. Fulcinius. 7. ex quibus cau-
ſis in poſſeſſ. eatur. & in l. ſi finita. 15 ʃ. Iulia-
nus. 16. de damno inf.* & ſic pupillo per hoc
non inferatur magnum præjudicium, cum
& ipſe maneat poſſeſſor, & ingreſſus non
niſi nudam cuſtodiam acquirat, fructuum
ſervandorum cauſa. *argumen. l. 1 in cui. 5. ff.
ut legat. ſervand. cauſa in poſſeſſ. eſſe liceat. l.
apud Iulianum. 3. in print. & ʃ ſequitur. ex
quib. cauſ in poſſ eatur. l. 3 §. genera. 21. verſ.
nam qui ibi: non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam ac
obſervationem rerum concedit. de acquir. poſſeſſ.*
ideò perſona pupilli, quo minùs creditor,
virtute dicti pacti, ingredi poſſit, non eſt
impedimento. *Bart. d. l. creditores. 3. num.
5. Neguz. de pignor. 4. quæſt. princ. num. 18.
verſ aut creditor vult uti pacto. & Menoch. de
adipiſ. poſſ. remedio 5. num. 16. verſ. tertius
caſus.*

Verùm hic dubitari poteſt, caſu quo 256
denegatur parata executio adverſus pu-
pillum, an non ſaltem fieri poſſit execu-
tio contra tutorem, ita, ut ipſius bona, in
eum eventum, capiantur pro debito pu-
pilli? ſed reſpondetur breviter, tutoris
bona pro ære alieno pupilli, maximè fini-
ta tutela, in pignoris cauſam regulariter,
pro

pro judicato vel inſtrumento executivo,
capienda non eſſe, tùm, ne officium ejus
257 ipſi ſit damnoſum. l. ſed ſi quis ex ſignato-
ribus. 7. quemad. teſta. aperiantur. l. ſi ſervum.
61. §. quod verò. 5. de furt. l. videlicet. 29. ex
quibus cauſ. majo. cùm ex neceſſitate mu-
neris ſibi injuncti, non voluntarie con-
traxerit. l. adverſus. 30. §. tutoribus. 1. l. ſi-
lius. 22. ff. de inoff. teſtam. l. tutorem. 22. de
his quæ ut indig. tùm etiam, quòd executio
non debeat fieri, niſi in bonis ejus, cujus
nomine contractum fuit. l. Iuliana. 1. verſ.
nam tutores. C. quando ex facto tutoris. l. ſi non
ſubſcripſiſti. 15. C. de adminiſt. tut. l. mutua.
13. ibi. ſubſcribentem inſtrumento non habet ob-
ligatum. C. ſi cert. pet. l. ſi pater. 6. in final.
verb. C. de fidejuſſ. l. diſtrahenteo. 2. C. de reb.
al. non al. ac facit l. ſæpe. 63. ff. de re judic. l. ex
pecunia. 12. C. de jur. dot. l. multum intereſt. 6.
258 C. ſi quis alteri vel ſibi. niſi tutor proprio no-
mine ſe obligaſſet: quo caſu parata foret
adverſus ipſum executio, etiam finito of-
ficio. l. cum quædam. 26. verſ. invenimus. &
verſ. damus igitur. cum d. l. ſi non ſubſcripſiſti.
15. C. de adminiſtr. tutor. [item fallit, quan-
do ex dolo, vel culpa tutoris ageretur,
l. Iulianus 13 § ſed cum in facto, 7. ff. de act.
emt.] & ita tenet etiam Rebuffus de litteris
obligator. art. 2. gloſſ. 1. num. 96. & 97. ubi
addit: iſtud eſſe notandum contrà haben-
tes officia, maximè tutelæ, ne ita facilè ſe
obligent ſuo nomine, adeoque finito offi-
cio, ipſimet pro ære alieno exigantur &
condemnentur. Quod ſanè intelligen-
dum eſt, quatenùs illud mutuum verſum
fuit in utilitatem pupilli; ſecùs eſt, ſi de ta-
li verſione non conſtet: quo caſu, contra
pupillum actio non competit, ſed adver-
ſus tutorem. gloſſ. & Bar. in l. ſi iurem. 3.
ibidemq; Bald. Ang. Albericus & Salic. per il-
lum textum à contrario ſenſu. C. quando ex facto
tutor. ac notat Salic. in l. prædiorum. 10. C.
præd. minorum non alien. in princ. & tactum
fuit ſuprà num. 230. item 243. Quod fa-
cit ad quæſtionem noſtro dicaſterio haud
ita diù propoſitam, ubi tutores accepe-
rant certam ſummam pecuniæ mutuò,
nomine pupilli, obligando creditori bona
pupillaria, cumque pupilli exacti nega-
rent, mutuum illud in ipſorum rem ver-
ſum eſſe, creditores autem contrà allega-
rent, quod non ſuo, ſed pupillorum
nomine contraxiſſent, reſpondimus, in-
terrogati de jure, ipſos tutores conveni-
endos eſſe, non autem pupillos, niſi pro-
betur ex parte creditorum, aut tutorum,
pecuniam in rem minorum verſam fuiſſe,
per l. civitas 27. in finalib. verbis. ibiq; Iaſon. n.
15. & 16. & Paulum de Caſtro, poſt gloſſam.
ibidemq; Alex. num. 6. ff ſi cert. petat. Aliàs
enim, ſecundum ipſum, ſequeretur illud
inconveniens, quod creditor, finito offi-
cio curatorum, neminem haberet obli-
gatum, adeoque pecunia cederet lucro
adminiſtratoris. Alex. ubi proximè. Licet
autem eo in loco loquantur interpretes
de mutuo civitati facto: tamen idem eſt
in eo, quod pro pupillis vel adultis per
ejus tutores vel curatores accipitur, argu-
mento l. reſpublica. 4. C. quibus ex cauſ. major.
Quod autem de rebus pupillorum, per vi- 259
am executivam, abſque decreto judicis,
non obligandis vel alienandis, hactenùs
tradidimus, illud vel maximè locum
habet in executione contrà perſonas pu-
pillorum, hæ ſiquidem, neque ex vi pacti,
neque ſtatuti, ſiſti vel detineri poſſunt,
cum nefas ſit, impuberes perſonaliter
capi pro cauſa pecuniaria. l. neque impu-
beres. 22. ubi notat Bartol. num. 1. Alex. 4. &
Iaſ. in princ. & in l. 2. num. 11. ff. de in jus
voc. argumen. l. neque. 22. in princ. eo. tit. &
fac. l. ergò 22. ex quibus cauſ. major. l. contra
pupillum 54. de re jud. l. ſi minor. 5. de rebus
author. jud. poſſ. Secùs tamen, innuit Bar- 260
tolus, eſſe cum impubere doli capace, qui,
ſecundùm eum, pro debito, ex vi ſtatuti
executivi in perſonam, rectè carcera-
tur: Si tamen per hoc læſus ſit, in inte-
grum reſtituitur. Bart. in tractatu de car-
cere num. 7. per l. ſ. in verb. ætatemq. C. de cu-
ſtod. reorum, quod & probat Iaſ. in l. neque im-
puberes. 22. num 2. in diverſa tamen eſt ſen-
tentia idem Bartolus, ſibi in hoc contra-
rius, in d. l. neque 22. in princ. cum quo tranſit
Angelus in l. nemo carcerem. 2. in quarta col. &
ibi Ioh. de Plat. num. 21. C. de exact. trib. lib.
10. Ludovicus Rom. in d. l. neque 22. Barbatia
in c. Raynutius. num. 25. extra de teſtam. Bal. in
l. 1. num. 10. & Salic. 11. C qui bon. ced. poſſ.
quam ſententiam ſequuntur etiam Caccialupus
de debit. ſuſpect. in 1. quæſt. princ. & Alber.
Brunus. de ceſſ. bon. 3. quæſt. 4. quæſt. princ. nu.
11. 12. & 13. ubi addit: illud non ſolùm 261
in pupillo, ſed etiam in adulto, & minore
obſervari debere. Brunus ubi ſuprà. n. 14. poſt
Salic. in d. l. 1. num. 10. Idque inde eſt, ſecun-
dùm ipſum, quod non ſtet per minorem,
ſed per ætatis beneficium, quo minùs ſol-
vere poſſit, l. magis puto 5. §. ſi pupillus ſti-
pulanti. 5. ibi: ſine magiſtratus authoritate

ſolvere

ſolvere non poteſt. alioquin inventa erit alienandi ratio. ff. de reb. eor. qui ſub. tut. vel cura ſunt non alien. quod beneficium non debet reſolvi in carcerem. *Salic. in d. l. 1. num. 11. & ibi Bal. 10. C. qui bonis ced. poſſunt.* Ac, quod pro cauſa civili, vel pecuniaria, minor non poſſit ſiſti, vel carcerari, tenet etiam Ludovicus Rom. *conſil. 120. num. 2.* & iſta eſt communis opinio, *ſecundum Horatium Mandoſium in ſuis addit. ad d. conſ. 120. litera B.*

Mulierum etiam bona, ſive dotalia, ſive paraphernalia, circa executionem ſuper debito mariti privilegiata ſunt, ne pignori capiantur, *Bart. Bal. Salicet. & omnes in l. ob maritorum. 2. C. ne uxor pro marito.*
262 Quantumvis enim vir in bonis uxoris, ſtante matrimonio, pro oneribus conjugii ſupportandis, hoc eſt, pro exhibitione uxoris, communiumque liberorum, ac familiæ, jus utendi fruendi [niſi fortè ſervi dotales quærant aliquid extra res mariti, vel operam ſuam: quod quæritur mulieri] habet, *l. pro oneribus. 20. C de jure dotium. l. dotis fructum 7. & l. quamvis*
263 *75. ff. eo.* tamen eas, velut alienas, creditor, neque ex vi ſtatuti executivi, neque ex vi conventionis cum marito initæ, invadere poteſt. *Rebuffus in conſtit. reg Gall. tom. 1. de liter. obliga. art. 2. gloſſ. 1. num 99. & habetur textus in terminis ubi Bart. Bal Ang. de Peruſ. Salic. & omnes communiter Dd. no-*
264 *tant, in d. l. ob maritorum.* Adeoque, ſi contra ea intendatur quoquo modo manus injectio pro debito mariti, licebit mulieri ſeſe opponere fiendæ executioni, pro ſuo intereſſe, movendo videlicet quæſtionem de proprietate fundi, in quem de præſenti executionem comminatur judex. *l. à divo Pio. 15. §. ſi rerum 4. alias incipit. §. ſi ſuper rebus. ff. de re judic.* ubi iſtam practicam opponendi contra executionem tradit, *pòſt Ioannem de Imola*, Jaſon. *num. 9. & Alex. 9.* quod videlicet iſte tertius contradictor petat, ſuper illa executione ſubſiſti, ne qua fiat novitas in rebus, quæ capiuntur pignori, quia ſunt contradictoris, ac in quantum executio ſubſequatur, petit, talem miſſionem contrario imperio revocari, *Ang. d. §. ſi ſuper reb num. 1. notant q; Panormitan. Felinus, & alii Canoniſtæ in c. cùm ſuper per illum text. verbo. executionem differatis, ne Onetenſis Eccleſia circa poſſeſſionem detrimentum incurrat. extra de ſenten. & re jud.* Quæ proteſtatio ejus effectus eſt, ut ſi, illa non obſtante, fiat executio, dicatur proceſſus ipſo jure nullus eſſe: adeo, quia, veluti de facto proceſſit executio, ita eodem modo retractanda venit. *Alex. in d. §. ſi ſuper reb. num. 9. Bal in d. l. ob maritorum. 2. in princ. & num. 2. per c. ex literis. extra de pignor. ac facit § quoniam contingit. auth. ut nulli jud. lic. habere ſerva. coll. 9. quod & Baldus Novellus ſequitur in tract. de doto, parte 7. privil. 18. num. 2. & 3.* Cujus rei ratio eſt, quod 265
pactum, item ſtatutum, non extendantur, niſi ad perſonas contrahentes, earumque bona, inter quas eſt confectum inſtrumentum, non autem contra tertium, & ſic mulierem. *Felinus in d c. cum ſuper. num. 15. & c. penul extra de re jud. Alex. de Imo. in l. à divo. 15. §. ſi rerum 4. num. 28. ff eod. pòſt Bart. in l. 1 §. interdum. num. 4. a quib. appel. non lic. & Alex. in l. 1. §. ſi hæres. in p. ad SC. Trebel. Bar. in l. creditores. 3. num. 24. & 25. C. de pignor. Benedictus Barzia in tract. guarentigiæ. coll. 32. verſ. diſcendo num. ad ra-*
num. Contrà quam tamen reſtrictionem 266
de non faciendi executione in bona dotalia, videtur obſtare, quod executio parata prodita ſit etiam contra uſufructuarium, nec poſſit impediri per proprietarium, opponentem ſe pro ſuo intereſſe, ratione videlicet dominii rei, ad ipſum ſpectantis. *Bald. in d. c. cùm ſuper. num. 12. extra de re jud. & in c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper. num. 5. ut lite non conteſt. per l. cujuscunq; 60. §. ſi fundus 1. verſ. ſed ſi ipſi uſufructuario moveatur quæſtio. ff. de uſufr.* Pro 267
quo & illud facit, quod, quantumvis uſusfructus ab uſufructuario cedi non poteſt, ac, ſi alteri cedatur, nihil agitur, ſed perditur, & cum proprietate conſolidatur. *l. ſi uſusfructus 35. in princip. de uſufruct. §. item finitur. ibi: cedendo extraneo, nihil agi-*
tur. Inſtit. eod. tamen benè poteſt alteri 268
concedi, ſive gratis, ſive pro pretio, ita, ut vendi vel locari, vel in vim pignoris dari poſſit, *§. minùs autem Inſtit. de uſu & hab. ac notat Ioh. de Plat. in d §. item finitur. num. 14. Ioh. Fab. in d. §. minus num. 2. & Ang 3.* quo de, & quæ ſit differentia inter vocabulum, ceſſio, & conceſſio, videatur remiſſivè Franc. de Aret. *in l. 1. §. ſi vir uxori. num. 14. ff. de acquir. poſſ.* Unde Bar. ſcriptum reliquit: quando debitor non poſſidet de jure dominii res, in quas eſt facienda miſſio, decretũ eo modo interponi:

Decerno

Decerno tibi, quod utaris in rebus, in quarum poſſeſſionem mitteris, eo ipſo jure, quo debitor utebatur. *Hāc formulam præſcribit Bar. in l. is cui. 5. §. bonorum. 6. num. 2. ff. ut in poſſ. leg. ſer. cau. eſſe lic. & probatur per l. ſi ſiuita. 15. §. ſi de vectigalibus. 26. ibi. decernendum, ut eodem jure eſſet, quo foret is, qui non caverat.*
269 *de dam. inf.* Cumque quæ plenè acquiri
non poſſunt, ſaltem quò ad commoditatem, acquiri valeant. *l. neceſſario. 8. §. ſ. ff. de peric. & commod. rei vend. ac facit l. arboribus. 12. §. uſufructuarius. 2. de uſufr. & d. §. minùs autem juris. ac latè probat Tiraquellus de retractu. linag. §. 26. gloſſ. 1. verb. ne peult eſtre. num. 26.* quid vetat, quin creditor ſaltem iſto caſu petere poſſit executionem in ipſum jus utendi fruendi bonis dotalibus mulieris, quod competebat marito per tempus ſtantis matrimonii? Verùm plana eſt ſolutio, quòd nimirum contraria modò adducta loquantur in jure utendi, concernente ſolius uſufructua-
270 rii perſonam, ita, ut tertius, quantumvis
dominus, de tali uſufructu, donec vivit uſufructuarius, nihil participet, adeoque in eo nullum intereſſe allegare poteſt: quod non eſt in propoſito, ubi mulier non tantùm remanet domina fundi dotalis. *l. in rebus dotalibus. 30. ibi: cùm eædem res & ab initio uxoris fuerint, & naturaliter in ejus dominio permanſerint. juncto verſ. volumus. C. de jure dot.* ſed inſuper mulieris intereſſe in illo etiam vertitur, quòd ex tali uſufructu bonorum dotalium pendet ipſius & totius familiæ exhibitio. *d. l. pro oneribus 20. C. de jure dot. l. dotis fructu. 7. ff. eod.*
271 Quod vel maximè verum eſt de jure Sa-
xonico, cujus virtute, ſicut ſuperiùs etiam attigimus, conjuges in tali indiſſolubili communione omnium bonorum, hinc indè illatorum & acquiſitorum, conſtituti ſunt, ut poſſeſſio eorundem ſit penes utrumque pro indiviſo. Landrecht *lib. 1. art. 31. & art. 45. §.* Das Weib. Cumque excipiens pro ſuo intereſſe, adverſus executionem, etiam ratione ſolius proprietatis, impediat proceſſum executionis, *ſecundùm Alex. in d. l. à divo Pio. 15. §. ſi ſuper rebus. num. 13. & ibi omnes alii Legiſtæ. Bart. in auth. & qui. num. 6. C. de bon. auth. jud. poſſid. Bal. in l. etiam. 5. num. 8. C. de execut. rei jud.* quo modo non magis idem tenendum eſt etiam in illa intereſſente, ad quā non tantùm ſpectat proprietas bonorum, ſed & communis poſſeſſio? In re namque communi melior eſt conditio prohiben-
tis. *l. Sabinus. 28. ff. commun. divid.* licet ve- 287
rum ſit, ex quo maritus poſſidet utendo fruendo, mulierem ſaltem onerari probatione prædium, in quod intenditur executio, eſſe dotale, & de ipſius dominio. *ita Salicet. in d. l. ob maritorum. 2. num. 1. & 4.*
pòſt gloſſ. C. ne uxor pro marito. propter præ- 273
ſumtionem videlicet juris, quòd in dubio poſſeſſor præſumitur dominus. *l. 2. C. de probat. l. clavibus. 74. ff. de contrah. emt. Anton. de Butr. in c. cùm ad ſedem. num. 27. de reſtit. ſpol.* & ſub dubio bona intelliguntur viri, non autem mulieris induſtria acquiſita, *l. Quintus. 51. ff. de dona. inter virum & uxor.* [Idem debet eſſe in filio, vel ſimilibus, ut præſumatur de bonis patris in dubio quæſiviſſe, ut ſic ſit commune
cum fratribus.] Et ampliatur iſta re- 274
ſtrictio procedere, ut ne quidem poſſit fieri captio pignorum in bonis mulieris, pro debito etiam communi utriuſque conjugis. *ita Salic. in d. l. ob maritorum. 2. num. 3. per l. ſed ſi alia. 5. ff. de bon. damnat. & l ſi quis*
pòſt hac. 9. C. de bon. proſcrip. Secundò 275
ampliatur, quòd mulier pro ſuo intereſſe, poſſit ſe opponere non tantùm contrà executionem fiendam in ipſius bonis, verùm etiam, ſi intendatur in bona mariti, quæ tamen ipſi vel tacitè, vel expreſſim pro dote numerata ſunt obligata. *l. aſſiduis. 12. C. qui pot. in pig. hab.* cùm mulieri licitum ſit, bona propter nuptias donata, vel, ut nos loquimur, hypothecata pro dote, ſi de facto alienentur, eadem vindicare, etiam ſtante matrimonio, in caſu, quo maritus vergit ad inopiam. *l. ubi adhuc. 29. in ſi. cum auth. donationem. C. de jure dot. ac ſequitur Baldus Novellus de dote in privilegio 24. quem allegat Chaſſanæus in conſue. Bur-*
gund. rub. 4. §. 17. num. 9. Ideo, aliis 276
præſertim bonis exiſtentibus, judex ad talia bona, pro dote mulieris hypothecata, à manus injectione circa pignorum captionem ſuperſedere debet. *l. à divo Pio. 15. §. 4. verſ. ſed illud debet dici, ubi controverſia eſt de pignore. ff. de re jud.* Unde, quantumvis inferri poſſit, quòd ſaltem aliis non exiſtentibus, executio non impediatur, etiam in iis bonis, ſuper quibus pignoris movetur controverſia. *d. verſ. ſed illud. quem aliqui legunt ſub §. ſi rerum. 4.* tamen iſtud procedit in jure pignoris, quod competit alicui privato, ſecùs, ſi creditor concurrat cum muliere, quæ in-

hoc eſt privilegiata, ut omnibus aliis cre-
ditoribus, non habentibus expreſſam
hypothecam anteriorem, præferatur. *d. l.*
aſſiduis. 12. & ita pronunciatur. ſ. fuerat. ibiq;
277 *Iaſon & alii, Inſtit. de action.* In fructus
tamen ex rebus dotalibus, ut etiam pro
dote obligatis, perceptos, ſive à ſolo ſepa-
rati ſint, ſive non, dummodò ultima cul-
tura fuerit adhibita fundo dotali, execu-
tio, non obſtante contradictione mulie-
ris, rectè intenditur, cùm illi indubitatè
ad maritum pleno jure pertineant. *d. l. pro*
oneribus 20. Etſi enim in ſolo ſtantes de ju-
re civili dicantur fundi pars. *l. fructus. 33.*
278 *de rei vindic.* tamen ſecus de jure Saxoni-
co, cujus virtute etiam ſoluto matrimo-
nio, fructus fundi dotalis debentur mari-
to, & ejus hæredibus, dummodò per i-
pſum ſeminatus ager, & ſemen per raſtra-
tionem abſconditum fuerit ſubtus ter-
ram. Landrecht. *lib. 2. ar. 58. verſ.* Des Man-
279 nes Saat. Nec adverſatur, ſi dicamus,
decedere per hoc mulieri ſuam exhibitio-
nem & alimenta, cùm fructus annuatim
renaſcantur, *argumento l. Fructus. 7. §. ſi*
fundum. 12. ſol. matr. & facit l. ſi uno. aliás in-
cipit. l. ex conducto. 15. §. Papinianus. 4. locati.
& de modico temporis præjudicio non
curat prætor. *l. ſcio. 4. de in integr reſtit. l.*
res. 54. de contrahen. emt. & l. ſi quis. 9. §.
Labeo. 3. in fine de dolo. juncta l. ſi debitori. 21.
280 *de judic.* niſi forſan aliud in mobilibus vel
immobilibus non extaret, unde pro dote
ſua mulieri conſuli poſſet, quo caſu credi-
tori denegaretur etiam in fructus execu-
tio, ad eum finem, ne fœmina vel rema-
neat indotata. *l. 1. ſol. mat. l. 2. de jure dot.*
ſ. quis verò. auth. de æqual. dot. collat. 7. vel,
donec vivit in matrimonio, neceſſaria ex-
hibitione careat, idque pietatis intuitu,
propter favorem alimentorum, *l Mela. 14.*
ibidemq; Bar. & Dd. poſt gloſſ. ff. de aliment. &
281 *cibar. legat.* Cumque alias dos & alimen-
ta æquiparentur, adeò, ut ſtatutum in uno,
intelligatur etiam ſtatutum in alio. *ſecun-*
dùm gl. l ob æs. 12. C. de præd. minor. quam ad
hoc notat. Sal. in l. capite. 19. ff. de ritu nup.
quis dubitet, ubi ambo favores, circa u-
nam & eandem perſonam conjunctim
militant, eidem etiam pleniùs ſuccurri de-
bere, per illud vulgatum, quòd duplex
vinculum majoris efficaciæ habetur. *auth.*
itaq; C. commun. de ſucceſſ.
282 Idemque juris eſt etiam circa bona feu-
dalia, in quæ, virtute judicati pactivè, vel
etiam ſtatuti executivi, non magis, quàm
in dotalia, manus injici poteſt. *Baldus in*
auth. & qui jurat. n. 21. & Sal. 46. & 47. C.
de bon. auth. poſſid. Cujus rei ætiologia
eſt, quòd non niſi utile dominium feudi
pertinet ad feudatarium, remanente pro-
prietate penes dominum. *c. 1. §. beneficium.*
in quib. cauſ. feud. amit. Ideoque ſi per
medium executionis transferretur jus
aut ſubſtantia feudi in alium, tunc obtru-
deretur domino, & quidem inviro vel 283
ignoranti, novus, ac forte non acceptabi-
lis vaſallus, cujus ſervitia dominus reſpue-
ret, *Alex. de Imola in l. ſi finita. 15. ſ. ſi de ve-*
ctigalibus. num. 12. & Bar. 5. ff de dam. infect.
per l. ſi non fortem. 26 ſ. libertus. 12. de con-
dict. indeb. ibidemq; Iaſ. num 12. Cumque
dominus & vaſallus regulariter judicen-
tur ad paria. *Felinus in c. dilecti. n. 1. extra de*
major. & obed. per c. 1. in fine, de forma fide-
lit. Sicut dominus jus vaſallagii in ſuo ho- 284
mine, vel feudatario, ipſo invito, in alium
transferre vel alienare nequit, cùm ſubdi-
torum interſit, non mutare dominos. *Fe-*
linus d. c. dilecti n. 1. per c. 1. ſ. eadem. de lege
Corradi. ibidemq; Martinus Laudenſis. num. 2.
& Curtius de feudis parte 6. quæſt. 2. num. 3.
ubi ſubjicit, hanc ſententiam communi calculo
doctorum approbari, poſt gloſſ in l. iuvinus. 34.
per illum textum, ff. de fideicommiſſ. liberta.
quod idem teſtatur etiam Iulius Clarus in lib. 4.
recep. ſententiarum. §. feudum. quæſt. 28. nu.
1. poſt Gratum. conſ. 147. num. 5. & 6. lib. 2.
ita multò minus vaſallus domini condi- 285
tionem pejorem facere poteſt, alienando
feudum ſuum, etiam per viam executio-
nis, ut hac ratione dominus alterius ſer-
vitia invitus agnoſcere & recipere tenea-
tur, etiamſi feudatarius in extrema neceſ-
ſitate fuerit conſtitutus, *Bal. in c. 1. num. 2.*
qualiter olim feud. & id communiter tenetur,
teſte Curtio de feudis in quarta princ quæſt. 16.
n. 107. & Claro, ubi ſupra, verb. feudum. quæſt.
31. num. 11. propter videlicet magnam
inter homines differentiam, circa indu-
ſtriam & ſervitia, *argumen. l. inter artifices.*
31. ff. de ſolut. ac facit l probatorias. 9. ubi gl.
& Bar. C. de diver. offic. lib. 12. l. nemo eſt qui
neſciat. 5. ubi Ronchegallus num. 12. & 13 ff. de
duob. reis. & Felinus in c. fin. ſ. is autem. n. 12.
& 13. extra de offic. deleg. Et in ſpecie, quod
executio in feudalia non detur, tradit Ja-
cobinus de S. Georgio *in tract. feud. verſ. &*
dicti vaſalli. num. 39. Matth. de Afflict. in c. 1.
ſ. quid ergo. n. 7. & ibi alii Feudiſtæ, de in-
veſt. de re alie. facta. quæ ſententia communis
eſt, teſte Henningo conſ. 15. de ſucceſſ. feud.
num. 5.

num. 5. & Regula in ſua pract. cap. 103. ſub rub. Von Hülffe auff Lehengut. *nu 20.* [commoditas, id eſt, fructus, reditus, & proventus feudi rectè capiuntur. *Br. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus, ff de damn. infect.*]
286 Unde alibi legimus, quòd in obligatione
bonorum, vel diſpoſitione quantumcunque indefinita & generali, non includantur feuda militaria. *c. in generali. ſi de feud. defun. fuer. contro. ac notat Iacobus de Ardizone in ſua ſumma feudali, tit. utrum etiam pig. obl. in feud. val. & Laudenſis in cap. 1. §. donare. num. 6. qual. ol. feud. pot. alien. per c. 1. de*
287 *vaſallo decrep. ætat.* Pro quibus & illud
eſt, quòd per executionem, ſaltem de conſuetudine noſtrarum provinciarum, in terris Saxoniæ transfertur poſſeſſio cum jure utendi fruendi in eum, qui mittitur, ſicut in 1. Par. hujus Operis *cap. 1. nu. 56.* dictum eſt, & tangetur pleniùs in tertia Parte hujus Operis *cap. 12. num. 110.*
288 Cùm verò uſusfructus inter ſpecies ſervi-
tutum referatur. *l. 1. de ſervit, & not. gloſſ. ſub rubr. Inſt. de uſufruct.* & vaſallus in re feudali ſervitutem nemini conſtituere poſſit. *c. 1. §. quid ergo. de inveſt. de re al fac. ſicut hæc concluſio communis eſt, teſte Curt. in*
289 *tract. feud. part. 4. quæſt. 14. num. 15.* ſatis
infertur, ab executione in feudalibus ſuperſedendum eſſe: niſi in fructus feudi quis executionem petat, ea ſiquidem ipſi denegari non debet. *Bar. in l. commodu. 40. num. 1. ibiq. Iaſ. & Alex. uterq. num. 3. ff. de re judic. Bar. in l. ſi is qui. 21 num. 2. de pignor. Iaſ in §. item Serviana. num. 104. Inſt. de actio. Craveta. conſ. 197. num. 2. & 3. vol. 2. Decius in conſ. 445. num. 197. VVeſenbecius conſ. 50. num. 7. 8. & ſeqq. parte 1. pòſt Tiraquellum in retractu lignagier. §. 1. gloſſ. 7. num. 44. cum ſeqq uſq. ad num. 50.* argumento, quod de beneficiis clericorum ſcriptum relinquitur: pro ære alieno clericorum, non in ipſum beneficium, ſed in reditus ejus executionem intentandam eſſe. *gloſſ. c. pervenit. & ibi Panor. num. 12. & But. 6. extra de fidejuſſ.* & alibi habetur: quantumvis ſpiritualia, quò ad ſui ſubſtantiam, alienari nequeunt. *c. querelam. c. conſulere. extra de ſimonia*: tamen ſecus eſt in eorundem fructibus. *c. veſtra. extra locati.* Cumque feuda ipſa quoque dicantur beneficia, *c. 1. §. 1. in quibus cauſ. feud. amitt.* ideò mirum non eſt, licet in feudalia non procedat executio: fructus tamen in feudo natos in vim judicati pignorari, maximè quatenùs à ſolo ſeparati ſunt, quo caſu mobilium jure, à quibus executionis ordo incipi debet, cenſentur. *l. à divo Pio. 15. §. in venditione. 2. de re jud.* Unde & in generali obligatione bonorum, veniunt ſaltem fructus feudales percepti. *ſecundùm Ioh. Franciſ Ripam in l. obligatione generali 6. num. 37.*
de pig. cùm non ſint, ampliùs in ſolo ſtan- 290
tes, *d. l. fructus pendentes. 44. à contrario ſenſu, de rei vindic.* Et hinc eſt, quod docuit Camerarius, tales fructus recollectos, & reſectus à ſolo, eſſe burgenſaticos. *Camer. in repetit. c. imperialem. mihi fol. 121. verſic. prima igitur concluſio. de prohib. feud. alien. pòſt Andr. de Iſer. in c. 1 §. ſi quis verò num. 12. de pace ten. & ejus viol.* & quòd inter allodialia computentur, latè probat D. Hartmannus Piſtoris in ſuis quæſtion. *qu. 24. num. 38. parte 1. & antè eum ita tenuit Curtius de feudis parte 3. num 47. pòſt Baldum in conſ. 38. incip. ad evidentiam. vol. 1. per textum optimum in c. 1. an agnatus vel filius.*
Idemque juris eſt in fructibus feudi nun- 291
dum perceptis, ſed in futurum percipiendis, quos vocamus commoditates feudales, ſive enim conventio præceſſerit inter contrahentes, quòd poſt moram creditori licitum ſit ingredi & acquirere poſſeſſionem feudi, ad eum finem, ut ingreſſus tàm diù fructibus & commoditatibus feudalibus utatur, donec ipſi ſatis fiat de credito, ſive aliter ex ſtatuto tribuatur executio inſtrumentis liquidis, aut etiam ex judicato contra debitorem moroſum intendatur exactio, nihil prohibet, executionem fieri, quò ad commoditatem utendi fruendi, circa fructus agrorum, juriſdictiones, & alios reditus, etiam in bona feudalia. *Ripa in d. l. obligatione generali, num. 37. ac ſequitur Maranta de ord. judic. part. 6. rub. de execut. quæſt. ultima. num. 49. & Alex. in l. commodis. 40. num. 3. ff. de re jud. Bar. in l. ſi finita. 15. §. ſi de vectigalibus. num. 4. de dam. infec. Iaſ. in l. pro harede. 20. §. ſi quid tamen. 1. num. 17. de acquir. har. Bal. in l. voluntas. 4. num. 6. C. de fideicom. Andreas de Iſernia in c. 1 §. quid ergo num. 4. & Alvaro. 3. de inveſtit. de re alie. fac. Curtius in tract. feudali parte 4. ſexta quæſt principali. num 95. pòſt Ioannem Fabrum in §. item Serviana. num. 31. Inſtit. de actio.* Ac, quòd ſaltem in ſubſidium, deficientibus videlicet aliis bonis, mitti poſſit creditor in poſſeſſionem feudalium, ut deinceps miſſus feudi reditus & fructus percipiat, probat etiam Gailius *obſer. 127. n 2. lib. 1.* per illud vulga-
tum: quæ plenè acquiri nequeunt, ſaltem 292

quò ad commoditatem acquiri poſſunt. *Bal. in l. cùm oportet. 6. num. 18. C. de bon. quæ liber. per l. neceſſario. 8. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. fin §. uſumfructum. C. de uſufr.* [Illa autem immiſſio & executio, tamdiu effectum habet, quandiu durat jus vaſalli, nam nihil juris quoad feudum in ipſum creditorem transfertur: unde vaſallo debitore mortuo, tametſi ex fructibus perceptis creditori plenè non ſit ſatisfactum, feudum iterum ad dominum, vel agnatus, pro ſui natura redit, quibus vaſallus debitor præjudicare
293 non potuit.] Imò, quòd vaſallo, ex cauſa neceſſaria, puta urgentis æris alieni, licitum ſit vendere, vel quoquo mudo alienare fructus ſeu commoditates rei feudalis, etiam pru toto tempore, quo feudum apud ipſum eſt permanſurum, abſque requiſitione vel conſenſu domini, *teſtatur Iaſ. in l. filiusfam. 114. §. divi. 14. in 2. lectura, num. 22. 83. & 34. ff. de legat. 1. &*
294 *Natta conſ. 573. num. 5. vol. 3.* Cum non dicatur feudum alienare, qui reditus vel fructus ejus alienat. *l. in ædibus. 9. §. 1. de donat.* ubi in conſideratione donationis, an ſit immodica, & inſinuatione egeat, conſideratur ipſa ſubſtantia, huc eſt, valor fundi donati, exiſtens tempore dunationis, non autem habetur reſpectus ad fructus, poſt donationem perceptos, vel perceptibiles *ac facit l. pater filium. 33. in prin.*
295 *de leg. 3.* Et, quod executio in commoditates feudales rectè intendatur, maximè ex pacto executivo, & quod commoditates feudales ſint obligabiles, referunt Mart. Laudenſ. *in c. 1. §. 1. & §. quid erga. num. 12. tu f. de inveſt. de re alien. fac. Bal. in c. 1. §. aut ſi libellaria num. 3. verſ. ſed commoditates. quib. mod feud. amit. And. de Iſer. in c. imperialem, num. 15. ibidemq; Alvarot. 13. de prohib. feud alien. per Feder. ac ſequitur Iſer. in c. 1 num. 12. an agnat. vel fil. Hartmannus Hartmanni in pract. obſer. tit. de feud abſer. 41. verſic. ſicut etiam vaſallus poteſt. Iulius Clarus in §. feudum. q. 31. num. 9. Paris de Put. de reditteg. feud. cap. 20. num. 20. & latiſſimè Tiraquellus de retract. lignagier. §. 1. gloſſ. 7. num. 47. & 48. Burchaldus deniq; in ſuis commentar. ad conſuet. feudales cap. 8. ſub rub. quomodo feud. amitt. num. 48. & iſta ſententia communis eſt, ſecundum Alex. de Imala. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. num. 16. de dam.*
296 *infect.* Ita tamen, ut prior vaſallus paratus ſit præſtare nihilominùs ſervitia. *Bar. in d. §. ſi de vectigalibus. num. 5. & Alex. 26.* vel ſi is recuſet, expectet, quòd dominus ipſe ſatisfaciat creditori, & feudum ad ſe revocet, tanquam ſibi commiſſum, ob non præſtita ſervitia. *argum. c. 1. de nol. vaſ. qui contum. eſt.* Et ſic in priore caſu reperire 297
eſt duplex utile dominium, inferius & ſuperius. *Bal in ca cæterum. num. 13. extra de judic. allegat gloſſam, quam dicit ſubtilem in l. ex aſſe. 28. in verbo. me puta. ff. ad SC. Trebell. & in c. imperialem. §. illud. verbo. alium vaſallum de prohib. feud. alien. per Fed. quæ de videantur, quæ & ſuprà tanguntur num. 317.*
Nec obſtat huic concluſioni *c. in generali. ſi de feud. defun. fuerit cantrover.* cùm illud 298
intelligendum ſit de executione facienda in ipſam rem, vel ſubſtantiam, & utile dominium feudi, ad hoc ut domino invito obtrudatur etiam novus vaſallus: ſecùs eſt in commoditatibus & fructibus feudalibus. *Alex. in d. §. ſi de vectigalibus nu. 16. poſt Salic. in d. auth. & qui jurat. num. 46. & 47. C. de bon. auth. jud. poſſid.* Minùs, 299
movet, quòd ſervitus in feudo conſtitui nequit: quia iſtud verum eſt de ſervitute reali, quæ eſt durabilis in prædio ipſo feudali, & cum illo unere tranſit, *argumento l. debitarem 10. C. de pignor. l. res. 10. C. de remiſſ. pig. cum ſimilibus:* hanc enim feudatariis abſque conſenſu domini, & in ejus detrimentum, feudu imponere vetatur. *d. c. 1. §. quid ergo. de inveſt. de re alien. fac.* ſecùs in ſervitute perſonali, prout eſt uſusfructus, *l. 1. de ſervit.* Unde Laudenſis in quæſtione: an vaſallus obligatus ſuis creditoribus actione perſonali, poſſit fructus feudi deinceps proventuros, vendere vel obligare ad triginta annos? reſpondit: validum eſſe hunc contractum, cùm perſonalis obligatio non inferat alienationem rei. *Laudenſis in c. 1. §. donare. num. 6. qual. olim feud. pot. alien* nec ſequatur aut afficiat rem, *l. f ff. de contrahen. emt.* Re- 300
ſpondent & alio modo doctores, licet in effectu concurrat iſta ſolutio cum priore, quòd *c. 1. §. quid erga.* loquatur in tali conſtitutione ſervitutis, ex qua naſcitur fraus & præjudicium domino, in caſu apertionis feudi, ſicut fit in reali ſervitute, quæ ſemper comitatur rem, quocunque vadat. *Iaſ. in §. æquè. num. 19. Inſt. de act. per l. via conſtitui. 23. §. ſi fundus 2. & l. cum funda 36. ff. de ſer. ruſt præd.* quod non eſt in propoſito, ubi conceſſio uſusfructus perſonalis eſt, neque durat, niſi ad vitam concedentis, ſed cum ejus perſona extinguitur. *Iaſ. in d. §. æquè. n. 11 per l ſicut. 3 §. fin. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. cum l. non ſolùm 8. §. tale 3. de lib. legar.* & ſic nihil decedit domino, vel agnatis, ſive in vita, ſive poſt mortem uſufructuarii? Cùm priori caſu

dominus proprietatis non debeat ſeſe impedire, circà uſumfructum rei, dummodò ejus ſubſtantia uſufructuarius non abutatur. *l. 1. de uſufr.* Pòſt mortem autem ejuſdem, itidem non habent quod conquerantur, vel dominus, vel agnati, ad quos feudum eſt recaſurum, quia aperietur ipſis
301 liberum & absque omni onere: reſoluto enim jure datoris, reſulvitur jus acceptoris. *Curt. in tract. feud. 4. part. q. 14. num. 105. per l. lex vectigali. 31. ff. de pign. & c. 1. §. rurſus ſi de inveſt. feud. ſuer. contro. fortè voluit allegare c. 1. §. rurſus. ibi: qui ab eo acceperit, nullo jure adversùs dominum ſe tueri poterit. quib. mod. feud. amitt.* Neque enim potuit concedens diuturnius jus creditoribus in feudo conſtituere, quàm quod ipſe habebat. *Bal. in c. cæterum. num. 13. de judic. per c. Daybertum 1. quæſt. 7.*

302 Ultimò, pro coronide hujus materiæ, ponendo, quòd creditor in vita ſui debitoris, per viam factæ executionis conſecutus ſemel eſt jus utendi fruendi bonis feudalibus vaſalli, ſed priusquam ex feudi commoditatibus ſatisfiat crediteribus, moritur feudatarius, ita, ut feudum, vel domino vel ſimultaneè inveſtitis aperiatur, quæritur: quid juris de fructibus ultimi anni nondum recollectis, an debeantur creditori, an verò ſucceſſori feudali? *Differ. jur. civ. & Sax. 37 lib. 1. & lib. 2. par. 3 diff. 6. & par. 6. diff. 33. Zobel. diff 16 & 17. part 3. num. 4.* Breviter reſpondendo, concludendum, ſiquidem vaſallus deceſſerit inter Auguſtum & Martium, quocunque tempore iſtius intervalli, fructus ultimi anni adhuc in ſolo ſtantes, domino vel ſimultaneè inveſtitis, quibus feudum aperitur, deberi: ſin autem pòſt Kalendas Martii. uſque ad Auguſtum, fato ſuo vaſallus functus ſit, fructus pendentes ad creditorem de jure feudali pertinere, prout pertinuiſſent ad hæredes allodiales vaſalli, ſi in ejus bonis & poſſeſſione feudum tempore mortis extitiſſet. *c. 1. §. his conſequenter. hic finitur lex. juncto c. 1. verſ. ſed in fructib. an agna. vel fil. quæ ſententia & Tiraquello placet de retract. conven. §. 5. gloſſ. 4. num. 3. eamq; probat D. Hartmannus Piſtoris quæſt. 24. num. 39. 43. & 50. parte 1 ubi addit, illam opinionem communem eſſe. eandemq; tenuerunt Pet. Iacobi in ſua practica, ſub forma libelli de condict. ex morib. num. 5. Idem in forma libelli ad revocationem feudi, verb. nec ſuperſtitibus. num. 16. Borcholdus in ſuis commentariis ad conſuet. feud. cap. 7. ſub tit. quomodo feud acquir. nu. 95. verſ. his cognitis, allegando ultrà præcitatas authoritates etiam VVurmſerum in practicis obſer. tit. de feudis. obſer. 26. & Covarruviam lib. 1. variarum reſol. cap. 15. num. 14.* [Eſt autem ita intelligenda hæc concluſio, ut complectatur omnes fructus pendentes, puta etiam eos, qui pòſt menſem Septemb. percipiuntur. Nec obſtat *tex. in d. §. his conſequenter*, quì ait, pòſt menſem Auguſti fructus ad dominum pertinere. Quoniam loquitur de menſe Auguſto anni ſequentis, nec alia ratione poteſt intelligi: cum annus in hac materia, ut probabiliter Alvaror. animadvertit, à Septembre incipiat, ut in quo prædium feudale cenſeri & coli ſoleat.] Secùs tamen eſt in terris 303
Saxoniæ, ubi in fructuum perceptione ſolùm habetur reſpectus ad id, an ex poſſeſſoris induſtria provenerint, ut ex tunc competant creditori, vel alteri bonæ fidei poſſeſſori, etiam ex feudo, propter videlicet adhibitam induſtriam & extremam culturam ultimi poſſidentis Landrecht *lib. 2. art. 58. §.* Des Mannes Saat. Quod non minus in feudalibus, quam & in allodialibus bonis locum habet, ſive fructus agrorum, ſive vinearum ſint, *teſtante additionatore in d. art. 58. lit. C. ac ſequitur D. Hartmannus Piſtor. d. q. 24. num. 73 & 74 per text.* Landrecht *lib. 3 art. 76. & 77.* Siquidem, prout agrorum raſtratio pòſt ſeminationem concludit ultimam culturam, ita, ut ab eo tempore in futurum fructus naſcituri debeantur poſſeſſori. *d. art. 76. ibi:* Stirbet die Fraw nach der Saat / wann die Ege das Land beſtrichen hot / die Saat iſt ihres Mannes: ſic circà vineas die Ruret quæ ſequitur ligam racemorum, & contingit demùm circa menſem Julium, concludit labores vinearum, ad hoc, ut exinde debeantur uvæ iis, qui vineam coluerunt. *Ioh. Schneidum. in §. is verò. num. 3. Inſt. de rerum diviſ.* Idque quotidiè ita in his Thuringiæ provinciis practicatur. Licet Hartman. Piſtor. velit haberi reſpectum ad diem Urbani, circa fructus vindemiarum demeritos. *Piſtor. d. q. 24. num. 85. & 93. per art. 58. lib 2.* propter verba ibi: An S. Vrbans Tage iſt der Weingarten zehend verdienet. & §. Das rede ich darumb. *verb.* Geſchicht ſie biß auff S. Vrbans Tag: tamen illud fortè procedit in locis, ubi paucioribus operis concluduntur labores vinearum: ſecùs eſt in provinciis Thuringiæ, ubi nimirum tempus der Ruren ex longo intervallo ſequitur feſtum Urbani per ſex ſcilicet hebdomadas, aut circiter. Unde ſequitur, in quantum ultima cultura, qua de præmiſſum fuit, agris vel vineis non ſit adhibita, præteritæ operæ poſſeſſuris, qualeſcunque ſunt, quò

ad lucrum fructuum, apud nos non ha-
304 bentur in aliqua conſideratione, ſed de-
bentur fructus naſcituri ſucceſſoribus
feudalibus, vel aliis hæredibus defuncti.
gl. ultima. Lehenrecht. *cap. 6. verſ.* Aber die
Früchte: ita tamen, ut pro operis ejus an-
ni hactenùs impenſis in agros vel vineas,
condigna æſtimatio præſtetur iis, eorum-
ve hæredibus, qui fundos excoluerunt,
cùm fructus non debeantur, niſi deductis
antè omnia impenſis, quærendurum con-
ſervandorumve eorum gratia factis. *l. ſi à
domino. 36. §. fine de petit. hæred. l. Fructus. 7.
§. impendi. 16. ſol. mat. cum l. f. de oper. lib.*
adeò, quia, quicquid impendii factum eſt
in agro, id omne fructus agri ipſo jure di-
minuit. *l. quod in fructus. 46. de uſur.* & ali-
bi ſcriptum reliquit Julianus, quòd nullus
caſus interveniri poſſit, qui huc genus de-
ductionis impenſarum impediat. *l. fundus
qui dotis. 51. famil. herciſ. l. fructus. 7. ſol. mat.
qua de re latè Tiraquellus de retract. lignagier.
gloſſ. 1. num. 1. & 2.* & huic ſententiæ ſuf-
fragatur itidem gloſſa Lehenrecht *cap. 57.* in
verbis: Jener muß jhme das Gut reumen/
Er ſoll aber jenem ſeine Arbeit gelten/ vnd ſei-
nen Samen wieder geben/ vnd denſelbigen
alſo abweiſen mit deme/ was er darauff ge-
305 wandt hat. Cum qua tamen ſententia
planè ex diametro pugnare videtur jus
Saxonicum *lib. 2. art. 58.* ubi innuitur, ſic-
ut dominus antè pubertatem ſui vaſalli
tutelam ejus gerit, omneſque fructus per-
ceptos antè annos pubertatis ſuos facit.
Lehenrecht. *cap. 26. §.* Der Herr iſt ja immer
des Kindes Vormund / vnd ſoll die Gülden
des Lehens / ſo er vnter jhm hat / einnemen/
biß das Kind zu Jahren kömmet: ita, poſt-
quam feudatarius evaſerit annos puber-
taris, recipit ſata, adhuc in ſolo ſtantia,
abſque eo, quòd domino ſumtus opera-
rum ſuarum refundere teneatur. Sicut & è
contrà, quando moritur vaſallus, & feu-
dum aperitur domino, is non tantùm
feudum, ſed etiam fructus ibi pendentes
lucratur, neque cogitur hæredibus vaſalli
pro ſuis laboribus & operis præſtare æſti-
mationem, vel impendia reddere, *allega-
to art. 58.* Sed reſpondetur: per contra-
tium uſum eſſe receſſum à tota illa diſpo-
306 ſitione juris Saxonici. Neque enim ho-
diè dominus feudi magis, quam alius qui-
cunque tutor durante pubertate pupilli,
fructus feudi ſuos facit, ſed tenetur actio-
ne tutelæ de fructibus totius temporis,
donec ejus adminiſtratio duravit, pupillo
rationem reddere, non aliter atque de al-

Differ. jur. civ. & Sax. 15. lib. 1. in Zobel. 12. part. 2. n. 3. & 8.

lodialibus bonis fieri ſolet, quod & in-
nuit Zobel. *in ſuis addit. ad dictum art. 58.
litera D.* & ita fuit reſponſum de jure in
cauſa cujuſdam nobilis GA. à W. contrà
ejus tutorem & dominum feudi C. à. G.
comitem anno 1561, Cujus diſpoſitio-
nis, aut conſuetudinis Saxonicæ ratio for-
ſan fuit, quòd olim feuda tantùm erant
beneficia gratuita, pro ſtrenuè navatis do-
mino operis & ſervitiis, collata militibus.
*c. 1. §. beneficium. quibus mod. feud. amit. c. jus
militare. diſt. 1.* neque enim interveniebat
pecuniæ, ſed gratis, ex honore & amore
domini concedebantur. *c. 1. de feud. dato
in vicem legis commiſ. ac notatur in prologo.*
Lehenrecht §. Dann worumb. *& gloſ.* Lehen-
recht *c. 2.* ideò plùs juris olim obtinebant
domini in feudis, quàm hodiè, ubi pleraſ- 307
que fermè feuda ſunt emtitia, quæ quaſi à
novis hominibus, prout unus altero di-
tior, aut domino acceptabilior eſt, poſſi-
dentur, ab iiſque ad hæredes maſculos
tranſeunt. Minùs repugnat, quòd alibi
habetur in jure noſtro provinciali, mor-
tuo vaſallo, ædificia poſita in feudo cen-
ſuali, tranſire ad dominum abſque refu-
ſione impendiorum, quatenùs defunctus
ea non contulerit uxori. Landr. *lib. 2. art.
21. §.* Der Zinßmann. quia reſpondetur:
textum germanicum corruptum & defe-
ctuoſum eſſe, ſiquidem in vetuſtioribus
exemplaribus latinæ verſionis aliter legi-
tur, quòd videlicet ædificia tùm demum
cedant domino, quando homo militaris
abſque hærede deceſſerit. Quod idem
etiam eſt de jure communi, cùm iſto caſu
habeantur ejus bona pro vacantibus, quæ
jure fiſcali deferuntur domino vel ſupe-
riori. *l. 1. C. de bonis vacantibus. lib. 10. l. 1. §.
divus. 2. & §. bona. 1. ff de jure fiſ.* ac, quòd
iſte ſit verus intellectus literæ, patet ex
gloſſa *ibi num. 3.* ubi addit rationem, Dann
alle Dorffgebewde ſeind Erbe/ es ſey der Zinß-
mann von Ritters Art / oder nicht. ac facit
art. *53. lib. 2. in p.* ubi probatur: quicquid
cenſitus in prædio cenſuali ædificat, id o-
mne recedenti, ſicut & hæredibus ejus
provincialibus, Den Landerben / tollere
vel vendere licet. Weichb. *art. 62 juncto
art. 67. ibi:* Sie mögen wol ſein Gebewde ver-
kauffen. Pro quo & illud movet, quod 308
ſtatutum in dubio debet intelligi & re-
ſtringi ſecundùm jus commune, maximè
quando aliàs quis indebitè damnum pate-
retur. *gloſſ. ſingularis in l. f. § in computa-
tione. C. de jur. delib. ac notat Everhardus in
topicis, loco à vi geminationis, num. 5.* ſicut in

Differ. jur. civ. & Sax. 36. lib. 1. & 23 lib. 2. part. 3. in Zobel 19. part. 3.

propoſito

propoſito noſtro iniquum & juri naturali contrarium foret, dominum locupletari ex ædificiis & laboribus defuncti cum jactura hæredum, *l. nam hoc natura. 14. ff. de condict. indeb.* Quòd autem in feudis per generationem finitam, aut aliter, ſine tamen culpa vaſalli, domino apertis, de jure communi feudorum melioramenta, pro venientia ex induſtria vaſalli, ipſi & hæredibus ejus reſtitui, aut ſaltem æſtimatio ipſorum præſtari debeat, habetur textus clarus *in c. 1. §. vaſallus. hic finitur lex. ibidemque Baldus num. 3. & 4. item Alvarotus in c. 1. §. ſi quis de manſo num. 5. de controver. inveſtit.* quo de videatur latiùs Julius Clarus
309 *in §. feudum. quæſt. 88. num. 1.* Et, quicquid ſit de jure Saxonico, ſaltem in practica iſtud obſervatur, quòd creditores, item alii bonæ fidei poſſeſſores, eorumve hæredes, circa reſtitutionem rerum feudalium, dominis vel aliis ſucceſſoribus feudalibus fiendam, eatenùs gaudent beneficio retentionis in bonis poſſeſſis, donec ipſis reſtituantur expenſæ ſaltem neceſſariæ, tam in rem ipſam, quàm etiam in perceptionem fructuum ultimi anni erogatæ, ſecundùm tamen diſtinctionem juris Saxonici ſupra traditam: adeò, ut dominus aut agnati, quibus aperitur, allodialibus vel provincialibus, vulgò den Landerben/ impenſas, & operarum æſtimationem pro cultura poſterioris anni, præſtent, ſecundùm arbitrium boni viri. Et ita crebrò memini, non tantùm in hoc noſtro, ſed & in aliis Saxoniæ dicaſteriis, de jure reſponſum fuiſſe.

310 De fructibus tamen naturalibus, qui regulariter, abſque magna cultura, vel induſtria poſſeſſoris, acquiruntur, prout ſunt poma, pyra, ceraſa, meſpila, & ſimiles pomariorum fructus, quando quæritur: an, ſicut marito licet executivè, vel propria authoritate, occupare & invadere fructus, ſua induſtria & cultura partos, & adhuc ſtantes ac pendentes in fundo, cujus proprietas ſpectabat ad ipſius uxorem: ita idem ſtatuendum ſit etiam de fructibus, in horto mulieris nondum ab arbore decerptis? Et iſto caſu tenenda eſt regula. Landrecht. *lib. 2. art. 58. §.* An S. Urbans Tage. quòd nimirùm circa acquiſitionem illorum fructuum conſiderandum eſt, an verus poſſeſſor illos hortos tenuerit uſque ad diem S. Urbani, ut tunc, ſive jam percepti, ſive adhuc ex ramis pendentes ſint, ipſi ſoli, ejusque hæredibus, non autem novo ſucceſſori, puta domino vel agnatis, debeantur. Etſi verò 311
de fœno, graminibus, lignis, quæ in pratis & nemoribus annuatim creſcunt, ex quo iſti fructus planè ſua ſponte ex vi naturæ magis, quam ex aliquo facto hominis proveniunt, D. Hartmannus Piſtoris. *in d. quæſt. 24. num. 85. & 93. parte 1.* reſpondet, ea omnia ad novum ſucceſſorem pertinere, allegando ad hoc d. art. 58.
§. Er mag auch nicht des Kindes Holtz. ubi 312
habetur, quòd tutori, poſt pubertatem pupilli, neque gramina, neque ligna, ſecare permittatur, innuens nimirùm, illa omnia non veteri, ſed novo poſſeſſori vel ſucceſſori deberi: tamen, quia ſuperiùs *num. 306.* oſtenſum fuit, iſti legi Saxonicæ, cujus beneficio tutor & tutelam vaſalli impuberis gerebat, & fructus in ejus feudo natos ac perceptos ipſe lucrabatur, hodie per contrariam conſuetudinem 313
derogatum eſſe, de quo ad quotidianam practicam ſedium ſcabinalium me refero, ideò illa, tanquam lex correcta & antiquata, pro deciſione præſentis controverſiæ fruſtra allegatur, *per ea, quæ tradit Bar. poſt gloſſam in l. fin. num. 3. circà tertiũ membrum diſtinctionis, in fine ff. de falſ. & l. 1. num. 4. poſt gloſſ. ibi. de conjung. cum emancipato lib. ac latè Felinus in c. fraternitatis num. 2. extra de hæreticis.* & alibi Baldus tradit, ſublata lege, ſublatas etiam intelligi gloſſas & interpretationes ejus. *Bal. in l. fin. num. 13. C. de edicto D. Adr. toll.* Accedit, quòd *d. art. 58. §.* Er mag auch. loquitur in caſu ſpecialiſſimo, *ſicut ſuprà tetigimus num. 306.* in domino videlicet feudi, quia circà inveſtituram ſaltem ſibi reſervavit jus directi dominii in re feudali. *l. 1. ff. ſi ager vectig. vel emphy. pet.* adeoque non niſi utile dominium tranſtulit in accipientem. *c. 1. §. hujus autem generis ibi: proprietas rei beneficiatæ penes tandem remanet in quib. cauſis feud. amit.* Unde, quia maritus & ſimiles perſonæ, in bonis mulierũ & aliis, ſimile jus non habent, ideò diſpoſitio *dicti.* §. ad alias perſonas extendi non debet, *argumento l. jus ſingulare. 16 ff de LL. l1, in fine. ff de conſtitution. c. privilegium. extra de reg. jur. in 6.* Neque ſanè video, quo 314
pacto hi fructus debeant cenſeri diverſo jure à fructibus pomarii, ſi enim objiciatur, hortos aliquam culturam & factum hominis ſimul requirere, puta, quod præcidantur arborib. inutiles rami, fodiantur ſcrobes ꝑ irrigandis radicib. reſpõdeo, iſta omnia requiri etiam in pratis, ad quę nonnunquam rivuli aquarum ducendi ſunt,

pro humectatione ſuli in ſalictis ſuperflui rami ſunt putandi,& alia ſimilia expedienda bono patrifamiliàs,qui fructus uberes ex pratis vel lignis expectare intendit. Quod & alia ratione probo ex d. §. An S. Urbans Tage. ubi dicitur: Der Baumgarten Zehende ſey verdienet an S. Urbans Tage. ita arguendo: ſi decimas pomariorum lucratur maritus, aut vetus poſſeſſor, nihil erit diverſum etiam in aliis fructibus, puta fœni, lignorum, graminum, & ſimilium, quæ in pomariis habentur,cum decimæ ſint pars fructuum, quæ ex rebus ſoli, præſertim Eccleſiæ debentur. *c. cùm homines. extra de decimis.* cùm quod de toto, quò ad totum ſtatuitur, idem de parte, quò ad partem, ſtatuendum veniat. *l. quæ de tota 76. ff. de rei vendic.* [*l. in ratione 11. §. 2. ff. ad l. Falcid. l. ſi duo 52 ff. de admin. tut. l. ſi ſervus ejus. 82. ff. de adquir. hæred. l. ſurugentium. 7. §. adeò. 6 ff. de pact.*] *& l. tres tutores. 55. ubi notat Bar. de adminiſt. tut. & Everhardus in topicis, loco, à*
315 *toto ad partem num. 5.* Et ita per has provincias Thuringiæ ſemper pronunciavimus, adjudicando maritis fructus etiam hortorum & pratorum, ſi ipſorum conjuges uſque ad diem S. Urbani fuerunt ſuperſtites: licet in Electoratu Saxoniæ diverſum pronuncietur, ob novellam 32. partis tertiæ.

316 De piſcibus etiam in piſcinam pro fructificatione conjectis, cùm & hi in fructu eſſe dicantur, ambigi ſolet, an, mortuo vaſallo, in cujus feuda, pro executione debiti liquidi, creditores vel jam miſſi ſunt, vel mitti ſperantur, tales piſces debeantur hæreditati, an verò ad dominum feudi, vel ſucceſſores feudales pertineant, cùm adhuc in fundo feudali hæreant? quod videbatur, *argumento l. fructus pendentes 44. ff. de rei vendic.* Ego pòſt mortem Comitis Gunteri à Schuartzburg, laudabilis recordationis, de facto conſultus per dominos fratres, non obſtantibos, quæ tradunt Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. in §. 2. gl. penul. num. 4.* & Zaſius in epitome feudali *parte 4. pòſt princ.* contrarium reſpondi, piſces nimirum, quantumcunque in fundo feudali adhuc ſtantes, hæredibus deberi, non autem agnatis, per tex. clarum *in l. Lines & labra. 25. verſ. piſces autem de act. emti.* obi habetur: piſces, exiſtentes in piſcina neque ædium, neque fundi eſſe. Accedebat & illud, quòd narrabatur per conſulentes, à tempore injectionis piſcium, exactum fuiſſe triennium ſub mortem præmemorati Comitis, ita, ut piſcinæ, prout noſtri loquuntur, fuerint piſcabiles, & ſic pro recollectis habeantur fructus de proximo recolligendi, *argumento l. penul. ff. de mil. teſtam.* Et ita in ſimili caſu reſpondimus filiabus C. ab Ermansgrun, anno 1578. Et iſtam diſtinctionem, an inſtet tempus piſcationis, nec ne, longa conſuetudine per terras Saxoniæ approbatam eſſe, teſtatur etiam Hartmannus Piſtoris *d. quæſt. 24. num. 66. 67. & 69. parte 1.* licet olim indiſtinctè fuerit pronunciatum, quod piſces in piſcinas multiplicationis gratia immiſſi ad hæredes allodiales pertineant, prout videre eſt ex reſponſo Scabinorum Lipſenſium, addito Weichbilder. ſub tit: Ob die Fiſche in Teichen. ibi: Die Fiſche folgen des Rittermeſſigen Mannes Erben.

Quia verò ſermo nobis eſt de exe- 317
cutione in bona feudalia, vel eorum fructus, pro ære alieno vaſalli, in quo tenetur ſuis creditoribus, non immeritò dubitatur, quis ſit judex competens, & coràm quo parata executio in commoditates feudales peti debeat? Licet autem illud ſit abſolutum, cognitionem feudi regulariter ad dominum ſpectare, juxta illud Gunteri:

Differ. jur. civ. & Sax. 15. 35. 38. par. 3 lib. 1. In Zobelis par. 1. per totum. Conſtit. Elect. 37 par. 4.

Inter vaſallos unius fortè patroni,
Quæſtio de feudo quoties agitatur, eodem,
Quo feudi domino gaudent, hoc judice c[...]
tent.

quem allegat in propoſito Borcholdus *in ſuis comment. ad uſus feud. cap. 10. num. 1. & 17.* Dominus enim, reſpectu cauſæ concernentis feudum, dicitur habere juriſdictionem ordinariam, *ſecundùm gloſſ. c. imperialem §. præterea ſi inter duos. verb. duos. de probib. feud. alien. per Federicum ac ſequitur Panormitan. in c. cæterum. num. 3. extrà de jud. & in c. verum. & c. novit. de foro compet. ac concordat c. 1. apud quem vel quos contro. feud. defin. c. 1. §. ſi autem inter pares. verſ ſed cùm unum producunt inveſtitorem. & ibi Bal. de lege Corradi. cum. c. 1. de inveſt. de re alie. fac. Ferrar. in ſua pract. forma libelli per revoc. feud verb. nec ſuperſtibus. num. 28.* Unde Anto. de Butr. infert: ad hoc, ut includatur juriſdictio domini reſpectu feudi, ſufficit litigatores allegare, ſe titulum vel poſſeſſionem habere a domino.
Butrienſis in d. c. cæterum. num. 3. & 7. Quod 318
ampliatur,

ampliatur, ſive controverſia de feudo cō-
cernat petitorium, ſive poſſeſſorium, ſe-
cundùm communem opinionem feudi-
ſtarum, *de qua atteſtatur Borchold. in prætitato loco. num. 18. poſt Curtium in tract. feud. parte 7. qu. 1. num. 23.* & ante eos hanc
communem aſſervit Barbatia *in c. cæterum. num. 55. extra de judic. & Dec. ibid. nu.*
319 *19.* Quod ſi verò lis non tangat ipſum
feudum, vel ejus naturam, puta, ſi inju-
riarum, vel pro debito pecuniario con-
veniatur vaſallus, coram ordinario loci
agendum. *Butrienſ. in d. c. cæterum. num. 8. & 9. Innoc. 3. Fel. 14.* ideoque ibidem
Panor. tradit regulam quaſi generalem:
Quandocunque quæſtiò non tangit feu-
dum, vel naturam feudi, nec agitur ex le-
gibus feudorum, ſed ex injuriis, forſan
illaris in feudo, vel aliter vertitur quæſtio
civilis aut criminalis, tunc dominus non
judicat, ſecundum omnes, cùm lex reſtrin-
gat domini juriſdictionem ſolùm ad li-
tem ſuper ipſo feudo. *Panor. in d. c. cæterum. num. 13. verſ. ſi verò eſt quæſtio inter vaſallum. per d. c. imperialem. §. præterea. ubi idem tenet etiam Matthæus de Afflict. num. 3. verſ. ſed propter.* Et Innoc. *in d. c. cæterum.*
320 *num. 4.* fatetur: ſi inter vaſallos, aut va-
ſallum & extraneum, agatur actione ali-
qua perſonali, quæ non ſit de jure feudali,
ſed fortè pignoratitia, depoſiti, vel ſimili
judicio, ordinarius iſto caſu judex erit.
Eodemque in loco tradit And. de Barbat.
Quod in dubio, quandò videlicet ambigi-
tur, an cauſa ſit feudalis, ſemper recurri-
tur ad ordinarium. *Barbatia d. c. cæterum. num. 55. per l. nemo. 4. C de jurid. om. jud.*
& hæc ſententia communis eſt, *ſecundùm Curtium de feudis parte 7. q. 1. princ. num. 9.*
Et alibi Jacobinus ſcriptum reliquit:
Quando quæſtio non tangit ſubſtantiam
feudi, ſed aliquam extraneam & acciden-
talem cauſam, iſto caſu cognitionem ſpe-
ctare ad ordinarium ſuperiorem. *Iacobinus*
321 *de feud. verb. & dicti vaſalli. num. 4.* Unde
etiam Menochius concludit, non niſi du-
as cauſas concernere naturam feudi, ita, ut
earum cognitio ad dominum feudi perti-
neat, puta conſtitutionem & conſerva-
tionem, item privationem feudi, & alia-
rum litium omnium dijudicationem ſpe-
ctare ad ordinarium. *Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. num. 422.* Et in ſpecie, quòd
executio in bona feudalia, ratione æris
alieni per feudatarium contracti, non
pertineat ad dominum feudi, ſed ad ordi-
narium loci vel territorii, firmat late D.
Hartman. Piſt. *in ſuis quæſt. reſponſo. 15. nu. 29. parte 1.* Quæ ſententia vera eſt, niſi 322
idem dominus feudi haberet unà cum
feudo infeudatam ejus loci etiam juriſdi-
ctionem, tunc enim dominus feudi de
quacunque cauſa & lite, mora adverſus
vaſallum ſuum, ſive ſit feudalis, ſive non,
ſemper cognoſcet, non quidem jure do-
minii, ſed ordinario jure. *Innoc. in c. cæterùm. num. 4. verb. quòd ſi juriſdictio ſit infeudata & ibi Panor. num. 13. verſ. ſi verò eſt quæſtio. verb.* niſi, ſecundum Innocentium,
eſſe ſibi infeudata juriſdictio, *ibidemq́; Felinus num. 8. & And. de Barbat. num. 66.* ideo
Anton. de Butr. *num. 9. ibidem* refert:
Multos Comites, & Barones, non ſolùm
infeudari de bonis feudalibus, ſed etiam
de omnimoda juriſdictione, in loco bo-
norum feudalium. Quò caſu, benè co-
gnoſcit dominus feudi, ſecundùm eum,
de omnibus cauſis, etiam non feudalibus,
non quidem ratione feudi, ſed ratione ju-
riſdictionis infeudatæ, ſive hanc juriſdi-
ctionem dicti Comites vel Barones, Epi-
ſcopi, Abbates, vel quicunque alii, habe-
ant infeudatam ab ordinario loci, ſive ab
Imperatore, vel aliis ſuperioribus. *Egid. de Bellamera in d. c. cæterum. num. 9. & 10. & Curtius de feudis d. parte 7. quæſt. 1. num. 9. in f.* ac concordat Matthæus de Afflict. *in cap. imperialem. §. præterea ſi inter. num. 19 & ibi* Andr. de Isernia, *num. 39. in fine. & num. 40. de prohib. feud. alien. per Fed.* ubi ponit 323
formam conceſſionis, ad quam ſolent in-
feudari vaſalli etiã de juriſdictione, puta:

Concedimus tibi in feudum hoc caſtrum, cum omnibus pertinentiis, juribus, & juriſdictionibus.

Sicut hodiè plærumque idem fieri ſolet
per illa verba: Wir bekennen unſern lieben
Getrewen N. N. das Gut N. zu rechtem
Manlehen mit allen ſeinen Zugehörungen
und Gerichten/ oberſt und niederſt: Quo ca-
ſu intelligitur regulariter juriſdictio feu-
datario collata privativè, *ſecundùm ea, quæ in hac parte 2. noſtri operis cap. 1. n. 145. & 146. cum ſeqq. latiùs exegimus*: adeò quia Ordi-
narius territorii, iſto caſu, nequaquam ſe-
ſe debet impedire circa executionem pro
debito pecuniario in bona feudalia alicu-
jus mediati vaſalli, ſed pertinet hujus cau-
ſæ cognitio & executio ad dominum feu-
di, non quidem, ut ſuprà crebrò tactum
eſt, ex

eſt, ex lege feudorum, ſed ex lege jurisdi-
ctionis ordinariæ, ipſi collatæ vel per or-
dinarium iſtius territorii, vel ſuperiorem,
qui eo in loco tribuere jurisdictionem
poteſt. *c. novit. extra de judic.* quam limita-
tionem etiam innuit D. Harr. Piſtoris *in
allegat. reſponſo 15. num. 33. parte 1.* & hæc
ſententia ipſa quoque communis eſt, &
communiter ab omnibus approbatur:
niſi fortaſſè dominus feudi in exhibenda
324 juſtitia ſit ceſſator & negligens: tunc
enim ejus exercitium devolvetur ad ſu-
periorem, ſive cauſa ſit feudalis, ſive non
feudalis, *per ea, quæ tradunt omnes Canoni-
ſtæ in d. c. cæterùm. & in d. c. verum. & c. ex
parte. extra de foro compet.* Quod ideò
hoc in loco trado, ex quo ſæpè videmus,
ſuperiores, ratione ſui territorii, extende-
re longas manus, & jurisdictionem ſua
ad loca inferiorum judicum, ubi extrà ca-
ſum denegatæ vel dilatæ juſticiæ, non
ipſis, ſed inferioribus competit jurisdi-
ctio, contra id, quod habetur *in d. c. novit
ille. c. ex tranſmiſſa. c. verum. ea. licet ex ſuſce-
pto. & c. ex tenore extrà de foro compet.* Quod
325 maximè verum eſt de Principibus & aliis,
qui feuda ſua recognoſcunt ab imperio,
& poſteà illa ſubfeudant Comitibus, vel
aliis, quo caſu, dominium & jurisdictio
directa remanent penes imperium, utilis
verò cum omni jurisdictione, tranſit in
ultimò accipientem. quo de videatur e-
legans conſilium in terminis Beroi, *quod
extat vol. 1. & eſt conſ. 74. incip. & ſi in cau-
ſa. num. 7. & 8. & idem Berous conſ. 76. incip.
etſi in hac tàm gravi. num. 6. eod. volum.* qua
de re mentionem etiam ſuprà fecimus
num. 296. & 297. Cogitent itaque omnes
illud vulgarum:

*Si ſua cuiq; damus, tunc nobis noſtra mane-
bunt.*

cùm ſcriptum ſit: Væ qui ſpolias, quia ſpo-
liaberis.

326 Subditi quoque alicujus domini vel
poteſtatis in ea cauſa ſunt, ut pro debitis
ſuorum ſuperiorum exigi non valeant.
Quantumvis enim Dux, Comes, vel Baro
forſan, accepto mutuo, ſe obligarint, in
caſu non exolutæ pecuniæ ad certum
tempus, ut creditoribus liberum ſit inva-
dere, areſtare, vel quoquo modo detinere
mutuatarium, ſive in perſona, ſive in re-
bus ſuis: tamen ad homines & res homi-
num iſtius ſuperioris hæc licentia non

extenditur, *l. nullum. 4. ibi poſſeſſionem pro
alterius debitis publicis aut privatis conveniri
prohibemus. C. de execut. & exact. lib. 12. l. hac
definitione. 12. C. de om. ag. deſer lib. 11 l. 1.
& per tot. C. ne fil. pro pat. l. 1. l. 2. & auth.
omninò. C. ne uxor pro mar.* cùm non tàm
legibus, quam æquitati naturali contra-
rium ſit, pro alienis debitis alios moleſta-
ri. *l. un. C. ut nullus ex vicar. lib. 11. c. 1. extra
de injur. & dam. dato.* Et alibi ſcriptum
reliquit Imperator: rationem non habe-
re, quod unus quidem ſit debitor, alius
autem pro eo exigatur. *auth. ut non fiant
pign. pro aliis, & ibi Angel. de Peruſ. num. 2. l.
providendum 23. C. de decur. lib. 10.* Quod 317
autem alia ſit perſona ſubditi, & alia do-
mini, geſtumque cum uno non liget ali-
um, ſatis probatur *in c. cùm ſuper. extra de re
judic.* ubi executio ſententiæ indubitatè
poterat fieri adverſus monaſterium Cellæ
novæ, non autem valebat in præjudicium
ſui ſuperioris, Epiſcopi videlicet Oneten-
ſis Eccleſiæ. Sicut enim homo hominis 318
mei non dicitur homo meus. *gloſſ fin. in
c. legitur. diſt. 81. Bal. in c. cùm dilecti. num. 6.
extra de dolo & contumac. ac facit l. Modeſti-
nus. 105. ff de verb. ſig. l ſi quis à liberis 5. §. ſi
& libertus. 21. de lib. agnoſ.* & ſocius ſocii
mei non dicitur ſocius meus. *l. nam ſocii.
20. pro ſoc.* ita ſub obligatione bonorum 319
debitoris non veniunt bona ſubjectorum,
adeò, ut ne quidem ſpecialiter bona ſuo-
rum ſubditorum quis oppignorare in
cauſam executionis poſſit, niſi ſpontaneus
ipſorum conſenſus interveniat. *l. conſenſu
2. de act. & oblig. §. ſi quis alium. Inſtit. de in-
util. ſtip.* cùm ſuperior nemini poſſit au-
ferre, quod non dedit. *Ioan. de Nevizan.* 330
*conſil. 73. num. 8. ac notat Bar. in l. conſtitu-
tione Digeſtorum, num. 5. per textum, quem
ipſe refert, eſſe meliorem de mundo in l. venditor.
13. §. ſi conſtat. 1. ibi: neq; privata neq; publi-
co nomine ff. communia præd.* Et, licet Im- 331
perator dicatur dominus totius mundi, *l.
deprecatio. 9. ad l. Rhod. de jactu. cum l benè à
Zenone. 3. C. de quadri præſcrip.* quod idem
etiam videtur dicendum de quolibet ma-
giſtratu, qui munitus eſt ſuprema jurisdi-
ctione, imò etiam de quolibet privato, 332
quòd is in ſuo territorio, vel domo, poſſit
dici Princeps & Rex. Panormitanus *in c.
venerabilem. num. 19. extra de elect. per l. duo
ſunt nomina. 23. quæſt. 4.* ubi æquiparan-
tur gubernatio Principis, regentis gentem
ſuam, & gubernatio privati, regentis fa-
miliam ſuam: tamen loquuntur contra-
ria, quò ad protectionem & univerſalem
juris-

334 juriſdictionem Imperatoris, cui quilibet ſubjectus obedire, etiam ex mandato Dei, tenetur. *c. qui reſiſtit. 11. q. 3. c. magnum. 22. q. 1. c. prodeſt. 23. q. 5.* juxta dictum Pauli ad Romanos *cap. 13.* Non autem eſt dominus rerum particularium, quæ dicuntur ſingulorum privatorum. *§. ſingulorum Inſtit. de rerum diviſ.* & ſic non poſſunt eſſe Principis, aut alterius inferioris poteſtatis, cùm dominium unius & ejusdem rei penes plures in ſolidum exiſtere nequeat. *l. ſi ut certo. 5. §. ſi duobus vehiculum 15. ff. commod. l. 3. §. ex contrario. 5. de*
335 *adquir. poſſ.* Præterea dominia rerum ſunt juris naturæ. *l. ex hoc jure de juſt. & jure,* conceſſa videlicet primò occupantib. eorumque hæredibus, aut ſucceſſoribus, qui ab ipſis cauſam habent. *l. quod enim. de acquir. dom.* & ſic non poſſunt nobis auferri per Principem, ſaltem ſine juſtis, ac per legem approbatis cauſis. *Felinus in c. quæ in Eccleſiarum. num. 26. & 49. ubi & alii Canoniſtæ tradunt. extra de conſtit & Bart. cum aliis Legiſtis in l. f. C. ſi contra jus vel util.*
336 *pub.* Imò, caſu quo Princeps vel reſpub. moverentur, etiam ex juſta cauſa, puta ob utilitatem publicam, ad auferendum res alicui privato: tamen tenetur dominus ad æquivalens, vel ad recompenſationem in ſufficienti pretio. *Bal. in l. 2. per illum tex. C. pro quibus cauſ. ſervi pro præm. liber. accip. ac facit l. Lucius. 11. ff. de evict. & melior. text. in l. quod ſemel. 5. de decret. ab ord. fac. Iaſ. in d. l fin. num. 3. per l. item ſi verberatum. 15. §. item ſi fortè. 2. quem legit Bar ſub §. ſi quis rem. in pr. & num. 1. de rei vindic. & idem Bar. & Ang. in l. Antiochienſium 37. de rebus auctor. ac latè Iaſ. in l. Barbarius 3. num. 36 37. 38. 39. & 40. cum ſeqq. de offic. prætor. Ang. de Aret. in l. f. col. 2. de appellat. recip. & in conſil. 136. incip. viſis omnibus ſtatutis & reformationibus. num. 5.* [Pertinet enim ad principem bonum curare, ne dilectionem proximi violet, aut juſtitiam offendat, nevè tempeſtatis potius, quam poteſtatis plenitudine utatur, *Zaſ. conſ. 10. n. 7.*
337 *vol. 2.*] Unde eſt, quòd tranſactio ducis belli cum hoſte, ut de damnis hinc inde datis poſterum nulla moveatur querela, non nocet ſubditis, quin ſuum ab invaſoribus per legitima media recuperare valeant. *Felinus in d. c. quæ in Eccleſiarum. num. 63.* niſi vel ſubditi collegialiter in hoc conſenſerint. *Hoſtienſ. in c. 1. extra de jurejur.* vel aliter pax ab hoſte haberi non poſſit: tunc enim ſuperior belli injurias ultrò citroque illatas, remittere poteſt, cùm cenſeatur in hoc ſubditorum negocium utiliter geſſiſſe. *Afflictus deciſ. 361. nu. 4. & 5. & in c. 1. §. ſimiliter poteſt num. 11. & 12. de capitan. qui cur. vend.* & hanc ſententiam communi calculo Doctorum approbari refert Gailius *in pract. obſer. 57. num. 1. lib. 2. allegat Iulium Clarum in pract. crim. §. fin. quæſt. 59.* ubi tamen de iſta pace, quam ſuperior pro communi neceſſitate impetrat, nihil habetur, benè verò eam communem tradit Decius *conſ. 520. num. 4. & 5.* Ac quòd pro delicto vel 338
culpa magiſtratus, illos tantùm, qui ſunt culpabiles, pignorari convenit ad alios autem innocentes, ſicut & ad ipſorum res, ultio tranſire non debet, decidit Jacobus de Belviſo *in auth. ut non fiant pignora. num. 2. quem ſequitur Bal. in auth. ſed omninò num. 2. C. ne uxor pro mar.* cùm pœna ſuos tenere debeat authores, non alios *l. ſancimus 22. C. de pœn. c. Romana. extra de ſent. excom. in 6. l. ſed & ex dolo 15. §. 1. verſ. ſed ſi quid. ff. de dolo*, ubi clarè dicitur: *municipes non teneri de dolo ſuorum adminiſtratorum, niſi quid ex dolo gubernatorum ad ipſos pervenerit, ac facit textus, in hac materia optimus, & à paucis ad propoſitum allegatus, in §. quoniam verò contingit. ibi: quilibet vindictam ſui criminis ſuſtineat, ejus autem homines & ſubjecti nullum inde damnum ſentiant. auth. ut nulli jud. lic. habe. loci ſerva. coll. 9.* Nec obſtat, quòd alibi concludit Bartolus, repræſalias non 339
tantùm afficere Magiſtratum, vel Principem ejus civitatis & provinciæ, quin pro denegata juſtitia per ſuperiorem, nihilominùs ipſius etiam ſubditos pignorare liceat, *per c. dominus noſter, 23. q. 2.* & propter delictum domini fertur ſententia excommunicationis in univerſitatem, *c. Romana. extra de ſent. excom. in 6.* quam ſententiam, tanquam de jure veriorem, amplectitur Bart. *in tract. repræſal q. 6 princip. num. 6. Bal. in d. auth. ſed omninò. num. 2. Iacob. de Canib. de repræſal. num. 25.* Siquidem 340
illud ſpeciale eſt, propter incertitudinem videlicet, & difficilem ſeparationem culpabilium ab inculpabilibus, *prout tradit Bart. ubi ſuprà num 6. & Iacob de Canib. num. 26. per l. uſufructuarium 62. §. ſi vivarii. 1. ff. de uſufruct. ac facit, quod notat Dynus in c. utile. extra de reg. jur. in 6. & l. 1 in princ. & §. 1. de magiſt. conven.* quo de videatur, quę attigimus etiã ſuprà hoc ipſo capite *n. 151.*

Quia

Quia verò in propoſito ex ipſo inſtrumẽ-
to ſatis liquidum eſt , quis contraxerit ,
adverſus eum ſolum , non autem contrà
ſubjectos ipſius, executio decernenda ve-
341 nit. Etſi verò alibi habetur , ad deten-
tionem alicujus ſufficere conſenſum ejus,
qui ipſum habet in poteſtate , licet ipſe-
met ſe non obligarit, *Bal. in l. 2. n. 9. C.
de pat. qui fil. diſtrax.* ; tamen illud de pote-
ſtate dominica, item patria , quam exer-
cent in liberos & ſervos, intelligendum
eſt , *qua de loquitur princ. & tot. tit. Inſt. de
his qui ſunt ſui jur.* Secùs eſt in poteſtate
dominorum, quam habent in ſubjectos ,
tanquam liberæ conditionis homines, cũ
ne Imperator quidem hoc facere poſſit,
quòd unus pro alio ſolvat ipſius æs alie-
num *l. reſcripta. 7. l. nec damnoſa. 3. & l.
quoties 2. C. de prec. Imper. offer.* Sicut nec
illud adverſatur, quod tradit Jaſ. *in præ-
ludiis feudorum. num. 55. pòſt Bal. in l. liber-
tis libertæq; 10. inf. C. de oper. libert.* quòd
vaſallus, idem ſubditi, & ſic liberi homi-
nes, poſſunt in cauſam pignoris accipi, pro
debito domini, *ſecundum Iaſ. in l. à divo
Pio 15. §. ſic quoque 8. num. 1. ff. de re jud.*
per textum *l. pro hærede. 20. §. ſi quid ta-
342 men inf. de acquir. hær.* ubi creditor poteſt
exigere operas etiam à liberto debitoris.
Quia reſpondetur, ſicut in debitorem de-
bitoris noſtri , ejusque res , quando nihil
aliud proprii habet obligatus, quod pigno-
rati poſſit, rectè manus injicitur, ad hoc ,
ut is creditori ſui creditoris deinceps ſol-
vat quod debet. *arg. d. l. à divo Pio. §. ſic
quoq; 8. ff. de re jud.* ita contrà vaſallum
vel ſubditum , pro perpetuo ſervitio vel
cenſu annuo, in quo obligatus eſt ſuo do-
mino, poteſt fieri executio, ad eum finem,
ut is deinceps creditori idem ſervitium ,
eundemque canonem annuum præſtet,
quem ſolviſſet domino. *Iaſ in d. l. à divo
Pio. 15. §. ſic quoq; 8. n. 1. limitat. 2.* quo caſu,
quia ſubditus nihil ſolvit de ſuo, ſed de ju-
ribus domini, nihil decedit executato, ut
quia pari conditione fiet obſtrictus credi-
tori, & non durius, ſicut erat apud ſuum
dominum . *Bal. in d. l. libertis libertæq; 10.
num. 40. & 41. C. de operis libert. pòſt gloſſ. d.
l. pro hærede. 20. §. ſi quid tamen. 1. ubi not.
Ioh. de Imol. & hanc ſolutionem innuit etiam
Iacobus de Can de repræſal. num. 26. fall. 4.*
Aliàs autem nequaquam compelluntur
ſubditi ſolvere æs alienum, vel debita do-
mini, *Bal. in l. 3. num. 1. ubi Salic. C. de act. &
oblig. per illum tex. ac facit c. un. §. licet va-
ſallus. ibi: vaſallus liberare fidem domini , pecu-
niam ſuam dando , non tenetur , quantumvis
ejus periculum viderit. ſi de feud. def. ſit conten.
inter. dom. & agn. ibidemq; Præpoſ. & Andr. de
Iſer. uterq; num. 3. quem textum allegat Ioh. de
Ana. conſ. 7. incip. viſis & ponderatis. Iaſ. in l.
ſi ex toto 8. num. 16. de leg. 1. & Ioan. Iacob.
Leonardus de Piſanſa in ſuo conſil. relato inter
conſilia Alberti Bruni conſ. 117. num. 60.* Quia, 343
ſecundùm eum , Principes debent eſſe
contenti ordinariis tributis & impoſitio-
ne onerum , nec debent ſubditos ultrà
gravare. *l. cùm ſatis. 23. §. 1. verſ. caveant.
C. de agric. & cenſit. lib. 11.* extra ordina-
riis nimirum cenſitationibus vel colle-
ctationibus, extrà cauſam neceſſitatis &
utilitatis publicæ, ſicut Cicero *lib. 2. Offi-
ciorum*, præclarè ſcriptum reliquit, dandam
eſſe proceribus operam , ne , quod apud
majores ſæpè fiebat, propter ærarii tenui-
tatem & aſſiduitatem bellorum, tributum
ſit conferendum : ſin verò neceſſitas ob-
venerit, dandam eſſe operam , ut omnes
intelligant, ſi ſalvi eſſe velint , neceſſitati
parendum eſſe, quod Juriſconſultus *in l.
2. §. exactis 3. verſ. pòſt deinde. de orig. jur.* vo-
cat, cenſum agere. Ac , quòd ſubditus
non obligetur pro debito domini, firmat
etiam Bart. Chaſſan. *conſ. 1. nu. 98. & Raph.
Cuman. conſ. 191. col. 5. & antè eos tenuit
Ioh. de Ardizone in ſumma feud. tit quibus mod.
feud. amit. in quæſt. an vaſallus teneatur egen-
tem dominum alimentare.* & hæc ſententia, 344
quòd vaſallus non teneatur ſolvere pro
domino , vel aliter dominum egentem
alimentare, communis eſt , teſte Alvaro-
to *in d. c. un. §. licet vaſallus. num. 7. ſi de feu-
do ſit conten. inter dom. & agnat* [Limitat ta-
men concluſionem prædictam , niſi feu-
dum conceſſum vaſallo eſſet magnum :
vel dominus omnia bona ſua dediſſet ipſi
vaſallo : vel dominus factus fuiſſet ege-
nus, facto vaſalli & culpa ſua ; puta pro
defendendo eum .] Et ſic manifeſtè pa- 345
tet, pro debito domini non eſſe executan-
dos ſubditos *l. 2. & 3. C. quando fiſco vel pri-
vat.* vel etiam civitatem domini: niſi unà
cum domino , vel pro eo , ſeſe executivè
obligaverit; quo caſu, tàm in bonis, quàm
in perſonis , ſecundum tenorem inſtru-
menti detineri poſſunt, ſive univerſi, ſive
ſinguli , non obſtante , quòd nulla probe-
tur in rem civitatis verſio, vel etiam, quòd
manifeſtè liquet, pecuniam ad Cameram
ſuperioris perveniſſe , & ex ipſius ærario
hactenus penſiones exolutas fuiſſe, ita, ut
nihil redierit ad utilitatem communem .
*Bar. in l. civitas 27. n. 2. & Iaſ. 31 Decius 4. & ibi
alii Dd. ſi cert. pet. per l. metum autem præſentem
9. §. animadvertendum 1. quod metus cauſa.*

Tenetur

Tenetur enim civitas agnoſcere ſuam bonam fidem, & ſolutionem facere creditori, propter ſigilli appoſitionem, cùm ſufficiat ipſorũ confeſſio de accepto mutuo, & cautio de reddendo, adeò, ut ex hoc civitas rectè exigatur, non autem is, ad quem porrò pecunia pervenit. *l. cum cui mutuam.* 13. *C. de act. & oblig. l. non adverſus* 15 *C. ſi cert. pet. l. cum à quo* 16. *C. de ſolut. l. ſi is* 8. *C. depoſiti. & l. his ſolis* 44. *ff. de condict. indeb.*
346 Quia intelligitur quaſi communicato conſilio, & re inter omnes bene deliberata, in talem contractum undequaq; conſenſum, dummodo adminiſtratores perpetui civitatem obligarint, per ea, quæ tradit Abbas *in c. dilectus.* 2. *num.* 13. *de ſimon.* ubi ſubjicit iſtam ſenten-
347 tiam communiter approbari. Secùs foret, ſi eſſent temporarii magiſtratus, qui fortè de uno ſemeſtri in alterum, vel de uno anno in alium mutantur, ubi civitas, apponendo etiam ſuum ſigillum, non aliter obligatur, niſi vel tota civitas, vel major pars civitatis, vel ſaltem totus ordo decurionum, vel major pars legitimè congregata, in iſtam obligationem pro domino conſenſerint, *per ea quæ paulò pòſt ſubjungemus num.* 349. *cum ſeqq.* Et ita reſponderunt de jure ſcabini Lipſenſes, contrà oppidum Helmſtet, quod ſe obligaverat pro ſuo Principe, tanquam principalis debitor, anno 1554. menſe Martio: & nos in lite vertente inter quendam Doctorem, & civitatem Alſlet, quæ ſeſe obligaverat pro quodam Comite, idem pronunciavimus in judicio curiali, anno 1575. Facit & alia ratio, quia, dato, quòd revera dictum mutuum fuit numeratum Principi vel Comiti, & non civitati: tamen eſt, quod ſibi imputet civitas, quare ſuſceperit in ſe alienam obligationem, & conſtituerit alterius debitum ex fiſco communis civitatis ſolvere, quo caſu ſaltem ex conſtituto tenetur. *l.* 1. *ac per totum. C. & ff. de conſt. pec.* Sed, an juvetur ſaltem beneficio *authenticæ præſente. C. de fidejuſſor.* non obſtante, quòd ſe conſtituerit principalem debitorem, ea de re videantur quæ in capite decimo primæ Partis noſtri Operis, *verb. conſtituimus nos principales, num.* 292. *cum ſeqq.* latiùs exegimus.

348 Cui non diſſimilis quæſtio eſt: an ex mutuo, contracto nomine civitatis, per ſenatum & alios adminiſtratores generales, qui quoquo modo repræſentant civitatem, teneatur civitas? Quo caſu, ſicut & in ſuperiore, duo membra veniunt in conſiderationem. Primò enim ambigitur, an ex contractu adminiſtratorum ita teneatur civitas, ut in bona civitatis communia vel publica, pro debito per magiſtratus contracto, ex vi pacti vel ſtatuti executivi, manusinjectio fieri poſſit? Secundò, dato, quòd obligetur civitas, ſuccedit aliud dubium, an virtute prædicti pacti vel ſtatuti, poſſit manus injici in perſonas vel bona ſingulorum civium? ita habebitis breviter contractam totam materiam. *l. civitas* 27. *ſi cert. pet.* in cujus enarratione, ſudando ultrà modum, ita ſe involvunt Doctores, ut ex illo labyrintho diſputationum vix ipſimet ſeſe extricare valeant. Quò ad primùm, teneatur concluſio: conſules vel burgimagiſtros harum & vicinarum provinciarum, ut quorum juriſdictio vel adminiſtratio non durat niſi per annum, ſubinde aliis ex electione ſuccedentibus, quia temporales ſunt magiſtratus, accipiendo mutuũ nomine communis civitatis, regulariter non obligant vel civitatem, vel bona civitatis communia: niſi vel re priùs deliberata, & communicato conſilio cum omnibus civibus aut ſaltem omnibus 349
conſiliariis & tribunis plebis (qui fortè de conſuetudine loci una cum aliis populum civitatis repræſentant) & quidem legitimè convocatis, iſtud fecerint, vel, ſi remotis & excluſis aliis, obligationem inierint, probetur, iſtud mutuum in rem communem civitatis, ad utilitatem publicam verſum eſſe *d. l. civitas.* 27. *ubi Iaſ. nu.* 4 *Bart. & Ang.* 8. & iſta ſententia communis eſt, & tenenda. *Bolog. ibi. num.* 15. *&* 17. *circa fin. ff. ſi cert. pet. D. Hartm. Piſtor. in ſuis quæſt. reſponſo.* 37. *num.* 1. *part.* 1. ac facit text. *l. ambitioſam* 4. *juncta l. quod ſemel ordo* 5. *de decret. ab ord. fac.* ubi dicitur: ſiquidem tales magiſtratus de publico alicujus vel prædia, vel ædes, vel certam quantitatem præſtare decreverint, nihil valebit hujuſcemodi decretum, *ac concordat l.* 1. *C. de annon. & trib. lib.* 10. *l.* 1. *C. de ſolut. & libera. debitorum civitat. lib.* 11. *gl. l.* 1. *C. de vendend. rebus civitatis. eod. lib.* 11. Cùm 350
enim in mediocribus civitatibus regulariter tria ſint conſilia, Drey Räthe / qui cum tribunis plebis, mit den Viertell oder Innungsmeiſtern / repræſentant populum civitatis, adeò, ut penes ipſos conſiſtat ſumma adminiſtrationis totius civitatis, (unde eſt, quòd ſenatores, *ff. ſenatusconſultum.*

plicatio civitas rebus distis.

Nn

tum. Inſt. de jure nat. & ordo decurionum,
d. l. quod ſemel ordo. 5. & Conſiliarii civita-
tis appellentur. gloſſ. rub. & l. 2. C. quæ ſit
long. conſuet.) ideo, quod cõmuniter cum
omnium conſilio geri oportet, & omnes
tangit, in privato ab uno & altero tra-
ctandum non fuit. l. fin. C. de auto. præſt.
l. receptum, 18. ff. comm. præd. cap. quod o-
mnes tangit. extra de reg. jur. in 6 ac, qui non
351 apparet, in publicam utilitatem, pecunias
mutuo acceptas converſas fuiſſe, præ-
ſumitur potiùs verſio in rem propriam,
& non magis adminiſtrationi, quàm di-
lapidationi, talis contractus ſimilis eſt,
quæ in adminiſtratoribus cujuscunque
conditionis non toleratur. l. præſes. 12. C.
de transact. l. qui fundum, 7. §. ſi tutor. 3. ff.
pro emt. l. interdum. 55. §. qui tutelam. 4. de
furt. l. fin §. 1. de tuta. fur. & facit l. 3. §.
planè ubi Bart. notat, num. 1. ff. quod vi aut
352 clam. Ex quo ſequitur, creditori, qui ad-
verſus civitatem experitur, iſto caſu onus
probandi tunc incumbere, quòd ſua pe-
cunia in utilitatem publicam communi-
tatis, cujus ſigillum habet, converſa fue-
rit. gloſſ. d. l. civitas 27. quam ibi ſequuntur
Bart. num. 2. Iaſon. 4. Angel. 8. & Bald. in l. 1.
num. 2. C. ne fil pro pat. & in d. l. civitas 27.
Bolog. num. 15. iſtam communem eſſe tradit.
[text. expreſſ. in l. un. C. de ſolut. & liberat.
debit. civit lib. 11. Auth hoc jus in fin. C. de
SS Eccleſ. l. ſi prædium. 16. C. de præd. min.]
Idque ampliatur procedere, quantumvis
in instrumento dicatur, pecuniam in rem
civitatis verſam eſſe, prout concludit Bart. in
d. l. civitas 27. num. 13. & idem Bald. cum a-
liis in authen. hoc jus porrectum per textum ibi:
creditor probare debet, in utilitatem domus iſtud
proceſſiſſe. C. de SS. Eccleſ. & in §. hoc etiam ſu-
per ipſis. auth. de alienat. & emphyteoſi. cùm,
qui cum alio contrahit, notam debeat
habere ejus conditionem. l. qui cũ alio. 19.
de reg. jur. maximè, ſi cum eo contrahat,
qui per ſe eſt inhabilis, eum enim curio-
ſum & ſollicitum eſſe oportet. Molinæus
in tractatu de uſuris, quæſt. 37. num. 281 per l.
vir & uxor. cum l. fin. in principio, ubi notat
Paulus de Caſtro. ff. ad Vellejan. Bal. in d. auth.
hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ. num. 9. &
10. ubi concludit, nihil operari in hoc
confeſſionem adminiſtratoris, qui acce-
pit mutuas pecunias & ſimul aſſerit in in-
ſtrumento eas, in rem Eccleſiæ verſas eſ-
ſe, quod & Alexand. probat. conſ. 4. num. 4. vol.
9. VVeſenbec. conſ. 12. num. 7. allegat Redoam
in tract. de alien. rerum Eccleſ. §. & deinde
nu. 6. Licet autem prædicti loquantur de 353
mutuo, facto Eccleſiæ: tamen idem eſt,
ſi civitati fiat, cùm Eccleſia & Reſpublica
æquiparentur. l. reſpub. 4. C. quibus ex cauſ.
majo. ac ſequitur D. Hartm. Piſtoris quæſt. 31.
n. 31. parte 1. Quod ſi de in rem verſione, 354
vel legitima congregatione totius ordi-
nis decurionum, vel, ut hodiè apud nos
loquimur, Aller dreyer Räthe / nullam facit
creditor fidem, civitas non tenebitur, ſed
dabitur creditori regreſſus adverſus illos
adminiſtratores, qui mutuas pecunias ac-
ceperunt. Bolog. d. num. 15. & 16. per textũ
l. cautiones. nu. verſ. cum autem is, C. de ſolut.
& liber. debito. civit. lib. 11. ubi habetur: ſi-
quidem ſola ſcriptura recipientis pecu-
niam promatur, eam tantum defenſio-
nem convenit admitti, ſi, quòd ſolutum
eſt, ratione reipub. profeciſſe dicatur, a-
liàs ſuſcipiens ſolus reſtituet: ne videli-
cet adminiſtratores occaſionem juris ad
iniquum trahant compendium, argumen-
to l. fin. ff. pro emt. l. pen. de rebus eorum qui
ſub tut. ac facit authen. hoc jus porrectum. C.
de SS. Eccleſ. Quia aliàs facile futurum eſ- 355
ſet, ut adminiſtratores prodigi, pro ha-
bendo pecuniam, acciperent mutuum,
abutendo ſigillo communi. Henningus de
jure civit. conſ. 5. num. 23. & ita ante pau-
cos annos, in cauſa cujuſdam vicini op-
piduli R. ubi conſules geſtaverant com-
mune civitatis ſigillum de collo, & un-
dique corraſerant pecunias mutuas obli-
gando pro iis oppidulum, cui præerant,
reſpondimus de jure ex ſupra dictis fun-
damentis, quòd dicti conſules ſoli te-
nentur de ſuo creditoribus ſatisfacere, &
civitati, ejusque bonis merito parcere-
tur. Idemq; eſt, quando fortè per impreſ- 356
ſionem, motum, aut ſeditionem popula-
rem, ſine juſta vel ordinaria electione,
quis ſuccederet in magiſtratu, & ſigillum
civitatis, vel provinciæ communi uſur-
paret, non quidem ex libero conſenſu ſub-
ditorum, ſed ex voluntate coacta, quia
contra eum ejusque aſſeclas, tanquam po-
tentiores, mutire non audent ſubditi, arg.
l. ſi mulier 21. §. fin. ibi: coactus voluit. ff. quod
metus cauſ. Quod idem eſt de intruſo per
ſuperiorem, contra jus & ordinem uſita-
tũ cõmunis electionis, prout crebro pro-
ceres ſolent facere de civitatib⁹, cooptan-
do in numerũ ſenatorũ eos, quos ſuo ma-
gis, quàm civitatis cõmodo ſtudere no-
runt. Obediens ſiquidẽ obedientia coa-
cta, nõ perdit deinceps jus cõtradicendi, l.
cum

cum aliquis 21. & ibi Bald. ſecundùm unam lecturam, C. de jure delib. Tales namque magiſtratus, quantumvis communi provinciæ, vel civitatis ſigillo mediante, provincialium aut civium nomine, mutuas acciperent pecunias, obligando pro earum reſtitutione popularium omnium & ſingulorum bona & perſonas, non faciunt pro hoc ære alieno, vel civitatem, vel ejus bona obnoxia, niſi creditor pro-
357 bet, iſtud mutuum in rem provinciæ vel communitatis verſum eſſe. *text. eſt ad hoc notab. in l. ſi is qui 11. in p. ibi: qui bona reipub. jure adminiſtrat. à contrario ſenſu. ff. de pignor. juncta l. civitas 27. cum ibi notatis. ſi cert. pet. ac facit l. eum qui vectigal. 16. ibi: publica appellatio ad populum Romanum reſpi-*
358 *cit. ff. de verb. ſig.* Qui enim non juridicè eligitur, habetur pro reprobato. *ca. venerabilem in princ. verſ. ſi electionis. ibi: electioni ſe ingerens. extra de electio. c. cum Eccleſia Sutrina, & ibi Panorm. extra de cauſ. poſſ. & prop.* Licet autem civitas, vel provincia, eum agnoſcant pro ſuperiore, permittendo ipſi jurisdictionem & regimen: tamen quia potentiam reformidant, ſeq; illi non audent opponere, ipſe rector legitimus non eſt: cùm jurisdictio debeat transferri voluntariè, &, ſi per metum fiat, ipſo jure non valeat. *Bart. in tract. de tyrannia. num. 14. per l. ſi mulier. 21. §. ſi dos. ff. quod metus cauſ. & l. 2. in fin. princ. ibi: extra navem non præſtat. de jud.* Unde Baldus infert, ſi rex Franciæ occupet aliquam civitatem imperii, compellendo cives, ut faciant ipſi juramentũ fidelitatis, & confiteantur, eam regis eſſe, quod talis confeſsio & juramentum nullius ſint momenti, & occupator non pro domino, ſed pro tyranno cenſendus ſit, addendo, iſtud pro reo perpetuò notandum eſſe, *ac ſequitur Petrus Gerhard. de Petraſanda ſing. 38. Bald. in l. decernimus 10. num. 1. & 3. C. de SS. Eccleſ.* Quod adeò verum eſt, ut etiam ratificatio Principis ſuperveniens, non confirmet ullam violentam occupationem. *Salic. in l. 3. num. 2. C. ne rei domini. Bart. in l. authoritatem 3. num. 2. & 3.*
359 *C. unde vi.* Unde eſt quod Angelus definit tyrannum, qui accepit dominationem in terris, quæ aliàs conſueverunt gubernari per regem. *Angel. de Peruſ. in d. l. civitas. 27. num. 11. per l. decernimus.* ℞. *C. de SS. Eccleſ.* Et hanc theoricam cum aliis circumſtantiis allegavi pro quadam civitate, in cujus ſenatum ſuperior loci intruſerat quendam ſuum familiarem, conſulem illum creando, eo videlicet fine, ut ejus reipubl. ſigillo, cùm opus eſſet, per iſtius hominis interventum & ſuaſum, pro arbitrio uteretur, ſed lis adhuc pendet indeciſa. Ac haud ita diù nobis occurrit quæſtio, à propoſito noſtro non aliena, in perſonis quorundam Præfectorum militarium, quibus communi nomine ſtatuum vel ordinum in B. eorum ſuperiores, pro tempore tunc regentes, ſuper aliquot turmis equitum, quos defenſionis cauſa adduxerant, conſtituerunt certa ſalaria menſtrua, ſtatis temporibus exolvenda, adjecta illa aſſecuratione, quod, ſi contingeret, ordines in B. eſſe in mora ſolvendi, ut ex tunc liceret dictis magiſtris equitum, detinere & areſtare perſonas, ac bona omnium provincialium, ubicunque depræhenderentur vel reperirentur, tàm diù, donec ipſis integrè ſatisfieret de promiſſis ſtipendiis militaribus adjecta ſimul omnium privilegiorum & jurium renunciatione generali, prout fieri conſuevit. Quærebatur itaque, an non virtute dicti pacti liceret conſulentib⁹ detinere perſonas, aut merces quorumcunque mercatorum B. per Rom. imperium? Fuit de jure reſponſum: etſi virtute præmiſſæ licentiæ, de qua ſuprà, integrum eſſet conſulentibus gubernatores & principales ſtatuum B. qui cum ipſis contraxiſſent, detinere vel in perſonis, vel in rebus, *per ea, quæ in prima Parte huius Operis cap. 5. & 6. ad longum fuerunt expoſita, ac habetur in l. civitas 27. in final. verb. ſi cert. pet.* tamen iſtud factum gubernatorum ſubditis fraudi eſſe non debere: tùm, quia non, niſi temporales magiſtratus exiſtebant, ideoque ſubditos per ſuos contractus obligare nequiverunt, *per ea, quæ ſuprà num. 342. & ſeqq. docuimus*: tùm, quia forſan inferiores metu magis potentiæ, quàm ex vi ſpontanei conſenſus, obedire cogebantur: tùm etiam, quia tales pignorationes, ut unus pro alio detineatur, & repræſalietur, aut inferior ſolvat debita ſui ſuperioris, juri 360
adverſantur. *auth. ut non fiant pignorat. pro aliis. col. 5. junctis quæ tradunt Feudiſtæ in c. un. §. licet vaſallus per illum text. ſi de feud. ſit conten. inter dom. & agna.* tùm etiam, quia pro conſervatione pacis & tranquillitatis publicæ, Imperatores per imperium R. non conſueverunt permittere repræſalias, quæ occaſionem bellorũ inducere, &

communis tranquillitatis turbationi cauſam præbere dignoſcuntur, *prout atteſtatur D. Gailius in tract. de pignor. obſer. 2. n. 3. qua de re latiùs in prima Parte hujus Tractatus. c. 2. num. 317. cum ſeqq.*

361 Fallit itaque, quod diximus, civitatem, ejusvè bona, ex facto adminiſtratorum regulariter non obligari in mutuo, per adminiſtratores perpetuos communi nomine civitatis accepto, ubi videlicet, facta congregatione omnium: qui ſunt de corpore & conſilio communitatis, & populum communitatis repræſentant (inter quos, ut ſupra diximus, & tribunos plebis & alios connumeramus, quos de loci conſuetudine talibus deliberationibus adhiberi conſuetum eſt) mutuum accipitur, quod enim ita geſtum eſt per ordinem decurionum communi civitatis nomine, reſcindi non debet. *l. quod ſemel ordo. 5 ff. de decret. ab ord. fac.* adeò, quia ex tali contractu adminiſtratorum firmiter obligatur & ipſa communitas, prout clare firmant text. *in l. ſi is qui bona 11. & l. ſi rem de pig.* ubi habetur: quod qui bona Reip. jure adminiſtrat, mutuam pecuniam accipiendo, civitatem obligat. *l. curator. 3. C. ſi aliena res pig. & auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccleſ.* ex quo infertur, quòd pòſt moram nihil prohibeat, quin creditor paratam executionem in bona civitatis communia, vel etiam adverſus ipſam civitatem, intendere poſſit. *Iaſ. in l. civitas 27. num. 3. Paulus de Caſtro 5. Bart. 2. Dec. 4. ſi cert. pet.* cùm, quod proceres civitatis, quibus gubernatio & omnis adminiſtratio rerum publicarum commiſſa eſt, faciunt, id pro eo habeatur, ac, ſi ſinguli cives feciſſent. *gloſ. rub. C. quæ ſit longa conſuet. & hæc ſententia communis eſt, teſte Bolognetto in d. l. civitas 27. num 15. paulò antè finem. pro quo movet l. nulli. 3. ibi: ſi ordo decrevit. ff. quod cujusq. uni. nom.* Pacta ſi-

362 quidem eorum, qui præſunt corporibus & collegiis, proſunt & nocent ipſi collegio. *l. item magiſtri. 14. de pact.* cùm cives intelligantur ſciviſſe & ſcire, item feciſſe & facere, quod ſciunt & faciunt ii, quibus perpetua gubernatio corporis cōcredita eſt. *l. municipes. 14. ad municip. l. ſed & ex dolo. 15. ſ. 1. de dolo malo. l. 2. de jure immunit.* Unde alibi Bartolus tradit, adminiſtratores perpetuos univerſitatis habere liberam adminiſtrationem, & ſuper cauſis communitatis, etiam abſque ſpeciali mandato, tàm paciſci, quam tranſigere poſſe. *Bart. in l. præſes. 12. num. 4. C. de tranſact.* Cùm enim conſilium totam congregationem civitatis repræſentet, nō aliter, atque tutor perſonam pupilli, ideò dominorum quaſi loco habentur. *argum. l. metum 9. §. animadvertendum. 1. ff. quod metus cauſ. juncta l. interdum fur. 56. ſ. qui tutelam. 4. & l. tutor. 33. de furt.* Sic de- 363

fenſores civitatis, recipiendo per longius tempus minores uſuras, quàm promiſſas, præjudicant reip. *l. adverſus creditorem. 5. C. de uſur.* Præſumitur autem iſte con- 364

ſenſus totius ordinis decurionum, ſi illud ita expreſſum ſit in inſtrumento, quòd Conſules & Senatores trium conſiliorum, unà cùm tribunis plebis, in iſtud mutuum conſenſerint, & ſigillo communi civitatis roboraverint, iſtud inſtrumentū mutui, cùm populus præſumatur approbaſſe omnia, quæcunq; mediante ſigillo communi, adminiſtratoribus commiſſo, geſta ſunt. *gloſ. c. ſignificavit. ubi Panormit. num. 3. extra de appell. pòſt Innoc. in c. 1. & 2. de fide inſtrum.* Sicut enim quod commu- 365

niter fit in aliqua univerſitate, præmiſſa tamen deliberatione cum ſubditis, congregatis pulſata campana, omnes obligar, etiā in delictis, ſecundum cōmunem opinionem Doctorum, *de qua teſtatur Panorm. in c. dilectus. n. 2. & 13. extra de ſimon.* ita idem, & multò magis de contractibus ſentiendum eſt, ut videlicet cives univerſi & ſinguli cogantur ratum habere & præſtare, quòd fecit conſilium civitatis, ab iiſdem præpoſitum communitati, cùm factum præpoſitorum habeatur pro facto ſingulorum civium. *c. qui per alium. extra de reg. jur. in 6. Bart. in l. ſicut 7. nu. 2. ff. quod cujusq. uni. nom. & l. civitas 27. nu. 5. ſi cert. pet. ac probat Alex. in d. l. 4. num. 24. de re jud. & in d. l. civitas. 27. num. 3. 4. & 5. ubi etiam Zaſ. 11. Angel. de Peruſ. 22. Iaſon. 10. Bald. in l. etiam. 5. num. 15. C. de exec. rei jud. & in l. 2. nu. 4. 5. & 6. C. quæ ſit longa conſuet. & hæc ſententia communis eſt, teſtē Bolog. in d. l. civitas 27. num. 15. in fin. & nu. 35. & 36. ubi ſubjicit, ab hac opinione, tanquam communi, non eſſe recedendum.* Quod 366

ampliatur, ut nec iſto caſu neceſſe ſit creditori probare verſionem pecuniæ in utilitetem civitatis. *Bolog. d. l. civitas nu. 15. Iaſon. 12. & 13.* cùm non præſumatur, adminiſtratores electos à populo, voluiſſe aliquem contractum damnoſum & præjudicialem civitati facere, quod non tantùm in aliorum concivium, ſed etiā in

ipſo-

ipſorummet conſiliariorum redundaret detrimentum. *Bolog. in d. l. civitas 27. num. 44. argument. l. cùm de indebito. 27. de probat. quod comprobat etiam D. Hartm. Piſtor. in ſuis*
367 *queſtion. reſponſo 37. num. 1. part. 1.* Et alibi traditur, quod debitores Reipubl. etiam in maxima quantitate, liberentur per apodiſſam, ab adminiſtratoribus generalibus aut aliis ad hoc officium deputatis, ſubſcriptam absq; eo, quod probent, pecunias in rem civitatis verſas fuiſſe. *l. 1. C. de ſolut. & liber. debit. civit. lib. 11. ac facit l. pupilli. 96. & l. ſi pupilli. 66. ff. de ſolut.* ſive enim pecunia numeretur ipſi univerſitati, ſive magiſtratibus perpetuis, utroque caſu intelligitur intervenire multitudo bonorum virorum, & ceſſat omnis ſiniſtra ſuſpicio. *c. niſi eſſent viri providi & honeſti. extra de præbend.* cum etiam iſto ultimo caſu præſumantur electi gubernatores idonei frugales, fideles, & utiles.
368 *Bolog. in d. l. civitas. 27. num. 35.* Et, ut maximè nonnunquam contrarium eveniat: tamen eſt, quod ſibi imputet populus civitatis, quare tales præfecerint, cùm mala electio ſit in culpa. *l. fin. & ibi gloß. verb. præjudicium. C. de acquir. poſſ. l. cum in plures. 60. ſ. ſerv. 7. cum l. videamus. 11. ff. locati. l. ſi ſervus ſervum. 27. ſ. ſi fornicarius. 9. & ſ. ſi furnum. 10. verſ. Proculus ad l. Aquil. l. 1. ſ. proinde ſi imperitè verſatus eſt, ſibi imputare debet qui adhibuit ſi menſor falſ. mod. dix. l. ſed & ſi quis. 7. §. fin. de inſtit. act. l. 2. in princ. ibi factum ſuorum præſtat, quos quiq; ſuo periculo adhibuit. de judic.* & facit notabilis text. *in l. 1. ſ. unde quærit Oſilius de exercit. act.* ubi exercitor præpoſiti navis, ex mutuo tenetur exercitoria, etiamſi is pecuniam in ſuum uſum converterit, imputandum enim domino eſt, quod videlicet talem præpoſuerit. *d. §. undè.*

369 Circà ſecundùm membrum, in quo agitur de effectu obligationis, per adminiſtratores generales ac perpetuos & juridice electos contracte, nomine communi civitatis, concludendum eſt: etiamſi ex tali mutuo obligentur civitas & bona civitatis communia, adeò, ut ex vi pacti vel ſtatuti, poſt moram, manus in ea rectè tamen injiciatur pro tali debito univerſitatis ſingulares perſonæ non ſunt vexandæ. *Ferrar. in forma libelli ſuper act. hypothecaria. verb. mutuo. num. 8. Ioan. Franc. Rip. in l. ſi ſe non obtulit. 4. quem ipſe legit cum ſ. actor. 2. num. 4. ibidemq; Iaſon. Alex. & alii de re iudic. & Decius in d. l. civitas. 27. num. 6. ac ſequitur Hartman. Piſtor. quæſt. 37. num. 6. parte 1.* Ideoque virtute dictæ conventionis detineri non poſſent, vel perſonæ civium vel ipſorum bona, cùm pro Repub. intervenerint adminiſtratores, non autem pro ſingulis, ſicut de actore univerſitatis habetur *in l. 2. in finalibus verbis quod cujusq; uni. nom.* Sicut enim, quod 370
debetur univerſitati, non debetur ſingulis: ita viciſſim, quod ipſa communitas debet, ſinguli non debent. *l. ſicut. 5. ſ. ſi quid univerſitati eod. tit. Decius conſ. 61. num. 2. & 3. Cagnolus in l. aliud eſt. 160. §. refertur. num. 14. ff. de reg. jur.* Sic theatra, & illa publica ædificia ſunt univerſitatis, non autem ſingulorum. *ſ. univerſitatis. Inſt. de rer. diviſ. cum l. in tantum. §. univerſitatis. ff. eod. tit.* & libertus Reipubl. ſingulos ex communitate in jus vocare poteſt, etiam ſine venia, ipſam autem communitatem non poteſt. *l. ſed ſi hac lege. 70. ſ. qui manumittitur. 4. de in jus voc. Felin. in c. cùm te.*
num. 13. extra de reſcript. Unde, cùm in pro- 371
poſito debitum ſit civitatis, & civitatis nomine contractum, ideò ex bonis communibus civitatis ſolvi debet, non autem ex marſupiis ſingulorum, cùm bona ſingulorum vel privatorum impropriè dicantur bona communitatis, ne circa unã eandemque rem plures in ſolidum dominos conſtituamus, contrà *§. ſingulorum. Inſt. de rer. diviſ. juncta l. ſi ut certo. 5. §. ſi duobus vehiculum. 15. ff. commodati.* ac faciunt ea, quæ in præcedenti membro. *num. 334.*
annotavimus plurib. Fallit tamen quod 372
dictum eſt, pro debito communi, contracto per magiſtratus etiam perpetuos & canonicè electos, non obligati ſingulares cives vel ipſorum bona, ſi ipſorum nomina ſpecialiter & ſigillatim in literis cautionis obligatoriæ deſcripta reperiantur: tunc enim non tantùm civitatis, ſed & ſingulorum bona pro tali debito intelliguntur obligata eſſe. *argum. quod tradit Bart. in l. 1. num. 5. verſ. quandoq; agitur de venditione & alienatione, ac omnium nomina inſcribi neceſſe eſt. ff. de albo ſcrib. Angel. de Peruſ. in l. civitas 27. num. 22. per l. 1. ubi etiam Baldus notat num. 3. ff. de mag. conven. ac fac. l. fin. verſ. in provinciis verò unumquenq; eorum qui convenerint deſignare C. de vend. reb. civit. lib. 11. concordat. ſ. fin. auth. ut judices non expectata ſacra juſſ. colla. 9. & auth. hoc jus porrectum C. de S S. Eccleſ. Henningus Gödenus conſ. 5. num. 14. de jure civitatis.* Idque planè indubitatum eſt, cùm in iſtam obliga-

gatiooem non tantùm ipſa univerſitas, & ejus adminiſtratores, verùm etiam ſioguli cives ſigillatim conſanſerint, & hujus æris aliani nomine commune ſigillum civitatis imptimi fecerint. *Panorm. pòſt gloß. in c. ſignificavit. num. 3. extra de appell. & faciunt, quæ tradidimus ſuprà num. 364. & 365.*

373 Fallit ſacundò, ſi dictum fuerit in inſtrumento, obligamùs pro hoc mutuo non tantùm bona civitatis, ſad etiam univerſorum, & ſingulorum civium, quo caſu, quantumvis ſinguli cives nominatim & axpreſsè fuerint deſignati in inſtrumento: tamen illorum bona, virtute dictæ clauſulæ, non minùs ax vi pacti, vel ſtatuti executivi, pòſt moram datineri poſſunt, quàm bona univerſitatis communia. *Bart. in l. 4. §. actor. num. 4. ff. de re jud. & ibi Ripa num. 43. Baldus in l. etiam 5. num. 14 C. de execut. rei jud.* Et aſt

374 ratio, quia totum infert omnas ſuas partes, ſiva ſit totum integrala, ſive univarſala. *Everh. in loco à toto ad partem, num. 9. per l. ſi quis cùm totum. 7. & ibi gloß. de except. rei jud. l. qui ſcit. 25. in pr. & ibi gloß de uſur. juncta l. Lucius. 28. & ibi gloß. de fundo inſtructo l grege. 21. & ibi Bart. ac Paulus de Caſtro de leg 1.* Sicut anim ex nominatione ſingulorum, probatur omnium particulatium perſonarum voluntas: ita, ſi absq; daſignationa individuorum, dicatur in cautione, quod pro hoc debito univarſorum & ſingulorum bona hætaant hypothecata, præſumitur eodem modo conſenſus omoium civium in dictam obligationem, cùm factum adminiſtratorum habeatur pro facto univerſorum, & ſingulorum civium, *per ſuprà tacta num. 361. 362. & infrà 376.*

375 Cætarùm in hoc majus eſt dubium, an gubernatores perpatui, vel ordo decurionum & trium conſiliorum, lagitimè convocatus, accipiendo pacunias mutuas communi nomine civitatis, poſſunt omnes & ſingulares perſonas iſtius corporis, ad hoc ſpecialiter non convocatas, item non præſentes, aut conſantientas obligare? Super hac quæſtione innuate videtur Baldus, quòd particulares perſonæ non aliter intelligantur obligatæ, niſi ad hoc ſpecialiter fuerint convocatæ per rectores civitatum, pulſata campana, & propoſitiooe publicè facta, ac deliberatione ſubſacuta, in id conclusum fuerit *Bald. in l. 1. num. 2. C. ne fil. pro pat. Paul. de Caſt. in d. l. civitas 27. n. 7. Salic. 4. Iaſ. 10. Angel. 13. per l. fin. C. de vendend. reb. civit. lib. 11. ac ſequitur Ripa in l. ſi ſe non obtulit 4. num. 40. ff. de re jud.* Pro quibus facit *l. toties. 6. ibi: qui non promiſit, non neceſſe habet obtemperare. ff. de pollicit. l. venditor. 13. §. ſi conſtat. 1. ibi: qui nec privato nec publico nomine commun. præd. allegant ad hoc etiam l. ſi privatus. 17. in pr. qui & à quib. manumiß. & l. Antiochienſium. 37. de privil. cred. alids incipit h. t. de bon. aut. jur. poßid. quæ tamen duæ leges poſteriores parùm faciunt ad propoſitum, ſed hanc opinionem amplectitur gloß. l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* [raſiſtetur igitur magiſtratos in illicitis, *l probibitum. 5. C. de jur fiſc.*]& Alex. *in conſ. 44. n. 5. vol. 1.* ubi addit, aam tanati per communiter Doctores, cùm per contractum, factum etiam à majore parte populi vel univerſitatis, non fiat præjudicium ſingularibus perſonis, *ſecundùm eundem Alex. ubi ſuprà num. 5. per c. cum omnes. ubi Panorm. extra de conſtit.* Quæ opinio, ſicut communis dicitur: ita fortà plùs habet æquitatis & humanitatis, ne abſentibus & ſuper eo inconſultis civibus generetur præjudiciū, cùm plures atiam axtremæ ſortis homines plura videant; & faciliùs Inveniatur quod à pluribus inquiritur. *Spec. tit. de advocato. §. nunc tractemus. num. 7. per c. de quibus in fin diſt. 20. ca. prudentiam in fin. extra de offic. deleg.* juxta vulgatum verſiculum:

Sæpè etiam eſt olitor valdè opportuna locutus.

aut ſaltem dabent primo loco conveniri, qui ſuſceperunt pecunias, & aorum damum facultatibus exeuſſis, parveniri ad ſubditos. *argum. l. 1. §. ſi inter magiſtratus ff. de mag. conven.* Contrarium taman Barr. 376
in d. l. 4. §. actor. num. 4 de re jud. determinat, quòd videlicat univerſi & ſinguli cives, item univerſorum & ſingulorum civium bona pro debito communitatis per adminiſtratores perpetuos, etiam absque ſpeciali convocatione omnium hominū iſtius corporis, rectè obligari poſſint; adeò, ut ſacundùm eundem, atiam Syndicus, habens ad hoc ſpaciale mandatum à conſilio civitatem reprælentante, vel ſolus bona ſingulorum civium obligare non prohibaatur, cùm talium adminiſtratorum plurium ſive unius, quibus cura Raipub. generalis & perpatua commiſſa aſt, facta & contractus tranſeant in vim legis, non aliter atque ſi cum Impe-
ratore

ratore geſta fuiſſent. *Bart d §. actor. num. 1. & 4 & in l. civitas 27. num. 5. ubi & Iaſ 4. Angel. 29. Bolog. 27. & 29. Bartol. in l. ſicut 5. num. 2. quod cujusq; uni. nom. Bald. in hoc ſibi contrarius, in l. pen. num. 1. 2. & 3. ibidemq; Bart. 1. C. de don. inter vir. & uxor. per illum text. & in l. Caſar. 15. ff. de publ.* quam ſententiam amplectitut etiam D. Hartm. Piſtor. *in ſuis quæſt. reſponſ. 37. num. 17. parte 1.* Nec obſtant contraria ſuperiùs adducta, *in d. l. retirt. 6. & l. venditor. 13. §. ſi conſtat. 1. quia in d. l. toties 6.* uni ex toto corpore, per gubernatores communitatis imponebatur ſoli onus ponendæ Principi ſtatuæ. Sicut & *in d. § ſi conſtat 1.* Reſp. volebat gravare agrum cujuſdam privati, ut ſuam in eo lapidicinam communicaret cuilibet de populo, ad lapides cædendos pro ædificiis civitatis, quod ordo facere non poterat, maximè ſine compenſatione equivalentis pretii, ita ſolvit Ripa *d. l. ſi ſe non obtulit. 4. num. 42.* ac facit illud vulgarum: quòd ſuperior nemini debeat auferre dominium rerum ſuarũ. *l. fin. C. ſi contra jus vel util. pub. & l. item ſi verberatum 15. ff. de rei vindic.* Minùs movent leges, de ſpeciali convocatione ſingularium hominum in toto corpore alicujus communitatis loquentes; quia procedunt contraria vel in tali communitate, quæ non habet aliquod generale conſiliũ, ſed convocatis fortaſſe duabus partibus civitatis, quid determinat, tertia parte hominum omiſſa, id enim fieri non
377 poteſt. *Alex. d. conſ. 44. num. 5. vol. 1.* vel, ſi habet Conſiliarios, tamen fortè unus ordo decurionum, qui pro eo tempore gubernabat civitatem, ſolus accepit mutuum, obligando omnium & ſingulorum civium bona, quod facere non poterat, excluſis aliis duabus partibus vel ordinibus decurionum, qui ſimul, demùm juncti, non autem ſeparatim conſiderati, populum civitatis repræſentant, quo caſu, ſi deliberatione ſubſecuta in communi concludatur, illud ratum erit quod major pars ſtatuendum cenſuerit, ita loquuntur *l. quod major 19. ad municip. l. fin. C. de vend. reb. civit. lib. 11. & d. auth. hoc jus porrectum.* neque aliter intelligendi ſunt Doctores ſuperiùs relati. Nec adverſatur, quod plurium conſilium requirendum eſt, quia id verum, niſi homines civitatis omnem poteſtatem & dictaturam, vel ſummam Reip omniumque deliberationum publicarum in ordinem decurionum ſemel rejecerint, transſcripſerint aut tranſtulerint, ſicut regulariter ubique fieri ſolet, tùm, quia plebi grave vel potius impoſſibile eſt, omnibus & ſingulis congregationibus, quæ pro Reipub. neceſſitate ſuſcipiuntur, intereſſe. *argum l. 2.* 378
§. deinde quia difficile 9. juncto §. populo deinde aucto. 18. ff. de orig. jur. tum, quia naturale eſt, ut plures in idem difficiliùs conſentiant. *l. quia poterat. 4. ff. ad Trebell. & melior text. in l. item ſi unus. 17. §. principaliter 6. de arb.* [faciles enim ſunt homines in diſſentiendo] igitur, quòd à majo- 379
re parte totius ordinis congregati, hoc eſt, à duabus curiæ partibus ex tribus partibus, omnibus citatis & requiſitis, ſalubriter conſtituitur, habetur pro eo, ac ſi omnes & ſinguli iſtud feciſſent. *Cagnolus in l. aliud eſt. 160. §. refertur. in p. de reg. jur per c. 1 & c. fin extra de his quæ fiunt à majore parte capit. d. l. quod major. 4. ff. ad municip.* Et de hoc conſenſu unanimi & concordi duarum partium, ex tribus partibus omnium Conſiliariorum civitatis communiter convocatorum, accipi debent. *l. nulli 3. l. planè 4. quod cujusq; uni. nom. ita,* ut hæc poſterior opinio de jure videatur verior.

Portò nova rurſùm hic ſe offert dubi- 380
tatio, præſuppoſita poſteriori opinione pro vera, quòd videlicet ordo decurionum vel conſilium civitatis, pro debito communis civitatis nomine contracto, poſſit executivè obligare non tantùm bona civitatis communia, ſed etiam bona omnium & ſingularũ perſonarũ, ſive ſpecialiter & nominatim, ſive ſub illa generalitate: obligamus univerſos & ſingulos: an tunc unus civis, pro debito civitatis, in perſona vel bonis ſuis, pòſt moram, in propoſito tàm diu detineri poſſit, donec ſolidum ſolvat? an verò pro rata ſua ſolvendo liberetur? Communis hic concluſio traditur, attendenda eſſe verba obligationis, ſi enim dicatur: obligamus civitatem, item univerſos & ſingulos de civitate, tunc obligatio cenſetur diviſa, adeò, ut quilibet tantum pro rata ſua teneatur, *Bart. in l. 4 §. actor num. 4 de re judic. Baldus in l. etiam. 5. num 14. C. de exec. rei jud.* & intelligit Ripa, ratam cujusque tunc eſſe, facta videlicet computatione per æs & libram, non autem ſecun- 381
dùm numerum perſonarum in communitate. *Ripa d. l. ſi ſe non obtulit. 4. nu. 43.* niſi addatur illa clauſula: Obligamus

omnes & ſingulos in ſolidum, tunc enim
unus ſolvendu partem ſuam non foret
liberatus, ſed teneretur in ſolidum. *Bart.*
in d. §. actor. num. 10. & 11. in fin. Bal. in l ſi-
cut. 7. num. 2 & §. quod ſi nemo. num. 3. quod
cujusq; uni. nom. per l. aliena. 20. §. 1. de pig.
act. ubi eadem res pluribus obligata facit
omnium conditionē & cauſam parem,
ac æqualem. Licet autem Ang. de Perusio
in d. l. civitas 27. num. 23. ad d. l. aliena. 20.
§. 1. reſpondeat, quòd iſte textus potiùs
probet contrarium, ſi enim debet eſſe par
conditio omnium creditorum in pigno-
re, neceſſe eſt, cuilibet illud obligatum
cenſeri pro virili portione, non in ſolidū,
ac fortificatur iſta ſolutio per textum ju-
ris, *l. ſi fundus hypothecæ. 16. §. ſi duo pariter*
de hypotheca. 8. verſ. & magis eſt, ut pro quan
titate debiti pignus obligatū habeant. de pignor.
tit. generali. ac notat Ronchegallus *in l.*
eandem. 9. num. 250. ff. de duobus reis. per d. l.
ſi fundus. 16. §. ſi duo. 8. de pignor. ubi pro re
duobus pignori data, uni non competit
actio in ſolidum, ſed pro rata: niſi aliud
conventū ſit, ex quo infertur, ſi pro eo-
dem debito plures perſonæ ſint obliga-
tæ, vocabuntur ſinguli pro rata vel virili
portione, *per l. reos. 12. §. cum tabulis 1. ibi:*
virilē partem ſinguli ſtipulati videntur. de duo-
bus reis per quæ jura etiam Alex. de Imol.
in d. l. 4. num. 25. de re jud. videtur in hoc
382 puncto concludere adverſus Bart. tamen
idem Alex. *ibidem in fine num. 25.* addit,
quod maxima ſit authoritas Bartoli, &
quod neminem invenerit, qui eum in-
huc reprobet, adeoq; temerarium foret,
tenere contrarium, hæc ille. Benè ta-
men verum eſt, quòd cives quoquo mo-
do obligati vel exacti, debeant indemnes
ſervari per magiſtratum vel ſenatum lo-
ci, ita, ut civitas ex communi ærario li-
beret ſuos cives, ita areſtatos vel execu-
383 tatos. *Bart. in d. §. actor. num. 6.* Ac, ſi fi-
ſcus laboret inopia, vendendum eſt com-
mune civitatis prædium. *argum. l. fin. C.*
de vend. reb. civit. lib. 11. ac facit l. cum propo-
nas 9. C. de bon. auth. jud. poſſ. l. Fulcinius. 7.
§. 1. ff ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l. hæc autem
eod. aut, ſi fortè communitas nihil habeat
proprii, debent imponere ſuis civibus &
habitatoribus collectam, pro ſatisfactio-
ne æris alieni, *per gloſſ. ſingularem verb. Pro-*
conſul. in l. 1. §. quod nemo. ubi Bart. num. 2.
& 3. quod cujusq; uni. nom. Bald. in d. l etiam
num. 13. Alexand. in d. l. ſi ſe non obtulit. 4.
num. 13. de re jud. Spec. in tit. de execut. ſent.
§. ſequitur. verſ. quid ſi univerſitas. num. 5.
Bald in l. 1. num. 2. C. ne filius pro patre. Et 384
imponetur iſta talia, non ſecundum ca-
pita, vel numerum perſonarum, ſed ſe-
cundùm quantitatem cujusque patrimo-
nii, per æs videlicet & libram. *Alex. in d. l.*
ſi ſe non obtulit. 4. num 15. & 16. pòſt Bart. in
l. 1. §. diſcretiones. C. de apochis. pub. lib. 10.
& latiùs in l. 1. num. 18. C. de mulieribus & in
quo loco. ac facit l. omni. C. de vectig. & com-
miſſ. l. reſcripto. 6. §. fin. de muner. & honor.
l. ſunt munera. 11. & l. ab his oneribus. 10. de
vacat. mun. & eſt melior de jure text. in l. o-
mnes provinciarum. 12. ibi: aſcripto curat pro
juribus ſingulorum. C. de oper. pub. & ibi
Salic. in p. notat, iſtam contributionem
fieri ſecudùm ratam cujusque æſtimi, &
deficientium vices ſupplentur per alios
de univerſitate. *l. 1. C. de omni ag. deſerto.*
lib. 11. Licet autem Baldus velit, ad tales 385
collectas pro ære alieno præteriti tem-
poris, non teneri conferre, qui de novo
venerint ad habitandum. *Bald. in d. l. 1.*
§. quod ſi nemo. num. 5. verſ. ſuper ſecundo pun-
cto. ff. quod cujusque univerſ. nom. allegat. l.
providendum. 23. C. de decur. lib. 10. ac ſequi-
tur matthæus de Afflict. in conſtit. Neapol. rub.
de contumac. lib. 1. & Rebuff. de lit. oblig n. 2.
gloſſ 1. num. 10. Guido tamen Papa in con-
traria eſt ſententia, puta, quòd debitum,
etiam per anteceſſores contractum, no-
ceat ſucceſſoribus, cùm illi novi ſucceſ-
ſores repræſentent prædeceſſores, & fa-
ciant eundem populum. *Guido Pap deciſ.*
279. per l. proponebatur. 76. circa medium ff.
de jud. Imò, quod plùs eſt tenet ipſe, ad 386
talem collectam etiam obligari foren-
ſes, qui prædia poſſident in loco, ubi
communis collecta imponitur. *allegat*
Bart. in l. libertus. 17. §. ſola. 5. num. 2. ad mu-
nic. per d. l. reſcripto. 6. §. in tributiones quæ a-
gris fiunt, poſſeſſoribus indicuntur. de mun. &
honor. & iſta eſt communis concluſio, ſe-
cundùm Curt. junct. conſ. 61. num. 1. & 2. de
de quo videatur latiùs Remigius de Gonny in ſuo
tract. de charit. ſubſid. ſub tit. an Eccleſia vel
Clerici teneantur. mihi fol. 235.

Hæreditas etiam jacens privilegiata 387
eſt, ut in illam neque ex vi judicati, neque
ex vi pacti cum defuncto celebrati, neque
ex vi ſtatuti, manusinjectio vel parata
executio locum habeat. *Iaſon. in l. 1. num. 1.*
verſ. ſecùs eſt in ſecundo decreto. & ibi Bald.
num. 2. C. de judic. accipiendo videlicet
vocabulum executionis in potentiore
ſigni-

ſignificatione, & ſecundùm conſuetudi-
nem horum locorum, ubi jus Saxunicum
in uſu eſt, de ea miſſione in poſſeſſionem,
quæ alias tribuitur per ſecundum decre-
tum. *argum. eorum, quæ habentur in lib. 1. art.
70.* Landrecht *&* Weichbild. *art. 29. §. fin. &
art. 64. ac notat Regnius noſter in ſua practica
cap. 303. num 8. qua de re in 3. Parte hujus
Operis cap. 9 num. 13. & ſeqq dicendum veniet
fuſiùs.* quod ampliatur etiam in areſto
procedere, *per ea, quæ tradimus in 3. Parte
hujus Operis cap. 11. num. 90.* Et, quòd Pro-
ceſſus executivus contra hæreditatem ja-
centem fatuè & ſine omni fruge inſti-
tuatur, ac ſit ipſo jure nullus, teſtantur
Ang. de Peruſ. *in l. ad diem 77. nu. 1.* Ioan.
de Imola 2. *Alex. 4. Iaſ. 5. de verbor. oblig.
Ang. in l. 4 §. toties, per illum text. in verbis:*
388 *ceſſabit hæc pars de dam. infect.* Vocamus au-
tem hæreditatem jacentem quamdiù illa
non aditur, ubi tamen adeundi ſpes eſt.
*l. ſi quis ita hæres inſtituatur, ſi legitimus, 82.
de hær. inſt. l. quamdiù inſtitutus. 69. l quam-
diù poteſt. 39. l. quamdiù prior. 3. de acquir.*
389 *hær.* Sicut & econtra, vacans hæreditas
dicitur, cùm deficit omnis ſpes adeundi,
puta, quando, facta diligenti inquiſitione
& citatiune eorum, quos cauſa ſucceſſio-
nis contingit, nullus invenitur, qui velit
eſſe hæres. *gloſſ. verb. hærede & ibi Bart. nu.
3. in l. ſancimus. 7. §. cum autem aliquis. 1. C.
ad SC. Trebell. & facit l ſcimus. 22 §. fin an-
tem dubius. 2. C. de jure delib.* quo poſterio-
re caſu bona defuncti omnia, tanquam
vacantia, ad fiſcum devolvuntur cum ſuo
onere. *l. 1. & l vacantia 4. ubi Platea C. de*
390 *bon. vac. lib. 10.* Ætiologia, quare in hære-
ditatem jacentem non poſſit manus inji-
ci, ſive executionem, ſive ſequeſtratio-
nem, ſive areſtum ei intentando, illa eſt,
quòd nulla extet perſuna, quæ poſſit eo
nomine interpellari, vel citari, & ſic in
mora conſtitui. *argum. l. ſi conſtante 22. §.
ſi exhæredato. ſolut. matrim. ubi mulier ex dote
data ſocero, ſi eo mortuo, & marito exhæreda-
to, contra hæredes inſtitutos ad reſtitutionem
agere velit, expectare jubetur, donec adeatur*
391 *hæreditas.* Quamdiù enim jacet, reputatur
ad inſtar pupilli vel furioſi, qui non de-
fenduntur. *Iaſ d. l. ad diem. 77. num. 4. ac
facit l. ſi cui 5. §. ceſſatum non accipimus, ſi
pupillus tutorem non habeat. ibidemq; 20. Bart.
num. 3. ut in poſſ. l. ſerv. cauſa.* Ex qua
theorica refert Angelus, ſe ſtruxiſſe mul-
tos proceſſus, factos contra hæreditatem
jacentem, cum omnes citationes ſuper
ea emanatæ ipſo jure fuerint irritæ & ina-
nes, *Angel. d. l. 4. §. toties. num. 3. de dam
infect.* Res ſiquidem hæreditariæ, ante- 392
quam aliquis hæres exiſtat, in nullius
quaſi bonis eſſe dicuntur. *l. 1. §. quod au-
tem ff. de rerum diviſ. ac notat Alex conſ 108.
num. 10. vol. 1. Matthæus de Afflictis in ſuis ſin-
gular. ſing. 4 num. 7.* &, quod antè aditam
hæreditatem fruſtrà intentetur execu-
tio, probat Decius *in l. hæredem. 59. num. 8.
ff. de reg jur. & Alex. conſ. 36. num. 11. vol. 3.*
& per hanc theoricam nuper admodùm
defendimus judicium curiale, in provin-
ciis Thuringiæ, quod denegaverat proceſ-
ſum creditori adverſus pupillum nobi-
lem indefenſum, ut cui tutor datus non
erat, quia enim ad ſecundum decretum
niſi data contumacia rei non perveni-
tur. *l. Fulcin 7 ex quibus cauſ. in poſſ. eat. l.
ſi finita 15. § Iulianus. 16. de dam infect.* &
hæreditas jacens perſona eſt indefenſa,
quæ in contumacia conſtitui nequit, *ſe-
cundùm Bald poſt Guilhelm. de Cun. in d. l.
cùm debitoris. 7. num 2. C de jud. & in rub.
C de ſucceſſo edicto. num. 4.* per hæc ſatis
patet veritas ſuprà dictæ concluſionis.
Ac iſtud quidem, quòd videlicet, hære- 393
ditate jacente, nulla manusinjectio in
bona hæreditaria detur, expreſſè tenet
gloſſ 1. Landrecht *lib. 1. art. 22.* Generali-
ter autem jacere dicitur hæreditas, ſecun-
dùm jus civile, tribus temporibus. Primò *Differ. jur.*
namque eſt illud intervallum, quòd extat *civ. & Sax.*
à die mortis defuncti, uſque ad tempus, *57 par 6.*
quo aperiuntur tabulæ teſtamenti, *l. 1 ff* *lib. 1. &*
quemad. teſt. aper. vel in caſu inteſtati, *Zobell. ubi*
quando hæres comperit, ſuccedendi jus *paulò in-*
ad ſe devolutum eſſe, *l. fin. §. ſimiliq; modo* *fra n. 6. in*
ibi. poſtquam nota fiet ei apertura tabularum, *fin.*
*vel delata ſibi ab inteſtato hæreditatem cogno-
verit, juncto §. donec ibi: nulla ſit licentia cre-
ditoribus, hæredes interim moleſtare C. de jure
delib.* cùm tempus ad aliquid faciendum 394
de jure præfixum, dicatur utile, nec cur-
rat ignoranti, vel impedito impedi-
mentu facti vel juris. *Abbas in c quia per
diverſitatem, num. 7. juncto §. 1. & 3. extra
de conceſſ. præbend. & in cap. ne profectu.
num. 2. de elect.* Secundum tempus inci-
pit à die notitiæ teſtamenti, vel cogni-
tæ ſucceſſionis ab inteſtato, & durat
per triginta dies, quibus præparat ſe
hæres ad confectionem inventarii cum
ſolennitatibus ad hoc requiſitis. *d. l.
fin §. ſin autem dubius. ibidemq; Salic. poſt
Richardum Malumbre. ac notat gloſſa in*

auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falcid. Spec, tit. de inſtrum. edit. §. fin. & ſequitur Sebaſt. Menticulus de invent. hær. in p. nu. 2. ſeptime memb. princ. num. 1. & ſeqq. Tertium tempus cur-
395 rit pôſt illos triginta dies, & durat uſque ad alios 60. dies, in quibus & inventariũ conficere & deliberare hæredi licet, an velit hæreditatem adire, vel eam repudiare. *d. l. fin. §. ſin autem. & l. 1. ff. eod.* adeoque totum tempus jacentis hæreditatis, quo & inventarium perfici, & deliberari debet, an quis velit eſſe hæres, nec ne, in rebus præſentibus, à die compertæ ſucceſſionis de devoluta hæreditate ab inteſtato vel ex teſtamento, ſpacium eſt trimeſtre, aut, ſi res non ſint in loco annale. *gloſ. verb. ſexaginta. d. l. fin. §. ſin autem dubium. & d. §. donec. ibi: infrà tres menſes vel*
396 *annale ſpacium.* Quo intervallo durante, non datur licentia neq; creditoribus, neque legatariis, aut fideicommiſſariis, hæreditatem vel ad judicium vocare, vel per alios proceſſus executivos moleſtare. vel etiam ex pacto hypothecæ, res hypothecatas vindicare. *d. l. fin §. donec.* adeò, ut, quamvis ſententia contrà viventem lata ſit, illo tamen poſteà defuncto, infrà prædictum tempus, hæreditate nondum adita, judicatum executari non poſſit; ſicut & interim ceſſat executio inſtrumentorum guarentigiatorum aut aliter executivorum adverſus jacentem hæreditatem. *Chaſſan. in conſuet. Burgund. rub 8. des ſucceſſions. §. 13. verb. ſemmes, num. 12. Boër. deciſ. 10. num. 3. Phil. Cor. d. l. fin. §. donec. & ibi Bart. num. 1. & 2. ſubjungit, iſtud ita practicari ſeta die, quod & ſequitur Roder. Suarez. in repetit. l. pôſt rem judicatam. 56. in declarat. legu regni, extenſ. 1. num. 5 ff. de re jud.*

397 Jure verò Saxon, paulò aliter ſe res habet, de quo tempus jacentis hæreditatis inter præſentes non eſt, niſi 30. dierum, computandorũ à tempore ſcientiæ mortis defuncti, vel cognitæ ſuæ didicitæ ex teſtamento, vel ab inteſtato, hæreditatis, quod adeò privilegiatum eſt, ut infrà illud non tantùm creditores hæreditatem jacentem inquietare vetentur, ſed ipſi etiam hæredes poſſeſſionem bonorũ defuncti, niſi rerum ſervandarum cauſa, ingredi nequeant. Landrecht *lib. 1. art. 22.* *ibi.* Anders ſoll der Erbe keine Gerad haben vor dem dreyſſigſten. & ſic tempus jacentis hæreditatis, infra quod executio impeditur, de jure Saxonico regulariter non
398 durat ultrà 30. dies. Eſtque ratio diverſitatis inter jus civile & Saxonicum, quod illius vigore, hæres, ſemel adita hæreditate, absque confectione inventarii, tenetur creditoribus in ſolidum, etiamſi hæreditas ad ſummam æris alieni non aſcendat. *l. fin. in pr. & §. 1. C. de jure delib. & Mentic. de invent. hæred. 7. membr. princ.*
num. 5. 6. 7. & 8. ideò longiore delibera- 399
tione indiget, dictis juribus; quod non eſt de jure noſtro provinciali, cujus virtute hæres, etiam non confecto repertorio, tamen non tenetur ultra vires hæreditarias. *text. eſt* Landrecht *lib. 1. art. 6. ibi:* Wer das Erbe nimmet/ſoll zu Rechte die Schuldt zahlen/ als ferne das Erbe reichet mit der fahrenden Haab. *ibidemq; gloſ. 1. cũ additione litera A. intelligit iſtum textum generaliter, etiam in terminu non confecti inventarii, ut oneribus hæreditariis ulterius non implicetur, quàm in quantum ſe extendunt vires hæreditatis, quod & probatur in gloſ.* Weichbild. *art. 26.* ac teſtatur Henning. Godenus, iſtam ſententiam de generali conſuetudine harum provinciarum ita in feudalibus, quemadmodum etiam in allodialibus obſervari. *Godenus conſ. 11. ſub rub. de ſucceſſ. feudi num 8. ac ſequitur VVeſenbecius conſ. 13. num. 24.* & addit *num. 15.*
iſtam conſuetudinem, non conficiendi 400
inventarium, eſſe tolerabilem. *pôſt Bart. in l. tutor, qui repertorium. 7. num. 18. de admin. tut. Angel. de Peruſ. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. num. 20. ſi cui plùs quàm per legem Falcid.* cùm confectio inventarii ſit juris poſitivi, adeoque contraria lege, ſive ſcripta, ſive non ſcripta, tolli valeat. *Montic. de invent. hæred. in princ. num, 28. 29. & plenius in tertio membro princ. num. 11.* Ac in hoc concordat jus noſtrum Saxon. cum jure Canonico, quod ipſum quoque hæredem, quantumvis non confecto inventario, non condemnat ultrà vires hæreditatis, cum ex ea nihil commodi ſenſeris. *gloſ. c. quanquam. verb. dicebat ibidemq; Philip. Franc. & Petrus de Anchar. uterq; num. 9. per illum textum verb. prout patiuntur facultates. extra de hæred. in 6. pôſt Hoſtienſem in ſumma tit. de teſtam. §. penul. verſ. ſequente & Angel. de Peruſ in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio. num. 3.*
Etſi autem hæc ita ſint, quòd 401
videlicet hæredes de jure Saxon. non cõpellantur conficere repertorium, cùm, eo etiam deficiente, non teneantur ultrà vires hæreditatis, per ſupra dicta: tamen nemini author eſſe velim, qui quoquo modo ſeſe impedit circa aliquam hære-

Differ. Zobell. 55. part. 2. num 6 & differ. jur. civil. & Sax 43. lib. 2. par. 8.

Differ. Zobell. 51. part. 1. num. 6.

hæreditatem, ut deſcriptionem inven-
tarii omittat, ne vel apud hæredes, vel
cohæredes, aut etiam creditores, in ſu-
ſpicionem expilatæ hæreditatis incidat.
l. adverſùs. 4. C de crim. expil. hæred. & vi-
res hæreditatis, non exiſtente legitimo
inventario, mediante juramento patefa-
cere teneatur. *l. ſcimus 22. §. licentia. 10.
C. de jure delib.* Quod etiam in vidua & vi-
duo procedit, qui eodem modo de patri-
monio defunctæ perſonæ, quod habebat
tempore mortis, reſpondere hæredibus
coguntur. *l. 2. & ibi gloſ. verb. jurata. C.
quando & quibus quarta pars debeat. lib. 10.
ac gloſ.* Landrecht *lib. 1. art. 25. §.* Das Weib
402 antwortet. Et iſtud quidem juramentum,
quod ex legis diſpoſitione imponitur, &
ſuccedit in locum deficientis inventarii,
ejus naturæ eſt, ut, quantumvis delatum
reo, referri nequaquam valeat deferen-
ti. *ita eſt gloſ. ſingularis in c. fin. verbo famo-
ſis. extra de jurejur. auth novo jure. verſ. ſed
ſi datum. C. de pœn jud. qui mal. jud. & eſt
bonus text. in l præſenti 6. §. 4 verſ. ſicubi.
verb. de ſua conſcientia ſatisfacere jubeatur. &
ibi gloſ. verb. conſcientia. in fin. C. de his qui
ad Eccleſ. conſ.* ubi in ſpecie tradit, quod
juramentum, *de quo in l. 2. C. quando &
quibus quar. pars. deb. & l. ſcimus. 22. §. li-
centia 10. C. de jure delib.* referri nequeat,
& ita fuit de jure reſponſum per ſcabi-
nos Lipſenſes, in cauſa vertente inter G.
W. ab H. cum conſortibus, actores ab
una, & H. W. ab H. reum ab altera par-
te, anno 1577. menſe Januario. Iſtud
403 autem inventarium, de quo præmiſi, re-
rum videlicet in hæreditate exiſtentium,
etiam in terris Saxoniæ debet confici,
dummodò fidem debeat mereri, infra tri-
ceſimum, ſecundùm communem obſer-
vantiam horum locorum. *per gloſ. 1.* Land-
recht *lib. 1. art 6. ac ſequitur Zobelius d. art.
22 lib. 1. in addit. latina litera A. circa mediū.*
404 Cumque talis ſit lex provincialis apud
nos, ut infra triceſimum confici inventa-
rium oporteat, infertur inde, quòd, tali
tempore exacto, non prohibeatur jus pe-
tendæ executionis, etiam in hæreditatem
jacentem. *Rebuffus de lit. oblig. art. 3. gloſ. 2.
num. 21.* Quod autem hactenus traditum
eſt, de non permittendo paratam execu-
tionem adverſus hæreditatem jacentem,
ampliatur procedere, non tantum in ca-
ſu, quando mora ſine interpellatione ho-
minis non committitur. *argument. l. ſi ex
legati cauſa. 23. ibi: ſi interpellatus non de-
diſti, de verb. oblig. cum l. mora 32. in pr. de
uſur.* cùm iſto caſu non extet perſona quæ
interpellari valeat. *Bart. in l. ad diem. 77.
num. 4. de verb. oblig. ac fac. l. lecta. 40. verſ.
non enim in mora. ſi cert. pet. l. ſiſtendum. 2c.
cum l. ſeq. de uſur.* Sed etiam, quando ſo-
lutioni certus eſt præfixus terminus, ita
ut dies interpellet pro homine *l. magnā.
12. C. de contrahend. ſtip.* & hoc eſt, quod
alibi ſcriptum reliquit Baldus jacente hæ-
reditate, nullam intelligi intercedere
moram, nullum animi conſilium & nul-
lam culpam. *Bald. in l. licet 8. num. 6 C. de
jure delib.* Etſi enim hæreditas dicitur ſu- 405
ſtinere perſonam fictam: tamen repræ-
ſentat perſonam defuncti, non autem
hæredis futuri, defunctus autem neque
citari, neque latitare, neque ſecundum
decretum pati poteſt, *hac ſunt pulchra ver-
ba Baldi in rub. C. de ſucceſſ. edict. num. 4. per
§. ſervus etiam alienus in fin. Inſt. de hæred. in-
ſtit juncta l. in eo. 33. l. hæreditas enim 34. l.
hæreditas in multis. 61. ubi not. gloſ. verb. do-
mini de acquir. rer. dom. juncta l. 1. quæ ſent.
ſine appell. reſcin. l. in ſententiis. 59. alias in
ſumma. §. fin. de re jud.* Sicut eodem mo- 406
do lapſus fatalis ad appellandum præ-
fixus provocantibus, non nocet hære-
ditati jacenti, ſed alius demum termi-
nus quatuor menſium indulgetur hæ-
redibus poſt aditionem, ne videlicet i-
gnorantes negocium, vel etiam ſuper ad-
eunda hæreditate dubitantes, priuſquam
aliquod commodum ſentiant: damnis
eos affici contingat, *l. fin. C. ſi pend. appell.
mors interven.* Quantumvis autem con- 407
tra hanc reſtrictionem ſaltem in ultimo
membro multum videatur urgere *l. ad
diem 77. de verb. oblig.* ubi pœna in even-
tum non factæ ſolutionis ad certum diē
promiſſa, etiam antè diem mortuo pro-
miſſore, committitur, licet ejus hæredi-
tas nondum adita fuerit. *ac concordat l.
debitor. 19. ff. de negoc. geſt. & l. 2. cum l. fin.
de naut fœn.* tamen reſpondetur ſimpli-
ciſsimè ut maximè cōmittatur pœna et-
iam tempore jacentis hæreditatis, nihilo- 408
minùs inde non inferri, quod in jacentem
hęreditatem permittatur manus injectio,
vel parata executio, ut quæ jus poſſeſſio-
nis immiſſo tribuat. *Baldus in rub. C. de
ſucceſſ. edict. num. 4.* Ac ſi quis opponat
*d. l. cum filiusfamilias. 49. §. in hac 2. de verb.
oblig.* quòd videl. etiam contra abſentem
& ignorantē cōmittatur ſtipulatio per te
hæredemvè tuū non fieri, pro ſolutione
dicen-

dicendum, quòd eodem modo contra-
rium loquatur extrà caſum jacentis hæ-
reditatis, extabat enim ibi hæres, qui cõ-
traveniendo promiſsioni defuncti, ipſo
jure incurrit pœnam, licet illa propter
pupillarem ætatem ab eo non potuerit
409 exigi. *d §. in hac.* Tradunt & aliam ſolu-
tionem Dd. ad prædicta contraria, quod,
licet pœna incurratur etiam per jacentem
hæreditatem: tamen æquitas ſuadet ſub-
veniri hæredibus contra petitionem pœ-
næ per in integrum reſtitutionem, ex il-
la generali clauſula: ſi qua mihi juſta cau-
ſa videbitur. *l 1. ex quib. cauſ. majo. ita re-
ſpondent Ang. de Peruſ. d. l. ad diem num. 2.
ibiq; Alex. de Imol. 3 Iaſ. 6. ubi addunt, hanc
ſolutionem & ſententiam communem eſſe, quod
& Zaſ. eo in loco atteſtatur num. 6.* Etſi verò
iſta doctrina in ſe vera eſt: tamen non
evacuat contrarium, ideò teneatur prima
ſolutio. Et iſtud facit ad quæſtionem ſæ-
pius incidentem, ex quo de hominum fa-
cultatibus ut plurimum plùs ſperatur,
quam in iis eſt. *§. in fraudem. verſ ſæpè enim.
Inſtit. quib. ex cauſ. manumis. non lic.* pone,
quod, mortuis debitoribus, creditores,
prout fit tota die, ſuſpectam habent de
ære alieno hæreditatem, ideoque unus
410 pòſt alium areſtum impetrare properat,
an infra tricesimum (qui de jure Saxoni-
co regulariter concludit tempus jacentis
hæreditatis. *d. art. 22. lib. 1.* Landrecht) a-
reſtum impetrans, aliis areſtantibus, qui
videlicet exacto demùm tricesimo ve-
niunt, præferatur? deciſio pendet ex eo,
quale jus tribuatur areſtantibus. Admo-
nuimus autem ſuprà in Parte 1. hujus O-
peris *cap. 2 num. 189. & ſeqq.* de jure Sa-
xonico, ex vi talis areſti induci hypothe-
cam legalem & tacitam, Etſi enim hæc
neque ex obligatione debitoris expreſſa,
cum conſenſus ejus ab initio non acceſſe-
rat, *l. contrahitur 4. l. res hypothecæ. 5. ff. de
pign.* neque ex obligatione tacita vel lega-
li, in caſibus puta a jure civili approbatis,
in tit ff. & C in quib. cauſ. tac. pig. contrah.
deſcendit: tamen lex conſuetudinaria
poteſt hoc operari, ut pignus etiam in
bonis abſentis conſtituatur, argumento
ejus, quod dicitur, conſuetudine Induci
poſſe, ut quis tertio etiam abſenti ſtipule-
tur. *Iaſ. in l ſtipulatio iſta 38. §. alteri. 17. nu.
2 ibiq; Zaſ. 18. ff. de verb. oblig. per l. certi cõ-
dictio 9. §. ſi nummos 8. ibi: quotidiè evenit,
ut mutuam pecuniam ab uno petendo, ſtipule-
mur eam noſtro nomine futuro debitori nume-
rari. juncta l. ſingularia. 15. ſi cert. pet. l. ſi
quis donaturus. 24. ibi: uſitatum eſt de uſufr.*
Quo facto, ſi in proceſſu ſuper validitate 411
areſti ſubſequatur ſententia, per quam
confirmetur petitio & decretum areſti,
fingitur tacitum pignus ſuper bonis are-
ſtatis retrò, ab initio videlicet impetra-
ti areſti interveniſſe, *argum. l. potior. 11. §.
videamus. verſ. cùm enim ſemel conditio extite-
rit, perinde habetur, ac ſi illo tempore, quo actus
factus eſt, ſine conditione ſtipulatio interpoſita
fuiſſet. C. qui pot. in pig. hab. ac facit l. quod ſi
14. de peric. & com. rei vend.* cùm ratihabi-
tio, ſive voluntaria, ſive neceſſaria, pro-
pter ſententiam judicis, quam etiam con-
tra invitos ferre poteſt. *l. inter ſtipulantem.
83. §. Stichum. 7. de verb oblig.* trahatur retrò
ad initium celebrati cujusq; actus. *c. rati-
habitionem. extra de reg. jur. in 6.* Et ſic iſtud 412
areſtum ſtatim à die impetrationis tri-
buit areſtanti jus reale, Eine gedingliche
Gerechtigkeit/ puta hypothecæ, cujus ra-
tione prior in tempore præfertur omni-
bus aliis ſequentibus creditoribus, ante-
riore videlicet hypotheca non munitis.
[Quocirca & uſus ſic obſervat, ut hypo-
thecarii primo loco ſint, atq; ordine, qui-
bus etiam ante omnia ſit ſatisfaciendum:
altero perſonales, hoc eſt, qui privilegiũ
habent perſonale. Pòſt hos tertia in claſ-
ſe arreſtantes antè immiſſionem (nã hæc
ad primum ordinem pertinet) quarta ac
poſtrema chirographarii, ad quos in tali
concurſu aliquid reſidui raró pervenire
ſolet.] *VVeſenb. de privil. credit. num. 9* idq;
probat etiam illuſtriſſimus Saxoniæ Ele-
ctor in ſuis novellis *conſtit. 8. §.* Ferner.
part. 1. adeò, ut iſto caſu factum judicis a-
reſtum concedentis, habeatur pro facto
partis, *argumento l. 1. C. ſi in cauſa judic. l.
pignoris. 11. C. de pig. act. per vulgatam regulã:
qui prior tempore potior eſt jure l. quoties u-
triuſq; 98. ff. de reg. jur. c. qui prior. extra eod.
in 6. l. qui balneum. 9. in p. & d. l. potior 11.
qui pot in pig hab.* quo de videantur quæ
ſuperiùs tradita fuerent in prima Parte
noſtri Operis *cap. 2. num. 205. cum ſeqq.*
Unde infertur de neceſſitate, præſuppo-
nendam eſſe perſonam, qui cum lex fin-
gat, negocium geſtum eſſe eo tempore,
quo areſtum impetrabatur, cùm fictio
nunquam habeat locum, niſi inveniat
rem vel perſonam, ſuper qua figat pedes.
*Bart. in l. ſciendum. 18. in princip. ex quibus
cauſ. major. l. quoties. 14. ibi: quia non ſubeſt
res eo tempore de nova.* ideò alibi tradit Ja- 413
ſon,

ſun, quòd fictio requirat duo extrema habilia, &, quando rectò qoid fingit, nec invenitur extremum, in qoo fingat, quia videlicet perſona, cum qua fingitur contractus initus, jam deceſſit ex humanis, nulla eſt fictio. *Iaſon. in l. ſi u qui pro emtore 15. num. 343. ſicut & 117. 118. 119. 152. 153. & 155. ff. de uſucap. per l. huic ſcripturæ. 15. ad l. Aquil.* Porrò hæreditas in propoſito, tempore videlicet areſti impetrati, erat quaſi extra rerum naturam, eùm defuncti perſonam repræſentaret. *l. hæreditas in multis 6. de acquir. rer. dom.* cum quo defoncto nullus contractus, & ſic, nec pignoris, celebrari, tempore impetrati areſti, poterat, adeò, ut hac ratione attenta, ne quidem lex in areſto fingere vel præſumere poſſit, inductionem hypothecæ. Ac, ne eamus per mendicata ſuffragia pro hac ſententia, quod videlicet de jure Saxonico infra triceſimum, nequaquam ſit permittendum areſtum, ac, ſi de facto permittatur, areſtari faciens, nullum ex eo jus conſequator, habetis gl. manifeſtam. Landrecht *lib. 1. art 22. verb.* Das Erbe mag wol / *ubi legitur.* Vor dem dreyſſigſten ſoll niemand auff des Verſtorbenen Schuld klagen / der Richter ſoll auch nichts daraus pfenden / noch jemand ins Er-
415 be weiſen oder kümmern / ꝛc. Relinquitur ergo, quòd areſtantes infra triceſimum, nullum jus reale conſequantur, cujus ratione aliis, pòſt triceſimum areſtantibus præferantur. Ac ſi objiciatur, contra hæreditatem jacentem ſaltem perveniri poſſe ad primum decretum, ut videlicet bona rei ſervandæ cauſa poſſideantur, *arg. l. apud Iulianum. 3. ver. & ait. Iulianus verſ. ſi verò nihil. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.* reſpondeo: aliud eſſe in miſſione ex primo decreto, quæ cæteris crediroribus, nihil præjudicat, eùm miſſus non tàm ſibi, quàm omnibus aliis creditoribus, detineat rem, in qua contingit miſſio. *l. cum unus. 12. in pr. ff. de reb. auth. jud poſſid.* & ſic iſtud pignus prætorium non operatur aliquam præventionem ratione tempo-
416 ris, in concreditoribus ejuſdem tituli. *gloſſ. verb. creditoribus d. l. cum unus. ac concordat l. is cui. 5. §. qui prior. 3. ut in poſſ legat. l. ſi finita. 15. §. ſi plures 15. & l. prætor. ait. 7. §. ejus rei de dam infect. cum. l. fin. C. de reb. auth. jud. poſſ.* nec ſine cauſæ cognitione fit, *l. ſi diu. 8. ibi:* cauſa cognita permittendum, bona rei ſervandæ cauſa poſſideri. *ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur,* ſecùs eſt in areſto Saxonico, in quo nulla planè cauſæ cognitio intervenit, per ea, qoæ fuerunt tradita in prima Parte hujus Operis, *cap. 2. num 189.* & nihilominùs areſtator jus & privilegiū reale, ac tale quidem conſequitur, cujus ratione, prout prior areſtavit, ſic omnibus aliis poſterioribus creditoribus præfertur, per ſuperiùs dicta. Poteſt & alia, ac fortè melior ſolutio dari, quod videlicet jus Saxonicum materiam primi decreti, maximè circa caſum contumaciarum, hodiè planè non agnoſcat, prout rectè notat Zobel. *in ſuis addit. ad text.* Landrecht *lib. 2. art. 41. litera B.*

Ex quo olteriùs infertur, ſtante ſtatuto vel pacto, quod pòſt moram debitoris liceat ingredi poſſeſſionem bonorum ipſius, nihil prohibet ingreſſum vel miſſionem ex primo decreto, etiam adverſos hæreditatem jacentem expediri. *Iaſ. in l. cùm debitoris. 7. num. 1. ibidemq; Alex. de Imol. & Angel. de Peruſ. uterq; num. 2. C. de judic. pòſt Bart. in l. ſi bona. 5. per illum text. C. de bonis auth. jud poſſ.* licet ille textus de vacante, non aotem jacente hæreditate loquatur, melior eſt text. *in d. l. ſi diu. 8. ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur.* obi habetur: quamdiu incertum eſt, an hæres ſit extiturus, nec ne, cauſa cognita permittendū, bona rei ſervandæ cauſa poſſideri, *ac facit l. 4. §. toties. ibi:* ſi non ſit eoi denuncie- 418
tur, veloti eùm hæreditas nondum adita eſt, *de dam. infec* cùm hæreditas jacens & 419
pupillus in iſta materia æquiparentur. *Iaſ. in d. l. cùm debitoris 7.* contra pupillum autem, ſi non ſint, qui eum defendant, tutor vel cognati, indubitanter poteſt perveniri ad primum decretum. *l. Fulcinius 7. in pr. & §. 1. & l. apud Iulianum. 3. in pr. juncto §. ſi verò & l. hæc autem. 5. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. eat.* Eſtque ratio, quia talis 420
ingreſſus non magis poſſeſſionem, quàm nodam coſtodiam & detentionem tribuit, ſicut probatur *per l. creditores 3 in p. juncto verſ. ſeq C de pig.* ſecundùm unom intellectum, *& l. is cui. 5. §. qui ſervandorum 22. ff. ut in poſſ. leg. ac fac. l. 3. §. generaliter, ibi: miſſo in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, vel ventris nomine, vel cauſa rei ſervandæ. non poſſeſſionem, ſed cuſtodiam & obſervationem rerum concedi. ff. de acquir. poſſ* in quò concordat & jus Saxonicum, quod hæredi (nulli tamen alii) permittit, rei ſervandæ cauſa, etiam jacente hæreditate, & antè triceſimum, ingredi poſſeſſionem.

Landrecht *lib. 1. art. 22. in illis verbis:* Der Erbe mag wol in das Haus oder Gut ehe dem dreyſſigſten einfahren / auff daß er bewahre / damit nichts verlohren werde. Et quidem hæc eſt prima ſublimitatio ad id, quod tenuimus, in jacentem hæreditatem denegari executionem paratam, quòd videlicet fallit prædicta regula, quando intenteretur ingreſſus, vel peteretur miſſio cauſa rerum ſervandarum, cum periculum in mora, circa res videlicet hære-
421 ditatis, quæ non tàm ex immobilibus, quàm ex mobilibus, quæ ſervando ſervari non poſſunt, conſtat, faciat licitum, quod alias foret illicitum, quod & Rodericus Suarezus confirmat *in l. poſt rem judicatam 56. declaratione legis regni, extenſ. 1. num. 6. de re jud. & facit d. l. ſi diu. 8. ibi: ſi res urgeat vel conditio, ex quibus cauſ. in poſſ. eatur.* Ubicunque enim periculum eſt in mora, tunc propter damnum non facilè reparabile diſcedimus à regulis juris cõmunis. *Alex. de Imola in l. fin. §. donec. num. 1. C. de jure delib. Angelus in l. 2. ff. de appell. recip. & l. tutor qui repertorium 7. per illum textum in verbis: niſi id, quod nec modicam dilationem expectare poſſit. de admin. tut. & gloſſa ordinaria l. de pupillo. 5. §. ſi quis rivos. 11. verſ. præterea. & verſ. proinde ibi: quoties mora vel dilatio periculum eſt allatura, & ibi omnes Dd. notant de nov. op. nunciat.* ita tamen, ne ingreſſus, etiam ex caſibus celeritatem deſiderantibus aliter, neque ad alium finem fiat, niſi pro cuſtodia rerum, *ſecundùm Bart. & omnes cõmuniter Dd. in d. l. ad diem. 77. de verb. obligat. Alexand. in d. l. 4. §. toties. num. 24. & in l. ſi quis inſtituatur 23. in fin. de hæred. inſtit. & l. ſi bona. 5. num. 2. C. de reb. auct. jud. poſſeſſ. & in d. l. ſi diu. Baldus in rub. C. de ſucceſſ. edict. num. 4. & l. debitori 7. num. 3. C. de pactis Ludovic. Rom.*
422 *conſ. 158. num. 1.* Unde & illud eſt, quod jacenti hæreditati ut plurimùm curator datur, qui eam adminiſtret & defendat, maximè ad inſtantiam creditorum. *Bart. in l. 2. num. 1. de curat. bonis dando. Alex. conſ. 000. num. 16. vol. 5.* cujus perſona ſæpiùs etiam ex numero creditorum deſumitur, quantùmvis non ſit extraneus, ſecundùm Romanum *ſingulari 131. incip. volo tibi dari. per l. debitor. 13. ff. de negoc. geſt. & l. 2. §. voluntarius. in finalibus verbis. de curat. bon. dando.*

423 Et ex hac ipſa ratione aſſignant Dd. etiam ſecundam fallentiam & caſum, in quo hæreditate jacente, peti poteſt miſſio in poſſeſſionem bonorum, puta, pro legato pauperibus, relicto ad alimenta; namque & illo caſu, quia in mora periculum eſt, ne medio tempore, donec hæreditas adeatur, pauperes fame pereant, licebit legatariis non tantùm ingredi, ſed etiam exercere poſſeſſionem ex ſecundo decreto. *Angel. in l. ſcimus. 22. §. donec. 11. num. 1. & ibi, Alex. de Imola. 2. C. de jure delib. & idem Angel. in l. 1. §. hæc ſtipulatio. num. 16. ubi & Ioan. de Imola. notat ff. ſi cui plus quàm per l. Falc.* Et ex hoc fundamento 424
ſalvatur illa practica, quæ quotidiè in uſu eſt, ut videlicet viduis & familiæ defuncti, uſque pòſt triceſimum, provideatur de certis alimentis, ita, ut hæc, ad inſtar aliarum rerum hæreditariam, non includantur, neque conſignentur.

Reſtringitur tertiò in mandata reſtitu- 425
tione uſurarum, ſolvendarum debitoribus, à quibus fuerunt exactæ, pro iis enim paratam eſſe executionem in hæreditatem etiam non aditam, ad purgandam conſcientiam defuncti, tenet *Alex. in d. l. fin. §. donec. num. 2. & 3. Angel. 1. & 2. Bald. 1. Salic. 27. & Paulus de Caſtro in 2. limitat. ibidem C. de jure delib. ac ſequitur Rodericus Suarezus in d. l. poſt rem judicatam. extenſ. 1. num. 6.* propter videlicet pericu- 426
lum animæ, quæ omnibus rebus humanis eſt præferenda. *l. ſancimus. 21. C. de SS. Eccleſ. & c. cùm infirmitas. extra de pœnit. & remiſſ.*

Declaratur quartò in impenſis fune- 427
bribus, pro quibus non minùs, quam ad pias cauſas relictis, hæreditas etiam nundum adita diſtringi poteſt. *Ang. in d. l. 1. §. hæc ſtipulatio num. 16.* ſumma ſiquidem ratio eſt, quæ pro religione facit. *l. ſunt perſonæ. 43. de relig. & ſumpt. fun.*

Sicut autem in hæreditatem jacentem, neq; virtute pacti executivi, neque ex vi ſtatuti, permittentis executionem paratam pòſt moram, poteſt manus injici, vel exequendo, vel areſtando, vel quoquo alio modo detinendo, ut in eo jus aliquod 428
acquirat conſulens; ità idem & multò magis de ipſo corpore, vel cadavere defuncti ſtatuendum eſt, quòd nullo modo ſiſti, neque àliter ejus exequiæ impediri vel prohiberi poſſunt. *l. fin. C. de ſepul. viol. l. pen. C. quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. in ſententiis. 59. §. fin. ff. de re jud. ac facit auth. ut defuncti ſeu funera eorum non injurientur. coll. 5. & §. meminimus. ibi nullam eſſe licentiam corpora defunctorum debiti gratia detine-*

re,

re, vel impedimenta facere circa ſepultura, auth. ut cum de appell. cognoſc. col. 8. Idque adeò
429 verum eſt, ut creditor contra faciens & debitum ſuum amittat, & aliud, tantundem hæredibus injuriati ſolvere cogatur,
inſuperq; tertiæ Partis omnium bonorũ ſuorum confiſcationem patiatur cum infamia. *§. ſancimus. d. auth. ut defuncti ſeu fun. eor. non injur.* ubi etiam additur ratio:
qui enim, inquit Imperator, hominis naturam non erubuit, dignus eſt & pecunia & gloria, aliiſque rebus omnibus mulctari; & alibi dicitur: quod contaminata religio defunctorum habeat pœnam ſacrilegii. *l. pergit audacia. 5. C. de ſepul. viol.*
[Impium eſſet apud Ethnicos, nedum apud Chriſtianos; cadaver inopis debitoris inſepultum detineri, ex ea cauſa, quod æs alienum minimè ſolvatur: Ratio ſiquidem naturalis, divina & humana jura nequaquam patiuntur, defunctorum cadaveribus ſepulturam negari, niſi id fiat ob aliquam cauſam, quæ Reip. cõmodum ſpectat. Deindè ſecundùm naturam juſtum eſt, etiamſi nulla inter ſe ſocietas, aut pactio ſit, corpora defunctorum ſepulturæ tradere, ſicut Antign. apud Sophoclem dicere videtur, cum juſtum, natura docente, eſſe adſerat, Polynicem ſepulchro condere. *Et Valer. Max. lib. 5. c. 1. miris laudibus* Hannibalem extollit, quod Æmilii Pauli, Tyberii Grachi, Marci Marcelli cadavera, etſi hoſtes eſſent honorificè ſepelierit. His ſimilima tradit Chaſſan. *in glor. mund. catal. 3. p. conſid. 5.* Ex quibus apparet hoſtibus, & inimicis religiosè ſepulturam eſſe exhibendam, & ideò iniquum creditor poſtulat? dum contendit debitoris cadaver ſepeliendum non eſſe, donec ſibi debitæ pecuniæ ſolutio fiat.] Ac in ſpecie, quod parata executio ex vi inſtrumenti guarentigiati, vel quantumcunque aliter executivi contra cadaver non detur, tradit Abbas *in c. ex parte 1. extra de ſepultur. Benedictus in c. Raynutius. verb. mortuo itaq. teſtatore. num. 56. de teſtam. Rodericus Suarezus in l. poſt rem judicatam 56. ampliatione 5. ff. de re jud. Didacus Covarruvias lib. 2. variar. reſo-*
430 *lut. cap. 1. num. 10.* Per quæ deſtruitur opinio Angeli, aſſerentis, ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta confeſſionata mereantur executionem paratam, creditorem mediante tamen miniſterio judicis, rectè impedire ſepulturam defuncti debitoris, tàm diu, donec ipſi ſatisfiat. *Angelus in auth. ut defuncti, ſeu eo. fun. num. 1. quod & Marſilius probat in l. fin. num. 63. verſ. item adde etiam prædictis. ff. de quæſt. & in ſing. 199. incip. in jure expreſſum.* ſiquidem iſtud Angeli dictum reprehenditur per Felinum *in c. ſicut Iudæi. num. 2. extra de Iudæis & Sar-*
racenis. quod non procedat de æquitate, 431
ſed ego dico, quòd nec de jure defendi poſſit tanquam publicæ utilitati contrarium, cujus intereſt, ob fœtorem non diu jacere inhumata cadavera. *d. l. ſunt perſonæ. verſ. nam propter publicam. & l. ne corpora vel oſſa. 38. ff. de relig. & ſumt. fun.* ideò cõmuniter iſta doctrina Angeli reprobatur, ſecundùm Thomam Gramme. *deciſ. 82. incip. incidit ſermo inter fratres num. 4. qui ibidem circa finem addit,* quòd ultrà triginta annos, tanquam judex in magna curia regum Arragoniæ, ſemper vidit contrarium judicari, & creditoribus denegari areſta vel detentiones debitorum mortuorum uſque ad impetratam ſatisfactionem, & hanc ſententiam communiter approbari teſtatur Franciſcus de Aretio *in l. ex facto. 43. num. 16. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* quòd ita non tàm in his provinciis, quàm in pleriſque civitatibus imperii celebrioribus practicari memini.

Quia verò ſuperiùs *num 105.* ſicut & in capite ultimo primæ Partis, *num. 312.* latiùs concluſimus, jus pacti vel ſtatuti executivi regulariter prodi non tantùm adverſus debitores ipſos, ſed etiam adverſus eorundem hæredes, ut maximè nulla hæredum in inſtrumento facta fuerit mentio, *per l. ex contractu 44. & l. miles 6. § fin. de re judicat.* ſuccedit nunc dubitatio: an illud jus ingrediendi & occupandi, vel etiam acquirendi poſſeſſionem bonorũ obligati, vel, quod idem eſt, jus paratæ executionis, competens ex pacto vel ſtatuto, exerceri poſſit adversùs ſingularem ſucceſſorem? puta contrà legatariũ, in quem per teſtamentum translata eſt res aliqua particularis debitoris, eos namque vocamus ſingulares ſucceſſores. *Bald. in l. 1. num. 1. C. ſi cert. pet. & l. 3. in fin. C. ut*
in poſſ. leg. ſicut & emtores rerum hæredi- 432
tarium vel quarumcunq;, quos & ſucceſſores ex contractu nominant. *Bald. in l. 2. nu. 1. C. de pact.* item donetarium, qui donationis titulo à debitore Titii rem acquiſivit. *Aufrerius deciſ. Tholoſ. quæſt. 8. per l. omnes 17. §. Lucius. ff. quæ in fraud. cred.* de his inquã, & conſimilis tituli tertiis poſſeſſoribus quæritur, an contra eos manus injectio non minùs competat pro rebus quas poſſident, quàm prout competitura

erat, ſi in manibus debitoris permanſiſ-
ſent? Omiſſa diſtinctione Doctorum, qui
conſtituunt differentiam inter pactũ ex-
ecutivum juris perſonalis & juris realis,
diſtinguendo & ſubdiſtinguendo, *ut per
eos in l. creditores 3. C. de pignor.* explicabi-
mus hanc materiam per modum regulæ,
ſubjunctis fallentiis. Concluſionem itaq;
433 iſto caſu accipite eam, quòd regulariter
jus pacti, vel ſtatuti executivi non tranſit
in ſingularem ſucceſſorem, vel tertium
poſſeſſorem rei. *Bart. in d. l. creditores. num.
18. & 22 Salic. 9 & 16 Ang. de Peruſ. 5. &
7. Roſates 7. Bald. 5. at latè Menochius de adi-
piſc. poſſ. remed. 5. num. 111. & 112. 112. &
126. cum ſeqq per l. cum precibus 4. ibi: contrà
emtorem nullam te habere actionem perſpicu. C.
de rerũ permutat. l. fin. §. fin. de contrah. em-
ptio*, quià perſonalis eſt conventio, quæ,
ſicur tertio non prodeſt, ita nec nocere
debet. *l. ſi unus 247. 4 verſ. §. ante omnia &
ibi Iaſ. num. 4. & 5. & l. jurigentium 7. § ait
prætor 7. num. 9. de pact. & in l. Imperatores
3. nu. 2. de transact.* per id, quod in omniũ
ore eſt, obligationes perſonales non ſe-
434 qui fundum. *l. 1. §. ſi hæres; ad Trebell. l. 3.
§. opus de alien. judic. mut. cauſ fac. l. ut po-
mum 8. de ſervit. tit. generab l. cum cui mu-
435 tuam 13. C. de act. & oblig.* Sic prohibitio
alienationis bonorum ex vi contractus,
licet obliget perſonas prohibitas, ita, ut
contrà faciendo teneantur ad intereſſe:
tamen non afficit emtorem, & ſic tertiũ,
quo minùs in ipſum rei alienatæ dominiũ
tranſeat, *l. ea lege 3. C. de condict. ob cauſ.*
& pactum quod liceat in fondo tuo de-
ambulare, ſpaciari, pecora paſcere, perſo-
nale eſt. *l. pecoris 4. l. Lucius 37. ff. de ſer.
ruſt. præ. l. cum ſervus 39. §. ſi quis alicui 4. de
leg. 1. l. Mela. 14. §. 1. de ali. & cibar. lega. l.
fin. de contrahen. emt.* Unde & Bartolus
ipſemet, profitetur, primum effectum
hujus conventionis, de permiſſa licentiá
ingrediendi, eſſe, quod debitor itá obli-
gatus ex pacto, teneatur ad præſtandam
patientiam, quòd creditor ſecurè ingredi
poſſit, & iſte effectus nihil aliud, niſi per-
ſonalem obligationem continet. *Bart in
l. creditores 3. num. 15. & 22. Salic. 9. item
15. verſ ſecunda opinio & ibi. Angel. de Peruſ.
5 Bald. num. 4. & 5. C. de pignor.* quod ibi
comprobant etiam Martinus Antiquus
gloſſator, Rofred. Jacob, Butrig. & Ja-
cob de Belviſo, item Afflict. in cõment.
ad conſtit. Neapol. *verb. pacis cultum, nu. 22;
Neguz. de pig. 4. part. princ. num. 20. verſ. ter-
tio reſtringitur & Menoch. de adipiſc. poſſ. re-
med. 5. num 114. 115. & 122.* adeoque ex-
ecutio hujus pacti contra tertium poſſeſ-
ſorem intentari nequit, *Chaſſan. in conſuet.
Burg. rub. 4. §. 1. num 31.*: quod & Alberi-
cus de Roſat. firmat *in d. l. creditores num.
6. 7. & 8.* ubi ſubjicit, quod nullum pa-
ctum afficiat rem ipſam, niſi jus quæratur
in re, puta, quia in ea conſtituitur pignus,
ſervitus, vel quid ſimile, hinc eſt quod di-
citur: contra tertium, non nominatum
in inſtrumento, denegandam eſſe execu- 436
tionem. *Bald. conſ. 149. num. 1. vol. 2. Felin.
in c. cum ſuper num 15. extra de re judic. Bald.
& Angel. in l. 2. C. ſi adverſus cred. & item
Bald. in l. hac edictali 6. C. de ſecundis nupt.
l. ſi pro doto 2. C. de dot. promiſſ. l. 2. C. de in-
offic. dot. & in l. ſi bina 11. ff. de injuſto rup.
irrit. teſt.* ac, quod jus pacti vel ſtatuti ex-
ecutivi non tranſeat contra ſingularem
ſucceſſorem, vel tertium poſſeſſorem, in
inſtrumento non nominatum, tenet in
ſpecie *Bart. in l 1. num 6. C. communia de
legat.* & indubitanter profitetur Molin,
*in conſuet. Pariſ. tit. 1. gloſ. 1. verb. areſt. nu.
24. & ibidem gloſ. 1. num. 16.* ubi taxat con-
trarium tenentes *in l. creditores 3. C. de
pign.* & alias dicitur: quod inſtrumentum 437
non cantat, nec ego cantabo. *Baldus in l. ad
probationem dominii. num. 1. C. de probat. Be-
nedict. de Barzan in tract. guarentig. part. 1.
q. 9. Rebuff. ad conſt. reg. Gall. tomo 1. de tit.
oblig. art. 1. gloſ 9 num. 31.* &c, in quantum
agitur de pacto executivo juris vel obli-
gationis perſonalis, ante videlicet ingreſ-
ſum bonorum debitoris, quòd non detur
parata executio contra tertium quo cum
nihil fuit contractum, iſta Bartoli ſen-
tentia videtur communis eſſe, quam &
ſequitur Menoch. *de adipiſc. poſſ. remed. 5.
num. 122. 125. & 126.*

Fallit hæc regula primò, quando virtu-
te pacti vel ſtatuti executivi, creditor ſe-
mel fuiſſet ingreſſus poſſeſſionem bono-
rum debitoris, & deinceps à poſſeſſione
caderet: tunc enim primus ingreſſus cre-
ditoris haberet vim cujuſdam traditio-
nis, factæ per debitorem, adeò, ut dein-
ceps poſſeſſio per viam manusinjectio-
nis a tertio avocari poſſet ex debitoris cõ-
ſenſu. *Salic. d. l. creditores: num. 21. per l. mi-
nus inſtructum 2. C. de acquir. poſſ.* licet ipſe
concluſive ab hac ſententia recedat, &
benè: tùm, quia iſtud pactũ non obligat,
niſi quàm diu res eſt penes debitorẽ. *Sa-
lic. ubi ſuprà n. 21, verſu nec etiam*, tùm etiam, 438
quia

quia verbum ingrediendi intelligitur de prima vice, non de pluribus. *l. boves. 89 §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign.*

439 Fallit ſecundò, ſi perſonaliter & executivè obligatus, alienaret res ſuas in fraudem creditoris, quo caſu, reſciſſa videlicet & revocata alienatione, per ea, quæ habentur *in §. item ſi quis in fraudem. Inſt. de act.* executio parata, prout intentari poterat contra principalem, ita pariter locum habebit adverſus ſingularem ſucceſſorem. *Bart. in d. l. creditores. num. 23. verſ. circa hoc autem. juncto verſ. primo caſu quo loquimur in contractibus. Salic. l. f. in fin. C. de execut. rei judic. Ferrar. in forma executionis ſententiæ definitivæ §. 1. num. 18. Anton. de Butr. in c. quia Gu. num. 13. extra de judic. Iaſ. in l. 1. a Divo Pio 15. §. ſi ſuper rebus. num. 17 ff. de re judic. Ripa in l. 1. §. ſi hæres. n. 21. verſ. aut executio non erat ad Trebell. Anton. Gabriel. lib. 5 commun. concluſ. concluſ. 8. num. 2. Neguzan. de pignor. 4. parte princ. nu. 20 verſ. tertiò reſtringitur. & Menoch. ubi ſupra num.*
440 *126.* Quæ fallentia ampliatur, ut procedat etiam caſu teſtati, qualiſcunque tandem ſit in illa ultima voluntas, in qua teſtator, ſciens habere ſe creditores quibus anteà dedit licentiam manusinjectionis in ipſius bona, nunc aliqua eorum legavit Titio in teſtamento, prædictum pactum manusinjectionis, ob dolum & fraudem teſtatoris, eodem modo afficiet bona penes legatarium, & ſic tertium poſſeſſorem, quemadmodum affeciſſet, ſi penes defunctū vel ejus hæredes remanſiſſent, ſecus, ſi legatum abſquè dolo factum eſſet. *ita Bartol. in d. l. creditores num. 23. verſ aut in ultimis voluntatibus. ibidemq; Salic. num. 14 & in l. ſi quis immiſſum 17. §. judex. ff. de dam. infect. & Gabriel. ubi ſupra concluſ. 8. nu. 5.* ac late Menoch. *de adipiſc. poſſeſ. remed. 5. num. 130* ubi adjicit, idem etiam procedere, quando hæres legatario reliquiſſet certam rem, cum permiſſa licentia apprehendendi & vindicandi illam propria autoritate. *juxta l. Titia cum teſtamento 34 §. 1. ſecundum tertiam lecturã. gloſ. de leg. 2.* ſiquidem & eo caſu, ſi contingat, fraudulanter iſtum fundum legatum alienari per hæredem, licitum erit legatario, paratæ executionis jus etiam adverſus ſingularem ſucceſſorem intendere. *Menoch. præcitato loco num. 131.* quod latiùs proſequitur *num. 31.*

441 Fallit tertiò, in alienatione rei litigioſæ, quæ pendente judicio perſonali diſtrahitur, quo caſu alia reſciſſione, ſecundùm aliquos, opus non eſt, quin competat parata executio, etiam contrà ſingularem rei ſucceſſorem, *Bald. in l. executorem. 8. nu. 22. C. de exec. rei jud. & in l. ob maritorum 2. num. 4. verſ. breviter dico. C. ne uxor pro mar. & pòſt eos Menochius ubi proximè num. 127 Salic. in l. creditores. num. 16. & 17.* De qua 442
tamen fallentia in iſto membro, circa jura & obligationes perſonales non parùm dubito, ex quo ſaltem jure noviſſimo nulla bona dicuntur litigioſa, vel vitio litigioſi ſubjacere, niſi pro quibus in rem actio, ſive directa, ſive utilis ſuper dominio vel quaſi inſtituta eſt. *Ferrarienſ. in forma libelli actionis realis verb. veris ac legitimis num. 81 per authen. litigioſa C. de litigioſ. & in corpore unde ſumitur authen. de litigioſ. in princip. collat. 8.* niſi fortè perſonalis obligatio directa fuiſſet ad obtinendum dominium rei, prout fit in actione ex emto. *l. 1. cum l. ex emto 11. ff. de act. emti,* quo ipſo etiam caſu contrahitur vitium litigioſi, ſaltem tunc, quando pòſt litem conteſtatam alienatiò facta eſt in hujus litis benè conſcium ſucceſſorem ſingularem, ſi credimus Didaco Covartuv. *in practicis quæſtion. cap. 15 num. 6. & 7.* per rationes & autoritates ibidem ab ipſo adductas, cum quo tranſit etiam Gailius *lib. 1. obſer. 118. num. 3. pòſt gloſſam & Paulum de Caſtro in l. quanquam 4. de aqu plu. arc. & Bart. in l. creditores. 3. num. 23. C. de pignor.* allegat Didacus *num. 7.* etiam Rodericũ Suarezum *in repetitione l. pòſt rem judicatam in octava ampliatione*, qui nihil hujus ibidem, ſed *num. 4.* planè contrarium aſſerit, puta, quòd jus executivum, ex contractu non tranſit adverſus ſingularem ſucceſſorem, ſive loquamur de jure executivo actionis perſonalis. *§. item ſi quis Inſt. de action.* ſive de jure executivo actionis realis. *l. ſæpè 63. ff. de re jud. cum l. 1. & 2. C. quib. res judic. non nocet.* & iſtud tenet communis ſchola interpretum, quòd eo caſu, quantumvis actio ex emto litigioſa efficitur: tamen non afficit vitio litigioſi rem ipsã, quæ petitur. *Ferrarienſis in forma libelli actionis realis, verb. veris ac legitimis. num. 81.* & allegat ipſemet Didacus pro contraria ſententia infinitas authoritates & inter alios Romanum *conſ. 270. num. 3.* addendo, iſtam opinionem cõmunem eſſe. *Didacus in d. cap. 15. num. 6* quem ſequitur etiam Hartman. piſtoris *in ſuis quæſtion. reſponſo 40. num. 7. parte primà.* licet Joan.

Franciſcus Ripa alteram opinionem referat æquiorem eſſe. *Ripa in cap. cum M. Ferrarienſ. num. 192. & 193. de conſtitut.* Poſſent fortè in materia exetutionis res et-
443 iam illæ dici litigioſæ, ſuper quibus jam petita fuit a judice parata executio, & præceptum executivum imperratum in bona debitoris obligati perſonaliter, quas tamen ante factam immiſſionem debitor alienat, argumento ejus, quòd Accurſ. *in l. 2. verb. deducta. C. de litigioſ.* tradit, non corrigi per *d. authen. incipientem litigioſa,* jus Pandectarum in actionibus perſonalibus, quin ſaltem poſt litem in iis conteſtatam, vel executionis comminationem, quæ æquiparantur, per notata in *quarta Parte hujus Operis cap. 1.* eodem modo res debitoris dicantur factæ litigioſæ. *l. 1. §. ſi inter primum. ibidemq; Bart. ff. eod. tit.* Unde, cum in propoſito nulla fuerit neceſſaria litis conteſtatio, ſed proceſſus ex conventione partium, vel ex vi ſtatuti inchoaretur ab executione, ſi nunc pendente illo proceſſu aliquid de rebus ſuis alienet debitor, iſtud omne litigioſi vitio dicetur affectum eſſe, de quo tamen, ne quid temerè videar aſſerere, cogitandum relinquo.

444 Fallit quartò, quando pactum manusinjectionis, appoſitum contractui, in caſu non impletæ obligationis ex parte debitoris vel promittentis, reſcinderet cõtractum ipſo jure, tunc ſiquidem manusinjectio extenditur non tantùm ad eum, qui cum ſtipulatore contrahit: verùm etiam adverſus ſingularem rei ſucceſſorem. *Bart. in l. creditores. num. 22. & 23. Salicet. 18. Menoch. ubi ſuprà num. 128. poſt Gabrielem lib. 5. concluſ. commun. concluſ. 8. num. 4. & Afflictus in d. conſtit. pacis cultum. num. 25. per l. Titius 9. ff. de ſer. expor. l. 1. 2. & 3. ac per tot. C. ſi ſer. expor. ven.* & eſt optimus text. *in l. 1. C. ſi mancip. ita fuer. alien. ne proſtit.* in quibus juribus omnibus habetur, quòd ſervus alienatus cum pacto manusinjectionis ſi contra legem venditionis peccatum fuerit, poſſit in caſum contraventionis pacti per primum venditorem propria authoritate retrahi in poteſtatem, etiam à tertio poſſeſſore, ac concordat. *l. ſi quis ſub hoc pacto 56. ibi: etſi per plures manus mancipium cucurrerit; tamen ei, qui primo vendidit, abducendi jus eſſe. ff. de contrah. emt.* Cujus rei nulla alia eſt cauſa, niſi prohibitio de non alienando, contrà legem primæ venditionis, cum pacto manusinjectionis, ſi contra legem contractus factum fuerit. *argum. l. ſi creditor. 7. §. quæritur. de diſtract. pig. ubi pactum de non alienando, factum creditori, habenti jus in re, illius eſt effectus, ut nulla videatur eſſe venditio pignoris, de facto poſtea ſubſecuta, adeoq; etiam à tertio poſſeſſore res alienata revocari poſſit, quod regulariter non eſt, l. ea lege 3. C. de condict. ob cauſam.*

Fallit quintò, in caſu acquiſiti juris executivi per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, liquidata jam videlicet, & plenè probata intentione actoris. Tunc enim, ſiquidem debitor, in fraudem paratæ executionis per viam contractus, vel quoquo modo transferat poſſeſſionem ſuam in alium, tertium videlic. poſſeſſorem, ſicut iſto caſu parata executione victor uti poterat adverſus victum, vel condemnatũ, ita eodem modo iſtud jus paratæ executionis, tranſit etiam adverſus ſingularem ſucceſſorem, habentem videlicet cauſam ab eo, contrà quem principaliter exequendi jus intentari poterat. *Bald. in l. ob maritorum 2. num. 4. verſ. breviter. C. ne uxor pro marito, & idem Baldus in l. executorem 8. num. 22. C. de execut. rei jud. & in l. certa eſt forma 7. num. 1. verſ. conſidera. C. ut in poſſ. legat. & Paulus de Caſtro in leg. à Divo Pio 15. §. ſi ſuper rebus. num. 8. ff. de re judic. allegat Baldus in d. l. ob maritorum num. 4. leg. chirographis 37. § fin. ff. de adminiſtr. tut. Bartol. in d. l. creditores num. 23. verſ. auth. habet cauſam. Anton. de Butr. in c. quia Gu. num. 13. verſ. primus quando. extra de judic* & clarius *Ripa in l. 1. §. ſi hæres. num. 21. verſ. aut executio. ff. ad Trebell. Gabrielus lib. 5. commun. concluſ. concluſ. 8. num. 1. & Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 135.* 445
cum ſententia lata ſuper principali, non tantum ipſi noceat, contra quem lata 446
eſt, ſed etiam habenti cauſam ab eo. *Paul. de Caſtro in l. ſi mater 11. §. ſi ego 9. verſ. item ſi rem & in l. judicatæ 28. §. fin. per illos text. ff. de except. rei jud. l. ſi ſuperatus 3. §. 1. de pig.* licet Jaſon *in l. ſi unus 27. §. 4. verſ. ante omnia. num. 5. de pact.* teneat contrarium. Quod certè in via diſputationis, videtur obtineri ſatis poſſe, cùm ſententia maximè, ſuper actione perſonali lata, non tribuat poſſeſſionem, vel ſimile jus reale, ante immiſſionem vel executionem. *c. cum aliquibus in verbis niſi corporali poſſeſſione lætentur, extra de re judic. l. non eſt*

mirum

minùm. 26. ff. de pignor. act. l. poſſideri. 3. in princ. de acquir. poſſ. ideò Philippus Decius *in ſuis addit. ad Baldum in d. l. ob maritorum num. 4. verbo breviter.* ſubjicit, priorem opinionem non videri jure probari, quæ tamen communior eſt, teſte Neguzan. *de pignor. quarta parte principali. num. 19.* dummodò ante omnia ſaltem ſummariè fides fiat judici, quòd tertius poſſeſſor habeat cauſam à principali debitore. *Bart. in d. l. creditores. num. 23. & Menoch. ubi ſuprà num. 136.* Circa quod tamen benè obſervandum eſt, quod Doctores reſtringant executionem, fiendam contrà ſingularem ſucceſſorem, tantùm ad unum caſum, judicati videlicet, in quibus terminis etiam loquuntur leges prius adductæ. Etſi vero attentari poſſit, idem etiam eſſe in pacto executivo pro debito vel jure perſonali, cujus ratione debitor, in eventum moræ, promittit licentiam ingrediendi & acquirendi poſſeſſionem ſuorum bonorum, ut iſtud jus manusinjectionis exerceri poſſit, non tantùm adverſus principaliter obligatum, ſed etiam contra ſingularem ſucceſſorem, qui cauſam habet à debitore, cùm, ſicut è ſententia oritur actio judicati vel in factum, item officium judicis, quod conſiſtit in parata executione. *l. poſt rem judicatam 56. de re jud. l. minor. 25. annis cui fidei commiſſum 40. de minor.* ità eodem modo poteſtas ingrediendi, competens creditori ex conventione, æquiparetur poteſtati & licentiæ per ſententiã vel præceptum judicis acquiſitæ. *l. pen. C. de pign. act. l. Quæ dotis. 33. ff. ſolut. matrim. l. 1. C. ſi in cauſ. jud. pign.* & notatur ſuprà *cap. 5. num. 38. Partis primæ hujus Operis*: tamen iſto caſu ſententiæ major ac latior eſt vis ac poteſtas, quàm pacti, cùm illa faciat jus inter omnes, qui
447 habent cauſam à condemnato: *l. ſæpè 63. §. fin. ibidemq́; Alex. num. 69. ff. de re jud. per l. ſi à te 9. §. fin. & l. exceptio 28. de except. rei judic. l. 2. §. ſolet quæri. de hæred. vel act. vend. l. ex contractu 44. ubi gloſſ. de re judic. & in l. ſi patroni 55. §. fin. ad Trebell.* Pacti autem effectus perſonalis eſt, & perſonas paciſcentium regulariter non transgreditur. *l. ſi unus 27. §. 9. ver. ante omnia. l. ſi tibi 17. §. ſi pactus. de pact. & facit totus tit. Cod. res inter alios act. as.* Quod idem eſt etiam in inſtrumento guarentigiato, per ea, quæ paulò pòſt *num. 454.* tangemus.

Fallit ſextò, quando agitur de execu- 448
tione juris realis adverſus tertium poſſeſſorem, mota videlicet autori ipſius lite ſuper dominio rei, eâque pendente, conventus rem vendicatam alienat, tunc enim propter vitium litigioſi, quod facit rem inalienabilem, *auth. litigioſa, C. de litig.* rectâ via jus paratæ executionis etiã adverſus tertium poſſeſſorem, in quem res litigioſa fuit translata, intentari poteſt, [cum alienatio ipſo jure ſit prohibita; & iniquum foret tali caſu actorẽ diverſis fatigari judiciis. Et hæc procedunt,] dummodò ſingularis ſucceſſor habeat cauſam vel titulum à noſtro debitore, hanc reſtrictionem tradit Bart. *in d. l. creditores, num. 23. §. ſecundo caſu, &*
num. 25. ubi ejus verba hæc ſunt: Aut 449
per talem actum res fuit facta inalienabilis, ut, quia quæſtio erat de dominio, & ſic res erat litigioſa, quo caſu contra talem ſucceſſorem tranſit jus exequendi, quod & quaſi iiſdem verbis firmat Salicetus *ibidem num. 18. § ſi autem ſit appoſitum ad executionem juris realis. item num. 22. & 25. ubi etiam Bald. num. 5. §. ſed ſi in perſona debitoris eſt ortum. & Angel. de Peruſ. nu. 3. in §. pro executione autem juris realis, per l. 2. C. de litigioſ.* quod & Gailius probat *obſer. 118. num. 2. & 4. lib. 1.* ubi plus dicit, hoc procedere etiam in caſu, quando emptor ignoraſſet, litem ſuper re motam fuiſſe. *per l. fin. C. de litigioſ.* & addit Bart. rationem, quia, inquit, non eſt neceſſe intentari condictionem ex illa lege pro reſtitutione rei, licet iſtud poſſet fieri, ſi quis velit. *Bart. ubi proximè num. 23.* quod ita communi calculo Doctorum approbatur, ac ſequitur Anton de Butr. *in c. quia Gu. num. 13. verſ. ſecundus caſus. extra de judic. & Gabriel. lib. 5. recept. concluſ. concluſ. 8. num 10. ac Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 137.* Verùm ego, ut ingenuè fatear meam infantiam, aut non intelligo hoc membrum diſtinctionis, aut vix eſt, ut poſſit ſalvari. Præſuppoſito enim, motam fuiſſe litem Titio ſuper dominio fundi Tuſculani, quem poſſidebat, quo caſu fundus ſtatim fit litigioſus & inalienabis, antequam ad ſententiam definitivam perveniatur is, ſi lite pendente, per reum transferatur de facto in tertiũ, quo pacto poteſt adverſus tertium jus paratæ executionis competere? Sicut tamẽ concludunt

 Dd. in

Dd. *in l. creditores 3. C. de pignorib.* cum vi-
450 tium litigioſi faciat redire rem in priorem ſtatum, in quo erat ante alienationem. *c. 2. in verbo: ſi quid diſtractum invenerit, in priorem ſtatum revocetis, extra de ſequeſtr. poſſ. §. ac facit l. lite pendente 25. verbo transferri, tanquam ſi nihil factum ſit. C. de litigioſ.* ac tradit Fetrarienſis *in forma reſponſio rei conventi verb. exceptionem litis pendentiæ num. 4.* quòd effectus rei litigioſæ, ſit, ne quoquo modo illa alienetur, & ſic cogetur venditor demùm defendere dictum prædium, ſuper quo mota fuit lis, aut, ſi jure autoris ſui uti velit ter[illegible] poſſeſſor, ſaltem eidem jus exceptionis idem ſalvum erit, quod proditum erat ſuo anteceſſori, cùm, qui in jus alterius ſuccedit, eodem jure quo ille, uti debeat. *c. is qui in alterius, extra de reg. jur. in 6. l. invitus. 156. §. plerumq; ff. eod.* & ſucceſſor alienantis non debeat eſſe deterioris conditionis, quàm ejus autor, cujus jus in illum tranſivit. *Bald. in l. ſi res 3. num. 6. C. de eo quod metus cauſ. per l. in venditione 41. de act. empt.*
451 Quod vel maximè procedit in jure defenſionis; item excipiendi, ſecundùm Dynum *in l. fluminis 24. §. adjicitur. 1. ff de dam. infect. & idem Dynus in c. is qui num. 3. de reg. jur. in 6. per l. dolia 76. §. cum. ff. de contrah. emt. l. etiamſi in rem 8. de jurejur. l. emtori 6. de hær. vel act. vend. l. ſi à te 9. §. Iulianus. 2. l. ſi mater 11. §. item Iulianus 3. de excep. rei judic. l. idemq; 16. §. fin. pro ſoc. l. in hoc judicium 14. §. Si inter ſocios 2. communi divid.* ac *tradit latè Bart. in l. ſi Titius. 6. §. ſi quis prius 4. num. 6. de aq. plu. arc. poſt Dynum in d. cap. qui in jus. & Anton. de Butr. in d. cap. quia Gu. num. 9. extra de jud.* Atqui nemo inficias ibit, autori convento rei vendicati[illegible]ne, & ſic judicio ordinario, priuſquam deveniretur ad ſententiam definitivam, competiiſſe jus excipiendi, item litem negativè conteſtandi, quod videlicet actor non eſſet dominus. *auth. offeratur. C. de litis conteſt. l. prolatam 4. C. de ſentent. & interloc. om. jud.* quo caſu hic ante omnia cogebatur ex parte ſua probare de dominio. *§ omnium. Inſtit. de act. l. ſi in rem 6. ff. de rei vindic.* & antequam actor impleret ſuam intentionem, non poterat contrà reum executivè, vel manu militari procedi. *l. negantes. 9. C. de act. & oblig. l. 1. & 2. C. de execut. rei jud.* quis itaque idem in perſona ſingularis ſucceſſoris obſervandum eſſe dubitet? Ac, ſi quis objiciat, fundum fuiſſe inalienabilem, tanquam litigioſum. *l. 1. & 2. ac per totum ff. & C. de litig.* reſpondetur, alienationem factam pro non facta haberi, & revocari omnia in priorem ſtatum, in quo erant antè alienationem, ita, ut prior proceſſus adverſus principalem continuetur & peragatur uſque ad ſententiam definitivam, text. habetur ſuperiùs allegatus ad hoc clarus *in l. 2. ibi: tanquam ſi nihil factum ſit, lite nihilominus peragenda C. eod. tit. & d. c. 2. extra de ſeq. poſſ.* Concludo 452
itaque circa hoc membrum, niſi ex vi judicati, vel reſolutionis contractus cum pacto executivo, *de quo ſupra num. 445.* proceſſus ab initio a[illegible]ſus principalem fuerit inſtitutus, non poſſe etiam eo caſu, quando lis ſuper dominio rei fuit mota poſſeſſori, nec dum determinata, pòſt alienationem in tertium factam, contrà ſingularem ſucceſſorem executivè procedi. Et in his terminis litis pendentis, ac inchoatæ ſuper proceſſu executivo pro jure reali contra principalem, ſi antequam actualiter ingrediatur, vel inducatur creditor in poſſeſſionem, rem alienari contingat, ſalvari fortè poteſt communis opinio, ut eodem modo procedi valeat executivè contra tertium poſſeſſorem ſicut contra ejus autorem fieri poterat. Sin autem ſuper dominio rei nondum mota fuit lis noſtro debitori iſque vendiderit rem tertio, planè indubitatum relinquitur ex præcedentibus denegandum eſſe jus paratæ executionis adverſus ſingularem ſucceſſorem, cum fundus nunquam adhuc litigioſus factus fuerit *Bart. d. l. creditores. num. 25. verſ. certio caſu Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 67. per multas authoritates, quas ibi allegat.*

Verùm circa hoc quærunt Dd. cum 453
mediante pignore, vel hypotheca, nobis dicatur acquiri jus in re, & tale quidem, quod cum ipſa re deinceps tranſit ad quemcunque poſſeſſorem *l. debitorem. 15. C. de pignor. l. ſi debitor 12. C. de diſtract. pig.* unde & hypothecaria actio contra tertium poſſeſſorem prodita reperiatur *l. perſecutione pignoris 24. C. de pignor.* an pòſt alienationē pignoris, pendente lite factā, res alienatæ fiant litigioſæ; adeoque avocari poſſint per viam paratæ executionis à ſingulari ſucceſſore? Pone enim, quod debitor oppignoravit certū prædiū creditori cum pacto executivo vel aliter extabat in loco ſtatutum, quòd inſtrumenta li-

quida

ſquida recognita mereantur paratã execu-
tionem, ambigitur nunc an iſtud habeat
locum, non tamen adverſus principaliter
obligatum, & quamdiu pignus eſt penes
ipſum, ſed etiam adverſus ſingularem
ſucceſſorem, in quem poſt primam op-
pignorationem res fuit alienata? Com-
454 muniter Dd. reſolvunt, ſive nondum ver-
tebatur lis ſuper dicta hypotheca, ſive et-
iam lis pendebat, denegari jus paratæ ex-
ecutionis adverſus ſingularem ſucceſſo-
rem, ſed novo & ordinario proceſſu opus
eſſe contra illum textum, *Bart. in d. l. cre-
ditores. num. 23. verſ. aut erat in actu* Anton.
de Butr. *in c. quia Gu. num. 13. extra de ju-
dic.* ubi verba ejus hæc ſunt: ſi lis ſuper a-
liqua re ſit mota, quæ tamẽ non obſtante
litigio, poterat alienari, ut quia quæſtio
erat de hypotheca, tunc, cum reſpectu
proprietatis non contrahatur vitium li-
tigioſi. *auth. litigioſa Cod. de litig.* & tracta-
bitur in ſequenti fallentia, non tranſit jus
paratæ executionis contra tertium poſ-
ſeſſorem, ſed novo & ordinario proceſſu
opus eſt: *Butrienſ. ubi ſuprà num. 13.* & ali-
bi legitur: ſtante ſtatuto, quòd inſtru-
mentum guarentigiæ mereatur paratam
executionem, iſtud intelligi, quando agi-
tur perſonali actione contra principalem
debitorem, ſecùs, ſi adverſus tertium in-
ſtitueretur hypothecaria, *Iaſ. in l. unus 27.
§. 4. verſ ante omnia. num. 4 ff. de pact.* & et-
iam *num. 5.* ſubjicit: quod executio in-
ſtrumenti guarentigiati non poſſit peti
contra tenentem aliqua bona obligati,
*& in l. jurigentium 7. §. prætor ait. num. 11.
eod. tit. & in l. quadam 9. §. nihil num. 7. de
eden. Alex. conſil. 83. num. 13. vol. 3. Bald. in
l. 1. num. 4. C. communia de leg. Butr. in l. ſi
debitori 2. C. ſi adverſus cred. præſcriptio.* Ac,
455 quod jus pacti, ſicut & ſtatuti executivi,
de capiendo bona debitoris etiam hypo-
thecata, ſit tantum perſonale, neq; tran-
ſeat ad ſingularem ſucceſſorem, tenet in
ſpecie Rodericus Suarezus *in l. poſt rem
judicatam 56. in declaratione legis regni. ex-
tenſ 8. fal. 1. num. 1. 2. & 3. de re judic. ubi ad-
dit poſt Ang. in l. 1. §. ſi hæres. ibiq; Alex. uterq;
num. 1. ad SC. Trebell.* fatuos eſſe credito-
res, qui iſto caſu petant executionem ta-
lis inſtrumenti contrà poſſeſſores bono-
rum debitoris, ſed debent, ordine juris
ſervato, hypothecariam contrà ipſos in-
tentare, quod etiam probat Bald. *in l. 2.
num 1. C. ſi adv. cred. præſcript. opp per gloſſ. in
l. ea lege 3. C. de condict. ob cauſ.* addendo
iſtud, notandum eſſe contra ignorantes
advocatos & procuratores, *& Bart. in l.
ſolvnt. 3. num. 5. ff. de alim. leg. ac Rodericus ubi
ſuprà num. 2. & 3.* idque ex regula gene- 456
rali, quòd ubicunque privilegium ali-
quod contra jus commune conceditur
inſtrumento, iſtud intelligitur eſſe indul-
tum, quando utitur inſtrumento adver-
ſus eos eorumve hæredes, quibus cum cõ-
fectum eſt, non autem contra tertium,
poſt Alex. de Imola d. conſ. 83. num. 11. vol. 3.
& ante eum *Ioan. de Imol. in l. fin. num. 21.
ff. à quibus appell. non lic. Chaſſan. in conſ.
Burg. tit. des ſucceſſions. §. 13. num. 7. & 15.
Rebuff. in ordin. Reg. Gall. tom. 1. de lit. oblig.
art. 8. gloſſ. 2. num. 22. & 23. at ſequitur Pe-
trus Duenuas in fallentiis reg. jur. reg. 277. in
5. limitat.* & hæc ſententia communis eſt,
ac verior, inque judicando & conſulen-
do tenenda, *ſecundùm Neguzantium de pi-
gnor. quarta parte princ. num. 20. in princ.* ſi-
cut & vice verſa tertius non auditur pe-
tendo executionem inſtrumenti guaren-
tigiati, contra obligatum executivè, cum
ſemper poſſit ei opponi exceptio: tu non
es nominatus in inſtrumento. *Iaſ. in d. l. ſi
unus. 27. §. ante omnia 4. num. 5. & Ioan. de
Imola in clem. 1. num 3. poſt gloſſ. ibi de re jud.*
quo de latiùs *in cap: 2. hujus Partis num. 68.
num. 88. uſq; ad 97.* actum fuit, ideò alibi
legitur: ubi ex forma ſtatuti, inſtrumen- 457
tum debiti cum hypotheca meretur ſum-
mariam cognitionem, iſtud locum obti-
nere, quatenùs contra debitorem ipſum
inſtituitur proceſſus: ſecùs, ſi adverſus
ſingularem ſucceſſorem. *c. licet cauſam. &
ibi And. de Barbat. num. 3. extra de probat. Fe-
lin. in c. 2. num. 16. eod. Chaſſan. in conſuet.
Burgund. rub. 5. & 3. verb. quand. ilz. ſont.
num. 4. & rub. 8. n. 13. num. 15.* Ratio au-
tem, quare pactum vel ſtatutum executi-
vum de injectione manus in bona debi-
torum velint eſſe perſonale, illa aſſignari
poteſt, quia pro hypotheca nobis ſuppo-
ſita, ne quidem judicium ordinarium,
proſecutionis videlicet hypothecariæ 458
recta via adverſus tertium poſſeſſorem
pignorum competit quamdiù & quate-
nùs principalis eſt ſolvendo, adeò, ut
ſemper poſſit objici creditori exceptio
excuſſionis principalis debitoris. *aut.
hoc ſi debitor, ibi. inhibetur hypothecaria, do-
nec perſonaliter actum ſit cum debitore ejuſq;
fidejuſſoribus. C. de pignor. & concordat auth.
ſed hoc C. de act. & oblig. & incorpor unde
ſumitur. §. ſed neq; auth. de fidejuſſorib.
col. 1.*

459 *col 1*. Fateor tamen Bartolum in contraria
eſſe ſententia, quaſi videlicet pactum ma-
nuſinjectionis cum hypotheca ſit ejus ef-
fectus, ut exerceri poſſit etiam contra ſin-
gularem ſucceſſorem. *Bart. in d. l. credito-
res. num. 22. in p. poſt gloſ. ibi per l. Titius. 9.
ff: de ſer. expor. & l. ſi quis ſub hoc pacto 56. de
contrahen. emt. cum ſimilibus.* Sed iſta con-
traria loquuntur in caſu ſpeciali, reſolu-
tivo videlicet contractus ipſo jure: per
ea, quæ in 3. fall. num. 441. tradidimus.
Utitur & alio fundamento circa præmiſ-
ſam deciſionẽ Bartolus, quod jus pigno-
ris eſt in rem. *l. debitorem 10. C. de pignor.*
& pactum adjectum eſt executivum illius
juris realis, adeoque afficit etiam tertium
poſſeſſorem, ad quem bona cum onere
inhærente tranſeunt, (quod tamen ab a-
liis Doctoribus ibi negatur.) *Bart. ubi ſu-
prà num. 22 & ibi Cyn. num. 2. Spec. tit. de
pignor. §. 1. num. 20.* & in ſpecie Menoch. *de
adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 143 & 144.* ubi
illud ampliat, quod in caſu præſuppoſitæ
hypothecæ cum pacto executivo, poſſit
manus injici contra ſingularem ſucceſſo-
rem rei, etiam abſque eo, quod præcedat
excuſſio principalis debitoris, per funda-
menta ibidem adducta ſatis probabilia ac
Neguz. *de pig. 4. parte princ. num. 20. in princ.*
ubi addit, ab iſta opinione Bartoli, Baldi,
& ſequentium non eſſe recedendum in
via deciſiva, allegando pro hac Corneum
*in conſ. 218. incip. videtur in hac concluſione.
vol. 2.* quod tamen conſilium ego non in-
venio, ſed videtur voluiſſe allegare con-
ſilium Cornei 215. *num. 3. vol. 2.* quod eo-
dem modo incipit, videtur in hac con-
cluſione: ubi hanc Bartoli ſententiam
amplectitur, quod videlicet executio pa-
rata ex vi ſtatuti, etiam extendatur con-
tra tertium poſſeſſorem bonorũ obligati,
per authoritates ibidem ab ipſo relatas.
Sed contrariæ forſan opinioni tutius eſt
adhærere, tanquam de jure veriori, quam
& ipſe Bart. *in d. l. creditores. num. 23. verſ.
aut erat in actu producendi*, finaliter ſequi-
460 tur, quod videlicet jus pacti executivi, et-
iam cum hypotheca, non tranſeat ad ſuc-
ceſſorem ſingularem, niſi fortè conven-
tioni executivæ annexa fuiſſet etiam alia
clauſula, vel lex de non alienando medio
tempore res hypothecatas, quo caſu, ſi
contra factum fuerit, poterit creditor jus
pacti, vel ſtatuti executivi, recta via etiam
adverſus tertium poſſeſſorem intentare.
*Bart. ubi ſuprà num. 25. Salic. 18. Neguz. num.
21. circa finem. Chaſſan. in conſuet. Burgund.
rubr. 5. §. 8. num. 34. & in rubr. 11. §. 3. num.
32. ubi addit, iſtam ſententiam communem eſ-
ſe & veriſſimam, à qua non ſit recedendum, al-
legat Claudium de Aqu. l. ſi quis ita 135. §. ea
lege 3 de verb. obligat. & Alex. in l. filiusfam.
114. §. divi 11. de leg. 1. ac facit l. creditor.
12. § fin. ff. de diſtract. pig. ſecundùm literam
negativam, quæ eſt vera, & illum textum re-
putat ad hoc ſingularem, & qui non reperiatur
alibi, Jaſ. in d. l. ſi ita quis promiſerit 135. § ea
lege 3. num. 28. de Verb. Oblig. poſt Ang. Imol.
& Alexandrum in l. qui Romæ 122. §. cohære-
des. 3. eod. tit. cum duo jura vel rationes vin-
cant unam gloſſ. §. vetuſtas. Inſtit. de hæred.
quæ ab inteſt. defer. at facit l. cum in adopti-
vis 10. ubi notat Bald. num. 6. C. de adopt & l.
ſed & milites 8. in p. ff. de excuſat. tut. Jaſ. in l.
re conjuncti 89. nu. 17 & 18. de leg. 3.* Quam 461
tamen limitationem Rebuffus reſtringit,
ut eo demùm caſu procedat, quando res
aliqua ſpecialiter obligatur cum pacto de
non alienando: ſecùs, ſi generaliter. *Re-
buff. ad ordin. reg. Gall. tomo 2. de redituum
conſtitut. art. 1. gloſſ. 14. num. 8.* allegat Bal-
dum, *in d. l. ſi ita quis 135. §. ea lege. 3. qui
tamen eo in loco ad propoſitum nihil dicit, voluit
fortè allegare Jaſ. ibidem. num. 32. poſt Ioan. de
Imol. col. 3.* cùm ſpecialis hypotheca ma-
gis impediat, quam generalis, *ſecundùm
gloſſ. l. 1. verbo pignori. ubi etiam Bald. hoc no-
tat. C. de neceſſar. ſer. hær. inſtit.* & in hac 462
ſententia reſidet finaliter Jaſ. *in d. § ea le-
ge num.* 32. per multas authoritates ibidem
adductas, licet Rebuffus, ubi ſuprà, in fi-
ne ſubjungat multos Doctores tenere
contrarium, & tangitur hac de re aliquid
etiam in prima Parte noſtri Operis *cap.
10. num. 186.* Ex quo dubitari contingit, 463
cùm de jure noſtro conſuetudinario, are-
ſta regulariter & indiſtinctè ad inſtan-
tiam creditorum concedantur adverſus
bona debitorum noſtrorum, an poſt im-
petrationem areſti, bona areſtati ita ef-
ficiantur litigioſa, ut deinceps ſint inalie-
nabilia? ac, ſi de facto alienentur, aliena-
tio revocetur? *argum. l. 1. ff. & C. de li-
tigioſ.* ſive loquamur de areſto primo &
ſecundo, quod nondum intimatum eſt
debitori, ſive etiam agamus de tempore
tertii areſti, ubi areſtator proſequitur
ſuum areſtum, petendo ejus renovatio-
nem, & edendo libellum, ut vocant, are-
ſtatorium? Etſi verò affirmative videa-
tur reſpondendum, quod nempè areſtum
afficiat bona vitio litigioſi, ſaltem
pro-

Areſtum non reddit bona litigioſa, ſed ſequeſtrum, n. 469 & ſeqq.

propter tacitam hypothecam, quam fin-
464 git lex conſuetudinaria à tempore primi
areſti interveniſſe; tamen, quia areſtator
ex obligatione perſonali agit, & ſuperiùs
abunde probatum fuit, bona debitorum,
non niſi in uno caſu, fieri litigioſa, puta,
quando petitor agit ſuper dominio re-
rum, quas poſſidet conventus, ſaltem de
jure noviſſimo authenticorum. *auth. liti-
gioſa. C. de litigioſ. & ſuprà num. 448.* & bo-
na etiam per conventionem partium ex-
preſsè hypothecata, ſi lite pendente alie-
nentur, neque vitio litigioſi afficiuntur,
neq; pro iis aliquo modo adverſus ſingu-
larem ſucceſſorem manus injectio prodi-
ta eſt, ſecundùm communiter Dd. *in d. l.
creditores 3. de qua communi opinione atteſtatur
Negusan. de pig. 4 part. princ. num. 20. in p.
& in præcedenti quæſtione num. 453. 454. cum
ſeq. iſta ſunt explicata fuſius*; quis dubitet, in
465 terminis areſti, quod non niſi tacitam &
legalem hypothecam inducit, idem juris
eſſe debere? cum ſemper expreſſi major
virtus ſit quàm taciti, *l. expreſſa nocent 195.
de reg. jur. l. cum quid. 3. ſi cert. pet.* [præſer-
tim quando quid & ſpecialiter deſignan-
dum, nam quæ notabiliter fiunt, niſi ſpe-
cialiter notentur, videntur quaſi negle-
cta, *l. item apud Labeonem 15. §. hoc edictum.
26. ff. de injur. l. ſi filiusfam. 78. ff. de V. O.*]
& verū efficacioris operationis ſit, quàm
fictum. *l. qui ad certum. 14. ff. locati. juncto.
§. minorem. Inſt. de adopt. ac facit l. filio quem
pater 23. ubi Alex. & Bart. ff. de lib. & poſth.
hær. inſtit. & idem Bart. in l. ejus qui. 41. ſi cert.
pet.* Quod quidem eo minùs ambiguum
eſt, ſi poſt tempus primi item ſecundi are-
ſti, antequā hoc debitori intimetur (pro
ut antè tertiam quindenam fieri regula-
riter non ſolet) is aliquid de bonis ſuis a-
466 lienet, cùm pœna nulla dictetur adver-
ſus eos, qui ex ignorantia quid faciunt. *l.
generali 2. ibi: conſenſum non ignorantiam vo-
lumus obligari C. de tabular. lib. 10. l. ſi defun-
ctus. 15. §. quod ſi aliter in verb. inſcium tene-
ri planè inivile eſt. ff. de procurat. l. genero. 8.
ibi. ne ignorantia puniatur. de his qui not. in-
famiæ facit l. fin. §. fin. de decret. ab ord. fac.
cum ſimilibus.* Quod facit ad deciſionem
dubii, nuper admodùm nobis propoſiti,
ſuper lite vertente inter plures credito-
res cujuſdam propolæ vel venalitiarii in
467 civitate W. (ita enim vocamus eos, qui,
quæ ad uſum quotidianum indigentium,
faciunt, coëmunt, & deinde minutatim
rurſum venalia proponunt, *Alciat. in l. mer-
ces 66. de verb. ſign.* inter quos creditores &
areſtantes primus quidam extiterat D. N.
poſteà vidua, quæ allegabat, merces ex
taberna memorati propolæ in ſolutum
datas D. N. fuiſſe ſuas, ideoq; urgebat vi-
dua earum vindicationē, & ſuccedebant
deinceps etiam alii creditores, cumque
D. N. primus areſtator, metuens, ne alii
ipſum prævertetent, ſibi vigilaret, &,
priuſquam ad proceſſum deveniretur,
quaſdam merces a debitore in ſolutū ac-
cepiſſet, ſequentes creditores & areſtantes
urgebant reſtitutionem ablatorum, ut vi-
delicet merces acceptæ in ſolutum, per
D. N. reponerentur in communem taber-
nam, multis hinc inde ab utraq; parte pro
& contra adductis: nos conſulti de jure
in Collegio noſtro Juridico, ſuper actis
ad patrem nobis transmiſſis, reſpondimꝰ,
D. N. abſolvendum eſſe ab impeditione
viduæ, & aliorum areſtantium. Ratio 468
deciſionis, quo ad viduam, illa fuit, quòd
merces ſemel creditæ venalitiario, tran-
ſiverant in ejus dominium. *§. per traditio-
nem, juncto. §. venditæ. Inſtit. de rerum diviſ.
l. traditionibus 20. C. de pact. l. incivile. 12. C.
de rei vendic. l. procuratoris 5. §. planè. verſ. ſed
ſi dedi. juncto verſ. enimverò. ff. de tributor. act.*
ac, quod venditor, poſt factam traditio-
nem rei venditæ, ſi debitor cedat bonis,
etiamſi res vendita apud emtorem adhuc
extat, non præferatur aliis creditoribus,
in ſpecie decidit Gailius *obſer. 15. lib. 2. in
princ.* Quod omninò indubitatum eſt, ſi 469
venditor de pretio fidem habuerit, ſecùs,
ſi in præſente pecunia emtor debuit ſatis-
facere, & ſe forſan cum mercibus ſubdu-
xit. *Gailius ubi proximè. num. 4.* Sic itaque
vidua, non obſtante, quòd merces ab ipſa
proceſſerunt, vocatur ſolùm cum aliis
creditoribus habentibus perſonales a-
ctiones in tributum, adeò, ut ſi omnibus
in ſolidum ex bonis obligati ſatisfieri ne-
queat, quilibet pro rata ſui debiti patia-
tur ſibi aliquid deduci. *d. l. procuratoris. §.
planè. ibi:* omnes in tributum venire, ni-
ſi merces uni eorum ſpecialiter fuerint
obligatæ. *ff. de tributor. act.* ac facit ad hoc
*l. quamvis ex pecunia 17. ibi: niſi ſpecialiter
vel generaliter res obligarit. C. de pignor. l. qui
aliena 8. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Nec obſtat
hic areſtum aliorum creditorum, per
quod merces areſtatæ videntur factæ li-
tigioſæ & inalienabiles: quia pauló antè
num. 463. contrarium probavimus, maxi-
mè in propoſito, ubi debitor de areſtis

ſequens

ſequentium creditorum (ut ſuper qui-
bus ipſi nudam à magiſtratu recognitio-
nem acceperunt) eo tempore, quo in ſo-
lutum dabantur merces primo areſtanti,
nihil dum cognitum habuit, adeóque ter-
470 giverſari non potuit. Quin & poſt tertiã
renovationem areſti, factamque oblatio-
nem libelli areſtatorii, & ſic ex tempore
habitæ noticiæ ſequeſtri, à creditoribus
ſuis facti, ſi debitor quid alienet, adhuc
res in ea conditione eſt, ut vitio litigioſi
non afficiatur, neque impediatur trans-
latio dominii, ex quo ſequeſtrum impe-
trans, regulariter præſupponit debitum,
ſive ex cauſa mutui, ſive ex alio quocun-
que contractu, atque ita ſumus in judi-
cio perſonali, ſuper quo quantumvis litis
pendentia inducatur ex ſola citatione,
transmiſſa convento. *§. omnium. Inſt. de pœ-
na temp. litig. l. 1. l. 4. §. prætor. & per eos ff.
de in jus voc.* tamen etiam jure Codicis bo-
na conventi non fiebant litigioſa antè ac-
ceptum judicium, hoc eſt, ante litem con-
teſtatam. *l. 2. in pr. & ibi ita exponit. gl. verb.
defertur. C. de litig. argum. l. ſed & ſi 28. ff.
de judic.* de jure verò authenticorum, bo-
na debitoris, quantumcunque lis ſit mota
ſuper actione perſonali, nullo prorſus
tempore, ne quidem poſt litem conteſta-
tam fiunt litigioſa, vel inalienabilia *auth.
litigioſ. C. de litig.* & ita ſemper adhuc lo-
cum habet, quòd ingenuis & liberis ho-
minibus non ſit deneganda rerum ſuarũ
alienatio. *l. non utiq; adeò 2. ff. ſi quis à par.
471 manumiſſ. fuer.* Pro quo & illud facit, quòd
areſtum nihil aliud tribuat areſtanti ex
conſuetudine harum provinciarum, niſi
jus tacitæ & legalis hypothecæ, ad inſtar
pignoris, quod jus commune conſtituit
& fingit ſuper rebus invectis vel illatis
472 in domum conductam. *l. certi juris 12. ibi
inducta in fundum conductum pignoris jure do-
minis prædiorum tenentur, C. locati & l. eo ju-
re 4. ff. in quibus cauſis tac. pig. contrah.* At-
qui in talibus inductis non prohibetur
conductori alienatio illatorum, quin ex
iis vendere vel diſtrahere, quod vult, poſ-
ſit, antequam manus illis injecta, vel re-
ſpectu talis taciti pignoris, bona invecta
per dominum incluſa fuerint. *ita Petrus
Vanderanus de privil. cred. capite 1. in rub. de
his quibus privil. compet. num 80. ac notat Ia-
ſon in §. item Serviana num. 52. & latiùs 78.
cum ſeq. Inſt. de act. Bald. in d. l. certi. nu. 6.
Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 134.*
Semper enim verum eſt, quod ſuprà di-
ximus, jus hypothecæ non afficere res hy-
pothecatas vitio litigioſi, ita, ut ipſo jure
veniat revocanda alienatio. *Neguz. de
pign. 4. part. princ. num. 20. poſt Bart. & omnes
in d. l. creditores.* Etſi verò Bartolus alibi 473
videatur innuere, quòd poſſeſſor bono-
rum hæreditatis rectè exigatur per credi-
tores. *Bart. in l. controverſia 14. num. 7. ff.
de transact. allegando textum in l. filiusfami-
lias 34. § ſi ſervus de petit. hæred.* tamen il-
lud tunc demùm procedit, quando excuſ-
ſis bonis hæreditariis, hæreditas non re-
peritur ſolvendo, ut tunc experiatur hy-
pothecaria actione contra poſſeſſorem
pignorum, *juxta authen. hoc ita ſi debitor. C.
de pign. cum authen. ſed hoc, C. de act. & obli-
gat.* Quod fit per ordinarium proceſſum,
ſervatis nimirùm juris ſolennitatibus,
non autem, ut per viam executivam ille
ſingularis ſucceſſor bonorũ hypotheca-
torum moleſtetur, ità ſolvit Suarezus *in
l. poſt rem judicatam. 96. verſ. ibiq; las comple-
des. num. 1. mihi fol. 575. ff. de re jud.* quem
ſequitur Duennas *in reg. 277. limita 3. verſ.
ex quo infero. & Ioan. Bapt. Aſinius in praxi
judiciorum. §. 31. in ampliatione 16. regulæ
principalis. limita. 3. num. 3. mihi pag. 333.*
Quia verò, ut præmiſſum fuit, areſtum 474
non afficit bona debitoris areſtata vitio
litigioſi, quin de iis debitor poſſit diſpo-
nere pro arbitrio, cautela eſt, ſi fortan
obligatus habeat majorem partem bo-
norum ſuorũ in mercantiis, vel aliis mo-
bilibus, quæ uſu conſumuntur, *argum. l. lex
quæ 22. in fin. C. de admin. tut.* vel facilis
ſunt diſſipationis, ob frequentem & ce-
lerem motionem de loco in locum. *l. in-
ventum 93. de V. S.* item de una manu in
aliam. *Bald. in l. certi 12. num 6. C. locat.* ad
huc, ut, quod ſubeſt, periculum dilapida-
tionis, (maximè, ſi talis negotiator la-
boret in extremis, & in locum deficien-
tium, alias res non ſubſtituat. *argum. l. ſi in
tabernam 34 § fin. ff. de pignor.*) evitetur,
ut creditor poſtpoſito illo uſitato & con-
ſueto remedio areſti, confugiat potiùs ad
ſequeſtrationis, propriè ita dictæ, auxi-
lium, petendo à judice, ut claudi taber-
nam, vel horrea debitoris, aut aliter in-
tutum reponi & cuſtodiri faciat merces,
vel fructus, ne medio tempore diſtrahan-
tur, & in alienas manus perveniant. Quo
caſu, ſiquidem obligati poſſeſſiones in
immobilibus non videantur ſufficientes
ad ſolutionem, pro quantitate videli-
cet petiti debiti, vel aliter is quodammo-
do ſu-

do ſuſpectus arguatur, neque cautionem
judicio ſiſti, & de rebus non diſtrahen-
dis, vel, ut loquuntur Doctores, batactan-
dis præſtiterit, aditus judex, circa permiſ-
ſionem ſequeſtri, durum ſe exhibere non
debet. *l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. & ibi Bart. Bald.*
& omnes Legiſtæ. qui ſatisdar. cog. & in c. 2.
Panorm. & alii Canoniſtæ. extra de ſeq. poſſ. &
475 *fruct.* ac ſi forſan includantur merces, fru-
ctus aut alia mobilia per jus dicentem,
eoque non obſtante (prout crebrò per
contumaces debitores fieri videmus) de
facto diſtrahantur, in priſtinum ſtatum
omnia reducenda ſunt. *c. 2 in fin. verb.*
ibi. ſi quid diſtractum inveneritis de fructibus, in
priſtinum ſtatum revocetis. extrà de ſequeſt. poſſ.
& fruct. Et ſic incluſio, vel ſequeſtrum re-
476 rum debitoris nobis oppignoratatum
afficit quodam modò, bona, pòſt inclu-
ſionem vel ſequeſtrationem alienata, vi-
tio litigioſi, adeò, ut pro non alienatis
477 habeantur. *argum. l. 2. C. de litigioſ.* Et eſt
ratio, quòd incluſio ſapiat quandam qua-
ſi traditionem poſſeſſionis. *Ioan. Fab. in d.*
§. item Serviana. num. 21. & ibi Iaſ. 81. Inſtit.
de action. ver l. eſt differentia 9 verſ. ante-
quam penſionis nomine præcludantur. ff. in qui-
bus cauſ. tac. pig. & l. cum domini horreorum
478 *56. locati.* Cum ad adipiſcendam poſſeſ-
ſionem non ſemper ſit neceſſe, corpore
vel manibus inſiſti, & inhærere bonis,
quorum poſſeſſionem acquirere intendi-
mus, ſed ſufficiat, in conſpectu domini,
eam oculis, & effectu per clavium tradi-
tionem apprehendere. *l. 1. §. ſi juſſero, in fin.*
de acquir. poſſ. l. clavium 74. de contrahend.
emt. & facit gloſ. in l. ſolutum. 11. §. ſolu-
tam. verb. experiri. de pign. act. Quo caſu,
quia incluſio inſtar miſſionis eſt, merito
479 ſibi vendicat locum. *d. c. 2. in fin. de ſeq poſſ.*
& fruct. ſicut & ſequeſtrum affine reme-
dium eſt miſſionis, adeò, ut in ejus locū
rectè pro arbitrio judicis ſubſtitui poſ-
ſit *cap. 2. extra de dolo & contum.* Ac, quod
per incluſionem pignorum, quæ tacitè
ex diſpoſitione legis obligata dicuntur,
& non antè acquirat creditor poſſeſſio-
nem, ita, ut ab eo tempore non liceat
debitori bona ſua alienare, illa ſententia
communiter tenetur, teſte Jaſ. *d. §. item*
480 *Serviana. num. 81. & 82.* Practica tamen
quaſi quotidiana eſt, ut contra debitoris
etiam mobilia, antequam diſcutiantur
merita principalis negotii, utpote, quia
cauſa nondum cognita, nec auditis alle-
gationibus partium, ad ſolam inſtantiam
creditoris pro ſequeſtro, rarò inchoatur
proceſſus ab incluſione vel ſequeſtratio-
ne, mittatur obligatio ad domum præce-
ptum de non alienando quid ex bonis
ſuis, antè determinationem cauſæ. Qui
juſſus judicis deinceps impedit alienatio-
nem rerum, de facto ſubſecutam, & ſic
translationem dominii in præjudicium
creditoris, dummodò ex probabili, & à
legibus approbata cauſa, iſtud interdi-
ctum, vel inhibitio emanaverit, aliàs ſe-
cùs. *Bald. in l. ſi ſciens 26. per illum text. ff.*
de contrab. emt. Ioan. de Imola in l. ſi ita. quis
promiſerit. 5. §. ea lege 3. num. 13. de verb.
oblig. ac ſequitur Iaſon. in l. filiusfam. 114. §.
divi 11. in prima repetit. num. 76. & in ſecun-
da repetit. num. 130. de leg. 1.
Fallit ſeptimò, quandò pacto execu- 481
tivo de ingrediendo vel occupando poſ-
ſeſſionem, annexa eſſet clauſula conſtitu-
ti, vel precarii: quà videlicet mediante,
reus à tempore initi, contractus ex tunc
promittit, non ampliùs ſuo, ſed credito-
ris nomine; per viam conſtituti vel pre-
carii poſſidere bona ſua, quo caſu, iſtud
jus pacti executivi etiam contra tertium
exerceri poteſt; *Bart. in d. l. creditores num.*
85. verſ. ſed pone quòd debitor. Sive enim 482
precariam poſſeſſionem in ſe accipiat de-
bitor, in creditorem transfertur poſſeſ-
ſio, ut, quamvis obligatus detineat natu-
raliter, propter inſiſtentiam corporis, re-
maneat tamen civilis poſſeſſio creditori,
cum animo no diſcedat à poſſeſſione ſe-
mel ipſi tradita. *l. & habet. 15. §. cum qui.*
cum l. certe. 6. ff. de precar. l. 3. §. in amit-
tenda. & l. quemadmodum. 8. de acquir poſſ.
ſive per viam conſtituti debitor poſſide-
re incipiat, quo caſu omnem poſſeſſio-
nem tàm naturalem, quàm civilem trans-
fert in creditorem, *l. quod meo. 18. eod. tit.*
utroque ſanè caſu ratione poſſeſſionis, 483
ſive civilis, ſive naturalis, jus pacti exe-
cutivi poterit licitè exerceri contrà ſin-
gularem ſucceſſorem, *Bart. in d. l. credito-*
res 3. C. de pig. num. 25. in fin. ubi addit,
licitum eſſe tunc creditori ingreſſum in
bona tertii poſſeſſoris, quæ à debitore no-
ſtro habet, etiam privata authoritate
exercere, non obſtante quacunque reſi-
ſtentia debitoris, item non præmiſſa alia
jurium ſuorum liquidatione vel citatio-
ne, *cum quo concordat Salic. ibidem num. 25.*
Afflictus in conſtit. Neapolit. verb. pacis cultum
num. 28. Neguz. de pignor. 4 part. princ. n. 20.
verſ. octava concluſio, & num. 21. verſ. tamen

quando Chaſſanæus in conſuetudinib. Burgund. rub. 7. num. 2. poſt Baldum in conſ. 47. incip. præclarè. vol. 2. quod tamen non invenio, ac plenè Tiraquell. de jure conſtituti. parte 1. num. 43. & Menoch. de acquir. poſſeſ. num. 146.

484 Unde tradit alibi Aretinus, quando debitor fecit pactum de capiendo res ipſius, in eventum moræ, cum conſtitutione precarii & conſtituti, quòd iſto caſu creditor, non facta ſolutione ad tempus deſtinatum, poſſit invadere res debitoris, non tantùm quamdiu apud ipſum ſunt, ſed etiam apud tertium poſſeſſorem: ea quidem non citatum. *Aretin. conſ. 21. verſ. his tamen non obſtantibus. Socinus conſ. 82. num. 9. vol. 3.* & commendat iſtud dictũ Maranta *de ordine judiciorum parte 6. de citatione. num. 38.* ubi addit, iſtud perpetuò notandum eſſe, quia millias vidit evenire in facto.

485 Octavò fallit conclusio, in qua firmavimus, jus pacti vel ſtatuti executivi, non poſſe exerceri contra tertium poſſeſſorem, vel ſingularem ſucceſſorem, tanquã non nominatum in inſtrumento, circa debitores debitoris noſtri, ſiquidem, adverſus eos manusinjectio competit, quantumvis nulla præceſſerit ceſſio vel delegatio. *Chaſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 5. verb. des rentes vendues. §. 2.* & ita tenet Rebuffus *de ordin. reg. Gall. tit. de lit. oblig. art. 6. gloſ. 3 num. 63.* licet idem Rebuff. ibidem & in eo ipſo tit. de literis oblig. *art. 1. gloſ 9. num. 3.* tenuerit contrariũ; per authoritatem Bartoli *in l. 1. num. 3. ff.*
486 *de his quæ in teſtam. del.* ubi tradit: ſtante ſtatuto, quod inſtrumenta mandentur executioni, ſicut ſententiæ, mulier habens mariti confeſſionem & quietationem de accepta dote, ſoluto matrimonio, in ejus bona, vigore tacitæ hypothecæ, de qua *in l. unic. C. de rei uxor. act.* paratam executionem exercere non poteſt. Rebuffus ubi ſuprà *per l. 1. §. lege. verſ. cæterum. ff. de his qui in teſtamento del.* quæ tamen nihil hujus probat. Etiamſi enim dicatur in textu, quæ extrinſecùs intelliguntur, non videri comprehenſa in teſtamento: tamen Juriſconſultus ibi agit de diſpoſitione teſtamenti inducta, vel cancellata, diſtingvendo, an videlicet legi poſſit, ut iſto caſu non noceat inconſulta inductio, ſin verò oculis perſpici nequeat, non debet aliquis ſenſus & intellectus extraneus affingi, imò debet potiùs pro deleto & caſſato haberi, quod ita inductum fuit. Neque verò inde ſequitur, quaſi nulla præſumtio etiam conjecturatæ mentis teſtatoris in inſtrumento teſtamenti admittatur, iſtud ſiquidem eſſet contra caſum quotidianum. *l. cum avus. 102. ff. de condit. & demonſt. l. ex facto. 17. §. ſi quis autem ſuſceperit. 7. & l. heredes mei. 56. ff. cum ita ad Trebell. l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ. cum ſimilibus.* Ac in 487
terminis propoſiti noſtri, quod ſtatutum, tribuens paratam executionem inſtrumentis liquidis, habeat locum, non tantùm pro obligatis expreſſè, ſed etiam pro tacitè hypothecatis, licet ad oculum iſtud non exprimatur in inſtrumento, tenet Andreas de Barbat. *in ſuis addit. ad Baldum in l. ad probationem. 21. num. 2. verb. executioni. & ibidem Paulus de Caſtro. num. 4. Cod. de probat.* ac Pariſius *in ſuis annotat. marginal. ad Bartolum in d. l. 1. ff. de his quæ in teſtamento del. num. 3. litera H. circa finem* teſtatur, contrariã opinionem adverſus Bart. eſſe de jure veriorem, & communiter teneri, poſt Barbatiam *in repetit. rub. C. qui admitti ad bonorum poſſeſ. charta. 26. col. 4.*
Pro quibus & illud facit, quod permit- 488
tens licentiam ingrediendi, & accipiendi res ſuas, intelligatur permittere etiam apprehenſionem nominum & jurium, pro quibus videlicet nobis actio competit. *l. rei appellatio 5. & l. rei appellatione. 23. ff. de verb. ſignif. l. rem in bonis. 52. de acquir. dom. cum l. is qui actionem. 15. de reg. jur.*
Sic videmus, quòd executio judicati ex- 489
pediatur non tantùm in bona mobilia & immobilia noſtri debitoris, condemnati in ſententia, ſed etiam contra debitores debitoris noſtri. *text. eſt clarus in l. à Divo Pio. 15. ff. ſic quoq; & ibi notat Alexand. de Imola. num. 6. de re judic.* ac concordat *l. 1. & 2. Cod. quando fiſc. vel privat. debitores debitoris ſui conven. poſſeſ.* quod probat etiam Chaſſanæus *in conſuetud. Burgund. rub. 5. §. 2. num. 1. per l. ſi pignori. 29. ff. familiæ hercil.* Hinc eſt, quòd executio parata ex vi pacti, vel ſtatuti executivi, extenderetur etiam adverſus annuas præſtationes debitorum. *Baldus in l. etiam 5. num. 13. Cod. de execut. rei judic. & Tiraquellus de retractu lignagier. §. 1. gloſ. 6. num. 6.* Etſi verò non diffiteor, victori in cauſa vel creditori iſto caſu, etiam in nomina, & ſic in bona debitorũ debitoris noſtri, executionẽ judicati dari: tamẽ vix mihi perſuadere patior, quòd mox à captione pignorum (ſicut in executione judicati contrà

princi-

Digitized by Google

principalē fieri contigit) per proceſsū executivū, ex vi pacti vel ſtatuti advers° debitores debitoris noſtri, executionē inchoare liceat, ex quo de illis nihil cantat noſtrū inſtrumentū, *per ea, quæ notat Bald. in l. etiam 5. n. 6. C. de execut. rei jud. & pau-*
490 *lò ante num. 436. attigimus latiùs.* Cujus rei in promptu ratio eſt, quia ultrà illam exceptionem; ego non ſum nominatus in instrumento: poteſt ille tertius debitor opponere creditori, quòd executio judicati vel inſtrumentorum guarentigiatorum non fiat in jura debitorum, niſi demùm in ſubſidium, quando videlicet alia mobilia, vel bona ſoli non extant, in quæ captio pignorum exerceatur. *l. à Divo Pio 15. §. ſic quoq; in princ. juncto § in venditione. ff. de re jud. l. 1. 2. & 3. C. quando fiſc. vel pri-*
491 *vat. debitores debitoris ſui conven.* Accedit & illud, quod ex parte debitorum debitoris poſſet negari debitum objiciendo, quantumvis inſtrumentum inter eum, qui petit executionem, ejusque debitorem, ſit liquidum: tamen negabit fortè conventus, ſe debitori iſtius petitoris aliquid, vel tantùm debere, & cum iſta exceptione audiendus eſſet, cùm in debitores debitoris noſtri non aliter fiat executio, quam ſi debitum confiteantur. *d. §. ſic quoq; & ibi Alex num. 2. & l. 2. C. quando fiſc vel privat.* ideòque, ubi negatur intentio petitoris, & paratæ probationes in continenti non ſunt, proceſſu ordinario opus eſt, ſicut innuit Rodericus Suarez. *in d. l. pòſt rem judicatam 56. declaratione legis regni. verb. ſecundo quæro, an poſſit fieri executio contra nomen debitoris, mihi pag. 673. num. 1. & 3. ff. de re judic. pòſt alios in l. creditores. 3. C. de*
492 *pign.* Et ſic intelligo dictum Rebuffi contrarium, in quo firmat, quantumvis debitoris noſtri debitor ſit obligatus ſuo creditori ſub inſtrumento etiam ſigillato: tamen quia iſtius tertii debitoris nomen non continetur in illò inſtrumento, quod hodiè producit creditor, & ſuper quo petit manusinjectionem adverſus tertium, paratam executionem contra eū ceſſare debere, *Rebuffus de literis oblig. art. 1. gloſ. 9. num. 31. allegando Benedictum de Barzis in tractatu guarentigiæ. part. 1. quæſt 9.*
493 Neque enim ſequitur, inſtrumentum eſt ſigillatum, ideò habet paratam executionem, cùm nullæ obligationes, quæ non ſunt prætoriæ, paratam executionem mereantur *l. minor 25. annis cui fidei. ōmiſſū 40. de minor. quo de latiùs in tertia Parte hujus Ope-*
ris cap. 2. n. 1. & ſeqq. niſi fortè debitor de- 494
bitoris ſuo etiā creditori per inſtrumentum executivum ſit obligatus. *Rodericus Suarezus ubi proximè num. 3. & Alex. de Imol. in d. l. à Divo Pio. § ſic quoq; num. 3.* & de-
bitum ſit in confeſſo. Neque tamen inte- 495
rim nego, quin, in omnem eventum, & quæscunque tandem exceptiones opponat debitor debitoris noſtri, ad impediendum executionem paratam, creditor ſaltem pro aſſecuratione ſua, poſſit adire judicem, implorando areſtationem ejus pecuniæ, quam Titio Sejus, & ita tertius debet. *Guido Papæ deciſ 346. num. 3.* Quo caſu, practica areſtandi eſt, quòd creditor petat à judice, ut debitoribus debitoris ſui denunciari faciat, ne ſolvant id, in quo obligati ſunt ſuo creditori immediato, ſine ulteriore permiſſu jus dicentis, hæc enim ipſa inhibitio locu areſti eſt, *prout tradit Rebuffus in alleg. art. 6. gloſ. 3. nu. 64. per text. in l. hæres cum debuerat 21 in fin ibi: debitoribus denunciant ne ſolverent. ff. ad S C. Trebell.* Et hoc etiam modò poteſt conciliari iſta contrarietas dictorum Rebuffi *in præcitato. art 6. gloſ. 3. num 64. & in d. art. 1 gloſ 9. num 31.* quo de tangitur etiā in tertia Parte hujūs Operis. *cap. 8. num. 40.*

Fallit nunò & ultimò iſta concluſio in 496
jure rep[illegible]um, quæ exercentur non tantùm c[illegible]bitores juſticiæ, quam creditori ad ipſius requiſitionem denegarunt, verùm etiam regulariter contrà omnes ſubditos ejus ſuperioris, qui juſticiæ adminiſtrationem recuſavit, quatenùs hi in territorium repræſalias concedentis, veniunt, ut ibidem ſiſti poſſint. *Iacob de Belviſo in auth. ut non fiant pignora. col. 9. Bart. in tract. repræſaliarum 6. q princ. num. 1. 2 3. 4. 5. 6. 7. & 8. diſtingvendo tamen, ut ibi per eum.* Et eſt ratio quod univerſalis culpa tranſeat ad omnes, qui non facilè poſſunt à capite vel corpore juſticiam denegantis ſeparari. *Iacob de Canib. de repræſaliis. num. 26. per c. 1. extra de poſtul & c. Romana de ſent. excom. & ſequitur Martinus Laudenſ. in eod. tract num. 41. & ſeqq.*

Et per hoc abſoluta eſt cum laude DEI *etiam ſecunda Pars huius Operis.*

SUMMARIUM
CAPITIS I.

1. *Requiſita octo ad obtinendam executionem.*
2. *Executio parata ex vi ſtatuti pacti, vel aliter, non datur, niſi pro debito liquido in præſenti, non autem de poſteà liquidando.* 3. & 10.
4. *Debitum liquidum dicitur, de cujus quantitate conſtat.*
5. *Exceptio debiti illiquidi impedit executionē.*
6. *Non eſſe, & non apparere, procedunt à pari.*
7. *Inſtrumentum debiti, non habens annexam cauſam obligationis, dicitur indiſcretum, & non meretur executionem, obſtante videlicet exceptione doli.* 8.
9. *Scire eſt, rem per cauſas cognoſcere.*
10. *Debitum probatur per confeſſionem rei, vel per inſtrumentum. num.* 11. & 12.
13. *Executio parata contrà debitorem non decernitur, niſi debitum probetur per inſtrumentum: ſecùs eſt, ſi per teſtes. & num.* 17. 18. & *ſeqq.*
14. *Inſtrumentum productum coràm judice facit, ut debitum quodammodò tranſeat in notorium.*
15. *In notoriis non ſervatur ordo juris.*
16. *Inſtrumenti, coràm judice producti, effectus eſt, ut poſſit etiam, capiendi perſonam debitoris, licentia permitt*[illegible]9.
17. *Probatio per teſtes obla*[illegible]*retur paratam executionem, ſed requirit ordinariam telam judicii.* 22.
18. *Inſtrumentum appellatione veniunt etiam teſtes.*
20. *Inſtrumentorum executivorum virtus non to adjuvatur per extrinſecas probationes.*
21. *Executio non decernitur parata, niſi judex legerit inſtrumentum debiti.*
22. *Teſtes non recipiuntur, niſi lite conteſtata.*
23. *Depoſiti cauſa eſt executiva, quatenùs depoſitum probatur per inſtrumentum: aliàs non* 24.
25. *Inſtrumento debiti perdito, non poteſt illud peti per viam paratæ executionis, ſed proceſſus ordinarii.*
26. *Executiones ſummariæ, requirunt formam inſtrumenti.*
27. *Teſtamentum in ſcriptis executatur ut notorium: ſecùs in nuncupativo.*
28. *Executio parata requirit probationem debiti inſtrumentalem.*
29. *Executio rei judicatæ non fit, niſi productis & exhibitis actis cauſæ.*
30. *Iudiciorum acta non probantur, niſi per ſcripturam.*
31. *Sequeſtrum ut decernatur, requiritur debiti probatio per inſtrumentum.*
32. *Areſtum requirit liquidationem debiti per ſcripturam.*
33. *Repreſaliæ non ſunt concedendæ, donec probatur denegatio juſtitiæ per inſtrumentū.*
34. *Inſtrumentum arguté probat, quod in eo cōtinetur.*
35. *Super intereſſe, cujus liquidatio offertur in proceſſu executionis, an poſſit procedi ad præcept um executivum?*
36. *Intereſſe plenè probandum, nec teſtimonio alterius fœneratoris in ſcriptura privata facto de certa quantitate intereſſe ſibi perſoluti à ſuo debitore adhibenda fides.* 38.
37. *Intereſſe, quod incertum eſt, dimiſſo, creditor urgeat paratam executionem ſuper ſorte, & num.* 41. *cum proteſtatione, quòd per hoc non intendit renunciare petitioni intereſſe. num.* 42.
39. *Intereſſe probatur per juramentum ſuper re, quæ affectionē admittit: aliàs ſecùs.* 40.
43. *Expenſarum omiſſarum in ſententia taxationem poteſt ſibi judex reſervare ad aliud judicium.*
44. *Obligatio faciendi, quantumvis roboretur per pactum, vel ſtatutum executivum, non meretur paratam executionem.*
45. *Intereſſe obligatio incerta debet detegi teſtibus, aut inſtrumentis.*
46. *Intereſſe nomine, quando in terminis paratæ executionis litigatur inter partes, debet reus ſolvere, vel obſignatam deponere capitalem ſummam, & offerre etiam ſolutionem intereſſe, quatenùs liquidatum fuerit.*
47. *Inſtrumentum ſuper quo parata executio decerni petitur, in originali exhibendū, imò etiam de eo copia mittenda parti, num.* 52. & *penes acta reſervandum* 53. & *num.* 54.
48. *Exemplar non probat, ſed authenticum, ex quo deſumitur.*

49. Exem-

49. *Exemplar inſtrumenti productum abſq; originali, ſuſpicionem obreptionis parit, niſi exemplata ſcriptura pariter eſſet principalis, ſicut originale* 50.

51. *Executionis proceſſus ſuper non producto originali factus, eſt ipſo jure nullus.*

52. *Executionis in decreto ſimul mittenda eſt copia inſtrumenti partibus.*

53. *Inſtrumenta principalia penes acta reſervantur, quod tamen aliter obtinet in praxi, apud nos in Saxonia.* 55.

54. *Notorium ita nihil eſt, quin præſumatur aliqua defenſio in contrarium competere.*

56. *Inſtrumentum faciens mentionem de alio non probat abſq; productione relati, maximè contrà tertium. num.* 58. *niſi tota narratio relati in referente cõtineatur.* 57

59. *Inſtrumentum diſputabile ſub dubio non eſt exequendum.*

60. *Inſtrumentum debiti, prima facie non continens vitium viſibile, meretur executionem, & num* 76. *niſi inſtrumentum producatur per eum, qui ibidem non fuit nominatus.* 77.

61. *Inſtrumento & ejus literæ ſtatur, donec probetur contrarium.*

62. *Probationes in cauſis ſummariis, etiam leves & per juramentum ſufficiunt.*

63. *Executiva cauſa dicitur ſummaria.*

64. *Executio parata ex vi ſtatuti, vel pacti, non tribuit creditori jus durabile, cùm poſt factam executionem proceſſus in alia inſtantia per debitorem legitimè impugnari poſſit.*

65. *Executionem paratam in caſibus permiſſis petens, cogitur ſatiſdare de refundendo expenſas, & reſtituendo omne id, quod exigit, in eventum ſuccumbentiæ, circà ſecundam inſtantiam. Quæ executio etiam revocabilis eſt, ex conſtit. Elect. num.* 66.

67. *Executione facta ſuper inſtrumento liquido, ſi deinceps convincatur inſtrumentum de falſò, vel probetur ſolutio, retractantur omnia.*

68. *Defenſio in terminis paratæ executionis debitori non tollitur, ſed differtur.*

69 *Bannitus, licet non poſſit agere, tamen poteſt per ſe, ut reus, defendere.*

70. *Debitum liquidabile, de quo in præſenti conſtat, compenſatur cum alio debito ſimiliter liquido, aliàs ſecùs.*

71. *Executivis in proceſſibus rejiciuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, ſecùs de probabilibus in continenti.*

72. *Inſtrumentum executivum, in ſummario vel executivo proceſſu, pro valido præſuppoſitum, impugnari nihilominùs poteſt in ordinario judicio.*

73. *Summaria cognitio non operatur præjudicium veritati plenius indagandæ.*

74. *Fugæ debitoris ſuſpicio probatur etiam per juramentum, ad hoc, ut judex licentiam detinendi permittere valeat, licet deinde in ordinario proceſſu fuga debeat probari plene* 75.

78. *Inſtrumenta ſunt duplicia, publica & privata.*

79. *Inſtrumenta publica vel authentica quæ dicantur.*

80. *Acta judiciorum dicuntur ſcripturæ authenticæ.*

81. *Inſtrumenta regulariter conficiuntur à ſolo Notario, quemadmodum Miſſæ à ſolo presbytero.*

82. *Scriptura debitoris coràm judice facta, etiam abſq; teſtibus probat.*

83. *Scriptura cuſtodita in Archivo publico planè probat, ſicut & transſumptũ ex ea, dummodo habeat ſubſcriptionem archiviſtæ,* 84. *niſi ei objiciatur, quod non mereantur fidem* 85. *Quo caſu recurritur ad monumenta civitatis publica* 86.

87. *Tabelliones à quibus creentur & in qua forma remiſſivè.*

88. *Inſtrumentum, item ſigillum Principis vel Epiſcopi, plenam facit fidem.*

89. *Inſtrumentum ſi negetur ſcriptum à Notario, is pro recognitione requirendus.*

90. *Inſtrumenta privata, autochira, item chirographa idem ſunt, & eorum appellatione continentur etiam miſſivæ, vel literæ privatorum.* 91

92. *Inſtrumentum publicum meretur plenam fidem, quò ad paratam executionem.*

93 *Scriptura privata non probat, etiamſi ſubſcripta vel ſigillata fuerit per partes* 94. *& ſatius eſt ab executione tunc ceſſari* 97. *niſi fuerit recognita* 98.

95. *Sigillum eſt res inanimata, per ſe nihil probans.*

96. *Comparatio literarũ eſt fallax teſtimonium.*

97. *Executio ſuper privata ſcriptura, vel ſigillo judici non notis differtur, donec fiat recognitio, vel probentur per comparationem, aut aliter, citata videlicet parte.*

99 *Recognitio debitoris vim confeſſati debiti habet.*

100. *Confeſſio idem operatur, quod inſtrumentum publicum.*

101. *Recognitionem facere contumaciter recuſans, facit ſcripturam haberi pro recognita.*

102. *Sigilli recognitio idem operatur, quod recognitio ſcripturæ.*

103. *Inſtrumenta recognita in Electoratu & Ducatu Saxoniæ merẽtur paratã executionẽ,*

dummodò recognitio fiat totâm judice, etiam non ſedente pro tribunali 106. & bona fide. 108. ſecùs, ſi fraudulenter 112. & alii creditores inſtrumentum publicū magiſtratus pro ſe habeant.

104. Recognitio privatæ ſcripturæ, ut fidem faciat, requiruntur ſex.

105. Iuditii calore multa valent, aliàs non valida.

107. Summaria iudicia non requirunt eam ſolennitatem, quàm ordinaria.

109. Confeſſio mariti de recepta dote non præjudicat creditoribus, niſi aliter probetur numeratio, maximè ſi ſtante matrimonio emanarit 110. quia præſumitur in fraudem legis facta. 112. in primis ubi renunciatur exceptioni, non numeratæ dotis. 113. ſive creditores fuerint anteriores, ſive poſteriores tempore 114. quantumvis maritus juraris ſe recepiſſe. num. 115.

116. Confeſſio dotis receptæ, ſtante matrimonio præſumitur donatio, quæ inter virum & uxorem non valet, 111. etiam jurata, quantumvis ſint qui contrarium teneant. 117.

118. Confeſſio mariti de recepta dote expoſita antè contractas nuptias, pòſt lapſum temporis præjudicat creditoribus ad appoſitionem exceptionis de non numerata præſcripti, 119.

120. Exceptio non numeratæ dotis, intrà quæ tempora opponatur?

121. Exceptio non numeratæ dotis, an poſſit opponi pòſt decennium, conſtante adhuc matrimonio inter virum & uxorem.

122. Confeſſio mariti de illata dote, eſt ficta probatio, ideò creditores probantes de vera numeratione mulieri præferuntur.

123. Scripturam privatam, etiam recognitam, pro ſe habens poſtponitur, quò ad prælationem, aliis probantibus de ſuo debito per publicum inſtrumentum, niſi ſtatutum loci tribuerit inſtrumentis recognitis idem privilegium antelationis. 124. Vel ſcriptura privata cum hypotheca trino teſte, & ipſorum contrahentium manu fuerit ſubſcripta 125. ſecùs tamen de jure Saxonico. 126.

127. Sigillum inſtrumento debet eſſe appoſitum cum conſenſu domini: Contrarium tamen de jure verius 128. item requiritur, quod ſigillans legerit in eo contenta 129. ſed utrumq; præſumitur, niſi probetur contrarium. 130.

130. Sigillans vel ſubſcribens ſchedulam vacuam, non obligatur, niſi legerit contenta.

131. Sigillum vel ſcripturam producens, debitore negante eſſe ſuum, creditor probare debet.

132. Sigillum vel ſcripturam apponens pro teſtimonio, non intelligitur ſe ex cauſa inſtrumento inſerta obligare.

133. Sigillum tunc demum obligat ſigillantem, ſi dicatur in ſcriptura, cujus ſit ſigillum, item per quem fuit appoſitum, ac in quem finem, quia per ſe eſt mutus & inertis teſtis. 134.

135. Sigillum in dubio præſumitur appoſitum, cauſa teſtimonii.

136. Statutum, quod ſcriptura & ſigillatio etiam privata mereatur paratam executionem, valet, idemq; eſt de pacto contrahentium, quòd nimirum ſtetur nudo chirographo creditoris 137. aut ſi habeat ſubſcriptionem 3. teſtium. quo caſu, etiam abſq; omni literarum comparatione probat. 138. dummodò teſtes ſuas ſcripturas recognoſcant. 139.

140. Scriptura etiam non ſubſcripta, vel ſigillata à partibus, item negata à debitore, facit nihilominùs fidem, ſi ſit ſubſcripta per teſtes recognoſcentes ſua chirographa, vel ſigilla, vel aliter deponant, ſe vidiſſe numerationem de qua in ſcriptura continetur. 141.

142. Scriptura privata, negata per debitorem, & confecta aliena manu, probat nihilominùs, ſi teſtes ſubſcripti dicant, ſe interfuiſſe, & recognoſcant manus ſuas, dummodò accedat comparatio literarum ejus, qui dicitur ſcripturam ſubnotaſſe 143.

144. Scripturam ſuam negans, compellitur manibus ſuis aliam ſcribere ejuſdē tenoris.

145. Scriptura negata per debitorem, ſi teſtes ſubſcribentes defecerint, fortificatur per comparationem literarum vel ſigillorum.

146. Scriptura cujus recognitionem detractat reus, habetur pro recognita.

147. Inſtrumenta, an, & quando ſemiplenè vel aliqualiter, & quatenus probent, remiſſivè.

PARTIS

PARTIS III. CAPUT I.

DE EXECUTIONE PROPRIE ITA DICTA.

ABSOLUTIS PRIMIS duabus Partibus hujus Operis, in quibus de cauſa efficiente, inſtrumentali, item materiali paratarum executionum, unde nempè oriantur, coràm quo judice, item per & contrà quem, ac pro quibus bonis dentur hæc remedia, quantum in propoſito ſufficit, diximus, accedendum nunc eſt ad tertiam partem, in qua tractabimus cauſam formalem, quo pacto videlicet, & in qua forma proceſſus ſit inſtituendus, item finalem, ad quem nimirùm finem & effectum tendant hæc remedia. Inprimis autem ad impetrandam executionem paratam, pe-

1 petitor octo capita vel requiſita in conſideratione habeat. Sicut enim in ſecunda Parte hujus Operis docuimus, judicem competentem pro parata executione adeundum eſſe. *per l. fin. C de edict. D. Adr. toll.* ita pòſt aditionem judicis requiritur: primò liquidatio debiti vel juris, quod petitur, per inſtrumentum: ſecundò, quod iſtud inſtrumentum habeat paratam executionem ex vi juris communis vel municipalis, vel etiam pacti: tertio quod debitor ſit in mora ſolvendi, quarto, quod creditor coram judice urgeat paratam executionem: quintò, quòd proponatur qualis qualis petitio, ex qua de intentione creditoris conſtet, quid ſibi dari vel fieri velit: ſextò, præceptum executivum judicis, de ſolvendo infrà certum tempus, fiendum debitori, quod & comminationem executionis appellamus: in quo præcepto continetur ſimul ſeptimũ requiſitum, puta, citatio rei ad videndũ, quo pacto contra ipſum procedatur ad executionem, & ad opponendum, ſi quas habet, exceptiones impeditivas executionis: octavum & ultimum requiſitum eſt ipſa executio, hoc eſt, manus injectio in bona debitoris, per viam captionis pignorum aut perſonæ vel aliter, ſecundùm ea, quæ in inſtrumento continentur, de quibus omnibus & ſingulis in hoc & ſequentibus capitibus ſpecialiter agemus.

Quid requiratur ad obtinendam executionem.

2 Quod ad primum attinet, neceſſe eſt, debitum vel jus, cujus executio petitur, eſſe liquidum in continenti, *Bart. in l. creditores. 3. n. 15. & ibi Ang. de Peruſ. 4. C. de pig.* Pro debito ſiquidem illiquido, neque captura perſonæ, neq; rerum, neq; alia quæcunq; executio permittitur. *Bald. in l. apertiſſimi. 16. n. 9. C. de jud. Iaſ. l. 1 n. 31. ff. de edendo. licet ibi videatur innuere communem opinionem eſſe in contrarium, quod videlicet ab initio non requiratur de neceſſitate liquidatio, ſed ſufficiat eam in proceſſu fieri, h. e. in termino executioni deſtinato, quod paulò pòſt latiùs declarabitur.* Quod autem regulariter ſuper debito nondum liquidato judex non debet decernere præceptum executivum, vel ad executionem procedere, faciunt plurima juris fundamenta, *l. fin. ibi: ſi cauſa liquida ſit, & non multis ambagib. innodata, h. e. quæ altiorem indaginem requirat. C. de compen. auth. & qui jurat. ibi: ſecundùm menſuram declarati, h. e. liquidati vel probati debiti. C. de bon. auth. jud. poſſ. l. 1. ibi: cauſas ſigillatim, quibus ſtrangulatur debitor, exponat creditor. C. de præd. decurio. lib. 10. l. cùm proponas 9. in verb. & debitorem tuum eſſe conſtat. C. de bon. auth. jud. poſſ.* Et alibi Bald.

refert, ſtatutum, cujus virtute inſtrumen- 3

ta debitorum mittuntur executioni, quẽadmodum ſententiæ, intelligi de liquidis in præſenti debitis, non autem de poſteà liquidandis in proceſſu. *Bald. in l. ſi cauſam 2. nu. 6. C. de exec. rei jud & in conſ. 165. incip ſtatutum diſponit nu. 1. vol 4. Paulus de Caſtro. conſ 169. incip. viſo puncto in dubio. circa finem. vol 2. Aymon Cravetta conſ. 164 num. 2. part. 1. Curt. junior in l. fin n. 5. C de edict. D Adr. toll Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 3. num. 188. Iaſ. in §. 1. num. 55. Inſtit. de action. Ferrar. in forma executionis ſententiæ diffinitivæ. verbo. ſapiens. num. 5. & 6. Chaſſan. in conſuet. Burg. rub. 5. §. 3. nu. 14. pòſt Iaſ. d. l. 1. num 31. ff. de edendo ac plenè Andr. de Barba. conſ. 19. col. 5. vol. 1.* cùm talis probatio requiratur, quæ, ſi fieret parte præſente ſufficiens eſſet ad condemnationem. *Marian. Socin. in tract. de dilatio. art. 20. q. 28. & Gail. lib. 2. obſer. obſer. 44. nu. 6. in fin. & num. 8. pòſt Bart in l. 4. §. ſi ex conventione. num. 1. ff. de re judic.* [Quò ſpectat, quod executio etiam pòſt rem judicatam non poſſit fieri, niſi in liquidis & probatis debitis *Br. in l. 4. §. ſi & conventione. n. 1. ff. de re judic.*]

Vocamus autem de- 4

Super quo instrumenta fiat executio.

De debito liquido, quando dicatur liquidum, & quomodo probetur.

bitum

bitum liquidum, quod eſt certum, hoc
eſt, de quo apparet, quid, quale, quan-
tumve ſit. *arg. l. certum 6. & ibi Bart. cum*
Iaſ. & alii ſi cert. pet. l. ubi autem non appa-
ret 5 de verb. oblig. vel de quo conſtat ac
liquet. *l. hæc autem 5. ff. non defendi. in verbu*
conſtare liquereq. debet prætori. ff ex quib. tau-
ſis in poſſ. eatur. & d. l. ibi: ſi cauſa liquida ſit.
C. de compenſat. l. 1. ibi. ad liquidum deducta
ratione. C. ſi ſecundò nul. nupſerit. Quandiù
5 enim de quantitate certa non apparet ex
inſtrumento, eatenus executioni ſemper
opponi poteſt, quod debitum non ſit li-
quidum, talis namque exceptio remora-
tur paratam executionem. *Iaſ. in §. ſuper-*
eſt num 86. Inſtit. de action. Bart. Socin. in
conſ. 51. incipiente præſtantiſſime Doctor num.
5. & 6. vol. 1. Bart in l. proinde. 25. §. notan-
dum num 3. ff. ad l. Aquil. Rebuffus in ordin:
regni Gall. tomo 1. de literis obligat. art. 1. gl.
9 num. 7. Bald. in extravag. appoſita ad Spe-
culat. pòſt tit de appellat in § ſed nunquid. ex
præceptoguarentigiæ verſ. ſi tamen inſtrumen-
tum. cùm pars executionis præambula ſit
debiti liquidatio, *ſecundum eundem ibidem.*
& in d. l. ſi cauſam 2. num. 6 C. de execut. rei
6 *jud.* Siquidem de his, quæ non ſunt, & quæ
non apparent, idem eſt judicium. *l. duo*
ſunt Titii. 30. ff. de teſtam tut. l. ſi quis ita 16.
§. ſi quis tum ignoret. 3. eod. tit. Idemq; eſt,
7 ſi quantitas in inſtrumento extet deter-
minata, ſed cautio eſt indiſcreta, ex qua
non apparet de cauſa obligationis, quo
caſu multò magis impeditur executio,
per ea, quæ tradit Ioan. Andr. in addit. ad Spe-
culat. tit. de confeſſ. §. nunc videndum. nu. 6.
verſ. ſed quæ eſt ratio, littera F. ibi: Roffredus
8 *tamen.* Et eſt ratio, ſecundum eum ibi,
quia ſtipulationi non habenti expreſſam
cauſam obligationis, doli exceptio ob-
ſtat *l. 2. § circa. verſ ſi quis ſine cauſa ab alio*
ſtipulatur. de doli mali excep. & ſolutum ex
obligatione ſine cauſa condicitur. *l qui ſi-*
ne cauſa 3 de condict. ſine cauſa l. cùm de inde-
bito 25. §. fin. de probat. & l nuda 26. de do-
nat gloſ. magna l ſcripturas 11. circa finem. C.
qui pot. in pign. hab & facit l. inſtrumenta 5.
C. de probat. Bald. l. generaliter 13. num. 11.
C. de non num. pec. Rom in l generaliter. a. ff.
de verb. oblig. ac latè Felin in c. ſi cautio nu 3.
cum ſeqq. extra de fide inſtrum ubi addit: iſtam
opinionem communiter teneri. pòſt Imolam &
Romanum in d. l generaliter 26. de verb oblig.
9 Sicut enim ſcire eſt rem per cauſas co-
gnoſcere. *Panorm. in c. veſtra. num. 10 extra*
de cohab. cler. & fas. l. ſcire leges. 17. ff. de le-
gib. cum c. intelligentia. extra de verb. ſignif.
ita de debito tunc demùm liquere dici-
tur, quando conſtat vel liquet de cauſa de-
biti. *c. ſi cautio ibi: indeterminatè loquatur,*
juncto verſ. ſed ſi cauſam. extra de fide inſtrum,
& d. l. cum de indebito. §. fin.

Dicitur autem de debito liquere du- 10
pliciter: vel per confeſsionem partis, vel
per inſtrumentum fide dignum. Primò
enim, ſi creditor cautè velit agere, facien-
do citari adverſarium, & interrogari of-
ficio judicis ſuper debito, quod petitur,
iſque fateatur, parata datur in eum exe-
cutio, propter confeſſionem, in judicio
vel coram judice factam, quæ æquipara-
tur judicato. *Roderic. Suarez in l. pòſt rem*
judicatam. in declaratione legis regni verbo. ſe-
cutus veſtigia. num. 8. verſ. ecce ego intentum.
& num. 15. & nullæ aliæ in confeſſum par-
tes ſunt, quam cogere per medium exe-
cutionis, ut ſolvat, aſſignando ei certum
ad hoc terminum. *l. pòſt rem judicatam. 56.*
ff. de re judic. l. unica. C. de confeſſ. l. 1. l. cer-
tum. 6. l Iulian, 3. ff. eod. & l. proinde. 20. §.
notandum, ad l. Aquil. Ioh. Franc. Ripa in l. ſi
inſulam. 84. num. 13. de verb. oblig. Paulus
de Caſtro in l. ſi debitori. 21. num. 7. de judi-
ciis Alex in l. fin num. 21. Decius 93. verſ &
dicit Alexand. ubi etiam Curtius notat num 5.
C. de edicto D Hadr. toll. Marſilius in ſingulari
184. incip. ſi verè loqui, Menoch. de adipiſc.
poſſ. remed. 4. num 103. & 104. de qua ſpe-
cie probationis debiti, loquitur etiam
conſtitutio Saxonica in provinciis Thu-
ringiæ 14. quæ in editione ab anno 89. eſt
21. ſub titulo, Von bekändtlichen Schulden/
quod videlicet ſuper iis judex facit præ-
ceptum executivum de ſolvendo intrà
14. dies, ac, ſi in mora fuerit, & adverſa
pars inſtiterit pro executione, præfigitur
terminus quatuor hebdomadarum debi-
tori, ad videndum, quo pacto contra eũ
procedatur ad executionẽ: licet in uno
loco magis quam in alio, tempora exe-
cutionis fiendæ varientur, de quo paulò
poſt latiùs agemus. Et iſte modus vide-
tur mihi ſecuriſſimus contrà debitores, 11
præſentialiter in territorio conſtitutos,
ejus judicis, a quo intenditur impetrari
parata executio. De altera ſpecie proba-
tionis, quòd tradidimus, neceſſe eſſe, ad
impetrandam executionem, debitũ pro-
bari per inſtrumentum, id eò pertinet, ne
forſam exiſtimetur, ſtante ſtatuto, quod
pòſt moram detur creditori manusinje- 12
ctio in bona vel perſonam debitoris ſu-

per de-

per debito liquido, illud etiam dici liqui-
dum & mereri paratam executionem, de
quo paratus ſit creditor, judici facere fi-
dem per teſtes, quinimò, illo caſu ſuper-
ſedebit judex ab executione, remittendo
creditorem ad ordinarium proceſſum, &
legitimam cauſæ cognitionem. *l. 1. & 2.*
C. de execut. rei judic. Fides itaque de debi-
13 to fieri debet judici per inſtrumentum,
& non per teſtes. *ita Salic. in l. creditores.*
3. num. 29. & 30. ibidemq; Bart. num. 15. &
26. C. de pignor. & notatur infrà num. 28.
29. 30. & 31. cum ſequentibus. Inſtrumentũ
14 namque productum coràm judice, facit,
ut debitum quodammodò tranſeat in no-
torium. *Caſtr. in l. fin. num. 5. ibidemq; Bald.*
13. Iaſon. 4. C. de edicto D. Adr. toll. & idem
Bald. l. generali. 13. num. 2. C. de ſacroſanctis
Eccleſ. & idem Paulus de Caſtro in l. ait præ-
15 *tor, 7. num. 5. ff. de jurejur.* In notoriis au-
tem ordo juris eſt, ordinem non ſerva-
re. *c. ad noſtram. 3. extra de jurejur. Panorm.*
in c. veſtram. num. 18. de cohab. cler. & mul.
ac notat Bart. Socinus conſ. 99. num. 5. vol. 3.
& alibi tradit Baldus, in notoriis non o-
pus eſſe cognitione, ſed executione. *Bal-*
dus in l. ea quidem. 7. num. 7. ibiq; Salic. C. de
accuſat. idem Baldus in l. cum fratrem. 9. num.
4. & 5. C. de his quibus ut indig. Felinus in c.
evidentia. & c. qualiter. 2. extra de accuſat.
quo de etiam in 4. Parte hujus Operis tangitur
capite 1. num. 50. & ſeqq. [Citatio tamen in
notoriis requiritur. *Alex. in l. à Divo Pio.*
15. §. in venditione. num. 31. ff. de re judic. ni-
ſi tale eſſet notorium, quod inficiari par-
te præſente non poſſet.] Imò plùs dicit
16 Jaſon, quod judex, viſo inſtrumento,
poſſit concedere licentiam etiam capien-
di debitorem in perſona. *Iaſ. in d. l. fin.*
num. 4. C. de edicto D. Adr. toll. pòſt Bald. in
l. fin. C. de exhib. reis. Quod poſtremum ta-
men tunc demùm intelligatur verum eſ-
ſe, ſi reus forſan ad carcerem iſto caſu ſe-
ſe ſpecialiter obligarit; aut ſtatutum vel
conſuetudo loci dictent, quòd debito-
rem pòſt moram in ſolvendo, perſonali-
ter ſiſtere liceat, *per ea quæ tradit Iohan. de*
Platea. in l. nemo. 2. C. de exact. trib. lib. 10.
& Alex. de Imol. pòſt Bart. & alios in l. alia.
24. §. eleganter. ff. ſol. matrim. quo de latiſ-
ſimè *in prima Parte hujus Oper. cap. 7. & 8.*
per totum. Ac, quod judex, vel curia, non
poſſit ad appoſitionem manus procedere,
etiam adverſùs bona debitoris: niſi an-
teà ſaltem ſummariè conſtiterit de jure
creditoris, aut de debito ejuſque quan-
titate in continenti ipſi ſalu fides per in-
ſtrumentum, teſtatur Guido Papæ *deciſ.*
246. num. 2. tunc enim locum habet il-
lud vulgatum: hodiè conſtat, hudiè aga-
tur. *l. ſi is à quo 3. in pr. ff. ut in poſſ. leg.* Sunt 17
tamen aliqui in ea opinione, quòd de ne-
ceſſitate non requiratur liquidatio debiti
per inſtrumentum, vel chirographum
obligati, ſed ſufficiat illud probari teſti-
bus, quia, ſecundùm eos etiam aliter non
citato debitore, ſaltem ſummariè recipi
poſſunt, & ad hoc allegant Bartolum *in l.*
ait prætor. 10. §. ſi debitorem 16. num. 6. ff.
de his quæ in fraud. cred. quod innuerè et-
iam videtur Socinus *reg. 406 fal. 6. Port.*
lib. 1. communem concluſ. concluſ. 43. limit. 2.
at latè Gailius in ſuis obſer. lib. 2. obſer. 44.
num. 6. & 8 Verùm præmemoratæ autho-
ritates loquuntur in terminis fugæ, ſive
actualis, ſive ſaltem præparatæ, de qua
veriſimiliter ſuſpectus eſt debitor: alias
ſecùs. *ſicut in 1. Parte hujus Operis cap. 2. num.*
122. & 125. cum ſeqq de hoc dictum fuit fu-
ſiùs, quo caſu, ob periculum in mora, per-
mittitur, quòd alias non permitteretur,
gloſ. l. de pupillo. 5. §. meminiſſe. 10. & §. ſi
quis rivos. 11. de nov. oper. nuncia. quam ſo-
lutionem innuit etiam Jaſ. *in l. 1. num 31.*
ff. de edendo. Etſi enim alias non referat, 18
an de debito vel jure actoris probetur per
inſtrumenta, vel teſtes, cùm talia docu-
menta, & vivæ vocis teſtimonia parem
firmitatem obtineant. *l. in exercendis. 15. C*
de fide inſtrum, & inſtrumenturum appel-
latione etiam teſtes contineantur, *l. 1. ff.*
eod. tamen differunt in modo cognoſcen-
di, ex quo ſtatutum, tribuens paratam
executionem, præſtat beneficium ſum-
mariæ cognitionis, ac celeris expeditio-
nis; ideò non extenditur ad probatio-
nem per teſtes. *Felin. in c. ſicut nobis. num 4.*
verſ. prima declaratio. extrà de re jud. pòſt Bar-
tol. in l. 1. in princ. & clariùs in fine. ff. de his
quæ in teſtam. deleg. Iaſ. in l. ſi fidejuſſor. 7. §.
ſi ſatisdatum. 2. num. 21. ff. qui ſatisdar. cog.
Bart. l. litibus. 20. num. 21. ubi etiam Angel.
hoc tenet. C. de agricol. & cenſit. lib 12. ac,
quòd petens executionem paratam, vel
detentionem rerum aut perſonæ debito-
ris, debeat habere in manibus inſtrumen-
tum crediti, illudq; judici ad videndum
exhibere, & alias executio ipſi denegan-
da ſit, notat etiam Duennas *in fallentiis re-*
gularum. regula 88. verb ſequeſtrum pòſt Cor-
ſetum in ſuis ſingularib. ſing. 334. allegando Bar-
tol. in d. l. litib. & in l. jubemus per hanc. 16. C.
de erog.

Digitized by Google

de erog. mil. anno lib. 12 *liter nulla lex ibi re-*
periatur ita incipiens. ſed voluerunt adducere. l.
jubemus. 10 *ubi Bart. hoc tenet. in pr. C. de erog.*
mil. anno Bald in c. olim ex literis num 4. *ex-*
19 *tra de reſcript.* imò in fortioribus terminis
decidit Matthæus Matthæſilanus, non
eſſe concedendam capturam perſonæ de-
bitoris, etiam de fuga ſuſpecti, niſi antè
omnia debitũ liquidetur per inſtrumen-
tum fide dignum. *Matthæſilanus in tract. de*
carcere & ante eum tenuit Bald. in l. conſen.
taneum 8. *num.* 1. *C. quomodo & quando jud.*
Probatio ſiquidem inſtrumentalis dicitur
evidens, *c. cum dilecti verſ ex tenore inſtrumẽ-*
ti evidenter apparet, extra de donat. c. cum olim.
ubi Panorm. extra de cenſib & alibi dicitur?
inſtrumentorum eſſe veritatem apparen-
tem & probationem probatam; non au-
tem probandam. *Chaſſan. in conſ. Burgund.*
rub. 1. *§* 7. *verb ſouffiſamment. num.* 21. 22.
23. 24. *allegat Baldum in l. Imperator* 3. *num.*
4. *ff de ſtatu hom. & l* 2. *C. quando fiſcus vel*
20 *privatus.* Eſtque id, quod tradit Bart. in-
ſtrumentorum executivorum veritatem
non coadjuvari extrinſecis probationi-
bus. *Bart in d. l. fin. num.* 3. *verſ. oppono. &*
num. 15. *C. de edict. D. Adr. toll. Bald. in l.*
generali. 13. *num.* 2. *C de SS. Eccleſ. Menoch.*
21 *de adipiſc. poſſ remed.* 4. *nu* 53. Legere enim
judex inſtrumentum debet. *arg. l.* 2. *§. ſed*
ſi dubitetur ff quemadmodum teſtamenta aper.
Legi autem non poteſt, quod oculis non
ſubjicitur. *l. de his, quæ in teſtam. del.* Quæ
probatio inſtrumentalis niſi habeatur in
promptu, ita ut in continenti fiat fides ju-
dici de jure petitoris, non debet ad exe cu-
tionem procedi, niſi ſervato juris ordine,
22 citata videlicet ſolenniter parte, dato li-
bello & lite conteſtato. *Bart. in d. l. credi-*
tores 3. *num.* 15. *& pleniùs* 26. *& ſuper tertio*
autem membro. verſ. prædicta intelligo vera. ibi-
demq; Salic num. 30. *verſ. & advertè. C. de pig.*
Nrguz. eod tit. quarta parte principali num.
20. *& Caſtr. in l. fin num* 5. *ubi etiam Iaſ.* 4.
C. de edicto D. Adr. toll. ac Roderic. Suarez. in
lectura l. poſt rem judicatam, 56 *in declara-*
tione legis regni limit. 3. *num.* 1. *ff. de re jud.*
per l. prolatam. 4. *C. de ſent. & interloc. om.*
jud. & auth. offeratur. C. de litis conteſt. Nec
id caret ratione: ad receptionem ſiqui-
dem teſtium, lite non conteſtatà, perve-
niri nequit. *c.* 1. *& toto tit. extra ut lite non*
conteſt, teſtes non recip. unde Curtius ju-
nior *in l. tale pactum.* 40. *§. qui provocavit.*
23 *num.* 28 *ff. de pactis,* inferebat ad cauſam
depoſiti, quæ ſummariam tantum co-
gnitionem deſiderat, ſecundùm ea, quæ
tradit Bart. *l. ſi quis* 11. *C. depoſiti. num.* 2.
doro, inquit quod ea mereatur paratam
executionem; tamen hoc aliter non pro-
cedit, niſi de depoſito appareat per publi-
cum inſtrumentum, aut pars confitea-
tur, ſi enim neget, quia eo ipſo jus acto-
ris efficitur dubium. *l. negantes.* 9. *C. de*
oblig. & act. opus erit, depoſitum proba-
ri per teſtes, quod abſque legitimo & ſo-
lenni proceſſu, puta, ſine ordinario libel-
lo, & litis conteſtatione fieri nequit, ad
hoc, ut deinceps ad teſtium receptionem
decurratur, *& iſtud firmat Angel. in l. ſi de-*
poſita. 4. *C. depoſiti. & Alex. in ſuis addition.*
ad Bart. in l. ſi quis. 11. *num.* 2. *C. eod.* Ac ſi
contra urgeatur, depoſiti cauſam eſſe
ſummariam, in qua nec ipſa ſit opus li-
bello, vel litis conteſtatione. *l. penul. verb.*
illud: & ibi gloſſ. C. depoſiti. reſpondet Cur-
tius, etſi dici poſſit ſummaria, non ta-
men inde ſequitur, illam eſſe executivam.
Curt. in d §. qui provocavit. l. tale pactum. 41.
ff. de pact. num. 28. allegans Angelum de 24
Peruſ. ita limitantem hanc theoricam,
quem refert etiam Matthæſilanus *in ſuis*
ſingul. notab. 6. ubi commendat iſtam re-
ſtrictionem. Mihi tamen magis arridet
ſolutio Felini, quem ipſe tradit *in c. ſicut.*
num. 4. *& ſequentib. extra de ſen & re jud.* in-
quiens, præcitatam l. penul. loqui de cau-
ſa depoſiti, quatenùs probatur per in-
ſtrumentum: ſecùs eſt, ſi liquidari velit
per teſtes: tunc enim, ſecundum eum, re-
quiritur libelli porrectio & litis conte-
ſtatio, ad hoc, ut examinationi teſtium
locus fiat *d. c. quoniam extr. ut lite non con-*
teſt. Ex quo & illud infert, quòd, perdito 25
inſtrumento exequibili, pro quo ex for-
ma ſtatuti parata competebat executio;
etiamſi non denegetur petitio debiti per
modum ordinarii libelli: tamen ab exe-
cutione proceſſus non venit inchoandus.
Felin. in d. c. ſicut de re jud. num. 4. *allegat*
Paulum de Caſtr. in l. 1. *ff. de his quæ in teſta-*
mento del. & in l. noſtram 30. *num.* 5. *C. de*
teſtam. de quo etiam infra in 5. *capite hujus Par-*
tis ſol. 2. *in fine num.* 26. Executiones ſiqui- 26
dem ſummariæ requirunt idoneam for-
mam inſtrumenti. *Felin. d. c. ſicut de re judic.*
num. 4. *allegat Baldum in l. fin. num* 2. *C. ut*
in poſſ. legat. Unde alibi legitur, volunta- 27
tem ultimam in ſcriptis redactam, in
hoc ſolum differre à non ſcripta, quòd in
executione ſcripti teſtamenti proceda-
tur ut ſuper notorio, *l. fin. C. de edicto D.*
Hadria.

Hadriani coll. in alio verò non. Bald. in l. generali. 13. in fin. C. de S S. Eccleſ. Bart. in l. 1. in fine princ. num. 3. ff. de his quæ in teſtamento del. Ex quibus jam evidenter clarum
est, & communiori calculo doctorum approbatum, eum, qui juris ſui paratam executionem petit, instructum eſſe oportere instrumento debiti vel juris, quod
29 petit, ad hoc, ut oculis judicum ſubjiciatur & legatur *d. l. 1. in princ. & §. 1.* ſive petatur executio judicati ex præcedenti ſententia, quo caſu geſta judicii produci debent ei, qui vigorem rei judicatæ ad effectum deducit, *Felin. in d. c. ſicut. num. 3. & 4.* cùm acta judiciorum regulariter
30 non probentur, niſi per ſcripturam. *Bart. in l. ne in arbitris. 4. num. 3. & 6. C. de arbit. Bart. in l. geſta. 6. num. 11. C. de re jud. Lanfrancus in d. c. quoniam contrà. in princ. num. 1. extra de probat. ubi tradit, iſtam ſententiam communem eſſe, ſive petatur executio ex vi conventionis inter partes initæ. l. creditores 3. C. de pignor. ſive etiam ex vi ſtatuti, vel conſuetudinis, per ea, quæ ſuperiùs ab initio hujus requiſiti pluribus comprobavimus. num. 3.* Sic
31 in materia ſequeſtri, ad hoc, ut decernatur à judice, requiritur regulariter & de neceſſitate probatio debiti per instrumentum publicum; aut aliter ſaltem fide dignum. *Iaſ. in l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. num. 12. ff. qui ſatisdar. cog. Matthæus Macthesilanus in tract. de carcere. Bart. in l. litibus. 20. num. 21. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. Iaſ. in §. 1. num. 16. Inſt. de action. Anton. Corſ. in ſingul. 324. incip. ſequeſtrum. ac probat Felin. in c. examinata. num. 10. extra de judic.* Licet autem ab hac ſententia recedere videatur Curtius *in tractatu ſequeſtrorum, num. 50.* tamen ipſemet *ibidem & num. 49.* fatetur, contrariam opinionem, quòd nimirum ad impetrandum ſequeſtrum, neceſſe ſit debitum liquidari per instrumentum, & non aliter, eſſe communiorem, & unanimi calculo doctorum approbatam *in l. fin. C. de edict. D. Adr. coll.* Eodemque modo, ut
32 impetretur areſtum in res aut perſonam obligati, debet creditor docere de debito per instrumentum, *Kirchovius inter conſilia variorum conſ. 8 tom. 21. num. 43.* Nec
33 diſsimili ratione denegantur repræſaliæ tàm diu, donec judici fides fiat de denegata creditori juſticia. *Bart. in tractatu repræſaliarum, ſecunda quæſt. princ. num. 2. & 3.* ita, ut tunc instrumento publico ſit opus, ad docendum de facta debita requiſitione judicis, contrà quem, ejusque ſubjectos petuntur repræſaliæ, & de ſubſecuta juſticiæ denegatione, *Gailius in ſuis obſervationinib. lib. 1. obſer. 25. num. 3. in tertio requiſito, allegat ordinationem Cameræ imperialis parte 2. tit. 8.* Idemq; eſt in omnibus aliis cauſis, ubi parata petitur executio, ſiquidem tunc per instrumentum fide dignum creditor de jure ſuo fidem facere
compellitur, cùm instrumentum arguté 34
probet, quod in eo continetur. *Angel. in l. deſiderium 7. num. 1, C. depoſiti. & in l. ad probationem 22. num. 2. C. de probat.*

Cæterùm, quia ut plurimùm adjicitur 35 *De intereſſe liquido*
in instrumentis clauſula, quòd debitor promittat ad certum terminum reſtituere ſummam mutuò acceptam, cum omnibus damnis & intereſſe, ac, quòd ſuper his omnibus liceat manum injicere, vel parata executione uti; ambigitur non immeritò, ex quo quantitas intereſſe nõdum eſt liquida vel probata; an ſuper eo non minùs atque ſuper capitali, executio peti & decerni poſſit? Doctores reſpondent, executionem non tantùm pro ſorte, ſed etiam ſuper intereſſe, non ſolùm per partem peti, ſed etiam per judicem expediri, & rectè decerni poſſe. Sufficit ſiquidem, ſecundum eos, intereſſe poſteà liquidari, in proceſſu & termino executivo, antequam videlicet capiantur pignora, quam practicam ponit & commendat Bart. *in l. 1. num. 8. ubi idem etiam tenent Paulus de Caſtro. Ludov. Roman. & alii Dd. ff. de edendo. & iſtam ſententiam communiter teneri aſſerit Iaſon. d. l. 1. num. 31. ſicut idem etiam atteſtatur Petr. Paul. Pariſius in ſuis annotationib. marginalib. ad Bart in l. proinde 22. §. notandum. num. 3. ff. ad l. Aquil.* Sed
Baldus in contraria eſt opinione, puta, 36
quod parata executio, ſive ſuper ſorte, ſive ſuper intereſſe nondum liquido, nequaquam decerni valeat, neq; admitti debeat liquidatio in proceſſo vel termino executionis. *Baldus in l. 1. poſt gloſ. verbi mora ad finem. ff. de legat. 2. ibidemq; probat iſtud etiam Raphaël Cumanus. num. 6. & Bartol. quò ad hoc ſibi contrarius in d. l proinde. §. notandum. num. 3.* ideoque etiam Jaſon, quamvis aſſerat, prius dogma communiter aſtrui per interpretes: tamen finaliter ab illa opinione recedit per fundamenta relata *in d. l. 1. nu. 31. & 32. de eden.* cujus allegatis authoritatibus ſi addantur qu-

tur qu

tur ea, quæ in princ. hujus capitis *à num.*
3. uſq. ad num. 33. cumulavimus, ſatis ap-
patebit, ſententiam Jaſonis hodie com-
muniorem eſſe, quod videlicet ſuper in-
tereſſe nondum liquido non debeat pro-
cedi ad decretum paratæ executionis, de
qua cùm hodiè agatur, hodiè conſtare de-
bet, & non alitar. *l. ſi is à quo 3. in princ. ff.*
37 *ut in poſſeß. legat.* Quando itaque de præ-
ſenti non conſtat, vel liquida eſt quanti-
tas debiti, ſivè circa ſortem, ſive circa in-
tereſſe, judicir officium eſt, remittere cre-
ditorem ſuper eo, quod eſt illiquidum, ad
ordinarium proceſſum, ut videlicer, ob-
lato libello & lite demùm conteſtata, &
expectata ſententia definitiva, tunc de-
mùm executionem urgeat. *l. 1. & 2. C. de*
execut. rei judic. niſi fortè privatæ ſcriptu-
ræ, & recognitioni alicujus fœneratorir,
(quam creditor ab alio fœneratore frau-
dulentèr impetrat, pro liquidatione ſui
38 intereſſe, promittens in ſimili caſu ſe fa-
cturum paria) fidem adhibere velimus,
quod ſanè eſt contrà *l. ſcripturas, 11. C. qui*
pot. in pign. hab. maximè in præjudicium
tertii. Taceo, quod tale dictum teſtis, in
ſcriptis factum, fidem non meretur, ſed
eatenùs deponere debuit. *c. teſtes. 3. q. 7.*
c. ſi quis. extra de elect. in 6. ut videat ju-
dex, utrum præmeditatum ſermonem ad-
ferat, item, an ad interrogata dicat veri-
ſimilia. *l. 3. §. tu magis ſcire potes. ff. de teſti-*
bus. Accedit & illud, quod iſto caſu teſti
injurato crederetur, *contra l. jurificandi. 9.*
39 *C. de teſtibus.* Etiamſi enim aliàs dicatur,
intereſſe liquidari etiam per ſolum jura-
mentum partis. *l. videamus 4. §. deferre cum*
l. nummis. 3. ff. de in litem jur. tamen iſtud
procedit in juramento affectionis, ſuper
petitione videlicet ejus rei, in qua, ex par-
te offerentis ſe ad juramentum, eadere
poteſt intrinſeca affectio & ſingularis, eo
enim vel ſolo, probatur intereſſe, ut in
40 contrariis. Secùs eſt in ſummis, ſuper qui-
bus nulla alia cadit affectio, niſi quod red-
dantur in eodem numero & bonitate. *l.*
2. §. mutui datio. ff. ſi cert. pet. ſin autem
accedat mora, ita, ut ejus ratione, condi-
tio creditoris fiat deterior, hoc, inquam,
caſu, conſideratur intereſſe veritatis, hoc
eſt, extrinſecum, extrà rem ipſam con-
tingens, ſuper quo non auditur offerens
ſe ad juramentum ſui intereſſe ſuper da-
mno emergente: niſi de eo ſaltem ſemi-
plenè probaverit, quo caſu, creditor ad
juramentum ſuppletivum admittendus
venit. *l. in bonæ fidei 3. C. de reb cred. & jure-*
jur. quo de videantur, quæ fuſiùs exegi-
mus *in prima Parte hujus Operis cap 10. n. 128.*
& 139. cum ſeqq. Ideoque niſi forſitan in- 41
tereſſe ex conſuetudine loci ſit certum,
puta, quia in ſingula centena per annum
quinque computantur (quo caſu, ad eam
quantitatem, abſque aliqua probatione
vel juramento, iſtud taxabit judex, ſecun-
dùm ea, quæ in prædicto cap. 10. *num. 157.*
annotavimus) conſilium eſt, ut accipiat
iſto caſu creditor quod certum, & ſine
difficultate offertur ei, hoc eſt, ſortem, &
de intereſſe, tanquam nondum liquido,
litem modo ordinario peragat, & proba-
tiones ſuas inſtituat, argumento eorum,
quæ tradit Bart. *in l. quidam exiſtimaverunt*
21. §. ſed in utraq. per illum text. ſi cert. pet.
cum ſeparari utile ab inutili conveniat. *l.*
1. §. Marcellus. verſ. quia pecora ſeparari poſ-
ſunt. ff. de aq. plu. arc & c. utile. de reg. jur.
in 6. Fateor tamen, iſta interdum parùm
benè obſervari, quando ex aulis ſuper in-
ſtrumentis liquidis mittuntur præcepta
executiva ad inferiores judices, ut fa-
ciant paratam executionem non tàm ſu-
per ſorte, quàm etiam ſuper intereſſe,
quatenùs & in quantum coràm ipſis li-
quidabitur, quo caſu, illi delegati, qui jus
ignorant, crebrò exequuntur, non tan-
tùm ſuper ſorte, quàm etiam ſuper inter-
eſſe, prout illud prætenditur à parte, cùm
tamen executio iſto caſu, non niſi ſuper
ſorte, tanquam re certa, fieri, de intereſſe
autem creditor ad liquidationem ordina-
riam in alio judicio, aut inſtantia remit-
ti debuerit. Cæterùm, quia non ſunt duæ 42
actiones, altera ſortis, & altera uſurarum
vel intereſſe, unde receptione ſortis fa-
cta, futurum eſt, ut creditor deinceps à
petitione intereſſe excludatur. *l. 4. C. de-*
poſiti. l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expenſ.
ideò cautela eſt, creditorem proteſtari,
quod per receptionem ſortis, non inten-
tet recedere à petitione intereſſe, quod
offert probare; hæc enim proteſtatio re-
ſervatoria jus proteſtantis ſalvum facit,
per ea, quæ tradunt Iaſ. & alii in l. non ſolùm.
8. §. morte. num. 14. & 15. ff. de novi oper.
nunciat. & Panorm. item Felin. in c. cum M.
Ferrar. extra de conſtit. non aliter, atque ju-
dex ſibi poteſt reſervare taxationem ex- 43
penſarum in alio judicio, *ſecundùm Bar-*
tol. in l. terminato. 3. num. 2. in fine. & Sa-
lic. 4. ubi tradit iſtam practicam communem eſ-
ſe. C. de fruct. & litig. expenſ. Ex quo infer-
tur ul-

44 tur ulteriùs, ſiquidem factum ſit in obli-
gatione (quocaſu, pòſt moram obliga-
tio ſuccedit ad intereſſe, *l. miles. 6. §. fin. ff. de re judic. l. ſtipulationes non dividuntur. 72. de verb. obligat.*) quantumvis in inſtru-
mento dicatur, quòd promiſſor facti, in
caſu moræ, permittat licentiam ingredi-
endi & occupandi ſua bona, donec con-
ſequatur ſuum intereſſe, priuſquam i-
ſtud intereſſe plenè probatum fuerit, ab
executione parata in totum ſuperſeden-
dum eſſe, ex quo ſtatutum, permittens
manus injectionem, intelligitur ſuper
debito liquido, non autem ſuper illiqui-
do. *Romanus conſil. 211. num. 6. Alex. conſ. 9 c. num. 8. vol. 3. Paulus de Caſtro conſ. 165. num. 2. vol. 2.* ac latè Benedictus de Barzus
in tractatu Guarentigiæ *ſuper 2. quæſtione 1. Partis principalis*, ubi innuit, iſtam li-
quidationem neceſſario præcedere, ad
hoc ut fundetur intentio petitoris, eique
proceſſus executivus decernatur *Benedi-
ctus de Barzis ubi proximè verſ. cum ergo jun-*
45 *cto verſ. ritus executiva*, cum aliter obli-
gatio intereſſe adhuc ſit velata, quod ve-
lum, vel teſtibus vel inſtrumentis, & ſic
in proceſſu ordinario, detegendum eſt,
prout loquitur Baldus *in l. ſi cauſam 2. nu. 6. Cod. de execut. rei judic. per authen. & qui jurat. verb. declarati debiti. Cod. de bonis auth. jud. poſſid.* ideò infert Berous ad obliga-
tum executivè ſub pacto obſtagii pro in-
tereſſe, antequam illud liquidetur, cùm
adhuc ſit incertum, obſtagiatus non in-
grediens locum obſtagii, non dicitur in
mora. *Berous conſ. 193. num. 7. 12. & 34. vol. 1.* niſi forte de intereſſe per aliud in-
ſtrumentum in continenti, hoc eſt, infrà
terminum, per quem durat executio,
vel priuſquam ad realem executionem
aut captionem pignorum deveniatur,
conſtet, tunc enim audiendus eſſet debi-
tor uſq; ad terminum petendæ executio-
nis, non autem poſteà. *Benedictus de Bar-
zius ubi proximè in quinto & ultimo quæſito*
46 *partis 2. princ.* Cum verò non raro con-
tingat, quando partes ſuper liquidatione
intereſſe non concordant, quod execu-
tio non tàm ſuper intereſſe, quàm etiam
ſuper ſumma principali, vel capitali dif-
feratur, ne itaque medio tempore cur-
rant uſuræ vel intereſſe, in primis, ubi
metuitur periculum condemnationis in
expenſis termini ſaltem executivi, quæ
raro evitantur: cautela eſt, quando reus
agnoſcit debitum in ſorte principali, ne-
gat autem intereſſe per partem adverſam
prætenſum, ut is ſervat, aut ſaltem *juxta l. acceptam. 19. C. de uſuris. l. obſignatione. 9. C. de ſolution.* obſignatum deponat capitale,
& quantitatem in inſtrumento compre-
henſam, offeratque ſe ad ſatisfactionem
etiam intereſſe, quatenus illud idoneè
probetur per creditorem. Eo ſiquidem
caſu, quantumvis contradicente credi-
tore, qui acceſſorium, intereſſe ſcilicet, à
principali non vult dividi, vitabit execu-
tionem, ejuſque impendia, & futurum in-
tereſſe. *Rebuff. ad ordinat. regni Galliæ tomo 1. 1. de literis obligat. art. 1. gloſ. 9. num. 12. per l. ſtatu liberationem. 5. & l. cùm hæres. 4. §. item ſi decem. 6. ff. de ſtatu liber. & d. l. quidam exiſtimaverunt. 24. ſi certum pet. cum l. fin. quib. modis pign. ſol. & l. ſi ſervus 9. §. ſi plu-
rium, ſi quis caution.*

Quod verò diximus, non poſſe judicē 47
aditum decernere paratam executio- *Quale in-*
nem, niſi viſo priùs & lecto inſtrumen- *ſtrumentū*
to, illud de ſcriptura originali accipien- *hic probet.*
dum eſt, non autem de exemplo, quod 48
regulariter non probat. *auth. ſi quis in ali-
quo. ubi Iaſ. num. 2. C. de edendo. ac facit l. 2. ibi: non ex indice, vel exemplo alicujus ſcriptu-
ræ, ſed ex authentico conveniendus eſt, ut fides veri conſtare poſſit. ff. de fide inſtrum.* ubi e-
nim exemplar non apparet, ibi nec exem-
platum. *l. in teſtamento. 27. ibi: quia exem-
plum nuſquam apparet. ff. de cond. & demonſtr.*
nec aliter judex habet fundamentum, ſu-
per quo extruat proceſſum executivum,
cùm, deſtructo principali, deſtruantur
omnia ea, quæ ad illud principium refe-
runtur, prout in terminis decidit Bald. *in auth. & qui jurat. num 10. C. de bon. author. jud. poſſid.* ex quo regula juris communis
eſt in contrarium, prohibens nimirum
ab executione proceſſum inchoari. *l mi-
nor. 25. annis, cui fideicommiſſum. 40. ff de mi-
nor. l 1. & 2. C. de execut. rei judic.* ac, quòd
non ſufficiat exhibere judici exemplar
inſtrumenti, tradunt Paulus de Caſtro
*in l. fin. num. 2. & num 13. verſ. & quod dici-
tur. C. de edicto D. Hadriani toll.* ac latè Me-
nochius *de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 651.*
Ratio eſt, quia copia inſtrumenti, abſque 49
originali producta, ſuſpicionem obre-
ptionis parit. *Neguzantius conſ. 37. nu. 28. per l. ſi quis obrepſerit. 29. ff. ad L. Corn. de falſ. ac facit l. 1. & 2. C. ſi ex falſ. inſtrum.* ni-
ſi forte ſcriptura exemplata pariter eſſet 50
principalis, ſicut originale. *Bart. in l. Sem-* 51
pronius 47. num. 1. per illum textum. verb. cau-

ſa exemplarũ. ff. de legat. 2. Licet iſtud hodie rarò obſervetur, & quidem malè, ex quo tales proceſſus, qui fundantur ſuper inſtrumento originaliter non producto, ſunt ipſo jure nulli. *Bald. l. 1. num. 13. C. de ſenten. ex brevic. recit. & Angelus Aretinus in l. 1. §. ſi quis ita num. 15. de verb. obligat. ubi addit hanc ſententiam communem eſſe.*
52 Imo plus requirit Bartolus, quòd originale non tantùm fuerit in actis exhibitum, ſed & transmittatur ejus copia parti cum termino opponendi. *Bartol. in extravag. ad reprimendum. verb. de plano. num. 3. quem ſequitur Nevizanus conſ. 37. num. 26.*
53 licet iſtud poſtremum in his curiis planè non obſervetur. Et hinc eſt, quòd alibi Doctores concludant, iſta probationum inſtrumenta judici non tantum ad legendum exhibenda, ſed & penes acta relinquenda eſſe, ut videlicet, quandocúnque comparente contradictore, fieri recognitio, & reus certior reddi poſſit, quo jure petatur executio vel manusinjectio, *Iaſ. in l properandum. 12 §. ſin autem reus num. 5. C de judic. per c quoniam contra. extra de probat. & l quingenta 12. ff. de probat.* quod & *probat Menoch ubi ſuprà num. 65.* cùm nihil
54 ita ſit notorium, quin præſumatur adverſus id competere aliqua defenſio vel excuſatio. *Nevizan. d. conſ. 37. num. 29. alleg.*
55 *Curt. conſ. 21. col. 11.* Cæterùm, apud nos inolevit hæc practica, quòd videlicet originale, ſemel exhibitum ad legendum judici, nō relinquatur apud acta, ſed reproducatur per creditorem in termino executivo ad recognoſcendum in perſona debitoris, qua recognitione facta & cunſummata executione, poſt ſatisfactionem creditoris, iſta originalia reſtituuntur debitori per judicem, *argumento l ſi rem 9. §. omnis. ff. de pignor. act.* Ex quo & aliud
56 ſequitur, quod inſtrumentum faciens mentionem de alio inſtrumentu regulariter ipſum quoque non probet, absque relati productione, *Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo num. 7. C. de edendo*: niſi referens
57 referat ſe ad aliud cum clara facti narratione, quod continetur in inſtrumento relato vel principali. *Alexand de Imola in l. ſciendum 30. num. 9 ff. de verb. oblig.* Pone enim, Titium intercedere pro Sempronio, faciendo ejus creditori inſtrumentũ, in quo fatetur ſe fidejubere in ſummam mille ducatorum, quos Sempronius accepit mutuo, virtute literarum, inter principaliter contrahentes confectarum, quarum tenor hic inſeritur, & niſi ſolvantur ſtatuto die & termino, ipſe cum renunciatione, *auth. præſente C. de fidejuſſor.* tribuit creditori poteſtatem manusinjectionis in ſua bona, vel perſonam, quo caſu, pro impetranda parata executione, non eſt neceſſe edi inſtrumentum debiti principalis, cum de contento principalis documenti; plenè liqueat ex referente inſtrumento videlicet fidejuſſionis. *Alex. d. l. ſciendum. num 9. & ibi Caſtrenſ. 4. Angel. in §. hoc inſuper. num. 3. authen. ut ſponſalitia largitas. collat. 9. & Florianus in l. ab eo. 9. Cod de fideicommiſſ.* Nec obſtat textus *d.* 58
authen. ſi quis in aliquo. quia loquitur contrarium in inſtrumento confecto inter alias perſonas. *Bart. d. auth ſi quis in aliquo num. 11.* puta, ſi in cautione aliqua transſcribas mihi mille ducatos, quos aſſeris te credidiſſe Titio, virtute ſcripturæ inter te & illum confectæ? niſi enim relatum producatur, referens contra Titiũ nihil probat, ita loquitur *allegata auth. ſi quis in aliquo*, cumque fidejuſſoris contractus cum creditore æquè principalis ſit, atque is, qui celebratur cum debitore. *Alex d. l. ſciendum. num. 9. per l. optimam. 14. Cod. de contrahend. & commit. ſtipul*, ſicut & debitoris appellatione venit quoque fidejuſſor. *l. ſi ſervum. 91. §. nunc videamus. 4. in fine. de verb oblig. l. ſi fidejuſſor altàs impetr l. ſi cui 49. § Iulianus. 6. de legat. 1.* ideò, ubicunque ex referente, & ejus narratione, expreſſim habetur ſenſus inſtrumenti narrati, nec tractatur de præjudicio tertii, tunc probat litera referens etiam absque editione principalis inſtrumenti, ad quod fuit acta relatio, *Bart. Secin conſ. 266. in princ. num. 4. volum. 2.* Etſi verò ſuper inſtrumento du- 59
bitabili,; de quo judex probabiliter ambigit, an mereatur paratam executionē conſultius eſt, ceſſare interim a præcepto executivo, donec ſuper eo hinc inde audiantur partes, cùm talis probatio inſtrumentalis, ſuper qua denuò diſputandum eſt inter litigantes, nequeat dici probatio in continenti oblata. *Menoch. de arbitrar. jud quæſt. lib 2. caſu. 12. num. 4. in fine. poſt Corneum & Salicetum in l. 2. n. 3. & 5. & Alberic. de Roſate in l fin n. 13. ubi etiam Bald. ſequitur num. 33 C. de edict. D. Adr toll. Nevizan, conſ. 58 n. 1. 2 3. & 7.* tamen eam rationem non habet, quaſi neceſſe ſit, tale inſtrumentum eſſe omnibus numeris ab- 60
ſolutum, cui videlicet nihil omnino

labis

labis aut defectus opponi valeat, ſed ſuf-
ficit, ex prima ſui forma & figura non
apparere aliquod vitium viſibile, circa
videlicet literarum abolitionem, raſurã,
aut cancellationem (vel etiam interli-
neaturam, aut apoſtillam marginalem)
in loco principali. *argumento l. fin. C. de
edict. D. Adrian. toll.* (*Quo de tamen dicatur, ut
notatur latiùs in prima Parte hujus Operis cap.
10. num. 447.*) Ideò, ſi quod vitium inſit
latens, illud apud judicem non eſt in ali-
qua conſideratione, ſed tutò proceditur
ad cõminationem executionis, in even-
tum non ſoluti ad terminum præfixum
debiti, ac in termino executivo relinqui-
tur partibus poteſtas accuratiùs diſputan-
di & conferendi de ejus validitate, vel
invaliditate, & alias dicitur, ſtandum eſſe
61 inſtrumento, donec probetur contrariũ.
l. cum res 12. l. cum precibus 18. C. de probat.
62 *& c. 2. extra de fide inſtrum.* Quo caſu, ſi
in termino executionis aliqualis fides
fiat de vitio inſtrumenti, ad judicis offi-
cium pertinet, ab executione ſuperſede-
re, & partes ad ordinarium proceſſum re-
mittere, cùm etiam per probabiles con-
jecturas & præſumtiones judex in ſuſpi-
cionem falſitatis adduci poſſit, in cauſis
ſummariis. *Bart. in extravag. ad reprimen-
dum verb. ſummariè. num. 19. per l. in lege A-
quilia ſi deletum 40. ibi: ad ſuſpicionem ju-
dicem inducã ff. ad l. Aquil.* Sicut enim ſum-
maria fides tribuitur inſtrumento per
petitorem producto; ita eodem jure &
favore reus in ſua etiam perſona gaudere
debet. *c. non debet licere. extra de reg. jur.
in 6.* Idque propter leve præjudicium,
quod affertur in cauſis ſummariis, & re-
parari poteſt in judicio ordinario. *Bart. in
l. ſi quis à liberis 5. §. ſi quis. n. 3. de lib. agnoſ.
per l. theſaurus ad exhib. & facit c. veniens. 2.
ubi notant Panorm. & alii Canoniſtæ, extra de
teſtam. & notatur inferiùs in hoc capite n. 73.*
63 Quod autẽ cauſa executiva dicatur ſum-
maria, teſtatur Maranta de ordine judi-
ciorum. *parte 4. in nona diſtinctione princ.
num. 59. Bart. in l. litib. 20. num. 13. Cod. de
agricol. & cenſit. lib. 11. Lanfranc. in clem. ſæ-
pè de verb. ſignif. concluſ. 13. ac notant Bart. &
omnes Dd. in l. creditores. 3. C. de pignor. &*
64 *in l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* Quòd etiam
in propoſito noſtro vertatur exiguum
præjudicium, patet, ex quo immiſſio in
bona debitoris, vel etiam detentio per-
ſonæ, nullum tribuit jus durabile credi-
tori: ſed, ſimul atque facta fuit execu-
tio, admittitur contradictor, qui illam
manus injectionem impugnet, quare fie-
ri non debuerit. *Albericus de Roſate in l. fin.
num. 15. per illum text. C. de edict. D. Adrian.
toll.* Ac, ne quis cogitet, contrarium lo-
qui in miſſione ex primo decreto, quæ
immiſſio non tribuit niſi tentam & cu-
ſtodiam, *per ea, quæ notantur l. Fulcinius. 7.
ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur. & in l. ſi fi-
nita. 15. §. Iulianus. 16. de damno infect.* ideo-
que ſecùs eſſe in executione, ubi proce-
ditur ad captionem pignorum, & non-
nunquam etiam ad dationem in ſolu-
tum. *l. à Divo Pio. 15. §. in venditione: §. ſi
pignora. & §. ſi poſt diſtractum de re judic.*
adeò, ut is, contra quem fit executio, pe-
riclitetur etiam de amiſſione rei ſuæ: di-
co, iſta contraria nihil obſtare, & tolli 65
omne periculum ſatisdatione creditoris,
qui executionem petit, cogitur enim is
non tantùm ad inſtantiam rei, cavere de
judicio ſiſti, in cauſa reconventionis, vel
impugnationis iſtius ſummarii proceſſus,
item de refundendis expenſis in caſu ſuc-
cumbentiæ: ſed etiam de reſtituendo,
quod nunc exigitur, cùm aliter non fiat
de præſenti executio, quam reſervatis
reo ſuis exceptionibus, quas in hoc ſum-
mario judicio magis maliriosè, & pro re-
motando creditore, quàm juſtitiæ ratio-
ne præſumitur appoſuiſſe. *argum. l. 2. C.
ad l. Cornel. de falſ. & l. 3. §. ibidem verbis:
exceptionem quæ habet altiorem quæſtionem,
differendam in directum judicium. ff. ad exhi-
bendam.* & recepta præmiſſa ſatisdatione,
fit executio. *Petrus de Anchoran. in clem. ſæpè
num. 19. circa finem, de verb. ſig. & Bart. in
conſtit. ad reprimendum. verb. ſummariè. num.
30. & in l. litibus 20. num. 12. C. de agricol.
& cenſit lib. 11. per l. 2. juncta l. fin. C. de ord.
cognit. ac facit optimus textus in authen. quæ
ſupplicatio ibi:* niſi victrix pars condignã
fidejuſſionem præbuerit tantundem red-
dendi cum legitimis augmentis, in quan-
tum proceſſit executio. *ubi Baldus notat no-
tabili 2. C. de prec. Imp. offer. & in ea. ſuſci-
tata. ibi: recipiatis idoneam cautionem. extra
de in integr. reſtit. Speculat. in tit. de ſupplica-
tione. §. differt. & Maranta de ordine judic.
parte 6. in rubr. de appellat. num. 16.* ac
concordat cum his conſtitutio Electo-
ralis in Saxonia. *ſub. tit.* Verſagte Brieff
vnnd Siegel. ubi habetur, quod ſuper
recognitis, & non falſificatis cautio-
nibus, & ſigillis, quatenùs non conti-
nent inhoneſtam promiſſionem, para-

ta executio creditoribus communicati,
& reus cum nulla alia exceptione, niſi
ſolutionis, vel ſatisfactionis, audiendus
ſit: ita tamen, ut pòſt factam executio-
nem liberum relinquatur debitori, ſuum
debitorem re convenire, condicendo pu-
ta ab eo ſolutum, tanquam indebitum.
66 Et ſic dicta executio parata vel ſumma-
ria, ex vi ſtatuti vel pacti, revocabilis eſt,
cùm mox, pòſt factam executionem au-
diatur reus, cum ſuis defenſionibus & op-
poſitionibus, quibus intendit oppugna-
re inſtrumentum ex vitio fortè inviſibi-
li, quod non erat apparens, & quo de ju-
dex, antè proceſſum executionis, non
poterat ſeſe informare, quo caſu, ſi vel
67 inſtrumentum convincatur de falſo, vel
probetur ſolutio debiti, in inſtrumento
contenti, omnia attentata per judicem
executionis revocabuntur in priorem
ſtatum. *Angel. in l. ille à quo. 13. §. ſi de te-
ſtamento num. 2. ff. ad Senatusconſultum Tre-
bellian. & Rodericus Suarezius in repet. l. pòſt
rem judicatam. 56. ad declarationem legis re-
gni. limitat. 12. princip. num. 2. de re judic.*
68 Quatenùs itaque reus in continenti pro-
bare nequit de vitio inſtrumenti, adeò
ut judicem ad ſuſpicionem falſitatis de-
ducat, proceditur ad paratam executio-
nem adverſus reum, nec dicitur, per hoc
tolli convento ſua defenſio, quæ natu-
ralis eſt. *clem. paſtoralis. de re judic. cum l. ut
vim. 3. de juſt. & jure.* item nemini jus ſuū
auferendum vel detrahendum eſſe *l. 2. de
his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Quia per hanc
viam executionis non tollitur defenſio
debitori, ſed reſtringitur, & variatur de-
fenſionis modus, *prout inquit Decius in rub.
extra de appellat. 3. q. princ. & in l. ut vim. 3.
num. 4. ff. de juſt. & jur. Alex. in l. cùm mu-
lier. 53. num. 13. ſolut. matrim.* Baldus ta-
men ad iſtud contrarium paulò aliter re-
ſpondet, defenſionem quidem non poſſe
tolli per ſtatutum vel pactum, quando
conſiſtit in terminis meræ defenſionis:
ſecùs eſt, quando talis defenſio habet
vim, vel inſtar mutuæ accuſationis vel
reconventionis. *Bald. l. quoniam 26. num.
6. ad L. Iul. C. de adulter. per l. 2. §. ſi publi-
co. ff. eod. & Bart. in d. conſtit. ad reprimen-
dum. verb. ſummariè. num. 29.* Unde infert
idem Baldus, ſtante ſtatuto, quòd banni-
69 to non reddatur jus, poterit reus ſeſe de-
fendere, ſi vult uti mera defenſione, idq;
indubitatum eſt. *c. cùm inter. c. dilecti. c.
ſignificaverunt. extra de except. c. intellexi-
mus de jud.* ſin verò intendat uti tali de-
fenſione, in qua non ſolùm eſt reus, ſed
& actoris vicem ſuſtinet, puta, quia vult
objicere actori exceptionem criminis,
quare non poſſit ſtare in judicio, item
compenſationis, vel ſimilem, tunc non
auditur, *Bald. in l. quoniam. 26. num. 7. C.
ad l. Iuliam. de adulteriis. per l. 2. verb. ſalva
exceptione criminis falſi, debitorem ad ſolutio-
nem compelli oportere. C. de falſ. & notat In-
noc. in c. 1. num. 6. extra de excep.* Ac, ſi ur-
geatur, intereſſe debitorem, potiùs non 70
ſolvere, quàm ſolutum repetere. *l. 2. &
3. ff. de compenſat. l. ſi ſtipulatus eſſet. 27. in
fin. princ. de fidejuſſ.* dicendum, contraria
procedere, quando debitum, cujus de
compenſatione agitur, eſſet liquidum,
& aliter non, *l. fin. C. de compenſat.* Neque
verò in proceſſibus executivis, ex vi ſta-
tuti vel pacti, excluduntur indiſtinctè o- 71
mnes, ſed eæ demùm, quæ non ſunt in
continenti probabiles, ac latiorem inda-
ginem requirunt, *prout tenet Dec. in l. fin.
num. 43. C. de edict. D. Adr. toll. & in c. ex
parte de offic. deleg. & conſ. 474.* cùm præſu-
mantur, differendarum litium gratia, ta-
les moratoriæ oppoſitæ eſſe. *Panorm. in d.
c. ſuſcitata. num. 7. extra de in integr. reſtit.*
Eas ſiquidem judex rejicit ad novam in-
ſtantiam, pòſt factam executionem, ita
ut proceſſus executivus non ſit deſtructi-
vus, ſed perverſivus & præpoſterativus
ordinis defenſionis, *prout eleganter loqui-
tur Angel. de Peruſ. in l. ſi ſic. 75. nu. 2. ff. de
legat. 1. ac Suarez. in d. l. pòſt rem judicatam
56. limit. 12. num. 3. de re jud.* ac, ſi denuò
inſtetur fruſtra inſtitui reprobationem 72
inſtrumenti executivi, ſive arguatur de
falſo, ſive de alio vitio, cùm ejus fides ſe-
mel fuerit approbata in judicio: reſpon-
detur, probationes vel atteſtationes, in
cauſa ſummaria receptas, non facere ple-
nam fidem, in plenario vel ordinario
judicio, *c. veniens. 2. & ibi gloſſ. ac Felin. in
princ. & plenius Panorm. num. 16. extra de te-
ſtibus.* Et alibi tradit Baldus, ſumma- 73
riam cognitionem non operari præjudi-
cium veritati, *Bald. in extravagantibus, con-
ferentibus pro materia appellationum, poſi-
tis ad Speculator. pòſt tit. de appell. & vult text.
in l. ſi quis à liberis. 5. §. ſi quis. verſ. memi-
niſſe autem oportet. ff. de liber. agnoſc. & in
l. penul. ibi: alimentorum cauſa non facit
præjudicium veritati. de his qui ſunt ſui vel a-
lien. juris.* adeò, quòd in nihilo fiat dete-
rior conditio debitoris, utpotè, qui ſaltem
jus

jus ſuum tandem eſt conſecuturus, licet
tardiùs, *argumento l. à Divo Pio. 15. §. quod*
ſi res. in fine. de re jud. & l. 3. §. competit. ibi:
nihil intereſt emtoris, cùm poſſit condicere, quod
dedit. ſi menſor fal. mod. dix. & faciunt, quæ
paulò antè adduximus. num. 62. & 67. Pro
74 quo & illud facit, quamvis contra debi-
torem, ad hoc, ut adverſus ipſum ad ca-
pturam perveniatur, ſufficit probare fu-
gæ ſuſpicionem, etiam per juramentum
creditoris. *Caccial. de debitore ſuſpecto in 6.*
quæſt. princ. num. 11. ubi addit, iſtam opinio-
nem cõmunem eſſe, & num. 15. & 16. tamen
poſt capturam, & quando nunc perven-
tum eſt ad proceſſum ordinarium, debet
75 illa ſuſpicio, reo videlicet negante, planè
probari & juſtificari, aliàs captura red-
deretur nulla, & tanquam facta contrà
juſticiam, veniret retractanda. *Angel. in*
l. nemo carcerem 2. Cod. de exactor. trib. lib. 10.
& Ioan. de Imola l. 2. ſuper gloß. verb. ſuſpect.
1 *num. 3. ff. ſolut. matrim. ac ſequitur Caccial.*
in d. tractatu de debitore ſuſpect. in d. 6. quæſt.
princip. num. 17. 18. 19. & 20. & per totum.
Sic itaque ſufficit ad hoc, ut proceſſus
executivus decernatur per judicem ad-
verſus obligatos, inſtrumeotum ſuper
debito confectum, prima facie ſine omni
vituperatione apparere. *l. fin. Cod. de edict.*
D. Adr. toll. quod idem eſt, ac ſi dicatur,
76 prima fronte, vel primo intuitu, *ſecundùm*
alteram expoſitionem gloſſæ, verbo, figura. in d.
l. fin. & ita vitium inviſibile, vel latens
non impedit executionem. *Alber. de Roſa-*
te in d. l. fin. num. 13. & 15. ibidemq; Caſtren-
ſis 6. Præſumitur enim habere eſſe, quod
habet formam eſſe. *gloß. l. ſi pòſt diviſio-*
nem. verb. non poſſe, ubi etiam Bart. notat num.
5. de juris & facti ignor. ac facit l. ſi quis lega-
tum. 6. ff. ad l. Cornel. de falſ. ubi, qui ſibi
aſſcripſit legatum in teſtamento, incur-
rit pœnam falſi, etiamſi teſtamentum
deinceps pro rupto vel non juſto facto
77 judicetur. Quod tamen dictum eſt de
inſtumentis, mereri ea paratam execu-
tionem, iſtud intelligendum eſt, quate-
nùs tales cautiones producuntur à credi-
tore, cum quo ſunt confectæ, ſin verò à
tertio producantur, impeditur parata ex-
ecutio eo ipſo, quando reus petitori op-
ponit exceptionem: tu non es nominatus
in instrumento. *qua de re in Parte 2. hujus*
Operis cap. 3. num. 435. & 436. aliquid atti-
gimus.

His ita præmiſſis, quod videlicet exe-
cutio parata regulariter non decernatur,
niſi conſtet de debito per inſtrumentum
judici exhibitum, ſuccedit nunc illud du-
bium, an quælibet ſcriptura mereatur fi-
dem, ita, ut ad ejus productionem judex
præceptum executivum facere, & ad ma-
nus injectionem in bona obligati convo-
lare poſſit? In quo ſciendum eſt, dupli- 78
cis eſſe generis inſtrumenta, alia publica,
alia privata. Publica vocamus generali- 79
ter, omnem ſcripturam, productam co-
ram judice, cui ſine alio adminiculo cre-
ditur de jure, ſtatuto, vel conſuetudine
ſpeciali. *ita definit Innoc. in c. 1. num. 2. ex-*
tra de fide inſtrum. & Ferrar. in forma produ-
ctionis inſtrumentorum. verb. exhibens. num. 5.
Hujus generis ſunt ſcripturæ authenticæ, 80
quæ conficiuntur in præſentia judicis,
prout ſunt acta judiciorum. *l. geſta 6. C. de*
re jud. l. is apud quem. 2. C. de edendo. c. quo-
niam contra ext. de probat. c. 1. & 2. de fide in-
ſtrum. §. ſed & ſi inſtrumenta. auth. de inſtrum.
cautela & fide. col. 6. ſive tales ſcripturæ
fiant manu Notarii (prout regulariter ſo- 81
lent confici à ſolo tabellione, non aliter
atq; Miſſa celebratur à ſolo presbytero,
ut loquamur cum Ferrarienſe in loco præcitato
verb. exhibens. num 3. & facit §. penul. & fin.
in verb. niſi tabellioni, qui authoritatem habet.
auth. de tabelli. col. 3.) ſive manu propria
debitoris coram judice, nam & eæ planã 82
fidem faciunt, etiam absq; teſtibus *l. ne in*
arbitris. 4. ubi eſt caſus ſingularis, & ibi Bald.
C. de arbitr. Eodemque modo dicitur ſcri-
ptura publica, quæ aſſumitur ex archivo 83
publico vel cancellaria, aut rationario,
librisvè Principis alicujus, vel Communi-
taris. *Ferrar. ubi ſuprà num. 5. verſ. quinto illa*
per l. in fraudem. 45. §. quoties. ff. de jure fiſci.
c. ad audientiam. ext. de præſcript. & §. ſive-
ro. auth. de his qui ingred. ad appell. coll. 5.
Quæ geſta ita extracta, vel transſumpta 84
ex monumentis publicis, ſi habeant ſub-
ſcriptionem alicujus officialis, vel archi-
viſtæ ad hoc deputati, ut maximè non ſit
Notarius, fidem faciunt, *auth. ad hæc. verſ.*
item & charta, quæ profertur ex archivo publico
publicum teſtimonium habet, ubi etiam Bald.
notat. C. de fide inſtrum. Bart. in auth. ſi quis.
C. qui pot. in pignore hab. & eſt gloſſa ſingula-
ris in c. cum cauſam, & c. inter dilectos, extra
de fide inſtrum. niſi forte Nurario, qui ſcri- 85
pturam confecit, vel Officiali, aut alteri
perſonæ publicæ, qui illud transſumtum
extraxit ex libris publicis, objiciatur,
eos non eſſe ita qualificatos, ut ipſorum
ſcripturæ aut transſumtis, vel à lege, vel

 ex con-

ex conſuetudine plena fides adhiberi de-
beat, *ita Innoc. in c. 1. num. 3. ext. de fide in-*
86 *ſtrum.* quo caſu, qualitas legalitatis circa
perſonam Notarii venit probanda per
producentem, *per ea, quæ traduntur in 4.*
Parte hujus Operis cap. 1. num. 126. vel, ſi de
tranſumti ex archivo fide diſputetur, re-
curritur ad acta, vel monumenta Cõmu-
nitatis, ex quibus quid extractum eſſe di-
citur, *per ea, quæ habentur in authen. ſi quis in*
aliquo. C. de edendo. & notat Alexand. de Imola
conſil. 138. incip. oportunè. num. 5. volum. 6.
87 A quibus autem creentur tabelliones,
& in qua forma inſtrumenta publica con-
fici debeant, latè tradit Ferrar. in Forma
productionis inſtrument. *verb. exhibens.*
num. 3. & 4. & Didacus Covaruv. in cap. 19.
20. & 21. practicarum quæſtionum. Sic &
88 inſtrumentum, item ſigillum Principis,
& Epiſcopi, cui propter approbatam pa-
triæ conſuetudinem creditur, publicam
fidem meretur. *c. cùm dilectus. §. ſuper ter-*
tio. c. ſcriptura. extra de fide inſtrum. & c. ter-
tio loco. de probat. Talia itaque inſtrumen-
ta publica planè probant contractum, in
iis deſcriptum, absque alio adminiculo
vivæ vocis. *Innoc. d. c. 1. num. 2. de f. de in-*
ſtrum. hoc eſt, non requiritur, ſuper veri-
tate geſtorum, recognitio teſtium item
Notarii, vel debitorum ibidem deſcri-
ptorum vel ſubſcriptorum, quin etiamſi
mortui ſint, ita ut ſcripturas ſuas vel ſi-
gilla recognoſcere nequeant, nihilomi-
nùs authenticam publicam fidem obti-
neant. *ſ. ſed etſi. §. ſi verò. auth. de inſtrum.*
cautela. & fide, collat. 6. ac facit gloſ. l. 2. ff.
89 *quemadm. teſtam. aper.* Sin verò negetur
inſtrumentum ſcriptum à Notario vel
Officiali, vel alia perſona publica, citan-
dus eſt Tabellio, vel Officialis, ut depo-
nant, utrum confecerint iſtam ſcriptu-
ram, & eorum dicto ſtabitur. *Lanfranc. in*
c. quoniam contra. c. 9. num. 9. extra de prob.
per l. ſi quis decurio. 21. ibi. ſcript. veritas, ſi res
popoſcerit, per ipſum debet probari authorem.
C. de falſ. ac facit text. §. ſi verò moriantur o-
mnes. in verbis. neq; tabellio ſupereſt, qui com-
plevit. quatenùs teſtimonium perhibeat pro ſe,
d. auth. de inſtrum. caut. & fide col. 6. Privata
90 verò inſtrumenta vocamus ſcripturas,
non confectas à publicis perſonis, prout
ſunt apochæ, vel apodiſſæ, hoc eſt confeſ-
ſiones de debito, quæ dantur creditoribus
l. plures apochis. 19. C. de fide inſtrum. item
cautiones, quas debitores exponunt ſuis
creditoribus, quæ vulgò nuncupamus au-
thochira, vel chirographa. *l. ſi chirogra-*
phum 24. ff. de prob. Cujus farinæ ſunt et- 91
iam Epiſtolæ, vel literæ alicujus privati.
l. non nudis. 14. C. de prob. l. ſi ex cautione 3.
C. de non num. pecun.

Ex publico inſtrumento planum eſt, 92
plenè convinci debitorem de accepto
credito *c. 1. & 2. extra de fide inſtrum.* puta,
quando apparet, ſcripturam vel ſigillum
authenticum eſſe, maximè alicujus ma-
giſtratus, de quo non eſt ſuſpicio, quod
appoſuiſſet ſuum ſigillum, niſi ſciviſſet,
illud, quod ſcribebatur, inter contrahen-
tes actum fuiſſe. *Purpuratus in l. admonendi.*
31. num. 177. ff. de jurejur. poſt Angelum in l.
ſi ita ſtipulatus. 125. ſ. Chryſogonus. 2. de verb.
oblig. Menochius de arbitr. jud. lib. 2. caſu 118.
num. 5. & 8. ac facit authen. ad hæc ſ. item
charta, quæ affertur ex archivo publico, publi-
cum teſtimonium habet. C. de fide inſtrum. &
in corpore unde ſumitur eod. tit. coll. 4.

De privatis autem ſcripturis vel in- 93
ſtrumentis teneatur concluſio, quòd ea
regulariter non faciant plenam fidem,
etiam contra ipſum ſcribentem. *l. ſcriptu-*
ras 11. C. qui pot. in pig. c. 2. extra de fide in-
ſtrum. l. inſtrumenta 5. ſecundum unam lectu-
ram. l. non epiſtolis 13. l. non nudis 14. C. de
probat. l. comparationes. 20. C. de fide inſtrum.
Quod ampliatur procedere etiam in ca- 94
ſu, quando tales ſcripturæ vel inſtrumen-
ta ſunt ſigillata, vel ſubſcripta per partes,
& accedit literarum vel ſigillorum com-
paratio. *Bald. in l. nuda. 26. num. 6. in fine.*
ff. de don. ac fac. authen. ſi contractus in fine. C.
de fide inſtrum. & in corpore unde ſumitur.
ſ. 1. authen. de inſtrumentorum caut. & fide
coll. 6. Sicut enim ſigillum eſt res inani- 95
mata, per ſe nihil probans, *prout ſentit Bal.*
in l. falſus 19. in fine. C. de furt. Felinus & De-
cius in c. tertio loco. num. 1. extra de probat.
Craveta conſ. 46. num. 5. part. 1. item facilè
fieri poteſt, ut alicui ſuum ſigillum clàm
ſurripiatur, atque ita falſitas cum eo com-
mittatur. *Bart. in d. l. ſcripturas. num 3.* ita
comparatio ſcripturæ præbet fallax & 96
debile indicium, cùm multi reperiantur,
qui exactè norunt in ſcribendo manum
alterius imitari. *Bart. in d. auth. at ſi contra-*
ctus in prima repetitione. num. 6. Marſilius in
rub. C. de probat. num. 318. quod de Mona-
cho quodam ſcriptum reliquit Zaſius *lib.*
2. ſingular. reſponſorum. cap. 25. ac citat Me-
noch. de arbitrar. jud. lib. 2. caſu 114. num.
13. 14. & 15. ſicut & in conſ. 460. incip. re-
ſpondebo paucis. num. 3. & 4. lib. 4. Ideoque
illo

97 iſto caſu, quando judici producitur inſtrumentum privarom ipſi non norum, ſatiùs eſt, interim ceſſari à comminatione executionis, & citari partes antè omnia pro facienda recognitione inſtrumenti exhibiti. *ita Rebuff. in ordin. regni Galliæ tit. de lit. oblig. art. 6. gloſ. 5. num. 10.*

98 Fallit hæc concluſio primùm in ſcriptura privata, recognita videlicet per debitorem, qui, in judicium vocatus fatetur, ſubſcriptionem & ſigillum, productum à creditore, ſuum eſſe. *argumento l. ſi procuratorem. 65. in verbo: hoc caſu litteris ejus approbatu. ff. de procurat. l. fin. ibi: ſi de earum fide conſtiterit. de probat. l. cognoſcere. 56. ibidemq́. Alciatus num. 0. de verb. ſig.* ſive habear ſubſcriptionem teſtium, ſive non *l. Publia. 26. §. fin. depoſ. l. cum antiquitas. 28. §. fin. ibi: nec alia ſubſcriptio requiritur. C. de*
99 *teſtam.* item, ſive ſignom debitoris ſit impreſſum ſive non. *gloſ. Bart. & alii in l. 2. ff. quemadm. teſtam. aperiantur.* cùm recognitio debitoris vim confeſsionis habear, cui ſtandum eſt. *l. cùm de indebito 26. §. fin. ibi: ſtare oportere ſuæ confeſſioni de probat. l. plures 19. C. de fide inſtrum.* & in confeſſum ſicut & in jodicatum, parata detur executio. *l. poſt rem judicat. 56. de re jud. l. proinde. 25. §. fin ad l. Aquil.* ideò Rebuffus ſcri-
100 ptum reliquit, quòd confeſſio idem operetur, quod inſtrumentum publicum ſuper contractibus confectum. *Rebuffus in tract. de chirographo, in præfatione, num. 45. & 46.* ſcriptura namque privara, ſed recognita, æquiparatur publico inſtrumento. *Zaſius conſ. 6. incip. cùm nobis. num. 8. volum. 0. Martus deciſ. 991.* Et de iſta recognitione chirographi loquitur etiam textus juris Canonici *in c. relatum. in princ. extra de jure patron. & c. 1. §. fin. ibi: de recognoſcendis contractibus de foro competenti in 6.* Sin
101 verò citatus recognitionem facere recuſet, vel differat, cautela eſt pro creditore vt petat, ſcripturam productam haberi pro recognita, quo caſu, ſuper ea non aliter proceditur ad executionem, ac ſi fuiſſet probè recognita & confeſſata. *ita Maſuerius in ſua practica forenſi, titulo de dilation. num. 9. per c. ponderet. diſtinct. 50. licet illud nihil, aut parum probet, ſed iſtud ſequitur Rebuff. in ordin. regni Galliæ de chirographi recognitione. num. 17. Gailius in ſuis obſerva. obſer 80. num. 6. lib. 0.* ideòque alibi ſcriptum reliquit, quòd in caſu non factæ recognitionis, manus & ſigilla reorum in cauſis civilibus habeantur pro recognitis, & cauſa ex officio pro concluſa acceptetur, reusque definitivè ad ſolutionem condemnetur. *Gailius de pace publica. lib. 1. cap. 15. num. 14. 15. & 16.* [Quod tamen non procedit, ſi cauſæ magnitudo & perſonarum qualitas aliud ſuadeant, quo caſu, ſigilla per comparitionem, vel alio legitimo modo probanda ſunt, quia cauſæ graves criminalibus cauſis comparari ſolent. *ut plenè notant Dd. in l. admonendi. 31. ff. de jurejur.*] Quo pacto autem reus ad recognitionem ſigilli vel idiochiri ſui compellatur, videantur, quæ infrà tradimus *cap. 8. num. 17. & ſeqq.* Idque maximè verum eſt, ſi judex jubeat ſcripturam recognoſci per debitorem, *ſecundùm Philippum Corneum in conſ. 296. num. 9. & 10. volum. 3.* Unde, ſi debitor ita citatus, recognitionem facere recuſet ſui ſigilli & ſubſcriptionis, illa ad petitionē creditoris, ut paulò antè tetigimus, pro recognitis habentur. Et hoc ita communiter practicatur, non tàm in Camera, *qua de re teſtatur Gailius in obſer. practicis lib. 1. obſer. 80. num 6. & idem Gailius fuſiùs in tractatu de pace publica. l. 0. cap. 15. num. 14. 15. & 16.* quam etiam in terris Saxoniæ circa proceſſus executivos ſuper ſigillis privatis. Idemque eſt, ſi debitor inſtrumentum fortè non ſubſcribens, ſigillaverit illud tantùm, ſiquidem ſigilli recogni- 102
tio pari ratione facit plenam fidem contrà ſigillantem. *gloſ. l. 2. Cod. de reb. alien. non alien. Hippol. de Marſil. in repet. rubrica. C. de probat. num. 300. at ſequitur Rom conſ. 303. num. 2. & Caſtrenſ. in l. emtor 47. § Lucius. num. 4. ff. de pact. pro quo facit l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus. ibi: aſſignanee domino. de verb. oblig. l. ſicut 8. § non videtur. verſ. ſed ſi ſubſcripſerit tabulis. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſolv. l. ſubſignatum. 39. de verb. ſignif.* Hinc eſt, quòd, ut & ſuperiùs memini, virtute conſtitutionum Illuſtriſ-
ſimæ domus Electoralis Saxoniæ, ſcri- 103
ptura debitoris etiā privata, quam idiochiron Græci appellant, *l. ſcripturas 11. C. qui pot. in pig hab.* dummodò ſit ſigillata & recognita per debitorem, habeat paratam executionem, adeò, ut contra illam non admittatur alia exceptio, quàm ſolutionis, aut alterius ſatisfactionis, ſed ſtatim, ad inſtantiam creditoris, judex committetur executionē, non aliter, quam ſi ſententia præceſſiſſet, reſervando tamen reo ſuas exceptiones, quas ei poſt factā executionē liberum eſt proponere, *ſicut hoc teſtatur Electoralis Conſtitutio ſub tit.* Verſagte Brieff vnnd Siegel / & quòd loquatur de chi-

de chirographo recognito, patet ex ver-
bo, Unleugbaren/ poſito in dicta Conſti-
tutione, quaſi dicat, illas demùm priva-
tas literas & ſigilla haberi pro exequabili-
bus, quas reus non neget, ſed pro ſuis a-
gnoſcat.
104 Verùm hæc cognitio tunc demùm tri-
buit fidem privatæ ſcripturæ vel ſigillo,
concurrentibus ſex requiſitis, de quibus
ſequitur. Primò quòd talis recognitio fiat
in judicio, ſecùs, ſi extra judicium. Tunc
enim regulariter non probat. *Rebuffus ubi
proximè in tractatu de chirogr. num. 68.* Quod
quidem licet in ſe veriſſimum ſit, ob ca-
105 lorem judicii, cujus ratione multa valent,
quæ aliàs non valerent. *argum. l. certum 6.
§. ſi quis. ff. de confeſſ. gloſſ. l. 1. in fin. de inter-
rog. act.* non tamen hoc ita groſsè accipia-
tur, quaſi inſtrumentum, vel confeſſio
alibi, quàm in bancho, ut loquuntur, ju-
106 dicii, coram judice ſedente pro tribuna-
li productum, & facta, non operentur ef-
fectum paratæ executionis. cùm enim
hic nulla cauſæ cognitione opus ſit, ſatis
in judicio dicitur recognita ſcriptura, quæ
coram judice, etiam extra locum ſeſſio-
nis majorum, recognita fuit. *Iaſ. in l. fin.
num. 4. & ibi Paulus de Caſtro 5. C. de edict.
107 D. Adr. toll.* Siquidem in ſummariis non
requiritur iſta ſolennitas, ſicut in ordina-
riis judiciis. *Bart. in l. 4. §. hoc autem. num.
2. ff. de damno infect. l. à procedente. 4. C. de di-
lation l. penul. cum notatis ibidem per Bart. ff.
de juſt. & jure. Idemq́ etiam tenet Iohannes
Bapt. Caccialupus de debitore ſuſpect 6 q princ.
num. 23. ac facit l. voluit 4. §. fin. in illis verbis
ibi: jus reddi dicitur, ubi juriſdicundi vel judi-
candi gratia conſiſtit judex, vel ſi domi, item in
itinere agat. ff. de interrog. act. ubi Bart. ſup-
plet, iſtud procedere in his, quæ cauſæ cognitio-
nem non deſiderant. Bart. in d. §. fin. ac notat
Cynus in l. un. q. 4 C. de confeſſis.* pro quo &
ſtringit etiam bonus textus *in l. 2. §. dies,
ff. quis ordo in poſſeſſ. bon. ſervetur.* ubi habe-
tur, non numerari dies ſeſſionum, in qui-
bus judex pro tribunali agit, ſi agatur de
ea bonorum poſſeſſione, quæ de plano,
hoc eſt, abſque cauſæ cognitione peti po-
teſt, *ac concordat textus in l 3. §. ſi cauſa cogni-
ta de bon. poſſ. tit. generali.* Et hæc quotidiè
videmus ita practicari, quòd judex, inſpe-
cto inſtrumento executivo, decernat pro-
ceſſum paratæ executionis, etiam domi
ſuæ privatæ, quantumvis non ſedeat pro
tribunali. Secundò requiritur ad hoc, ut
108 recognitio fiat bonâ fide: ſecùs de ea,
quæ fit fraudulenter, in præjudicium vi-
delicet creditorum, prout contingit,
quando maritus, recognoſcendo inſtru- 109
mentum dotale, vel aliam ſcripturam
privatam, fatetur, uxorem ipſi dotis no-
mine certam ſummam intuliſſe, prout in
ſuo chirugrapho continetur. *Bartol. in l.
pòſt contractum. 15. num. 17. ff. de donat. per
l. 1. §. quod ſi in lite, ſi quid in fraudem patroni,*
illa enim non aliter probat, niſi de reali
adnumeratione aliter appareat. *Socin. con-
ſil. 78. incip. viſis actis, num. 2. vol. 4. per l. 2.
ff. quæ in fraud. credit. Rebuffus ubi ſupra de chi-
rographi recognitione art. 1. num. 22. ac facit
text. juncta gloſſ. verb. pecunias. in l. In contra-
ctibus 14 §. ſed quoniam. C. de non num. pecun.
gloſſ. l. aſſiduis 12. verbo datæ. C. qui potio. in
pig. l. 1. ibiq́ gloſſ. verb. inſtrumenta. C. de do-
te cauta non num. Alex. in l. 1. num. 33. ubi
etiam Socinus num. 69 ff. ſolut. matrim. Bart.
in l. 2. §. fin. num. 6. ſi cert. pet. Iaſon. in §.
fuerat. num. 73. & ſeqq. Inſtit. de actio. item
Tiraquellus de retractu conventionali, §. 4 gloſſ.
6. num. 14 per infinitas allegationes & autho-
ritates eo loci adductas.* Cæterùm, quia iſte
articulus, an dos confeſſata per maritum
habeat idem privilegium antelationis
cum dote reverà data, diſtingvantur duo
caſus, an videlicet iſta confeſſio mariti e-
manarit, conſtante matrimonio, an verò 110
ante contractas nuptias. De primo ſcien-
dum eſt, quatenùs conſtante matrimo-
nio, maritus iſtam confeſſionem nume-
ratæ dotis in pecunia vel aliis mobilibus,
quæ non facilè apparent, expoſuerit, ea-
tenùs præſumitur in fraudem creditorũ
facta, adeò, ut creditor nulla alia onere-
tur probatione allegatæ fraudis, vel doli:
& hæc ſententia communiter tenetur,
*ſecundùm Angel. de Arctin. in d. §. fuerat. num.
14. verſ. venio ad ſecundum in verb. & ut bre-
viter. ubi addit, illud perpetuò menti tenendum
eſſe, pòſt gloſſam d. l. aſſiduis: verb. datæ. in prin-
cip. & facit l. 1. in verb dotem, numeratio, non
ſcriptura dotalis inſtrumenti facit. C. de dote
cauta non num. cum l. ſi ex cautione 3. C. de
non numer. pecun. ubi gloſſ. notabilis in verb.
probare. ac probatur in authen. ſed jam neceſſe
in verbis: nè fraudis erga creditores ſuſpicio ſub-
eſſe poſſit. C. de donat. ante nupt.* cùm animo
donandi lex eam confeſſionem fieri præ-
ſumat, *ſecundùm Alex. conſil. 142. num 3.
volum. 5.* Neque enim debet eſſe in po-
teſtate viri, fraudare ſuos creditores.
*Boërius deciſ. 330. num. 4. per l. 1. §. ſi cul-
pam. ff. ſi quid in fraud. patron. & d. authen.*

ſed

111 *ſed jam.* Quæ donatio inter virum & uxorem conſtante matrimonio, ne conjugum amor & concordia pretio magis, quàm animis conciliari videantur, item, ne unus alium ob mutuum amorem ſpoliare dicatur, regulariter eſt prohibita. *l. 1. l. 3. & per totum. ff. de dona. inter virum*
112 *& uxor.* Ac, quod confeſſio de recepto inter perſonas, quibus interdicitur alienatio, præſumatur facta in fraudem legis, iſtud probatur multis textibus. *in l. cùm quis decedens. 37. §. Titia. 6. ubi Bart. num. 2. per illum text. in finalib. verbis; exigi non poſſe, tanquam in fraudem legis relictum. de leg. 3. & in l. qui teſtamentum. 27. in verbis: videtur hæc in fraudem legis adjeciſſe de probat. & in l. ſi fortè. 8. ibi; veritatem ſpectamus, non quod quis finxit. de caſt. pecul. juncta l. ſi is qui ex bonis. 6. in fine, de vulg. & pupill. cum l. 1. C. de natur. lib. & l. hoc edicto. §. alienare. ff. de alien. jud. mut. cauſa facta. & melior de jure textus in l. emptione. 3. cum l. 1. & 2. C. plus valere quod agitur.* Et hanc concluſionem renunciat non tàm veram, quàm etiam magis communem eſſe, quàm ipſe ſemper ſolitus fuerit ſequi in legendo & conſulendo. *Alex. de Imola. in d. conſ. 142. num. 1. volum. 5. & Ioannes Crotus in l. ſi conſtante. 24. col. 52. verſ. ſecunda concluſio. ff. ſolut. matrim.* maximè, ubi renunciatum eſt ex-
113 ceptioni non acceptæ dotis, quo caſu probabilior eſt præſumtio donationis. *Felin. in c. ſi cautio. num. 71. cum ſeqq. extra de fide inſtrum.* & hoc communi placito interpretum approbari firmat Curtius junior *conſ. 95. num 6. & tradit Angel. Aretin. formam practicandi in d. §. fuerat. num. 14. verſ. virtus ergo.* quòd nimirum creditores adverſus dictam confeſſionem receptæ dotis opponant non tantùm de fraudatione, ſed etiam de ſimulatione contractus, & maritus in veritate intendebat uxori donare quantitatem allegatæ dotis, cùm tamen in veritate nihil receperit, adeò, ut hæc omnia tendant in fraudem & perniciem creditorum. *Angel. ubi ſuprà num. 14. quos ſequitur Villabolus in communibus opinion. concluſ. 158. verbo, con-*
114 *feſſio.* item ſive loquamur de præjudicio præteritorum, & ita antiquiorum creditorum, ſive etiam futurorum vel noviſſimorum: neutris enim hæc confeſſio oberit. *ſecundùm gloſſ. in d. authen. ſed jam neceſſe. verb. ſuſpicio in fin. & verb. adverſus. ubi addit. eam partem teneri, per Hugonem, Bulgarum, Azonem & Accurſium, prout hanc etiam ſententiam communem refert Ioan. Cepha. conſ. 102. num. 21. licet Cravet. conſ. 44. num. 1. parte 1. firmet contrarium, & antè eum Angel. de Aretin. in d. §. fuerat. n. 14. verſ. ſed contra futuros creditores non eſt præſumtio fraudis:* & in ſumma, quòd dotis acceptæ confeſſio facta à marito, conſtante matrimonio, vana prorſus & inutilis ſit, ſecundùm communem ſententiam Doctorum aſſerit Jaſon. *conſ. 32. lib. 3. Decius conſ. 202. num. 2. Boërius deciſ. 330. num. 2. & 3. Bellonus conſ. 47. Gozadinus conſ. 42. nu. 1. & 2. & poſt omnes probat, ſuprà dictas concluſiones communiter teneri, Ripa in l. fœminæ 3. num. 36. C. de ſecundis nupt. Didac. Covarruv. in ſuis reſolut. variar. lib. 1. cap. 7. & Gailus obſer. 81. num. 2. & 3. lib. 2. Suarezus in theſauro recep. ſenten. verbo. dotis acceptæ. num 330. 331. 332. 334. 335.* Quod am- 115
pliat procedere Curtius etiam eo caſu, quando juramentum mariti de recepta dote acceſſerit, *Curtius junior d. conſ. 95. num. 4. quem ita ſimpliciter ſequitur Suarezus in d. verbo confeſſio. num. 330.* motus fortè, quod juramentum ſit perſonale cujus virtus vel effectus ad tertium non extenditur. *c. veritatis. ibiq; Panorm. num. 3. extra de jurejur. per l. veteris. 13. C. de contrah. ſtipulat.* pro quibus facit, quod confeſſio de recepto, etiam jurata, ad utilitatem incapacis facta, non valeat. *Bartol. in l. cum quis decedens. 24. §. Titia. num. 2. de leg. 3. & l. finali. §. fin. de alim. legat. ac in auth. ſi qua num. 4. C. ad SC. Vellejanum, & in ſimili tradit Bald. in l. 1. num. 4. & 5. C. de inoffic. don. idq; tenuit indubitatè Decius conſ. 202. num. 1. & 2. per c. non eſt obligatorium. extra de reg. jur. in 6.* Ex quo talis confeſſio nihil aliud 116
eſt, quàm donatio inter virum & uxorem, quæ, conſtante matrimonio, ne quidem juramento roboratur. *Bald. conſ. 398. incip. quæſtio talis vertitur. num. 3. & 4. circa finẽ.* tùm, ne paupertas alterutrius conjugum inducatur, tùm, ne divortii occaſio præbeatur; tùm, ne matrimonia ſint venalia. *Decius d. conſil. 202. num. 2.* tùm etiam, ne uni per alterum iniqua conditio inferatur, *c. non debet. extra de reg jur. in 6. & c. non præſtat impedimentum. extra eod. ac ſequitur Aretinus in d. §. fuerat. num. 14. verſ. virtus. verbis: quamvis maritus in inſtrumento receptæ dotis juramentum præſtitiſſet. poſt Bartolum in l. ſi quis pro eo. 56. in fine principii. ff. de fidejuſſorib. & in l. Sejus & Augerius 27. num. 4. ad l. Falcidiam.*

licet

117 licet Ioannes Cephalus contrarium te-
neat, propter juramentum, cum nemo
præſumatur immemor eſſe ſuæ ſalutis &
animæ *l. fin. verſ. & licet. C. ad l. Iuliam re-
petund.* adeoque excludatur omnis alia
præſumtio fraudis, item donationis in-
ter virum & uxorem. *Cephalus conſ. 131.
num. 5. vol. 1.* ubi ex eo infert, quod ta-
lis confeſſio mariti noceat etiam credito-
ribus mariti, allegando Gozadinum *in
conſ. 42. num. 12. 13. & 14. & idem Gozadi-
nus conſ. 69 num. 16. & ante eos Felinus in d. c.
ſi cautio. num. 84.* quam poſteriorem ſen-
tentiam amplectitur Gailius *obſ. 81. nu. 9.
lib. 2.* Licet autem tanti nominis ſcripto-
ribus non libenter contradicam: tamen
prior opinio videtur verior, ex motivis
ibidem adductis. Et hæc de primo mem-
bro diſtinctionis ſuprà traditæ dixiſſe ſuf-
ficiat.
118 De ſecundo membro ſciendum eſt, ſi-
quidem talis confeſſio mariti, de recepta
dote, emanarit ante contractum matri-
monium, quia tunc intelligitur interpo-
ſita ſpe futuræ numerationis dotis, ne vi-
delicet vir accipiat mulierem indotatam,
ceſſat præſumtio donationis, item frau-
dis, cùm ante nuptias donatio non pari-
ter intelligatur prohibita, ſicut ea, quæ
pòſt nuptias inter virum & uxorem cele-
bratur. *l. 1. & toto tit. C. de donat. ante nupt.
juncta l. 1. & per totum. ff. & C. de donat.
inter virum & uxor.* ubicunque enim alia
capi poteſt præſumtio, quàm donationis,
nunquam præſumitur donatio, maximè
quando ea à lege prohibita reperitur. *l. ſi
cum aurum. 50. ibidemq; Bart. ff. de ſolut. l.
cùm de indebito. 25. de probat. juncta l. merito
51. pro ſocio.* quod in ſpecie firmare vi-
detur Alex. *d. conſ. 142. num. 5. vol. 5.* &
Angel. *in d. §. fuerat. num. 15.* ubi tradit,
quando confeſſio dotis acceptæ emana-
vit ante contractum matrimonium, tunc,
ſive ſit renunciatum exceptioni non nu-
meratæ dotis, ſive non, item ſive præſcri-
ptum ſit exceptioni dotis cautæ, nec nu-
meratæ, ſive non, *juxta l. fin. cum authen.
ibi poſita. C. de dote cauta.* præjudicat omni-
bus creditoribus, cum ſpe futuræ nume-
rationis intelligatur proceſſiſſe, & habe-
tur iſta confeſſio pro vera numeratione.
*Angel. d. §. fuerat. num. 13. verſ. vel etiam cla-
riùs. & in eodem §. fuerat. Iaſ. num. 91. alle-
gando Ioannem de Platea ibidem num. 5. & Ni-
colaum de Neapoli in apoſtilla ejus textus, item
Baldum in l. cum aliquis. 28. num. 5. verſ. fallit
in mutuo* [illegible]*ote. C. de jure delib.* ubi formali-
ter inquit. *gloſ. d. l. aſſidub. verbo datæ. eſſe
veriſſimam.* Quòd verò dicimus, confeſſio-
nem mariti ante nuptias de recepta dote 119
præjudicare creditoribus, iſtud intelliga-
tur procedere, quando lapſa fuerunt tem-
pora opponendi dictam exceptionem de
dote cauta non numerata, iſto namq; ca-
ſu par eſſe privilegium dotis actualiter
datæ, ſicut confeſſatæ, [& dos confeſſata
tunc gaudet omnibus privilegiis dotis,
ſecundum magis cõmunem opinionem,
& præjudicat marito & omnibus credi-
toribus,] tradit Cephalus *d. conſ. 131.
num. 13. volum. 1. Afflict. deciſ. 402. num.
10. ubi ſubjicit illam communem eſſe, & Fe-
linus in d. c. ſi cautio. num. 78. eandemq; magis
communiter teneri, aſſerit Gailius d. obſer. 81.
num. 10. lib. 2.* Computatur autem iſtud 120
tempus opponendi exceptionem non nu-
meratæ dotis, non à tempore illatæ do-
tis, vel contracti, ſed demùm diſſoluti per
mortem vel repudium matrimonii, ut vi-
delicet jure noviſſimo, quatenùs ſolvitur
matrimonium infrà biennium, ex tunc
annus pro opponenda exceptione non
numeratæ dotis currere incipiat, & ſic
iſta exceptio ſit annalis. Quòd ſi biennio
exacto, quocunque tempore infrà decen-
nium diſſolvatur matrimoniũ, à die diſ-
ſoluti matrimonii habetur unum trime-
ſtre, infrà quod, hanc querelam oppone-
re licet: ſin verò conjuges per decenniũ
cohabitaverint, & medio tempore iſta
exceptio non numeratæ propoſita non
fuerit, omnis querela denegatur. *l. in dotib.
3. ſil auth quod locũ. C. de dot. cau. non numer.*
Sed hic dubium vertitur non ſatis ex-
plicatum, aut ſaltem aliqualiter contro-
verſum inter Doctores, quod tamen το-
ta die contingere videmus, an videlicet,
ſtante adhuc matrimonio, iſta exceptio
non numeratæ dotis ſit perpetua, ita, ut 121
quocunquè tempore durantis talis conju-
gii, etiam pòſt decennium, poſſit mulieri
opponi? Quod indubitanter affirmat Al-
bericus de Roſate *in d. auth. quod locum. in
princ.* Sed ibidem Salic. *num. 2. pòſt gl. ver-
bi tranſcurrit.* decidit contrarium, inqui-
ens, ſi tranſivit decennium à die contra-
ctarum nuptiarum, quantumvis matri-
monium adhuc conſtet: tamen pòſt de-
cennium non poſſe opponi hanc exce-
ptionẽ non ſolutæ dotis, addendo, quòd
Accurſius per hoc innuat, ante decen-
nium à tempore contracti matrimonii
exactum, ſemper locum eſſe huic exce-
ptioni non ſolutæ dotis, ut certè gloſſa
ad ver-

Digitized by Google

ad verbum tranſcurrit, iſtud apertè innuit, quòd, ſi duraverit matrimonium inter
conjuges ultrà decennium, nequaquam
locus ſit huic exceptioni pòſt decennium,
quantùmvis uxor & maritus adhuc ſint
ſuperſtites. Et iſta ſententia videtur confirmari
per authen. de tempore non ſolutæ pecuniæ ſuper dote. *in princ. verſ. quia
enim juncto §. ſi ergo annis. verſ. ſi autem neq;
infrà decennium queratur.* ubi ab initio præmittit
Imperator, olim licuiſſe maritis
per omne tempus matrimonii, donec illud
conſtabat, queri de non data dote,
hodiè autem, ſi mariti taceant per decennium,
non licere pòſt decennium movere
hanc querelam neque ipſis maritis,
neque eorum hæredibus. Et, quòd tranſacto
iſto tempore, ad proponendam exceptionem
non ſolutæ dotis præfinito,
ne quidem creditoribus mariti liceat ea
uti, iſtud firmat Bartolus *in d. l. aſſiduis.
num.* 11. ubi profitetur, mulierem in
dote confeſſata habere idem privilegium
prælationis, reſpectu creditorum, ſicut
in realiter illata, ſi vel renunciatum exceptioni
non numeratæ pecuniæ, vel
tempus ad opponendum eam lapſum
ſit, *ac ſequitur Calderinus in conſil. 3. in fine.
tit. de donat. inter virum & uxor. Fulgoſ conſil.
132. incip. proponitur probatum. num 3.
Alexand. conſil. 90. num. 5. volum. 1. & conſ.
142. num. 5. & 6. volum. 5. Aretinus conſ.
80. num. 5.* & Bart. Socinus *conſ. 42. num.
2. & 3. volum. 3.* ubi addit, iſtam mariti
confeſſionem præjudicare etiam ſucceſſoribus
ſingularibus. *Gozadinus conſ. 42.
num. 1. & 2. Aufrerius in deciſ. Tholoſ. quæſt.
217. num. 1. Rubeus Alexandrin. conſ. 78. nu.
10. verſ tertiò ſtringes. Baldus novellus in tractatu
de dote. parte 10. num. 4. 5. & 6. Boërius
deciſ 330. num. 25.* & hanc partem
Molinæus veriorem eſſe cenſet. *Molinæus
in addit. ad Alex. de Imola. conſ. 90. num. 5.
volum. 3.* idque communi calculo interpretum
probari teſtatur Afflictus *deciſ.
402. & Suarezus in theſauro receptarum ſenten.
verbo. dotis acceptæ. num. 333. quicquid in
contrarium adferant relati à Didaco Covarruv.
lib. 1. reſolut. var. cap. 7. num. 8.* Quod
etiam ad fiſcum extendunt Doctores, ut
is non magis gaudeat privilegio contra
confeſſionem mariti, de dote recepta,
quàm alius privatus creditor. *Aymon Cravetta
conſ. 70. incip. quæritur ſi dotis non numeratæ.
num. 1. tomo 3. pòſt Angelum, Salicetum,
& alios ſcribentes in l. ſi quis poſt hac 9.
C. de bonis proſcript.* Sic itaq; concluditur,
mulierem in dote confeſſata per maritũ,
ante contractas nuptias, quando lapſa
ſunt tempora opponendi exceptionem de 122
non numerata dote, ſemper præferendã
eſſe mariti creditoribus: niſi hi probare
poſſint de actuali & reali adnumeratione
mutui, quo caſu, quia mulier non habet
pro ſe, niſi probationem fictam ex confeſſione
mariti, & tranſcurſu temporis;
ad opponendum exceptionem non ſolutæ
dotis: creditores autem probationem
veræ numerationis, ideò ficta numeratio
cedit veræ, *Aufrerius deciſ. Tholoſ 217. num.
1. ne fictio plùs operetur, quàm veritas l ſi.
lio quem pater. 23. ff. de lib. & poſthum* tunc
enim cautio vel confeſſio mariti, ſuper
dote uxoris adnumerata, nocere non debet.
*VVeſenbec. conſ. 50 num. 45. poſt Iaſonem
in §. fuerat. num, 73. 74. & 81. ibiq; alios
Doctores. Inſtit. de action. Craveta de antiquit.
temp. §. 3. num. 69. Schurffius conſ. 22. incip.
præſens num. 3. & 4. cent. 1.* Eſt & alia ratio,
coincidens tamen cum prima, quòd
nimirùm creditores habeant cauſam oneroſam,
& certent de damno vitando, mulier
autem circa dotem confeſſatam de
lucro captando dimicat, unde non eſt mirum,
ſi hæc illis poſtponatur. *Argum. l fin.
§. licentia. C. de jure delib. & l fin. verſ. ſi quis
verò. ibi: amittere debita, & lucra non capere.
C. de codicill. Bart. in authen. ſed jam neceſſe.
num. 1. C. de donat. ante nupt. Bello. conſ 74.
num. 4. Alex. conſ. 142. per totum. volum. 5 ac
ſequitur Gailius obſer. 81. num. 3. lib. 2.* ſin
verò creditores ipſi quoque nituntur nuda
debitoris ſyngrapha, nec aliam probationem
realis numerationis ejus pecuniæ,
ſuper qua paratam executionem petunt,
adferre poſſunt, in eo caſu mulieri
[quæ propter dotis cauſam favorabilior
eſt] adhuc jus prælationis competit.
Mynſing obſer. 61. cent. 1. Et iſta de chi-
rographo receptæ dotis ſufficiant. Ter- 123
tiò, quòd dicitur, recognitam ſcripturam
mereri fidem & paratam executionem,
iſtud procedit, quando agitur de præjudicio
ſcribentis debitoris, non autem operatur
eundem effectum paratæ executionis
contra tertium, qui creditum ſuum
probat forſan ex publico inſtrumento:
hic enim alteri præfertur. *l. ſcripturas. 11.
§. ſin autem in verb. eum qui publicis inſtrumentis
utitur, præponi decernimus, etiamſi
poſterior ſit. Cod qui potiores in pignor. hab*
niſi fortè ſtatutum, vel conſuetudo 124
in loco extarent, quæ pòſt recognitionem
vel alio certo caſu creditori-
bus tri-

bus tribuerent jus hypothecæ, tunc enim recognitio trahetur retrò ad tempus contractus, teſte Rebuffo *ad ordinationes regni Gall. titul. de conſtitut. redituum. art. 1. gloſ. 8. num. 37. Bart. Socin. conſ. 240. num. 3. vol. 2. ac ſequitur Anton. Neguzant. de pignor. in ſecundo membro quintæ partis principalis. num. 47. verſ. modo dobitatur.* ita ut poſteriores creditores, etiam publico inſtrumento muniti, per hunc excludantur à prioribus, cujus nos exemplum habemus in areſtis Saxonicis & conſuetudinariis horum locorum, quæ tribunt jus tacitæ hypothecæ, & prælationi areſtantibus, ante omnes alios creditores ſequentes, ſive hypothecarios, ſive chirographarios, dummodò in proceſſu areſtatorio fiat fides de debito per inſtrumentum ſaltem privatum, recognitum tamen à debitore. Quo caſu hypotheca trahitur retrò, non quidem ad tempus contractus initi, ſed ad diem primi areſti, petiti & impetrati à magiſtratu loci, *quo de videantur ſuprà tacta in prima Parte hujus Operis. cap. 2. nu. 204. & infrà cap. 11. hujus Partis, num. 42. & 43.*
125 vel, niſi privata ſcriptura debitoris, hypothecantis bona ſua creditoribus, roborata ſit trium teſtium ſubſcriptione, de qua appareat per ipſorum recognitionem, aut ſaltem literarum comparationem, juncta ſubſcriptione vel ſigillatione obligati, quo caſu, habens pro ſe ſcripturam debitoris anteriorem, etiam privatam, præfertur creditoribus poſterioribus, etiam publicum inſtrumentum habentibus. *Neguzantius ubi ſuprà num. 47. poſt Paulum de Caſtro conſ. 134. incip. in cauſa ſer. Ludovic. num. 2. part. 1.* quem tamen Socinus *conſ. 274. num. 7. & 8. vol. 2.* reprehendit, quaſi
126 inadvertentèr fuerit locutus. Ac, quicquid ſit de jure civili, ſaltem in his terris Saxoniæ, ubi requiritur conſenſus magiſtratus ad conſtituendam hypothecam in bonis debitorum. Landrecht *lib. 1. art. 8. ibidemq; additio latina litera B. & C. cum gl. lib. 2. art. 30.* illud non procederet, ſed præferretur creditori, ſive publicum, ſive privatum, & tribus teſtibus ſubſcriptum habenti inſtrumentum cum hypotheca is, qui habet inſtrumentum hypothecæ, ſigillatum & roboratum ſigillo, & authoritate vel conſenſu ejus poteſtatis, ſub cujus territorio bona obligati ſituantur, *prout alibi traditum eſt fuſiùs in prima nempe Parte hujus Operis. cap. 10. num.*
127 *197. 198. cum ſequentibus.* Quartò requiritur pro fide privatæ ſcripturæ, item privat. ſigilli recogniti quod videlicet recognoſcens non tantùm agnoſcat ſcripturam & ſigillum pro ſuo, ſed etiam fateatur, illud cum ſua voluntate appoſitũ eſſe, ſi enim hoc neget, nullam facit fidem, cùm privata ſigna facilè ſurripi poſſint. *Molinæus in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 5. num. 12. & 14. allegat Albericum de Roſate in l. 1. ff. quemadm. teſtam. aper. ubi tamen de hoc verbum nullum, ſed pro eo facit. l. 2. Cod. de rebus alien. non alien. cum l. unica §. ille autem verſ ſed ne furandi. Cod. de latina lib. toll.* Et quòd in dubio non præſumatur ſigillum cum voluntate domini appoſitum, ſi is neget, tradit Albericus *in l. ſi procuratorem. 65. ff. de procurat. Felinus in cap. 2. num. 14. & 15. extra de fide inſtrum. Panormit. in c. poſt ceſſionem de probat. Weſenbecius conſ. 27. num. 12. part. 1. & Didacus in practicu quæſt. ca. 22. circa finem, & Menoch. de arbitrar. jud lib. 2. caſu. 113. num. 3. licet addat Decium in c. tertio loco. num. 2. poſt Butrienſem ibi num. 2. de probat. & Cravetam de antiquitate temporum 11. particula primæ partis principalis num. 46. aliter ſenſiſſe.* Etſi verò Butrienſis ubi proximè, ita in genere tranſit cum illo dicto, quòd ſigillum probet contra ſigillantem: tamen refert ſe de hoc ad Innocentium *in c. 1. extra de fide inſtrum. ubi num. 10.* ipſe tradit, illud poſſe procedere in cauſis modici vel exigui præjudicii, idque obſervari de generali conſuetudine, & maximè ſpeciali Romanæ curiæ, ac, certè Craveta *de antiquitate temporum parte 1. verſ. quæritur etiam in hac materia, num. 46. & 49. mihi pag. 132.* ad arguendum conſenſum ſigillantis pro forma requirere videtur, ſigillum impreſſum eſſe ab eo, cujus eſt, & de ejus voluntate. Verùm quic-
quicquid ſit, ego ſententiam Decii & 128
Cravetæ, de jure veriorem eſſe cenſeo, quòd nimirum recognoſcens ſigillum pro ſuo, in contractu cum adverſa parte celebrato, eo ipſo, præſumitur vel ipſemet illud appoſuiſſe, vel alius de ejus conſenſu, ſive iſtud ſigillum publicum ſit, ſive privatum: niſi contrarium debitor probare velit, *ita ſentit etiam Panormit. in c. 2. num. 15. ibiq; Felinus 37. extra de fide inſtrum. per c. tertio loco. de probat ubi, qui ſigillum allegat, ſine ſuo vel capituli conſenſu appoſitum eſſe, probat iſtam negativam, ac notat gloſſ. verb. conquiſita. in d. l. 2. C. de rebus alien. non alien.* Conſignatio enim & ſubſcriptio,

ſcriptio, ſicut & eorum alterum tantùm
iſto caſu conſenſum & obligationem
inducit. *l. ſicut 8. §. non videtur. ff. quibus
modis pig. ſol. Schurffius conſ. 17. n. 12. 13. &
14. centur. 1. Baldus in l. ſi procuratorem 65.
num. 5. ff de procurat. & in l. 1. § ſed ne fu-
randæ. C. de latina liber. toll. Panorm. in c. pòſt
ceſſionem. extra de probation. num. 4. Baldus in
cap. 1. num. 6. & 7. de pace conſtan. Hippol. in
rub. C. de proba. num. 301. ...anus conſ. 303.
num. 2. Baldus in rub. C. de fide inſtrum num.
41. per l. plures 19. l. comparationes 20. C. eod.
cum l. ſcripturas 18. C. qui pot in pig.* Quintò
129 deſideratur etiam illud, quòd ſigillans le-
gerit contenta in ſcriptura, cui ipſe ſuum
ſigillum vel chirographum apponit. *l fin.
ubi Bal. notat in princ C. plùs valere quod agi-
tur. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogo-
nus. n. 13. Alex. 2. pòſt Ioannem de Imola ibi-
dem & Ang. de Peruſ. 2. per illum textum. ff de
verb. oblig. & per d. l. fin. & ita tenuit Innoc.
in c. 2. ibidemq; Feln. num. 37. extra de fide
inſtrum. & in c. quoniam contra. n. 48. de pro-
ba. ac tranſit cum hoc dicto Hieron. Schurffius
conſ. 13. num. 21. centur. 1. per l ſicut 8 §. non
videtur. in verbo: ſi ſe ſubſcripſerit. ubi etiam
Bar. ff. quibus modis pignus tacitè contrahatur.
ac facit l. tributum. 20. § f. de teſtam. mil. &
Barbatia. in conſ 8. incipi. omnipotente. num.*
130 *10. vol. 1.* Siquidem enim non legerit con-
tenta, ſed ſimpliciter ſubſignet aut ſub-
ſcribat ſchedulam vacuam, non intelligi-
tur ea confirmaſſe, quæ poſteà in papyro
ſcribuntur. *Feln. in cap. quoniam contra. nu.
48. extrà de probat. ac ſequitur Rebuffus de chi-
rographi recog. art. 11. num. 102.* Verum
tamen eſt, quòd ſi aliæ circumſtantiæ non
ſint in contrarium, puta, ſi charta ſigillata
fuerit vacua, vel ſimiles, eſt præſumtio
contra ſcribentem, vel ſigillantem, puta,
quia ſigillavit, & ſubnotavit priùs cogni-
ta, qui ſi contrarium aſſerere velit, tenetur
de eo probare. *Schurffius ubi ſuprà conſ. 17.
nu. 12. pòſt Bar. in l. 1 § ſi quis neget ff. quem-
ad. teſtam. aper.* docendo videlicet, quòd
ipſe fuerit deceptus, neque legerit inſtru-
mentum. *Alex. de Imola. in d l. ſi ſtipula-
tus. §. Chryſogonus. num. 13. ubi etiam Iaſon.
& Alex. num. 3. & Panor. in d. c. tertio loco.
num. 15. extra de probat. & Iaſon. in l. quæ
dotis 33. num. 94. ff. ſoluto matrim.* Ex quo
fit, cùm reus non habeat paratam in con-
tinenti probationem ſuæ exceptionis, ut
medio tempore, ad inſtantiam credito-
ris, rectè decernatur præceptum executi-
vum adverſus reum, *Rebuffus ubi proximè. n.
103.* Secùs, ſi ſcripturam vel ſigillum 131
ſuum negaverit. Tunc enim producens
tenetur de eo fidem facere. *l. ei incumbit
probatio. 2. de probat. l. actor. 23. C. eod. tit.*
Sextò requiritur, ſubſcriptionem, vel ſi- 132
gillum adjectum eſſe pro inducenda obli-
gatione ſubſcribentis, vel ſigillantis; ſecùs,
ſi ſolùm ad finem teſtimonii, non tan-
quam a contrahente, ſed veluti à teſte ap-
poſita fuiſſent. Hoc enim caſu fruſtrà
peteretur executio ſuper eo, quod in in-
ſtrumento continetur adverſus tertium
ſigillantem, qui ipſe non contraxit, & quẽ
negocium non tangit, ſive principaliter,
ſive in conſequentiam. *Felin. in c. quo-
niam contra num. 47. extra de probat. Alberi-
cus in l. diſtrahente. 2. num. 3 ibi: non ex eo,
quòd ſit teſtis in negocio. C. de reb. alien. non
alien. allegat. l. Titia. 34. §. Lucia. ibidemq;
gloſſ. 1. ff. de leg. 2. Baldus in l. ſi pater. 6. per il-
lum text in verbis: fruſtrà ex eo, quòd tabulas
obligationis pater tuus, ut teſtis, ſignavit, con-
veniris. C. de fidejuſſor. ac facit l. ſi non ſubſcri-
pſiſti 15. C. de admin. tut. l. Cajus. 39. ff. de
pign. act. l. fidejuſſor. §. ſi pater. eod tit.* cùm
actus agentium non operentur ultra eo-
rum intentionem, *l. non omnis. 19. ſi cert.
pet.* Unde Panormitanus alibi ſcriptum 133
reliquit, ad hoc, ut ſigillum obliget ſigil-
lantem, tria requiri, primò, quòd dicatur,
cujus ſit ſigillum, deinde à quo apponà-
tur, & ultimò ad quem finem apponatur.
*Panor. in c. 2. num. 14. & 15. pòſt Innocentiũ
ibidem. extr. de fide inſtrum. & latiùs Feln. in
d. c. pòſt ceſſionem. num. 17. de probat.* cùm
ſigillum per ſe nihil loquatur. *Bal. in l.
falſus. 19. in fine. C. de furtis,* ſed ſit, ut ſuprà
diximus, mutus & incertus teſtis, *ſecun-* 134
*dùm eundem Baldum de pace conſtantiæ. c. Im-
perialis. num. 5. & 7.* Unde, quando aliud
non apparet, ſigillum vel ſubſcriptio in- 135
telligitur potiùs proceſſiſſe in vim autori-
ſationis, quàm obligationis. *Iaſon. in l. ſi
ita ſtipulatus. 126. §. Chryſogonus. 2. n. 11. ff.
de verb. oblig.* ideò vulgò conſuevit, pro
majore ſecuritate, per teſtes ſubſcriben-
tes, vel ſubſignantes alienum contractum
ſuis annulis, in fine adjici clauſula, quòd
ſigillaverunt, tanquam teſtes, ad preces
contrahentium, ſine tamen ſuo, vel hæ-
redum ſuorum præjudicio: Haben / als
Zeugen/ auff bitte der Principalen/ihre ange-
gebene Petſchafften / zu Ende dieſes offenen
Brieffs gedruckt vnd angehengt/ doch ſonſten

ihnen vnd ihren Erben vnſchädlich. Quæ cautela non eſt improbanda *argum. l. quæ dubitationis* 81. *de reg. jur.* Et hæc quidem circa primam reſtrictionem concluſionis noſtræ de recognitione ſcripturæ privatæ dixiſſe ſufficiat.

136 Fallit ſecundò, ſi co[...]do vel ſtatutum dictarent, quòd [...]ur ſcripturæ etiam privatæ, non recognitæ. Tunc enim ſtabitur conſuetudini loci, de ſcripturis privatis ibidem factis. *Innocentius in c. cum P. Sabellio. extra de fide inſtrum. & facit c. cum dilectus. de conſuetud. Bart. Salic. & alii in l. 1. C. de emancip. lib.* Unde Boërius *deciſ.* 295. *num.* 19. tradit: ſtatutum diſponens, quòd ſcripturæ debitorum mereantur paratam executionem, extendi etiam ad nudum chirographum obligati, allegando Angel. *in l. ſi ita ſtipulatus.* 126 *§. Chryſogonus,* 2. *de verbis obligat.* ubi tamen de hoc nihil reperitur, ſed ita tenuit ante eum Barbat. *in c. ſi quis presbyter. num.* 4. & 5. *extra de rebus eccleſ. non alien.* ita tamen, ne talis privata ſcriptura, continens hypothecam bonorum debitoris, in his terris Saxoniæ præponderet inſtrumento publico, habenti authoritatem & conſenſum ejus magiſtratus, ſub quo bona debitoris ſunt ſita, *per ſuprà tradita. num.* 126. & *in prima Parte hujus Oper. cap.* 10. *num.* 197. *cum ſeqq.* Quod extenditur etiam ad caſum, quando talia chirographa privata alibi producuntur, vel alibi agitur, ubi ſimilis conſuetudo non eſt, ſi credimus Jaſoni *in l. admonendi,* 31, *in* 2. *repetitione. num.* 92. *ff. de jurejur.* ideò nimirum, quod in deciſoriis attendimus ſtatutum loci, in quo celebratus fuit actus, *Abbas in c. quod clericis num.* 10. *extra de foro compet.* De cujus tamen dicti veritate remitto lectorem ad ea, quæ latiùs proſecuti fuimus in prima Parte hujus Operis. *c.* 3. *num.* 220. 225. 226. 227. *cum ſeqq. ac tangitur in ſecunda parte. c.* 1. *num.* 53.

137 Fallit tertiò, ſi fuerit conventum inter partes, quòd ſtetur, & adhibeatur plena fides ſcripturæ etiam privatæ, non recognitæ. *Alex. in l.* 1. *§. fin. num.* 3. *ff. de verb. obligat. Bal. in l. de quibus,* 32. *n.* 9. *de legibus, ac ſequitur Rebuff. in conſtit. regni Galliæ de chirographi recognitione num.* 40.

138 Fallit quartò, ſi ſcriptura [...]a abnegata una cum ſubſcriptione vel ſigillo partiũ, habeat etiam ſubſcriptionem, vel ſigillum trium teſtium. Talis enim plenè probat. *Bart. in d. auth. At ſi contractus. num.* 8. *C. de fide inſtrum.* propter illum uſitatum verſiculum:

Cautio privata, cum trino teſte notata,
Hoc jus eſt nacta, quod cautio publicè facta.

gl. verbo idiochiria. in l. ſcripturas. 11. *C. qui pot. in pig. ha*[...]*n* ob tot teſtium præſentiam ceſſet omnis ſuſpicio fraudis & erroris, *Bal. in d. l. ſcripturas num.* 5. & *Iaſ in d. l. admonendi.* 31. 2. *repetitione, num.* 88. *ff. de jurejur.* Quo caſu, ne quidem opus eſt 139
accedere aliquam literarum comparationem, *Bart. in l. nuda.* 26. *num.* 6. *de donat. Socinus conſ.* 224. *num.* 5. *vol.* 2. cùm tamen teſtes ſupervivant, & ſubſcriptiones ſuas 140
recognoſcant, fatendo, puta, quòd ſe ſubſcripſerunt, & quòd debitor ſcripſit, ipſis præſentibus & videntibus, *Socinus ubi proximè, ac ſequitur Rebuffus de chirographi recognitione in præfatione. n.* 29. & *Iaſ. in d. l. admonendi. ſecunda repeti. num* 85. & 86. Secùs foret, ſi ſolùm deponant, quòd illam quidem ſcripturam pro chirographo debitoris recognoſcant, ſed tamen non viderint eam ſcribi. *Stracha de mercatoribus, & quomodo in cauſa mercatorum procedatur. tit. de probat. num.* 11, *mihi. fol.* 470. Idemque eſt, quantumvis teſtes non ſubſcripſiſſent, nec ſigillaſſent inſtrumentum: 141
cùm tamen aliter requiſiti fateantur, ſe contractui interfuiſſe, atque ita ſcire veritatem contentorum in tali ſcriptura, puta, quia viderunt creditorem numerare Cajo in cauſam mutui centum. Tunc enim plenè probant etiam abſque alio adminiculo ſubſcriptionis, aut literarum comparationis. *Bart. in d. auth. at ſi contractus, num.* 6. Quod obiter adjicere libuit, non tanquam fallentiam, cùm iſto caſu non ipſum inſtrumentum, ſed teſtes arguant negocii veritatem, quod inter contrahentes eſt actum, adeò, ut hic ſcriptura non probet, ſed contentum in eo probetur, prout in ſimili de adminiculis ad fidem inſtrumenti requiſitis loquitur Molinæus *in conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *§.* 5. *nu.* 16.

Fallit quintò in ſcriptura etiam negata 142
per debitorem, & ſcripta manu aliena, neque habente ſubſcriptionem contrahentium, dummodò ſit ſubſcripta per teſtes affirmantes, ſe de conſenſu, & ad requiſitionem præſentium partium ſubſcripſiſſe inſtrumento, de cujus fide nũc dubitatur. Nam tunc recognita à ſolis teſtibus, facit plenam

plenam fidem. *gloſſa c. 2 extra de fide inſtrument. Rebuffus de chirographi recog. in præfat. num. 36.* Quod verum eſt, duobus concurrentibus, primò, ſi juſtus numerus ſit teſtium. *Corneus conſ. 58. num. 4 volum. 3.* puta duorum in contractibus, *l. ubi numerus 12. ff. de teſtibus*, vel quinque in ultima voluntate regulariter *l. ſ. C. de codicil. & l.*
143 *ſ. C. de donat. cauſa mort.* Deinde, ſi ad recognitionem teſtium accedat adminiculum comparationis literarum ejus, qui dicitur talem ſcripturam præſentibus partibus confeciſſe. *Bart. in d. l. nuda. 26. num. 6. in fine. ff. de donat. alleg. ſ. ſi quis igitur. auth. de inſtrum. caut. & fide. & ſequitur Bartol. Socinus conſ. 274. num. 4. volum. 2.* Et ſic in privata ſcriptura, neque ſola ſubſcriptio, & recognitio teſtium, abſque comparatione literarum, neque comparatio literarum, abſque ſubſcriptione & recognitione teſtium fidem merebitur. Sed ad hoc indiget unum alterius adminiculo, ita, ut, quæ non proſunt ſingula, multa juvent. *argum. c. cum cauſam. extra de probat. c. præterea. de teſtibus. & l. 2. ff. de excuſ. tut.* Notandum autem eſt in practica,
144 quòd pro habenda comparatione literarum compelli poſſit debitor, negans, ſcripturam eſſe ſuam, ad pingendum, vel ſcribendum aliam ejuſdem tenoris. *d. ſ. ſi quis igitur ubi notat Angel. & Hippol. de Marſil. in l. de minore. 10. ſ. tormenta. ff. de quæſt. ac Socinus in l. qui agnitis. notab. 2. per illum textum. de except. ac facit l. comparationes. 20. C. de fide inſtrum.*

Sextò fallit, ſi ſcriptura negata per debitorem, propter mortem, vel abſentiam 145
teſtium ſubſcriptorum, ab ipſis recognoſci nequeat. Tunc enim, facta comparatione literarum, tàm ad ſcripturam, quàm ad teſtium ſubſcriptionem & ſigilla, ſi inveniatur concordans literarum, vel ſigillorum ſimilitudo per omnia, adeò, ut ipſorum ſubſcriptiones planè ſint ſimiles iis, quas nunc pingunt, ſola comparatio plenam fidem facit contra negantem, *d. ſ. ſi quis igitur. in verb. ſimilia quidem, ſed non per omnia, à contrario ſenſu. ac ſequitur Rebuffus ubi ſuprà de recog. chirographi. num. 30.*

Fallit ſeptimò & ultimo in ſcriptura, 146
cujus recognitionem reus requiſitus in ſe non vult recipere. Tunc enim ad petitionem creditoris, talis ſcriptura privata, in contumaciam debitoris, habetur pro recognita, *per ea, quæ ſuprà fuerunt tradita. num. 101. & in hac ipſa parte. c. 8. num. 18. & ſeqq. paulò poſt agetur fortè latiùs.* Extrà 147
autem iſtos caſus, an & quando inſtrumenta ſemiplenè vel aliqualiter, & quatenùs probent, videatur latè Rebuffus in allegato loco de chirographi recognitione, *ac tractant Iaſ. & Dd. in l. admonendi. 31. de jurejur. Specul. in tit. de fide inſtrum. per totum Ferrar. in forma productionis inſtrumentorum, Didacus Covarruvias in practicis quæſt. cap. 19. & 20. & ſequitur Matthæus Afflictus in conſtit. Neapol. lib. 1. rub. 79. de fide & authoritate inſtrument.*

SUMMARIUM
CAPITIS II.

1. *Inſtrumenta regulariter non habent executionem paratam: ſicùt & regulariter omnes ſtipulationes non prætoriæ. 2.*
3. *Sententia habet paratam executionem, quatenùs pro judicato imploratur officium judicis nobile: Secùs, ſi intentetur actio in factum ex judicato. num. 4.*
5. *Conventio partium facit, ut proceſſus ab executione inchoari poſſit.*
6. *Inſtrumentum guarentigiatum tribuit paratam executionem.*
7. *Inſtrumentis ex ſtatuto loci poteſt tribui parata executio, non obſtantibus, niſi certis exceptionibus, cum reſervatione tamen, ut in alia inſtantia liceat eis uti. 11.*
8. *Saxonicis in provinciis inſtrumenta recognita executantur, ſummariè.*
9. *Confeſſata in judicio debita paratam executionem habent & num. 26.*
10. *Excipi ab alio nihil poteſt, quod in eo non continetur.*
11. *Iurata obligatio paratam executionem ſortitur, ſive loquamur de juramento judiciali, ſive voluntario. num. 12. ſecùs in juramento conſolidativo contractus. num. 14.*
13. *Iuramentum extrajudiciale litis deciſivum habet vim judicii & litis conteſtatæ.*
15. *Iuramenti præſtatio apud quoſdam notam levitatis, apud alios contemtum religionis habet.*
16. *Depoſiti inſtrumentum eſt executivum. & num. 20.*

tuum 20. Quæ opinio communis & verior eſt contra Bald. & Salic. 21. etiam in foro Saxonico. 22.

17. Statim, illico, & ſimilia, importãt paratam executionem, item privationem ipſo jure 18.

19. Omnibus modis, vel omnino, vocabula important ipſa quoq; non requiri ſententiam.

23. Debitum ex actu judicialibus liquidum, paratam meretur executionem: niſi coram delegato ſit geſtum. 28.

24. Judiciorum calor plùs præſtat fomenti contractibus ibidem celebratis, & inſinuatis. num. 27. & 29.

25. Fidejuſſor judicatum ſolvi executatur abſq; alio ordine judiciali.

30. Teſtamenti inſtrumentum executatur per miſſionem in poſſeſſionem bonorum hæredis ſcripti, abſq; alio proceſſu judiciali: niſi adſit legitimus contradictor. 31.

32. Legatarius non habet executionem paratam in bona defuncti, pro legato conſequendo.

33. Fidejuſſor exactus pro principali, habet beneficium paratæ executionis pro ſuo regreſſu contra debitorem.

34. Computus finalis ſuper rationibus, hinc inde reviſis, executatur ſine novo proceſſu judiciali, ſi recognoſcatur à debitore. 35.

36. Rationes ut plurimum ſunt intricatæ & illiquidæ.

37. Debita fiſcalia exiguntur ſummariè, ſtante ſtatuto, quòd liber communis mereatur plenam fidem 40.

38. Collectarum fiſcalium nomine executantur debitores abſque alio ordine judiciali. & num. 41. quod & in collectis imperii obtinet contra moroſos & contumaces ordines 42.

39. Vectigalia exiguntur per detentionem rerum & perſonarum.

40. Liber rationum fiſci non probat debitum fiſcale: niſi fides adhibeatur rationibus ex conſuetudine loci.

CAPUT SECUNDUM.

DE SECUNDO REQUISITO, AN OMNIA, VEL QUÆ inſtrumenta mereantur paratam executionem?

IN præcedenti capite dictum fuit, quod non aliter niſi per inſtrumentum fiat probatio debiti, pro quo parata manus injectio petitur, adverſus bona vel perſonam obligati, item qualia eſſe debeant inſtrumenta, ad hoc, ut fidem faciant judici, & paratam, ut loquuntur Doctores, executionem in dorſo quaſi ſecum ferant, ſuccedit jam dubitatio, ſuper ſecundo requiſito, an videlicet ad exhibitionem cujuſcunque inſtrumenti, quod aliàs meretur fidem, ſecundùm præmiſſa in priori capite, judex aditus creditori proceſſum paratæ executionis aperire debeat? Super quo dubio teneatur illa concluſio quaſi

Quæ inſtrumenta habeant paratam executionem.

1 generalis, quòd obligationes, item inſtrumenta, quantumcunque fide digna, regulariter non habeant paratam executionem, ſed ab actione, propoſito videlicet ordinario libello, proceſſus inchoandus ſit. *l. 1. & 2. C. de execut. rei jud. l. negantes. 9. C. de act. & oblig. l. unica C. de prohib. pec. ſequeſtr. c. 1. 2. & 3 ext. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. ac eſt textus melior de jure, ad hoc allegari ſolitus, in l. minor 25. annis, cui fideicommiſſ. 40. ibi. paratam ex cauſa judicati perſecutionem, ad initium alterius petitionis redegerat. ff. de minor. ac concordat. l. ſi ſe non obtulit. 4 §. ſi ex conventione. de re judic. cum l. ſi pacto quod pœnam 14. C. de pactis. Iaſ. in l tale pactum. 40. §. qui provocavit. num. 9. per illum textum, ubi Bal. num. 14. Caſtr. 2. & Franciſ. Curt. junior. num 27. ff. eo. Ang. in l ſi cum dotem. 22. §. ſi autem tempore. num. 2. ſol. matr. Boëtius quæſt. 295. num. 5. Menoch de arbitr. jud lib. 2. caſu. 17. num. 1.* Imò plùs dicit Ang. de Peruſ.

in d. §. qui provocavit: inſtrumenta, vel cõventiones non prætorias, aut judicialiter factas, mereri paratam executionem, illud eſſe contra omnia jura mundi. Ac concordat Alciatus *in d. l. ſi pacto quo pœnam. num. 39.* Eamque ſententiam communem eſſe teſtatur etiam Rodericus Suarez, *in repetit. poſt rem judicatam 56. in declaratione legis regni. verbo ſetus vestigia. n. 6 de re jud.* 2

Verùm hæc regula non eſt univerſalis, ſed limitatur primò in inſtrumento ſententiæ, quæ tranſivit in rem judicatam. Pro eo enim, ſi imploretur officium judicis nobile, parata eſt executio abſque alio ordine judiciali *l. 1. l. 4. §. ſi ex conventione & l. poſt rem judicatam. 56. de re jud. & d. l. minor 25. annis cui fideicommiſſum. 40. in illo verbis: paratam ex cauſa judicati executionem.* Quo caſu proceditur ſummariè, ac per viã præcepti, aſſignando debitori cer- 3

tum

tum terminum, infrà quem ſolvat. *Ferr. in tit. de forma executionis ſententiæ definitivæ. verb. ſapiens num. 3. & ante eum tenuit Bart. in l. intrà dies 7. num. 1. circa finem. ubi latè Alex. de Imola 5. & 6. ff. de re jud. Bal. in l. 2. num. 2. C. de execut. rei judic. & l. ab executione. 5. num. 5. C. quorum appellat. non recip. Angelus in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. in prima repetit. num. 3. ff. de pactis. & d. l. 4. §. ſi ex conventione. num. 1. Bart. in l. jubere cavere. 4. num. 3. de jurisdict. omnium judic. & in ſæpè allegata. l. creditores. 3. ubi omnes ſequuntur. C. de pignor. Roman. conſ. 174. num. 1. & 3. Alex. conſ. 50. num. 4. vol. 2. Bart. in l. ſi cauſam 2. C. de execut. rei judic. Angel. l. 1. C. de judicin. Spec. tit. de execut. ſent. §. breviter. n. 6.* & ita practicatur, teſte Ferrarienſe *in d. verb. ſapiens. num. 3. Hoſtienſis in c. 1. ibidemq́; Felin. num. 7. extra de libelli oblat.* ubi ſubjicit, iſtam opinionem communem eſſe, caſu, quo pro executione imploratur officium judicis: Secùs, ſi agatur actione in factum ex judicato, [Tunc enim offerendus eſt libellus, ſicuti fit in aliis actionibus, *ut in l. 1. in pr. ff. de edend. & Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.*]

4 *Felin. ubi proximè. num. 7.* Eſtq́ue illud officium judicis, quod imploratur pro executione judicati, vel aliorum inſtrumentorum exequibilium, nobile prout tenet Bart. *in l. jubere cavere. 4. num. 3. ibidemq́; ſequitur Iaſon. num. 12. ff. de jurnd. om. judic. Alex. in l. à divo Pio 15. §. 1. num. 7. & ibi Bart. 2. & idem Alex. in l. intra dies. 7. nu. 6. de re jud.* ubi etiam aſſignat rationem. Quia, inquit, pòſt ſententiam, officium judicis mercenarium expiravit. *l. judex poſteaquam 55. ff. eod. l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. Et Angelus in l. qui reſtituere 68. num. 2. de rei vendic.* adeòque judex exequens merus eſt executor, nec aſſumit in ſe partes judicis, circa cauſam principalem. *Speculator de execut. ſent. §. breviter num. 1.* Verùm hic caſus judicati fortè fruſtrà recenſetur inter privilegiatos, ex quo proceſſus & ſolennitas judicialis præceſſit inſtrumentum judicati.

5 Fallit ſecundò in inſtrumento habente annexam clauſulam executivam, puta, quod creditori, in eventum non factæ ſolutionis, liceat præhendere vel ſiſtere debitorem in perſona vel rebus, abſque alio proceſſu judiciali, *de quo in l. creditores. 3. ubi omnes Dd. C. de pignor. & Alex. in l. alia. 14. §. eleganter. ff. ſol. matrimo.* ac tradit latiùs *Eman. Suarezius in repetitione l. poſt rem judicatam. 56. verb. ſecutus veſtigia Præceptoris nu. 10. ff. de re jud. per l. creditores 15. ſecundùm unam lecturam gloſſæ. ff. de jur. & l. fin. verſ. nec creditore citra conventionem C. de pignor. act. l. dotis. 9. C. ſolut. matrim.* Qua de re videantur plura *in prima Parte hujus Operis. cap. 5. & 6. per totum.*

Fallit tertiò in inſtrumento guarentigiato, quo mediante, Notarius facit debitori præceptum de ſolvendis debitis, coràm Notario confeſſionatis, ex authoritate legis municipalis, in loco vigentis, quod ſcilicet Tabellio, ad inſtar judicis, habeat poteſtatem & juriſdictionem faciendi tale mandatum obligato, confitenti coràm ipſo debitum, & tale præceptum redigitur in inſtrumentum, ùt vocant, guarentigiæ, quod propter vim ſtatuti deinceps abſque libello, item litis conteſtatione, & alio òrdine judiciali mandatur executioni. *Boërius deciſ. 295. n. 6. Baldus in l. ſi cauſam. 2. num. 3. C. de execut. rei jud. & in l. quanquam pecuniæ 6. num. 6. C. de ſenten. quæ ſine certa quantit. Anton. de Canario de execut. inſtrum. quæſt. 4. num. 8. & 9.* Quo de videantur, quæ proſecuti fuimus latiùs *in prima Parte hujus Operis. cap. 3. num. 25. & ſeqq.* 6

Quartò fallit in inſtrumentis, quibus ex ſtatuto vel conſuetudine loci tribuitur parata executio; conſuetudo enim facit inſtrumentum authenticum, quòd aliàs non foret authenticum. *Francis. Marc. q. 309. num. 1. Panor. Felin. & alii in c. 2. extr. de prob. facie c. dilectus. ubi gloſſ. verb. approbata de fide inſtrum. & Gailius obſer. 119. num. 4. lib. 1.* prout in provinciis Saxoniæ habetur conſtitutio illuſtriſſimi Electoris & Domini noſtri clementiſſimi D. Auguſti, &c. qood ſuper inſtrumentis liquidis, non habentibus aliquod vitium viſibile, quatenùs non continent pactum turpe, contra debitorem præcisè fieri debeat executio, non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus, à reo prætenſis: niſi docere paratus ſit, quòd ſatisfecerit creditori. Unde, ſimul atque creditor producit inſtrumentum coràm judice, judex ad inſtantiam creditoris, facit præceptum de ſolvendo cum comminatione executionis, non obſtante qualicunque contradi- 7 8

ctione obligati, ita tamen, ut reo liberum
ſit, poſt factam executionem, ſuas exce-
ptiones quibus proceſſum impugnare ni-
titur, vel condictionem indebiti intenta-
re, *prout videre eſt in conſtitut. provincialibus*
præmemorati Domini Electoris Saxoniæ. ſub tit.
Vorſatzte Brieff vnd Siegel / *de anno 1555.*
promulgatis, de qua reſervatione videatur Bart,
in l. ſi quis. num. 3. C. depoſiti. & in l. fin. C. de
compenſat. licet hæc exemplificatio paratę
executionis ex conſtitutionibus Electo-
ratus Saxoniæ pro inſtrumentis productis
non ſit generalis, ſed tantùm reſtringatur
ad inſtrumenta per reum recognita, Auff
vnleugbare Brieff vnd Siegel/ de quibus in
capite præcedenti, *num. 98 cum ſeqq.* videri
poteſt latiùs. Neque diſſimili ratione
promulgarunt etiam illuſtriſſimi Princi-
pes, Duces Saxoniæ in Thuringia, conſti-
9 tutionem de debitis confeſſatis in ordine
decimam quartam, in editione verò ab
anno 89. vigeſimam primam, ejusdem
tenoris de parata executione, cujus qui-
dem litera, licet tantùm de debitis con-
feſſatis in judicio vel coram judice loqua-
tur; tamen cùm inſtrumenta recognita
parem effectum cum confeſſione debiti
judicialiter facta operentur, diutina con-
ſuetudine recepta interpretatio, eam
etiam ad ſcripturas privatas, recognitas
tamen extendit. *l. minimè. 32 ff. de legib.*
Et ita quotidiè in his terris pronunciatur.
Eodem modo extant ſpeciales conſuetu-
dines in plerisque urbibus Imperii, ubi
ſunt celebratiora emporia, quòd debitor,
obligatus ex inſtrumento liquido, ſi non
ſolvat in termino, detineatur in perſona,
vel rebus tamdiu, quousque æs alienum
exolverit, aut aliter cum creditore ſuo
tranſegerit. Quod autem valeant talia
ſtatuta locorum, item conſuetudines de
paratâ manus injectione contra debito-
rem ſuper inſtrumento liquido, ſive in
res, de quibus loquitur Bal. *in l. unica. num.*
3. C. de confeſſ. & omnes Dd. per illum textum
in l. creditores 3. C. de pign. ſive etiam in
perſonam, videantur Jaſon *in l. ſi deceſſe-*
rit. 4. num. 3. ibidemque Alex. & alii Do-
ctores, *ff. qui ſatiſda. cog. & idem Alex. in l.*
alia. 14. §. eleganter. ſoluto matrimo. item
Rebuffus de literis obliga. in gloſſ. 1. num. 2. & 3.
Et de utroque membro fuſiſſimè fuit a-
ctum *in prima Parte hujus Oper. cap. 5. & 6.*
quamvis teneri poſſit, quòd etiam hæ duæ
proximæ fallentiæ, propriè loquendo,
non pertineant ad concluſionem ſuprà
poſitam, quæ eſt, quòd inſtrumenta de
jure communi non mereantur paratam
executionem, cùm hæc executio iſtis ca-
ſibus non cauſetur ex jure communi, ſed
municipali, vel particulari. Ideoque lo- 10
cum habet illud vulgatum: quod nihil
poſſit ab alio excipi, niſi ſub eo continea-
tur. item quòd exceptio debeat eſſe de re-
gula. *l. nam quod liquida. 4. §. fin. ff. de penu*
legata. Dynus pòſt gloſſ. in rub. extra de regul.
Iur. in 6. ac notat Everhard. in topicis. loco ab
exceptione ad regulam. num. 9.

Quintò fallit, quando obligatio in- 11
ſtrumentalis contineret interpoſitionem
juramenti. Nam & ea meretur paratam
executionem. *Bart. in l. 2. in fine. ibi: majo-*
rem habet authoritatem, quàm res judicata. ff.
de jurejur. Alex. l. ſi cum dotem. 22. §. eodem
tempore. num. 6. ſolut. matrimon. & ſortitur
vim guarentigiæ, adeò, ut vigore ejuſ-
dem, competat exactio ſine ſtrepitu & fi-
gura judicii, ac poſſit creditor de facto
incipere, etiam à captura perſonæ, vel re-
rum, *ſi credimus Everhardo in Topicis, loco à*
vi juramenti. effectu 18. num. 50. & 51. pòſt
Ludovi. Rom. conſ. 133. incip. in præſuppoſito
caſu. in princ. Ac, quòd obligatio jurata
ſit exequibilis in continenti, abſque alio
ſolenni proceſſu, tenet Jaſ. *in l. fin. num. 6.*
C. de edict. D. Adriani toll. & in d. l. 2. nu. 10.
cum ſeqq. Ioan. de Anania. conſ. 21. num. 21. &
latius Nicolaus Maronus. in tractatu de fide,
treuga & pace quæſt. 11. num. 1. Licet au- 12
tem Doctores iſtud reſtringant tantùm
ad juramentum judiciale, quod defertur
à parte parti in judicio. *Everhar. ubi ſuprà*
num. 50. Bart. Socin. conſ. 120. num. 11. vol. 1.
Berous conſ. 170. num. 38. vol. 1. Rodericus
Suarezus in l. pòſt rem judicatam. 56. notab. 2.
num. 8. ff. de re judic. Et Alciatus in l. ſi pa-
cto quod pœnam. 14. num. 39. C. de pactis. cum
juramentum judiciale imponat finem
controverſiæ, ad inſtar judicati. *l. 2. ff. de*
jurejur. juncta l. pòſt rem judicatam. 56. de re
judicata. ex quo poſt juramentum actua-
liter præſtitum, nihil aliud quæritur, quàm
an juratum ſit, remiſſa quæſtione, an de-
beatur. *l. non erit. 5. §. dato. l. in duobus 28.*
in fine cum l. nam poſtea, 9. §. 1. de jurejur. &
§. item ſi quis poſtulante. Inſt. de act. tamen
contraria opinio receptior eſt, quod vi-
delicet juramentum etiam extrajudiciale
redactum in ſcriptis, & per inſtrumen-
tum in continenti probabile, non minùs
[illegible]eatur paratam executionem, quàm
ſenten-

ſententia, dummodò ad dilationem rei
per actorem juratum fuerit, ſibi certum
deberi. Iaſ. in d. §. item ſi quis num. 17. Bal.
in l. 1. num. 6. C. de reb. cred. Bart. in l. ſed ſi
poſſeſſori, 11. §. fin ff. de jurejur. & idem Bart.
in d. l. 2. num. 8. eod. ubi etiam notant. Fulgo-
ſius Bald. Ludo. Roma. & Alex. num. 7. qui
addit opinionem Bartoli eſſe veriorem & notabi-
liorem, & ipſemet Iaſon in præcitata l. 2. num.
20. ſubjicit, hanc ſententiam eſſe communiter
approbatam. Ac, quod iſta ſententia Bartoli com-
munis ſit, tenet etiam Franciſ. Curt. Iun. in d. l.
13 2. num. 7. Cujus rei potiſſima ratio, ut
mihi quidem videtur, illa eſt, quòd jura-
mentum extrajudiciale, quatenùs tendit
ad deciſionem litis, habeat vim judicii &
litis conteſtatæ, l. nam poſteaquam. 9. §. ſi
is qui temporaria & ibi notat Alexan. de jure-
jur. & eſt melior textus in l. ſed etſi. § ex quibus.
ibi: jusjurandum in locum litis conteſtatæ ſuc-
cedit. l. qui juraſſe. 26. §. fin. eod. tit. Quam
rationem probat etiam Jaſon d. l. 2. num.
18. & Bart. in l. eum qui 30. §. ſi juravero. nu.
3. per illum textum eod. Dixi autem no-
tanter, illud procedere in juramento ex-
trajudiciali litis deciſivo, quod fit, quan-
do pars rea ſubmittit ſe juramento credi-
toris, pollicendo ſolutionem ejus ſum-
mæ, in quam a creditore juratum fuerit,
ex quo tale juramentum tranſactionis
ſpeciem ſapit. d. l. 2. & Alex. in l. ait præ-
14 tor. 3. §. 1. num. 6. de jurejur. Secùs eſt,
ſecundum Doctores, in juramento pro-
miſſorio, vel conſolidativo contractûs,
quod executionem paratam non habet.
Iaſ. in §. item ſi quis poſtulante. num. 87. Inſt. de
act. ac facit l. non erit. juratum 5. § divus Pius
de jurejur. Et eam etiam ſententiam commu-
nem eſſe refert Iaſ. in d. l. 2. num. 20. lim. 4. de
jurejur. Licet autem Matheſilanus in
ſuis ſingularibus notab. 23. num. 2. aſſe-
rat, iſtam practicam non eſſe ſatis tutam,
ex quo, ſecundùm eundem, debitor, habi-
ta pecunia, poſſit fallere creditorem, ju-
rando, ſe debitorem non eſſe: tamen re-
ctè eo ipſo in loco perſtringitur per addi-
tionatorem Gabrielem Saraynum ibidem
num. 4. quòd non adverterit ad dictum
Bartoli in præmemorata l. 2. num. 8. qui lo-
quitur in debitore, deferente juramen-
tum creditori, illud acceptanti & præ-
ſtanti, de quo tamen dubio minùs eſt cu-
randum, ex quo, inter mille practicantes,
vix uni per totam vitam talis occurrit ca-
ſus. Quis enim creditor ita temerarius
eſt, qui, cum aliter contractui poſſit ad-
jicere robur paratæ executionis, juramen-
tum ſibi ſuper eo, quod in obligatione
continetur, ultrò deferri poſtulet, ac ju-
rare velit. Quod ſanè apud multos aut 15
ſpeciem contemtæ religionis habet, aut
levitatis notam præ ſe fert, ſicut & econ-
trà aliqui metu divini nominis in cauſa
etiam honeſtiſſima & juſtiſſima avocan-
tur & deterrentur à jurejurando. l. quæ ſub
conditione 8 ff de condit. inſtit.

Sextò fallit in inſtrumento depoſiti, 16
quando depoſitarius, dato chirographo,
fatetur, habere penes ſe ex cauſa depoſiti
centum. Tunc enim, abſque alio ordine
judiciali, poteſt procedi contra obliga-
tum ad executionem. l. penult. ibi: reddere
modis omnibus illicò compellatur. junctis verbis:
res depoſitas quàm ocyſſimè recuperare C. depoſi-
ti. Vocabula enim, Illicò, Statim, & ſi- 17
milia, ſignificantia extremitatem tempo-
ris, important ſummariam cognitionem,
abſque alio ordine judiciario. Bart. in l. 1. n.
2. ff. judic. ſolu. & facit tex. juncta gloſſ. l mo-
mentaneæ. 8. C unde vi. & in l. ab eo. 3. verb.
illicò. C. quomodo & quando jud. i em, ubi re-
petitur illud verbum, Statim, vel ſimile, deno- 18
tat, non requiri ſententiam Bart. in d. l. 1. num.
2. per textum. §. 1. ibi: mox ei rerum ſuarum
caſum imminere, hoc eſt, privationem bonorum
incurri ipſo jure. non præmiſſa aliqua ſententia,
ut exponit ibi gloſſ. verb. imminere. auth. de in-
ceſt. nupt. collat. 2. de quo latiùs infrà c. 6 nu.
3. & 4. cum ſeqq. Pro quo facit & voca- 19
bulum, Omnibus modis, poſitum in præcita-
ta l. penult. C depoſ. quod, ſicut & dictio
Omninò, intelligitur ipſo jure. Barbatia in
c. fin. num. 6. extra depoſiti. Et eſt gloſſ. in §.
ſancimus. verſ omnibus modis. auth. ut defun-
cti & eorum funera non injur. collat. 5. quam
gloſſ. pro ſingulari allegat Ludo. Roman. in ſuis
ſingularibus. notab. 1. Felin. in c. de regularib.
num. 2. extra de ſimonia. Matheſilanus in ſuis
ſingularibus. notabili. 10. Ac quòd pro in- 20
ſtrumento depoſiti parata ſit executio, te-
net etiam Bart. in d. l. penult. num. 3. Angel. 2.
Paulus de Caſtro. 3 C. depoſiti Iaſ. in l. fin. num.
6. C de edicto D. Adr. toll. & in l. 1. num. 4. C.
de edendo. Alex. in l. ait prætor. 5. §. 1. num. 4.
ff. de re judic. Felinus c. ſicut. num. 3. extra de
ſententia & re jud. Bal. in l. acceptam. num. 2.
C. de uſur. & conſ. 384. num. 1. vol. 1 Iacobus
Mandellus conſil. 3. num. 12. ac ſequitur Rode-
ricus Suarezus in l poſt rem judicatam. 56. no-
tab 5. verb. adde quintum. de re judic. Fran-
ciſ. Curt. junior in l. tale pactum. 40. §. qui
provocavit. numer. 27. & 28. ff. de pactis.

Ferrarienſis in forma libelli pro actio. hypothecar. verb. in depoſito num. 1. & 2. item & Barbatia. *in d. c. fin. num. 5. & 6. extra depoſiti*, ubi addit iſtam opinionem eſſe veriorem, propter videlicet bonam fidem, quæ in hoc judicio debet exuberare. *l. bona fides. 31. ff. eod. ac ſequitur Ang. in §. præterea etiam. num.*
21 *4. Inſtit. de except.* Licet autem Baldus & Salic. *in d. l. penult. C. depoſiti.* teneant contrarium, cum quibus etiam concordat Rebuffus *ad conſtitut. regni Galliæ. tomo. 1. de literis oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 16.* tamen prior ſententia communis eſt, teſte Ludovico Romano in *conſ. 174 incipiente, ampliſ-*
22 *ſime Doctor. num 4.* & apud nos, ſaltem in his regionibus, habetur pro indubitata, quando de tali depoſito fit fides judici per inſtrumentum fide dignum, propter conſtitutionem, Von Brieff und Siegeln/ quæ ita recepta eſt de conſuetudine non tantùm in Electoratu, ſed & in Ducatu Saxoniæ per provincias Thuringiæ, ut pluribus alibi fuit expoſitum.

23 Septimò fallit in qualibet obligatione apud acta, hoc eſt, quæ coram judice fuit redacta in monumenta publica. Nam & ea, ſiquidem liquida eſt, meretur paratam executionem. *gloſ. verb. conſcribat. in*
24 *auth. generaliter. C. de Epiſcop. & Cler.* Cùm tales conventiones factæ in judicio, fomententur calore judiciorum. *ita Curt. in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. num. 25. & 27. ff. de pactis Alex. l. eum pro quo. 17. num. 3. ibidemq; Caſtr. de in jus voc. Anton. de Butr. in cap. P. & G. num. 5 extra de offic. & poteſt. jud. deleg. & in c. ad reprimendum. num. 12. de offic. ordinarii. Panor. in c. ſi quando num. 3. ubi etiam Felinus notat. num. 3. & 4. de offic. deleg. ac Matthæus de Afflict. in deciſione Neapol. deciſ. 387. num. 1. probaturq; per l. cum oſtendimus. 4. § fidejuſſores. ibi: ſua nomina in acta publica re-*
25 *ferri paſſi ſunt. de fidejuſſ. tutor.* Et hæc ſententia communis eſt, teſte Curtio. *in d. l. tale pactum. §. qui provocavit. num. 27.* Hinc eſt, quod contrà fidejuſſorem judicatum ſolvi, acceptum pro reo in judicio, fiat executio judicati ſine novo proceſſu, quantumvis is nec in lite fuerit, neque quicquam adverſus eundem ſit judicatum, *Bart. in l. 1. num. 2. ff. judic. ſolvi per l. fin. §. fin. C. de uſur. rei judic. ubi Baldus num. 2. ac ſequitur Affli-*
26 *ctis, ubi ſupr. num. 1.* Sic inſtrumentum, publico ſigillo munitum, in quo habetur, debitorem confeſſum fuiſſe debitum, in quo ſit obligatus creditori, ſtatim exequitur adverſus reum, idque ita ſervari in practica tradit Rebuffus *de literis obligat. art. 2. gloſſ. 1. num. 80 Bart. in d. l. 1. num. 2. & 3 Baldus in l. eum. pro quo. 17. circa finem. de in jus voc. & in d. l. fin. §. fin. num. 1. C. de uſu rei jud. argumen. l. ſi debitori. 21. ff. de judic. & l. proinde. 25. §. notandum ad l. Aquil. l. poſt rem judicatam. 56. ibi: confeſſionem in jure, hoc eſt. coram judice factam. de re judic.* Imò, 27
quod pro quolibet contractu judiciali oriatur officium judicis, ſuper quo proceditur executive, tenet Baldus *in l. qui crimen. 3. num. 14. C. qui accuſ. non poſſunt.* Et hæc ſententia communis eſt, teſte Alexandro de Imola. *in l. à divo Pio. 15. num. 23. ff. de re judic.* pro qua eſt caſus expreſſus *in d. l. tale pactum. §. qui provocavit.* ubi conventionem initam in judicio ita exequitur judex, ſicut confeſſionem in actis factam, ſecundùm lecturam Bartoli, quem ſequuntur communiter Doctores, *prout refert Iaſon. in d. l. à divo Pio in princ. num. 26.* Licet enim Abbas aſtruere videatur, quòd communiter Doctores ſentiant contrarium, quaſi videlicet judex, etiam pro conventione coràm ipſo facta, non poſſit executivè procedere. *Abbas in d. cap. ſi quando. num. 3 & ibidem Andreas de Barbatia 10. extra de offic. deleg.* tamen loquuntur in judice delegato, ſecùs in ordinario. Quam 28
ſolutionem & reſtrictionem tradit Decius *eodem in loco. coll. 3. verſ. item attende.* Imò, quòd etiam transactio, vel conventio, coram judice delegato facta, ſaltem habeat executionem paratam coràm ordinario. tenet Felinus *in ſæpè memorato c. ſi quando. n. 4.* Ex quo infertur contractus, maximè 29
emtionum & venditionum (qui regulariter noſtris temporibus inſinuantur monumentis publicis: Werden in die Gerichts und Handelbücher eingeſchrieben/ tùm propter diuturniorem rei geſtæ memoriam. *l. contractus. 17. C. de fide inſtrum.* tùm propter meliorem & faciliorem probationem, cùm inſtrumentum ſit probata probatio. *c. quoniam contra extra de probation.* tùm etiam ob firmius robur. *argumen. l. omnium. 19. C. de teſtam.*) exequibiles eſſe abſque alio ordine judiciali. Judex enim ſuper his aditus, propter notorietatem facti, actis inſinuati, inchoat proceſſum à præcepto, præfigendo videlicet parti certum terminum, infra quem ſuæ obligationi ſatisfaciat, *gl. l. 4 in fine. C. de litis conteſtat. per l. ſi debitori. at. ff. de ju-*

ff. de judic. l. qui Stichum 5. ibi condemnandus eſt. l. Iulianus. C. ibi: confeſſus pro judicato habetur. ff. de confeſſis. & ſuprà. num. 9.

30 Fallit octavò in inſtrumento teſtamenti non raſi, non aboliti, non cancellati, vel aliud vitium viſibile habentis. Nam & id abſque alio proceſſu ordinario executatur per miſſionem ſcripti hæredis in poſſeſſionem bonorum hereditariorum, non obſtante, quòd fortè teſtamentum falſum, vel inofficioſum, vel alteri vitio, prima tamen facie inviſibili, ſubjectum ſit. *l. 2. & l. fin. ubi Bart. & omnes d. hoc notant. C. de edicto D. Adriani toll. ac notat Franciſcus Curtius junior in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. num. 29. ff. de pactis. Ang. in §. illud poſt gloſſ. verb. decreto per illum tex. auth. de hæred. & Falcid. coll. 1. Boërius deciſ. 295. num. 12. & latè Menoch. de adipiſ. poſſ. remed. 4. per totum.* Eſtque iſta ſententia communis, prout atteſtatur Rebuffus *in conſtit. regni. tit. de lite-*
31 *ris oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 20.* niſi videlicet appareat legitimus contradictor, quo caſu, ordinarius proceſſus eſt inſtituendus. *d. l. fin. §. ſin autem legitimus contradictor. C. de edict. D. Adr. toll.* Et, quis dicatur legitimus contradictor, videatur poſt Doctores Menochius *in 4. remed. adipiſ. poſſ. num. 554. cum ſequentibus.* Licet
32 autem Doctores extendant hoc beneficium *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* etiam ad legatarium, quaſi & ei parata ſit executio in bona defuncti, pro conſequendo ſuo legato, *gloſſ. in d. §. illud. verb. decreto. auth. de hær. & Falcid. collat. 1.* ac commendat illud dictum, velut ſingulare Jaſ. *in d. l. fin. num. 6. & 14. ibidemq. Alex. num. 13. & Curt. junior in d. §. Qui provocavit. num. 30. Roder. Suarez. in l. poſt rem judicatam. 56. notab. 6. de re jud. Decius in l. in teſtamentis. 12. num. 6. de reg. juris. Alciatus in l. pecuniæ verbum. 178. §. actionis. num. 10. de verb. ſignif. Marianus Socinus conſ. 113. in princ. vol. 3.* tamen contraria ſententia jure verior videtur, per ea, quæ tradunt Decius *in d. l. fin. num. 16. & Alex. in l. ſi cum dotem. 22. §. eo autem tempore. num. 6. ſol. mat.* ac latiſſimè Menochius *de adipiſc. poſſ. remed. 4. num. 694.* per fundamenta ibidem deducta, ad quem remitto lectorem, niſi fortè teſtator juſſerit legatarium legatum à ſe ipſo accipere. *l. Titia cum teſtamento. 34. §. Lucius Titius. verſ. volo eam à ſe ipſa accipere. ff. de legat. 2.*

Nonò fallit concluſio noſtra in fi- 33
dejuſſoria obligatione. Fidejuſſori ſiquidem exactò ſummariè, pro reo principali, adverſus debitorem jus paratæ executionis meritò tribuitur. *Bal. in l. fin. §. 1. n. 3. C. de uſur. rei judic. Angelus in l. cum eorum. 5. num. 3. C. de ſent. & interloc. om. jud. & in l. cum vendente. 4. C. ubi cauſæ fiſcal. & Bart. in l. 1. num. 1. ff. judicatum ſolvi.* Quod an indiſtinctè ita verum ſit, & quando procedat, videantur quæ tradidi in prima Parte hujus Oper. cap. 10. circa formulam obligationis executivæ, *verb. non obſtante cujuſcunq. temporis lapſu. num. 371. cum ſeqq.* & latiùs in ſecunda Parte noſtri Operis. *cap. 3. num. 43. 44. & ſeqq.*

Decimò fallit in inſtrumento com- 34
puti finalis, vel calculationis, concluſæ ſuper redditione rationum, de alicujus adminiſtratione. Quod fit, quando partes hinc inde concordant, rationibus videlicet utrinque diſcuſſis & expunctis, ac ſcripto reliquo vel reſiduo, quod debetur ei, ad quem res adminiſtratæ pertinebant. *argumen. l. quamvis 32. l. cum ſervus. 82. & l. qui ſub conditione 111. de condit. & demonſtr. l. ſi ita fuerit. 13. §. quæſtio hæc, de manumiſ. teſta. & l. 4. C. eod.* ſiquidem & pro tali reliquo conſequendo, via executiva intentari poteſt, abſque videlicet alio proceſſu judicario. Iſtam doctrinam tradit Rebuff. *de liter. oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 37. allegans Boerium deciſ. 295. per totum.* Quod verum eſt in computo recognito, puta, quando debitor fatetur, & calculationem ita factam & ſcripturam reliqui. Alias ſe- 35
cùs, cùm rationes communiter ſint intricatæ, & non liquidæ. *Boërius in prædicato num. 16.* Quo caſu, obſtaret petenti executionem paratam, exceptio debiti non liquidi, *ſecundùm Bal. in l. ſi cauſam. 2. n. 6. C. de execut. rei judic.* Ideoque alibi 36
tradit Baldus, quando agitur de rationib. reddendis, quòd calculatores ad hoc eligendi ſint, qui ponant calculum, partibus tamen utrinque præſentibus & citatis, atque ita cauſæ cognitio requiritur, aliàs illa calculatio non meretur paratam executionem. *Baldus in l. hac edictali. 6. C. de ſecundis nup. Maria. Socin. in tract. de citatio. art. 7. num. 43. & 46.* per ea, quæ in primo capite hujus Partis. *num. 3. & ſeqq.* ſufficienter ſunt explicata.

Undecimò fallit in obligationib. debi- 37
torum fiſcalium, qui & ipſi exiſtunt in ea cauſa,

ea cauſa, quòd adverſus illos parata ſit ex-
ecutio, ita, ut contumaces pòſt moram,
tàm in rebus, quàm in perſonis conſtringi
poſſint. *Bart. in l. nemo carcerem. 2. num. 3. & in l. miſſi. 7. per illos textus. C. de exacto. tribut. lib. 10. ac facit l. penult. ibi* : ſine fruſtratione, hoc eſt ſine mora, vel tergiverſatione, prout exponit Cujatius, vel prout Bartolus interpretatur, ſummatim eos exigendos eſſe, *ibidemq́. Platea num. 2. C. de conven. fiſci. debito. lib. 10. ac movet. l. unica. C. de capiend & diſtrah. pignor. eod. lib. 10. Platea in d. l. unica num. 1. C. de conduct. & mer-*
38 *cat. lib. 11.* ſic etiam publicæ functiones,
item collectæ, & tributa levato velo exiguntur. *Bart. in §. coges. & §. publicorum. auth. de mandat. princ. coll. 3.* Idque firmat *Baldus. conſ. 328. incip. ad uſicatum. num. 1. vol. 1.* adjiciendo, quòd idem ſit in vectigalibus publicanorum, qui pro libello ipſi quoque inferunt vectoribus capturam & carcerem, item rerum detentionem, *per l. penult. § navem. ff. locati l. commiſſa. 14. ibi: ſtatim deſinit ejus eſſe, qui commiſit de pub-*
39 *publican.* & addit, quod de hoc nunquam
fuerit dubitatum. *Baldus ubi proximè. & Rebuffus de literis obligatoriis, art. 11. gloſſ. 5. n. 19. & de ſententiis executorialibus art. ult. gloſſ. 1. num 3.* Quod tamen eatenus verum 40
eſt, quatenùs inſtrumentum, à fiſco productũ, aut liber rationũ, ſaltē ex vi ſtatuti vel conſuetudinis loci, plenè probat. *juxta notata Felini in cap. 2. num. 6. extra de fide inſtrum.* vel aliter de debito conſtat, aut reus
illud fatetur. Sin verò inſtrumentum, 41
vel liber rationum ex conſuetudine loci, non meretur plenam fidem, reo negante, ne quidem, pro favore fiſci, proceditur executivé, ſed requiritur ſolennis libello & litis conteſtatio. *Rodericus Suarezius in alleg. l. pòſt rem judicatam, notab. 7. num. 4.*
Unde ſcriptum reliquit D. Gailius de 42
collectis imperii, quæ habent certam & determinatam quantitatem & præſtationem ex albo, vel matricula imperii, quòd contrà moroſos ſtatus & ordines regni, tanquam ſuper debitis liquidis, proceſſus inchoetur ab executione, ſine aliquo libello vel ſtrepitu judicii. *Gail. in pract. obſer. obſervatione. 20. num. 5. 6. & 7. lib. 1.* ac teſtantur proceſſus fiſcales, qui intenduntur quotidiè contra contumaces in ſolvendis collectis, ordines imperii Romani.

SUMMARIUM CAPITIS III.

1. *Executio inſtrumenti executivi non poteſt intendi ante moram, ſed obſtat petenti exceptio plùs petitionis tempore. num. 2. quantumvis inſtrumentum vel obligatio ſint jurata num. 3. niſi debitor ſit ſuſpectus. 4.*
5. *Mora in obligationibus non habentibus adjectum diem ſolutionis, ad hoc, ut interpellari, vel exigi debitor poſſit, relinquitur arbitrio judicis.*
6. *Obligatio ſine die ſolutioni præfixo, facit in præſens tempus deberi: niſi natura contractus aliud ſuadeat. num. 7.*
8. *Iudicati ſolvendi in cauſa mora currit ſtatim à decendio, quando non fuit ſuſpenſa ſententia.*

CAPUT TERTIUM.

DE TERTIO REQUISITO PARATÆ EXECUTIONIS, videlicet mora ſolvendi.

Quomodo quis conſtituatur in mora. & nu. 4. cum ſeqq.

DICTUM fuit in principio hujus tertiæ partis, requiri inter alia ad manus injectionem, etiam illud, quod debitor ſit in mora ſolvendi, vel aliter pręſtādi, quod in cōvētionē deductum fuit. *l. creditores. 3. ibi: nō reddita pecunia. l. debitores. 10. ibi: ſi convēti de debito ſatis non fecerint. C. de pignor. l. ſolvitur. 5. §. ſi paciſcatur. ff. quib. mod pig. vel hypo. l. cum ſolvendæ 4. de diſtract. pignor. l. item quia conventiones. 4. ff. de*
pactis. Prout enim antè incurſam mo- 1
ram, ſive per lapſum diei, ad ſolvendum appoſitæ, ſive per interpellationem creditoris, oportuno loco & tempore factam, adverſus reum ordinarium proceſſum inſtituere non permittitur, *l. mora. 32. de uſuris. juncta l. magnam. 12. C de contrah. & commit. ſtipul.* quin agenti obſtet exceptio plùs petitionis tempore. *c. un. §. tempore plùs*

plùs extr. de plùs petition. §. temporales. juncto
2 *§. hodiè autem. Inſtit. de exceptio.* ita ante
commiſſam ſuper ſatisfactione moram,
debitor oppugnari non debet per proceſ-
ſus executivos, aut per manus injectio-
nem, ſive in bona, ſive in perſonam. *Bart.
d. l. creditores. num. 17. Salic. 28. Angel. de
Peruſ. 4. Bal. 4. Negnzantius de pignorib. quar-
ta parte princip. num. 15. Ruinus conſ. 152 nu.
4. & 9. verſ. Non obſtat tertio. vol. 4. & conſ.
119. num. 1. & 8. vol. 5.* Idque adeò ve-
rum eſt, ut, ne quidem pro obligationib.
3 executivis etiam juratis, poſſit ad manus
injectionem deveniri, niſi vel terminus
ſolutionis elapſus, aut aliter reus, ſaltem
extrajudicialiter requiſitus fuerit. *Jaſ. in l.
ſi ex legati. 23. num. 7. ff. de verb. obligat. alle-
gat. Bart. l. eum qui 30. §. ſi juravero. num 4.
in fine de jurejur. ac ſequitur Rebuffus ad conſti-
tutiones regni Galliæ. tom. 1. tit. de literis obli-
gat. art. 2. gloſſ. 1. num. 27. poſt Antonium de
Canario de executione inſtrumentorum.* Idque
ampliatur, ſive reus per ipſum credito-
rem, ſive per ejus procuratorem, aut ne-
gociorum geſtorem interpelletur. Semper
enim interpellatus per hoc in mora cõſti-
tutus dicitur. *Chaſſanæus in conſuet. Burgund.
rub. 4. §. 23 num. 43 per l. ſi quis ſolutioni. 24.
§. mora. ff. de uſur. gloſſ. Bartolus & alii in l. ſi
ſervum. 91 §. Nunc videamus. 4. de verb obli-
gat. l. prohibere. 3. in principio. ff. quod vi aut*
4 *clam.* Quòd autem ex ſola & quidem
unica interpellatione, quantumvis extra-
judicali, reus in mora conſtituatur, probat
gloſſa *in l. mora. 32. de uſuris. Bartolus in l.
Titia Sejo. 87. §. uſuras de legat. 2. & in l. qui
Romæ. 122. §. cohæredes. num. 2. ubi etiam A-
retinus 1. Iaſon. 9. & Alciatus 21. & in §. Se
ja. in fine. ubi idem Iaſon in fine de verb obligat.
teſtatur, eam ſententiam communem eſſe. ſicut &
Felinus in cap. ex literis. num. 8. extrà de con-
ſtitut. & Tiraquellus de retractu lignagier §. 9.
gloſſa. 3. num. 23. quod firmat etiam Meno-
chius de arbitrar. judic. lib. 2. centur. 3. caſu.
220. num. 26. quicquid alii teneant quorum ar-
gumenta refutat Menochius d. caſu. 220.* Sic
5 itaque demum mora rei in ſolvendo fa-
cit locum executioni paratæ, niſi fortè
ante moram debitor ſuſpectus ſit de fuga
vel dilapidatione, quo caſu, etiam ante
diei, vel conditionis exiſtentiam reus ſi-
ſti poteſt, ad eum finem, ut ſaltem caveat
de ſolvendo in termino, *per ea, quæ plenè
deduximus in ſecunda Parte hujus Operis. capite
3. num. 110. & 111.* Cæterum, quan-
tum temporis intercedere debeat eo caſu,
quando inſtrumento obligationis non 6
eſt adjecta certa dies, infra quam obliga-
tus reddere promiſit quod accepit, ad
hoc, ut creditor & interpellari, & in mo-
ra conſtitui dicatur, de eo nulla certa ju-
ris regula tradi poteſt, ſed relinquitur ar-
bitrio & moderationi diſcreti judicis.
*gloſſa l. ſi pro ea 10. C. mandati. & in l. Lucius
Titius. 38. ff. eod. Bartolus in l. ſi pœnam. 68. n.
3. ff. de verb. obligat. per l. penult. ubi notat
gloſſa final. C. commodati. Curtius junior in l.
final. num. 46. ibidemq; Zuchardus 322. C. de
edict. D. Adriani toll. Neguzantius conſ. 56. nu.
3 & 7. Socinus junior conſ. 67. num. 9. volum. 1.
Guido Papæ deciſ. 132. & Menochius de arbi-
trar. judic. lib. 2. caſu. 12. num. 4.* Etſi e- 7
nim aliàs in obligationibus puris, non
habentibus appoſitum certum ſatisfactio-
nis tempus, præſenti die debetur. *l. eum
qui Calendis 41. in princip. & §. quoties. de
verb. obligat l. ſi dies 21. quando dies leg. ced.
§. omnis inſtit. de verb. obligat. cum l. in omni-
bus obligationibus 14. de reg. jur.* [nam quan-
do pura eſt obligatio, præſens eſt actio, *l.
eum qui 41. §. quotiens ff de v. o. l. cedere diem.
213. ff. de v. o.*] tamen illud verum, niſi ex
præſumta voluntate contrahentium, vel
ex natura contractus aliud ſuadeatur:
tunc enim iſta obligatio non accipitur ad
unguem, ſed cum temperamento tempo-
ris, arbitrio judicis limitandi. *Decius in d.
l. in omnibus. num. 4. ibi Cagnol. 1. & 2.* Si
namque mox repeti poſſet creditum, ad
quemcunque motum creditoris, tunc ex
illa intempeſtiva condictione nullum ha-
biturus eſſet debitor emolumentũ. *Bartolus
d l. eum qui. 50. §. ſi juravero. nu. 1. & 3. de jure-
juran & in l. ſi tibi pecuniam. 20. n. 4. ſi cer. pet.
& in l. 2. in fine C. commodati per l. qui ſic ſol-
vit. 55 ff. de ſolution. l ſi ut certo. 5. §. in commo-
dato. cõmodati. & gloſſa in d l. penult. verb. com-
modati in fine. C. commodati. Decius in d. l. in o-
mnibus. num. 4. ibidemq; Cagnolus 1. & 2.* ideò
tale debet intercedere temporis interval-
lum, ut veriſimile ſit, & uſum ejus pecu-
niæ obligatum habuiſſe, & ſolvere potuiſ-
ſe, ſi voluiſſet, quo caſu, judex intrepidè
ad executionem proceder. *Rebuffus de lite-
ris obligat. art. 1. gloſſa 1. num. 27. allegat
Panormitanum in cap. final. num. 11. extra de
precario.* Sicut autem per lapſum diei, ad
ſolvendum appoſitæ, item per interpella-
tionem judicialem vel extrajudicialem,
contrahitur illa ſaltẽ mora, cujus ratione
ad peti-

ad petitionem & exactionem debiti perveniri poteſt: ita ſciendum eſt, pòſt latam
8 ſententiam definitivam, & exactum decennium, (infrà quod non fuit appellatum) ſententiam tranſire in rem judicatam. *auth. hodiè. C. de appellat.* adeò, ut ſtatim à finito decendio, pòſt tempus publicatæ ſententiæ, mora currat, cujus ratione rectè admittitur victor, ad implorationem officii judicis nobilis pro parata executione, *l. à divo Pio. 15. §. ſententiam l pòſt rem judicatam. 56. de re judic.* quæ deinceps regulariter nullo remedio appellationis ſuſpenditur. *cap. quod ad conſultationem. extra de re judic. ac notatur in Parte prima hujus Operis, capite 2. numero 1. & 2. cum ſequentib.* niſi modus circa executionem exceſſus fuerit. *l. ab executione, 5, C. quorum appell. non recip.* An autem illud ita generaliter verum ſit, quòd per interpellationem extrajudicialem quis conſtituatur in mora, de hoc videatur latè Chaſſanæus *in conſuetud. Burgundiæ rub. 4. §. 23. verbo. Seja ſouffiſament. num. 8. cum ſequentibus. ubi tradit multas notabiles reſtrictiones vel declarationes hujus regulæ.*

S U M M A R I U M
C A P I T I S IV.

1. *Executio non decernitur, niſi ad inſtantiam partis.*
2. *Iudex, pro privata utilitate non impertit officium ſuum non imploratus, nec debet divinare intentionem partium. num. 3.*
4. *Iudex pro executione poteſt adiri domi ſuæ.*
5. *Areſtum conſuetudinarium à judice loci impetratur.*
6. *Via facti excludit viam juris.*

CAPUT QUARTUM.

DE INSTANTIA PARTIS PENES JUDICEM PRO proceſſu executivo.

Implorandum officium judicis ſuper executione.

1 QUARTUM requiſitum, quod venit in conſiderationem circa paratam executionem, illud eſt, ut creditor apud jus dicentem in loco inſtet pro decreto executionis in bona, vel perſonam obligati, *Rebuff. ad ordinat. reg. Gal. de liter. oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 58. ac fac. l. ſi quis navicularius. 2. ibi: adeat provinciæ judicem & l. de ſubmerſis. 5. ibi: conquerentibus*
2 *his. C. de naufrag. lib. 11.* Niſi enim judex & quidem competens ea de re aditus, ac pro ſiſtendis rebus aut perſona debitoris imploratus fuerit, ipſe proprio motu ad detentionem, vel manus injectionem pro commodo privati properare non debet. *l. 4. §. hoc autem. ibi: ſi poſtulatum eſt ff. de damno infecto l. 1. §. magiſtratibus ibi: ſi moniti non dederint. de magiſtr. conven.* tùm, quia de jure creditoris, quod ex facto oritur, *l. ſi ex plagiis. 52. § in clivo. 2 ibidemq́; gloſſ. verbi, cauſa. ad l. Aquil. juncta l. fin. pro ſuo & l. qui in alterius. 42. de reg. jur.* judici nihil conſtat,
3 neque poteſt vel debet judex divinare. *l. ſi putator. 31. ad l. Aquil. juncta l. ſi fidejuſſ. 29. §. ſi cum debitor. mandati.* tùm, quia, ſi vel maximè jus dicenti conſtaret de jure actoris ex inſpectione inſtrumenti, tamen incertus adhuc eſt, an petitor ordinaria via ſuũ
4 debitum proſequi, an verò ſummariam executionem urgere velit, igitur ut reſponſum congruum accipiat, ſuam intentionem magiſtratui pars manifeſtare debet. *l. ut reſponſum. 15. C. de tranſact.* Quod adeò verum eſt, ut procedat etiam in are- 5
ſto conſuetudinario alicujus loci. *Rebuffus de liter. oblig. art. 6. gloſſ. 3. num. 58.* Neque verò hæc ita accipienda ſunt, ſicut & in præcedentibus monui, quaſi judicem pro tribunali ſedere oporteat, quando petit ſummariam executionem creditor *arg. l. à. procedente. 4. C. de dilation.* ſed ſufficit, vel domi ſuæ ipſum adiri in hoc ſummario judicio. *arg. l. 3. §. ſi cauſa cognita ff. de bonorum poſſ. tit. generali l. 2. §. dies bonorum. quis ordo in poſſ. bon. ſer.* Et hæc quidem hactenus dicta procedunt, quatenùs mediante jus dicentis officio, quis vult induci in poſſeſſionem bonorum debitoris: ſecùs eſt, ſi ex vi ſtatuti vel pacti, pòſt moram rei, propria authoritate velit ingredi & occupare bona obligati. *arg. l. creditores.*
3. C. de pignor. hæc enim via facti excludit 6
viam juris. *Aretinus in l Si filius qui patri. 12. n. 10. circa finem, ff. de vulg & pupil.* cum is de neceſſitate, vel invitus judicem requirere non teneatur. *ita intelligitur textus in d. l. creditores. in primo membro, in princ.*

SUM-

SUMMARIUM
CAPITIS V.

1. *Libelli oblatio, licet non ſit neceſſaria in proceſſibus executivis, requiritur tamen qualis qualis petitio, & nu. 3 ſive in ſcriptis, ſive viva voce, dummodo per Actuarium regiſtretur in ſcriptis nu. 20.*
2. *Executiva remedia ſæpè plura in uno inſtrumento cumulantur, inter quæ creditoris eſt electio.*
3. *Executio judicati vel inſtrumentorum executivorum petitur officio judicis nobili.*
4. *Litis conteſtatio in proceſſu executivo non requiritur.*
5. *Executivi proceſſus in quo differant à proceſſu ordinario.*
6. *Officium judicis nobile non præſupponit obligationem propriè, ſed largo modo. num. 7.*
8. *Emphyteutam contra, qui propter non ſolutum canonem poteſt expelli propria authoritate, ſi judicis officium imploretur, libello opus eſt, ſed contraria opinio communior. num. 10.*
9. *Spoliatus licet ſpoliatorem in continenti rurſum dejicere poteſt: tamen, ſi adit judicem, per libellum ſolennem, hoc facere debet, ſed contrarium verius eſt.*
11. *L. fin. C. de edicto D. Adria. toll. remedium tunc requirit libellum, quando exiſtit legitimus contradictor.*
12. Libelli *vocabulum in jure circa ſummarias cauſas, accipitur de quali quali petitione.*
13. *Poſſeſſor ordinario jure expellendus è poſſeſſione.*
14. *Verba enunciativa in legibus nihil diſponunt.*
16. *Executio privata cui conceditur, multò magis publica, per ſummarium proceſſum.*
17. *Origo & cauſa rei cujuſque præponderat.*
18. *Petitio generalis, & incerta, in cauſis ſummariis non viciat: niſi tanta ſit incertitudo, ex qua judici conſtare nequit, quid petitor ſibi dare velit. 19.*
21. *Copia libelli ſummariè editur reo ſuis ſumtibus per Notarium.*
22. *Petitio qualis qualis in ſcriptis offerenda: niſi petatur aſſociatio miniſterialium judicis pro occupandis obligati bonis, quo caſu oretenus etiam peti poteſt. 23. quod de jure Saxonico indiſtinctè receptum eſt pro quocunq; ingreſſu. 24.*
25. *Libelli editio neceſſaria eſt, ſi de debito velit probare per teſtes, idemq; eſt, ſi pro debiti conſecutione, ſolennem proceſſum inſtituere intendat. num. 33.*
26. *Inſtrumento debiti non exiſtente, an examinatis ſummariè teſtibus, & atteſtatis redactis in ſcripturam, aperiatur proceſſus executivus.*
27. *Pactum ingrediendi poſſeſſionem bonorum debitoris privata authoritate, an tribuat ei, qui ingreditur tum judicis permiſſu, acquiſitionem poſſeſſionis? Id quod affirmatur rejecta opinione Bartol. 29. Inducta ad unum finem, non debent operari contrarium. 28. & num. 30.*
31. *Petitor, ut ipſi decernatur proceſſus executivus ſuper inſtrumento, inter alios confecto, debet ante omnia legitimare ſuam perſonam in continenti, per inſtrumentum videlicet ceſſionis, vel ſimilis tituli & eta plenè, neque ſufficit ſemiplena probatio. 32.*
34. *Ordinem judiciorum ſervare nunquam nocet, facilior tamen via eſt per remedium executivum quàm viam ordinariam procedere.*
35. *Ordinariam actionem inſtituens, pro conſequendo ſuo debito, non poteſt redire ad proceſſum executivum, competentem ipſi ex pacto vel ſtatuto. 38.*
36. *Via, quam elegiſti, tibi pateat.*
37. *Indicia non debent eſſe deriſoria.*
39. *Teſtamentum in ſcriptis condere volens, ſi non teſtetur ſolenniter, tunc tale teſtamentum non valet, etiam ut nuncupativum.*
40. *Electio unius remedii ex pluribus, excludit regreſſum ad alia: niſi in ſpecialibus, quibusdam caſib. & ſi qui derelicto primo, ad aliud convolat, ſit paratus reddere expenſas primi judicii. 42.*
43 *Ordinariam actionem eligens, per hoc non intelligitur renunciare viæ ſummariæ, quando actor nuper admodum cœpit procedere: ſecùs quando jurisdictio firmatur utriuſq; partis conſenſu. 44. item, niſi reus latitando impediat litis proſecutionem. num. 50.*

num. 50. vel ſi contra damnatum ſuper ordinario judicio propter inopiam non poſſit impetrari executio. num. 50.

45. *Eligens remedium ordinarium, poteſt redire ad ſummarium, ſi per primum remedium non poteſt ſatiſfactionem conſequi, vel quia contumax eſt reus: aliàs ſecùs. 47.*

46. *Pignori inhærens non poteſt implorare capturam perſonæ.*

48. *Litis pendentia nequit allegari per contumacem, qui coram adito judice comparere noluit.*

49. *Contumax in primo judicio non poteſt pro ſe allegare beneficium, vel acta primæ inſtantiæ.*

52. *Areſto rerum impetrato contra debitorem, ſi is pergat eſſe in mora, creditor ordinaria via jus ſuum proſequi poteſt.*

CAPUT QUINTUM.

DE QUALI QUALI PETITIONE CREDITORIS, PROponenda in proceſſu executivo.

Libellus ſolemnis non eſt neceſſarius in petitione executionis.

SICUT in ordinariis judiciis de neceſſitate requiritur oblatio libelli, *auth. offeratur. C. de litis conteſt. c. 1. & c. 2. extra de libelli oblatione.* ad hoc, ut judex ſuper petitis in libello accommodet ſuam ſententiam definitivam. *l. ut fundus. 18.*
1 *ff. commu divid. c. licet Heli. extr. de Simonia:* ita in proceſſibus executivis, etiamſi non ſit opus, libellum ſolennem intervenire: tamen neceſſariò qualis qualis petitio ſive in ſcriptis, ſive oretenùs inſinuanda eſt jus dicenti. *Ferrarienſis in forma libelli actionis realis, verbo: ſummariè. num. 4 & 9.* ex qua intelligat, quid ſibi fieri, item, an ordinario remedio creditor uti, an verò ſummariè, vel executivè procedere intendat. *l. ut reſponſum. C. de tranſact. & ſequitur Ferrarienſis in d. forma libelli ſuper actione reali. verb. ſummariè. num. 4. ac probatur per l. de ſubmerſis. 5. & l. ſi quis. 2 C. de naufrag. lib. 11.* Eſt enim qualis qualis petitio brevis quædam facti narratio, minùs ſolenniter ad acta tranſcripta, [quæ ſolùm in cauſis modicis, vel ſummariis admittitur,] ita definit Ferrarienſis *in forma libelli actionis realis, verbo: qualis qualis. num. 1.* Et, quod ſufficiat qualiscunque petitio ſummaria, tradit Alex. *in l. intra dies 7. num. 6. ff. de re jud.* ubi Zaſius *num. 10.* addit, iſtud ita de conſuetudine obſervari. Deinde & alio nomine ſaltem qualis qualis petitio neceſſaria eſt, ut judex diſcernere poſſit, an petitio ſit juſta, ac talis, quæ mereatur paratam executionem, aliàs namque citationem partis vel commiſſionem pro executione actori denegabit. *Maria. Socinus in tract. de citat. art. 11. num. 3. allegando Baldum in l. cum clericis. 25. num. 3. & 4. C de Epiſ. & Cler.* addendo, quòd boni aſſeſſores aut judices ſemper hoc faciant, & quòd talis commiſſio citationis dicatur ſententia interlocutoria *per d. l. cum clericus.* Quod & alia ratione ſuadetur: ex quo nimirum reus in citatorio informari debet, ex qua cauſa citetur, ut ſe præparare poſſit ad defendendum. *Socinus tit. de citation. art. 12. num. 9. & art. 20 num. 9.* cùm enim citatus, quomodocunque ſeſe coràm judice citante præſentare debeat, *l. ex quacunq; 2. ff. ſi quis in jus voc. non ierit.* neceſſario reus certiorandus eſt de quali quali petitione ipſius actoris. *c. cum dilect. extra de dolo. & contum. l. ſi ex mulis. 3. C. de annali excep.* Quod & ideò fit, cùm ſæpè 2
plura remedia executiva & extraordinaria in obligationibus debitorum cumulentur, pro majori aſſecuratione creditoris, prout videre licet ex formula obligationis, *de qua in prima Parte noſtri Oper. ca ult. inter quæ ipſius eſt electio. c. in alternativis. extr. de reg. jur. in 6.* ideoque neceſſariò requiritur petitio creditoris qualiſcunque, ut conſtet, quo remedio experiri velit. *l. cum filius. 78. §. variis. 8. ff. de legat. 2. l. quod in hærede. 9. §. eligere. de tribut. act.* Et hæc ſex requiſita, in 5. capitibus præcedentibus enumerata, circa omnes proceſſus executivos intervenire neceſſe eſt, ſive de executione propriè ita dicta, ſive de miſſione in poſſeſſionem ex primo decreto, ſive de ſequeſtratione, ſive de areſto, ſive etiam de repræſaliis agamus. Ac quòd non requiratur libellus, quando per viam inductionis in bona debitoris, ex vi ſtatuti vel pacti creditor petit executionem, ſed ſufficiat ſummaria petitio, ad inſtar executionis judicati, quæ & ipſa quoq; ſummariè, & officio judicis 3
nobili

Digitized by Google

3 nobili petitur, non autem via actionis, te-
net Salic. in l. creditores 3. num. 30. verſ. ſed
in præcedenti caſu. pòſt Bart. ibi: num. 26. verſ.
ſuper tertio autem membro. & numero 29. Ne-
guz. de pignor. 4. parte princip. numero 23. &
24. Ruinus conſ. 145. num. 6. vol. 4. Bal. in l.
conſentaneum. 8. numero. 26. C. quomodo &
quando judex Bart. in extravagante ad repri-
mendum, verb. & figura. num. 8. Petrus de An-
choran. in clem. ſæpè num. 37. de verb. ſig Bal.
in l minor. 25. annis cui fideicommiſſum. 40. n.
1. ff. de minor. Iaſ in l. nec quicquam 9 §. ubi
decretum, num. 72. & 73. ibidemq́; Bart. 6. de
offic. proconſ. & legat. Roder. Suarez. in l. pòſt
rem judicatam. 56. n. 10. & 11. ff de re jud.
junctis quæ tradit Alex in l. ſi cum dotem. 22. §.
eo autem tempore. num. 6. ſol. matr. Iaſ. in l. à
divo Pio. 15. §. ſententiam. num. 4. & 5. Bar.
2. & 8. Alex. 7: idemq́; alex. in l. intra dies. 7.
num. 3. & 4. ff. de re jud. ubi utrunq; mem-
brum firmatur, puta, quod & nobili judi-
cis officio petatur, & ſummariè, abſque
4 ullo libello vel litis conteſtatione, adden-
do, iſtam ſententiam communem eſſe, à
qua in practica non ſit recedendum, quod
idem etiam de remedio. l. f. C. de edict. D.
Adr. Zuchardus ibidem tradit, numero 178.
& 179. iſtam opinionem Soc. eſſe, quem in hoc
ſequitur Menochius de adipiſc poſſ. remed. 4. nu.
435. & num. 494. Rebuffus de literis oblig. art.
6. gl. 3. num. 5. Ac, quod iſta ſententia commu-
nis ſit, tenet etiam Felinus in c. 1. num. 7. extra
5 de libelli oblat. Quod tamen de litis con-
teſtatione dicitur, in executivis eam non
requiri. Ferrar. in for. lib. de act. real. §. ſum-
mariè. num. 9. iſtud accipiendum eſt in
terminis, quandò videlicet reus fatetur
debitum, cujus ratione petitur executio
in ipſius bona, vel agnoſcit aut recogno-
ſcit ſuum chirographum, & ſigillum:
aliàs ſecùs, per ea, quæ traduntur in hac ipſa
Parte Operis noſtri cap. 8. numero 18. cùm ea
ſit ſolennitas juris civilis, quæ per aliud
jus poſitivum tolli poteſt. Panorm. Felinus
& omnes in c. quæ in Eccleſiarum. extra de con-
ſtitut. neque dantur dilationes ita longæ.
clem de judiciis. neque fertur ſententia in
ſcriptis, ſed ſufficit juſſus judicis etiam
verbalis. c. aſſerte. extra de præſumtion. nec
neceſsè eſt, coràm tribunali eam publica-
ri, ſed ſufficit etiam à procedente judice
decretum illud interponi, quod alias non
fit. l. 2. C. de ſentent. ex brevio recit. c. fin. ex-
tra de re judic. in 6. juncta l. à procedente. 2. C.
de dilation. item reſpuuntur exceptiones,
quæ tendunt ad retardandum proceſſum,
ſive ſint dilatoriæ, ſive etiam peremto-
riæ, quæ altiorem indaginem requirunt,
& in continenti non ſunt probabiles. Re-
buff de ſent. exec. art. 9 gloſſ 3. numero 49.
& notatur pleniſſimè in quarta Parte hujus O-
per. cap. 1. & 2. per totum. Denique re-
ditur ad manum regiam, vel officium ju-
dicis nobile, quo olim explicabantur o-
mnia l 2. in princ. ff de orig jur Cui tamen 6
concluſioni videtur obſtare, primò, quòd
officium judicis nobile nullam præſuppo-
nit obligationem. l qui per colluſionem. 49.
§. fin ff. de actio. emti l. quintus. 10. de auro
& argen. leg. l deducta. 58 in princip. ff. ad
SC. Trebel. l. cum poſtulaſſem. 44. de damno in-
fecto & ſic inferre licet, quod nec ex parte
creditoris opus ſit quaſi quaſi petitione,
ex quo iſta omnia reſident in poteſtate
judicis, quæ velit, aut debeat facere, offi-
cio ſuo convenientia. l. non quicquid. 40. ff.
de jud. ac notat Bart. in l. 4. C. depoſiti. & in
l. terminato. 3. C. de fructibus. & lit. expenſ.
Sed parùm faciunt hæc motiva. Licet e-
nim, quod officio judicis nobili petitur, in
propoſito non dicatur, propriè loquendo,
præſupponere obligationem: tamen præ-
ſupponit eam, largo modo intelligendo,
ita ſolvit Bart. in ſimili in l. fin. num. 3. ff. de
injuriis. Ac, ſi non eſt debitum propriè 7
loquendo, dicitur tamen debitum largo
modo. gloſſ. l. ſi ſervum. 91. §. fin. verſ. peti
poſſit. de verb. obligat. & in l reſcriptum. 10. in
princip. de pactis. & probat hanc ſolutionem Iaſ.
in §. supereſt. num. 62. & 63. Inſtit. de action.
Secundò urget, quod contra emphyteu-
tam, qui propter non ſolutum canonem
pòſt triennium poteſt expelli propria do-
mini authoritate, ſi adeatur judex, libellus
eſt offerendus. gl. verb. repellere in princip. l.
2. C. de jure emphyt. Ad eundem modum 8
in beneficio. l. fin. C. de edicto D. Adr. toll. lex
requirit libellum. Sic ab illo, qui nos vi de-
jecit à poſſeſſione, licet etiam armata ma-
nu poſſimus repetere poſſeſſionem, ſi in
continenti fiat. l. ſi id quod 25. §. fin. ff. de ac-
quir. poſſ. l. 3. §. eum qui cum armis. de vi & vi
armata: tamen ſi adeatur judex, libellus ex 9
interdicto unde vi, vel ſimili cauſa oſte-
rendus eſt. arg. l. 1. §. ſi neceſſario. ibi: ad
jus ordinarium remiſerit. ſi ventris nom. mulier
in poſſ. & l. colonus. 12. de vi & vi arm. l. con-
ductores. 33. C. locati. Sed reſpondetur 10
breviter, gl. verbi, repellere. d. l. 2. reproba-
ri communiter per Dd. adeoque judicem,

ad ſimplicem requiſitionem domini, et-
iam abſque libello, in propoſito poſſe
mandare expulſionem emphyteutæ. *Bart.*
in d. l. 2. num. 5. ibidemq́ Alber. num. 3. in fi-
ne, & Iaſ. num. 111. Bart. in l. creditores. nu.
26. verſ. ſuper tertio. & Bal. in prætitata l. 2.
numero 10. & in l. æde. 3. num. 13. C. locati.
11 *Specul. de emphyteuſi. numero 13.* Quod et-
iam de libelli oblatione in remedio. *l. fin.*
C. de edicto D. Adr. toll. objicitur, id pro-
cedit, exiſtente legitimo contradictore.
gl. verbi conductor. in d. l. fin. In propoſito
autem reus non poteſt eſſe legitimus con-
tradictor, qui hanc licentiam manusinje-
ctionis ipſemet attribuit creditori. *Salic.*
in d. l. creditores. numero 30. circa finem. Re-
ſpondent & aliter ſcribentes in jure, quòd
12 *Libelli* vocabulum *in d. l. fin.* accipiatur pro
quali quali petitione, quàm in propoſito
non excludimus, *per ſupra dicta. ita Meno-*
chius de adipiſ. poſſ. remed. 4. numero 471.
Minùs adverſatur *l. 1. §. ſi neceſſario. ff. ſi*
ventris no. mul. quia illud efficit commo-
dum poſſeſſionis, ut videlicet ſemel in
13 poſſeſſione conſtitutus, non niſi ordina-
rio jure expellendus veniat. *§. retinendæ.*
verſ. commodum. Inſtit. de interdict. Nec
obſtant. *l. colonus. & l. conductores. ſuperius*
14 *allegatæ*, quia verba ibi poſita ſunt tantùm
narrativa, quod videlicet locator ibidem
remedium ordinariæ actionis ita de facto
elegit, ideò nihil diſponunt. *l. hæc ſcriptu-*
ra 16. de donation. Nec valet argumen-
tum à contrario ſenſu, ſumtum à verbis
legis enunciativis, *ſecundùm gl. notabilem. in*
l. 1. C. quando non pet. partes, ac tradit Ever-
hard. in topicis loco à contrario ſenſu. numero 13.
15 adeoque in dictis contrariis liberum
fuit turbato vel dejecto, ſimpliciter im-
plorare officium judicis pro expulſione
coloni. *ita ſolvit Salic in d. l. creditores. num.*
30. quòd manifeſtè innuit etiam Rebuf-
fus, inquiens: quantumvis conventiones
partium ſonent tantùm in privatam ex-
16 ecutionem: tamen nihil prohibere, quo
minùs creditor ſuper tali manus injectio-
ne judicis officium nobile per ſummariã
petitionem, abſque ſolenni libello implo-
rare poſſit. *Rebuffus de lit. obligat. art. 6 gl.*
3. numero 28. cùm iſto caſu prætoris offi-
cium ſubſtituatur loco pacti. *argumen. l. ſi*
eum. 10. §. qui injuriarum. ff. ſi quis caution.
17 Originem namque & cauſam præponde-
rare oportet. *l. qui id quod, 33. de donat.* &
alibi Speculator ſcriptum reliquit, quando
partes in hoc conveniunt, ut de plano
procedatur, aut, ut ab executione inchoe-
tur proceſſus, libellus de neceſſitate non
exigitur. *Speculator in §. nunc dicendum, nu.*
8. de libel. concept. Bal. in l. minor. 25. annis
cui fideicommiſſum. 4. in princ. ff de minor. Ac,
quod in caſu permiſſæ privatæ executio-
nis, multò magis liceat cum miniſterio
judicis ingredi, ſine ſtrepitu judiciali eſt
tex. *in l. creditores. in princip. juncto. verſ. 1. C.*
de pignor. quo de latiùs infrà hoc cap. ſal. 2. nu.
27. Ex quibus omnibus convincitur, ad
obtinendam paratam executionem ſuffi-
cere qualem qualem petitionem credito-
ris, cum exhibitione inſtrumenti, ex quo
in continenti liquet de debito, adeò, ut,
quantumvis petitio ſit generalis, aut in-
certa; tamen non vitiet, *ſecundum gloſſ ma-* 18
gnam in l. 1. ff. de edendo. Bart. in d. l. credi-
tores. 3. num. 8. C. de pignor. Anchor. & Phi-
lip. Francus in elem. ſæpè de verb. ſignif. Alex.
conſ. 182. incip. lectis & ponderatis numero 1.
vol. 2. & in l. ſi ita ſtipulatus. 126. §. Chryſo-
gonus. 2. num. 8. ff. de verb. obligat. Iaſ. l. vi-
num. 22. num. 34. & 35. ſi certum petatur.
dummodò non tanta ſit incertitudo, ex 19
qua dubius reddatur judex de petitione
creditoris, quid ſibi dari vel fieri velit.
Maranta de ord. jud. parte 4. diſt. 9 princip. n.
13, 14. & 15. Ampliatur & tertiò, quòd
non referat, ſive in ſcriptis proponatur
dicta petitio, ſive etiam viva voce credi-
toris. *Paul. de Caſtro in l. fin. num. 5. C. de e-*
dicto D. Adrian. toll. Debet tamen illa qua- 20
lis qualis petitio creditoris ita oretenùs
facta, poſtea redigi in ſcripturam, & in
actis regiſtrari per tabellionem. *Maranta*
ubi ſupra. num. 13. & ante eum Petrus de An-
chorano in d. elem. ſæpe. numero 13. per illum
textum. neque neceſſe eſt eam offerri reo,
ſed ſufficit ipſum copiam accipere à No- 21
tario actorum, ſuo videlicet ſumtu. *Bal. in*
auth. offeratur. numero 5. C. de litis conteſt.
poſt gloſſ. in clem. quamvis §. oblatio. de ap-
pellat. Alii tamen ſunt in ea ſententia, 22
quòd in ſcriptis ſit inſinuanda judici hæc
qualis qualis petitio per creditorem,
& iſta ſententia communis eſt, teſte Zu-
chardo *in l. fin. numero 91. C. de edicto D.*
Adr. toll. Quod & rationem habere
videtur, cùm hæc petitio ſit pars acto-
rum, ideò in ſcriptis offerenda. *c. quo-*
niam contra. & ibi Lanfrancus. numero 12.
extra de probat. Neguzan. autem ſuper hoc 23
dubio ita diſtinguit, ſicut, inquit, credi-
tor, cui manus injectio, etiam privata au-
thoritate permiſſa eſt, habet duplicem viã:
unam

unam implorando officium judicis nobi-
le pro immiſſione in bona debitoris, &
alteram pro aſſociatione familiarium vel
miniſterialium judicis, quorum ſatellitio
ſtipatus, ipſe ſecuriùs poſſit ingredi, *per ea, quæ tradit Salic in d l. creditores. n. 30.* ita prio-
re caſu qualis qualis petitio in ſcriptis ,p-
ponenda eſt, poſteriori verò ſufficiat ore-
tenùs explicari creditoris petitionem. *Ne-
guz. de pignor. 4. parte princip. num. 24.* Cæ-
24 terùm, in practica harum regionum, ubi
jus Saxonicum in uſu eſt, obſervatur cō-
muniter & indiſtinctè, quòd judex, ſive
oretenùs ſive in ſcriptis imploratus pro
parata executione ſuper debito liquido
pòſt moram, comminatur executionem
debitori, niſi infrà terminum judicatis
datum ſatisfaciat creditoribus. Et ſic ex
vi pacti vel ſtatuti indubitatum nunc eſt;
ad impetrandum proceſſum executivum
ſufficere qualem qualem petitionem
creditoris editam jus dicenti, neque re-
quiri ſolennem libellum, per ſuperius ad-
ducta.

25 Fallit hæc concluſio primò, in caſu,
quando de debito non conſtaret ex in-
ſtrumento, ſed vivæ vocis teſtimoniis de-
mùm veniret liquidandum, quod debeti
ſibi petitor intendit, tunc quidem, quia
ad teſtium receptionem ſine ordinario
proceſſu regulariter deveniri non poteſt,
neceſſaria eſt libelli interpoſitio, & litis
conteſtatio, cum aliis ſolennibus, deſcri-
ptis *in auth. offeratur. ff de litis conteſt. ac fa-
cit c. quoniam frequenter, & totus tit. ext. ut
lite non conteſt.* Hanc limitationem tra-
dunt Bartol. *in d l. creditores. 9. num. 26.
Salicetus 27. & 30. & Neguzantius de pignor.
4. parte princip. n. 23.* adeò, quia non audire-
tur petens paratam executionem ſuper eo
debito, quod nondum liquet, ſed per te-
ſtes demùm probandum veniret: Is enim
ad ordinarium proceſſum remittendus
eſſet. *Boërius deciſ. 295. num. 7. per l. 1. & 2.
C. de execut rei judic. Qua de re latiùs in pri-
mo capite hujus tertiæ Partis. num. 12 13. 14.
26 15. 16. 17. 18. & ſequentibus.* Licet autem
Angelus in hoc tradat cautelam, inqui-
ens, ſtante ſtatuto, quòd inſtrumenta ha-
beant paratam executionem, ſi de debito
non extet inſtrumentum, ut examinentur
teſtes, quorum dicta deinceps redigantur
in ſcripturam, quo caſu, ſecundùm eum,
illa atteſtata non minus merentur execu-
tionem paratam, quàm ſi ab initio ſuper
debito confectum inſtrumentum fuiſſet.
*Angelus l. fin. poſt gloſſ. ibi: num 4. C. de edicto
D. Adriani toll.* tamen Alexander & Jaſon,
ibidem tenent contrarium, & iſtud ve-
rius eſt, *Iaſon d. l. fin. num. 20. & Alexander
21.* Quod idem etiam tenent Caſtrenſ.
in l. noſtram. 30. num. 5. C. de teſtam. Quod
magis placet, ſicut monuimus in primo
capite hujus Partis, *num. 25.*

Fallit ſecundò juxta aliquos, quan- 27
do creditor, cui in caſu moræ per debito-
rem licentia permiſſa eſt ingrediendi &
occupandi poſſeſſionem bonorum obli-
gati, propria authoritate, intendit, me-
diante judicis miniſterio, non tantùm
ingredi & occupare, ſed & acquirere poſ-
ſeſſionem rerum invaſarum. Tunc
enim, quia tantùm eſt ordinaria conven-
tio ad ingreſſum, non autem ad acquiſi-
tionem poſſeſſionis, ad hoc, ut adipiſca-
tur poſſeſſionem creditor, requiritur pro-
ceſſus ordinarius, puta, libelli editio, litis
conteſtatio, & alia ſolennia. Iſtam limita-
tionem tradit Bart. *in l. creditores. num. 27.
& eum ſecutus Menochius de adipiſc. poſſ remed.
5. num. 155.* cùm inducta ad unum finem, 28
non debeant operari contrarium. *l. legata
inutiliter. 14. ibidemq; Bart. de adim. legat.*
Quod ſi verum eſſet, haberetur magna 29
reſtrictio ad *l. creditores.* & ibi notata Dd.
qui generaliter profitentur, eum, cui li-
centia ingrediendi eſt facta per debito-
rem, ſi ingrediatur cum permiſſu judicis,
fieri poſſeſſorem, non diſtinguendo, an
authoritas judicis per ſolennem libel-
lum, an verò per qualem qualem petitio-
nem creditoris obtenta fuerit, & ſic neq;
noſtrum eſt diſtinguere *l. non diſtinguemus.
32. de arbitr. l. de pret. 8. de public. in rem act.*
ac certè, ſi iſta Bartoli doctrina teneatur,
ordinario libello opus eſſe ad impetran-
dam acquiſitionem poſſeſſionis, tunc in
totum extinguitur, aut ſaltem multum
vacillat beneficium *l. creditores, C. de pignor.*
quod duplici privilegio munitur, uno
quidem, ut ingreſſus propria authoritate
acquirat tenutam & cuſtodiam rei, altero
verò, ut cum authoritate Præſidis occu-
pans bona, adipiſcatur poſſeſſionem, ſe-
cundùm communem intellectum Docto-
rum, *quo de atteſtatur Silicetus in l. creditores.
num. 1. circa finem, & num. 6.* Cum itaque
in textu ibidem duo dicantur, unum,

quòd ex conventione liceat creditori pri-
vata authoritate, & ſic ſine ſolenni pro-
ceſſu ingredi poſſeſſionem bonorum ob-
ligati, alterum, quòd idem creditor poſ-
ſit adipiſci, vel acquirere poſſeſſionem, re-
quiſita authoritate judicis, igitur iſtud
poſterius membrum eodem modo debet
intelligi de ſummaria inductione in
poſſeſſionem, quæ fit executivè, & ſum-
matiè, ad mandatum jus dicentis, per ejus
miniſteriales, ſine videlicet proceſſu or-
dinario, & abſque libelli propoſitione,
vel litis conteſtatione, ne videlicet una &
eadem determinatio illa duo præſuppoſi-
ta determinabilia inæqualiter determina-
re videatur. *argum l. jam hoc jure. 4. verſ.
ſed ſi aliter. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. quam-
vis. 4. C. de impub. & aliis ſubſtit.* cùm ea-
dem diſpoſitio diverſo jure cenſeri non
debeat. *l. 1. & ibi Iaſon notab. 2. ff. de rerum
permuta. ac facit l. eum qui ædes. 23. de uſu-
cap. Et hanc ſententiam communem eſſe, in
terminis tradit Rebuffus de literis obligat. art. 6.
gloſſ. 3. num. 28 pòſt Salicetum in d. l. credi-
tores. num. 6. de quo tactum fuit etiam aliquid*
30 *paulò antè. num 16. & 17.* Nec obſtat, quòd
intentio partium fuerit, in caſu motæ ſo-
lùm ingreſſum permitti, & per conſe-
quens talis actus plùs non debeat operari.
*argumento l. non omnis. 19. ibi: quoties id i-
pſum agitur ff. ſi cer. pet. l. contractus. 23 de reg.
jur.* ubi innuitur, in quibuſdam contra-
ctibus venire ſolummodò dolum, in aliis
autem cum dolo etiam culpam, niſi quid
nominatim conveniat plùs vel minùs in
obligatione partium, quia verba deno-
tant mentem, voluntatem, & propoſitum
partium. *l. Labeo. 7. §. id Tubero. ff. de ſupel-
lect. leg. juxta illud: loquere, & cognoſcam te.
Baldus in rub. extra de teſtibus, in fine.* Quia,
quantumvis *l. creditores. in princ.* innuat, ex
pacto ingrediendi nudum ingreſſum
partis permitti, non autem acquiſitionem
poſſeſſionis: tamen iſtud verum eſt in
terminis, in quibus loquitur initium,
puta, ſi creditor propria authoritate in-
volet in poſſeſſionem rerum debitoris,
ſecùs, ſi hoc faciat cum requiſitione judi-
cis, quantumvis ſummaria, & quæ expedi-
tur adjunctis creditori miniſterialibus
judicis, ea namque ſufficit, ad hoc, ut in-
greſſus ad juſſum judicis fiat poſſeſſor. *l.
juſtè 11. de acquir. poſſeſ. l. qui authore judi-
ce. 137. l. non videtur. 83. §. qui juſſu. de reg.
jur.* facit & illud contra Bartolum, quòd
miſſo in poſſeſſionem ex cauſa judica-
ti, tribuit poſſeſſionem pignorum. *Bar-
tolus in l. à divo. 15. §. ſi rerum quæ pignoris.
num 1. ff. de re judic.* cùm tamen illa miſ-
ſio ex cauſa judicati ipſa quoque expedia-
tur ſummatiè officio judicis nobili, abſq;
alio ſtrepitu & proceſſu judiciali, prout
docent omnes interpretes *in d. l. à divo. in
princip. & § ſententiam.* itaque nihil pro-
hibet, idem teneri in propoſito quæſtionis
noſtræ. Et hæc ſententia indubitata eſt
in foro Saxonico, *prout notavimus in ſe-
cundo capite hujus Partis. nu. 3. & 27. & tan-
getur infrà Parte 3. cap. 12. num. 66.*

Tertiò fallit, ſi quis petat manus inje- 31
ctionem in bona vel perſonam obligati,
virtute inſtrumenti cum alio confecti, à
quo poſſeſſor allegat ſe habere cauſam,
vel ejus prætendit ſe eſſe hæredem, tunc
enim, niſi ceſſionarius, vel procurator in
rem ſuam, item hæres, unà cum inſtru-
mento principalis debiti, ſimul etiam
offerat inſtrumentum legitimationis ſuæ,
vel ceſſionis, vel aliter in continenti ap-
pareat, jus debiti in poſſeſſorem cautionis
executivæ transſcriptum eſſe (ſicut ceſ-
ſiones, donationes, & ſimiles contractus,
ſuper juribus regulariter celebrantur in
ſcriptis, expreſſa ibidem certa cauſa tituli.
*Baldus in l. per diverſas. 22. num. 6. pòſt gloſſ.
verb venditionis. C. mandati. l. ſi nomen 4. ff.
de hæred. vel act. vend.*) tunc neque credi-
tur actori, alleganti qualitatem, ſi reus
neget. *arg. l. ſi quis inficiatus. 13. ff. depoſiti.*
neque executivè proceditur, ſed requiri-
tur libellus, non obſtante, quòd cauſa, à
principali creditore dependens, ſumma-
riam tantùm cognitionem exigebat, *ita
Bal. in l. fin. num. 42. C. de edicto D. Adr. toll.
ibidemq; Zuchardus num. 293.* cùm in judi-
ciis quantumcunque ſummariis, perſona;
qua de agitur, plenè debeat legitimari.
*l. 2. ibiq; Bartolus num. 3. C. eod. Vantius in
tract. nullitatum ſub rub. quis poſſit dicere de
nullitate. numero 44. Pariſius conſil. 11. num.
2. parte. 2. Hippolytus de Marſiliis in l. ſi quis. 5.
num. 5. & 11. ff. de quæſt. ac latiſſimè Meno-
chius de recup. poſſ. remed. 15. num. 273. Alex.
in l. à divo Pio. 15. §. ſi ſuper reb. num. 3. ff. de
re judic.* Et hanc ſententiam commu-
nem eſſe refert Decius *in d. l. fin. num. 47.
& Zuchardus 301. Felinus in cap. veniens. num.
14 extra de teſtibus. & Nevizanus conſ. 18.
n 4. ac Menochius de adipiſc. poſſ. remed. 4. n. 443.
quo de tangitur etiam in quarta Parte hujus O-
peris cap. 1. num. 74. & ſeqq.* Quantumvis
autem

autem Jaſon *in d. l. 2. num. 7. C. de edicto D. Adria. toll.* cuntra communem teneat,
32 quòd nempè legitimatio perſonæ non requirat plenariam probationem, ſed ſufficiat ſummaria & ſemiplena, *prout etiam innuit Bart. in extravag. ad reprimendũ verb. ſummariè num* 3. cùm incidens cauſa regulctur ſecundùm naturam ſui principalis. *Baldus in l. 3. in princip. ſuper addic. novis. ff. ad exhibendum Menochius de arbit. judic. qu. lib. 1. quæſt. 45. num. 9.* tamen item Menochius *de adipiſc poſſ. remed. 4. num. 446.* confutat illam ſententiam, ſuſtinendo communem. Quam quidem veriſſimam eſſe judico, niſi petitor in continenti, vel ſaltem in termino executionis, de legitimatione perſonæ ſuæ probare plenè poſſit per inſtrumentum fidedignum, quòd videlicet iſtud jus, vel nomen ipſi ceſſum, aut aliter in eundem transſcriptum fuerit. Quod ſi non faciat, ſed teſtibus probare conetur, remittendus eſt petitor ad proceſſum ordinarium, *de quo etiam cougit Baldus in l. per diverſas. 21. num. 14. C. mandati.*

33 Quartò & ultimò fallit concluſio ſuperiùs tradita: ſi creditor, cui licentia executionis publicæ vel privatæ, ſine proceſſu ſolenni, per debitorem permiſſa eſt, experiatur via ordinaria, quod poteſt, *per l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pactis.* tunc enim, quia de neceſſitate ſubſequi ſolet ſententia priuſquam deveniatur ad executionem *l. 1. & 2. C. de execut. rei judic.* ſolenni libello opus eſt. *auth. offeratur. C. de litis conteſt. & l. prolatam. 4. C. de ſentent. & interlo. omni. judic.* Quòd autem iſto caſu ſolennem proceſſum inſtituere liceat, iſtud indubitatum eſt, *per ea, quæ notant Bartolus in d. l. creditores. num. 26. §. prædicta intelligo vera. verſ. ſed fateor. Salicetus num. 29. & 30. Speculator in tit. de emphyteuſi. §. nunc aliqua. num. 6. Neguzantius de pigno 4. parte princip. numero 23. & 24. Baldus in l. minor 25. annis. 40. in princ. ff. de minor. Ruinus conſ. 165. num. 6. volum 4. Rebuffus de literis obligat. art. 6. gloſſa. 3 num. 5. Rodericus Suarezius in l. pòſt rem judicatam, 56 in princip. num. 10 & 11. de re judic. Menochius de adipiſc. poſſeſ. remedio 5. num. 161.* Et facit textus expreſſus *l. de ſubmerſis. 5. C. de naufragiis lib. 11.* in quo habetur, quòd ſuper amiſſis in naufragio mercibus, contra poſſeſſores liceat coràm competente judice vel ordinariam litem inſtituere, vel levato velo procedere. Undè alibi Baldus refert, privilegium, quòd ſummariè in cauſa procedatur, vel inchoetur proceſſus ab executione, non impedire vel oppugnare ordinem judicialem, ne conceſſum in favorem privilegiati, redundet in ipſios odium. *Bald. in l. quod favore 6. num. 1. in fine. C. de legibus.* & Innocentius ſcriptum reliquit,
quòd nunquam noceat, ordinem judicio- 34
rum ſervare, *Innoc. in c. novie. num. 2. extra de judic.* Addunt tamen Doctores, fatuum eſſe creditorem, qui, cùm poſſit remedio executivo, quod facilis eſt terminationis, uti, confugiat ad viam ordinariam. *Franciſcus Curtius junior in l. tale pactum. 40. §. qui provocavit. num. 31. ff de pactis.* cùm hæc poſterior multum habeat ambagum & difficultatis. *argum. c. finem. litibus. extra de dolo & contum. cum clem. diſpendioſam. de judiciis; & per alia quæ in prima Parte hujus Operis ca. 1. num. 10. cum ſeqq. fuerunt allegata.*

Viam ordinariam eligens, an pœnitere poſſit & devenire ad extraordinariam. 35

Cæterùm, illud non eſt abſque ſcrupulo, an creditor, qui ab initio ordinarium proceſſum inſtituit, edendo libellum ſolennem, deinde poſſit pœnitere, ac redire ad proceſſum ſummarium & executivũ? vel, an is, qui judicio, ſive ordinario, ſive ſummario proſecutus fuit ſuum jos, habeat deinde regreſſum ad viam facti, privata videlicet authoritate, ex vi conventionis, ingrediendo bonorum poſſeſſionem obligati? Breviter reſpondendum cenſeo, quòd ſemel ingreſſus viam ordinarii judicii, in poſterum ab eo recedere, & ad remedium ſummariæ executionis redire, vel prupria authoritate res debitoris invadere regulariter non poſſit. *Baldus in l. 2. num. 29. C. de ſervit. & aqua. l. æde. 3. n. 13. C. locati & in l. 1 n. 4. C. de execut. rei judic. Neguzantius de pignor in quarta Parte principali. num. 25. notat Angelus in l. nemo carcerem. 2. pòſt medium, verſ item an capi poſſit. C. de exacto. trib. lib. 10. ac ſequitur Tiraquellus in tractatu conſtituti poſſeſſorii, parte 1. numero 39. & Menochius de adipiſc. poſſeſ. remedio 5. num. 157.* Cujus rei ratio eſt, quòd, qui ſemel aſſumſit ordinarii judicii telam, cogatur in ea perſeverare, donec determinetur cauſa. *Baldus l. 1. numero 1. in fine. C. de execut. rei jud. per auth. qui ſemel. C. quomodo & quando judex.* Ha-
bet ſiquidem locum iſtud vulgatum: via, 36
quam elegiſti, tibi pateat. *l. ſi mulier 21. §. fin. ff. quod metus cauſa. cap. exhibita. in fine. ubi etiam notat Abbas, extra de judiciis.* ne videlicet ſit in poteſtate credi-
toris, judicium ſemel cœptum eludere. 37

Ss 4 argu-

argumento. l. ſi quis rem. 30. & l. ne in poteſtate. 26. de arbitr. l. ſi quis id quod 7. §. 1. de juriſd. om. judic. l. ſi prætor. 75. in fine princip. de judiciis. Cùm judicis authoritas, aut proceſſus, impunè calcari non debeat. *Bal. l. qui crimen. 3. num. 15. C. qui accuſ. non poſ-*
38 *ſunt.* Et alibi ſcriptum reliquit Baldus, quando partes procedere poſſunt ſummariè, & eligunt viam ordinariam, cauſa efficitur ordinaria. *Baldus in l. diffamari. 5. nu. 3. C. de ingen. manumiſſ.* Quod enim ſolenniter inchoatur, idem etiam ſolenniter per ſententiam eſt finiendum, *per gloſſam ſingularem in l. proinde. 15. §. notandum. verb. æſtimatæ. in fine ff. ad l. Aquil. & ita per illam gloſſam tenet Franciſcus Curtius in addit. ad Alexandrum in l. vinum. 22. circa finem, ſi*
39 *cer. petat.* Ad quod facit iſtud Bartoli, de teſtatore, qui poterat teſtari ſine ſolennitate, faciendo videlicet teſtamentum nuncupativum, ſi eligat viam in ſcriptis teſtandi, ac non valet, quod actum eſt, in vim teſtamenti ſolennis, non valebit etiam in vim teſtamenti nuncupativi. *Bartolus in l. fin. numero 3 ff. de jure codicillorum.* cùm ibi ſibi locum vindicet: quod potuit, voluit, quod voluit, non potuit. *l. mul-*
40 *tum. 6. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Et vulgò fertur, cui plura remedia competunt, ei unũ eligenti, denegari recurſum ad aliud. *l. quod in hærede 9. §. eligere ff. de tribut. act. l. cum filius. 76. §. variis de leg. 2. l. nemo ex his. 43. §. quoties. de reg. jur.* Ac quod eligens viam ordinariam, intelligatur renunciate viæ ſummariæ & executivæ, tanquam electione unius ex contrariis facta, tenet Ludo. Romanus *conſ. 133. incip. in præſuppoſito caſu. n. 2. argumento c. ut qui duas. extra de elect. in 6. & cap. 1. de poſtulat. eod. lib.* Idque innuit Romanus, indubitatè procedere, quando proceſſus principalis factus eſt cum conſenſu utriuſque partis, ab eo enim modo agendi, altera parte non ſimul annuente, recedi nequit. *d. authen qui ſemel.* non minùs atque à contractu bonæ fidei ſemel perfecto, *l. ab emptione. 58. ff. de pactis. l. ſicut. 5. C. de act. & obligat. ac facit l. poſtquam liti. 4. ubi Iaſon & alii notant. C. de pactis.* quod etiam Rebuffus ſequitur *de literis obligat. art. 6. gloſſa 3. num. 7.* Ac, ſi objiciatur, litis renunciationem permiſſam eſſe, etiam invito adverſario. *l. poſtquam liti. 4. C. de pactis.* & in terminis tradit Baldus: illi, qui de plano ac ſummariè procedere poterat, & ordinariam viam eſt ingreſſus, omiſſa proſecutione ordinaria, non denegari regreſſum ad proceſſum ſummarium: *Baldus in l. 3 num. 2. ff de milit. teſtamento. cum quo etiam tranſit Maranta de ordine judiciorum. parte 4. diſtinct. 9. num. 90. per modica fundamenta, de quibus ibi. quod & Gailius confirmare videtur in materia contumaciæ, obſervat. 60. num. 1. 2. & 3. lib. 1. ubi tradit, quòd, licet ex pluribus remediis, quibus obtunduntur contu-*
maces, petitori liceat eligere, quod vult.: tamen 41
electo uno, non denegatur regreſſus ad alia remedia, puta, quia ob contumaciam partis petiit litem haberi pro conteſtata, nihil prohibet quin poſtea variare, & pœnam banni eligere poſſit. *Gailius ubi ſupra. num. 4. ubi adjicit, ita obſervatum fuiſſe multoties in judicio Cameræ.* Verùm iſtud eſt peculiare, in caſu contumaciæ, *quo de videatur Iaſon in l. 1. num. 21. & ſequentibus. ff. ſi quis jus dicenti non obtempera.* Quamvis contra hanc ultimam ſolutionem urgeri poſſit, quòd intentato petitorio, illud ſuſpendere, & poſſeſſorii cauſam ingredi actori liberum ſit. *clem un. de cauſ. poſſ. & propriet. c. cum Eccleſia Sutrina c. cum ſuper. c. paſtoralis. extra eod.* Sed illud etiam ſpeciale eſt, favore videlicet perſonarum ſpoliatarum, & in odium ſpoliantium, ut notant Domini de Rota *in tit. de cauſ. poſſ. & propriet. Deciſ. 8. in novis. num. 2. de quo videantur quæ dicta fuerunt in prima Parte hujus Tractatus cap. 8. num. 48.* Poteſt & aliter ad hoc ultimum reſponderi, quòd videlicet poſſeſſorium ſit pinguius quam petitorium, eoque mediante, facilius pervenimus ad recuperandam vel adipiſcendam poſſeſſionem rei, prò qua agimus, *argum. l. is qui deſtinavit 24. de rei vindic. cum l. ordinarii. 13. C. eod. l. incerti. 3. C. de interdictis.* ita, ut relicto proceſſu ordinario, ad executivam redire viam petitori non videatur denegandum eſſe. *Rebuffus de literis obligat. artic. 6. gloſſa 3. num. 7. & artic. 6. gloſſa 1. num. 21. adducendo gloſſam, ſecundùm ipſum ſingularem, in clem. ſæpè. verb. partibus de verbo. ſignif. & Andream de Barbatia in clem. 1. num. 5. de libellis oblat. cum Felino. in c. ſi quis. num. 3. §. item legato. verſ. nec obſtat ratio. de foro compet. adducit & Romanum conſ. 133. num. 2. qui tamen totum contrarium*
aſtruit. Sed reſponderi poteſt, contraria 42
fortè procedere, quando actor, deſerta & renunciata prima inſtantia, novam inſtantiam inchoat, refuſis tamen anteà expen-

ſis prio-

ſis prioris inſtantiæ, *per ea, quæ notant Dd. in cap. examinata. maximè Andreas de Barbatia. numero. 18. extra de judic. Baldus in l. poſtquam liti. 4. numero 12. C. de pactis & authen. contra qui propriam. num. 2. de non num. pecun.* quòd & ipſemet Rebuffus innuere videtur, de literis obligat. *articul. 6. gloſſa 3. numero 7. & d articul. 2. gloſſa 1. num. 21.* Ac ſanè Maranta *in loco prædicto. numero 90.* reſtringit, dictum ſuum, quòd tunc de-
43 mùm habet locum, quando actor haud ita pridem incepiſſet ordinariè procede-
44 re, & ſecùs eſſe, quando expreſſus partium conſenſus ex actis colligeretur, & diu duraſſet. *Maranta ubi ſuprà parte 4. diſtinctio. 9. nùmero 90. & 97.* Quod autem objicit Baldus, per electionem unius remedii ex pluribus, non intelligi renunciatum aliis, adeoque non præcidi creditori facultatem, derelicto primo, rurſum tranſeundi vel divertendi ad alia, Baldus *in. d. l. fin. numero 7. C. de edicto D. Adriani toll.* ubi in ſpecie tradit, creditorem, qui propria authoritate poterat facere ingreſſum, adeundo judicem non intelligi renunciaſſe facultati rem accipiendi extrajudicialiter, & manu propria. *Decius ubi ſuprà d. l. fin. & idem Decius conſ. 460. num. 7.* ac alibi tradit Jaſon, quòd, qui ſua authoritate poterat expellere clandeſtinum poſſeſſorem, ſibi non præjudicet, adeundo judicem per viam interdicti. *Iaſon. l. clam poſſidere. 6. §. qui ad nundinas. num. 54. ff. de acquir. poſſeſſ. quem ſequitur Menochius de adipiſc. poſſeſſ. remedio 4. num. 424. & ſequentibus. ac faciunt l. perſecutione. 24. C. de pignor. & alia quæ in hunc finem fuerant allegata in prima Parte hujus Operis, capite 8. numer. 38. & 39. cum ſequentibus.* Quia, *ut ibidem nu.*
45 *47. oſtenditur,* in contrariis creditor per electionem primi, vel ordinarii juris remedii, non poterat ſatisfactionem conſequi, ideò nihil prohibebat, quin eidem ad alias vias regreſſus pateret, ſecùs eſt, ubi per primum remedium plenè poteſt conſuli creditoribus: tunc enim, uno electo, tollitur aliud *d. l. quod in hæredem. 9. §. eligere. de tribut. act. cum aliis concordantibus. & diximus in prima Parte hujus Operis, capite 8. numero 43. 44.* Atqui in dubio non præſumitur, quòd actor per ordinariam actionem non ſit conſecuturus ſuum, ſi modò in lite perſeveraverit uſque ad finem, *authen. qui ſemel. C. quomodo & quando judex.* ex quo enim nemo intelligitur inſtituiſſe litem adverſus eum, cum quo inaniter agitur. *l. nam is nullam. 6. ff. de dolo. juncta l. cum de indebito. 25. de probatio.* ideò ſubſequens executio, tanquam ultimus actus judicialis, petitionem creditoris ad effectum transfert. *l. executorem. 8. C. de execut. rei judic. cum l. pòſt rem judicatam. 56 ff. de re judic.* Nec obſtat, ſi dicatur, quod in proceſſu ordinario tardiùs conſequetur creditor ſuũ, quam ex proceſſu executivo, propter ſubterfugia rei: ſiquidem ab initio cogitare debuit, ac, ſi non fecit, eſt, quod ſibi imputet proceſſus retardationem. *argumento. c. damnum. extra de reg.*
jur. in 6. Hinc eſt, quod legitur, inhæ- 46
rentem pignori non poſſe implorare à judice capturam perſonæ. *Bartolus in l. creditor. numero 2. ff. ſi cer. petat.* cùm pignus per ſe intelligatur ſufficiens, & in eo plùs tradatur ſecuritatis, quàm in perſona obligati, *l. cautionis. 25. l minùs. 154. de reg. jur. l. ſi fundus. 16 §. in vindicatione. de pignor. & §. furti. Inſtit. de obligat. quæ ex del. naſc.* Ac, ſi inſtetur, quòd, iſta ſolutione præſuppoſita pro vera, nunquam eventurum ſit, ut inſtituenti proceſſum ordinarium liceat redire ad aliud remedium ipſi de jure competens; & ſic executione defraudabitur quaſi in æternum,
iſtud negatur. Quid enim, ſi reus in 47
ordinario judicio pulſatus non faciat ſui conveniendi copiam? certè dimiſſa via ordinaria, tunc petitori, cui jus manus injectionis competit ex pacto vel ſtatuto, licebit ad extraordinarium, puta ſequeſtrationis, vel aliud remedium executivum in perſonam vel bona debitoris confugere, ut denuò ipſi ſatisfiat. *ita Baldus pòſt gloſſam in l. un. numero 2. C. de prohib. pecun. ſequeſtr. & Innocentius in ca. ex literis nu. 2. extra de dolo & contum. ac facit cap. quoniam frequenter. §. fin. ibi: alterutra pœna ſit contentus, ad alteram nihilominùs proceſſurus, ſi iſtud poſtulaverit contumaciæ protervitas. extra ut lite non conteſtat. ac ſequitur Thomas Grammaticus conſ. 95. incip. in cauſa præſentationis. numero 28.* ac ſi tunc reus contra variantem velit excipere, quod lis pendeat in ordinario judicio, à quo retrocedere non permittatur. *d. l. ubi cæptum. 30. ff. de judic. & d. authen. qui ſemel.* replica-
bitur contra eum, fruſtra allegari litis 48
pendentiam ab eo, qui fuit contumax, & in judicio comparere vel reſpondere ſemper recuſaverit, atque ita ipſe-

met in

met in cauſa eſt, quod novus proceſſus ad-
verſus eum inſtituatur. *ita Baldus in l.1.nu.
33. C.commu. de legatis.* cum dolo ſuo cau-
ſam dederit variationi. *Idem Baldus in l.fin.*
49 *§.1.n.24 C.eod.* Et hoc eſt, quod Panormi-
tanus tradit contumacem in primo judi-
cio, qui non purgavit contumaciam, non
poſſe uti beneficio primę inſtantiæ, ex quo
eam non approbavit, comparendo videli-
cet. *Abbas in c. ex tenore n.8 extra de reſcript.
Et eſt de mente Bartoli in l.ſepulchri.1. n 2 ff. de
ſepulchro viol. per l. ſancimus. 15. C. de judicijs,
ac facit l. 1. §. ſcientes. de aſſert. toll.* Sic itaq;
via ordinaria uſus, non poteſt recurrere
ad extraordinarium, vel ſummarium re-
50 medium, niſi reus latitando, vel aliter do-
los nectendo, impediat, quo minus lis cę-
pta perducatur ad finem, & ita ſecurus
reddatur petitor. Quòd maximè verum
eſt, lite non conteſtata. *argumento l ſi con-
venerit 18. ff. de jurisd. om. judic. l. apertiſſimi.
16. C de judic. l. amplius non peti. 15. ff. rem
ratam haberi.* Poſteà namque deſiit res
ampliùs eſſe integra. *Butrienſis in cap. po-
ſtulaſti. n. 13. verſ. totum pendet. extra de foro
compet. per l. ſi quis poſteaquam. 7. ff. de judic.
& l. cum quædam puella 19. de jurisd om ju-
dic.* Idemque eſt, ſi fortè, reo conde- 51
mnato ad ſolvendum, non reperiantur
mobilia, immobilia, vel nomina, quæ
pro executione capi poſſunt pignori, quo
caſu, non denegatur creditori regreſſus
ad petendam à judice ſummariam manus
injectionem in perſonam, ſemper ex eo
fundamento, quia ipſi nondum eſt ſatisfa-
ctum, *Baldus in c contingit. numero 19. & 20.
extra de dolo & contum. Iaſon. l. 1. n. 21. ff. ſi
quis jus dic. non obtemp.* Ex quo infertur et- 52
iam vice verſa, quòd ei, qui ex forma ſta-
tuti impetravit areſtationem rerum debi-
toris, nihilominùs liberum ſit, ordinario
judicio proſequi ſuum jus, aut debitum.
*Baldus l. qui legati 5. n. 1. C. ut in poſſeſſ. le-
gat.* cùm per detentionem bonorum ob-
ligati, areſtator nondum receperit ſuum.
*argumento l. nepoti, 6. in fin. ff. de fundo inſtru.
ac ſequitur Abbas in d. c. ex tenore. num. 8. ibi-
demq; Felinus numero.15. de reſcrip. Antonius de
Butrio in d. c. poſtulaſti.n.13.verſ.ad hoc
quod notat Bartol. extra de
foro compet.*

SUMMARIUM
CAPITIS VI.

1. *Iudicati & inſtrumentorum executivorum dilatio ad ſolvendum olim erat arbitraria.* 2. *hodiè eſt quadrimeſtris, & de jure Saxonico trium quaterdenarum regulariter. num. 7.*

3. Mox, ſtatim, *denotant extremitatem temporis, & innuunt, ſine mora quid fieri, item intelliguntur ad longum biduo. numero 4.*

5. Mox, illicò, *& ſimilia denotant ſummariam executionem.*

6. Mox, illicò, *important tempus arbitrio judicis determinandum.*

7. *Iudex habens liberum arbitrium debet tamen illud reſtringere ſecundùm leges.*

8. *Inſtrumentum executivum etiamſi dictet, quod ſtatim altero die poſt moram execuetur: tamen non excludit terminum, miſerationis gratia indultum debitoribus.*

9. *Tempus judicatis datum non poteſt coarctari, niſi concurrat aliqua probabilis cauſa, quæ coarctationem termini ſuadeat. nu. 10. ampliari autem vel extendi poteſt etiam ſine cauſa n.16.*

11. *Peregrino creditori brevior terminus pro executione contra debitorem aſſignandus, quàm alteri incolæ.*

12. *Pauperi longior terminus pro executione aſſignandus, quàm diviti.*

13. *Quantitas litis magna, in qua reus eſt condemnatus, expedit longiorem dilationem pro executione judicati.*

14. *Executio in realibus fit in continenti non expectato tempore judicati.*

15. *Terminus legalis abſq; miniſterio judicis non poteſt reſtringi: Secùs, ſi mediante miniſterio judicis detur. ubi explicatur antinomia l. 2. & 4. §. ſi quis condemnatus. de re jud. n.16.*

17. *Iudex ſemper præſumitur moveri ex juſta cauſa.*

18. *Dilatio ad executionem cùm reſtrictior data eſt, quàm à lege competat, non eſt ipſo jure nulla, ideò qui ſe gravatum putat, appellet.*

19. *Fuga debitoris vel actualis vel præparata facit, ut dilatio judicati nulla detur, ne quidem legatis.*

20. *Præceptum executivum in quo differat à reſcripto.*

21. *Reſcripta emanant ſine cauſæ cognitione, cum clauſula: Si preces veritate nitantur,*

a tſi, non

ac, ſi non exprimitur, ſaltem tacitè ſub-
intelligitur. 22.

23. Præcepta executiva non dantur niſi cum cau-
ſæ cognitione.

24. Clauſula, Si te gravatum ſenſeris, compa-
reas tali die, inſeritur de neceſſitate in re-
ſcriptis, aliàs impunè ſpernuntur.

CAPUT SEXTUM.

DE PRÆCEPTO EX-
ecutivo.

Tempus rei judicatæ & an prorogari poſſit.

1 VISO & perlecto inſtrumento de-
biti ſuper quo creditor paratam
executionem in bona obligati pe-
tit, judex facit præceptum executivum
debitori, deſignando ipſi certum termi-
num, infrà quem ſatisfiat creditori, cum
comminatione paratæ executionis in e-
ve[illegible]um moræ, ad quam videndum, & ad
op[illegible]nendum, ſi quas habet exceptiones,
citat reum, *Bal. in l. error. 7. num. 9. C. de
juris & facti ignor. ac in l. 1. num. 4. & l. non fa-
tetur. 2. num. 5. ff. de confeſſ. & Specul. in tit. de
ſentent. & quæ ipſam ſequuntur. §. ſpecies. nu.* 4.
& de forma hujus præcepti videantur quę
inferiùs tradam *capite 8. num. 12. & 13.*
2 Eratque olim iſtud tempus arbitrarium,
quod judicatis indulgebatur miſerationis
gratia, *l. debitoribus. 31. ff. de re judic.* & ex-
tendebatur etiam ad eum caſum, quando
vel ſtatutum vel cōventio partium dicta-
rent, quòd mox, illicò, vel ſtatim pòſt mo-
ram liceat paratam executionem, vel ma-
nusjectionem intendere in bona obliga-
ti, *Bald. in l. 3. §. eum igitur. num. 2. de vi &*
3 *vi armata.* Quantumvis enim iſta voca-
bula denotant extremitatem temporis, ad-
eoque videntur importare, quod execu-
tio fieri debeat ex tunc, ſine omni ulte-
riore mora & temporis intervallo, ſecun-
dùm Jaſonem *in l. arrogato. 40. num. 10.
ff. de adoption. pòſt Bartolum, Salicetum &
alios in l. 1. ſi cert. pet. & eſt gloſſa in d. l. mo-
mentaneæ. 8. C. unde vi. ac melior de jure gloſſa
in authen. de inceſt. nupt. verb. mox imminere.
collat. 2. & in l. ſi pater captus. 29. ff. de vulg.
& pupil. ſubſtit. Bal. in l. Quoniam nonnulli 18.
per illum textum in verb. mox. C. de appellat.*
4 ubi vult, quòd pòſt deſertam appellatio-
nem ſtatim & in continenti debeat fieri
executio contrà condemnatum, ita, ut nō
ſit habiturus quadrimeſtre tempus ad ſol-
vendum, ſed eo ipſo die, quo incidit mo-
ra, vel ſaltem ſequenti die facienda videa-
tur executio. *argumen. l. eum qui Kalendis.
4. ff. de verb. oblig. & l. inter illam. 217. §. item
ita data. de verb. ſignif. ubi promiſſio faciendi
in diebus, ſi nihil aliud ſit adjectum, intelligi-
tur de biduo. argu. l. libertas. 17. §. fin. de ma-
numiſſis teſtam. l. ubi numerus. 12. de teſtibus.*
aut ſaltem, inſpecta diſtantia locorum,
quàm citò commodè fieri poterit. *arg. ca.
quamvis extr. de elect. in 6.* tamen iſtud non
eſt ita abſolutum, quin nonnunquam hæ
voces, *mox, illicò*, confeſtim, idem ſonent, 5
quòd verbum ſummariè; ita, ut in propo-
ſito denotetur ſummaria executio, in qua
non requiritur ſolennitas judicialis, nec
admittitur aliqua exceptio, maximè re-
quirens altiorem indaginem. *Bart. in l.
momentaneæ. 8. num. 2. C. unde vi. & in l. 1.
C. quorum bonorum. & gloſſ. verbi, illicò in l.
meminerint. 6. C. unde vi. ac fac. l. ſi quis vel
pecunias. 11. §. ſed & ſi ex utraq. in verb. quàm
celerrimè ſine obſtaculo reſtituantur. juncto §.
quod ſi in ſcriptis. in verb. res depoſitas quàm
ocyſſimè recuperare. C. depoſiti.* interdum et- 6
iam importent arbitrium judicis, tanquam
boni viri. *arg. l. 1. item ſi ita. verſ.* & quod
dixi in continenti, intelligendum cum
aliquo ſpacio. *ff. ad l. Falc.* ut videlicet jus
dicens, ſecundùm ſubjectam materiam,
& perſonarum conditionem determinet
tempus, infrà quod actus expediendus ve-
nit. *argumen. l ſi is à quo 3. in princ. ut in poſſ.
legat. ac notat Iaſ. in l. edita. 3. num. 30. C. de
edendo. Abbas in c. 1. num. 15. extra de mutuis
petit. & in c. veniens. 2 num. 12. de teſtibus.
Baldus in l. 3. §. cum igitur. numero 2. ff. de
vi & vi armata.* hoc eſt, nec minimum
nec maximum temporis ſpacium, ſed
moderatum, & tale, quod magis intelle-
ctu percipi, quàm elocutione exprimi po-
teſt. *[illegible]ratum. 13. l. quod dicimus. 105. de ſolu-
tion. & l. continuus. 137. §. cum ita. 2. de ver-
borum obligation. l. ſi debitori. 21. de judiciis. l.
debitoribus. 31. de re judic.* Ubicunque
tamen certum intervallum temporis, mi-
ſerationis gratia debitoribus indulti, re-
peritur à lege vel ſtatuto definitum, bon[?] 7
vi[illegible] arbitrium ſuum non conformat ad

voluntatem proprii capitis, ſed ad diſpo-
ſitionem legis vel ſtatuti, *ſecundùm Iaſon. in l. ſi convenerit. 18. num. 38. ibidemq; Alexandrum 14. de jurud. om. judit. ac notat Bartolus in extravaganti ad reprimendũ. verſ. videbitur. num. 2. per l. vir bonus. 18. ff judic ſolvi. l. ſi ſocietatem. 6. §. arbitrorum pro ſocio. & l. 1. de arbitris. de quo latiùs in quarta Parte hujus Operis, capite 2. num. 15.*

Differ. jur. civ. & Sax. 56. lib 1. Zobel. part. 1. differ. 45. nu. 4. & num. 6. in ſeq diff. Vide & infra n. 14

Sicut autem de jure Codicis hodie iſtud tempus eſt limitatum ad 4. menſes. *l. 2. & l. fin. C. de uſuris rei judic.* [ubi dicitur reis condemnatis 4. menſes ad ſolvendum debitum concedendos eſſe, eoſque, niſi ex magna cauſa judicem coarctare non poſſe:] ita in his provinciis dilatio, quæ datur judicatis, item confeſſis, vel convictis de debito per inſtrumentum executivum, reſtringitur per jus noſtrum Saxonicum ad unam quindenam, de communi conſuetudine verò ad ſex hebdomadas cum tribus diebus. Landrecht *lib. 1. artic 70. juncta ibi gloſſa. num 9. & lib. 2. artic. 24. in princip.*
8 *ac facit.* Weichbild. *artic. 27. & 64.* Et ita ſępiùs practicari vidi, etiam in caſu, quando inſtrumentum executivum dictabat, quòd ſtatim altero die pòſt moram fieret executio. Cùm enim debitor quantumcunque de debito convictus, non poſſit ſtatim cum ſacco paratus ad ſolutionem venire. *d. l. quod dicimus. in fine. de ſolut.* me-
9 ritò obſervatur judicati tempus, infrà quod exigendus debitor non eſt, licet ſponte, ſi velit, ſe ab obligatione liberare poſſit. *l. intra dies. 7. ff de re judic.* niſi fortè in literis obligatoriis huic beneficio dilationis legalis in ſpecie renunciaviſſet, quod facere potuit. *l. ſi quis in conſcribendo. 29. C. de pactis.* etiamſi Cornarius *de execut. inſtru. quæſt. 42. num. 80.* in executione pacti teneat contrarium. Sed magis diſputabile eſt, an illud tempus judicati, quod a lege vel ſtatuto tribuitur debitoribus miſerationis gratia, in eorum præjudicium poſſit coarctari? Super qua quæſtione accipite hanc concluſionem, quòd regulariter tempora judicati ſervanda ſint, & antè eorum lapſum non divertatur ad executionem, ſed ſiquidem temerario quodam auſu minùs ſpacium ſtatuit judex tempore legitimo, repleatur ex lege, quod ſententiæ judicis deeſt. Sin autem ampliorem numerum dierum ſua definitione judex complexus eſt, computatur reo non tantùm legitimum tempus, ſed & quod ſuper id judex præſtitit *l. 4. §. ſi condemnatus. ff. de re judic.* cùm judex alligatus ſit ad leges & conſtitutiones. *Inſtit. de offic. judic. in princip. ac facit c. indultum. extra de reg. jur. in 6. ubi notat Dynus num. 4. per l. 1. verſ neq; enim prætoris factum juris derogare debes ff. de ſervit. cum ſimilibus. ac notatur in quarta Parte noſtri Operis, capite*
2 num. 15. Et iſta ſententia communi- 10
ter in practica harum regionum obſervatur: niſi fortè litis quantitas, aut perſonarum qualitas & conditio diverſum, puta, vel coarctationem, vel prorogationem termini judicatis dandi ſuaſerit. *l. 2. ibi: judex non ſemper tempus judicati ſervat, ſed nonnunquam prorogat pro cauſæ qualitate & quantitate, item pro perſonarum obſequio vel contumacia. ff. re judic. ac facit c. quod ad conſultationem. §. ſed nec executionem. in verbis tempus quadrimeſtre nonnunquam arctari à ſedente pro tribunali, interdum etiam prorogari*
poteſt. extra de ſenteut. & re judic. id 11
enim, ſi creditor, è longinquis regionibus veniens, oſtendat judici inſtrumentum debitoris vel publicum, vel ſaltem recognitum pro ſuo idiochiro & ſigillo? iſto caſu judex probabilem cauſam habet, tẽpus judicati abbreviandi, ne videlicet debitor extraneus cum magno ſuo diſpendio per quadrimeſtre vel ſimile tempus, quod à ſtatuto convictis indulgetur, in loco aditi judicis commorari, & ſua neceſſaria negligere cogatur, hæc, inquam, eſt juſta cauſa reſtringendi terminum legalem, condemnatis vel confeſſis indultum, *d. l. 2. & d. cap quod ad conſultatio-*
nem. Econtrà, ſi creditor fortè polleat 12
facultatibus, prematur autem inopia debitor, poterit iterum jus dicens, attenta illa cauſa paupertatis, ex officio tempus ad ſolvendum etiam longius quadrimeſtri præfigere convicto, *gloſſa verbi. quantitas*
d. l. 2. per textum in verb. perſonarum. Sic pro 13
magna quantitate, in qua proceſſit condemnatio, probabilis cauſa eſt ampliandi terminum judicati, & viciſſim pro parva quantitate, quæ in judicium diducitur, legitimam habet cauſam judex dilationis reſtringendæ, *gloſſ. verbi quantitate. in d. l. 2. per l. in fraudem. 45 §. qui pro alio 9. verſ. fiſcalibus. ibi. in majoribus ſummis tres menſes, in minoribus non plùs, quàm duos, pro dilatione ad comparandas pecunias dandas eſſe debitorib.*
fiſcalibus ff. de jure fiſci. Sic, quantumvis 14
adverſus condemnatum rei vindicatione, executio reſtitutionis in continenti expeditur: tamen ſi allegat victus, ſe in

præſenti

præſenti teſtituere non poſſe, laxius illi
ſpacium indulget judex. *§. ſi in rem. juncto*
§. ſed ſi poſſeſſos neget. Inſtit. de offic judic. Cæ-
15 terum iſto caſu, quicquid ſit de jure civili,
in foro noſtro Saxonico ſemper vidi,
condemnatis etiam reali judicio termi-
num legalem eodem modo, ſicut in per-
ſonalibus, dari, puta, trium quaterdena-
rum. Scio equidem Doctores circa con-
cordiam iſtarum duarum antinomiarum,
in l. 2. & l. 4. §. ſi quis condemnatus. de re ju-
dic. alia ſolutione uti, quòd nimirùm,
d. l. 4. §. ſi quis. loquatur in tempore le-
gali, quòd immediatè ipſa lex indulget
condemnatis, abſque omni judicis mini-
ſterio vel tacito, vel expreſſo: contrà ve-
rò *d. l. 2.* locum habeat in dilatione, quæ
datur quidem à lege, ſed mediatè, puta,
concurrente judicis miniſterio, illam e-
nim, ſecundùm eos, poteſt judex vel ex-
tendere, vel reſtringere pro arbitrio. *Abbas*
in dicto capite. quod ad conſultationem num. 16.
& fuit hæc ſolutio originaliter Bartoli *in*
d. l. 2. num. 1. & ibi Iohannis de Imola, quam
probat ibidem Franciſcus Riba. numero 1. & Ale-
xander. 5. verſic. quarta fuit. verbo. idem te-
nuit. ff. de re judic. ubi addit Alexander,
iſtam ſolutionem & intellectum com-
16 muniter teneri. De cujus tamen diſtin-
ctionis veritate ego non parùm dubito, ſi-
ve enim præſupponamus, tempus judica-
tis indultum proditum eſſe à lege, ſine mi-
niſterio judicis, ſive cum ejus miniſterio:
tamen utraque lex, *puta. l. 2. & 4. § ſi quis*
condemnatus. loquitur ſuper eodem caſu,
in termino videlicet dando judicatis cau-
ſa miſerationis, ac nihilominùs *l. 2. deci-*
dit, judicem poſſe illud tempus coarctare
& extendere. econtrà *l. 4. §. ſi quis.* totum
contrarium innuit. Et huc accedit, quod
utraque lex eſt Ulpiani, & ſituatur ſub
uno eodemque rubro, vel titulo, atque
ita non præſumitur immemor Juriſcon-
ſultus fuiſſe unius vel alterius ſuæ deciſio-
nis. *Baldus in l. penult. circa finem. C per*
quas perſon. nob. acquir. ideò prior ſolutio,
ſalvis tamen judiciis rectiùs ſentientium,
magis placet, quòd videlicet ſine juſta &
à legibus approbata cauſa, judex coarcta-
re terminum legis datum judicatis non
poſſit, & ita loquitur *l. 4. §. ſi quis conde-*
mnatus, ex cauſa autem valeat, & ſic pro-
cedit *l. 2. de re judic.* Ac, ſi urgeatur, hac
ſolutione præſuppoſita pro vera, ſaltem
illud negari non poſſe, quin ſaltem judici,
etiam ſine cauſa, liceat ampliorem tem-
pore legali dilationem concedere, iſtud
enim expreſsè firmare videtur textus *d. l.*
4. §. ſi quis condem. verſ. ſin autem ampliorem.
Verùm negatur antecedens, ſiquidem
iſtud non dicitur in altera, quod abſque
cauſa poſſit dilatare, & licet generaliter
loquatur: tamen quantumcunque gene-
raliter loquentes, recipiunt reſtrictionem
& interpretationem ſecundùm alias con-
ſtitutiones ſpecialiter loquentes, *gloſſ. l.*
de precio. 8. de Publ. in rem act. Angel. in l.
quamvis. 12. ff. de in jus voc. num. 2. per illum
text. verbis: licet edicti verba non patiantur.
Quia itaque in *d. l. 2.* quæ ejuſdem eſt Ul-
piani, ad alterandum tempus judicati ex-
igitur legitima cauſa, ideò dicta genera-
litas *l. 4. §. ſi quis condemnatus. verſ. ſin autem*
ampliorem, intelligenda eſt in caſu ſubſi-
ſtentis alicujus legitimæ cauſæ. Poteſt
enim reſponderi, quòd tempus judicati
favore reorum proditum ſit, ratione
commiſerationis, ne videlicet ob brevi-
tatem dilationis ad ſolvendum indultæ,
præcipitentur in anguſtias. *l. debitoribus.*
31. de re judic. l. ſi debitori. 21. de judic. l. quod
dicimus. 105. l. ratione de ſolut. ideò, ſicut
iſtud beneficium legis ipſis non poteſt au-
ferri ab homine, ſine juſta & legitima
cauſa. *cap. indultum. extra de re jur. in 6.* ne,
quod ipſorum favore inductum eſt, hoc
in eorundem odium retorqueatur, *l. quod*
favore. 6. C. de ll. ita nihil prohibet, iſtum
favorem ampliari. *cap. odia. extra de reg.*
jur. in 6. l. cum quidam. 19. ff. de lib. & poſthu.
etiamſi fortè nulla legitima cauſa in
medium adferri poſſet. *d. l. 4. §. ſi quis.*
verſ. ſin autem ampliorem. Et quia ſemper 17
in judice præſumitur juſta cauſa. *cap. in*
præſentia. extra de renunciation. cap. in noſtra.
de teſtibus. & c. cauſam quæ. de re jud. Dum-
modò ſuper actu, ſolito judicialiter exer-
ceri, judicialiter, & non extrajudicialiter
proceſſerit, *per gloſſ. in c. conquerente. verb.*
experiri, ubi etiam notat Panormit. nu. 3. &
7. ac facit cap. poſt ceſſionem. in princip. extra
de probat. & l. penult. §. prætor. de juſt. & ju-
re, & latè Gabrielius in communibus concluſ.
lib. 5. de reſtitut. ſpoliat. concluſ. 1. num. 108.
cum ſequentibus, ſciendum eſt, quando ju- 18
dex per ſuum interlocutum vel decretum
prorogat aut reſtringit terminum lega-
lem, quòd iſtud non ſit ipſo jure nullum,
ideoque, qui ſe per hoc gravatum putat, à
tali præcepto appellare debet, aliàs ſiqui-

dem eſt, quòd ſibi debitor imputet quare
iſti interlocuto acquieverit, *l. ad ſolutio-*
nem. 5. C. de re judic. & ſic amplius bene-
ficium contemſiſſe intelligitur, *etxtus eſt*
pro hoc clarus in d. c. quod ad conſultationem,
extrà eod. quia infrà tempora appellantib.
à jure præſcripta non appellavit. *Panormi-*
tanus in d. c. quod ad, num. 7. & Antonius de
Butrio. 5. & ſequitur iſtud dictum Ioannes de
Imol. in l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re ju-
dic. Quæ ſententia communis eſt, teſte
Felino *in d. c. quod ad conſultationem. num.*
8. de quo plura in prima Parte hujus Ope-
ris, *capite 2, num. 3. 4. 5. & 6.* Atque
ita habetur ad concluſionem ſuperiùs
traditam prima declaratio, quòd videlicet
judex ex cauſa terminum legalem altera-
re poſſit, ſive dilatando, ſive reſtringen-
19 do illum. Fallit ſecundò, ſi debitor
fortè de fuga, item dilapidatione, vel ali-
ter ſit ſuſpectus, tunc enim ſtatim pòſt
moram, non expectato tempore judicati,
ad inſtantiam creditoris proceditur ad
manus injectionem contrà res, vel etiam
perſonam debitoris, per viam ſequeſtri,
vel areſtationis, aut etiam carcerationis,
ſecundùm exigentiam ſtatuti, vel conſue-
tudinis, in loco vigentis, *ſecundùm ea, quæ*
in ſecundo capite primæ Partis hujus Operis. nu.
122, 123. cum ſequentibus. uſq. ad numerum
20 *134. incluſivè latiùs explicavimus.* Eſt autem
hoc noſtrum præceptum de ſolvendo ex
vi pacti, vel ſtatuti executivi, in hoc di-
verſum à præcepto vel reſcripto, quod e-
manat ad preces, Imperatori vel alteri ſu-
periori oblatas, *de quibus in l. e. & per to-*
tum. C. de precibus Imperator. off. & l. 1, ac per
totum. C. de diverſ. reſcrip. & extra de reſcri-
ptis, de quo habetur in prima Parte Operis no-
ſtri. c. 2. num. 265. cum ſequentib. tùm, quia
in hoc poſteriore nulla prorſus præceſſit
cauſæ cognitio, ſed creditum fuit ſolis
narratis ſupplicantis, & plerumque ex ab-
21 rupto emanant cum illa clauſula: ſi preces
veritate nitantur, *l. univerſa. 7. in princ. C.*
de diverſ. reſcript. l. & ſi cognitio, ſed executio
mandatur de veritate precum inquiri oportet. 4.
22 *C. ſi contra jus vel util. pub.* Quæ clauſula
in præmemoratis reſcriptis, vel præce-
ptis executivis, ſemper intelligitur ſaltem
tacitè, quantumvis in mandato expreſsè
non inſeratur. *c. ex parte. §. verùm extrà de*
reſcript. & traditum fuit ſuperiùs in prima
Parte *capite 2. numero 278. cum ſequentib.* In
noſtro autem præcepto executivo inter- 23
venit cauſæ cognitio ſaltē ſumaria, ac ſi nō
plena, tamen ſemiplena, vel qualis qualis
probatio, movens judicem ad commi-
nandum paratam executionem, in even-
tum non obſervatæ vel cuſtoditæ fidei,
prout ex requiſitis hactenùs enumeratis
videre licet, tùm etiam, quia in dictis re-
ſcriptis, ad ſolas preces ſupplicantium
extortis, regulariter apponitur alia clau-
ſula juſtificatoria; Si te gravatum ſenſeris, 24
compareas tali die, ſupplementum juſtitię
accepturus. *Quo de Panormitanus in c. 1.*
numero 6. extra de cauſa poſſiſ. & pleniùs in
prima Parte hujus Operis. capite 2 numero 274.
& 275. cum ſequentibus. pòſt Marantam de or-
dine judiciorum parte 6. in rub. de ſententia.
numero 27. & 28 Noſtrum autem præce-
ptum, quo de in hac Parte tractatur, valet
abſque omni clauſula juſtificatoria, niſi
fortè quis objiciat, citationem debitoris,
quæ præcepto ſimul inſeri ſolet, ad viden-
dum videlicet in caſu contemti juſſus ju-
dicis, fieri contra ſe executionem, & ad
opponendum, ſi quas habet exceptiones
impeditivas executionis, ſupplere locum
clauſulæ ſalvatoriæ, ſicut ex ſequenti ca-
pite hoc apparebit clariùs. Undè Ma-
ranta ſcriptum reliquit, iſtud præceptum,
quod fit in eum, qui oretenùs conventus
fatetur debitum, non eſſe meram inter-
locutoriam, ſed habere vim ſententiæ
diffinitivæ, cùm diffiniat negocium prin-
cipale. *Maranta ubi ſuprà numero 28.*
pòſt Angelum in §. illud numero, 56.
authen. de hæred. &
Falcid.

SUMMA.

SUMMARIUM CAPITIS VII.

1. *Citatio partis ad videndam executionem neceſſariò præcedit, cum aſſignatione competentis termini.*
2. *Cautela pro judicibus antequam perveniatur ad præceptum executivum.*
3. *Summaria judicia non excludunt citationem partis.*
4. *Citationi cum præcepto executivo quæ inſerenda ſint.*
5. *Miſſio ſcripti hæredis ex l. fin. C. de edicto D. Adriani toll. requirit citationem.*
6. *Manus injectio, competens ex vi pacti vel ſtatuti, non datur, niſi citato priùs adverſario.*
7. *Privata authoritate cui quid permittitur, ſi is adeat ſuper eodem negocio judicem, non ægrè ferre debet citationem adverſarij.*
8. *Inſtrumentum debiti, ſuper quo judex comminatur executionem, debet in termino executionis recognoſci per debitorem.*
9. *Executionem cui comminatus eſt judex, eam evitare poteſt in termino executionis, denuò ſolvendo.*
10. *Creditor privata authoritate, ex vi pacti, occupans bonorum debitoris poſſeſſionem, citatione non indiget, ſicut nec is, qui adit judicem præaſſociatione familiarium, in quorum præſentia ipſe ingrediatur. 11. idemq́, ſi tantum petat licentiam per ſeſe ingrediendi. num. 12.*
13. *Solennitas per ſe non requiſita ad actum ſi accedat, & inutiliter, non per hoc vitiatur actus.*
14. *Mulcta propter contumaciam, in conſpectu judicis commiſſam, absq́ citatione infligi poteſt.*
15. *Areſtatio debitorum, ex vi pacti vel ſtatuti permiſſa, non requirit citationem. & nu. 17. Etiamſi de areſtatione perſonæ agatur. num. 19. & quæ ſit ratio, n. 21.*
16. *Fugitivus debitor detinetur ad inſtantiam creditoris, absque omni citatione præmiſſa.*
18. *Præceptum executivum loco monitorij eſt.*
20. *Forenſis, & alibi non poſſeſſionatus poteſt detineri cum mobilibus, donec præſtet cautionem de ſolvendo, vel ſtando juri, & rebus areſtatis non barattandis, idq́ propter metum fugæ vel diſſipationis. n. 22.*
21. *Areſtum, ſicut & ſequeſtrum, ſunt mitiora remedia, quàm executio vel miſſio in poſſeſſionem.*
22. *Executio procedit contra eos, qui habent bona durabilia in loco judicis exequentis.*
23. *Sequeſtratio non eſt durabile gravamen, quia diſſolvitur ſatisfactione partis.*
24. *Sequeſtrationis requiſita hodiè non ita exactè obſervantur.*
25. *Areſtatus, niſi areſtari faciens legitimè proſequatur jus ſuum, poteſt petere relaxationem areſti.*
26. *Præceptum de non alienando, impetratur etiam absq́ liquidatione debiti.*
27. *Ad areſti Saxonici firmitatem non requiritur aliqua citatio.*
28. *Citatus latitans, per edictum citatur, quando eſt vagabundus. num. 29. Secùs, ſi certus eſt locus ejus reſidentiæ. 30.*
31. *Executione parata inſtituta contrà bona alicujus loci, reo alibi habitante, judex ejus ordinarius requiritur pro inſinuanda ipſi citatione ad comparendum in termino executionis, & ad defendendum ibidem ſua bona. num. 41. etiamſi uterque locus pareat eidem domino. 32. idq́ non tantùm pro prima vice, ſed pro omnibus aliis actibus. 38.*
33. *Iudex fori etiam minimus major eſt quolibet alio judice non ejus loci.*
34. *Rex in ſua domo quilibet eſt, & quivis etiam minima juriſdictione munitus, actus judiciales ſuos in loco exercere poteſt.*
35. *Germania tota hodiè paret uni Monarchæ, Romano videlicet Imperatori.*
36. *Princeps citat etiam mediatos ſubditos directò, absq́ requiſitione ſuorum ſuperiorum.*
37. *Citandi forma ex alieno territorio, & quæ ſit ratio ſubſidiaria hujus citationis. 38.*
39. *Plurium ſententiæ tot ſunt, quot ſunt capita, nec poſſunt facilè ad concordiã redigi. 40.*
42. *Iuriſdictio una per aliam adjuvanda eſt: qua tamen in re magna ſæpè ſe offert difficultas.*
43. *Avocatio citatorum, ne compareant ad locum citantis, valdè periculoſa & noxia eſt citatis.*
44. *Teſtes ex alieno territorio quomodo avocandi, vel ibidem examinandi, quæ & ipſa res hodiè magna difficultate non caret.*
45. *Iudicem propitium habere, multùm utile eſt.*
46. *Iudex domicilij citat reum immediatè, etiã in alieno territorio degentem. 47.*

CAPUT SEPTIMUM.

DE CITATIONE.

De citatione.

1 SEPTIMUM requiſitum, quod in materia paratæ executionis exigitur, eſt citatio adverſatii, contra quem intendetur executio. Perlecto enim inſtrumento debiti, & reperto ſine vitio viſibili, cognitaque inde mora debitoris, & intentione creditoris, judex aditus mandat ſolutionem fieri infra certum tempus, de quo in proximè præcedente capite dictũ eſt, ac ſimul citat debitorem, ut in caſu ceſſationis, ipſe compareat tali die, pro videndo, quemadmodum parata contra ipſum decernatur executio, & ad opponendum exceptiones, ſi quas habet, remoratorias vel impeditivas executionis. Quantumvis enim ex judicato parata naſcatur executio, adeò, ut executio fiat ſine cauſæ cognitione, *ſecundùm gloſſam l. 1. C. de judic. quam allegat Marianus Socinus in tit. de citatione. art. 7. numero 22. verſ. Baldus verò. & Benedictus de* [illegible]*ijs, de guarentigijs, in ſecunda Parte principali. quæſt. 2.* niſi vel nova perſona, vel novum factum interveniat. *Socinus ubi priùs*, vel pòſt ſententiam oriatur nova exceptio priùs non objecta, vel etiam exceptio modificativa, *qua de in quarta Parte hujus Operis. cap. 1. numero 144. & 145. latiùs*: requiritur tamen citatio partis cum competentis termini aſſignatione, *l. à divo Pio, 15. ff. in venditione. ibidemq; Bar. numero 2. Iaſ. 9. Alex. 30. ff. de re judic. ac facit. l. de uno quoq;. 47. ubi etiam notat Hipppol. de Marſilijs. numero 107. ff. eod. Ferrar. in forma executionis ſententia deſinitivæ, verb. ſapient. numero 4. Angel. 2. numero 22. C. de judic. Cynus in l. ab executione. 5. numero 2. verſ. ſi verò judicis officium. C. quorum appell. non recip. Schurffius conſ. 19. numero 4. centur. 1. Marianus Socinus in tit. de citatio. artic. 7. numero 22.* [quia lædi poteſt: Ergo citandus adverſarius, *l. nam ita Divus 39. ff. de adopt.* maximè, quia pòſt ſententiam poſſunt ſuperveniſſe ipſi reo multæ defenſiones, quæ poſſunt hanc executionem impedire, utputa pactum de non petendo, tranſactionis: ſolutionis, & ſimil. *ut traditur in l. 1. C. de jur. & fact. ignor.*] Et hæc quidem practica communior eſt, quòd nempè judex, viſo & lecto inſtrumento debiti, facit præceptũ executivum de ſolvendo in certo termino, judicatis per legem dato, aliàs comminatur paratam executionem, ad quam videndum, & ad opponendum ſuas exceptiones, citat reum, ex quo pars altera, ſi aliter diceremus, lædi poſſet. *argumento l. nam ita divus. 30. ff. de adopt. ac notatur in l. 1. C. de juris & facti ignor. Ferrar. in forma libelli actionis realis. verbo. ſummariè. numero 3.* Adhibent ſaniores judices, in primis 2
circa executionem inſtrumentorum, quæ ex vi pacti vel ſtatuti paratam executionem merentur, priuſquam veniant ad præceptum executivum, etiam aliam cautelam, quæ tanquam ſecurior, mihi magis placet, quod nimirum ante omnia citant debitorem cum creditore ad ſuam audientiam, ibique ſummariè cognoſcunt de cauſa, cognitoque de liquidatione debiti, comminantur reo oretenùs executionem, faciendam adverſus eum in certo termino, niſi interim ipſe ſatisfaciat creditori. Nec obſtat, quod in ſummariis 3
judiciis jus dicens ſequitur ſolam facti veritatem, omiſſo juris civilis ordine, *Bald. in c. 1. §. inveſtitura. num. 3. in fine. de nova forma fidelitat. per c. ad petitionem. extr. de accuſat.* Siquidem non inde ſequitur, omitti poſſe citationem, tanquam juris naturalis inventum, *clem. poſt cralis. de re judic. l. ut vim. 3. ff. de juſtic. & jure. Bal. in d. l. ab executione. 5. num. 6. C. quorum appell. non recip. & in l. 1. C. de juris & facti ignor. Paulus de Caſtro in l. poſtulante. 44. numero 5. ibidemque Alex. ff. ad SC. Trebellia. Ruinus conſ. 15. numero 17. vol. 4. & conſ. 37. numero 9. vol. 5.* quantumcunque factum ſit notorium, prout hæc ſententia communis eſt, teſte Alex. *in l. à divo Pio. 15. §. in venditione numero 30. & 31. ff. de re judic.* De forma verò citandi videatur *infrà c. 8. n.* 4
30. Circa quod etiam illud obiter notandum, quòd in tali citatione cum præcepto executivo debeat inſeri ſummarius tenor, & cauſa propoſita per creditorem qualis qualis petitionis, ad hoc ut reus inſtructus veniat, cùm iſtud indubitatè in ordinariis judiciis fieri conſueverit, ut videlicet

de'icet copia libelli reò cum citatione
tranſmittatur. *Panorm. in c. cum dilecti. n.*
8. extra de dolo & contumac. Specul. tit. de
citatione. §. 1. numero 6. Bal. in l. conſenta-
neum. 2. num. 4. C. quomodo & quando judex.
Cynus in Authen. offeratur. numero 2. ibidemq;
Bart. 3. C. de litis conteſt. Maranta de ordine
judic. parte 6. tit. de citatione. numero 69. cum
ſeqq & hęc ſententia communis eſt, tàm
in civilibus, quàm in criminalibus cauſis,
ſecundum Bartol. in l. inter accuſatorem. 10 nu-
mero 6. ff. de publ. judic. maximè, quando
fit executio ſuper obligatione perſonali,
vel perſecutione pecuniaria, tunc enim
ad executionem faciendam, etiam ex cau-
ſa judicati, cauſæ cognitio requiritur: ſe-
cùs foret, ſi peteretur executio ſuper certo
aliquo prædio, quòd vindicabatur per a-
ctorem. *Cynus in d. l. ab executione. numero*
2. Rota deciſ. 24. de ſent. & re jud. in novis.
Bar. in l. 1. in fine. ff. de judic. & in l. 1. judica-
tum ſolvi. Angelus in l. habere licere. numero 1.
de evict. & l. 1. numero 28. verſ. tertia concluſio.
C. de judic. *Paulus de Caſtro. conſ. 76. num.*
2. vol. 1. Quod vel eo fortius ſentien-
dum eſt de proceſſibus executivis, quo
magis in hoc vertitur obligati præjudi-
cium & periculum, *c. ubi periculum majus.*
extra de elect. in 6. l. 1. §. 1. ff. de Carbon. e-
dict. cùm in executione judicati plenaria
cauſæ cognitiò & diſcuſſio præceſſerit.
juxta l. 1. & 2. C. de execu. rei jud. in noſtro
autem proceſſu ſuper executione inſtru-
mentorum ex ſtatuto loci, vel pactis con-
trahentium creditori indulta, ſummaria
tantùm cauſæ cognitio intervenerit. *Ang.*
in d. l. habere licere. 57. numero 1. ff. de evict.
5 Unde & circa miſſionem hæredis ſcripti
in teſtamento, carente vitio viſibili, in
poſſeſſionem bonorum hæreditariorum,
eodem modo citatio neceſſaria eſt, *Bart.*
in l. fin. numero 16. Bal. 14. Decius 3. Salic.
16. & omnes ibidem. C. de edicto D. Adriani
toll. quam ſententiam communi calculo
Doctorum, nemine repugnante, compro-
bari refert Menochius *de adipiſc. poſſ. re-*
med. 4. numero 447. & quòd illa opinio
magis communis ſit & vera, ante eum
tenuit Alex. *conſ 131 numero 1. vol. 4.* Quod
idem in omnibus aliis, quæcumeunque
ſummariis judiciis, communiter procede-
re teſtatur Jaſ. *in l. nec quicquam. 9. §. ubi de-*
cretum numero 5. & 6. ff. de offic procon. & leg.
idque de conſuetudine ita ſervari aſſeruit
Guido Papæ *deciſ. 246. numero 4.* & in
6 terminis executionis paratæ ex vi ſtatuti
vel pacti, idem profitetur Rebuffus *ad or-*
dinat. regni Gall. tomo 2 de ſentent. execut. art.
7 gloſſ. 11. numero 12. Unde Baldus alibi 7
infert: licet propria authoritate alicui
permittatur, actum expedire poſſe: tamen,
ſi adit judicem, citatio neceſſaria eſt. *Bal.*
pòſt gloſſ. in l. 2. numero 10. C. de jure emphyt.
Bart. in l. creditores. 3. numero 25. verſ aut
judex. ibidemq; Salic. 29. & Albericus de Roſate
3. C. de pignor. Et eſt ratio, quod certæ
ſint exceptiones, quæ etiam paratæ execu-
tioni opponi poſſunt. *Bal. in l. peremtorias.*
2 num. 19. C. ſententiam reſcindi non poſſe. &
Bart. omnesq; alij commentatores in l. 4. §. con-
demnatum. ff. de re judic. quo de in quarta
hujus Operis Parte fuſiùs agetur. *cap. 1. nu.*
26. & ſeqq. Facit & illud, quando inſtru- 8
mentum debiti non eſt authenticum,
ſed ex privata tantùm ſcriptura & ſigillo
conſtat, quod ad hoc, ut actualis execu-
tio fiat pro debito allegato, per captio-
nem pignorum, neceſſaria eſt, ſaltem ex
parte rei, cognitio. *Bar. pòſt gloſſ. in l. penult.*
numero 1. & 2. ff. qui bon. ced. poſſ. Cynus in l.
1. quæſt. 3. C. eod. gloſſ. l. ſcripturas. 11. C. qui
pot. in pig. hab. Urget & hoc, quòd reus 9
citatus in termino ad ſolutionem præfi-
xo, ita commonefactus de ſuo periculo,
poteſt de pecuniis conquirendis interim
cogitare, & ſolvendo denuò in termino
executionis, ſumtus, qui certè his tempo-
ribus magni ſunt, evitare. *arg. l. ſi reus pa-*
ratus. 73. ff. de procurat. l. fidejuſſor. 15. de doli
except. l. ſi debitori. 21. de judicijs & §. fin Inſtit.
de offic. jud.

Fallit primò hæc concluſio, quando 10
creditor, virtute licentiæ, ſibi per partem
conceſſæ, ſemetipſum immittit, occupan-
do videlicet poſſeſſionem bonorum obli-
gati. Tunc enim, quia judex prorſus
non aditur, ſed reſpuitur ejus auxilium,
nullæ quoque partes interveniunt judicis
in citando, cùm via facti excludat viam
juris. *l. creditores. 3. in princ. C. de pignor.*
Qua autem cautela ingreſſus iſto caſu uti
debeat, ut attentiùs defendatur in ſua poſ-
ſeſſione impetrando videlicet poſſeſſionis
iovaſæ confirmationem, videatur Bart. *in*
l. 3. §. miſſum. ff. de Carbon. edicto. de quo in
ſeq. c. 8. num. 5. & 8. fuſiùs.

Fallit ſecundò, quando creditor, virtute 11
datæ ſibi per creditorem licentiæ de in-
grediendo poſſeſſionem bonorum moro-
ſi, adit judicem, non quidem miſſionem,
vel executionem, ſed aſſociationem mi-
niſterialium ejus petendo, quorum

ſatellitio ſtipatus tutiùs, & ſecuriùs occupare valeat poſſeſſionem bonorum rei, iſta ſiquidem aſſociatio non requirit, ut aliqua debitoris citatio præcedat. *Salic. in d. l. creditores. numero 32. §. alia modo per viam aſſociationis. Neguz. de pignor. 4. quæſt. princ. numero 24. Iohan. Nevizan. conſ. 82. n. 28. Et Menoch. de adipiſc. poſſ remed. 5. num. 150.* licet Alexander de Imola innuat, etiam eo caſu citationem neceſſariam eſſe.
22 *Alex. conſ. 131. numero 6. vol. 4.* Idemque eſt, ſi creditor non quidem petat ſatellitium familiarium jus dicentis, per quos aſſocietur ad invadendam poſſeſſionem bonorum rei, ſed tantùm de urbanitate & gratia adit judicem, rogando, ut, ſicut alias hoc poterat facere ex vi pacti vel ſtatuti etiam propria authoritate, & ſine omni judicis licentia, ita tunc ipſi ſoli; cum magiſtratus permiſſu, liceat ingredi bona debitoris, pro majore videlicet cautela. *Bart. in l. creditores. numero 26.* Et hæc eſt tertia fallentia, cùm, qui authore judice poſſidet, juſtè poſſideat. *l. juſtè poſſidet 11. de acquir. poſſ.* [interpoſito ſcilicet decreto ritè ſecundum judiciarium ordinem: licet non rectè, quoad jus litigatoris: alias non *l. meminerint 6. C. unde vi l. fin. C. ſi per vim, vel alio modo,*] Hæc enim licentia creditoribus tribuitur, absque omni citatione obligati. *Bart. in d. l. creditores. numero 25. & ibi Albericus de Roſate. 5. Imola in cap potuit. numero 6. extra locati.* cùm hic ingreſſus, præmiſſa ſalutatione jus dicentis, habeatur ad inſtar ejus, qui ex vi conventionis exercetur, privata authoritate. *Bartol. Socinus conſ. 82. numero 8.*
23 *concluſ. 6. vol. 3.* Ac concordat Ruinus *conſil 152. numero 12. in fine. vol. 4.* ex quo ſolennitas per ſe non requiſita ad aliquem actum, ſi interveniat ea vitioſè, vel minus ſolenniter, non ideò reddit actum nullum. *gloſſa magna in l. vinum. 22. ſi cert. pet. Bart. in l. 1. in princ. ff. de edendo. ac facit l. unica in princip. C. de rei uxor. act.* Et quòd, quando ex civilitate, vel urbanitate judex aditur & requiritur pro licentia ingrediendi, iſtud non exigat aliquam citationem adverſarii, tradit Salicetus *in d. l. creditores. numero 30. per gloſſ. l. ut qui Reſpub. 44. verb. paſſurus in fine. ibi: ea irrequiſita. ff. ex quibus cauſ. major. & l. Quæris. 3. de natal. reſtit. Neguz. de pignor. quarta parte princip. numero 23. & 24. Iab. Neviz. conſ. 82. numero 28. Menoch. de adipiſc. poſſ. remedia 5. numero 152. Et hæc opinio communis eſt, teſte Alex. in conſ. 131. num. 4. 5. & 6. vol 4.* & Molinæus inquit: Quando prætor minùs ſolenniter concedit licentiam ei, qui ſua ſponte ingredi poterat, non irritatur ingreſſus, ex defectu ſolennitatis, cum ſaltem iſte ingreſſus, ut conventionalis, ſuſtineatur, licet non ut prætorius. *Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gl. 4. numero 48. quem refert ac ſequitur Menochius de adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 149.*

Fallit qoartò, circa mulctæ impoſitio- 14
nem, quæ intenditur contra partem, ratione contumaciæ in judicis conſpectu commiſſæ, ubi nulla cadit excuſatio. Ea namque infligi poteſt absque nova citatione contumacis. *Bartolus in l. 2. numero 13. ff. ſi quis jus dic. non obtemp. per l. 2. §. ſi quis in jus. ff. ſi quis in jus voc. non ierit. & idem Bartolus in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. de dam. infec. & in l. deſertorem. 3. de re milit.* cujus diſtinctionem probat ac ſequitur Marianus Socinus *in tract. de citatione. artic. 7. num. 31.*

Quintò fallit, quando non agitur de 15
executione vel inductione creditoris in poſſeſſionem bonorum obligati, per quam acquiritur inducto aliquod jus, ſive tenutæ, ſive poſſeſſionis, ſed tantùm de ſequeſtratione, areſto vel alia qualibet detentione rerum, aut perſonæ debitoris, puta, quando pactum inſtrumento appoſitum, aut etiam conſuetudo, vel ſtatutum dictarent, quòd debitores, poſt moram ſequeſtrare vel areſtare liceat, tunc enim ad areſtationem proceditur, quantumvis nulla præcedente vel monitione vel citatione. *Bal. in l conſentaneum. 2. num. 26. ibiq. Salic. 12. C. quomodo quando jud. Iaſ. §. 1. numero 89. Inſt. de actian. Bal. in l. 2. num. 1. C. de ſervis fugit. & in l. ſi fidejuſſ. 7. § fin. numero 1. ff. qui ſatisd. cog.* Licet autem Dd. in locis 16
modò allegatis, ut plurimùm loquantur de debitoribus fugitivis, ad quorum detentionem, prout non requiritur citatio, ne videlicet inſtruantur ad fugam, ita ſaltem cognitio ſummaria præire, & qualis qualis fides judici fieri debet de præſumta fuga debitoris. *Bal. in l ſiquis curialis. 12. in princ. C de Epiſc. & Clericu.* puta, quia ſarcinas compoſuère, vel pedem habent in ſtapedio, *ut loquitur Bal. in l. creditor. 252. numera 2. ff. ſi cert. petat. & l. quad evitandi. 3. numero 1. C. de condict. ob turp. cauſam*: tamen quoad citationem idem juris eſt, 17
etiam extra caſum fugæ, vel inopiæ debitoris, in terminis propoſiti noſtri, quando videlicet

Digitized by Google

videlicet ex vi ſtatuti, vel pacti, prodita
eſt manus injectio contra moroſum debi-
torem. Sufficit enim qualis qualis li-
quidatio debiti per inſtrumentũ, ad hoc,
18 ut decernatur ſequeſtrum vel areſtum
contra reum, abſque eo, quòd præcedat
citatio debitoris. *Bal. in c. 1. §. ſi quis verò
numero 7. de pace juram. firmanda* [Angel. de
Peruſ. *in l. ſi ſic. 75. numero 18. ff. de leg. 1. per
illum textum juncta l. cum quidam. 21. de le-
gat. 2.* ubi innuit ſtante ſtatuto; quod de-
bitor per inſtrumentum guarentigiæ ca-
piatur ad voluntatem creditoris, iſto caſu
judex, viſo inſtrumento, poterit incipere
etiam à captura perſonæ, nulla præmiſſa
19 citatione. Quod & Alexander] de Imo-
la probat, *conſ. 145. numero 1. volum. 5.* ubi
addit, tale ſtatutum valere, ſecundùm
communem opinionem, *allegat. Bartol. in
l. Titio centum 100. & ibi Caſtr. num. 2. de con-
dit. & demonſtrat. & Bald. in l. 1. numero 6.
C. qui bonis cedere poſſ.* Quod & de inſtru-
mento executivo ex conventione confir-
mat Roman. *conſ. 133. incip. præſuppoſito. n.
1. ac Roderic. Suarez. in l. poſt rem judicatam.
56. in duodecima limitatione principali numero
3. ff. de re judic. Franciſ. Ripa in l. obligatione
generali. 22. numero 20. de pignoribus.* Neq;
enim ſublata citatione, tollitur defenſio,
ſed defenſionis modus, & ordo variatur,
adeò, ut priùs expediatur executio contra
perſonam, vel res debitoris, ex vi pacti vel
ſtatuti, eaque peracta, denuò audiatur de-
bitor cum ſuis defenſionibus & exceptio-
nibus, quas contra creditorem habere in-
tendit. *Matthæus de Afflictis in conſtit. Nea-
pol. lib. 1. de cultu pacis. rub. 8. numero 17. ac
dictum fuit ſupra in prima Parte hujus Operis.
20 cap. 6. numero 69.* Et ampliatur hæc re-
ſtrictio procedere etiam contra extra-
neum & forenſem debitorem, qui tranſit
per locum ſtatuti executivi, cum equo
ſuo, vel aliis mobilibus: Nam & ipſe, abſ-
que omni prævia citatione & præcepto,
poterit areſtari, donec comparendo co-
ram judice, & negando debitum, domici-
lium ſibi elegerit, aut idoneam & accepta-
bilem creditori cautionem de ſolvendo
expoſuerit, prout tradit, hanc practicam
in Gallia uſitatam eſſe, Rebuffus *ad conſtit.
regni. rubr. de literis oblig. art. 2. gloſſ. 3. num.
70. ac notat Gailius in obſervat. 44. numero 10.
lib. 2. poſt Franciſ. Marcum deciſ. 396. parte 1.
& attigimus de eo aliquid in prima Parte hujus
Operis. cap. 2. numero 119.* [idem obſerva-
tur in Germania: quia areſta paſſim con-
tra debitores extraneos & advenas ad
ſimplicem creditoris petitionem permit-
tuntur, ad eum potiſſimum effectum, ut
creditorem ſecurum reddant debitores,
datis pignoribus, vel fidejuſſoribus, &
hujuſmodi conſuetudines valere, tenet
Franc. Marc. deciſ. 396. in pr. par. 1.] De
cujus tamen dicti veritate ego nonnihil
ſubdubito, cùm ſtatutum non liget foren-
ſes, & ita tranſeuntes cum rebus mobili-
bus per locum ſtatuti, ſecundùm ea, quæ in
ſecunda Parte hujus Operis cap. 5. fue-
runt tractata fuſiùs, & ad ſequeſtrationem
de jure civili adverſùs forenſem regulari-
ter perveniri nequeat, qui ſaltem alibi ha-
bet ſuas poſſeſſiones, niſi vel dilapidatio-
nis vel fugæ ſuſpicio ſubſit. *l. ſi fidejuſſ. 7.
§. fin. ibi: ſi perſona ſubjecta ſit, ex qua ſatis de-
ſideratur. ff. qui ſatiſd. cog.* aut fortè areſtum
forenſium, donec caveatur de ſolutione,
ſuſtineatur ratione longævæ conſuetudi-
nis, prout aſſerit alibi idem Rebuffus *ubi
ſuprà art. 6. gloſ. 3. numero 70. quo de latiùs in
1. Parte hujus Operis. cap. 4. numero 9.* Quæ 21
autem ſit ratio diverſitatis circa executio-
nem, vel aliam inductionem in poſſeſſio-
nē bonorũ obligati, quare videlicet ibidē
citatio cum præcepto executivo requira-
tur, in areſto autem ſecùs, in promtu hæc
eſt, quòd majus vertatur præjudicium cir-
ca executionem & miſſionem, quæ fit, ca-
ptis pignorib. ubi videlicet debitor exui-
tur quaſi, & nudatur ſuis bonis. *l. à divo
Pio. 15. §. in venditione. ff. de re judic.* aut ſal-
tem ſicut in miſſione bonorum accidit,
creatur domino moleſtia turbationis cir-
ca poſſeſſionem & uſum rerum ſuarum,
propter cohabitationem miſſi, *per ea quæ
tradunt omnes in l. ſi finita. 15. §. Julianus. 16.
ff. de dam. infec. & in l. Fulcinius. 7. ex quibus
cauſ. in poſſ. eatur, quo de videantur, quæ tra-
dimus infrà cap. 10. per totum.* Cæterùm in
areſto diverſum accidit, cùm res areſtatæ
non perveniant ad manus & poteſtatem
creditoris areſtantis, ſed relinquantur in
cuſtodia ipſius domini, donec lis finem
accipiat; licet autem in ſequeſtro tran-
ſeat ſaltem cuſtodia rei ſequeſtratæ ex
manibus debitoris in poteſtatem com-
miſſarii vel ſequeſtri: tamen ſufficit ad-
verſarium non poſſidere neque frui re ſe-
queſtrata, *per ea, quæ in hac ipſa parte infe-
riùs cap. 10. & 11. proſequimur latiùs.* Un-
de, quia gravius periculum vertitur cir-
ca executionem, quàm circa areſtum, vel

Digitized by Google

ſequeſtrum, ideò in illa citatio neceſſaria
eſt, hoc poſteriore verò caſu non. *argu-
men. cap. ubi majus periculum. extra de elect. in*
22 *6.* Eſt & alia ratio, quia executio fit con-
tra eos, qui habent bona ſoli, vel alia du-
rabilia in loco aditi judicis, in quæ proce-
dit executio. Forenſis autem in loco, ubi
areſtatur, & areſtari poteſt, non habet alia
bona, niſi, quæ ipſe ſecum ducit, unde, ſi
monitorium poſteriore caſu præcedere
deberet, facilè futurum eſſet, ut is medio
tempore cum rebus ſuis diſcederet, adeó-
que præceptum vel edictum citatorium
judicis haberetur ludibrio, *contrà l. fin. §.
ibi: ne ludibrio leges fiant. C. de bonis quæ lib.
l. adoptare. 37. §. cum. ff. de adopt. l fin. in fi-
ne, ibi: aliàs inane & luſorium erit prætoris im-
perium. Ne quid in loco publico* Hanc, in ſimi-
li, rationem tradit Jaſ *in §. 1. num. 89. Inſt.*
23 *de action.* Poteſt aſſignari & tertia ratio,
ex quo præjudicium illud, quod creatur
areſtato, vel ſequeſtrato non eſt durabile,
ſed ſtatim poteſt reparari in primo termi-
no, qui ſequeſtrationem petenti, & ſeque-
ſtrato aſſignatur, ubi diſputatur de juſtitia
vel injuſtitia, ſequeſtri, vel areſti, ut poſte-
riore caſu diſſolvatur penitùs. *Schurffius
conſ. 15. numero 18. & ſeqq. centur. 3. & tra-
ditur in cap. 11. hujus Partis.* item reus, cu-
jus bona ſunt areſtata, per oblationem
cautionis idoneæ, vel etiam ſatisfactio-
nis, facilè impetrat areſti relaxationem,
ita, ut nihil, aut parùm admodum ei no-
ceatur. *l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. ubi Bal. Iaſ. &
omnes. ff. qui ſatisd. cog. & traditur infrà cap.*
24 *11. numero* 81. & 83. Unde eſt, quod
requiſita ſequeſtrationis de conſuetudine
non exactè obſervari ſcriptum reliquerit
D. Gailius *d. obſervat. 44. numero 10. lib. 2.*
25 Si tamen judex, qui areſtavit debitorem
vel ejus bona, moram faceret in citando
partes ad diſputandum ſuper juſtitia, vel
injuſtitia areſti, vel non admitteret cau-
tionem fidejuſſoriam, areſtatus eo caſu,
tanquam libertate ſua ſpoliatus, poſſet à
ſuperiori petere reſtitutionem, vel rela-
xationem areſti, cui & ſuperior non in-
vitus morem gerit. *Gailius d. obſerv. 44.
numero 9. & obſer. 26. numero 23. & 4. lib. 1.*
26 Idemque eſt etiam in præceptis judicum,
de non alienando, tranſmiſſis debitori,
prout communiter fit in judiciis univer-
ſalibus. *l. divus de petit. hæred.* quorum
facilis eſt impetratio, etiam abſque eo,
quod liquidetur debitum, aut interveni-
ant alia ſolennia; hactenùs enumerata, ex
quo coràm ſuperiore nihil aliud allega-
tur, niſi intereſſe ſupplicantis, aut debi-
tum, in quo Titius ipſi ſit obnoxius, cum
ſuſpicione vergentiæ ad inopiam, ut, quia
plures habet creditores, ideò petatur, in-
hiberi reo, ne quicquam de bonis ſuis
alienet, aut diſſipet; ſuper qua implora-
tione judex aditus, ſine alia cauſæ cogni-
tione mittit literas inhibitoriales reo, in
quibus præcipit, ne quid ex ſuo patrimo-
nio, quod de præſenti poſſidet, alienet vel
diſſipet, ita, ut non requiratur præmiſſio
citationis. Et hæc eſt ſexta fallentia id-
que propter exiguitatem præjudicii, cùm
inhibitus, etiam pendente inhibitione,
nihilominùs utatur fruatur bonis ſuis,
præterquam quòd impeditur circa videli-
cet alienationem rerum ſuarum, *de quo
latè in prima Parte hujus Operis. cap. 2. numero
264. cum ſeqq.*

Septimò fallit in areſto Saxonico ſpe- 27
ciali vel conſuetudinario, ad cujus firmi-
tatem non requiritur aliqua citatio, *qua
de re videatur, quæ tractamus in cap. 11. hujus
Partis. n. 59. 60. 61. cum ſeqq.*

Ultimò, circa hoc quæritur in caſu, quo 28
debitor, ſecundùm ea, quæ *in ſecundo capi-
te Partis 2.* diximus, ſortitur forum in ter-
ritorio aditi judicis, ſi, abſentando fortè
ſe, latitet quo pacto requirendus ſit talis
reus? Philippus Francus ſcutit, eum ci-
tandum eſſe per publicum edictum in
valvis curiæ, vel alio albo citandis propo-
ſitum. *Philippus Francus in c. Romana. §.
contrahentes. num. 11. extra de foro comp. in 6.*
Quod idem prima facie videtur ſentire
Rebuffus *in ordina. reg. Galliæ. tom. 2. de li-
ter. requiſitor. & rogatorijs. gloſſ. 3. numero 25.*
verùm iſtud tunc demùm locum habet,
quando reus eſt vagabundus, ita, ut ju- 29
dex bonorum ignoret, ubi degat citan-
dus. Quo caſu citatio edictalis in pu-
blico proponitur. *Bar. in l. ut perfectius. 2.
C. de annali excep. Maranta de ordine judic. par-
te 6. tit. de citatio. num. 83. cum ſeqq.* Et de
plurib. caſib. in quib. per edictũ citare lice-
at, videatur poſt Marantam *Gailius obſer.
57. per totũ lib. 1.* Aliàs etenim, quãdo certꝰ 30
eſt locus reſidẽtiæ debitoris, ejus ſuperior
requiri debet, *tex. eſt ad literam in §. ſi verò
quis comprehenſorum. aut ut nulli judicũ. colla.
9. ubi habetur*: Eum, qui deliquit in ꝓvin-
cia, ſi ſit in fuga vel aliter latitet, requirẽ-
dum per edictum publicè propoſitum,
ſin ve-

Quomodò citandus ex aliena juriſdictione ne citari poſſit.

ſin verò certo in loco degat, per epiſtolam, hoc eſt, per literas ſubſidiarias, evocandum eſſe, ut remittatur ad judicem loci, ubi deliquit. Quod idem etiam in civilibus & pecuniariis cauſis procedit,
31 præſuppoſito videlicet, quod in loco bonorum, in quæ intenditur executio parata, reus non degat, ſed alibi foveat ſuum domicilium. *juxta c. Romana. §. contrahentes. extra de foro compet. in 6. ac notat Felin. in c. fin. numero 1. verſ. ſed adverte accuratè. juncto. verſic. cæterum eo. num. 5. & Rebuffus ubi ſuprà. numer. 25. & 26. ſequitur Maranta de ordin. judic. parte. 6. de citatione. numero 82. & 83. Gailius. obſerva. 56. numero 5. lib. 1.* ubi addit: hanc non eſſe propriè citationem, ſed quandam litis inſinuationem, qua mediante, reo futura lis denunciatur, isque admonetur, ut tunc compareat, propoſiturus, ſi quas habet exceptiones, adverſus proceſſum executionis. Siquidem, ubicunque judex alio modo poteſt reo inſinuare citationem, non debet hoc per edictum facere, ac ſi contrà fieret, gravaret partem, ita, ut ſuper eo poſſit appellari. *Bart. in extravag. ad reprimendum. poſt edictum. in princ. num. 1. & 2. quod & Alex. probat in apoſtillis. ad Bart. ſuper l. 2. ff. de appellat. recip. numero 12. verb. appellari à citatione.* Licet autem idem Philip. Francus *in d. §. contrahentes. numero 12.* ulteriùs addat, quòd judex bonorum non teneatur de neceſſitate requirere judicem domicilii rei, pro ſubſidio, vel per literas mutui compaſſus, (quas ideò ſubſidiales vocant, ut ſine quibus executio fieri nequit. *l. properandum. 13. §. ſin autem reus. 3. C. de judic. l. 1. ff. de offic. conſ. Bar. in l. 1. §. ſententiam. num. 1. ibidemq́; omnes. de re ju-*
32 *dic.*) quando locus reſidentiæ paret eidem Duci, Marchioni, vel Comiti, cui ſubjicitur locus judicis citantis. Francus ubi ſuprà. & ante eum videtur idem docuiſſe. *Bar. in l. 1. §. præſides. numero 4. ff. de requir. reis.* ubi dicitur: etſi diverſi judices habeant juriſdictiones ſeparatas; tamen ſi illæ juriſdictiones habeant dependentiam ab uno Principe, prout ſunt diverſi Præſides diverſarum provinciarum ab uno Rege vel Principe conſtituti, tunc unus citare poteſt immediatè in alterius territorio, quaſi videatur ipſi iſtud permiſſum ab eo Principe, cui omnes ſubſint. *per l. omnes. 33. §. executoribus. 5. verſ. verùm ſi apparitor. C. de Epiſ. & Cler.* tamen iſtud non caret dubio, cùm quilibet judex habeat ſuum territorium & juriſdictionem infeudatam, in qua nemo alius terrendi vel citandi jus habet. *l. fin. ff. de jurisd. om. jud.* & ille magiſtratunculus (ut Felini verbis utar) quantumcunque minimus major eſt quolibet alio magiſtratu, 33
non ejus loci. *Felin. in d. c. licet in prin. verſ. de verbali. extra de foro compet. per l. apud eum, cui par imperium eſt, manumittere non poſſumus 14. ff. de manumiſſ.* quæ non eſt alibi ſecundùm eum. Sicut enim quilibet eſt rex 34
in ſua domo, ſecundùm Panor. *in c. venerabilem. num. 19. extra de elect.* ubi pòſt Joan. Andream recitat fabulam de quodam ruſtico, apud quem divertit Richardus rex Angliæ incognitus, cumque juberetur lavare manus, & recuſaret, accepit alapam, audiendo illam vulgatam allegationem, quòd quilibet eſſet rex in ſua domo. *Panor. & Ioan. Andr. in d. c. venerabilem.* ita quilibet, etiam minima juriſdictione munitus, in ſuo loco actus juriſdictionales exercet, & non alius. *l. pupillus. 239. §. territorium 8. de verb. ſignif. & latè Cornelius conſil. 200. num. 2. & 3. parte 2.* non obſtante, quòd uterque locus ſub unius domini territorio ſit ſitus, cùm uterque judex alteri, quò ad juriſdictionem, ſit æqualis, ac par in parem, citando ex alieno territorio, non exerceat imperium. *d. l. nam magiſtratus. 4. de arbit.* Aliàs ſequeretur iſtud ab- 35
ſurdum, cùm tota Germania hodiè pareat uni Monarchæ, Imperatori puta Romano, tanquam Domino orbis. *l. deprecatio. 9. ad l. Rhod. de jactu. l. benè à Zenone. 3. C. de quadrien. præſcrip.* (Roma ſiquidē communis omnium patria eſt. *l. Roma. 32. ff. ad municip. & de incolis.*) quòd indiſtinctè cuilibet judici tàm inferiori, quàm æquali, liberū foret, ex alio Ducatu, Marchionatu, Comitatu, & Civitatibus evocare reum, ubicunque degentem, neque opus eſſet aliquo ſubſidio juris; aut literis mutui compaſſus, contrà id quod tradit Maran. *in loco paulò antè citato parte 6. de citat. n. 82.* Neque 36
tamen inficias eo, quod Principes, Duces, & ſimiles poteſtates, qui ſubfeudarunt alios de ſuis demaniis cum omnimoda juriſdictione, citent hodiè inferiores, eorumque ſubditos abſque requiſitione illorum, ſub quorum territorio immediatè degunt citandi. Quod forſan excuſari, & factū dici poteſt, in ſignū videlicet, & pro memoria præteritæ ſubjectionis argumēto ejus,

ejus quod tradit Panorm. *in c. conſtitutus. n. 21. extrà de religioſ. dom.* adeoque, ſicut Princèps ſummus citat ex qualibet provincia etiam immediatè. *l. ſed etſi 26. §. fin. verbo. teſtimonij cauſa evocatis. ff. ex quib. cauſ. major. l. 2. §. legatus. l. non aliàs. verb. quos Princeps evocavit. de judic. Maranta de ordine judic. parte 4. verbo citatio. num. 10. Boſſius in pract. crim. de citat. num. 25. & in tit. de Principe ejusq́ privilegijs per totum*: ita inferiores Principes idem facere, & ſuorum ſubditorum ſubditos, immediatè abſque omni juris ſubſidio citare cōſueverūt. *Iaſ. in l. fin. num. 24. ff. de jurisd. om. jud. Bal. Cynus. & alij in l. omnes 33. §. verùm. C. de Epiſc. & Cler. & in l. 1. §. 1. ff. de requir. reis. & latiùs*
37 *VVeſenbecius conſ 97 num. 2. & 3.* Eſt autem forma in alieno territorio citandi, ſive teſtes ſive aliàs perſonas, ut videlicet judex citans, mittat literas rogatorias judici alterius provinciæ, cui ſubjicitur immediatè debitor, in quibus petat, ut judex requiſitus ſubſidiariè, vel permittat citationis executionem fieri in loco ſui territorii, vel ipſe ſaltem reum ad præfixum terminum, qui in edicto citatorio continetur, moneri ad comparitionem curet, offerendo, ſe in ſimili caſu facturum paria. Iſte eſt bonus citandi modus. teſte Oldrado *conſ. 88. incip. tertiò quæritur. circa finem num. 5. verſ. non tàm nego. & verſ. ſcribatur magiſtratui, ut citato notificet citationem. Bar. Sotin. conſ. 167. incip. non inutilis quæſt. numer. 19. in princip. vol. 2.* Rebuff. *ad ord. reg. Gall. tomo. 2. tit. de literis requiſi-*
38 *tor. in præfatione. num. 1.* ubi ſubjicit rationem, illud ideò eſſe, ne videlicet quis occupet aut impediat alienam jurisdictionem, *c. novit. in princ. extra de jud. l. nemo. 4. ibidemq́ gloſſ. verb. auxilium. C. de jurisd. om. jud. c. pervenit. 11. quæ. 1. §. nulli. authen. de defenſor. civitat. collat. 3. l fin. verſ. ridiculum enim. C. unde vi. ac eſt melior de jure textus in l. ſi qui latrones. 2. §. ſin autem propter multitudinem. in verbis. à tribuno militum auxilium poſtulet. C. de his qui latrones occul.* Aliàs, ſiquidem duo pluresve judices circa jurisdictionem in una eademque cauſa concurrent, jam contingeret promiſcuis actibus rerum turbari officia, *contra l. conſulta. 23. verſ. abſurdum. C. de teſtam. l fin. verſ. ne, dum ad utrumq́ feſtinat, neutrum benè peragat. C. de aſſeſſor. & domeſt. vel cancellar. judic.* ex quo:

Segnius expediunt commiſſa negotia plures.

Plurium ſiquidem, vel diverſorum ſen- 39
tentiæ tot ſunt, quot ſunt capita. *gloſſ. 1. in c. quia propter diverſitatem. extr. de conceſſ præbend.* & alibi dicitur:

Velle ſuum cuiq́ eſt, nec voto vivitur uno.

l. quia poterat. 4. verſ. non enim. in verb. quia variæ ſunt hominum voluntates. ff ad Trebell. Unde plurium judicum ſententiæ, propter diverſitatem opiniunum, &, quia naturalis eſt hominum ad diſſentiendum pronitas, non poſſunt facilè in unam conſo-
nantiam aut concordiam redigi. *l. 2. §.* 40
deinde ff. de orig. jur. l. item ſi unus. 17 §. fin. de arbit. ita, ut bono conſilio proviſum ſit, & tuendæ tranquillitatis cauſa ſtatutum, quod citandus ex aliena jurisdictione evocetur per ſubſidium judicis loci, ubi degit debitor. *l. 1. §. hæc autem in illis verbis: literæ ad magiſtratus dentur ff. de ſer fugit & in l. 2. C. eod. ac notat gloſſ verb. præſidentes. in l. omnes. 6. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* Quo caſu, judex requiſitus remit-
tit ſolò verbo, puta jubendo, ut citatus 41
compareat in loco citantis, *ſecundùm Bal. in l. omnes. 33. §. verum. num. 2. C. de Epiſ. & Cler.* Manus enim manum fricat, & unus magiſtratus alterius armis indiget, *argumento quod dicitur in ſecunda conſt. C. de Iuſtinian. C. confir. pòſt princ. & Rebuffus in præfat. de lit. requiſitor. in princ. num. 11.* Et una
jurisdictio per aliam adjuvanda venit. *Pa-* 42
nor. in ca. 1. num 5. & in c. quoniam. 1 ubi Panor. & alij Canoniſtæ. extr. de offic. ordinar. per c. adminiſtratores. 23. quæſt. 5. l. 2. C. de his qui latrones occultar. & gloſſ. in c. ſtatuimus. ver. poteſtatem. extr. de maledic. Maranta diſputa. 1. numero 6. ac fundatur iſta practica in clem. paſtoralis. §. nos quoq́ ibi: non fuimus pro remiſſione requiſiti de ſent. & re judic. Itaque talis citatio in alieno territorio expeditur ad preces, non autem ad mandatum judicis citantis, cùm par in parem, aut inferior in ſuperiorem non exerceat jurisdictionem. *d. l. nam magiſtratus. 4. ff. de arbit. l. illo à quo 13. §. tempeſtivum. 4. ad SC. Trebell. c. innotuit. in princ. extra de elect. & c. cum inferior. de major. & obed.* Et hoc quidem, prout ex adductis legibus & authoritatibus apparet, juris eſt, ſed propter æmulationes poteſtatum, aut ſuggeſtiones eorum, qui ſunt à lateribus Principum, ſæpeque captant lac & lanam, pro ſuo commodo paſſim laborando, & lo-

& loquendo placentia , ſicut in ſimili lo-
quitur Zaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta.6.*
num. 32. ff. de verb. oblig. proh dolor,in ali-
43 quibus lucis malè obſervatur, ſive enim
agatur de remiſſione reorum ad locum
competentis judicii , requiſiti ſuperiores
domicilii debitoris ſuum ſubditum non
tantùm nolunt remittere , ſed inhibent
prætctea multoties eidem , ne ad locum
judicis citantis accedat, offerendo exhi-
bitionem juſtitiæ iis, qui coram ipſis ve-
lint agere adverſus obligatum, *argumen-*
to c. ex tranſmiſſa. ibi : Nobilis unde campis in-
hibuit, ne coram Epiſcopo reſponderent. extr. de
foro compt. & malè, quia, ubi notoria eſt
jurisdictio,interim procedet judex citans,
qui quacunque ratione competens eſt, fa-
ciendo executionem in bona ſub territo-
rio citantis ſita adverſus debitorem , et-
iam abſentem ratione contumaciæ, *d. c.*
Romana. §. contrahentes c. 1. c. 2. & c, fin. ex-
tra de eo qui mit. in poſſ. rei ſer. cau, quam
fortè potuiſſet evitare citatus , ſi compa-
ruiſſet, & adverſus executionem oppo-
ſuiſſet exceptiones impeditivas proceſſus,
per ea,quæ tradunt Bar. Paul. de Caſt. &
alii Dd. *in l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud.*
ſive tractetur de evocatione teſtium ex
aliena provincia, de qua in *l. 3. §. fin. ff. de*
44 *teſt.* Nam & eorum remiſſio, ut pluri-
mùm hodiè recuſatur, ac offerunt ſe judi-
ces requiſiti ad examen teſtium , in ſuo
territorio degentium,ſi ipſis tranſmittan-
tur articuli probatorii,ſicut nonnunquam
fieri conſuevit, ut pro examine teſtium
requiratur judex territorii , ſub quo de-
gunt teſtes, *per notata Baldi in l. judic. 18. in*
princ. C. de fide inſtrum. ac facit §. & quoniam
ſcimus.authen. de teſtibus. coll. 7. & militat
textus pro hoc ſingularis *in c. conſtitutus*
circa finem. de fidejuſſ. ubi habetur: quod ju-
dex, coram quo ventilatur cauſa, debeat
ſignificare judici alterius regni vel pro-
vinciæ,vt teſtes ibidem degentes ſuper ar-
ticulis producentis recipiat & examinet
diligenter,eorumque depoſitiones tranſ-
mittendo incluſas ſignificet, quanta fides
teſtibus vel inſtrumentis adhiberi debeat.
Cæterùm,ſi concurrat æmulatio inter or-
dinarium judicem,coràm quo pendet lis,
& judicem loci, vbi degunt teſtes , adeò,
vt hi evocari velint ex aliena juriſdictio-
ne,judex autem loci prohibet,ne alibi fe-
rant teſtimonium, iſtud valdè periculo-
ſum & moleſtum eſt tàm producentibus,
quàm productis, propter ſumptus itine-
rum, & alias difficultates,ac crebrò fit,
quòd in caſu denegatæ remiſſionis te-
ſtium,judex primo loco aditus, vt qui in
majori fortè vel æquali dignitate conſti-
tutus eſt,quàm alter,qui requiritur, alte-
rius territorii judicem contemnendo,pla-
nè deneget tranſmiſſionem articulorum
probatoriorum,quo caſu ſubtrahitur, aut
ſaltem differtur facultas probationis par-
ti,adversùs id,quod innuit Baldus *in auth.*
atqui ſemel. num. 6. C. de probat. pòſt Bar. in
l. quoniam ac in princ. & numer. 1. C. de hæ-
retic. Adeòque videmus quo pacto præ- 45
memoraris in caſibus multùm interſit,
quocunque etiam modo licito, & à legi-
bus permiſſo, procurare & habere ſibi Jo-
vem propitium & favorabilem, cujus ar-
bitrio & in altum erigi, & quaſi ad infer-
num detrudi quis poteſt. *c. viſis. 11. q. 2.*
& l. fin. in verbo : reverentia non fuerit in ſalu-
tatione delata. C. de offic. diverſ. jud. c. ut de-
bitus. ext. de appll. Cæterùm redeundo 46
ad propoſitum, quòd videlicet ſubſidiariè
requirendus ſit judex loci domicilii , ubi
nunc degit reus,per judicem, qui intendit
facere executionem in bona debitoris, ſub
citante ſita , non tantum in prima vice.
arg. l. boves. 89 §. hoc ſermone 1. de verb. ſign.
ſed in omnibus aliis proceſſibus judicia-
libus,qui ſequuntur , adeò ut ſemel ſubſi-
diariè citatus à competente judice, etſi nõ
paruerit præcepto primo judicis , eúque
ſit ad captionem pignorum pro execu-
tione ; tamen deinceps ad expeditionem
aliorum omnium actuum judicialium,
donec integrè ſatisfactum fuerit credito-
ri , citanda pars ſit non ſimpliciter & im-
mediatè , ſed præmiſſa requiſitione judi-
cis, ubi tunc domicilium ſuum habet de-
bitor. *ita Rebuff. ad ord. reg. Gall. tom. 2. tit.*
de lit. requiſit. gloſſ. 3. num. 19. pòſt Inno. in c.
præterea num. 1. § ſed ſi poſtquam veniſſet. extr.
de dilat. ubi vult , quòd etiam contra præ-
ventum citatione in loco citantis, *juxta c.*
propoſuiſti. extr. de foro compet. adhuc non
poſſit procedi in cauſa principali, niſi de-
nuò vel imploretur judex rei hodiernus
& ordinarius , vel forſan in loco rerum
ſitarum, ubi procedit judex citans, debi-
tor ſimul etiam habeat ſuum domicilium.
Quo caſu,poſſet evocare reum immedia- 47
tè etiam ex alieno territorio,per regulam,
quam tradit Felinus , quod judex domi-
cilii citare poſſit ſubditum,ubicunque ex-
iſtentem, quia ſemper ſubditus eſt , quo-
cunque vadat. *Felin. in c. licet ratione*
delicti. n. 23. verſ. illud etiam nota.
ext. de foro compet.

SUM-

SUMMARIUM CAPITIS VIII.

1. *Ingreſſus in poſſeſſionem conventionalis & prætorius æquiparantur.*
2. *Via facti excludit viam juris.*
3. *Violenta invaſio non venit ex conventione partium.*
4. *Poſſeſſionem ingreſſi propria authoritate, non ita in ea defenduntur, ſicut miſſi à judice, ideoq́; ingreſſi proprio motu debent petere confirmationem poſſeſſionis à ſuperiore. n. 5. & 7.*
6. *Factum benè ſemper poteſt in melius reformari.*
7. *Poſſeſſio cum vitio occupata, non confirmatur per judicem.*
8. *Ingreſſu permiſſo per partem, ſatius tamen & urbanius eſt adiri judicem.*
9. *Forma qualis qualis petitionis coram judice, ſuper impetranda parata executione.*
10. *Forma petendi aſſociationem miniſterialium judicis, pro privato ingreſſu in bona debitoris.*
11. *Forma petendi licentiam ingrediendi bona debitoris propria authoritate creditoris.*
12. *Forma præcepti executivi.*
13. *Præceptum judicis executivum non eſt quidem ſententia definitiva, ſed ejus vim obtinet.*
14. *Præfixio termini ad ſolvendum fit, ut medio tempore reus adhuc cogitet de viis ſatisfaciendi, & evitet expenſas refundere.*
15. *Executionis onera & expenſæ refunduntur per debitorem, contra quem procedit executio, quod obſervat ſtylus & conſuetudo in foro Saxonico. 17.*
16. Intrà, *item* Infrà, *denotant extremitatem temporis.*
18. *Recognitio inſtrumenti fit in termino executionis, & quidem medio juramento, ut ibi, quod de privata ſcriptura intelligendum. Secus eſt in publico inſtrumento. 19.*
20. *Exceptiones impeditivæ executionis audiuntur etiam in termino executionis.*
21. *Executionis comminatio neceſſaria eſt.*
22. *De conſuetudine denunciandi reo executionem per ſigna facti extrinſeci,* Das man ein Span aus der Thür ſchneidet.
23. *Terminus ſolutioni præfixus cum comminatione executionis, eſt prima dilatio in materia executionis.*
24. *Terminus trium quaterdenarium, poſt captionem pignorum ad luendum eam, eſt dilatio ſecunda, quæ ſæpè non obſervatur, cum magno diſpendio debitorum. 25.*
26. Hüſſgelt *quinq; vel decem in ſingula centena.*
27. *Sententiam proferens, ſi condemnatus non habeat bona in eo loco, communicat literas executoriales actori, ad judicem bonorum rei.*
28. *Executorialium literarum forma.*
29. *Executor merus non cognoſcit de juſtitia cauſæ, ſed, ſi quæ opponuntur exceptiones impeditivæ, remittit ad delegantem. 32.*
30. *Executio per judicem poteſt committi etiam ipſi parti.*
31. *Executio parata ex vi pacti, vel ſtatuti, ſi coram judice loci petatur, non debet impediri per præceptum ſuperioris.*
33. *Creditore in termino executionis, ſe abſentante, edictum caſſatur, & abſolvitur reus ab inſtantia, cum refuſione expenſarum.*
34. *Miſſio ex primo decreto expeditur pari modo, ſicut executio.*
35. *Miſſionis in poſſeſſionem petendæ forma.*
36. *Sequeſtrationis petendæ forma de jure communi, item ſtatuario, vel ex vi pacti. num. 39.*
37. *Sequeſter quis dicatur?*
38. *Sequeſtrum ſi deficiat in forma valet ſaltem in vim præcepti de non alienando.*
40. *Executio quo pacto fiat in nomina debitorũ.*
41. *Forma petendi areſti conſuetudinarii in Saxonia: quæ ſi omittitur, areſtum vitiatur. n. 49. item relaxatur ad petitionem areſtati, ſi in termino præfixo ad proſequendum areſtum areſtator contumaciter ſe abſentarit. num. 48.*
42. *Areſti renovandi ratio de una quindena in aliam, & unde procedat? n. 45.*
43. *Areſtatorii libelli forma, qui cum tertia renovatione areſti offertur.*
44. *Areſtum faciliùs conceditur, quàm ſequeſtratio.*
45. *Areſtum tribuit jus reale, tacitæ videlicet hypothecæ, & prælationem, ratione temporis & n. 54.*
46. *Areſti confeſſio quid operetur?*
47. *Clauſula, In quantum de jure, cujus ſit effectus?*

48. Clau-

Digitized by Google

48. *Clauſula, Non aſtringens ſe ad ſuperflua, quid operetur?*
49. *Areſti ſolennia debent conſtare ex actu judiciariis & ſtrictè ſunt obſervanda aliàs fit nullitas proceſſus. 50.*
51. *Solemnia circa appellationem obſervanda.*
52. *Origo & cauſa ſive ratio ſolemnium, quæ circa areſtum in foro Saxonico obſervanda ſunt.*
53. *Areſtatorius proceſſus ſtrictius eſt in ſolēnib. ſuis obſervandus, quàm alii*
54. *In areſto contra debitorem ſolum proſecutato, omittitur clauſula prælationis, reſpectu aliorum creditorum, quando nulli adeunt.*
55. *Tela ordinarii proceſſus.*
56. *Areſtatore in termino non comparente, areſtatus abſolvitur.*
57. *Præcepti de non alienando forma.*
58. *Hæreditas litigioſa non poteſt alienari.*
59. *Quæ pro majori cautela fiunt, actum non viciant.*
60. *Repræſaliarum petendarum forma.*
61. *Forma liquidationis debiti per inſtrumenta.*
62. *Inſtrumentum producens pro ſe, poteſt etiam per adverſarium contra ipſum allegari, niſi producat cum clauſula: In quantum pro ipſo; & contra adverſarium faciat.*
63. *Actus agentium non operantur ultra eorum intentionem.*
64. *De clauſula: Petendo recognitionem.*
65. *Clauſula de reſervando ſibi jure plura inſtrumenta producendi ſuperflua.*

CAPUT OCTAVUM.

DE FORMA PROCEDENDI SUPER REmediis executivis.

Quomodo fiat executio propria autoritate, ex lege, pacto, ſtatuto, vel conſuetudine.

FORMA proceſſus circa manuum injectiones multiplex eſt. Prima prorſus extrajudicialis, in qua judicis miniſterium planè non intervenit, ſed privata apprehenſio bonorum debitoris, puta, ſi lege, pacto, ſtatuto, vel conſuetudine cuique permittatur manusinjectio in rebus vel perſona obligati, creditorque propria authoritate iſtam viam facti ingat, ex quo ingreſſus conventionalis &
1 prætorius æquiparantur. *l. pignoris 11. C. de pignor act. & l. 1. C. ſi in cauſa judic. pig. captum ſit.* Quo caſu, fruſtrà quærimus de
2 proceſſu, cùm via facti excludat viam juris, *l. creditores 3. ibi: conventionis legem ingreſſi poſſeſſionem exercent. C. de pignor.* & alibi dicitur: quòd voluntas vel conſenſus domini ſemel adhibitus, excuſet ingreſſum privatum, *l. qui ratiatio. 30. & ibi gloſſ. verbo. majorem. de pign. act. l. cum in plures 6. §. lege dicta. 3. de locato. & l. legem quam dixiſti. 10. C. de pactis.* adeò, ut tunc factum partis ſurrogetur in locum facti judicis, ſecundùm Franciſ. Aretinum *in l. ſi filius qui patri. 12. numero 9. ff. de vulg. & pupil. poſt Bal in l. accuſationis. 10. numero 1. C. de*
3 *his quæ vi metuvè cauſ.* Debet tamen ſibi iſto caſu creditor temperare à violentia, per ea, quæ notant Jaſ. Alex. *& omnes in l. juſtè. 11. de acquir. poſſ.* cùm pactum ingrediendi non extendatur ad vim armatam. *Salic. in l. creditores 3. num. 10. & latiùs in prima Parte hujus Operis. cap. 5. num. 98. & 99.* ne injuriarum inde naſcatur occaſio, unde jura oriri debebant. *l. meminerint. 6. C. unde vi.* Verùm hæc via non eſt ſatis tuta, cùm rarò fiat, reperto contradictore, quin legitimus tutelæ modus excedatur, *l. 1. C. unde vi. contra l. non eſt ſingulis 176. ff. de reg. jur junctis quæ notant Iaſ. & Dd. in l. ut vim. 3. de juſt. & jur.* Facit & illud, quòd qui ſe- 4
ipſos immiſerunt, non ita defenduntur in ſua poſſeſſione, ac ſi publica authoritate inducti fuiſſent. *arg. l. 1. §. hoc interdictum. & l. ſi quis miſſus 3. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. miſſus eſt l. ut cut. 5. §. 1. poſſeſſionem. 26. ut in poſſ. legat. ſervand. cauſa eſſe liceat l. de die. qui ſatisd. cog. l. metum 9. §. fin quod metus cauſa.* & videantur de hoc plura in prima Parte hujus Operis. *cap. 5. num. 82.* Si tamen virtute 5
initæ inter contrahentes conventionis, creditor de facto occupet poſſeſſionem bonorum obligati, utatur deinceps iſta cautela, ut petat, eam poſſeſſionem, quam ingreſſus eſt, ſibi confirmari, quo caſu, quantumvis ab initio petita nō fuerit immiſſio per miniſterium judicis; tamen debet ei de novo concedi, iſtam practicā tradunt Jaſ. *in l. fin. nu 18. ubi etiam* Alber. de Roſate, *16. Dec. 44. C de edicto D. Adr. toll. Angel. in l ſi finita. 15. §. Iulian⁹. 26 n. 3. de dam. infec l. Carbonianum 3 § miſſum. n 1. ff. de Carbon. edicto. Ac eſt caſus, ſecundùm veram lecturam Cyni, in l 1. C eod. tit., cum l. 2 § ſi ſub conditione ff de bon. poſſ. ſecundùm tab. & l. 3. §. ſi quis filio. de bon. poſſ. contra tab. Quam ſententiam*

tiam communem eſſe atteſtatur Tiraquellus *in*
tract. l. mort. ſaiſit. par. 6. declarat. 2. num. 8.
eumq́ ſecutus Menoch. *de adipiſc. poſſ rem.*4. *n.*
348. Semper enim benefactum poteſt
in melius reformari, prout dicit Bal *in d.*
l. fin. num. 22. & ſequitur Nevizan.*conſ.56.nu.*
12. Licet autem Doctores in locis mo-
dò adductis, ut plurimùm loquantur de
hærede, qui ſeipſum immiſit in poſſeſſio-
nem bonorum, ex quibus fuit ſcriptus hę-
6 res. *d. l. fin.* tamen idem eſt in terminis
conventionis executivæ, quando creditor
ſeipſum, ex voluntate debitoris immitti
in poſſeſſionem bonorum ejus, propria
authoritate, ſiquidem eodem modo illi
etiam petere licet à judice confirmatio-
nem poſſeſſionis, in qua nunc reperi-
tur, *Bart. d. l. creditores 3. num. 26 verſ. mihi*
autem. ibidemq́ Salic. num. 29. in fine. Menoch.
de adipiſc. poſſ. rem. 4. *num. 349. & Neguz.*
de pig. 4. par. princ. num. 23. neque habet
iſta ſententia, quantum ego quidem legi,
contradictorem. Etiamſi enim aliâs
7 dicatur, quòd poſſeſſio cum vitio occu-
pata, non poſſit confirmari, etiam per re-
ſcriptum Principis. *Bar. l. authoritatem.3.*
n. 3. C. unde vi. tamen contrarium loqui-
tur de occupatis injuſtè, & per vim, quo
caſu, confirmationes illegitimarum poſ-
ſeſſionum concedi non ſolent, & conceſ-
ſæ non valent, teſte Baldo *in d. l. authorita-*
tem. num. 2. ac not. Iaſ. in l. juſtè. 11. num. 15.
ff. de acq. poſſ. ſecùs in ingreſſu, qui fit ex vi
conventionis executivæ, vel ſtatuti: is
namque caret omni vitio. *Bar. in d. l. cre-*
ditores. 3. num. 20. & probatur latè in 1. *Parte*
hujus Oper. c. 5. n. 35. 36. 37. 38. & 39. cum
ſeq. Ac eſt uſitata forma petitionis, ut
creditor, qui anteà proprio motu fuit in-
greſſus, nunc adeat judicem, rogando,
poſſeſſionem ſibi confirmari, vel, quate-
nùs opus eſt, miſſionem in poſſeſſionem
bonorum ex integro decerni, ſeque manu
teneri, quo caſu, obtinebit pro ſe decre-
tum judicis ſuper confirmatione iſtam
formam, de petendo confirmationem
poſſeſſionis anteà invaſæ, tradit Dilectus
de arte teſtandi, cautela 20. num. 8.

Secunda forma procedendi, quam 8
ad differentiam primæ, judicialem appel- *Quomodo*
lare libet, expeditur per viam juris, hoc *facienda*
eſt, adito judice, & implorato ejus offi- *executio*
cio, pro executione vel detentione rerũ, *autoritate judicis.*
aut perſonæ obligati, & hoc urbanius, ci-
vilius atque tutius eſt. *Bart. in d. l. credi-*
tores. 3. num. 4. Ang. 3. pòſt gloſſam finalem in
fine principii Salic. num. 4. & 9. per illum tex.
in finalib. verbis. ibi: attamen judicis authori-
tate poſſeſſionem adipiſci debent. C. de pignor.
ac facit l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pupillus. 1. verſ.
ſed dicendum. in illis verbis: tutius erit, ſi præ-
torem adierit. ff. de rebus eorum, qui ſub tut. vel
cura. l. ſi ſtipulatus ſim mihi aut Titio, *81. §. ſi*
lancem. 1. ibi: optimum eſſe, ſi prætor aditus
juſſerit. de ſolut l cum proponas 3. verſ. ut au-
tem omnis ſcrupulus auferatur C. de interd. ma-
trim l. qui totam. 45. ff. ad Trebel. l. is. cui. 5.
§. ſi ex duob. 11. ut in poſſ. leg. l. fin. de inoffic.
teſtam. l. fin. quod quisq́ juris. l 1. §. neceſſa-
riò. ſi mulier ventris nom. in poſſ. l. 1. §. licet. de
periculo & commodo rei vend. quo de videantur
plura, ubi ſuprà in 1. Parte hujus Oper. c. 5. nu.
58. & 59. cum ſeqq. [Per pactum enim
ſimplex de ingrediendo datur duntaxat
licentia ingrediendi, per quam ingredi-
ens excuſatur à vi, ſed non dat poteſta-
tem adquirendi poſſeſſionem ſine judi-
ce.] Et explicatur hic proceſſus per vi-
am ſummariæ executionis, aut immiſſio-
nis in bona obligati, abſque alia cauſæ co-
gnitione & ſolennitatibus judicialibus,
per judicem pòſt viſum & perlectum in-
ſtrumentum debiti, adeò ut tunc vel i-
pſemet per ſe, vel per familiam & mini-
ſteriales ejus inducat, vel induci fa-
ciat creditorem in bona obli-
gati, per ſuperiùs
tradita.

FORMA QUALIS QUALIS PETITIONIS SUPER EXecutione parata, vel ſuper manus injectione in bona debitoris, prodita ex vi pacti vel ſtatuti.

9 *CORAM vobis, domine judex, compareo & propono ego NN. quod ante hoc tempus mutuo dedi viro provido A. B. mille florenos, quam ſummam ipſe cum legitimo interuſurio medij temporis Kalendis Maij huius anni currentis reſtituere promiſit, ſubiecto pacto, ſi fidem in termino falleret, ut ex tunc liceret mihi propria authoritate occupare & poſſidere ipſius bona, prout hæc omnia patent ex inſtrumento, quod vobis legendum & ponderandum exhibeo. Contra quem debitorem nunc in mora ſolvendi per lapſum temporis exiſtentem, aut (ſi fortè dies ſolutionis adiectus non ſit) ſæpiùs à me requiſitum, ſed præſtare quod debet, recuſantem, etſi mihi liberum foret ex vi permiſſæ licentiæ, proprio motu ingredi & occupare poſſeſſionem bonorum eius: tamen, ne illi per hunc meum ingreſſum, fiat aliqua offenſa, vel oriantur eius occaſione inter nos rixæ vel ſcandala, quibus melius eſt in tempore occurrere, ideò peto, ne gravemini, officio veſtro nobili decernere mihi executionem in poſſeſſionem bonorum obligati, & ad hoc deſignare certum terminum, citando adverſarium.* Hæc forma petendi traditur per Salicetum *in d. l. creditores. 3. num. 30. in princ. ac probat eam Rebuffus de litteris obligat. art. 6. gloſſ. 3. num. 38.*

10 Eſt & alia forma concludendi iſto caſu, ut creditor oretenùs petat à judice aſſociationem familiæ, hoc eſt, ut magiſtratus mandet ſuis officialibus, ut comitentur, & aſſocient creditorem, qui ex vi conventionis intendit ingredi bona obligati, donec fuerit ingreſſus, & corporalem poſſeſſionem acceperit. *Neguzantius de pignor. quarta parte princip. n. 24. & Iohannes Nevizanus conſ. 82. num. 8.* idque pro evitandis tumultibus & rixis, quæ evenire poſſunt, ſi creditor authoritate privata hæc attentaret. *gloſſ. l. creditores. 3. in fine. C. de pignor.* quo caſu, nulla citatio adverſarii de neceſſitate requiritur. *Salicetus d. l. creditores 3. num. 30. verſ. alio modo de quo pleniùs capite 7. hujus partis. num. 9.* Circa quod tamen diligenter advertendum eſt officialibus, ne excedant fines & terminos juriſdictionis aditi judicis. *Baldus in auth. & qui jurat. num. 18. C. de bonis author. jud. poſſid.* Eſt & tertia forma procedendi executivè coram judice, ut videlicet credi- 11 tor, qui privata authoritate intendit ingredi ex pacto poſſeſſionem bonorum debitoris, pro majori ſecuritate ſimpliciter petat à judice licentiam ingrediendi, ad eum videlicet finem, ut attentius per jus dicentem defendatur in poſſeſſione, cum ipſius permiſſu invaſa, ne vis ipſi fiat. *l. 1. & l. ſi quis miſſus. ff. ne vis fiat ei. & notatur in cap. 7. num. 12. & 13. & ſuprà hoc ipſo capite. num. 2. & 3.*

Quòd ſi licentia ingrediendi vel occupandi bona debitoris ſub eventum moræ in conventione partium comprehenſa non ſit, permittatur autem ex vi legis communis aut ſtatuti, vel conſuetudinis particularis in loco, tunc addatur: præmiſſis præmittendis, de quib. in prima forma: *Quia lex, item ſtatutum, aut conſuetudo huius loci dictitant, ſuper iſto meo inſtrumento debiti, tanquam liquidi, fieri executionem, abſque alio ſolenni proceſſu: ideò peto, &c. ut ibi.* quo caſu judex, viſo inſtrumento, & cognito, quòd non habeat aliquod vitium viſibile, facit præceptum reo, ut infrà certum terminum creditorem ſecurum faciat, alias comminatur ei executionem. *ita Bald. in l. error 7. numero 9. C. de juris & facti ignor. ac in l. 1. num 4. & l. non fatetur. 2. num. 5. ff. confeſſis.* Solet autem regulariter iſto caſu præceptum judicis in ſubſequente forma emanare.

FORMA PRÆCEPTI executivi.

12 *COnqueſtus fuit apud nos A. B.*
quo pacto tu C. D. ipſe ex mutuo ſis
obligatus in mille florenis, quos
creditori ad talem diem reſtituere pro-
miſiſti, facta creditori licentia, ut pòſt
moram, ipſemet exequendo, propria au-
thoritate ex bonis tuis ſibi ſatiſfacere va-
leat, virtute inſtrumenti deſuper confe-
cti, & coram nobis originaliter producti
& exhibiti. Etſi verò non dubitarit,
quin & fidem abs te datam ipſe agno-
ſcere, & mutuum ad petitionem tuam
tibi factum creditori tuo cum gratiarum
actione reſtituere debuiſſes: tamen, quia
tu morus in ſolvendo neſtis, petivit i-
dem, ut, pro maiori ſecuritate, ex vi ob-
ligationis, chirographo & ſigillo tuo te-
ſtata ac confirmata, ſuper prædicta ſum-
ma ipſum per viam executionis in poſſeſ-
ſionem bonorum tuorum realiter induce-
re non dedignaremur. Cumque ipſius
petitio non tàm juri, quàm conſtitutioni
noſtra, ſuper ſigillis & literis debitorum
promulgata, item conſuetudini horum
locorum conſentanea ſit: ideò manda-
mus tibi, ut infrà terminum juris Saxo-
nici, trium videlicet quaterdenarum,
vel quadraginta quinq; dierum, ſecu-
rum facias creditorem, ſolvendo quod
debes, ac, niſi parueris, citamus te per-
emptoriè, ut ſequenti die pòſt tempus
ſcilicet, quod indulgetur ad ſolvendum
judicatis, compareas in tali loco, videre
paratus, quo pacto, ad inſtantiam tui
creditoris vel eius procuratoris, pòſt fa-
ctam reproductionem & recognitionem
inſtrumenti præmemorati, adverſus te
inſtituatur executio, vel ad opponen-
dum cauſas & exceptiones, ſi quas ha-
bere te exiſtimas, quare executio fieri
non debeat. Subjecta illa uſitata clau-
ſula finali: *Sive compareas reus ſive*
non, quod nihilominùs, ad inſtantiam
adverſarij, procedetur in quantum juris
ratio merebitur. Hanc formam inchoan-
di proceſſus executivos, & præceptorum,
quæ fieri ſolent in convictos vel confeſ-
ſos, tradit Bart. *in l. defendente penul. num.*
1. per illum textum, in verb. facias judicata. ff.
de author. tut. & in l. 1. num. 3. C. de execut.
rei judic. ac Speculator tit. de ſententia & quæ
ipſam ſequuntur. §. ſpecies. num. 4. ac probant
Bartolus, Salicetus & omnes interpretes in d. l.
creditores, 3. C. de pignor. idque ita tenetur
in practica harum regionum. Requiri- 13
tur autem iſto caſu præceptum judicis, id-
eò ab initio, quòd aliàs regulariter non
poteſt perveniri ad executionem, niſi præ-
cedat ſententia definitiva. *l. 1. & 2. C. de*
execut. rei judic. [nam juris ordine præter-
miſſo, non valet executio: ideò primùm
debet de cauſa cognoſci, & per definiti-
vam terminari.] Licet autem, propriè
loquendo, talis juſſus judicis ſententia de-
finitiva dici nequeat, *c. 1. & per totum, ex-*
trà ut lite non conteſt. ad ſentent. definit. non
proced. ac facit auth. offeratur. C. de litis conte-
ſtat: tamen, quia in eventum, quando
reus in præfixo tempore non ſatisfacit
creditori, tendit ad executionem, defini-
tivæ vim obtinet iſtud præceptum judicis.
Bart. in l. 1. num. 4. & l. 2. num. 5. ff. de con-
feſſis. & in l. 1. num. 21. ubi etiam Alex. C. de
litis conteſt. ibidemq; Salicetus num. 7. & idem
Alex. in l. ait prætor. 5. §. 1. num 4. ff. de re ju-
dic. ac facit l. quoties. 3. § quoties autem 4.
juncto verſiculo, ſed ſi talis ſit negocii vilitas. C.
de privileg. ſcholar. lib. 12. & extat gl. in §.
ſancimus. verb. litis conteſtationem, circa finem,
authent. de exhib. & introdut. reis colla. 5. &
ſimilis gloſſ. in l. proinde. 25. §. notandum. 2.
verbo, æſtimandæ. ff. ad l. Aquil. quod etiam ſe-
quitur Aret. in §. ſi minùs. numero 15. Inſtit. de
action. & Anton. de Butrio in c. dudum. nu. 56.
& 57. extra de elect. ubi adjicit, hoc eſſe tenen-
dum, per l. ſi debitori. 21. ff. de judic. Præ-
figitur autem terminus ad ſolvendum, 14
quia judex non cogit reum, ut in conti-
nenti veniat cum ſacco paratus ad ſatisfa-
ciendum, ſed debet illi relinquere miſe-
rationis gratia temperamentum tempo-
ris, vel à lege præfixi vel ejus arbitrio de-
terminandi, ut interim cogitet de viis ſa-
tisfaciendi. *l. quod dicimus. 105. l. ratum. 13. de*
ſolut. l. promiſſor Stichi 21. de conſt. pecu. l. debi-
torib 31. de re jud. Poteſt & alia ratio reddi,
iſtud eo fine fieri, ne partibus cauſentur
damnoſæ

damnoſæ & inutiles expenſæ. Sicut e-
nim victus victori regulariter condem-
natur in expenſis, *l. properandum 13. §. ſive
autem alterutr. 6. C. de judic.* ita, cùm ex-
penſæ executionis ipſæ quoque pendeant
à cauſa principali, dubium non eſt, ſi in
continenti fieret executio, reum etiam eas
evitare non poſſe. *arg. l. eum quem temerè.*
15 *79. ff. eod.* Indulgetur itaque ipſi adhuc
terminus, infrà quem cogitet de remediis
ſolvendi, adeò, ut ſi denuò committat mo-
ram uſque ad diem præfixum, non aliter
evitaret executionem, niſi & expenſas &
alia executionis onera, circa ſportulas ju-
dici exequenti & ejus aſſeſſoribus, item
notario judicij & taxatoribus, item aliis
officialibus judicis debitas (ſecundùm ea,
quæ de his terris in conſtitutionibus Du-
cum Saxoniæ, *conſtit. 15. quæ eſt in poſtrema
edit. ab anno 89. conſt. 23.* deſcribuntur,
vel alibi in uſu ſunt) ſimul portare ac ſu-
ſtinere paratus ſit. *ita Rebuff. de literis oblig.
art. 2. gloſſ. 1. num. 67. & art. 11. gloſſ. 1. &
art. 3. gloſſ. 3. num 2. ubi addit, hoc in regno
ita ſervari.* Ac, ſi objiciatur, quòd reus, ſi-
quidem etiam in ipſo termino executio-
nis ſit paratus ſolvere, denuò audietur,
16 cùm vocabulum, *Intrà*, ſicut & *Infrà*, in-
cludant etiam ultimum, ac ſic illum i-
pſum diem, infrà quem quis facere vel
dare juſſus eſt, *prout probatur in l. 1. C. ut in-
frà certum tempus quæſtio crim. termi. l. intra. 3.
ff. de appell. recip. l. 1. §. ſi quis tutor datus. 1.
junct. §. biduum. 5. quando appell. ſit l. ſcire o-
portet. 13. §. 1. ibi: intrà centeſimum lapidem à
civitate, intra 50. dies excuſabitur. juncta l.
quinquaginta. 38. de excuſat. tut. ac notat plenè
Oldrad. conſ. 49. incip. conſuevit dubitari. nu 4.*
Iniquum enim foret, executionem contra
illum peragi, qui paratus eſt ſolvere. *l. ſi
reus paratus. 73. & ibi gloſſ. verb. oportet. de
procurat. l. ſi debitori. 21. de judicijs. & l. ju-
dicatum. jud. ſolvi.* reſpondetur: prædicta
contraria loqui de termino, hoc eſt, de ul-
timo die; finiente videlicet & terminante
dilationem ad ſolvendum datam, quo tē-
pore non poteſt dici natum eſſe aliquod
intereſſe creditori, ex quo reus ſatisfecit
præcepto judicis ſaltem in ultimo die ter-
mini ipſi aſſignati: Rebuffus autem lo-
quitur de die præfinito ad executionem;
qui ſequitur ultimam diem termini ad
ſolvendum deputati. Unde ex quo tunc
fatigatur creditor laboribus & expenſis,
ita, ut ſuas res domi negligere & captioni
pignorum vacare, nec non magnos ſum-
ptus judici & aſſeſſoribus circa executio-
nem erogare cogatur, non aliter evitat ex-
ecutionem debitor, niſi cum ſatisfactione
ſortis principalis ſimul etiam ſubeat one-
ra & impenſas executionis, ut hoc pacto
creditor ſit indemnis, *Rebuff. ubi ſuprà*, &
iſtod ita obſervat ſtylus & conſuetudo 17
judiciorum in foro Saxonico.

Ponitur & clauſula: AD RECOGNO- 18
SCENDUM INSTRUMENTUM. ut videat
reus, judicem procedere ſuper notorio,
cum probatio, quæ ex inſtrumento ſumi-
tur, dicatur notoria & evidens. *Io. Andr.
in addit. ad Spec. tit. de execut. §. dicto. num. 3. in
fine apoſtillæ.* Et ſit illa recognitio ad man-
datum judicis, qui jubet ſcripturam pro-
ductam recognoſcere, interrogando reū,
an ſit ſcripta ipſius manu, item roborata
ſuo ſigillo, cui etiam interrogationi reus
reſpondere cogitur. *Bal. in authen ſi quis. n.
2. C qui potio. in pig. Corneus conſ. 296. nu. 9. &
10. vol. 3 per l. ubicunq. 21. ff. de interrog. actio.
l. ad recognoſcendos. 10. C. de ingen. manu. Ro-
manus conſ 373 incip. in caſu propoſito. nu. 2.* Ac,
quod iſta reſponſio facienda ſit mediante
juramento, profitetur Ripa *in c. 1. num. 21.
extra de judic.* Quod tamen de recogni-
tione privatæ ſcripturæ intelligatur, *ſecun-
dùm ea, quæ notavimus in 1. capite hujus Partis:
num. 93. 94. cum ſeqq.* ex quo publicum in- 19
ſtrumentum etiam abſque omni requiſi-
tione plenā fidē facit, *l. ſcripturas. 11. ubi no-
tant Bartol. Salicetus & alij. C. qui pot. in pi-
gnor. hab.* Licet enim ad comminationem
executionis ſufficiat editio inſtrumenti,
facta judici: tamen ad realem executio-
nem ante recognitionem partis, iſto caſu
procedi non debet. *Rebuffus in ordin. regni
Galliæ. tomo 1. de chirographi recognit. in
præfatione: num. 27. & ſeqq.* argumento
quod dicitur de oblatione libelli ab initio
porrecti jus dicenti, ut idem etiam dein-
ceps parti offeratur, ſecundùm quem re-
ſponſiones ſuas formare poſſit. *Panorm.
in c. 1. num. 7. ibidemq; Felinus, extra de libelli
oblat.*

Neceſſaria eſt & clauſula: VEL 20
VENIAT AD OPPONENDUM CAUSAS
EXECUTIONIS IMPEDITIVAS, ne dica-
tur judex reo ſuſtuliſſe ſuas defenſiones,
cùm quædam exceptiones ſint adeò pri-
vilegiatæ, ut earum probatio, in continen-
ti oblata per reum, impediat litis ordina-
riæ ingreſſum, & per conſequens multò
magis proceſſus executivos. *c. 1. extra de li-
tis conteſt. in 6.*

Quod etiam neceſſaria ſit commi- 21
natio executionis, notat *Heinricus Boick in c.*

literas extra de offic. deleg. Ioh. Andr. in c. per-
venit. 2. de appellat. Guido Papæ deciſ. 12. n. 1.
& 2. Et eſt quidam quaſi nervus, quo
conſtringitur debitor ad præſtandam ju-
dici obedientiam, *per ea quæ tradunt Bar-*
tolus & Iaſon in l. 1. ſi quis jus dicenti non ob-
temp. Aſſignat Rodericus Suarezus &
aliam rationem, quare præmittatur ante
executionem iſta comminatio, ut pars, cui
inſinuatur comminatio, medio tempore
cogitet de aſſignatione certorum bono-
rum; in quibus fieri velit pignorum ca-
ptionem. *Suarezus in l. poſt rem judica-*
tam verb. ſed pulchrum dubium eſt. n. 1 ff. de re
judic. qua de re tamen in ſequenti capite videa-
tur latiùs.

22 Licet autem in quibuſdam locis adi-
ti judices, ſimul atque ipſis fides fit de de-
bito, non aliter citata parte, ſtatim per ſi-
gna facti extrinſeci denuncient reo ex-
ecutionem, pura, per ſciſſuram aliquarum
particularum de aſſeribus foſtium debito-
ris: Laſſen ihm ein Spaen aus der Thür
ſchneiden/ vel ſimile quid faciundo, quod
denotat executionem realiter fiendam;
niſi in termino juris ad ſolutionem præfi-
xo ſatisfaciat creditori; tamen iſta practi-
ca nititur ſola conſuetudine, *arg. l. 1. C.*
quemad. teſtamenta aper. cùm circa formam
fiendæ executionis obſervetur ſtylus ju-
dicii, ubi petitur executio. *Rochus de Curte*
in c. cùm tanto. ſect. 9. numero 9. & 38. extra
de conſuetud.

23 Tempus autem, quod, ut ſuprà diximus,
intercedit à die facti præcepti, uſque ad
terminum executioni præfixum, eſt prima
dilatio ad ſolvendum, commiſerationis
intuitu per legem debitoribus conceſſa,
quam doctrinę gratia appellare poſſumus,
tempus faciendi judicata, *arg. l. defenden-*
te. penult. ibi: facias judicata. ff. de auth. tut.
24 Eſt & ſecundum tempus, & altera dilatio
juris Saxonici, qua mediante pignora,
quæ capiuntur in executione judicati,
commodantur vel reſervantur per alias
tres quindenas indiſtracta, ut videlicet
medio tempore denuò debitoribus eo-
rum libera ſit luitio, Land. *lib. 1, art. 70. §.*
Klaget man aber. *verb.* Thut er aber das nicht.
quo de in ſequenti capite fuſiùs. Quæ qui-
dem obtinent non tantùm in executione
ſententiarum definitivarum, ritè & ſolen-
niter prolatarum: ſed & pro inſtrumen-
tis executivis, habentibus paratam execu-
tionem ex vi pacti, ſtatuti, vel confeſſio-
nis judicialiter factæ. Idque memini in
præcipuis aulis & tribunalib. magnorum
Principum, nec non in Scabinatibus pro-
vinciarum Saxoniæ regulariter obſervari,
licet id nonnunquam propter importuni-
tatem petentium, aut ſæpè, per ob & ſub-
reptionem ſupplicantium non obſerve-
tur, ſed præcipitentur executiones, non 25
ſine magno & irreparabili diſpendio de-
bitorum. Cujus rei non exiguam
crebrò occaſionem præbet avaritia ex-
ecutorum, qui inhiant lucro & partis de
tunica, quæ ad ipſus redit de expenſis ex-
ecutionis, quas Hülffgelt vocant, puta 26
quinque vel etiam, quod valdè durum eſt,
decem in ſingula centena, ſuper quibus
capiuntur, pignora in vim judicati, vel
præcepti jus dicentis. Contingit autem
nonnunquam, poteſtatem cognoſcendi,
& exequendi, diſtincta officia ac diverſis
judicibus attributa eſſe, puta, quando ju- 27
dex ferens ſententiam definitivam, vel
prorſus non habet juriſdictionem in bo-
na condemnati, tanquam alibi ſita, vel
habet quidem, ſed mediatè, ita, ut prædia
vel res debitoris, in quas intenditur ex-
ecutio, ſub immediato inferiore ſita ſint,
aut aliter jus dicens impediatur exequi
ſuam ſententiam, & iſto caſu, victor in
cauſa ſolet impetrare literas executoria-
les ad immediatum judicem bonorum
rei, pro facienda videlicet executione ju-
dicati, *de quo eſt gloſſ. ordinaria in l. cum u-*
nus. 12. §. is qui 2. ubi notant Dd. gloſſ. & ff.
de reb. author. jud. poſſid. ac meminit Specula-
tor de execut. ſententiæ § ſequitur num. 2. Ma-
ranta de ordin. jud. parte 6 in ultimo actu ju-
diciali. num. 19. per l. à divo Pio. 15. §. ſenten-
tiam. 1. ubi notant Iaſon. num. 5. Bart. & alij
Legiſtæ ibidem. de re judic. Eſtque forma
literarum executorialium vulgaris: Scri-
bit judex pronuncians judici immediato
bonorum rei poſt præmiſſam ſaluta-
tionem in ſubſequente
forma:

FORMA

FORMA LITERARUM EXECUTORIALIUM.

28 *LATA eſt tali die ſententia inter A. B. & C. D. in qua C. D. fuit condemnatus creditori ſuo in mille florenis, prout apparet ex exemplo ſententia vobis tranſmiſſo. Quia verò iſta ſententia tranſivit in rem judicatam, ac inane eſt, ſententias ferre, niſi ſint, qui illas exequantur, noſq; diligenter inquirendo, non potuimus in noſtro territorio perveſtigare tot bona, quæ ſufficiant pro executione, & victor in cauſa petivit ad vos literas executoriales, non debuimus juſtâ petenti denegare noſtrum auxilium. Ideoq; rogamus, quatenùs condemnatus habet aliqua bona, quæ veſtra jurisdictioni ſubiacent, ut hanc ſententiam, ac victoris requiſitionem, in miniſterium juris, per res & facultates condemnati, uſq; ad ſummam, & quantitatem in inſtrumento ſententiæ contentam, exequi curetis. Et quod judex exequens ſuper his omnibus miſſum adverſus vim debitoris & cuiuslibet alterius, prout juris eſt, tueatur.*

Iſta forma literarum executorialium in ſubſidium traditur per Speculatorem *de execut. ſententia. verb. ſapiens. numero 13.* Verùm ſtylus noſtrarum curiarum Interdum hoc etiam addit, quòd judex, requiſitus per ſubſidium, tradat victori in cauſa res ſaltem mobiles, pro executione judicati captas, ita ut ipſi eas tanquam proprias poſſidere, tollere, oppignorare, iisque pro arbitrio uti frui, liceat. Sin autem bona ſita ſunt ſub aliquo, immediato judice illius ſuperioris, hic tunc non petit, ſed mandat executionem inferiori: ita ut hoc poſteriore caſu executio fiat ad juſſum, altero autem ad preces & rogatum pronunciantis, cùm par in parem non habeat imperium *l. 4. ff. de arbitri. & c. cùm inferior. extra de major. & obed.* quo
29 poſteriore caſu inferior meri executoris officio fungitur. *Ferrar. ubi ſuprà. numero 14. allegat. c. paſtoralis. §. quia verò. ibidemq; Panormitan. numero 2. extra de offic. deleg.* [*Innoc. Ioh. Andr. & Hoſtienſ. in c. de cætero ext. de re jud. & per alios Dd. in l. etſi cognitio, 4. C. ſi cont. jus, vel utilit. publ. & in l. ſi prætor. 75. ff. de judic.*] neque poterit tunc ſibi ſumere, quod de juſtitia cauſæ velit cognoſcere. *l. executorem. 8. C. de exec. rei judic. l. & ſi non cognitio. 4. C. ſi contra jus vel util. publ & utrobiq; Bart. & alij Dd.* Quæ quidem hactenùs dicta intelligantur procedere, ſuper executione judicati: ſecus eſt, ſi petatur executio, virtute conventionis, vel ſtatuti executivi, tunc namque ſive agatur de manus injectione in rés, ſive in perſonam debitoris, regulariter debet adiri immediatus & competens judex perſonæ vel bonorum rei, per ea, quæ habentur in ſecunda Parte hujus Operis. *cap. 1. numero 16. & ſeqq.* Cùm ſuperior circa jurisdictionem inferioris & immediati judicis, etiam ſubditi, ipſe non habeat ſe impedire, ſed petitorem ad inferiorem judicem remittere debeat, maximè quando inferiori tributa eſt jurisdictio privativè, ſicut illud pluribus fuit comprobatum in ſecunda Parte hujus Operis, *cap. 1. numero 133. cum ſeqq. uſq; ad finem capitis*: niſi forrè inferior creditori administrationem juſtitiæ in totum denegaſſet, aut ultrà debitum tempus diſtuliſſet. *cap cæterum. ibi: quandiu parati ſunt juſticiam exhibere. à contrario ſenſu. & ibi Felinus cum alijs, extra de judic.* Ut plurimùm 30
autem judex pronuncians mandat executionem familiæ, & officialibus ſuis, qui dicuntur miniſtri juſtitiæ licet interdum eam permittat ipſi creditori. ac valet talis commiſſio. *Angel. de Peruſ. in l. 2. in fine. ubi etiam Alber de Roſate in princ. C. ſi in cauſa judic. pig. cap.* quo de videantur tradita in Parte 1, hujus Operis. *cap. 5. nu. 102.* Porrò, cuicunque fiat talis commiſſio, cautela eſt, ut inſinuetur actis curiæ. Et eſt forma redigendæ commiſſionis ad acta, quòd regiſtretur:

Tali die N. judex C[illegible]a mandavit N. executori ſuo, vel requiſivit N. judicem loci N. ut creditori A. B. daret tenutam vel poſſeßionem corporalem iſtius rei in ſpecie, in qua proceßit condemnatio, vel in perſonalibus, ut mittat creditorem in poſſeßionem bonorum debitoris, uſq; ad legitimam quantitatem debiti, in qua fuit facta condemnatio. Hæc forma commiſſionis traditur per Speculat. *de execut. ſententia §. ſequitur, num. 1.* Rectius tamen fecerit executor, ut pro majori fide, ad finem iſtius inſinnationis, faciat ſcribi tenorem commiſſionis, vel requiſitionis judicis requirentis de verbo ad verbum.

Verùm, quia magna eſt in hoc poſtremo ſeculo debitorum perverſitas, ita, ut per falſas preces & tergiverſationem, vel alias obreptiones, nonnunquam obtineant rei contrarium reſcriptum & inhibitionem ad judicem, cui anteà fuit mandata executio ſuper debito, quantumvis liquido & recognito, dubitatur: an inferior judex huic inhibitioni ſui ſuperioris acquieſcere debeat? Hanc quæſtionem decidit in terminis Rebuffus *de literis obligator. art. 1. gloſſ. 15. numero 13.*
31 reſpondendo: cùm ſemel ex vi pacti vel ſtatuti acquiſitum fuerit jus paratæ executionis creditori, illa per ſuperioris præceptum impediri non debet, niſi talis inhibitio, citatis partibus, cum cauſæ cognitione emanaverit, tunc enim inferior non debet ulteriùs exequi vel procedere, quia id in contemtum ſuperioris facere videretur. *Rebuffus ubi ſuprà, numero 4.* Idemque eſt ſi fortè debitor in termino executionis tales exceptiones opponat, quæ executionem vel penitus infringant, vel ſaltem tàm diu, donec de ipſis legitimè cognitum fuerit, impediant & temerentur, de quibus *in l. 4. §. ſi quis condemnatum. ff. de re judic.* & in quarta Parte hujus Operis examinabitur prolixiùs, tunc enim executor ſuperſedebit ab executione, & ſiquidem merus eſt executor, cognitionem iſtarum exceptionum remit- 32
ter ad judicem delegantem, vel ipſe cognoſcet, ſi cognitionem cauſæ habeat. *l. & ſi non cognitio. 4. ubi gloſſ. & Bart. cum alijs. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* Sin verò cre- 33
ditor, in termino executionis contumaciter emanſerit; circumducitur edictum, *Rebuffus de literis obligat. art. 6. gloſſ. 5. num. 5. per l. & poſt edictum. 73. §. circumducto. 2. ff. de judicijs.* & petet reus non tantum edictum caſſari, ſed ſe ab inſtantia & obſervatione judicii, unà cum refuſione expenſarum abſolvi. *l. eum quem temerè 79. de judicijs. & c. actor. extra de dolo & contum. in 6. l. properandum. 13. §. & ſi quidem pars actoris. 2. cum ſequentib. C. de judicijs.* Jure 34
verò Saxonico, etiā illud addi poteſt per reum, quod petatur, actorem contumacem condemnari ad mulctam præſtandam judici. Landrecht. *lib. 2. art. 8. & notat Regulus noſter in proceſſu judiciali. cap. 36. num. 2.* Sicut autem ex vi judicati, vel conventionis executivæ, proceditur ad captionem pignorum, *l. à divo Pio. 15. §. in venditione. 2. de re judic.* ita ex cauſa contumaciæ & aliis, deſcriptis in prima Parte hujus Operis. *in præfatione numero 19. & ſequentibus.* eodem planè modo proceditur contra debitores ad miſſionem ex primo decreto, de quo & ejus effectu videatur latè Speculator *in tit. de primo & ſecundo decreto. & Bartolus, Iaſ. & alij omnes in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. ff. de damno infec.* Et eſt forma libellandi circa miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto ſuper actionibus perſonalibus.

Digitized by Google

FORMA PETENDÆ MISSIONIS IN POSSESSIOnem ex primo decreto.

35 *NARRAT creditor, quo pacto Titius ipſi fuerit & ſit obligatus in mille. Qua, quia non ſolverit die & loco præfixis, ideò fuit coactus coram judice jus ſuum proſequi. Cumq́; reus, tribus edictis, vel uno peremtorio pro omnibus citatus, non fecerit ſui copiam, adq́; inſtantiam actoris condemnatus ſit, tanquam contumax, in qua contumacia victus adhuc perſeveret: ideò petit actor, ſe mitti in poſſeſſionem mobilium, aut, iis deficientibus, immobilium, in bona rei, pro menſura & quantitate petiti debiti, ſaltem cuſtodiæ & rerum ſervandarum gratia, cum condemnatione expenſarum in eaq́; ſe defendi tàm diu, donec ſuum conſecutus fuerit.* Hanc formam tradit Speculator *de primo decreto. num.5. ac facit c. 1. & 2. extr. de eo qui mitt. in poſſeſ. cauſa rei ſerv. & c. Romana. §. contrahentes. extra de foro compet. in 6.* Super qua petitione interloquitur judex: actorem ex præmemoratis cauſis mittendum eſſe, addendo ſimul nuncium, qui eum in corporalem tenutam & poſſeſſionem rerum debitoris, pro cauſa cuſtodiæ, realiter immittat. Hæc forma approbatur per communem uſum & practicam. *Speculator de primo decreto n.5.*

FORMA PETENDÆ ET CONCEDENDÆ DE JURE communi ſequeſtrationis talis eſt.

36 *COMPARET creditor coràm judice, exponendo, quo pacto Titium habeat obligatum in non exigua ſumma æris alieni. Quam, quia deſtinato tempore & loco non modò non ſolvit, ſed circa adminiſtrationem rerum ſuarum ita ſe ſuſpectum gerit, ut pauca, vel nulla immobilia poſſideat, ac mobilia quotidiè conſumat, adeò, ut de die in diem timendum ſit de totali diſſipatione omnium facultatum, & fuga debitoris: ideò petit creditor, bona obligati, quacunq́; habet, cum fructibus inde perceptis, vel deinceps colligendis, ſequeſtrari, inq́; publicam cuſtodiam recipi, & neque domino, neque ulli alii aſſignari, ſed tàm diu, & eò uſq́; teneri in ſequeſtro, donec videlicet reus ſolvat, aut aliter ſatisfaciat creditori.* Hanc formam ſequeſtrationis petendæ tradit Ferrarienſis *in ſua practica, ſub forma ſequeſtri vel ſaximenti. in princip.* ac probatur per ea, quæ latiùs exegimus in prima Parte hujus Operis. *cap.2. n.62.63.64. cum ſequentib.* Et iſta practica utuntur quotidiè locatores habitationum, adverſus Scholares moroſos in ſolutione
mercedis. Quo facto, & ſummariè ha- 37
bita cognitione tàm de debito, quàm etiam de ſuſpicione fugæ, vel dilapidatione bonorum, mandat judex aditus alicui tertio, qui ſequeſter appellatur, ut res obligati accipiat ad ſuas manus, & in ſuam cuſtodiam cum fructibus, donec lis inter partes per ſententiam terminata fuerit. *per l. propriè 6. ff. depoſiti. l. ſequeſter. 110. de verb. ſignif. Iaſon in l. ſi fidejuſſor. 7 § ſi ſatisdatum. 2. n.3. qui ſatisd. cog. c. 1. & 2. extra de ſequeſtration. poſſeſ. & fruct.* De quo remitto lectorem ad tradita in capite 2. primæ Partis hujus Operis, *n. 63. 64. & ſequentib.* No-
tandum autem pro cautela eſt, quod mo- 38
net Petrus Paulus Pariſius. *conſ. 107. nu.70. volum. 3.* quòd ſi fortè deficiat aliquid ex requiſitis ad ſequeſtrum, ita, ut non valeat in vim ſequeſtri vel ſaximenti propriè ita dicti: valebit tamen in vim ſimplicis prohibitionis, & præcepti de non alienando, per illud vulgatum: quod non valet eo modo, quo agitur, ſaltem valere debet meliore modo, quo de jure valere poteſt. *Bartolus l. 1. §. ſi quis ita. n.5. ff. de verb. obligat. ac facit. l. fin. C. de Codicill.*

FORMA

FORMA PETENDÆ ET CONCEDENDÆ SEQUESTRAtionis vel areſtationis, de rebus vel perſonis debitorum, ex cauſa conventionis, aut ſtatuti executivi.

39 *CORAM vobis, domine judex, comparet A. B. proponendo breviter: quantumvis cuidam, nomine C. D. vendiderit equum, habita fide de pretio, ita tamen, ut in nundinis Lipſenſibus ſatisfacere promiſerit, &, in eventum non ſervatæ fidei, permiſerit creditori licentiam areſtandi ipſum in bonis vel perſona, ſe de hoc referendo ad inſtrumentum debiti, quod de præſenti exhibet judici: tamen, cùm is nihilominus hactenus in ſolvendo ceſſarit, ac creditor alio pacto ſuum de facili recipere deſperet, debitorq; hodiè ſub aditi judicis juriſdictione commoretur & reperiatur, ideò petit, ut virtute pacti inſtrumento inſerti, vel ſtatuti, vel conſuetudinis* (ſi aliqua in loco hac de re extet) *judex faciat areſtari res & perſonam obligati, ſecundùm tenorem inſtrumenti, neque dimittat ex tali areſto, donec ſolverit, aut aliter ſatisfecerit creditori.* Quo caſu, judex cognito, quòd inſtrumentum careat viſibili vitio, tunc abſque judicati ordine vel proceſſu, mittit familiam, cujus miniſterio facit præceptum obligato, ne vel ipſe in perſona recedat, vel moveat bona ſua ex diverſorio, vel alio loco, in quo ipſi areſtum denunciatum fuit. Iſta eſt notabilis practica inchoandi proceſſum à manus injectione, quam commendat, tanquam ſingularem, Rebuffus *in ordinatione regni Galliæ. tomo. 1. de literis obligat. art. 6 gloſſ. 3 num. 58. & ante eum tradidit Paulus de Caſtro in l. fin. num. 5 ibidemq; Iaſon ✝. C. de edict. D. Adriani toll.*

FORMA PETENDÆ EXECUTIONIS CONTRA DEBItores debitoris noſtri.

40 *NARRAT creditor, quo pacto Titius ipſi ſit obligatus in magna ſumma pecuniæ, quam cùm ex bonis ipſius, tanquam ad ſolvendum inſufficientibus, conſequi poſſe deſperet, econtra verò dictus Titius habeat viciſſim ſibi obligatos alios debitores, puta Seium & Caium: petit, apud dictos Cajum & Seium areſtari pecuniam in manibus juſtitiæ,* Quo caſu, ita requiſitus judex præcipit Cajo & Sejo, ne quid ſolvant ſuo creditori immediato. Quod impedimentum ejus effectus eſt, ut ipſorum immediatus creditor in poſterum nihil poſſit ab iis effectualiter exigere, niſi amoto prius & relaxato areſto. *Hæc practica traditur in l. 1. & 2. C. quando fiſcus vel privatus. & in l. à divo Pio. 15. ubi Alexan. Iaſon, Bartolus & alii ff. de re jud. Maſverius in tit. de execut. § item ſi creditor. n. 4. Rebuffus de literis oblig. artic. 6. gloſſa 3. n. 9. allegat Cynum hoc dicentem in l. 2. C. ubi in rem actio. qui tamen de hoc in ſpecie nihil meminit, ſed melius facit, quod notat Bartolus in l. 1. n. 20 ff. de novi operis nũc. per l. 1. § ſi heres. in fine, ad SC. Trebellian. & gloſſa l. 13. grege § finali, verb. ſolutorum. de pignor. tit. generali,* quo de aliquid etiam ſuprà tetigimus in ſecunda Parte hujus Operis. *cap 5 n. 491. & ſequentib.*

Poteſt etiam primus creditor iſto caſu petere, ut Sejus & Cajus tanquam debitores debituris, ipſorum pecunias quas debent, in manibus juſticiæ vel curiæ deponant, & ad hoc compellantur officio judicis, *Maſverius ubi ſuprà. n. 14. quem allegat ac ſequitur Rebuffus in præcitato loco, articulo 6. gloſſa 3. n. 64 annotat Pariſius conſ. 107. n. 65. 66. 67. 68 & 69. volum 3.* Quod ſi præſtiterint debitores, ad mandatum videlicet judicis, deponendo ſuas pecunias penes officium, erunt liberati, *ſecundùm Bartolum in l. creditores. 3. in princ. n. 3 ff de ſolut.* tanquã exacti à republica, maximè, ſi ſuper hac ſolutione recognitionem & ordinamentum civitatis receperint, & oſtenderint creditori ſuo immediato, cujus ſuperioris mandato non erat ipſis integrum ſeſe opponere. *Bartolus in d. l. creditores. 3. n 3. per l. 1. § quæ oneranda quarum rerum actio non datur. cũ l fin. § 1. & ſequentib. quod metus cauſa.*

Eſt & alia forma executionis in nomina debitorum, quod videlicet judex citabit eos, & interrogabit, an, & quid debeant victori & quantum? ac, ſi fateantur debitum, aſſignabit eos judex creditori, & compellet per juris remedia, ſolvere

victori

victori in cauſa, ad eundem modum, ſicut
ſatisfacere debuerunr ſuo immediato
credirori. Hanc viam executionis in
debirores debiroris, tradir & commendat
Ferrarienſis *in forma executionis ſententiæ.*
verb. ſapiens. numero 2 pòſt gloſſam. in l à divo
Pio. 15. §. fin. verbo, capi. de re judic. & in l.
1. C. de prætor. pig. Sin verò negabit ſe
debitorem, relaxabitur. *Ferrarienſis ubi*
ſuprà. numero 24. per gloſſ. l. 2. C. quando fi-
ſcus vel priv. Quod quidem in executione
judicati indubitarum eſt: ſed an adverſus
debitores debitoris noſtri procedi poſſit
executivè, virtute pacti, vel ſtaruti, quod
tribuit creditori pararam executionem
in bona debiroris, hac de re remitto le-
ctoré ad ea, quę fuerunt tradita in ſecunda
Parte hujus Operis, *capite 3. numero*
485. & 486. uſq; ad finem
Capitu.

FORMA PETENDI ET CONCEDENDI ARESTI CONſuetudinarii in provinciis Saxoniæ.

41 QUIA in præcedenribus diximus,
illud genus areſti in his provin-
ciis valdè eſſe uſitatum, &, proprer
exiguitarem præjudicii, quod parit debi-
tori, abſque magna ſolennitate concedi,
(a) ideò narrat iſto caſu creditor: *ſe habe-*
re debitorem Titium, qui ei poſt termi-
num ſolutionis, jamdudum effluxum,
ſolvere ceſſet. Cumq; creditor metuat,
ne fortaſſis alij etiam graviore ære alieno
ſit obſtrictus, & cæteri eum præveniant,
(b) (per notata in prima parte capite ſe-
cundo numero 207.) *petit, areſtum, ſibi*
concedi adverſus omnia bona debitoris,
quæ poſſidet. Quo caſu, judex aditus,
maximè ſuper debito liquidaro per in-
ſtrumenrum, non invitus peritori annuit,
confirendo ei areſtum, (c) in quantum de
jure, (d) & regiſtrando illud ad acta judi-
cii, ac ſimul recognirionem rribuendo
areſtanti, pro teſtimonio videlicet & fide
quæſiti ac imperrari areſti, quo videlicet
pacto, & quo tempore illud fuerit indul-
tum. Idque ad eum finem, ut deinceps
ſequentibus creditoribus ipſe, tanquam
anterior tempore, præferatur. Hæc pra-
ctica probatur per ea, quæ tradidimus in
prima Parte hujus Operis, *capite 2. num.*
180. & ſequentib. Quam quidem peti- 42
tionem areſti areſtator renovat pòſt ſe-
cundam quindenam, ſicut & pòſt tertiam,
petendo videlicet denuò, ut ipſi de quæ-
ſita renovatione primi areſti nova detur
recognitio, & actis inſinuetur, & ſimul
cum tertia renovarione proponit libel-
lum areſtarorium, *ſecundùm ea, quæ tradit*
Schurffius conſ. 15. num 8. cent. 3. Quod o-
lim ante promulgaras novellas Electoris
Saxoniæ Conſtitutiones erat ſecretum Di-
caſteriorum, & paucis, etiam Doctoribus,
niſi benè in practica harum regionum ex-
erciratis, cognirum. Concipitur au-
tem libellus areſtatorius, offerendus
judici cum terria petitione re-
novationis areſti, in
ſequenri For-
ma.

LIBELLI ARESTATORII Forma.

43 *CORAM vobis, domine judex,*
comparet N. N. actor, reſervando
ſibi ab initio omnia beneficia &
indulta, juris communis & conſuetu-
dinarij, inprimis autem, quòd ad ſuper-
fluam probationem non aſtringatur (e)
quibus omnibus & ſingulis proteſtatur.
Quibus conſequenter proponit ipſe, cum
hac tertia renovatione areſti, libellum
ſuum areſtatorium adverſus Titium:
quo ad formalia huius areſti ſeſe ad acta
referendo, (f) & ulterius breviter di-
cendo, quòd Titius ab hoc actore antè
biennium accipit mutuò mille florenos,
quos promiſit creditori ſub feſtum Mar-
tini bona fide reſtituere. Etſi verò ter-
minus ſolutionis jamdudum effluxerit,
reusq; ſæpiùs pro ſolutione amicabiliter
fuerit interpellatus & requiſitus: tamen,
quia ſatisfactionem diſtulit in hunc uſq;
diem,

diem, præter voluntatem ſuam coactus fuit actor, ad veſtrum, tanquam judicis, officium, pro decreto areſti confugere. Ideoque petit, veſtro miniſterio eundem citari, & ad reſpondendum huic petitioni condemnari, ac, poſt factam reſponſionem & litis conteſtationem, de jure pronunciari, quòd reus denuo ſit obnoxius liberare ſuam fidem, eumq́; omnibus & quibuſcunq; juris remediis ad ſolutionem compelli, actoremq́; cæteris omnibus creditoribus poſteriorem hypothecam vel areſtum prætendentib. præferri (g) & ſimul etiam reum in omnibus expenſis hujus litis, præteritis & futuris, mediante tamen judiciali taxatione & moderatione, condemnari. Super quibus omnibus & ſingulis, quæ petita ſunt, aut peti quoquo modo debuerunt vel potuerunt, officium jus dicentis nobile humiliter actor implorat: proteſtando, de augendo deinceps & minuendo libellum ſuum, prout ipſe conſultius viſum fuerit.

44 (a) Dicitur ab initio circa formam impetrationis hujus areſti, quòd abſque magna ſolennitate, ad nudas preces petentis concedatur, ideò, quòd circa iſtud remedium executivum, non requirantur iſtæ ſolennitates, quæ circa ſequeſtrationem propriè ita dictam deſiderātur, puta, quod debitor ſaltem ſummariè convincatur de ſuſpicione fugæ vel dilapidationis, *de quibus capite 2. primæ Partis noſtri Operis. numero 81.* Sicut nec deſiderantur iſto caſu alia ſolennia, puta citationis, & ſimilium, ſaltem ab initio interpoſiti areſti, *de quibus in hac tertia Parte capite 1. 2. & ſequentibus uſq; ad caput 8. præmiſimus.* Ratio eſt, ut ſupra tetigimus, modicitas præjudicii, quod infertur reo, qui medio tempore, quantumcunque diu ſtante areſto, & dominus & poſſeſſor bonorum ſuorum interim manet. Quod non fit in ſequeſtro, ſicut de hoc & aliis differentiis, inter areſtum noſtrum conſuetudinarium & ſequeſtrum cum aliis remediis executivis, remitto lectorem ad notata in præmemorato capite 2. primæ partis hujus Operis. *num. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. cum ſequentibus.*

45 (b) Additur circa petitionem areſti, areſtantem metuere, ne alii eum præveniant, quod inde fit, ſiquidem areſtum noſtrum conſuetudinarium operatur jus tacitæ hypothecæ, retrò à tempore primi areſti in bonis debitoris computādæ, cujus ratione, prout eſt prior tempore, ita aliis etiam potior eſt jure, *teſtante VVeſenbecio in ſuis commentariis ad Pandectas tit. de privileg. credit. numero 9. ac traditur in novellis illuſtriſſimi Principis Saxoniæ Electoris Auguſti conſtit. 28. §. Ferner ſollen & conſtit. 29.* Quod etiā, quandiu memini, ita ſemper fuit obſervatum in omnibus Saxoniæ Dicaſteriis.

(c) Apponitur circa deſcriptionem for- 46
mæ areſti, quod judex confiteatur creditori areſtum in bonis obligati. Quæ confeſſio inſtar cujusdam decreti eſt, qua mediante, obligantur bona debitoris areſtati in vim taciti cujuſdam pignoris & hypothecæ, quam introduxit conſuetudo horum locorum contra debitorem, ab initio impetrati areſti, etiam abſentem, attribuendo eidem areſtanti prærogativam antelationis præ omnibus aliis creditoribus futuris, in bonis areſtati, per ea, quæ tradidimus in prima Parte hujus Operis, *capite 2. num. 109. item numero 191. & 192. & parte 2. capite 3 num. 412.*

(d) De clauſula conceſſi areſti, In quan- 47
tum de jure, & ejus effectu videantur tradita *in d. c. 2. partis noſtræ primæ. n. 198.*

(e) De clauſula libelli areſtatorii, Non- 48
reſtringens ſed ad ſuperflua, ne videlicet quis oneretur probationib. non neceſſariis, ſed eorum tantum probationem in ſe recipiat, quæ ad reportandam cauſę victoriam ſufficere exiſtimantur, videatur *Jaſ. § omnium. n. 161. Inſt. de action. Bart. in l. divus. 33. n. 7. ff. de re judic. & Felinus cum aliis Canoniſtis in c. cum dilecti. extra. de dolo & contumac.*

(f) Adjicitur in libello areſtatorio, 49
quod ſuper formalibus areſti ſeſe referat actor ad acta judicialia, *propter c. quoniam. extra de probat,* ſiquidem ad hoc, ut confeſſio areſti, item impetratio areſti, & alia mereantur fidem, neceſſe eſt, ſolennia actis judiciariis inſinuari. *Lanfran. in c. quoniam contra num. 1. extra de probat. Bal. l. ne in arbitris. 4. n. 3. C. de arbit. juncta l. procurator. 7. cum auth. ſi quis in aliqua. C. de edendo l. chirographis. 56. in princ ff. de adminiſtr. tut. l. publicati. 2. C. de teſtam.* & ad hoc ut, areſtum operetur eum effectum & finem ad quem fuit impetratum, neceſsè eſt primò iſtud propoſitum eſſe, & renovatum coràm judice de una quindena in aliam, & in tertia quindena, una cum petitione renovationis areſti, oblatum fuiſſe judici libellum are-
ſtatorium. Quas ſolennitates ſiquidem o- 50
mittit, aut invertit creditor, dicitur areſtū peccare circa formalia, ac pronunciatur

nullum

nullum & invalidum. *Schurffius conſ. 15.n.8. cent.3.* non aliter, atq; de appellatione dicitur, circa interpoſitionem ab initio tempus decendii obſervandum eſſe. *auth. hodiè. C. de tempor. appell.* item petendos Apoſto-
51 los, & quidem inſtanter inſtantiùs & inſtantiſſimè. *l.1.§. ſufficit autem ff. de libel. dimiſſor. l.6 eos. §. Apoſtolos.6. C de appellat.* ſaltem infrà dies 30. computandos à die publicatæ ſententiæ. *c. cordi. §. ſantimus. ibidemq́; gl. verb. deproperandum. & c. ab eo. ext. eod. in 6.* item Apoſtolos ita impetratos, eſſe præſentandos & inſinuandos ſuperiori infra alios triginta dies, qui præfiguntur appellanti per judicem à quo, eidemq́; faciendam fidem & relationem per documentũ in ſcriptis, quòd ſuperior ad quem iſtam appellationem comprobarit, cum literis videlicet inhibitoriis, *de quibus & aliis formalibus habetur in l.2.§.f. C de tempor. appell. Bal. in l. præſes 5. C. de appel. ac facit clem. 2. eod. tit.* Quæ quidem formalia ſi nõ fuerint obſervata, ſicut tunc appellatio dicitur peccare in formalibꝰ, & pronunciatur deſerta, ita ut habeatur pro nõ interpoſita. *gl. verb executioni. d.l.2. C. de tempor. appell.* ſic non diſſimili ratione, circa petitionem areſti ſunt obſervanda ſolennia, quæ requirit ſtylus harum curiarum. *arg l. 1. C.*
52 *quæ ſit longa conſuet.* Ac ſi quis cauſas harum ſolennitatum, de renovatione areſti ab una [illegible]indena in aliam per tres vices, à me requirat, licet non omnium, quæ à majoribus tradita ſunt, ratio reddi poſſit. *l. non omnium 20. ff de ll.* cùm multæ leges, quantumvis de ipſarum ratione non liqueat, & duriuſculæ fortè videantur, nihilominùs obſervandæ ſint propter authoritatem condentis legislatoris, aut vìm inveteratæ conſuetudinis. *l. proſpexit. 12. qui & à quibus. juncta l. 1. C quæ ſit longa conſuet. & c. fin. ext. eo.* tamen ratio prædictæ renovationis videtur manare ab antiquo more & ſtylo judiciorum, in provinciis Saxoniæ obſervato, ſecundùm quem ſtylum de una quindena in aliam exercebantur olim actus judiciales, vel, ut Saxo loquitur, Würden die Gedinge gehalten. Landrecht *lib. 1. art. 70. in princ. ibi.* Zu dreyen Dingen. *& §.* Mus aber/*in illu verbu.* Zu den nechſten dreyen Dingen. *& §.* Klaget man. *ibi.* Zum nechſten Dinge. *juncto §.* Thut er das nicht. *in verbu* Vnd ſolches dreymal je vber vierzehen Tage. *ac concordat gloſſa lib. 3. art. 5. & 40.* de quo aliquid etiam ſuprà tactum fuit in prima Parte hujus Operis *cap. 2. num. 188.*

Quod etiamnum hodiè in plerisq; locis, ubi pagana judicia exercentur, uſitatum eſt. Licet autem aliàs in proceſſibus juris, 53
ſive ordinariis, ſive extraordinariis ſufficiat regulariter unum peremtorium pro omnibus, habens videlicet ſua legitima intervalla 14. nempè dierum, *argumento l. & pòſt edictum 73. ff. de judiciis. & l. tres denunciationes. 9. juncta l. conſentaneum. 9. ibi: uno pro omnibus edicto peremtorio. C. quomodo & quando judex, ac notat Regulus noſter in pròceſſu cap. 27. ſub tit.* Von endlicher vnd *peremtoriſcher Citation n. 2. §.* Aber in den Gerichten. *juncto §.* Die andere *Citation.* tamen ſecùs eſt in proceſſu areſtatorio, in quo tempora renovationis areſtorum de una quindena in aliam præcisè & ad unguem ſunt obſervanda, neq; ſufficeret libellus areſtatorius ab initio cum prima petitione areſti judici oblatus, quantumvis ſequeretur citatio ad partem ream pòſt peremtorium. Quod & ita in concurſu aliorum creditorum areſtantium practicati memini.

Differ. Reinhardi 8.p.4 quæ alias eſt 81. in Zobel. differ. 16.n.26. pag. 108. Item differ. 41. p. 4. lib. 2. Zob diff. 6. part. 1.n 8.

(g) Petitur in libello areſtatorio, areſtantem omnibus aliis creditoribus poſte- 54
rioribus præferri, tunc videlicet, quando concurrit areſtator cum aliis creditoribus, ſive perſonalibus, ſive etiam hypothecam aliquam, ſed poſteriorem, habentibus, *arg. c. qui prior tempore extra de reg. jur. in 6.* ſecùs eſt, ſi debitor, in cujus bona decretum creditori fuit areſtum, alios creditores non habeat, tunc enim fruſtrà addetur iſta clauſula, de præferendo areſtantem aliis concreditoribus, ex quo pòſt inchoatum proceſſum, (quod fit exacta tertia quindena poſt citationẽ rei In termino profixo)
nõ aliter proceditur, quã in judiciis, ordi- 55
nariis, ita, ut requiratur ſolẽnis libellꝰ, audiantur exceptiones conventi, conteſtetur lis, fiant probationes, admittantur allegationes & diſputationes partium, ſequatur renunciatio & concluſio in cauſa, donec tandem perveniatur ad ſententiam definitivam. *d. c. quoniam contra de probat. auth. offeratur C. de litis conteſt l.1. & 2. ac l. prolatam. 4. C. de ſent. & interloc. om. jud.* Poſtremò, ſicut & alibi monui, illud etiam notandum venit, quòd ſi in termino ad proſecu-
tionem areſti areſtatori præfixo, is non 56
comparuerit, & jus ſuum judicialiter deduxerit, areſtatus petet areſti relaxationem, & areſtanti perpetuum imponi ſilentium, *ex l. diffamari. 5. C. de ingenuis manum.*

FORMA IMPETRANDI PRÆCEPTI DE NON ALIEnando, vel ſimplicis inhibitionis.

PRoponit actor ſupplicationem ſuam pro petione hæreditatis, narrando,
57 *quo pacto Caius nuper admodùm abſq; liberis deceſſerit, relictis mobilibus & immobolibus, aliiſq; juribus ac nullo alio propiore hærede, quàm hoc actore, veluti fratre: ideóq; petit ſe hæredem defuncti declarari, & hæreditatem eius ad ſe pertinere, nec non compelli reum ad reſtituendum actori omnes res hæreditarias per ipſum poſſeſſas, & ſimul fieri reo præceptum de non alienando quicquam ex hæreditate, donec lis finem receperit:* Hæc communis forma petendi hæreditatem probatur per notata Jaſonis, *in §. omnium. num. 214. Inſtit. de actio.* & per Bartolum *in l. 2. C. de petit. hæred. & in l. licet minimam. 10. ubi gl. verbo officio judicis. ff. eod.*

Appendix autem de inhibitione alienationis probatur, *per l. divus 5. in princ. ibi:*
58 prohibendum poſſeſſorem hæreditatis, antequam lis inhoëtur, aliquid de ea diſtrahere. *eod. tit. & in l. alienationes. 13. fam. herciſc.* adeò, ut qui pòſt motam vel illatam quæſtionem ſuper hæreditate aliquid ex ea emit, tanquam malæ fidei poſſeſſor rem emtam cum fructibus reſtituere cogatur. *Jaſ. l. filiusfamilias. 114. §. divi. 11. n. 97. in 1. repetitione. & num. 130. in 2. repet. de leg. 1. ac facit l. ſi ſciens. 26. de contrah. emt. & l. 51. ſi pòſt motam. C. de petit. hæred.* Ac ſi dicatur, fruſtra impetrari in univerſali judicio petitæ hæreditatis præceptum de non alienando, cùm alienata tunc afficiantur vitio litigioſi propter litis pendentiam, *l. 2. & auth. litigioſa. C. de litigioſis. & d. l. 2. ſi pòſt motam.* reſpondetur: quæ dubitationis,
vel periculi evitandi cauſa per abundantiam pro majori cautela fiunt, actum non vitiare. *l. quæ dubitationis. 82. ff. de reg. jur. l. in teſtamentis. 26. C. de teſtam.* [niſi illud quod cauſa tollendæ dubitationis exprimitur, ſit vitioſum.] 59

FORMA PETENDI ET CONCEDENDI repræſalias illa eſt.

60 *COràm Veſtra Maieſtate, invictiſſime Cæſar, comparet humiliter Titius, proponendo, quod habeat debitorem Caium in Gallia, qui ipſi ſit obſtrictus in ſumma aliquot mille florenorum, pro qua ſumma, licet ipſum crebrò interpellaverit, & tandem etiam ipſius ſuperiorem adierit, petendo ut compelleret ſuum ſubditum ad ſatisfaciendum creditori, & ad liberandum ſuam fidem, pro juris & juſtitiæ adminiſtratione officium ipſius ſubiectiſſimè implorando: tamen, quia nullam juſticiam conſequi potuerit, ſecundùm tenorem inſtrumenti publici, per authenticum Notarium in meliori forma deſuper confecti, quod veſtræ maieſtati pro facienda fide narratorum exhibetur, ac juſticiam denegans, non recognoſcit aliquem ſuperiorem: Ideò ad veſtræ maieſtatis auxilium & præſidium nunc recurrit creditor, ſuppliciter petendo, ut ipſi licentiam concedas, ſubditos regni Galliæ, quoſcunq; venerit, repræſaliandi, detinendi, & pignorandi in rebus vel perſonis, donec ipſi de quantitate debita cum promiſſis uſuris, damnis, & intereſſe, plenariè ſatisfiat.*

Quo facto, & recepta plenaria fide de debito, ac habita ſummaria cognitione de denegata juſticia, concedit aditus Princeps repræſalias, quarum virtute deinceps creditor, vel propria authoritate, vel mediante miniſterio inferiorum judicum, incolas regni Galliæ, ubicunq; in imperio deprehenſos, ſiſtere, & in eos, eorumque bona manum injicere poteſt. Hæc forma probatur per ea, quæ habentur in prima Parte hujus Operis *cap. 2. numero 305. 306. cum ſequentibus uſq; ad numerum 334.* De forma verò obligationis, aut etiam requiſitionis debitoris ad obſtagium, videantur tradita in *Parte 1. c. 8. n. 30.*

FOR.

FORMA LIQUIDATIONIS DEBITI per inſtrumenta.

61 IN primo capite hujus Partis concluſimus, ad hoc, ut parata detur executio petitori in bona rei, neceſſariò præcedere liquidationem per inſtrumenta vel documenta fide digna, quæ, ſi in primo limine aditi judicis non habeat ad manum petitor, ſufficit exhiberi in termino præfixo executioni, quo caſu, ſive oretenùs, ſive in ſcriptis produci poſſunt inſtrumenta ſub ſequenti forma:

Præmiſsis præmittendis: Comparet petitor in hoc termino, ſibi cum parte adverſaria præfinito, exhibens & producens jura ſua ac inſtrumenta, quibus debitum ſuum liquidare intendit, in paſsibus & punctis, pro ſe, & contra reum facientibus, (a) petendo eorum recognitionem, ac, ſi reus ea non diffiteatur, aut alter recognoſcere recuſet, petit illa pro recognitis haberi, (b) ipſiq; paratam executionem in bona rei communicari, reſervato tamen ſibi jure, plura documenta, quibus de præſenti caret, exhibendi & producendi: (c) de quibus omnibus & ſingulis proteſtatur.

62 (a) Ponitur clauſula: In quantum pro ſe & contra adverſarium faciunt, ex quo ſine illa proteſtatione, intelligitur producens omnia in tali inſtrumento contenta confiteri· *Innocentius in ca. cum olim. extra de cenſibus. Bartolus in l. pòſt legatum. 5. nu 6. 7. & 8. ff. de his, qui ut indig. Panormitanus in c. cum venerabilis. n 31. extra de excep.* cùm contrà prædicta clauſula reſervet ſalvum jus proteſtantis, *per ea, quæ tradunt Canoniſtæ in ca. cum M. Ferrarienſis. de conſtitu. ac Bartolus cum alijs Legiſtis in l. non ſolum. §. morte 6. ff de oper. novi nunci. cum gloſſa l. 1. §. diem. de edendo.* ex quo actus agentium non operantur 63
ultrà eorum intentionem. *l. non omnis. 19. ff ſi cert. pet. c. cum dilectus. in fine. extra de ord. cog. [l. ſi cum argentum. 21. ff. de except. rei judic.] ac notat Ferrarienſis in forma productionis inſtrum. verbo. in illis paſſib. numero 1.* quo de videantur etiam, quæ tanguntur *in quarta Parte hujus Operis capite 1. numero 118.*

(b) Clauſula: Petendo recognitio- 64
nem, eaque non facta, haberi documenta pro recognitis: fundatur in his, quæ ſuperiùs in capite 1. *n. 99. 100. & 101.* hujus tertiæ Partis leguntur.

(c) Ultima clauſula, De reſervando ſi- 65
bi jure plura inſtrumenta producendi, videtur eſſe ſuperflua, ex quo terminus executioni præfixus, idem etiam eſt peremtorius, excluſivus aliarum ulteriorum probationum, non tantùm ex parte actoris, ut qui inſtructus venire debuit. *L. purè 5. §. f. ff. de excep. doli mali*: ſed etiam ex parte rei, adeò ut deinceps litigatores in hac inſtantia cum alia probatione regulariter non audiantur, *per ea, quæ notantur in quarta Parte hujus Operis. capite 2. num. 14. & 15.*

SUMMARIUM CAPITIS IX.

1. Finis cujusq; rei, ad quem quid adhibetur, attenditur, & principijs item medijs melior eſt. 2.

3. Propter quod unumquodq; tale eſt, illud magis eſt tale.

4. Finis declarat intentionem præmiſſorum, & eſt cauſa omnium aliarum cauſarum 5.

6. Judicati executio petitur actione in factum ex judicato, & officio judicis nobili, ſed ultimum remedium tutius & communius eſt. 7.

8. Proceſſus eſt diverſus circa executiones in realibus & perſonalibus actionibus.

9. Judicatum ſuper actione reali executatur per miſſionem executoris, qui manu militari auferat rem poſſeſſori, tradendo eam victori in cauſa.

10. Miſſus ex judicato ſuper judicio reali, tenet ex primo decreto, item poſſidet ſimul & fruitur re, tanquam ex ſecundo decreto.

11. Pignus judiciale ſuper adjudicata poſſeſſione non aliter conſtituitur, niſi per actualem miſſionem.

12. Executor quis dicatur?

13. Forma regiſtrandi ad acta judiciſ miſſionem ſuper reali judicio.

14. Executio ſuper condemnatione in realibus, expeditur ſtatim, non attenta dilatione judicatu data: in perſonalibus demùm pôſt quatuor menſes. n. 17.

15. Pignora pro executione judicati ſuper actione perſonali capta, aſſignantur miſſo tantùm ex primo decreto, de jure civili: ſecùs de jure Saxonico 16.

18. Executio rei judicatæ, & inſtrumentorum habentium paratam executionem ex vi pacti vel ſtatuti, æquiparantur.

19. Executionis ſuper perſonalibus ordo in hoc conſiſtit, ut primo capiantur mobilia, ſecundo moventia, tertio immobilia, & quarto loco jura.

20. Ordo executionis circa captionem pignorum ſi præpoſteretur, vitiat proceſſum.

21. Omiſſio ſolennitatis, à jure requiſitæ vitiat actum.

22. Mobilibus vel moventibus pluribus exiſtentibus, creditori vel victori in cauſa non licet eligere, quid velit pignoris loco capi, ſed pignorandum eſt, quod minùs nocet debitori: licet altera opinio apud nos ſervetur in practica, 38. & de jure verior ſit. 37. 43.

23. Debitori in exetutione non debent pignorari bona, quibus is carere nollet, ſi ex alijs poteſt ſatisfieri commodè.

24. Immobilium plurium circa pignerationem non ſunt capiendæ res magni pretij.

25. Pecuniæ primùm pignoranda in executione, maximè pro debito pecuniario.

26. Pecunia æſtimantur omnes res.

27. Executionis in actu primo loco capiuntur, quæ faciliùs reperiunt emtorem, ſive mobilia, ſive immobilia, licet ſint meliora. 28. & 41.

29. Gravatus in uno, debet relevari in alio.

30. Lex loquens generaliter à nobis diſtingui non debet.

31. Ordo captionis pignorum favore creditoris, non autem debitoris inductus eſt. & 33.

32. Nominum diſtractio faciliùs permittitur, quàm alienatio bonorum ſoli.

33. Creditor, pro executione judicati, non compellitur accipere in ſolutum nomen ſui debitoris.

34. Ratio naturalis ſuadet reſtrictionem legis quantumcunq; generalis, dummodò & lex patiatur iſtam limitationem, & per hoc non incommodetur reipublicæ. 35:

36. Æquitas non ſcripta poſtponitur rigori juris ſcripto.

39. Ordo literæ inducit prælationem.

40. Pignus non eſt accipiendum de bonis ad agricultura pertinentibus.

42. Mobilium & moventium ordo circa captionem pignorum non eſt in conſideratione.

44. Mobilibus non repertis, aut occultatis dolo debitorum, capiuntur bona ſoli meliora: ita tamen ne pro debito parvæ quantitatis res magni valoris pignorentur, aut vendantur, ſi ex aliis ſatisfieri judicato poſſit. 45.

46. Debitor in executione, debet operire ſeras & ferramenta, ut diſpiciatur, an adſint mobilia, in quibus fiat executio, aliàs, & quando non adſunt res ſoli, capitur in perſona.

47. Executio à mobilibus incipiatur: niſi talia ſint, quæ tardiùs inveniunt emtorē, tunc enim à bonis ſoli initium fieri poteſt.

48. Mobilia ſi obtrudantur creditori in executione, debet ſtatim petere ipſorum venditionem.

49. Executio inſtrumentorum ex vi pacti vel ſtatuti, paris eſt effectus cum executione judicati.

50. Pecuniæ in executione judicati repertæ aſſignantur ſtatim creditori.

51. Mobilia vel moventia pro judicato capta, abſque eo, quòd ſubhaſtentur, dantur in ſolutum creditori, pro communi valore quem habent, & qui ex loco fori publici æſtimatur. 52. & 81. ita tamen, ut ſi judex dubitet probabiliter de eorum juſto pretio, adhibeat peritos in arte. 53. niſi ſint mobilia valdè pretioſa. 54.

55. Pignus captum de immobilibus, ſi de valore concordant partes, addicitur creditori pro ſumma ſui crediti.

56. Æſtimatio facit emtionem.

57. Iudex facilè ratum habere debet id, de quo inter partes ſpontè convenit.

58. Pignus in ſolutum datum intelligitur pro toto debito, ſive id fiat de expreſſo partium conſenſu, ſive tacito.

59. Niſi fortè creditor fuerit de eo proteſtatus. 62. alioquin iſta eſt præſumtio juris, & de jure.

61. Quamvis aliud ſit in pignore conventionali. 60. nec poteſt irritari datio in ſolutum, ex capite læſionis, in l. 2. C. de reſcind. vendit. 63. niſi error ſummæ intervenerit. ubi datio in ſolutum in totum vitiatur. 65.

64. Pignus conventionale, & cujus dominium impetratur à Principe, ejus cōditionis eſt, ut, ſi quid

ſi quid deeſt ad ſummam debiti, illud peti, & ſi quid ſupereſt ex pretio rei, per debitorem condici poſſit.

66. *Addictio pignoris in ſolutum pro majore ſumma quàm debetur, non valet, etiam pro ea parte, quæ reverà debetur, & procedit hoc etiam in pignore capto pro executione conventionis executivæ & 72.*

67. *Decretum judicis ſuper uno capitulo, non poteſt pro parte valere, & pro parte non.*

68. *Vtile per inutile in individuis vitiatur, in dividuis non item.*

69. *Datio in ſolutum eſt individua, ideoq́ propter minimam etiam partem, quæ non debetur, venit retractanda.*

70. *Decretum ex falſa cauſa interpoſitum, eſt ipſo jure nullum, ſicut ſententia.*

71. *Pignus pro cauſa debiti datum in ſolutum per partem ſine judicis decreto, an ex errore ſuper quantitate debiti in totum irritetur? an verò tantùm pro quantitate indebita.*

73. *Pignus an accipiatur in ſolutum, an jure pignoris, in creditoris arbitrio ponitur.*

74. *Pignora in executione judicati capta, de jure Saxonico debent inalienata ſervari per alias tres quindenas, & 88. duplices ſiquidem inducias habet condemnatus, de quibus numero 75. de jure autem civili iſtud tempus, in bonis eccleſiæ viginti dierum eſt, in privatorum autem bonis arbitrarium. 76. medio tamen tempore ſubhaſtantur. 89.*

77. *Pignora ſoli pro judicato capta liberum eſt creditori poſſidere ex cauſa pignoris, aut petere eorum ſubhaſtationem. 78. & 86. vel addictionem pro juſto pretio.*

79. *Cum quo triplici remedio ſine practica tranſeunt communiter. 80.*

82. *Subhaſtatio non fit pro mobilibus, ſed tantùm pro rebus ſoli.*

83. *Pignorum ſoli ad poſſidendum, & utendum datorum pro credito, fructus extenuant quotannis ſortem. 84.*

84. *Solutio particularis incommoda eſt creditoribus, ideoq́ ad eam inviti non ſunt arctandi.*

85. *Pignora pro judicato capta, neq́ tenetur creditor in ſolutum accipere, neq́ in ea æſtimatione, qua volunt obtrudi ipſi per judicem aut creditorem, quo caſu ſubhaſtantur. 86.*

87. *Subhaſtationi expoſitum pignus poteſt licitari per creditorem, non minus, quàm per extraneum.*

88. *Subhaſtari debent res venales eccleſiæ per viginti dies, in bonis privatorum dilatio eſt arbitraria. 89. non tamen debet protrahi ultrà annum. 120. nec ſufficit una proclamatio. 90. & 94.*

91. *Subhaſtandi forma de jure Saxonico, quæ nec juri communi ignota. 92. &, cur ſit introducta ſolennitas ſubhaſtationis? 93. & 96.*

94. *Pignora quæ ſubhaſtationi exponuntur, præſente pecunia diſtrahuntur, non habita fide de pretio, niſi conſuetudo loci aut regionis alicujus aliud obſervet. 95.*

96. *Proclamatio pignorum etiam extraneis & forenſibus prodeſt, ut in ijs intrà terminum jus ſuum quærant.*

97. *Subhaſtaturus pignora debet priùs ſummatim explorare eorum valorem: ita tamen, ne eum licitatoribus manifeſtet, ſed cariùs æſtimet.*

98. *Subhaſtatio alio nomine dicitur auctio.*

99. *Licitator primus, qui minùs obtulit, offerendo plùs, quàm ſecundus, ſecundum licitatorem denuò vincit: niſi in ſubhaſtatione dictum ſit, quòd plùs licitanti dabitur. 100.*

101. *Subhaſtationes non fiunt in die ſacro, neque in eccleſia: exceptis pagis, in quibus & per provincias Saxoniæ fiunt à Sacrificulis, quibus id minimè convenit. 102.*

103. *Subhaſtationum complementa præco refert judici, qui debitori citato ſignificat pretium majus, offerendo rem denuò luendam ipſi, vel, quem ipſe ſupponet emtorem, plùs offerentem. 105.*

104. *Nuncius publicus habet vim duorum teſtium de jure Saxonico.*

106. *Pignore vendito, pretium datur creditori, &, ſi quid deeſt, reſervatur pro eo ipſi ulterior pignoratio, ſin quid ſupereſt, illud reſtituitur debitori.*

107. *Executor non debet priùs taxare pignora, pro judicato capta, ſed ſiquidem diſcordatur de pretio, ſubhaſtabit ea.*

108. *Pignus pro judicato captum, tantum valet, quantum offertur infrà tempora ſubhaſtationi præfixa.*

109. *Creditor invitus non cogitur, pignus in vim judicati captum, accipere pro pretio per judicem taxato: niſi ſubhaſtatio præceſſerit, & emtor inventus non fuerit.*

110. *Vltra annale tempus non differenda luitio pignoris, ſed executio perficienda.*

111. *Pretium cujusque rei tantum eſt, & non majus, ſicut emtorem invenit.*

112. *Subhaſtationis per viam pignora vendita carent evictione, reſpectu judicis vel creditoris;*

ditoris: tenetur tamen de evictione debitor. 113.

114. *Pignoris addictio fit regulariter ultimo loco creditori pro juſta æſtimatione, rejecta contraria opinione, quod invitus cogatur pignora in ſolutum accipere abſque juſta quantitate.* 115. *tàm de jure civili, quàm de jure Saxonico.* 116.

117. *Pignore in conventionali quod actum eſt, de vendendo, vel non, id obſervandum eſt.*

118. *Pignus conventionale, de cujus venditione nihil fuit actum inter partes, denuò pòſt biennium vendere licet, quod conſuetudine fori Saxonici ab uſu receſſit.* 119.

120. *Quo pacto judex æſtimationem pignorum facere debeat in caſu non reperti emptoris.*

121. *Taxationis ad renunciationem, per æſtimatores fiendam judici, non eſt neceſſe citari debitorem.*

122. *Taxationis pro majore certitudine, judex bona ſoli, de quorum taxa agitur, præſens inſpicere debet, idq́; ſumptibus petentis, ut ſi inter taxatores incidat ambiguitas, ipſe partes ſuas interponat.* 124.

123. *Ocularis inſpectio eſt certiſſimum teſtimonium, & firmiſſima probatio.*

125. *Æſtimatoribus cujusq́; loci juratis ſuper valore rei creditur.*

126. *Vicinus præſumitur habere noticiam de fundo, & valore fundi vicini, item de quantitate fructuum, qui inde colligẽ poſſunt annuatim.* 158.

127. *Æſtimatores certi, ſi in loco non reperiantur deputati, eligendi ſunt per partes, aut, illis recuſantibus, eliguntur per judicem ad minus duo, ſi tot inveniuntur* 128. *aliàs etiam unus ſufficit.* 129.

130. *Æſtimatores debent eſſe jurati ſuper ſingulis actibus: niſi per partem eligantur.* 135. *vel ad officium ſuum generaliter cum juramento aſſumpti fuerint.* 136.

131. *Æſtimatores ſunt teſtes valoris rerum.*

132. *Agrimeſſores & teſtes jurant de veritate, æſtimatores de credulitate.* 133.

134. *Æſtimatores reddunt rationem ſui dicti, qualem poſſunt.*

137. *Agri de modo ſi dubitatur, menſurandus venit.*

138. *Agrimeſſores ipſi quoque debent eſſe jurati.*

139. *Agrorum pro menſurationibus citandæ ſunt partes, ut deſignent limites & fines.*

140. *Ager unus, pro ratione ſituationis, eſt pretioſior quàm alius.*

141. *Vicinum bonum habere, auget æſtimationem prædij.*

142. *Cultura melior reddit agrum majoris valoris.*

143. *Agri libertas auget pretium ejus.*

144. *Feudalia bona minoris ſunt æſtimationis, quàm allodialia.*

145. *Litigioſa res minoris venit, quàm non litigioſa.*

146. *Agrorum bonitas prævalet magnitudini.*

147. *Bona ſoli æſtimantur facta collatione aliarum venditionum ibi celebratarum.*

148. *Valor cujusq́; rei æſtimatur etiam ex reditibus annuis, licet inæqualibus, quorum ſterilitas uno anno contingens, compenſatur per ubertatem ſequentium annorum.* 149.

150. *Reditus perceptibiles per viginti annos conſtituunt valorem rei.*

151. *Pretium commune rei dicitur, cujus quantitas redigitur ex fructibus viginti annorum, licet Molinæus de triginta quinque annis dicat.* 152. *&, quo pacto pretium rei colligatur ex fructibus incertis?* 153.

154. *Fructuum ſit ex qualitate pretium rei computandum ſit, non inſpicitur valor fructuum, qui de præſenti eſt, ſed communis, quanti plerunq́; fructus vendi ſolent.*

155. *Annuorum redituum, abſq́; laudemijs & jurisdictione, in frumento duriore, unus modius Lipſenſis vel Ienenſis regulariter æſtimatur pro uno floreno.*

156. *Fructuum reditus ſumuntur ex depoſitione habentium vicina prædia, vel ex libris rationum.* 169.

157. *Æſtimatores, pòſt collationem votorum inter ſe, faciunt relationem judici, etiam partibus abſentibus.* 158.

159. *Æſtimatores ſuper pretio ſufficit præſumptivè concludere: ita tamen, ut dicti ſui aſſignent rationes.* 160. *ſaltem ex judicio intellectus.* 161. *etiam de cauſa dicti non interrogati.* 162. *&, quæ ratio ſcientiæ in æſtimatore exigatur?* 163.

164. *Æſtimatoris dictum, quod ipſe tantùm pro re daret, nullius eſt momenti.*

165. *Pretia rerum non ex affectione ſingulorum, ſed ex communi æſtimatione ſumuntur.*

166. *Pretia rerum juſta dicuntur, quæ habentur ex communi provinciæ uſu.*

167. *Pretium rei tanti eſt, quantum communiter daret emtor, ſciens rei conditionem.*

168. *Æſtimatione pignorum pro executione captorum renunciata per æſtimatores, judex, citatis partibus, definit pretium, & in ea acquieſcitur.*

169. *Æſtimum commune non probat valorem rei inter fiſcum & privatum: ſecùs inter* emtorem

emtorem & venditorem.
170. *Dominus feudi ſi velit retrahere ad ſe prædium ſui ſubditi, debet tantùm offerre pretij, quantùm extraneus, nec ſufficit pretium æſtimi publici. n. 171.*
172. *Intereſſe, item expenſarum habenda eſt ratio circa executionem.*
173. *Expenſæ executionis liquidantur per partem, poſtea ſequitur moderatio judicis, & tertio loco juramentum petitoris, quòd non minùs expenderit.*
174. *Expenſæ executionis, etiã aliter non probatæ, definiuntur & æſtimantur per judicem.*
175. *Executionis expenſæ, quæ præſtantur jus dicenti, propriè ſportulæ appellantur, & creditori refundendæ ſunt.*
176. *Expenſarum executionis quantitas conſiſtit in moderatione judicis exequentis, niſi merus executor fuerit. Per fora autem Saxoniæ, maximè in Thuringia habetur certus modus earum expenſarum, quæ hic determinantur. 177.*
178. *Expenſarum executorialium modum ſæpè tranſcendunt quæſtores, ubi gravis additur querela de avaritia iſtorum hominum, & noſtri ſeculi. 179.*

CAPUT NONUM.

DE CAUSA FINALI, HOC EST, DE EFfectu & utilitate remediorum executivorum & inprimis pignoris judicialis, quod per executionem judicati tribuitur creditoribus.

IN præcedentibus capitib. tractavimus de proceſſu, quo videlicet pacto per remedia executiva creditor ad manusinjectionem contra bona vel perſonam obligati pervenire poſſit, item, in qua forma eam à judice petere, & obtinere debeat. Nunc diſcuriendum eſt, ad quem finem fiat talis detentio, vel manusinjectio, & quæ utilitas ex ſingulis remediis ad credi-
1 tores redeat. Finis ſiquidem cujusq; rei, ad quem negocium tendit, potiſſimùm attendendus eſt, *l. etſi non ſint. aliàs incip. l. cũ aurum. 19. §. perveniamus. 13. ibi: ſemper illud ſpectamus, cujus rei cauſa quid adhibeatur. ff. de*
2 *auro & arg. leg.* adeoq; principiis & mediis, quæ ad finem ſunt ordinata, nobilior judicatur, ſecundùm quem etiam omnia præordinata regulari debent. *Aymon Cravetta*
3 *conſil. 137. n. 14. vol. 1.* Propter quod enim unumquodq; tale eſt, illud magis eſt tale. *Bald. & Alex. in l. ex diverſo. 17. §. 1. ſol. mat. ac facit d. § perveniamus.* & ex fine apparet intentio præmiſſorum. *Tiraq. de retractu lignagier. §. 36. ad finem tit. n. 19. c. fraternitatis. in f. extra de frig. & malefic. l. 1. § non autem omne. de flumin. l. non omnis. 19. ſi cer. pet. can. is autem. §. fin. 22. quæſt. 2.* & aliàs dicitur: finem eſſe
4 cauſam omnium aliarum cauſarum. *Ioan.*
5 *Nevizan. conſ. 50. n. 22.* Unde, cujus effectus omnib. prodeſt, ejus & partes ad univerſos pertinent. *l. cujus effectus. 148. de reg. jur.* Cumque nihil magis ſit quotidianum in practica horum locorum, quàm executio propriè ita dicta, prius eſt, ut de ejus effectu & utilitate præmittamus, ſubnexuri deihceps etiam aliorum vicinorum remediorum effectum, circa manus injectionem ad res aut perſonas debitorum.

Proceſſus qui obſervatur in executione tàm in realib. quàm perſonalibus actionibus.

Etſi verò ſuprà dictum fuit, executionem judicati impetrari duobus modis, actione videlicet in factum ex judicato, vel per implorationem officii, judicis nobilis. *l. miles. 5. §. fin. judicati. ubi Iaſ. Bartol. & omnes de re jud. Cyn. in l. ab executione. 5. n. 3. C quorum appel. non recip.* tamen, quia altera via, de imploratione officii judicis nobilis, & communior & tutior eſt, ſecundùm Cynum *in l. ab executione. 5. num 2. verſ. ſi autem eligitur officium judicis nobile. C. quorum appell. non recip. Maranta de ord. jud. part 6. rub. de executione & ult. actu jud. nu. 8. allegat. Alex. conſ. 50. vol 2. ubi tamen de hoc verbum nullum, licet iſtud in ſe ſit verum.* Jaſon in *l. intra dies. 7. num. 3. & 4. pòſt alios ibidem. ff. de re jud.* ubi addit, ab iſta practica non eſſe recedendum: poſtpoſita in factum actione, quæ ex judicato oritur, hoc in loco tãtùm perſtringemus effectũ ejus executionis, vel manus injectionis, quam impertit judex ex officio nobili, deſuper requiſitus. 6 7

Cæterùm, ſicut alia judicia ſunt rei perſecutoria, quæ in rem actiones concernunt, alia perſonalia, quæ ex contractibus oriuntur. *§. omnium. Inſtit. de act.* Ita diverſus eſt proceſſus circa executiones ſuper actionibus realibus & perſonalib⁹. 8

Priore namque caſu, judex aditus per vi-
ctorem in cauſa, & rogatus ſuper execu-
9 tione, vel ipſe vadit, vel mittit ſuos offi-
ciales ad domicilium debitoris, pro faci-
enda executione in rem petitam, ſuper
qua proceſſit condemnatio, auferendo
eam poſſeſſori, quaſi manu militari, & tra-
dendo illam victori in cauſa, *l. qui reſtitue-
re. 68. ff. de rei vindic. l. 1. C. de execu. rei ju-
10 dic.* adeò, ut victor in cauſa ſuper actione
reali mittatur in poſſeſſionem rei, ad tu-
endum & poſſidendum ex primo decre-
to, item ad utendum fruendum re, in
quam miſſus eſt, quaſi ex ſecundo decre-
to. *Speculat. de ſecund. decret. §. videndum
reſtat. numero 22. verſic. præterea agens reali.
per c. cum Bertoldus. extra de re jud. ac c. quo-
niam frequenter. §. in aliis. extra ut lite non
11 conteſt.* Et iſtud in adjudicata poſſeſſio-
ne vocamus pignus judiciale. *l. 1. & per
tot. C. ſi in cauſa judic. pig. cap. ſit. Neguzan.
de pig. 2. mem. 2 part. princ. numero 10.* quod
decerni non ſufficit, niſi miſſus corporali
poſſeſſione lætetur. *c. cum aliquibus. eod.
tit. & l. non eſt mirum. 26. ff. de pignor. act.*
12 Cùm enim executor is dicatur, qui vigo-
rem rei judicatæ ad effectum perducit,
l. ſi ut propone. 6. in princ. & l. executorem. 8.
C. de execut. rei judic. & in judicio reali a-
ctum fuerit, condemnatioque proceſſerit
ad reſtitutionem poſſeſſionis ejus rei, quæ
tunc tenebatur ab adverſario. *l. actionum
genera. 25. verſic. in rem actio. ff. de act. &
oblig.* ideò res, in quam proceſſit adjudi-
catio, realiter reſtituenda venit victori in
cauſa, *arg. l. ut fundus. 18. ff. commun. divid.*
13 Et talis miſſio ſuper reali judicio, facta per
judicis Officiales, regiſtratur ad acta judi-
cii in ſequenti forma: *Hac die, &c. N.
executor hujus curiæ retulit, ſe de man-
dato judicis, exequendo ſententiam, tali
tempore latam inter A. & B. dediſſe &
attribuiſſe victori corporalem poſſeſſio-
nem bonorum, in quibus fuit condemna-
tus reus. Speculator tit. de exec. ſent. §. ſe-
quitur. numero 1. verſic. forma. & numero 3.*
14 Quæ concluſio ampliatur, ut locum ha-
beat parata executio circa realia judicia
ſtatim ab eo tempore, quando ſententia
tranſivit in rem judicatam, ita ut non
expectetur dilatio data judicatis, aut ſal-
tem erit arbitraria dilatio, puta, quando
res non eſt præſens. *§. 1. Inſtit. de offic. ju-
dic. Bar. in l. à divo. 15. §. in venditione. 2. nu-
mero 10. Alex. in l. debitoribus. 31. numero. 10.
ibidemq; Iaſ. 13. ff. de re judic. poſt gloſſ. & Bar.
in l. f. numero 4. 5. & 6. per illum tex. in §.
cum antiquitas. ibi: ſtatim res in condemnatione
poſitas exigere. C. de execut. rei jud. Marian.
Socinus in tit. de citatio. art. 7. numero 22.* Po-
ſteriore verò caſu, quando perſonaliter 15
fuit actum, neque mox fit executio, neq;
finis executionis eò tendit, ut pignora ex
bonis debitoris capta aſſignentur victori
in cauſa, ex primo tantùm, non autem
ex ſecundo decreto, ſecundùm omnes
communiter Dd. *in l. à Divo Pio. 15. §. ſi te-
rum. ff. de re jud.* Licet ille ipſe textus ad-
verſus communem ſententiam fortiter
ſtringat, ſicut & multi contrariam par-
tem tenent, tanquam veriorem,

De jure verò Saxonico illud indubita- 16
tum eſt, ſive quis ex re judicata ſuper a-
ctione reali mittatur in poſſeſſionem rei
petitæ, ſive in actione perſonali, pro quan-
titate videlicet declarati debiti, victori in
cauſa pignoris loco certa bona debitoris
aſſignanda eſſe, & utroque caſu miſſum
fieri poſſeſſorem, & lucrari fructus, quo
de remitto lectorem ad ea, quæ in prima
Parte hujus Operis. *capite 2. numero 56. &
57.* tradidimus, & in ſequenti capite 11.
pòſt princip. latiùs examinabimus. Et
hæc executio ſuper actionibus perſonali-
bus non expeditur hodiè, niſi pòſt tempus
quadrimeſtre. *l. 2. C. de uſur. rei judic.* Eſt 17
autem unus & idem effectus, qui reſultat
ab executione rei judicatæ, & ejus execu-
tionis, quæ cauſatur ex inſtrumento exe-
quibili, merente ſcilicet paratam execu-
tionem ex vi ſtatuti vel pacti, *prout refert
Bartolus in l. cum unus. 12. numero 10. ff. de
reb. auth. judic. poſſeſ. & Alexander, licet ſub
dubio, in l. à divo Pio. 15. §. ſi rerum. numero 2.
de re judic. Quod ipſum etiam probat Roderi-* 18
*cu[illegible]arezius in l. poſt rem judicatam. 56. verſ.
se[illegible]s veſtigia. numero 11. ubi latè, eod. tit. ac
bene facit pro hoc tex. in l. 1. ibi in vicem obli-
gationis ſuccedit ex cauſa contractus authoritas
judicantis. C. ſi in cauſ. judic. pignor. cap. fue.
juncta l. penul. ibi: citra præſidalem juſſionem
vel conventionem. C. de pignorat. act. l. dotis. 9.
ibi: ingrediendi non conſentientibus hæredibus,
ſine authoritate competentis judicis, non habes
facultatem. C. ſolut. matrim. l. creditores. 3. C.
de pignor. de quo ſuprà in hac ipſa tertia parte.
capite. 2. nu. 5. & latiſſimè in prima Parte noſtri
Operis. cap. 5. & 6. egimus.*

De ordine verò faciendæ executionis 19
in perſo-

in perſonalibus ſciendum eſt, quòd ca-
piantur pignora primùm de rebus mobi-
libus & ſe moventibus, deinde de immo-
bilibus, &, his non apparentibus aut ſuffi-
cientibus, pignorantur jura & actiones
debitorum, tandem & ultimo loco, ſi ne-
que mobilia, neque immobilia vel nomi-
na adſunt, devenitur ad carcerationem
perſonæ. *d. l. à divo. 15. §. in venditione. 2.
juncto §. ſi pignora. 3. & §. ſic quoq;. 8. at ſe-
quitur Specul. at. in tit. de execut. ſent. §. ſequi-
tur. numero 3. junctis quæ notat Alex d. §. in
venditione. num. 8. per gloſſ. l. 3. §. tutor. ff de
ſuſpect. tut. ac tradunt Bar. Bal. & alij in l. 1. C.
qui bon. cedere. & Ang. item Io. de Plat. in l. ne-*
20 *mo carcerem 2. de exactor. trib lib. 10.* Qui
quidem ordo cum ſit pro forma traditus,
ejus perverſio vel præpoſteratio annullat
proceſſum, *ſecundùm omnes in d. §. in vendi-
tione. 2. per illum tex. ibi: ſi mobilia non ſuffe-
cerint, etiam ſoli pignora capi jubent, juncto
verſ ſi: deniq; interloqui ſolent. quod & probat
Everhard. in top. loco, ab ordine. numero. 6. &*
21 *Maranta de execut numero 9.* cùm omiſſio
ſolennitatis, à jure requiſitæ, vitiet a-
ctum. *l. tum hi. 8. §. ſi prætor. 17. ibidemq;
Bar. in princ. & numero 1. ff. de tranſact l. pro-
latam contra ſolitum juditiorum ordinem. 4. C.
de ſent. & interloc.* & iſtud eſt abſque ſcru-
pulo, tàm apud gloſſatorem, quàm etiam
apud Bartolum *in d. §. in venditione. 2. nu 3.*
ac ſatis probatur per tex. *d. §. in venditione.
verſ. nam à ſoli pignoribus initium faciendum
non eſt.* ſicut ea ſententia communi cal-
culo comprubatur, *Iaſon ibidem numero 19.*
& practicatur, *Alex. d. §. in venditione, num.*
38. de quo tamen videantur, quæ tradun-
tur in quarta Parte hujus Tractatus *capite
1. numero* 147. Licet ipſe Alex, gloſſam
verbi, Animales, intelligat generaliter de
toto ordine executionis, quaſi videlicet
ab Accurſio iſtud dubium moveatur ibi,
an à nominibus, item à rebus ſoli initium
facere liceat, poſthabitis mobilibus & ſe
moventibus? cùm tamen iſtud in gloſſa-
toris mentem nunquam venerit, ſed tan-
tùm illud in dubium vocat, ſicut & Bar.
22 *in d. §. in venditione. 2. numero 5.* an nimi-
rùm inter plura mobilia diverſarum ſpe-
cierum, aliquis ſit ſervandus ordo, ita, ut
creditor teneatur accipere illa pignora,
quæ ipſi intendit obtrudere reus, vel ju-
dex, etiam invito? an verò liceat ipſi ex
his eligere unum vel alterum genus, aut
ſpeciem mobilium, ſuper quibus fiat ex-
ecutio? puta, exiſtunt penes debitorem
pecuniæ, item catenæ argenteæ vel au-
reæ, veſtes, frumenta, oves, & alia ani-
malia: quæritur tunc, an ſit in optione
creditoris, aut judicis, quid ipſe velit eli-
gere, ut ſuper eo procedat executio? *Gloſſ. d. verb. animales.* reſpondet: licet Ju-
riſconſultus eo in caſu non præſcribat ali-
quem certum ordinem, cum tamen or-
dinem obſervandum eſſe, ut pignorum
captio inchoetur ab iis rebus, quarum di-
ſtractio minùs nocet debitori, prout ſunt
ſupellectilia, & ſimilia, adeò, ut ſi alio
modo procedatur, executio dicatur eſſe
nulla, quaſi contra ſolitum judiciorum
ordinem proceſſus inſtitutus ſit. *l. prola-
tam. 4. C. de ſentent. & interloc. om. jud.* aut,
quòd ſaltem executatus à tali gravamine
poſſit appellare, *argumento l. ab executione.
5. C. quorum appel. non recip.* quam ſentèn-
tiam gloſſatoris tenet & probat etiam
Joan. And. *in c. quoniam frequenter. §. fin.
extra ut lite non conteſt. cum, ſecundùm eum,
textus in d. §. in venditione. 2. loquatur alter-
nativè ibi: res mobilesq; animales, bona ſoli: in al-
ternativis autem electio ſit debitoris. l. plerumq;.
10. ff de jure dot. c. in alternativis. extra de
reg jur. in 6.* Accedit, quòd in hoc verta- 23
tur utilitas debitoris, ne ipſe contra ſuam
voluntatem amittat eas res, quibus carere
nollet, ex quo de aliis bonis creditor ſatis-
factionem ſuam conſequi poteſt, *argumen-
to. l. 1. ibi: in arbitrio debitoris eſt, quid potiùs
voluerit ſolutum. ff. de ſolut.* Et, quod non
lædit creditorem, ac prodeſt debitori, i-
ſtud de facili eſt concedendum. *l. reſcri-
pta. 7. C. de precib. Imp. off. [concordat. l. 1. &
2. §. item Varus ait. 3. ff. de aq. & aq. plu. arc.]*
Pro quo & illud eſt, quod volunt inter-
pretes, ordinem captionis pignorum
proditum eſſe in favorem debitoris, *Imo-
la in d. § in venditione. 2. num. 4. per l. quam-
diu. 6. C. de diſtract pig. ac facit d. §. in ven-
ditione, 2. ubi præmittuntur res mobiles, de
quibus fiat captio pignorum, cum mobilium vilis
& abiecta ſit cuſtodia l. ſi rem mobilem. 47. in
princ. & l. rem quæ nobis. 15. ubi notat gloſſ.
verb. erepta. ff. de acquir. poſſ.* Quod & Bar- 24
tolo placet non tantùm circa mobilia, ve-
rùm etiam circa plura immobilia, ne vi-
delicet pro modica quantitate pecuniæ
vendantur res magni pretii, cùm ex aliis
modicis poſſint redigi pecuniæ. *Bar. d. §. in
venditione. num. 5. per d. l. quamdiu. 15. cum
quo & Panorm, tranſit in c. quod ad conſulta-
tionem. num. 27. extr. de ſent. & re jud. item
Bald. in l. ordo. 3. num. 9. C. de execut rei jud.*

Et hanc gloſſæ opinionem Jaſon firmat
eſſe communem. *Iaſ.in d.§. in venditione,
numero 10. verſ. Petrus de Bexavio tenet contra
gloſſam & communem. & verſ. breviter tene
contrarium, ſecundùm gloſſam & communem.
eandemq́, aſſeverat communiter teneri etiam
Maranta de ordin. judic. parte. 6. in 9. & ult.
actu judic. de executione. numero 11. allegat
Alex. de Imo in d. §. in venditione. numero 38.
ubi tamen in verſic. nec bona videtur. loquitur
per verbum dubitativum, hanc ſententiam pro-
pter authoritatem Bartoli fortè in practica ſer-
vandam eſſe.* Verùm, ſi benè ponderen-
tur, quæ ſcripſit Alex. ibidem, apparet, ſi-
cut & ſuprà tactum fuit, quòd ipſe con-
fundat diſputationem de ordine exequen-
di ſuper mobilibus, immobilibus, & no-
minibus adeoque innuit, mobilibus exi-
ſtentibus, non eſſe tranſeundum ad ca-
ptionem pignorum de immobilibus vel
juribus, quòd abſolutum & indubitatum
eſt, cùm iſte ordo exequendi *in d. §. in ven-
ditione*, præſcriptus ſit pro forma, & hoc
quotidiè practicatur; quòd quamdiu mo-
bilia vendibilia adſunt, ceſſari vel ſuper-
ſederi debeat à captione pignorum de re-
25 bus ſoli. Sicut nec illud inficias eo, quan-
do reperiuntur penes victum pecuniæ, i-
pſas pecunias primo loco pignorandas, &
victori vel creditori confeſtim aſſignan-
das eſſe pro debito pecuniario, ut quæ in
ſuo genere functionem recipiant, ne u-
num pro alio creditor invitus accipere
cogatur, *l. 2. §. mutui datio. ſi cer pet.* & cùm
26 nummus illo fine ſit percuſſus, ut per eum
aliæ merces & omnes res æſtimentur. *l. 1.
de contrah. emt.* fruſtrà tunc pignorantur
alia mobilia pro evitando circuitu, ne illa
deinceps denuò taxari & æſtimari, vel ali-
ter in pecuniam redigi oporteat, *argumen-
to. l. a. C. de privil. domus Auguſtæ lib. 11.*

Verùm, quòd inter ipſa mobilia, puta,
inter oves, boves, equos, frumenta vel
etiam inter bona ſoli plura, ac diverſa-
rum ſpecierum, à minimis ſit exordien-
dum, ut ea capiantur pignori, in hoc à
Bartolo diſcedit prima fronte Jaſon, &
benè, meo quidem judicio, *in d. §. in ven-
ditione numero 10.* Quia ſecundùm ipſum,
27 primo loco debent capi ea, quæ faciliùs
reperiant emtorem, ſive mobilia, ſive im-
mobilia fuerint, ad hoc, ut liberetur fides
obligati, & ſatisfiat creditori de mutuo,
quod liberaliter credidit: licet in fine in-
nuat, Bartoli opinionem tanquam com-
muniorem tenendam eſſe, *Iaſon ubi ſuprà
numero 10.* Sed certè contra Bar, & com-
munem in effectu concludere videtur A-
lex. de Imol. *in d. §. in venditione. numero 3.
& 4. poſt Ioan. de Imola ibidem. num. 1.* ubi
tradit: hodiè pro ſatisfactione debiti pe- 28
cuniarii capi poſſe res etiam meliores. *per
auth. hoc niſi debitor. ibi: ſi in pecunia vel alia
re mobili ſolutio fieri nequeat, res immobilis
quam debitor habet meliorem, ſolvi, & per credi-
torem peti poteſt. C. de ſolut.* & in corpore
unde ſumitur. *§. quod autem. auth. de fide-
juſſ. coll. 1.* Et addit ibi gloſſa rationem, 29
cùm unum ſit contra creditorem indu-
ctum, ut videlicet pro pecunia contrà ſu-
am voluntatem alias res recipere coga-
tur. *l. a. §. 1. ff. ſi cert. pet.* aliud in ejus fa-
vorem viciſſim eſt conſtitutum, ut ele-
ctionem habeat creditor rem optimam
accipiendi in ſolutum. *d. auth. hoc niſi de-
bitor. verb. meliorem. ibidemq́, gloſſ. per l. eum
qui 30. ff. de jureju. in p. & l. 1. §. 1. ex quib.
cauſ. major.* Pro qua ſententia movet,
quòd in conventionali obligatione bo-
norum arbitrio creditoris permittitur, ex
rebus ſibi hypothecatis, quibus velit di-
ſtractis, ſuum conſequi. *Balduinus in tra-
ctatu de pignor. cap. 18. pag. 105. per l. credi-
toris 8 ff de diſtract pig.* Ergo idem eſt in
pignore judiciali, quod capitur pro execu-
tione judicati, vel inſtrumenti exequibi-
lis, habentis in primis adjectam clauſu-
lam oppignorationis omnium bonorum,
*quo de in 1. Parte hujus Operis. cap. 10. tracta-
tur. num. 162.* ita tamen, ut, ſi ex unius pi-
gnoris venditione creditori ſatisfieri poſ-
ſit, ad aliorum diſtractionem non proce-
datur. *l. 2. C. de pignorib.* Pro hac etiam
ſententia facit, quòd, ſicut ordo exequen-
di deſcriptus & diſtinctus eſt inter mobi-
lia & bona ſoli, item nomina, *per Vlpianum
in d. §. in venditione*: ita non ſit veriſimile,
ſi eodem modo circa plures ſpecies mobi-
lium & moventium, vel circa plura im-
mobilia diverſarum ſpecierum vel cor-
porum, voluiſſet diſtinguere legiſlator,
eundem iſtud omiſſurum fuiſſe, nullam
prorſus ordinis mentionem faciendo; ad-
eoque noſtrum diſtinguere non eſt, ubi 30
lex generaliter & indiſtinctè loquitur. *l.
non diſtinguemus. 32. de arb. l. de pretio. 8. de
Public. in rem act.* Cui adminiculatur, quòd
in excuſſione debitoris, ad hoc, ut poſſit
perveniri ad fidejuſſores, vel pignorum
poſſeſſores, non habeatur reſpectus ad res
inutiles, quæ penes principalem extant.
*Bal. in aut. ſed hodiè num. 4. C. de act. & obl. ac
ſequitur Alex. in d. §. in venditione. num. 23. per
l. ſi inutiles. aliâs incip. ſi nullæ. 10. ff. ut in poſſ.
leg.* Quòd

31 *leg.* Quòd porrò objicitur, ordinem ca-
ptionis pignorum eſſe proditum in favo-
rem debitoris, iſtud negatur, quoniam, ſi
32 reſpectum habuiſſet legislator ad favo-
rem obligati, juſſiſſet executionem potiùs
à nominibus debitorum facere, quàm à
bonis ſoli, prout in bonis pupillorum &
minorum conſtitutum eſt. *l. magis puto. 5.
§. non paſſim. 9. verſ. quærere ergo debet, an pe-
cuniam pupillus habeat, vel in numerato, vel in
nominibus, quo caſu ad prædiorum ſoli diſtractio-
nem procedi non debet. ff. de reb. eor. qui ſub
tut. vel cur.* cùm multò ſatiùs ſit, habere &
retinere res ipſas, quæ jam dudum ſunt
in noſtris manibus, quàm ea, quæ con-
ſiſtunt in nominibus & perſecutionibus.
*l. minùs eſt habere actionem. 204. l. plus cau-
tionis in rem. 25. de reg. jur.* [Et quod uti-
lior ſit actio in rem, quàm in perſonam,
probatur *in l. ſi fundus. 16. §. in vindicatione.
3. ff. de pignor.* Item plenius providet diſ-
poſitio realis, quàm perſonalis, *l. ſi neceſ-
ſarias. 8. §. de vendendo. 4. ff. de pign. act. l. ju-
rugentium. 7. §. pactorum. 8. ff. de pact.* &
perſonis data immunitas cum perſonis
extinguitur, & rebus nunquam extingui-
tur. *l. 3. §. fin. ff. de cenſib.*] Cùm verò in
executione contrarium obſervetur, ubi
33 creditur pro mutua pecunia, dimiſſis aliis
mobilibus aut bonis ſoli, nomen debito-
ris ſui in ſolutum accipere non compelli-
tur. *l. cum à quo 16. C. de ſolut.* ſatis patet;
favore creditoris pignorum captionem
introductam eſſe, ut faciliùs ſuam ſatis-
factionem conſequi poſſit. *Iaſ. in d. l. à
D. Pio. 15. §. in venditione. 2. n. 10. per §. ſi
rerum. 4. verſ. ſed ſciendum, & verſ. ſed illud,
de re jud.* Nec obſtat *l. quamdiu. 6. C.
de diſtract. pig.* quia illa magis facit contra
communem, quàm pro ea, cùm ibi dica-
tur: etiamſi ſatisfactum ſit creditori pro
majore parte ſui crediti, non tamen pro-
hibetur pignus, quòd ſcilicet longè ma-
joris æſtimationis erat, etiam pro illo
modico reſiduo diſtrahere. Quod autem
dicitur, à mobilib. fieri initium execu-
tionis, inde non infertur, quaſi ordo ca-
piendorum pignorum favore debitoris
emanaverit, ſed contrarium, cùm enim
res mobiles, prout ſunt frumenta, oves,
boves, quibus carere non poteſt pro ali-
mentis vita humana, plures, & faciliùs at-
que citiùs inveniant emtores, ingratiam
creditoris introductum eſt, ut ab iis in-
choaretur pignorum captio. *d. §. in vendi-
tione.* At, inquiunt, etiamſi lege deficiamus;
ſuadet tamen hoc æquitas naturalis, ne
videlicet damno afficiatur debitor. *arg. l.
2. §. item Varus de aq. pluv. arc.* unde ſaltem
propter naturalē rationē licet reſtringere
diſpoſitionem, quantumvis alias genera-
lem, *§. 1 ubi notat. gl. verb. æſtimatus. auth. ut
ſine probib. mat. deb. col. 7.* Sed reſpondetur:
contraria procedere, quando ratio alicu- 34
jus diſpoſitionis, ſive ibi, ſive alibi ſcripta,
reſtrictionē patitur, neq; per hoc incom-
modatur reipub. alias ſecùs. *Euerh. in ſuis 35
top. loco à ratione legis ſtricta. n. 10. & 11. per l. 1.
§. ſi is qui navem. ff. de exerc. act. l. non aliter.
69 de legat. 3. l. ſi vero. 64. § de viro. 9 ſol matr.*
Cùm verò remediū executionis, in favo-
rem creditoris proditum ſit, ne videlicet
ex ſua liberalitate & beneficio is ſit in
damno, ſed ſuū quàm celerrimè recipiat,
& ſimul proſit reip. ut videlicet reperian-
tur, qui indigentibus mutuas pecunias
dando ſubveniant, non immeritò in cre-
ditoris arbitrio poſitum eſt, inter plures
res mobiles eligere unam, quam putat fa-
ciliùs fore venalem, item ex immobilibus
capere tale aliquod prædium, quod citiùs
emtorem inveniat. *Alex d. § in venditione. n.
3. & 4.* Et notum illud eſt, æquitatem non 36
ſcriptam rigori legis ſcriptæ non præva-
lere. *l. placuit. 8. & ibi Iaſ. n. 3. in 3. lim. C. de
jud.* Satis tamen puto, communem ſenten-
tiam Doctorū ſuſtineri poſſe, ſi inter plu-
ra mobilia, item immobilia diverſarum
ſpecierum, & corporum, creditor vellet
eligere res magni pretii, ubi tamen ad res
minoris valoris æquè facilè reperire poſſet
emtorem, tunc enim fortè non eſſet au-
diendus, & ita videntur etiā aſſeclæ com-
munis opinionis eam modificare & re-
ſtringere. *Alex d. §. in venditione. num. 4. ubi
vult, capiendas eſſe res minùs nocivas, ſi æquè
benè poſſit fieri executio in illis, ſicut in aliis,
ibidemq; Iaſ. 10. Bar. 5. Panor. in d. c. quod ad n.
27. de re jud Bal. in l. ordo. 3. n. 9. C. de exec. re.
jud.* Ac certè, quicquid ejus ſit de jure civi- 37
li, quod ex generali conſuetudine creditor
poteſt eligere, quid de bonis ſoli malue-
rit loco pignoris capi, idq; potiſſimum,
quando non reperiuntur bona mobilia,
refert Maſſuer. *in ſua pract. tit. de exec. &
ſubh n. 8.* & in noſtris provinciis hoc tem-
pore contraria opinio, adverſus Bartolum
& communem, quotidiè practicatur, ita, 38
ut executor vel apparitor, deputatus à ju-
dice ad executionem, in primis quærit à
creditore, in quas res petat ſibi fieri exe-
cutionem, & præcepta executiva ex aulis
tota die emanant ſub illa uſitata clauſula
ad Quæſtores & Judices delegatos: Daſs
ſie dem Gleubiger in des Debitoren Güter/
auff ſeine Anweiſung/ ſchleunige Hülffe wider-
fahren

fahren laſſen ſollen. Quod tamen civiliter intelligi volunt, ne videlicet violetur ordo pignorum expreſsè præſcriptus, *in l. à divo Pio. 15. §. in venditione. ff. de re jud.* Licet autem Ulpianus in ſæpè citata *l. à divo Pio. ſ. in venditione.* ſaltem videatur tradere or-
39 dinem inter mobilia & moventia, h.e. res animatas & inanimatas, ut videlicet primo loco capiantur pignori mobilia, & iis non apparentibus, demùm moventia, argumento quod dicitur ex ordine literæ induci prælationem, ut prius ſcriptum intelligatur primo loco habendum, *arg. l. quoties duob. 34. in pr. de uſufr. l. generaliter. 24. §. quid ergo. 2. de fideicommiſſ. lib. 1. qui ſolvendo. 24. de hær. inſt. & notat Eberh. in loco ab ordine. n. 7.* adeò, ut quamdiu mobilia exiſtant, tàm diu captio pignorum de rebus animatis debitoris ceſſare debeat. Idq; vel ex eo etiã fortificari poteſt, quòd in hoc verti-
40 tur utilitas prædiorum, imò etiam reipub. non interverti agrorum culturam per ſubtractionem ovium, vaccarum, equorum, boum & ſimilium animatorum, quæ habentur pro ſtercoratione, item ſubactione & raſtatione fundorum *arg. l. in inſtrumento 8. ff. de fundo inſtruct. & inſtr. aut agricultores. C. quæ res pig. oblig. poſſunt. & in conſtitutione Friderici §. agricultores. auth. de ſtatutis & conſuet. cont. lib. eccleſ. ed. collat. 10.* tamen Joan. de Imola *in d. ſ. in venditione. num. 1.*
41 tenet contrarium, puta, ſi primo loco pignorẽtur oves, & ſic res animatæ, dimiſſis aliis ſupellectilibus & mobilibus, proceſſum nullo modo infici, quaſi præpoſterato ordine. Quia, ſecundùm eum, ut maximè JC. circa captionem pignorum præmittat vocabulum res animales, quod de ſe moventibus intelligitur, *l. moventium, 92. de verb. ſignif.* tamen quia *in ſequenti verſiculo quod ſi nulla. & verſ. ſic deniq;*, tantùm
42 meminit rerum moventium, omiſſis mobilibus, tradendo, ſi moventia nulla adſint, à pignoribus ſoli initium executionis rectè fieri: ſatis innuitur, quòd pro uno eodemque indifferenter acceperit vocabulum Res mobiles & animales, neq; voluerit per hoc denotare ordinem, quaſi à mobilibus primùm pignora capi, & iis nõ repertis demùm ad ſe moventia deveniri debeat. *Imol. d. ſ. in venditione. n. 1.* & facit pro hoc textus inevitabilis *in moventium, 92. de verb. ſig.* ubi dicitur, moventium & mobilium appellatione idem ſignificari, niſi expreſsè conſtet de contraria mente diſponentis. [ut in edicto Prætoris *l. à Divo 15. ſ. 2. ff de re judic.* in quo executionem rei judicatæ non priùs fieri debere in moventibus, quàm in mobilibus facta ſit, dum tamen id debitori commodius videatur.] Sic videmus ſub donatione mobilium comprehendi etiam moventia, *l. f. de donat. l. Titia. 48. de ſolut. l. ſi fidejuſſor. 2. § f. qui ſatisd. cog.* & verſa vice, ſub vocabulo Moventium veniunt etiam mobilia: *l. generali. 32. ſ. f. de uſufr. leg. l. vulgaris. 21. §. certè. 6. ibi. ex pluribus rebus moventibus in horreo reclusis. de furtis. cum ſimilibus.* Et hæc Joan. de Imo. ſententia in provinciis Saxoniæ practicatur tota die ex quo, ut ſupe- 43
riùs etiam tactum fuit, videmus, executores flagitare à creditoribus circa executiones deſignationem pignorum, quæ capiantur pro judicato, & per ipſos, in caſu deficientium pecuniarum, indiſtinctè non tantùm peti, ſed etiam inchoari captionẽ pignorum, tàm ab ovibus, equis, vaccis, & ſimilibus animantibus, quàm etiam à frumento & aliis mobilibus: licet prior opinio videatur de jure verior, & æquior, inprimis quando ex frumento & aliis mobilibus de facili creditori ſatisfieri poteſt, cùm regulariter executio in res & inſtrumenta fundi inſtitui prohibeatur. *l. pignorum. 8. C. quæ res pig. cùm authen. ſeq. & c. 1. & c. f. extr. de treuga & pac.* Quæ mobilia vel moventia, ſiquidem occultat debitor, *per id, quod habetur in l. 2. C. quando & quib. quarta pars deb. lib. 11. l. 1. ſ. ſed cùm poſſint. ff. de coll. bon. l. illud. 6. in pr. de tributor:* tunc, quia mo- 44
bilia ſubtracta oculis ſubjici non poſſunt, *per ea quæ tradit Bal. in auth. ſed hodie n. 2. C. de act. & obl.* initium executionis fit à melioribus, aut illis ſaltem bonis ſoli, quæ denominantur executori per creditorem, cùm ſit, quod ſibi imputet debitor, qui bona mobilia non nominaverit aut oſtenderit, *Alex. in d. l. à divo Pio. 15. §. in venditione. n. 24. pòſt gl. ibi per l. ſi quis inſtituatur. 23. §. item ſi conditioni. in verb. quæ urgebunt procuratores diſtrahi. ff. de hær. inſt. & eſt melior de jure tex. in auth. hoc niſi debitor. C. de ſolut. licet Bald. in l. ordo. 3. numero 9. C. de exec. rei jud.* reſpondeat, iſtam authenticam loqui in caſu ſpeciali, ex quo ibi agebatur de maceratione & tribulatione creditoris per carcerem & compedes, ex quib. ſe non poterat aliter liberare, niſi per ſolutionem rei ex bonis ſoli melioris aliàs ſecùs.

Prima

Prima tamen opinio probabilior & de
jure verior eſt, quam etiam probat & ſe-
quitur Ferrar. *in form. actio. hypot. verb. ex-
ceptionem ſolut.* ubi hoc extendit pro tanto,
ut debitor ſub juramenro debear omnia
bona ſua deſignare, ex quibus creditor,
quæ meliora ſunt, eligere poteſt, & ad-
dit, iſtud ira generaliter ſervari in practi-
45 ca. Sic itaque, non apparentib. mobilib.
& ſe moventibus, capiuntur res ſoli, de-
ſignaræ per creditorem, eo ramen ſalvo,
quod pru debito exiguæ quantitatis non
capiantur aut diſtrahanrur res magni va-
loris & pretii, ſi ex aliis rebus viliorib. fa-
cilè pecunia redigi poſſit. *Iaſ. d. ſ. in vendi-
tione. n. 10. ibidemq; Alex. 1. & 2. Alber. de Ro-
ſate 1.* maximè in caſu, quando debiror
non ipſe indicat alia bona mobilia vel
immobilia, ex quib⁹ æquè facilè pecunia
redigi poſſir. Hinc eſt, quòd regularirer
ſit præceptum debitori ad oſtendendum
mobilia, priuſquam ad bona ſuli devenia-
tur. *Alex. d. ſ. in venditione num. 24. & 25.
pòſt gloß. verb. ſtatuere. & addit. iſtum modū
eſſe notabilem in practica pro excuſſione debito-
ris facienda. quod & ſequitur ibidem Iaſ. num.
18. Angel. de Peruſ. 1. & 2. ac Maranta de or-*
46 *din. jud part 5. de execut. num. 23.* Ex quo
ſequitur, quando debitor contumax eſt
in aperiendo ſeras & ferramenta fortium,
ciſtarum, & cæterorum receptaculorum,
in quibus ſolent aſſervari mobilia, poteſt
proceſſus executionis etiam a captura de-
bitoris inchoari. *Paris de Put. in tract. ſyn-
dic. verb. executio, verſ pone quod commiſſa.
num. 3. in fin. quem ſequitur Marant. de ordin.
jud. part. 6. in ultimo actu. num 23. per l.
pen. ff. de ceſſ. bon. ac probat Maſſuer. in ſua
pract. tit. de execut. & ſubh. num. 8.* Quod
tamen ego intelligo procedere in caſu,
quando non adſunt res ſoli: alias ſecùs,
*per ea, quæ tradit Alex. in d. §. in venditione.
num 8. pòſt gl. communiter approbatam. in l 3.
ſ. tutores ff. de ſuſpect. tutor. quam gl. teſtatur
indiſtinctè probari per Dd Alex d ſ. in vendi-*
47 *tione. num 8.* Ex quo nunc & illud infer-
tur, quòd in caſu eriam exiſtentium re-
rum mobilium, ſi tales ſint, ut emtorem
non facilè vel rardiùs reperiant, nihil p-
hiber in his terminis, quin executor ſeſe
etiam ad immobilium pignotationem
convertere poſſit. *Alberic. de Roſate d. ſ. in
venditione. num. 1. per l. 1. ſ. diminutio. ff. de
vend. in poſſ. mitten.* licet illa parùm probet
ad propoſitum. Quod notandum eſt,
ut obvietur fraudibus debitorum, qui,
ne quid inveniatur mobile pretioſum, in
quo fiat executio, anre terminum execu-
tivum omnia diſtrahunt, vel extra do-
mum aliò rransferunt: & quæcunque vi-
liſſima in ipſorum locum ſupponunt, ne-
que enim cogitur creditor res alias, ipſi
inutiles aut ſuperfluas futuras, pro exe- 48
cutione rei judicatæ in ſolutum accipere.
*Bald. in d. auth. ſed hodiè. num. 4. C. de act. &
oblig. per l. ſi inutiles. 15. aliàs incipit, ſi nullæ.
ff. ut in poſſ. legat.* ideoq; conſultum eſt ta-
lia mobilia per judicem mox exponi ve-
nalia, & plùs offerenri dari, pretiumq; ex
iis redactum ſolvi credirori, *hanc cautelam
tradit Ferrarienſis in forma executionis ſent. de-
finitivæ. verſ. 1. nu. 23.* Quod faciebat con-
rra quendam mercatorem in civitate, qui
cùm condemnarus eſſet ſuo creditori in
ſumma trium millium, deputareturque
ipſi terminus pro facienda executione, is
pecuniam, cyphos argenteos, catenas au-
reas, & quicquid habebat pretioſi, trans-
ferebat ex ædibus, relinquendo in illis,
non niſi tapetia & aulæa, item pelles ce-
bellinas, quæ raò vel tardiùs emtorem
inveniunt, creditori nolente accipere in
vim executionis dicta mobilia, fuerunt
venum expoſita, & minutiſsimo pretio,
prout emtorem inveniebant licitata. De-
bitor autem videns fraudem fraude cō-
penſati, cogiravit de ſatisfactione &
transegit cum creditore. Neque verò exi-
ſtimet quis, ſupra dicta ſolummodo pro-
cedere in executione, quam anteit judi- 49
catum: quin imò idem etiam eſt in con-
ventionibus & ſtatutis executivis, ubi
proceſſus ex vi pacti vel ſtaturi inchoatur
ab executione. *Rodericus Suarez in l. poſt
rem judicatam. 56. in declaratione. legis regni
verb ſecutus veſtigia. num. 11. ff. de re jud. pòſt
Bart. in l. cum unus. 12. num. 11. de bon. auth.
jud poſſid. & concord. Alex. de Imol. in l. à Di-
vo Pio. 15. §. in venditione. num. 22. verſ. & quia
ſecundùm illud ſequeretur juncto verſ idem et-
iam haberet locum in miſſo in poſſeſsionem pro
executione inſtrumenti guarentigiati. de re jud.
pòſt Bald. in l. ſi & jure 10. qui pot. in pig. hab.*
& quod pro omni inſtrumento exequibi-
li eadem ſit ratio circa executionē, prout
in judicato, firmat ultrà alios, Neguzan-
tius *de pignor. 3. membr. 2. parte princ. num.
10.*

His ita nunc præmiſſis, à quibus rebus
initium captionis pignorum ſit faciendū,
conſequens eſt, exactiùs inveſtigare, quid
fiat de pignoribus ita captis, an ſtatim
aſſignen-

In quem finem pignora capta adſignentur creditori.

aſſignentur creditori, & in qoem finem ? Ac primo quidem de pecuniis, pòſt tempus judicatis datom in vim ſententiæ vel inſtrumentorum exequibilium captis, illud abſolutum eſt, quod creditoribus, uſque ad ſummam & quantitatem liquidi debiti, in continenti tradendæ & exolvendæ veniant, pro debito videlicet pecuniario, quod in genere ſoo functionem recipit *l. 2. § mutui datio. ſi cert. pet. & notatum fuit ſupra num. 25. & 26.* quare in perſonalibus à pecuniis initium executionis fieri oporteat. Sicut autem de nummis & ſignara moneta, ſi qua reperiatur circa captiones pignorum, indubitatum eſt, eam in continenti poſſe aſſignari creditoribus uſque ad legitimam quantitatem liquidari debiti; ita idem planè procedit etiam in aliis rebus, pro vi judicati
51 pignoratis, ſive mobilibus, ſive ſe moventibus, ut quorum pretium ex eo certum eſt, quia per ſingularum hebdomadarum mercatos habentur per civitates venalia in foro publico, prout ſunt frumenta, lardum, vinum, oleum, butirū, caſei, cum ſimilibus eſculentis & poculentis. Hæc enim eodem modo, ſecundùm cōmonem valorem, ſtatim traduntur & applicantur qoaſi de mano in manum creditoribus jure dominii, & fiultrà ſubjiciuntur ſubhaſtationi. *Bald. in l. 1. nu. 5. C. ſi propter pub. penſit.* com earum verō æſtimatio tam manifeſta ſit, ut ibidem colluſiones intervenire nequeant, ex quo omnibus notum eſt, quantum ſit pretiū modii in frumento cujuſlibet generis, & quanti vendatur ſingulis ſeptimanis, *prout annuit etiam Dambauderius in tract. ſubhaſtat. cap. 2. & 7. Bart. in l. 2. num 24. C. de reſcind. vend & plenius in l. pretia rerum. 63 § nonnullam. fin num 3. ff. ad l. Falcid. ac ſequitur Bald in l. 1 num. 31. de reſcind. vend. probaturq; in cap 1. in verb non carius quàm in mercatu vendere, extra de emt. & vend Bart. in l. ſi ſervus. 4. num. 7. ff. de condict. furt. Iaſ. in l qui Romæ. 122 § coheredes. 3. num. 25. verſ item quantum frumentum de verb. oblig. & Bart. in l. ſeptem diebus. 18. num. 1. C. de erog. militar. annon. lib. 12. ſcriptum reliquit:*
52 æſtimationem annonarum & aliarum rerum victualium, non eſſe ſumendam aliundè, quàm ex loco fori publici, quanti videlicet ibi vendi ac emi ſolent. *Corſetus in ſingulari 391. verb. venditio. Matth de Afflict. deciſ. 316. num. 7. Ioan. de Plat. in l. 1. num. 1. C. de cenſitu lib. 11. Felin. in cap. cùm cauſam 2. num. 2. extra de teſtibus.* Et, quòd ex valore, quem habent in foro vel mercato publico per certum tempus ? faciliùs probetur & colligatur rerum mobilium, in eſculentis maximè & poculentis exiſtentium æſtimatio, tradit etiam Arius Pinelus *in l. 2. parte 3. cap. 4. & ult. num. 17. C. de reſcind. vendit.* Quod & de aliis mobilibus vel ſe moventibus dici poteſt, ut quorum exhibitio vel præſentatio informabit judicem de æſtimatione, ſive equi, ſive boves, ſive oves, ſive aliæ res animatæ, vel inanimatæ fuerint. *Baldus in l. 2. num 32. pòſt gloſ. magnam in fin. ibi: in mobilibus pretium ſemper eſt certum, quod & eodem in loco firmat Cagnolus num 257. C. de reſcind. vendit. per l. fin. § æſtimationem, in verb. quod judex ſuper hoc ſtatuerit, id in æſtimationem pignoris obtineat. C. de jure dom. impet.* Conſultiùs tamen & ſecutiùs faciunt 53
judices, qoi probabiliter ſubdobitant de eorum juſto pretio, ut ſtatim in primo termino ad captionem pignorom præfinito, unà cum executore mittant peritos in arte, lanios vel opiliones pro æſtimandis ovibus, pannifices pro taxandis lanis, & ita de ſimilibus. Et hanc practicam circa adjudicationes & dationes in ſolutum, item circa alienationes rerum, quibus debet jus dicens decretum interponere, ut adhibeantur periti pro taxatione, refert ſibi placere Salicet. *in d. l. 2. num. 23. C. de reſcind vend* Itaque non obſervatur tunc ſolennitas ſubhaſtationis publicæ, ne quidem in foro Saxonico, licet aliquibus in locis uſitatum ſit, tribui ſaltem condemnatis poteſtatem luendi pignora, etiam de mobilib⁹ capta, infra tres alienas hebdomadas à die prioris executionis vel pignerationis computandas; qoo tempore finito, mittuntur iidem ad domiciliū condemnati, vel debitoris, qui tunc res pro judicato captas æſtiment, & æſtimatas ſtatim tradant creditori pro ſatisfactione ſui crediti, (Quæ cautela notabilis,) niſi fortè ſint mobilia vel moventia 54
valde pretioſa, prout ſunt gemmæ, margaritæ, & ſimilia *argumento l. lex quæ 22. in fine. C. de admin. tut.* vel in quibus cadit affectio, hæc enim mox de manu in manom creditori non traduntor, ſed deveniendum eſt ad ſubhaſtationem, non aliter, quàm prout in ſequente membro de æſtimatione bonorum ſoli dicemus. *Bald in l. ſi quis. 3. num. 5. C. ſi propter publ. penſ. per l. ſi in emtione. 35. ff. de minor.*

Porrò

Porrò major difficultas vertitur ſuper
immobilibus, an ea quoque mox poſt pi-
gnorationem creditori ſint aſſignanda?
Breviter reſpondendo ad illam quæſtio-
nem, quæ eſt quotidiana, teneo hanc
concluſionem: Siquidem ſuper valore
55 vel æſtimatione rerum pignori captarũ,
etiam immobilium, inter ſe conveniant
& accordent partes, tunc dubium non eſt,
quin datus executor bona ita pignorata,
maximè quando ex utraque parte æqualis
proportio, pretii videlicet rerum & quan-
titas debiti, reperitur, pro ſumma credi-
ti ſtatim poſſit addicere creditori, *prout
notant Accurſius & alii Legiſtæ in l. à Divo Pio,
15. §. ſi pignora. 3. de re judic. ac facit l. fin.
in princ. ibi: ea obſervantes de quibus inter de-
bitorem & creditorem conventum eſt. C. de jure
dom. impet. cum l. 1. C. de pact. pig. Bald. in
l. ordo. 3. num. 4. C. de exec. rei judic. ac fa-
ciunt duæ gloſſæ, quas Baldus ibi vocat aureas.
num. 1. in d. l. à Divo. 15. §. ſi pignora. 3. verb.
adjudicentur. & verb. contentus in fin.* Cùm
regulariter æſtimatio rerum, quando in
56 contractu fit mentio de pretio, conſtituat
emtionem. *Iaſ. in l. 1. num. 23. C. de jure
emphyt. & in l. ex conventione. 11. num. 2. C.
de pact. gloſ. l. ſi inter virum. 21. ubi etiam
Baldus num. 3. & in l. cum dotem. 10 per illum
text. in verb. pro æſtimata ex emto actionem eſ-
ſe. & l. quoties. 5. C. de jure dot.* Si namque
partes ſua ſponte cõtroverſias dirimant,
57 & à lite invicem diſcedant, judex id fa-
cilè debet ratum habere. *argum l. 1. §. in-
de quæritur. verſ. quid enim aliud de nov. op.
nunc. l. quidam 21. ſi cert. pet. & l. 2. ſi quis
caut.* Quod adeò verum eſt, ut quantum-
58 vis valor rerum pignori captatum adju-
dicatarumq; creditori excederet, aut et-
iam non contingeret quantitatem debi-
ti: tamen ubi ſemel in æſtimationem pi-
gnoris certam contrahentes conſenſe-
runt, ſive tacitè, ſive expreſsè, nequeant
deinceps ſuper læſione conqueri, vel ul-
teriùs quid unus ab alio petere, *d. §. ſi pi-
gnora.* ubi habetur, quòd pòſt addictionẽ
pignorum denegetur partibus regreſſus
ad ulteriùs quid petendum. Idemq; judi-
59 cari debet etiam in dubio, quando inter
partes ſpecialiter nihil fuit actum, vel
conventum de valore pignorum, ſed ac-
quieſcitur utrinq; in eo, quòd judex capta
pignora creditori tradit in ſolutum, quo
etiam ipſo caſu pro toto debito reſpecti-
vè data & accepta eſſe intelliguntur.
*quam ſententiam & communem & veriorem
eſſe probat Alex. in d. §. ſi pignora. num. 24. &
25.* Etſi enim alibi habetur, quòd credi-
tor inidoneum, vel non ſufficiens pignus
acceptando, non amittat exactionem de-
bitæ quantitatis, in quam pignus non
ſufficit. *l. creditor qui non idoneum. 28. ſi cert.
pet. l. adverſus. 10. ibi: de reſiduo manet inte-
gra actio. C. de act. & oblig. l. hypothecam. 3 C.
de diſtract. pig. l. quæſitum. 9. §. fin. ff. eo.* 60
cùm inſufficiens pignus nunquam impe-
diat exactionem integri debiti: tamen
contraria loquuntur in pignore conven-
tionali. *l. ſi pro mutua. 8. in finalibus verbis.
ibiq; Salicet. num. 1. C. ſi cert. pet.* ſecùs eſt in
judiciali. *ita ſolvit Iaſon. in d. l. à Divo. 15. §.
ſi pignora. 3. per illum text. num. 2. & 3. poſt
gloſſam ibi, verbo, quanquam.* ex quo in pi-
gnore judiciali, facta adjudicatione per
judicem, dominium pignoris tranſit in
creditorem, ita, ut res ſua efficiatur, qua-
ſi pro tanto æſtimata, quanti eſt debitum,
*Iaſon ubi proximè num. 2. ibidemq; Alex. num.
9. & 10. per l. neq; pignus. 45. ff. de reg. jur.*
licet contrarium Alciato videatur eſſe
æquius, ut videlicet ſemper intelligatur
tradi pignus ſecundùm juſtum valorem
& pro rata. *Alciat. d. l. creditor. 28. num. 4.
per l. ſi ex majore. 7. C. de except.* Nec enim
videtur opus aliqua reſervatione, vel pro-
teſtatione de reddendo, quod pignus plu-
ris valebit, cum ipſo jure res ita ſe ha-
beat, etiam eo non adjecto, *l. quæſitum. 9.
§. fin. ff. de diſtract. pig.* ſed reſpondetur,
quando aliud non proteſtatur, pignus in
dubio legis præſumtione videri ꝓ quan-
titate petiti debiti aſſignatum, unde eſt,
quod ſibi imputet, quare non poſſit reſi-
duum petere. *d. §. ſi pignora.* Ut enim de-
bitor pro quantitate debiti ſub dubio rem
pignoratam ſemel dimiſiſſe, ac tanti, non
pluris æſtimaſſe intelligitur. *Alex. de Imo-
la in l. ſi non ſortem, 26. §. ſi centum. 4. nu. 3.
ibidemq; Iaſ. 2. de condict. indeb. Decius in l.
certi 9. §. quoniam. 3. num. 4. ſi cert. pet. &
in l. cùm ampliùs. 84. num. 2. de reg. jur.* ita
creditori, qui non contradicendo ſemel 61
pignus in ſolutum à judice accepit, pro
quantitate debiti eodem modo petitio
pluris viciſſim denegatur, adeò, ut utrinq;
partes præſumantur conſenſiſſe, & pro
tanto pretio pignus æſtimaſſe, in quo ex-
tat debitum. *d. §. ſi pignora.* & iſta eſt præ-
ſumtio juris & de jure, *ſi credimus Bartol. in
d. §. ſi pignora. ibidemq; Ang. de Peruſ. num. 1.
Ioan. de Imola. 3. & Alex. num. 9. & 10. poſt
gloſ. verbi conſenſum. d. §. ſi pignora,* ideò ni-

mirùm, quò iſta datio in ſolutum vel addictio, vicem venditionis obtinet, unde & pro evictione utilis ex empto actio cōpetit creditori adverſus debitorem. *l. ſi prædium, 4. C. de evictio. juncta l. ſi plus. 74. §. ſi juſſu. 1. ff. eod. cum l. eleganter. 24. in princ. de pig. act.* unde ſicut, quando ſemel conſenſum ſuit inter partes de merce & precio, non licet uni in alterius præjudicium mutare ſuam voluntatem, vel à contractu recedere. *l. ſicut 5. C. de actio. & oblig. l. ab emtione. 58. ff. de pact.* ita & hic, cum quælibet res tanti eſſe intelligatur, quanti emtorem invenit. *Alexand de Imola in l. 1. §. ſi heres, num. 8. ff. ad Trebell. per l. ſi ſervus. 4. de condict. fur. juncta l. mortis cauſa capimus. 18. in fine. ibidemq; gloſſ. de don. cauſa mor. ubi legitur, id haberi pro juſto pretio, quòd liberaliter offertur ab eo. qui novit rei con-*
62 *ditionem:* niſi fortè creditor de hoc fuerit expreſſè proteſtatus, quo caſu exiſtimarim, eam ſententiam eſſe humaniorem, quòd videlicet creditor, qui allegat, ſe contradixiſſe adjudicationi in ſolutū pignoris, quod aliter nolebat accipere, niſi quatenùs ſe extenderet ad ſui debiti quantitatem, ideoque proteſtatum fuiſſe de petendo reſiduum in aliis bonis debitoris, admittendus ſit cum iſta probatione, niſi dicamus, ex quo creditor ab illa addictione in ſolutū, tanquam gravatus, non appellavit, intelligi ipſum ſaltem tacitè conſenſiſſe in æſtimationem pignoris, prout ipſi fuit traditum, hoc eſt, in ſolutum, *argum. c. quod ad conſultationem, extra de re judic.* Imò in *d. §. ſi pignora.* plùs dicit Jaſon *num. 3.* quòd iſto caſu reme-
63 dium. *l. 2. C. de reſcind. vend.* contra addictionem pignorum in ſolutum ex neutra parte intentata valeat. Ratio eſt, quia, ut inquit Juriſconſultus, de cæteris pacto tranſegiſſe intelliguntur, *per d. §. ſi pignora, ubi Bartol. num. 1.* Addit & aliam rationem, quòd judicis officiom iſto caſu ſit, totaliter liti finem imponere, vigoremq; rei judicatæ ad effectum perducere, *argumento. l. ſi ut propono. 6. & l. executorem. 8. C. de execut. rei judic.* Quod non fieret, ſi ex capite læſionis ultra medietatem datio in ſolutum foret reſcindenda, quo caſu nova texeretur judiciorum tela, & lis ex lite reſuſcitaretur, *contra l. terminato. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. & c. finem litibus, extra de dolo & contum.*

Etſi verò prædictis obſtare videtur *l. ſi ex majore. 7. C. de except.* ubi habetur eum, cui minus ſolutum eſt, quàm debebatur, non arceri à petendo reſiduum, quantumvis adverſario generale pactum fecerit de ampliùs non petendo: tamen loquitur de pacto non petendi per errorem interpoſito, ubi nimirùm exiſtimabat creditor, ſibi nihil plùs deberi, licet poſteà aliter comperterit veritatem. *ac probatur hæc ſolutio per l. ſi inter 6. C. de ſolutio. l. poſt deciſionem. 13. C. de furtu. & ſer. corrup. l. ſiquidem. 24. C. de tranſact.* cum errantis nullus ſit conſenſus. *l. ſi per errorem. 15. ff. de juriſdict. omn. jud. & facit l. cujus per errorem 53. de reg. jur.* Nec adverſatur *l. finali. §. ſed ſiquidem minus in pignore. 4. juncto verſ. ſin autem minùs in debito. C. de jure dom. impet.* quia ultra eam, de qua ſuprà tetigimus, quòd nimirum hæc lex loquatur in 64
pignore conventionali, ſed *d. §. ſi pignora.* procedat in judiciali, adfero aliam ſolutionem, quòd nimirùm *d. l. fin. § ſin verò minùs. juncto § ſed ſiquidem.* loquatur in pignore aſſignato creditori, abſente vel ſaltem contradicente debitore, quo caſu, in abſente aut ignorante nullus poteſt induci vel præſumi conſenſus. Secùs eſt, *in d. §. ſi pignora.* ubi uterq; litigator eſt præſens, & victor accipit pignus in ſolutum pro debitò, & victus illud dimittit creditori, paciturq; ipſi addici pro quantitate debiti, ita, ut hinc indè contract⁹ quaſi emtionis & venditionis initus eſſe intelligatur, *argum. l. ſi prædium. 4. C. de eviction.* Quod non fit *in d. l. fin.* ex quo abſentis vel etiam ignorantis nullus eſt conſenſus, nec expreſſus, nec tacitus, ideoque Princeps circa pignoris addictionem non præſumitur partibus velle inferre præjudicium. *l. 2. §. meritò. ff. ne quid in loco publ.* ſed potiùs intelligitur creditori addicere pignorum dominium uſque ad veram æſtimationem. *d. l. fin. §. ſed ſiquidem minùs. & §. cum autem minùs.* adeoque non eſt mirum, quare in caſu noſtro pignora pro judicato capta, loco totius debiti & data & accepta eſſe intelligontur: niſi forſan error 65
ſummæ interveniſſet, pota, quia forti falſa calculatione deceptus debitor exiſtimabat, ſe debere ducenta, cùm centum tantùm deberet, & dedit in ſolutum creditori fundum valentem centum & quinquaginta. Iſto namque caſu, datio in ſolutum adeò non valet, ut in totū vitietur, etiam pro rata ejus partis, quæ revera creditori debebatur. *Iaſ. in l. ſi non ſortem. 26 §. ſi centū. 4. n. 1. per illū text. ff. de condict. indeb.*

ampliando

ampliando, quòd ſi de minimo, etiam in
uno floreno, reperiatur ex errore plùs fa-
cta, tota datio irritabitur, & ſic poteris
condici res ipſa cum fructibus interim
perceptis à creditore, vel, ſi omninò cre-
ditor pro debito liquido circa pignus u-
tatur jure retentionis, omnes fructus cõ-
putabuntur in ſortem ad ejus extenuatio-
nem. Iaſ ubi proximè, & idem tenet Paulus
de Caſtro num. 2. ubi ſubjungit iſtud eſſe utiliſ-
ſimum & quotidianum, cum quibus accordat et-
iam Maranta de ord. jud. parte 6. tub. de exe-
66 cut. num. 20. Sicut enim aliàs, propter ex-
ceſſum modi circa executionem adhibi-
ti, licet debitori, tanquam gravato appel-
lare. l. ab executione 5. ubi Bart. num. 4. C.
quorum appell. non recip. ita illo caſu, adju-
dicatio in ſolutum, ſuper rebus majoris
pretii, quam ſit debitum, erroneè facta,
in totum annihilatur, cùm decretum ju-
67 dicis ſuper uno capitulo ſit individuum,
prout ſententia, nec poſſit pro parte va-
lere & pro parte non, hanc rationem aſſignat
Bald. in l. certi condictio. 9. §. quoniam 3. n. 3.
verſ ſecundus. ff. ſi cert. pet. Ludovic. Roman.
conſ. 454. num. 12 per l. in hoc judicio. 27. fa-
68 mil. hercisc. In individuis autem etiam uti-
le per inutile vitiari notum eſt, c. utile ex-
tra de reg. jur. in 6. ubi notat Dyn. & habetur
text. in l. 6. §. item quæritur 17. & §. Treba-
tius 18. ff. de aq. quot. & æſt. toll. & idem Roman.
conſ. 430. num. 4. per l. græcè. 8. §. illud 7. de
fidejuſſ. ac notat Bart. & Dd. in l. 1. §. ſi quis
69 ita 2. de verb. oblig. Quod autem datio in
ſolutum ſit individua, ideoque tota, vel
ob minimam partem ejus, quod non de-
betur, & tamen deberi exiſtimatum fuit,
veniat retractanda, teſtatur Tiraquellus
de retract. lig. §. 23 gloſſ. 1. num. 26. Idque
indè eſt, ne debitor propter adjudicatio-
nem creditori in parte factam, in alia par-
te, ſuper qua indebitè proceſſit executio,
cum eo habere communionem compel-
latur. d. l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. 4.
70 & ibi Alex. num. 2. cùm decretum ex falſa
cauſa interpoſitum ſit ipſo jure nullum,
Franciſ. Aret. in l. certi condictio. 9. §. quoniã
3. num. 22. ſi cert. pet. ad inſtar ſententiæ ex
falſis allegationibus latæ. l. 1. & 2. C. ſi ex
falſis inſtrum. jud. fuer. & ita Bartolum de
facto conſultum in terminis reſpondiſ-
ſe, aſſerit idem Bart. in d. §. quoniam. num. 3.
Ludovic. Rom. in l. penul. ubi etiam notat Fran-
ciſc. Aret. num. 34. de verb. oblig. Alex. in l. à
Divo Pio. 15. §. ſi pignora. num. 26. de re jud.
Fulgoſ. conſil. 136. incip. quia ex facto. in pr. &
conſ. 172. incip. viſis col. 2. verſ. quenquam mo-
veat Ludovic. Rom. conſ. 234. num. 12. & conſ.
450. num 3. & 4. Dec. conſ. 403. num. 21. &
& conſ. 587. vol. 2. conſ. 12. num. 4. Curtius
jun. conſ. 118. circa fin. & conſ. 170. num. 2.
Tiraquell. de retract. lig. §. 23. gloſſ. num. 26.
Ac quòd ſecundùm omnes, decretum ju-
dicis in propoſito, tanquam ex falſa cauſa
interpoſitum, ſit ipſo jure nullum, refert
Horat. Mandoſ. in ſuis addit. ad Ludovic.
Rom. conſ. 454. num. 12. litera S. Quod ex-
tendunt Dd. etiam ad dationem in ſolu- 71
tum, quæ ſit per partem abſque decreto
vel juſſu judicis, ut etiam illa ſit in totum
reformanda propter errorem circa quan-
titatem & ſummam debiti. Iaſ. in d. §. ſi
centum num. 2. in pr. Ruinus conſ. 136. num. 5.
volum. 1. conſ. 160. num. 27. vol. 2. & conſ. 17.
num. 6. vol. 5. & Curt. jun. d. conſ. 170. nu.
3. Tiraquell. ubi ſupra de retract. conven. § 23.
gloſſ. 1. num 26. Licet Aretinus videatur eſ-
ſe in contraria ſententia, quòd videlicet,
etiamſi error circa ſummam debiti inter-
ceſſerit: tamen bene valet datio pro vera
quantitate debiti. Franciſc. Aretin. in d. l. cer-
ti condictio. 9. §. quoniam. 3. num. 23. ſi cert.
pet. & l. 1. §. pen. num. 34. circa fin. de verb.
oblig. ac facit pro eo. l. 1. §. ſi duæ res. 12. cũ verſ.
ſeq. quod legat. ac, quòd in additione pi-
gnoris, quod datur etiam vigore pacti 72
executivi, datio in ſolutum ex errore, ul-
trà quantitatem debiti, non vitiet totam
executionem vel dationem, teſtatur Ma-
ranta de ordin. judic. parte 6. tit. de execut.
num. 20. verſ. hoc tamen limita. & Ioan. Bapt.
Aſin. in praxi judiciorum. §. 7. cap. 5. in 9. li-
mitat. num. 16. idque benignius eſt, c. uti-
le extra de reg. jur. in 6. Notanter autem 73
diximus, ita demum ab initio pignorum
pro judicato captorum dationem, vel
adjudicationem in ſolutum, pro ſumma
debiti valere, ſi ei acquieſcant partes,
maximè creditor: ſecùs eſt, ipſo contra-
dicente, quo caſu, cautela eſt pro credi-
tore, cui volunt addici pignora in ſolu-
tum, ut is renuat accipere, eorumq; ſub-
haſtationem petat. Caſt. d. § ſi pignora. nu.
1. verſ. quando tamen valent minùs, junctis
quæ ibi tradit Bart. num 3. de quo videantur,
quæ infrà exiguntur latiùs num. 109. Porrò 74
contra concluſionem noſtram principa-
lem, in qua aſſeruimus, judicem exequen-
tem poſſe pignora in vim judicati capta,
pro ſumma ſui crediti adjudicare credito-
ri, videtur pugnare text. juris Saxonici
Landrecht lib. 1. art. 70. §. Thut er das nicht.

ubi generaliter quaſi diſponitur, quòd pi-
gnora capta neq; creditori in ſolutū da-
ri, neq; per judicem manu teneri, ſed in
poſſeſſione debitoris dimitti debeant,
hæc enim ſunt verba legis: Zahlet der
Schuldener nicht/ſo ſoll man jhn dafür pfen-
den/vnd das Pfand ſoll man zu borgen bieten/
vnd dieſes thun dreymal / je vber vierzehen
Tage / ob man es anders zu borgen begehret.
Begehret man es aber nicht zu borgen/ ſo ſoll
es doch ſechs Wochen vnverthan gehalten
werden. quaſi dicat: Etiamſi debitor in
prima dilatione, ipſi commiſerationis
gratia ad ſolvendum à die judicati in-
dulta de jure Saxonico, non ſolverit, &
ſic in termino executionis judex fecerit
reo capi pignora: tamen res pignoratæ
non ſunt mox auferendæ debitori, ſed
ipſi dimittendæ per aliud intervallum ſex
hebdomadarum, cum tribus diebus, ſive
fidejuſſores de ſolvendo præſtiterit, ſive
non. Habet n. condemnatus duplices ad
75 ſolvendū inducias, priores quidē, ut dixi
à tempore judicati uſq; ad terminū exe-
cutionis fiendæ, & alteras, pòſt terminū
captorū pignorum, quas doctrinæ gratia,
dilationem pro luitione captorū pignorū
appellare poſſumus, & eā quoq; triū qua-
terdenarum. *d. art. 70.* infrà quas adhuc
auditur, volens ſatisfacere creditori, &
ad ſe recipere ſuum pignus. *arg. l. fin. §.
ſin autem, ibi: licentia dabitur debitori ſeſe ma-
nifeſtare, & pignus à pignoratione liberare. C.
de jure dom. imp.* Sed breviter reſponde-
tur: Saxonem *d. artic. 70.* loqui in pigno-
re, de cujus datione in ſolutum, propter
valorem rei, adhuc diſcordabant partes,
creditore minoris licitante, & econtra
debitore pluris æſtimante pignora, quo
caſu, prædicta dilatio utriusque partis
favore introducta fuit, tùm, ne judicio
taxatorum fortè nimis præcipiti, per ma-
jorem æſtimationem pignoris prægrava-
retur creditor, tùm, ne ob minorem juſto
taxationem, in diſcrimen adduceretur
reus. *argumento l. ſi quos, 16. C. de reſc. vend.*
Et conſulitur per iſtud medium ipſi etiā
judici, qui interim venale proponit pi-
gnus, &, factis licitationibus, ſe meliùs
informat de vero rei pretio, *de quo eſt text.
in auth. hoc jus porrectum. C. de S S. Eccleſ. ac
paulò pòſt numero 86. & 87. cum ſequenti-
bus, ea de re dicetur fuſiùs.* Et in hoc con-
76 cordat Speculum noſtrum provinciale
cum jure communi, quod ipſum quoque
pòſt captionem pignorum, ſuper quorū
æſtimatione diſcordant partes, concedit
inducias, in rebus eccleſiæ quidem 20.
dierum, in privatorum autem bonis ſpa-
cium temporis arbitrio judicis determi-
nandum, quo ſubhaſtantur pignora, eoq;
durante adhuc licet reo luere pignus, &
pecuniam debitam creditori offerre, ſin
autem ceſſat, iſto caſu pignus plùs licitan-
ti venditur. *d. authen. hoc jus porrectum. ubi
Bartolus num. 1. 2. & 7. & alii Dd. & in l. 1.
ubi gloſſa etiam notat, C. de fide inſtrum. & ju-
re haſt. fiſc. lib. 10.*

Exacto itaque tempore, quod com- 77
miſerationis gratia à die judicati debito-
ribus indulgetur. *argum. l. debitoribus 31.
ff. de re judic.* fit executio, & capiuntur pi-
gnora, *juxta l. à Divo Pio. 15. §. in venditione.
2. eod. tit.* circa quæ pignora, in vim judi-
cati capta, ſi partes ſuper æſtimatione re-
rum invicem non concordent, triplex re-
medium proditur, creditori, puta, quòd
aut res captas poſſideat in cauſam pigno-
ris, tàmdiu ipſis utendo fruendo, donec
fructus præcepti reſpondeant ſorti & u-
ſuris capitalis ſummæ, vel pecuniarum
principaliter debitarum, *per ea, quæ pòſt Ia-
cob. de Raven. & Alber. de Roſate in d. l. à Divo
Pio. 15. §. ſi pignora. 3. num. 1. tradit Iaſ. per
l. 1. & 2. C. de pig. act. ac fac. auth. hoc jus por-
rectum. in princ. C de S S. eccleſ. & Ferrar. in
forma executionis faciendæ. verb ſapiens. nu. 20.*
Secundum eſt, quòd petant creditores, 78
bona publicè ſubhaſtari, ac venalia pro-
poni, & plùs licitanti vendi, pretio ex iis
redacto, uſque ad condignam quantita-
tem debiti, aſſignato creditoribus. [*l. fin.
§. 1. C. de jure dot. impet. & l. pen. C. ſi vend.
pign. agat. l. 1. C. ſi in cauſ. jud. pign. capt. fuer.*]
*Ferrar. in form. execut. verb. ſapiens. num. 20.
verſ. ſecundo modo, & probatur per d. authen.
hoc jus porrectum. verſ. quod ſi nolit creditor.*
Tertium remedium eſt, ſi non reperia- 79
tur emtor pòſt ſubhaſtationem pignorū,
quòd creditor admittitur ad emendum
pro juſta licitatione & quantitate: ita ta-
men, ut ipſi in eo, quod deeſt, reſidui pe-
titio maneat integra. *Ferrar. d. verb. ſapiens.
num. 20. verſ. tertio modo per l. 2. & l. fin. C. ſi
cauſa judic. in pig. cap. & d. auth. hoc jus por-
rectum. verſ emtore autem.* Et hanc tripli- 80
cem practicam, procedendi cum pigno-
ribus captis, probat etiam Bartol. Socin.
*conſ. 37. num. 9. volum. 4. & Marant. de ord.
jud. parte 6. verb. executio, num. 19. ac Ioan.
Bapt. Aſinius in praxi judiciaria. §. 7. cap. 5.
limitat. 9. num. 10. per l. à Divo Pio. 15. §. ſi
pignora.*

pignora. 3. ubi communiter omnes transeunt cũ iſta practica, ff. de re jud. & facis l. ordo. 3. & l. fin. C. de execut. rei jud. cum l. 2. C. ſi in cauſ. jud. pig. cap. fuer.

81 Quod ad primum remedium attinet, illud regulariter locum habet in bonis ſoli, quæ quotannis ferunt certos fructus. *d. auth. hoc jus porrectum, ibi: ſi ex mobilibus debitum ſolvi nequeat, dentur pignori res immobiles*, non autem in mobilibus, quæ & fructus per ſe non ferunt, & ipſorum utilis eſt & abjecta cura. *l. ſi rem mobilem. 47. in pr. & l. rem quæ nobis. 15. ubi gloſ. & l.*
82 *peregrè. 44. de acquir. poſſeſ.* Sicut & mobilia ſubhaſtationi non exponuntur, ut quæ regulariter, non, niſi in ſoli rebus obtinet. *Bald. in l. 1. num. 5. C. ſi ob publicas penſitationes.* Mobilia namque, maximè in eſculentis & poculentis conſiſtentia, ut plurimum habent ſuum certum valorem ex communi curſu, & venditione ſimilium rerum in mercatibus civitatum publicis, *quo de ſuperiùs num. 51. latiùs actum*
83 *fuit.* Itaque bona ſoli, pro debitu creditoris, in vim judicati vel inſtrumentorum exequibilium capta, & de quorum valore inter ſe non conveniunt aut conſentiunt partes, ab initio per executorem offeruntur creditori in vim pignoris uſurpanda, ad eum nempè finem, ut fructibus rerum pignoratarum eò uſque utatur, donec pignus ſeſe ipſum liberet. *argum. c. cùm contra in verb. poſſeſſiones ipſæ jam extenuaſſent totum onus. extra de pignor. ac facit l. ſi pignore. 22. cum l. nec enim. 33. ff. de pign. act. l. 1. & 2. C. eod. tit. & l. 1. C. de diſtract. pign.* Verùm, quia per hanc viam non ſatis conſulitur creditoribus, cùm iſto caſu & tardiùs ſuum conſequantur, priuſquam videlicet res pignorata ferat tot fructus, qui ſurti reſpondeant, & ta-
84 lis receptio particularis valdè incommoda eſt creditori. *l. planè. 3. in pr. ff. fam. herc. l. cùm hi. 8. §. in cauſ. verſ. cauſæ, de transact. l. communi. 7. commun. divid. cum ſimilibus*, tùm etiam, quòd, ut dictum eſt, fructus percepti annuatim extenuent capitale. *d. l. 1. & 2. C. de pign. act.* ideò creditores ad accipiendum res pro judicato captas in vim pignoris, inviti non ſunt arctandi. *Ferrar. in forma executionis. d. verb. ſapiens. num. 20. in fin. & probatur per alias authoritates paulò antè adductas.* Sicut nec audiendus eſt debitor, petens creditorem compelli ad accipiendum pignus, vel in ſolutum, vel pro ea æſtimatione, quam ipſe vel judex inconſultò facit, & ad ſolvendum ſibi vel aliis creditoribus reſiduum. *l. in civile. 4. C. de bon. auth. jud. poſſ.* qui textus in hac materia eſt notabilis 85
contra petitionem debitorum, quæ fit tota die, offerentium videlicet pro ſolutione debiti ſua bona, magni pretio per ipſos æſtimata, & inſtantium apud jus dicentes, ut cugant creditorem, pro debitis pecuniis illa in ſolutum accipere, & reſiduum ſolvere dominis prædiorum.

Proditum itaque iſto caſu eſt ſecundum remedium, cujus virtute creditori licet inſtare penes judicem, qui judicatum fecit, vel decrevit executionem, pignora pro judicato vel inſtrumento exequibili capta, proponi publice venalia. 86
l. 2. C. ſi in cauſ. judic. l. ſi pignora. 50. ff. de evict. juncta auth. hoc jus porrectum. §. quòd ſi nolit. C. de SS. eccleſ. quem actum vulgò ſubhaſtationem vocant. *Bart. in l. licitatio. ff. de publican. & l. 1. C. de fide inſtrum. & jure haſt. fiſc. lib. 10. Bald. in l. ordo. 3. per illũ tex. verb. diu ſubhaſtatas. C. de execut. rei judic. quo de habetur* Landrecht *lib. 1. art. 70. ac notat Regulus noſter in cap. 103. num. 8. cum ſequentib. & VVeſenbec. conſ. 50. num. 5.* Admittitur autem iſto caſu ad licitandum, quemadmodum ſuprà monuimus, etiam creditur, nun minùs quàm quilibet alius 87
extraneus *Salic. in l. 2. C. ſi in cauſ. jud. pig. & Iaſ. in l. à divo Pio. 15. §. ſi pignora. 3. nu. 8. ff. de re judic.* duratque tempus intermedium à captione pignorum uſque ad finem ſubhaſtationis, prout pari modo in 88
præcedentibus ea de re facta eſt mentio, per intervallum 20. dierum in reb. eccleſiæ *d. auth. hoc jus porrectum. §. quòd ſi nolit. verſ. quo ſubſecuto. C. de SS. eccleſ. §. nos igitur. auth. de alien. & emphyt. col. 9.* Quod & in rebus fiſcalibus cõmuniter receptũ eſſe, refert Bart. *in l. ſi tempora. 4. num. 7. C. de fide & jure haſtæ fiſc. lib. 10.* In rebus autem privatorum, quia certum tempus 89
à jure civili taxatum non reperitur, arbitrio judicis illud permittitur. *Salic. in l. ordo. 3. num. 2. & ibi Bald. 2. C. de execut. rei jud. Ioan. de Plat. in d. l. 1. & l. ſi tempora 4. ibi gloſ. 1. C. de fide & jur haſt. fiſc. lib. 10. quod & firmat Anton. Capic. Neapol. deciſ. 36. num. 4.* De jure autem Saxonico iſta etiam dilatio trium regulariter quatordenarum eſt, Landrecht *lib. 1. artic. 70. §.* Begeret man es aber nicht zu borgen. niſi ſtatutis, vel conſuetudine locorum iſtud intervallum ſit reſtrictum, *quo de ſuperiùs quoq; in 1. Parte hujus Operis cap. 10. n. 208. aliquid*

attigimus, & paulò antè num. 76. Eſtque illud tempus ita privilegiatum, ut pignora in vim judicati, vel inſtrumentorum executivorum capta, ſuper quorum valore inter ſe non concordant partes (ſive fidejuſſores eo nomine offerantur, ſive non) in primis per terras Saxoniæ, interim debeant reſervari illibata & indiſtracta per alias tres quaterdenas, infrà quas audiuntur licitationes extraneorum, nemini tamen realiter alienantur, aut venduntur, ſed denuò liberum eſt obligato, offerendo pecunias debitas, vel medio tempore, vel pòſt illas tres quaterdenas, pignora luere. *d. art. 70. §.* Thut er das nit: *juncto §.* So ſoll man das Pfand vorſetzen. *prout infrà num 92. cum ſeqq. hac de re fuſiùs*
90 *exigetur.* Neque tamen circa ſubhaſtationem ſufficit una præconizatio, niſi fortè ſtatuto vel conſuetudine loci aliud determinatum ſit. *Salic. in d. l. ordo. 3. num. 2.*
91 Ac certè moribus harum provinciarum receptum eſt; quòd pignora pro executione capta proponantur venalia per ſex hebdomadas, cum tribus diebus, ita, ut regulariter in ſingulis ſeptimanis, per illud biduum, quo ut plurimùm in pleriſque civitatibus populoſioribus celebrantur publici mercatus, fiant ſingula proclamata per apparitorem, in foro publico & frequentiore populi confluentia, nominatim exprimendo ac deſignando res illas, quæ ſunt venales, & addendo, ut, qui eas emere intendit, veniat ad talem locum, licitaturus juſtum eorum valorem & pretium. Sicut autem iſta forma proponendi venum pignora, probatur conſuetudine notoria noſtrarum regionum, in quibus iſtud quotidiè quaſi practicatur, *per d. art. 70. lib. 1. §.* Thut er das nicht. *&* Weichbild *art 46. juncto art. 64. quod & firmat Regulus noſter in ſuo proceſſu cap. 103. num. 19.* ita
92 etiam de jure communi non eſt ignota, ubi eodem modo ſingulis mercatibus, quotieſcunq; forum rerum venalium habetur per civitatem, in una hebdomada, toties fieri debet proclamatio pignorum vendibilium, *ſicut tradit Dambud. in tract. de ſubhaſt. cap. 3. num. 4. & 5. item cap. 4. num. 4. & attigimus in prima Parte noſtri Operis cap. 10. num. 208. & 209.* Et iſta forma ac
93 ſolennitas cujusque loci circa ſubhaſtationem pignorum exactè & ad unguem obſervari debet. *Bald. in l. ordo, 3. num. 9. C. de execut. rei jud.* ne feneſtra fraudibus aperiatur, & poſſeſſionibus viliore pretio diſtractis, plùs exactor ex gratia, quàm debitor ex pretio conſequatur, *argum. l. ſi quos debitorum mole. 16. C. de reſcind. vend.* cùm, quæ certam ſemper obſervantiam habuerunt, non ſint mutanda. *l. minimè. 23. ff. de ll. l. 1. & 2. C. quæ ſit long. conſ.* & pignorum venditio procedat in favorem creditoris, ut is ſuum recipiat; ideò pignora pro præſente pecunia, non autem ha- 94
bita fide de pretio, diſtrahenda veniunt. *gloſſ. l. 1. ubi etiam Bart. ſequitur num. 8. C. de fide & jure haſt. fiſc. lib. 10. & in l. ſi curator. 5 verb. ſoluto. ff. de jure fiſc. Quod & Fe[…]. placet in forma executionis ſententiæ definitivæ. verb. publico nuncio. num. 6. & 7.* ac probat Rebuffus *in ordin. regni Galliæ, tit. de literis obligat. art. 11. gloſſ. 3. num. 16.* ubi rationem aſſignat, quòd, cui poteſtas vendendi permittitur, is non poſſit habere fidem de pretio, ſed pro præſente pecunia diſtrahere debeat, niſi aliud habeat in mandatis. *Bald. pòſt gloſſ. in l. cum vendente. 4. C. ubi cauſæ fiſcales. & pleniùs in l. incivile. 12. num. 2. & 3. C. de rei vindic. ac eſt text. de jure melior in l. à Divo Pio. 15. §. ſed ſi emtor. 7. in illis verbis oportet res captas pignori præſente pecunia diſtrahi, non ſic, ut pòſt tempus pecunia ſolvatur. ibiq; Iaſ. num. 2. Ang. 2. Alex. num. 1. & 5. ff. de re jud.* Et ita memini de jure reſponſum fuiſſe antiquitùs per ſcabinos dicaſterii Lipſenſis, Sculteto & Senatui Querfurdenſi, item judici cum ſcabinis Libeſtet, item præfecturæ Altenburgenſi, anno 1554. In quo tamen ſerviendum eſt moribus cujusque regionis 95
& provinciæ, prout ibi conſuetum eſt, vel pro præſente pecunia, vel habita fide de pretio, venditiones facere. Sicut autem iſta præconizatio introducta favore debitorum eſt, quibus medio tempore coram judice, vel executore licet denuò realiter offerre pecuniam debitam, & ſic impedire pignoris venditionem. *arg. l. 2. C. debit. vend. pig imped. non poſſe. l. ſi rem. 9. §. fin. ff. de pig. act.* ita eodem modo prodeſt forenſibus & extraneis, qui fortè prætendunt habere jus in re ſuper qua fit proclamatio, vel confidunt præferri huic 96
creditori, ut iis etiam liceat, cauſas & allegationes ſuas infrà terminum ſubhaſtationi præfixum proponere, quare ſcilicet judex ad talem venditionem properare non debeat, ac ſi iſtud infrà terminum facere ceſſant, ſciant, ſe deinceps à talibus allegationibus excluſos eſſe. *Maſſuer. in pract. tit. de execut. num. 17. & 19.* Tradit tamen

tamen utilem practicam in propoſito
Paul. de Caſt. quòd, antequam judex ad
97 ſubhaſtationem procedat, per peritos
æſtimatores aut patresfamilias exploret
pretium rerum venaliũ, & tunc demùm
eas publicè ſubhaſtari faciat. *Paul. de Caſt. in d. l. ſi quis 16. n. 2. C. de reſcind. vend. Dambuder. de ſubhaſt. cap. 2. n. 11.* ideoq; licitatoribus
ut plurimùm reticetur verũ pretium rei, definitum ab æſtimatoribus &
aliquantò carius æſtimatur pignus, ut appareat quis pluris ſit licitaturus. Et inde
98 ſubhaſtatio alio nomine auctio dicitur,
ab augendo, propter videl. augmentationem pretii, in qua unus plùs offert, quàm
alius, *argum. eorum quæ tradit Bartol. in l. locatio 9. num. 3. & 4. ff. de public.* adeò, quòd
qui ab initio minus obtulit, requiſitus à
præcone, & certioratus de pluri, quo alius
99 licitatus fuiſſe dicitur, denuò licitantem
vincere poſſit. *gloſ. & Bart. in l. ſi tempora 4. num. 2. & 4. C. de fide & ju. haſt. fiſc. lib. 10.*
Quod verum eſt, niſi fortè adjecta fuerit
100 illa clauſula uſitata, quod plus offerenti
dabitur, quo caſu plùs offerenti vendendum, neque poſſet ille vinci in pretio per
priorem, qui vilius eam licitabitur. *Bartolus. d. l. ſi tempora. 4. num. 4 per l. 4. §. idem Julianus verſ. eum qui in fin. & l. Sabinus. 9 ff. de in diem. addict. ac notat Bald. in l. licet 7.*
101 *cum l. vieeſſe. 8. per illos textus, eod. tit.* Etſi
verò præmemoratæ proclamationes vel
præconia in diebus dominicis, ad inſtar
aliorum actuum judicialium, fieri prohibentur, *l. fin. § dominicam diem. C. de feriis:* tamen fallit in pagis, ubi fieri videmus talia proclamata, vel ſubhaſtationes,
etiam diebus feſtis, & in Eccleſia illius
loci, ubi res ſunt ſitæ, ſtatim ſub exitum
miſſæ. Cujus rei ratio dubio procul eſt,
quòd ruſtici non niſi in diebus feſtis, &
tarò in alio loco, quàm in Eccleſiis aut taberna vinaria vel cereviſiaria frequentes
conveniant. *Rebuffus ad ordin. reg. Galliæ de præconiis artic. 7. gloſſ. un. num. 5.* Ac certè
per has provincias valdè frequens & uſitatum eſt, tales præconizationes intimari
102 ruſticis per ſacrificulos cujusq; pagi, in
æde ſacra, mox poſt peractas & finitas publicas preces; quod quemadmodum conveniat perſonis Eccleſiaſticis, legatur *c. 1. & tot. tit. extr. ne cleric. ſæcul. ſeſe immiſ.*
103 Abſolutis autem & completis trinis
edictis proclamatoriis, refert præco judici, quòd omnes auctiones jam compleverit, cujus, tanquam juratæ perſonæ, relationi etiam abſque eo, quod actis ſingula
proclamata inſinuata fuerint, item abſq;
eo, quod partes citentur ad relationem
ſecundùm ea, quæ inferiùs, creditor, utpote de his quæ pertinent ad ejus officium.
Jaſon in l. age. 3. num. 11. C. de tranſact. Abbas in c. cùm parati. num. 4. extra de appell.
maximè de jure Saxonico, cujus virtute
nuncius publicus ſupplet duorum virorum teſtimonium. 104
Landrecht. *lib. 1. §.* Des Fronbotens Gezeugniß. *art. 8. & lib. 2. art. 22. §.* Iſt aber die Schuld höher. *& lib. 3. 25. §. 1. & art. 56. in gl. eod. lib.* Quo cognito judex, citato ad ſe debitori denunciat, quantum pecuniæ pro pignore in 105
vim judicati capto oblatum fuerit, eique
liberum relinquit, an denuò pro iſta quantitate ipſemet rem ſuam luendò retinere,
an verò aliquem animoſiorem licitatorem, qui plùs offerat, ſubmittere velit.
Rebuffus ad conſt. reg. Galliæ, rub. de præconiis. art. 7. gloſſ. un. num. 15. ac probatur in l f. §. ſi verò nemo. cum §. ſeq. C. de jur. dom. impe. notatq; Maranta de ord. judic. parte 6. rub. de execut. num. 19. allegando Matth. de Affliſt. in decis. Neapol. 358 quæ tamen ad propoſitum parùm facit. Quod ſi vero debitor neq;
ipſe pignus redimat, nec alium emptorem, qui plus dare velit, in continenti
nunciet, executor plus æſtimanti vel licitanti aſſignat pignus pro executione captum, recepto viciſſim ab eo rei pretio.
Ferrarienſis in form. execut. ſententiæ definit. verb. ſapiens. num. 20. verſ. ſecundo modo providetur. pòſt Bart. in l. à divo Pio. 15. § ſi pignora. 3. num. 3. & gloſ. 2. ibi. in verb. addicatur de re judic.

Differ. jur. civ. & Saxi. 2a lib. [illegible] part [illegible] Zobel 38. part [illegible]

Quo facto, creditori ſolvit executor, 106
quod debetur, unà cum impenſis, ſuper
proceſſu executionis & taxationis erogatis per creditorem, ſuperfluum autem reſtituit domino pignoris. Quod ſi verò
æſtimatio rei non aſcendat ad quantitatem debiti, creditori pro eo, quod ipſe
deeſt, reſervat jus ulterioris executionis
in alia bona debitoris. *Maſuer. de exec. & ſubhaſt. num. 22. per l. f. §. ſin verò creditor poſtquam, C. de jur. dom. im. l. adverſus. 10. circa f. in verbis: in reſiduum manet integra actio. C. de act. & oblig. l hypotheca. 3. C. de diſtract. pig.* Unde patet, præpoſterè judi- 107
ces agere, qui invertendo ordinem à jure
præſcriptum, circa executiones, vel adjudicationes bonorum ſolẽ, in caſu, ubi
diſcordatur inter partes de pretio rerum,

in vim

in vim pignoris ex cauſa judicati vel exe-
quibilium inſtrumentorum captarum,
ſtatim & inconſultò procedunt ad taxa-
tionem rerum, non præmiſſa ſubhaſtatio-
ne, compellendo creditores, ut pignora
ſecundùm eam taxationem in ſolutum
capiant, & debitoribus reſiduum refun-
dant, vel econtra, debitores pro taxata
quantitate res ſuas dimittant, & in reſi-
duo ulteriorem executionem patiantur,
quod iniquum eſt, *l. incivile. 4. C. de bon.
auth. judic. poſſ.* Ita enim fit, ut aut debitor
ex viliore taxatione lædatur, & eam re-
ſpuat, quo caſu, ſi deinceps procedatur ad
ſubhaſtationem, nullus invenitur emtor,
qui pluris rem emere velit, quàm prout
à judice taxata fuerit, aut creditor, ob im-
menſam taxationem ipſe quoque con-
queratur, & pignus pro tanta quantitate
æſtimatum in ſolutum accipere recuſet,
quo ipſo etiam caſu deterrentur alii em-
tores, quo minùs ad licitationem acce-
dant, adeò, ut per hanc viam, tàm debi-
tori, quàm creditori noceatur.
108 Verum itaque rei pignoratæ, in caſu
quando inter partes de valore rei diſcep-
tatur, pretium eſt, quod habetur ab eo,
qui plurimi rem licitaverit, per tempora
ſubhaſtationi præfixa, ita, ut pro illa taxa
dimitti & vendi debeat, ſive creditori ſi-
ve extraneo, quicunq; majoris rem lici-
tatus fuerit, *gloſ. d. § ſi pignora, verb. addi-
cantur. verſ. tertio poteſt emere & licitari ab
executore, ut quilibet alius. ibidemq; Alexand.
num 11. & Salic. in l. ordo. 3. num. 2. verſ. qua-
ro primò. Cod de execut. rei jud ac facit bonus
text in l. 2. C. ſi in cauſ. jud. pig. cap. fuer.*
Quod facit ad diſſolutionem ejus dubii,
quod nobis haud ita diu proponebatur in
facto: Creditores urgerant executionem
in bona cujuſdam debitoris, quæ execu-
tor æſtimabat magno pretio, & quidem
in triplo cariùs & pluris, quam prout eas
emerat ipſe debitor ante quadriennium,
volebatque cogere creditores ad ac-
ceprandum illa pignora in ſolutum pro ta-
xata quantitate, quod creditores recuſa-
bant, urgendo videlicet ſubhaſtationem,
& licitando dictum pignus pro certo pre-
tio, in quo ipſi volebant iſtud prædium
accipere, cum illa proteſtatione, quod ſi
quis alius ipſos licitatione majori vince-
ret, ei venderetur pignus, ipſis autem fie-
ret ſolutio de pecunia debita, addendo
etiam illud, quòd ſi nemo reperiretur, qui
per tempora ad ſubhaſtationem requiſita
cariùs emeret, quàm ipſi fuiſſent licitati,
ſe iſtud pignus indiſtractum per integrũ
annum ſervaturos debitori, ut denuo ipſi
vel aliis ejus nomine liberum foret, redi-
mere pro eodem pretio. Reſpondimus 109
de jure, creditores meritò audiendos, ne-
que compellendos eſſe ad acceptandum
pignora pro pretio per primos executo-
res taxato: idque propter textum clarum
& apertum, *in l. fin. C. ſi in cau. jud pig. cap.
fuer.* ubi dicitur, in cauſa judicati pignora
ex authoritate præſidis capta potiùs di-
ſtrahi, quàm jure dominii poſſideri con-
ſueverunt, adeò, ut prior cauſa ſit ſubha-
ſtationis, antequam ad addictionem per-
veniatur. Ultra enim annale tempus di- 110
lationem adtuendum pignus judex non
facilè debet concedere, ſed intra annum
perfectam executionem facere. *Baldus in l.
ordo 3. num. 6. C. de execut. rei jud. per c. con-
ſultationibus, quod ibidem inducit, extra de of-
fic. deleg. & gloſſam magnam in l. fin. in verſ.
ſed forte expectabitur per annum. C. de exec. rei
jud. per l. ſi quis emtionis. 8. § fin. C. de* [illegible]
ſcript. 30. Licet autem *l. fin. C. de jure dom.
impe.* videatur velle, quod biennium ſta-
tuendum ſit ad offerendum denuò debi-
tum, & recipiendum ſuum pignus: ta-
men Imperator ibidem loquitur de pi-
gnore conventionali, ſecùs eſt in judicia-
li. *hanc ſolutionem innuit etiam gloſſa magna.
d. l. fin. C. de exec. rei judic.* Neq; vero tunc
debitor habet quod conqueratur, quaſi 111
pro pretio per æſtimatores taxato non
fuerit vendita, cùm nulla res pluris, aut
majoris pretii ſit, quam prout emtorem
invenit. *Alex. in l. 4. § ſi hæres, num. 2. ff. ad
Trebell. Abbas in c. cum cauſam 2. num 3. ext.
de teſtib. per l. ſi ſervus. 4. in fin de condict furt. l.
ſi vendidero 80. §. 1. cum l. ſi quis uxori. § 26.
fin de furt.* Circa quod etiam illud obiter
notandum eſt, res venditas per ſubhaſta-
tionem carere evictione. *Maſſuerius de exe-
cut. num. 20.* Quod verum eſt, reſpectu ju- 112
dicis exequentis, aut etiam victoris in
cauſa, qui de conſenſu judicis pignus ita
captum vendit, illi namque de evictione
non obligantur, ſecùs tamen eſt reſpectu
debitoris, cui proficit ſolutio. *Maſſuer. ubi 113
ſuprà ac not. gloſ. in l. à Divo Pio. 15. §. ſi
poſt verb. periculum. de re jud & ibi Bart num.
2. Alex. 7. & idem Alex. in eadem l. à Divo Pio.
15. §. ſi pignora 3. num. 7. ubi addit, iſtam
concluſionem communiter teneri, ac eſt pro
iis textus in l. ſi prædium. 4. C. de evict.*
Quod ſi vero pignora, ſub haſta publi- 114
ca pro-

ea propoſita, emtotem non invenlant, ob
tergiveeſationem forte debitorum, qui
dulo faciunt, ne repeeiatue emror, ideuq;
pro magna quantitate pignus aſtimant,
eo fine, ut alios detereeanr ac dimove-
ant ab emtione. *l. fin. ibi: ſi per calliditatem
condemnati emtor inveniri nequeat. C. ſi in cauſ.
jud. pig. cap.* vel etiam licitatores per ſe ſint
nimis delicati, nec offerant juſtum pre-
tium: eo demùm caſu, & non aliter, *jux-
ta l. ordo. 3. C. de execut. rei judic. & d. l. fin.
in princ.* proditum eſt, peo victure in cau-
ſa, vel creditore, teetium eemediū, quod
vocamus adjudicaeiunem, qua videlicet
mediante, judex addicit victuri pignus
pro juſta æſtimatione. *Alex. d. l. à Divo Pio.
15. §. ſi pignora. 3. num. 14. per d. l. fin. C. ſi
in cauſ. jud. & l. fin. §. ſin autem in tempore.
C. de jure dom. imp.* Licet aurem aliqui ve-
lint, quòd iſto caſu creditor etiam invi-
tus compellatur per judicem, pignora
pro judicato capta in ſolutum accipeee,
ut maximè valoe earum non aſcendar ad
quantitatem debiti. *Paulus de Caſtro in d. §.
ſi pignora. 3. num. 1. & in fin. ejuſdem. §. & in
d. l. ordo. 3. num. 2 ubi etiam Albericus. 1. à
qua ſententia alienus non eſt etiam Ang. de Pe-
ruſ. in d. §. ſi pignora. 3. num. 2. proq; illa vi-
detur militare textus in d. §. ſi pignora, quate-
nus dicitur:* quòd pignora in vim judicati
capea, ſint addicenda ceeditoei pro ea
quantitate, quæ debētur: tamen *in verſ.
ſeq. incip. nam ſi creditor, in verb. maluerit.* ex-
preſsè innuitur, quòd iſtud exiſtat in arbi-
triu & voluntate creditoris, non autem,
quòd etiam conteadiceens compellendus
ſit, pignoea in ceeditum puſſidcee, iiſque
contentus eſſe, ideoque conteaeia opinio
rejicitur, tanquam ab æquitate devians,
prout rectè tradit Alex. in d. §. ſi pignora. num.
115 *9.* Quid enim eſt iniquius, quam cogeee
ceeditoeem, ut rem valentem centum
pro debito ducenroeum accipiat in ſolu-
tum? Et quid e converſu, magis eſt in-
humanum, quam compelli debitorem,
ut pignus valens ducenta, dimittat credi-
toei pro debito ſolummodò centum flo-
renoeum, maximè litigatoeibus contea-
dicenribus? *Bald. d. l. ordo. 3. num. 5.* Ideò
non poteſt alia & æquior habeei ratio
æſtimationis, quam pee ſubhaſtationem,
per ſuperiùs tradita. Ac, ſi nullus planè
reperiatue licitator, tunc demùm, & non
priùs, paetes judicis ſunt adhibitis perſo-
nis æſtimatoeum juratis, eo in loco, ubi
res ſoli ſita eſt, taxare pignora in vim ju-
dicati capta, pro juſto & æquali pretiu,
ſecundum ea, quæ in hoc ipſo locu paulò
pòſt *num. 123. 124. & ſeqq.* latiùs exigen-
tur & ſic peu raxata ab eo quantitate in
ſolutum dare credieoei. *gloſ. d. §. ſi pignora.
verb. contentus. & verb. addicantur. ubi etiam
Bartol. num. 3. ff. de re jud. addit, quod iſtud
obſervat conſuetudo. cum qua tranſit etiam Bal-
dus in d. l. ordo. 3. nu. 3. Salic. 2. Alber. de Ro-
ſate 2. ac ſequitur Ferrar. in form. execut. ſent.
def. verb. ſapiens. num. 20. verſ. primo poterit.
pòſt Ioan. de Imol. ac Raph. Cumanum. Iaſ. in
d. §. ſi pignora. num. 8. ubi ſubjicit, iſtam opi-
nionem æquiorem & veriorem eſſe, quam & ab o-
mnibus communiter approbari tradit ibidem
Alex. n. 15. verſ. eſt & ſexta, per l. ſi ex majore.
7. C. de except.* Ac de jure noſtro Saxonico 116
hæc ſenrentia abſq; coneruveeſia eſt, *per
art. 70 §.* Soll man denn. *lib. 1.* Landrecht
ubi habetur: Wenn das Pfand mehr gilt/denn
die Schuld iſt/das ſoll man dem Schuldener
wieder geben / gebricht aber etwas daran/ ſo
ſoll man jhn weiter pfenden. Idq; ita io pea-
ctica haeum regiunum obſervari, atteſta-
tue etiā Regulus noſter *in ſuo proceſſu. cap.
103. num. 19. in fin.* Et ea quidem de pigno-
ribus in vim judicati, item ſtatuti, vel cū-
ventionis executivæ, capitis per judicem
dixiſſe ſufficiat.

Sin verò creditor pòſt morā, ex vi pa- 117
cti, propeia authoeitate & ſine miniſte-
rio judicis, occupat bona debitoris, actū-
que eſt, ut illa in vim pignoris habeat ac
diſtraheee liceat, iſto caſu, omnes cautio-
nes in tali pignoee cunventionali appo-
ſitæ, quemadmudum debent vendi, ſive
in tempoee, ſive in aliis articulis ſunt ob-
ſervandæ, tanquam in mero pignoee cū-
ventionali. *l. fin. §. ſancimus itaq; C. de jure
dot. impet. l. ſi ceſſante. 7. C. de diſtract. pign.
l. ſi convenerit. 18. ubi gloſ. ff. de pig. act.* ita
tamen, ut pòſt lapſum temporis præfiniti,
hanc venditionem, quam intendit faceee
creditor, notificet debituri, ad eum fi-
nem, ut videat, rem bona fide geri. *l. credi-
tor hypothecas. 4. C. de diſtract. pig.* Sin au-
tē nulla pactio vendendi pignoeis inter- 118
veneeit, tunc demùm pòſt bienniū a tem-
pore denunciationis inchoandū, ees pi-
gnoeatas vendere licet. *d. l. fin. § ſin autem
nulla ibidemq; Bart. n. 2.* & iſta ſententia cō-
munis eſt, *ſecundùm Alex. de Imol. in l. debito-
rib. 3. nu. 6. ff. de re jud.* Licet texe *in d. l. fin.*
videatur loqui in caſu ſpeciali, reſpectu
videlicet fœneeatoris, undè in aliis ſecùs
eſſe innuit Angel. *in d. l. debitoribus. 3. nu. 6.*

Cæterùm

119 Cæterum quicquid ſit de jure civili, ſal-
tem in provinciis, ubi viget jus Saxoni-
cum, illa diſtinctio. *d l. fin. §. ſin autem nul-*
la, de ſervando videlicet indiſtracto con-
ventionali pignore ad biennium, in quan-
tum nimirùm capitur executivè per judi-
cem, ex vi pacti executivi aditum, receſ-
ſit ab uſu, adeò, ut ad inſtar alterius pi-
gnoris judicialis cum eo procedatur ſe-
cundùm diſpoſitionem. *d. §. ſi pignera. 3.*

120 Quia verò in caſu non repetti empto-
ris ad bona pignorata pro executione, ne-
ceſſariò judex defertur ad taxationem re-
rum pignori captarum, ut eas videlicet
juſto pretio æſtimatas, vel in totum, vel
pro parte in ſolutum addicat victori in
cauſa vel creditori, operæ pretium eſt, vi-
121 dere nunc, quo pacto talem æſtimatio-
nem inire judex & facere debeat? Licet
autem Bart. *in d. l. creditores. 3. num. 29.* &
Salic. *31. C. de pignor. & idem Bart. in l. Theo-*
pompus. 14. num. 9. & 10. ff. de dot. præleg.
& in l. qui bona. 13. §. huic ſtipulationi. 15.
num. 2. de dam. infect. & l. ſuſceptores. 3. nu.
2. C. de ſuſceptor. lib. 10. innuant, citatio-
nem neceſſariam eſſe: tamen iſtud intel-
ligi debet de actu præambulo taxationis,
hoc eſt, de communicatione executio-
nis, & ipſa executione, quæ expeditur per
captionem pignorum, tunc namque cita-
tio præmittenda eſt, ut videlicet priùs au-
diatur reus, an aliquid contra illum pro-
ceſſum executivum velit opponere, *per*
ea, quæ tradidimus in 7. capite hujus tertii Par-
tis per totum. & aliter citatio neceſſaria
non eſt: niſi fortè ignorentur termini
ejus prædii, de cujus æſtimatione agitur,
tunc enim citandus eſt debitor ad eum
finem, ut deſignet ſuorum agrorum con-
finia, *per authoritates, quas infrà num. 138.*
item 157. & 158. referemus. & ita ſeſe cir-
ca hoc punctum explicant etiam Bart. *in*
d. l. creditores. 3. num. 19. verſ. erit igitur ordo.
ibi: tunc judex faciat. & ibidem Salic. ubi
ſubjiciunt, ſi reus nihil habeat relevans,
quod opponat adverſus ipſum proceſſū,
debet judex mandare partibus, ut eligant
idoneos æſtimatores pignoris. *Bart. & Sa-*
lic. ubi ſuprà de quo infrà latiùs agemus. num.
126. & 127. non autem requirunt, ut de-
bitor interſit, aut citetur, vel ad licitatio-
nem emere volentium, vel etiam ad æſti-
mationem taxatorum, donec videlicet
omnes auctiones pignoris ſubhaſtati fue-
rint completæ *per ea, quæ paulò antè num.*
122 *103. fuerunt tacta.* Priuſquam autem taxa-
tores in ſe ſuſcipiant iſtud officium, ma-
gnoperè conducit, judicem ipſummet
venire in rem præſentem, & contueri
bona ſoli, in vim pignoris capta. *argum. l.*
ſi irruptione. 8. §. ad officium ibi: fundum ocu-
lis ſubjicere. ff. fin. reg. l. 4. in princ. verb. ſi lo-
calem requirit inquiſitionem de dam. infect.
cùm teſtimonium oculorum & proprii
aſpectus certiſſimum ſit, & rarò ſoleat 123
fallere. *l. eadem. 2. & ibidem gloſ. verb. atrox*
aſpectu. de fer. l. 3. §. tu magis ſcire potes. de
teſtib. l. 1. §. 1. de ven. inſpic. l. comparationes.
20. § omnes autem. C. de fid. inſtrum. neque
melior habetur probatio, quam ex evi-
dentia rei oculis ſubjecta, quæ derogat
omni generi probationum. *Curt. conſ 70.*
num. 18. Calcaneus conſ. 8. num. 7. poſt Bald.
in l. contra negantem. 4. num. 5. 5. C. de l. A-
quil. ſecundum illud Horatii:

Segnius irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

Fitque ea inſpectio ſumtibus & expenſis
petentis. *Decius in l. in conſilium 6. num. 6.*
ff. de offic. aſſeſſ. Iaſ. in l. prætor ait 4. §. etiam
4. num. 9. & 10. ff. de edendo. quo de latiſſimè
Aſinius in practica judiciaria. §. 32. ampliatio-
ne 32. Ideò autem in rem præſentem ab 124
initio judex venit, ut in pignora, eorum-
que qualitatem ipſe inquirat. *argum. l. fin.*
in fin. C. de jure dom. imper. ac, ſi forte dein-
ceps inter æſtimatores non concordan-
tas incidat controverſia ſuper pretio rei,
uno ſcilicet pluris & altero minoris lici-
tante, ipſe litem ſua determinatione di-
rimere poſſit, ſequendo arbitrium ejus,
qui attenta rei vel corporis qualitate, vi-
detur judici meliorem rationem ſui æſti-
mi afferre. *Angel. in § ſi quis agens. quem ipſe*
legit cum §. plùs autem. num. 2. 3. & 4. &
Iaſ. in d. § plùs autem. num. 5. 6. & ſeqq. In-
ſtit. de act. & Alex. in l. pretia rerum 63. nu. 6.
ff. ad l. Falcid. vel adhibendo fidem peri-
tiori in arte *Bald. in 1. conſtit. ff. num. 6 Fe-*
lin. in c. propoſuiſti. num. 10. extra de probat.
cùm regulariter ad judicis officium æſti-
matio, maximè pignorum, pertineat *l. fin.*
§. æſtimationem autem pignoris. C. de jure dom.
imp. & Angel. in d. §. ſi quis agens. num. 1. in
fin. & in l. ſi quod ex Pamphila 73. in fin. de le-
gat. 2. Subjecto itaque oculis prædio, de 125 *De æſtimatore.*
cujus valore agitur, practica eſt, ſiquidem
in illa diœceſi vel territorio, quædam per-
ſonæ ad hoc ſpecialiter fuerint deſigna-
tæ, illi æſtimatores aſſumuntur. *Pinelus in*
repet.

repet. l. 2. 3. parte. cap. 4. num. 3. ſicut hodiè apud nos in qualibet quaſi villa habentur Scabini jurati, quibus id officii demandatur, quotieſcunq; de æſtimatione bonorum ſoli agitur. Intelliguntur enim,
126 propter vicinitatem, habere notitiam cõmunis pretii bonorum, intrà & juxta ſua prædia ſitorum, *arg. l. ſi vicinis. de nupt. l. filium. 6. in fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur. c. quanto. c. quoſdam. ubi Panorm. extra de præſumpt. Alex. conſ. 82. in fin. vol. 1. Robertus Maranta in l. is poteſt. 18. num. 198. & 199. ff. de acquir. hær.* Tantò namque faciliùs præſumitur quis habere notitiam fundi, quantò quis eſt vicinior. *Bart. in l. 1. num. 15. ſi cert. pet. ac facit l. 1. §. flumen. in verbis: exiſtimatione circumcolentium. de flu-*
127 *min.* Verùm, ſi in loco non habentur æſtimatores jurati, & ad hoc expreſsè deputati; judex præcipit partibus, hoc eſt, tam debitori, quàm creditori, ut ipſi eligant duos idoneos æſtimatores. *l. hac edictali. 6. §. His illud. ubi Bart. num. 2. C. de ſe-*
128 *cund. nupt. l. 1. §. 1 ff. de ven. inſpic.* Qui ſi ipſi eligere recuſent, vel ſuper perſonis accordare non valeant, judex eligit ad minus duos. *arg. §. quod autem. auth. de non al. reb. eccleſ. coll. 2. ac facit l. in venditionem. 8. circa fin. ibi: prætorem eligere. ff. de bon. auth. jud. poſſ. & tradit Bart. d. l. creditores. 3. in fin. Bald. in l. 2. num. 25. ibi Caguol. 259. & Cremenſis. 198. C. de reſcind. vend.* Quod tamẽ eatenùs verum eſt, quatenùs duo idonei æſtimatores in loco haberi poſſunt, alias
129 enim, pro rerum qualitate & circumſtantia, etiam unus ſufficit, partibus in primis conſentientibus. *Angel. in §. quod autem. num. 26. auth. de non alien. rebus eccleſ. coll. 2. ac facit l. ſi ab arbitrio. 10. ff. qui ſatisdar. cog. cum l. 1. ſi menſor fal. mod. dix. Bald. in 1. cõſtit. ff. num. 6. Felin. in d. c. propoſuiſti num 7. ibidemq; Panorm. 4. extra de probat. & latè Menochius de adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 162.*
130 Debent autem, prout etiam paulò antè attigimus, prædicti æſtimatores juramento generali aſtricti eſſe ad hoc officium, vel ſaltem denuò jurabunt ſuper iſta cauſa in manibus judicis, quòd videlicet legaliter & fideliter æſtimationem ſint facturi, & ſecundùm quod credunt, rem, de cujus æſtimatione agitur, communi modo valere. *Felin. in c. quia judicante. num. 1. extra de præſcript. Ang. in d. §. quod autem. num. 1. per illum text. in verb. architectis. num. 26. Alex in d. l. pretia rerum. 63. num. 2. ff. ad l. Falcid. Salic. in authen. peregrinos. num. 5. in fin. C. de SS. eccleſ.* ac quòd jurati debeant eſſe, iſta ſententia communis eſt, referente Menochio *de adipiſc. poſſ. remed. 5. num. 164. & Pinello in l. 2. part. 3. cap. 4. num. 3. C. de reſcind. vendit.* Sunt
namque iſti æſtimatores nihil aliud, niſi teſtes valoris rerum, de quarum pretio agitur. *Pinel. ubi ſuprà num. 2. per d. c. propoſuiſti. extra de probat.* unde, ſicut teſti non jurato non creditur. *l. jurisjurandi. 9. C. de teſtib.* ita idem de æſtimatoribus, & aliis in arte peritis ſentiendum eſt. *argum. eorum quæ notat Bart. in l. 1. ff. de ven. inſpic.* In eo tamen differunt à teſtibus, quòd hi,
ſicut & agrimenſores, de veritate facti, 132
vel modi, ſacramentum præſtant, cùm facti veritas, vel veritatis notitia infallibilis iſto caſu haberi poſſit. *apoſtillator ad Bart. in d. conſtit. ff. num 8. litera M. pòſt Bal. ibi num. 6.* illi autem de credulitate tan- 133
tùm jurant, hoc eſt, quòd credunt in ſua conſcientia, rem non pluris aut minoris pretii eſſe, quàm prout ipſi eam æſtimatunt. *Felin. in d. c. propoſuiſti. num. 7. verſ. tertia concluſio. ac notat Alciatus in l. 1. § fin. ibidemq; Iaſ. num. 11. pòſt Bartol. num. 2 ff. de verb. oblig.* nec ob verba credulitatis infirmatur eorum æſtimatio. *Pinel. d. l. 2. part. 3. cap. 4. num. 5. C. de reſcind. vend.* cùm ſufficiat, taxatores reddere dictorum ſuo- 134
rum talem rationem, qualem referre poſſunt. *Bart. in 1. conſtit. ff. num. 8. per l. 1. in verb. refert prægnantem videri. ff. de ven. inſpic.* Quod autem dicitur, eos jurare oportere ſuper æſtimatione facienda, illud procedit in æſtimatoribus à judice deputatis, ſecùs, ſi deſignentur per ipſos litigatores, hi enim, ut qui de cõmuni conſenſu partiũ aſſumuntur, juramento non obſtringuntur. *Bartolus in l. Theopompus. 14. num. 7. ff de dot. præleg. Anton. de But. in c. veniens. n. 8. extra de teſtib.* cùm cujus fides à partibus 135
approbatur, ejus aſſertio non requiratur eſſe jurata. *Felin. præcit. 10. c. propoſuiſti. n 7. verſ. fallit ſecundo. & ibi Panorm. 10. extra de probat. c. quia indicante. num. 1. de præſcript. allegat. Bart. in l. Lucius. 24. in fin. ff. de fidejuſſ.* Idemq; eſt ſi ab initio ſui officii æſti-
matores medio juramento, ad illud fuiſ- 136
ſent ſuſcepti, tunc enim ulteriùs aut ad ſingulos actus jurare eos de novo non oportet. *Felin. in d. c. quia. num. 1. per l. 1. ff. de vent. inſpic. Bald. in l. hac edictali. 6. §. his illud. num. 1. C. de ſecund. nupt.*
Sed quia ſæpè, pro habenda notitiâ va- 137
loris, dubitatur de modo agri, ille men- *De agrimenſore.*

ſur n-

ſurandus eſt per artifices, quos agrimeſ-
ſores appellamus, ad hoc, ut certiùs mo-
dus agrorum renuncietur. *l. 1. in princ. junct.*
ibi gloſſ. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. Quos
138 ipſos etiam juratos eſſe oportet, de benè
& legaliter exercendo officium ſuũ cir-
ca menſurationem. *Angel. in d. §. quædam*
actiones. num 12. ibidemq; Iaſ 77. 78. & 79.
Inſt. de act. Pro qua menſuratione viden-
da, & ad deſignandum limites & fines
139 fundorum, ambæ partes citantur, ut tali
die compareant, cum tali magiſtro vel a-
grimeſſore, vel cum judice concurrant in
certo loco, *l. 3. C. fin. reg. l. generaliter. 12.*
§. pen. C. de jurejur. Felin. in d. c. quia indi-
xante. num. 11. Ang. in §. quædam. in fin. Inſtit.
de act. Bart. d. l. qui bona. 13. §. huic ſtipula-
tioni. 45. num. 2. ff de dam. infect. Et deſi-
gnum eo modo per agrimeſſores factum,
in partium præſentia, facit plenam fidem.
Hieron. de Monte in tract. fin reg. cap. 31. nu. 5.
poſt Pet. Paul. Pariſ. conſ. 4. nu. 7. volum. 4. &
conſ. 104. nu. 28. vol 1. Ipſi autem æſtimato-
res ſumunt informationem de valore rei
immobilis, ut plurimùm, ex ſitu & quali-
140 tate prædii. De ſitu dubium non eſt, quin
unus locus ferendis frugib⁹ magis ſit ido-
neus, quam alius, cum pretia prædiorum
varientur ſecundùm varietatem & diver-
ſitatem regionum. *Angel. in §. ſi quis agens.*
n. 1. Inſt. de act. & l. pretia rerum. 63. ubi no-
tant Bart. & omnes. ff. ad Falcid. idem unus
locus, quàm alius, minùs eſt periculis &
tempeſtatib. objectus. *argum. l. etſi. 7. aliàs*
incipit: Aut prætor, & §. habet etſi. 7. ad fin.
princ. verſ. quæ fortuitis caſibus ſubjecta ſunt.
& l. verùm. §. penul. ibi: ſi urbana prædia rui-
noſa vel caſib. obnoxia fuerint, de minor. cum l.
non ſolùm. 58. de petit. hæred. item dubium
non eſt, augeri pretium rei ſitæ penes bo-
141 num & cōmodum vicinũ, ſicut & econ-
tra minuitur, ſi malum aut rixoſum vici-
nũ habeat. *Pinel in d. l. 2. part. 3. cap. 4. nu.*
19. C. de reſcind. vend. per l. quod ſæpè. 35. §.
ſi quis in vendendo confinem celaverit. fin. & l.
cum ſervo. 63. §. fin. ubi gl. de contra emt. De
qualitate prædiorum habetur *in l. ſi quos.*
16. ibi: rei qualitas & redituum quantitas æ-
ſtimetur. C. de reſcind. vend. Conſiſtit enim
142 qualitas prædiorum in diligenti cultura,
per quam, ſicut valor agrorum ampliatur,
ita è contrariũ, ſi negligentiùs habiti ſint,
minui æſtimationem ipſorũ neceſſe eſt,
gl. verb. diſtractio. in l. ad reſcindendum. 4. C.
eod. tit. ac habetur text. in l. non intelligitur.
91. divi fratres. 5. verſ. ſicut enim ff. de jure fiſ.
& §. ſanctiſſ. aut de ſanctiſſ. epiſc. col. 9. §. fin.
autem annales. auth. de eccleſ. tit. coll. col. &
facit §. quia verò Leonis. & §. ſi verò alius auth.
de non al. aut permut. reb. eccleſ colla. 2. Con-
ſiſtit etiam qualitas rei in ejus libertate, 143
puta, quòd non habeat annexum aliquod
onus. *Alex. in d. l. pretia rerum. 63. num. 5.*
Hinc eſt, quòd, bona allodialia quam feu- 144
dalia, quæ conceduntur ob ſervitium do-
mini, ſemper majoris ſint æſtimationis.
Sicut & minoris æſtimatur res, quæ ſubja-
cet retrovenditioni ex pacto, quam alia.
Ripa in l. 1. §. ſi hæres. n. 26. ad Trebellianum.
ac viliùs venit taxanda res litigioſa, quam 145
non litigioſa. *Felin. in c. cum cauſam. n. 3.*
& 4. & c. 2. n. 5. verſ. item ſi eſſet litigioſa. ex-
tra de teſtib. & latè Pinel. in d. l. 2. part. 3. c. 4.
n. 19. cum ſeq. C. de reſcind. vend. Prædia ſi-
quidem non tàm ex magnitudine item 146
quantitate, dimenſione, quàm ex bonita-
te eorum æſtimantur. *Afflict. deciſ. Neapol.*
38. num. 6.

Accipitur etiam informatio ex colle- 148
ctatione aliarum venditionum, in loco ca-
pti pignoris celebratarum, ſive dicatur
per teſtes, vel per taxatores; quòd eun-
dem fundum, de cujus venditione hodiè
agitur, vel alium confinem viderunt pro
tali pretio non ſemel, ſed ſæpiùs diſtrahi.
Felin in d. c. cùm tanjam, 2. nu. 6. extra de te-
ſtibus. Bartol in l. pretia rerum. 63 §. 1. nu.
2. & 3. ff. d. l. ad L. Falcid. & idem Bartolus
in l. 2 num. 19. C. de reſcind. vend. Item, *ut*
ſuprà notatum fuit, ex quantitate fructuum
& redituum perceptibilium. *Dd in locis* 148
præallegatis, per præcitatum. §. ſanctiſſimas
ibi: non de minore pretio, quàm de penſioni-
bus ejus in quinquaginta annis percipitur. auth.
de ſanctiſſ. epiſc. colla. 9 l. ſi quos. 16. C. de
reſcind. vendit. l. ſi fundum per fideicommiſſum
92. ibi: expreſſo pretio ſecundum reditum. de
de leg. 1. l penul. in fin princ. ibi: utiq; pro
fructuum modo pretium inventurus de rebus
eorum qui ſub tutel. l. qui bona. 6. ibi? pro quan-
titate, hoc eſt, pro utilitate, quæ ex accipien-
tum redit. de ceſſ bon. Ac, ſi quis opponat,
quantitatem redituum non eſſe ſemper
certam, cùm uno anno creſcant uberio-
res fructus, quam in alio, uno anno grex
ovium valde multiplicetur & augetur,
alio anno fortè venit lues, quæ ſerpendo
diù totum corrumpit ovile, item, uno
tempore metalli fodinæ ſunt fructiferæ,
alio planè ſteriles. Quod idem dicendum
venit de fructibus jurisdictionis, prout
ſunt mulctæ pecuniariæ, item de deci-
mis; addo, q uno anno pluris ſint fructus,
quàm

quàm in alio, uno anno plura præſtentur
vectigalia, tributa, laudemia, quàm in
aliis, & ſic fructus ſint incertiſſimi, ideo-
que videtur impoſſibile, quòd ex quanti-
tate redituum, certa poſſit iniri compu-
tatio rerum, vel redituum, tanquam in-
ſtabilium & incertorum, quos exprimi-
149 mus vulgari vocabulo, Steigende vnd fal-
lende Nutzungen. reſpondetur: ex quanti-
tate fructuum unius anni non inſtitui cō-
putum integralis pretii, ſed plurium an-
norum ſimul conjunctorũ, adeò, ut uber-
tas unius anni compenſet ſterilitatem cæ-
terorum annorum, & econtrà. *arg. l. ſi uno
alias l. ex conducto 15. ſ. ſi uno in pr. ff. locati.
l forma. 4. ſ. illam æqualitatem. de cenſib. &
c. propter ſterilitatem. in fin. princ. extra loca-*
150 *ti.* Taxaturque illo caſu integrale pretiũ
rei immobilis, ex quantitate redituum,
qui præſtantur per 20. annos, tanto enim
tempore collecta quantitas fructuum cō-
ſtituit verum totius rei valorem, *ſecun-
dùm Salic, in auth. perpetua, num. 2. in fin. pòſt
gl ibi verb. juſt. C. de SS. eccleſ. & eſt gloſſ. ſ.
ſi verò. verb. viginti annis computari. auth. de
non alien. vel permut. reb. eccleſ. coll. 2. Iaſ. in
l. ſi fundum per fideicommiſſum. 92. n. 5. ff. de
leg. 1. Alciatus in l. propemodum. aliàs. Tantam
88. n. 1. in fin. de verb. ſig. per illum text. Lu-
dovic. Rom. conſ. 423. incip. pro pleniore, nu. 1.
Guido Papæ conſ. 189. num. 1.* & hæc opinio
communis eſt, teſte Tiraquello *de retract.
lig. §. 1. gl. 6. n. 19. & Didaco Covarruv. in lib.
3. var. reſol. c. 9 nu. 5.* idq; ſatis æquum vi-
151 detur, ex quo penſio, vel reditus tot an-
norum, viginti nempè, uſuris quincunci-
bus, hoc eſt, ubi in ſingula centena an-
nuatim ſolvuntur quinque, reſpondent &
adæquantur ac producunt integrum ca-
pitale, centum videl. florenos. *Molin. in ſuo
abaco uſurarum, tractatu de commerciis. in pr.*
eamq; etiam ſententiam receptam & cō-
munem eſſe tradit Pinelus *in d. l. 2. part. 3.
cap. 4. num. 29.* licet Molinæus alibi con-
trarium tenere videatur, ac reſpondet ad
textus & gl. hic allegatos, quòd loquan-
tur in caſu ſpeciali, conceſſionis videli-
cet rei eccleſiaſticæ pretioſæ, ſed pauco-
rum redituum, in emphyteuſin tempora-
lem. *d. §. ſi verò.* ſecùs autem eſſe in aliis,
Molinæus *ubi ſup quæſt. 5. n. 118.* ideò ſen-
tit ipſe, quòd commune pretium alicu-
jus rei inveniatur ex collectione fructuũ
152 per triginta quinq; annos, adeò, ut ſit ad-
æquatum pretium ad rationē 35. pro uno
annuo. *Molin. ubi ſupra n. 113.* & ſic non re-
ſponderent fructus rei etiam uſuris qua-
drantibus, puta, ubi annuatim ſolvuntur
in ſingula centena tres floreni. *Molin. d. a-
baco uſurarũ. nu. 53.* Cæterùm, quicquid ſit, 153
communis opinio & æquior, ac apud nos
receptior eſt in his provinciis, in quibus,
quandocunq; agitur de æſtimatione re-
rum immobilium, maximè feudalium,
tùm primo loco annui reditus in certa
pecunia, item in certa menſura vel pon-
dere conſiſtentes, ſeparatim ponuntur,
incerti autem ita colliguntur, ut ex libris
rationum, continentibus videlic. accepta
& expenſa, per duodecim, item plures aut
pauciores annos, redigatur in unam ſum-
mam quantitas omnium fructuum incer-
torum & variabilium, de toto illo tempo-
re, ultrà ſumptus & expenſas in rebus fa-
ctas reſiduorum, & ſumma ita redacta ex
annis, quorum habentur regiſtra, dividi-
tur deinceps per duodecim, vel eum nu-
merum annorũ, ſuper quot annis libri ra-
tionum fuerint examinati vel exhibiti,
quodq; inde provenit, conjungitur poſtea
certis & invariabilib. reditibus, omnibus
tamen æſtimatis in pecunia, pro cōmuni
videlic. pretio, ita, ut ſinguli annui redi-
tus de quinq; æſtimentur in & pro cen-
tenis. Quæ ratio licet in ſpecie diverſa eſ-
ſe videatur à calculatione, quæ initur de
jure communi, & qua de tangit Salic. *in d.
auth perpetua. num. 2. in fin. C. de SS. Eccleſ.*
tamen in effectu nihil differt, cùm ibi eo-
dem modo in ſingula centena ſupputen-
tur quinque annorum redituum, quæ re-
collecta per viginti annos reddunt & æ-
quant ſortem. *quo de videantur, quæ notan-
tur in prima Parte hujus Operis cap. 10. nu. 51.*
Circa quod obiter etiam illud monendũ
eſt, quando prædii æſtimatio initur ſe- 154
cundum fructus, eos non taxari, quanti
fortè nunc ſunt, tempore exiſtentis cari-
ſtiæ, ubi fruges ſunt in magno pretio,
vel habito reſpectu ad tempus laudabi-
lis fertilitatis, ubi prorſus in exiguo va-
lore ſunt, ſicut nec habetur conſideratio
ad venundationem unius, aut alterius
hominis, ſed ad commune pretium, quod
conſuetudo provinciæ definit. *Ang. in d §.
ſi quis agens. num. 2. Felinus in d. c. cum cau-
ſam. 2. num. 2. 3. 4. 5. & 6. de teſt. Bart. in l.
pretia rerum. 63. ſ. nonnulla. num. 2. & 3. ff.
ad l. Falcid. Guido Pap. conſ. 180. n. 1. Covarruv.
lib. 3. var. reſol. c. 10. n. 2.* Unde eſt, quòd, ſi
quis annuos reditus nudos, abſq; laude-
miis & juriſdictione, in annonis emere

 inten-

intendit, regulariter unũ frumenti triti-
carii, Harter Getreydes/ als Rockens/ Wei-
155 tzens oder Gemanckſe/ modium vel medim-
num, qui habetur Lipſiæ vel Jenæ, pro
uno floreno æſtimant, adeoq; pro centũ
florenis quinque modii frumenti annui
durioris, ut loquuntur, taxantur & emun-
tur, ſe de hoc referendo ad communem
uſum emendi & vendendi, In Erban-
ſchlegen oder keuffen. Cæteræ autem fruges
molliores, prout ſunt hordeum, avena, &
ſimiles, multò minoris veneunt. Porrò ſi
156 deſint fortè libri rationum, ex quib. an-
nui fructus aut reditus fundi colligi poſ-
ſint, iſto caſu, æſtimatores informant ſe
de quantitate annuorum fructuum ejus
prædii, quod pignori captum eſt, per de-
poſitiones teſtium, quos hinc inde utraq;
pars producet vel judex aut executor ex
officio nominabit, eorum maxime, qui
habent confines agros. *Panorm. in d. c. cùm
cauſam 2. nu 3. extra de teſtib.* & præſumun-
tur haberi notitiam intrinſecæ fundi bo-
nitatis, facta collatione eorum agrorum
ad fructus, quos ex ſuis prædiis annuatim
percipiunt, *argumento quod tradunt Bart. &
Angel. in l. ſi quis 52. §. ſi ſtatu liber. 29. ff. de
furt. ac facit l. 1 §. flumen de flumin.* Itaque
157 taxatores, poſt inſpectionem fundi, habi-
ta inter ſe collatione & deliberatione de
juſto pretio rei, quod ipſi credunt, faciunt
relationem judici, quæ in actis redigi de-
bet, *ſecundùm Felin. in c. quia indicante, nu. 1.
extra de præſcript.* quæ quidem judici fieri
poteſt, etiam partibus abſentibus, & ad
hoc non citatis. *Bart. in l. Theopompus. 14.
n. 9. ff de dot. præleg Ulpian. in l. ſi irruptione.
8. §. ad officium. nu. 21. fin. regund. Hieron. de
Monte in tract. finium cap. 32. n. 5. & tactum
158 fuit ſupra nu. 121.* ac quod etiam in abſen-
tia litigatorum æſtimatores aut calcula-
tores ſententias ſuas proferre poſſint, te-
ſtatur Bart. *in l. 2. § de frumentaria. num. 2.
de adminiſtr. rer. ad civit. pertin.*

Sufficit autem, *ut ſupra diximus n. 131.*
eoſdem ſuper pretio ſaltem præſumptivè
concludere. *Alex. de Imola in l. 1. §. ſi heren.
num. 2. ad Trebell.* eo tamen attento, quòd,
159 cùm æſtimatio rerum non comprehenda-
tur ſenſu corporeo, ſed judicio intelle-
ctus, teſtium depoſitio debet conſtare per
depoſitionem ſcientiæ actui congruentẽ.
*Bart. in l qui teſtam. 20. §. fin per illum text.
160 num 3. ff. de teſtam.* Et hanc rationem fa-
cti, de quo non immediatè ex ſenſu ali-
161 quo corporeo, ſed oculo mentis & judicio

intellectus tantùm cognovit (*prout in ſi-
mili loquitur Speculat. tit. de teſtã. §. tractan-
dum. n. 25.*) teſtis debet reddere iſto caſu,
quantumvis de cauſa ſcientiæ non inter-
rogatus, aliàs ejus dicto nulla adhibetur 162
fides. *Bald. conſ. 280. incip. thema. vol. 2. & idem
Bald. in l. ſola. n. 2. C. de teſtib. Felin. in d. c. cùm
cauſam. 2. n. 1. extra de teſtib. Bald. in l. fin. §.
fin. n. 2. C. de jure dom. impet. Alex. in d. l. pre-
tia. 63. n. 12. ff. ad l. Falcid. Lonfrancus in c.
quoniam contra. verb. teſtium. 156. Iaſ. in §.
plus autem. num. 12. Inſt. de act. Bertrand. con-
ſil. 256. nu. 7. & conſ. 164. num 4. vol. 3. poſt
Innoc. & Canoniſtas in d. c. cùm cauſam inter
Archiepiſcopum. extra de teſtib. Bart. & alii
in l. ſolà C. eod. tit. & idem Bart. in tract. de
teſtib.* & hæc ſententia communiter te-
netur, *ſecundùm Pinelum in repetit. l. 2. parte
3. capite 4. num. 11. C. de reſcind. vend.* licet
ipſe deflectat in contrariam ſententiam
ibidem. Deponet itaque teſtis, aut etiam
æſtimator, in materia noſtra, de valore 163
fundi per rationem ſcientiæ, quòd ipſe-
met ſimilem fundum, tanti ambitus, in
illo loco ſitum, tanti vendiderit, idem
quòd tot fructus quotannis inde perci-
piantur, ſicut & ipſe ex ſuo fundo ejuſdem
magnitudinis ibidem tot fructus colle-
git, & quòd fructus communiter pro tan-
to pretio vendi & diſtrahi ſoleant. *Hanc
practicam articulandi & deponendi tradit An-
gelus in §. ſi quis agens. num. 1. & 4. Inſtit. de
act. Salicet. in l. 2 num. 23. C. de reſcind. vend.*
Debet enim ratio, quæ in propoſito no- 164
ſtro à teſte exigitur, concludens eſſe,
neque ſufficeret irrelevans, puta, ſi di-
ceret, rem tanti valoris eſſe, quia ipſe, ſi
licuiſſet, tantùm dediſſet. Videtur enim
vel ex affectione loqui, vel habere reſpe-
ctum ad ſuam privatam utilitatem, aut
ſaltem ignorare fundi naturam. *Salicetus
d. l. 2. num. 23. & Panormit. in d. c. cum cau-
ſam. 2. num. 5.* Pretia verò rerum neque 165
ex affectione ſingulorum, neque ex uti-
litate eorundem conſtituuntur, ſed ex
communi hominum æſtimatione. *d. l.
pretia. 63. in princ. ad l. Falcid.* & quanti
emtorẽ reperiunt. *l. ſi ſervus 14 in fine prin-
cipii. ff. de condict furt.* Unde juſtum rei pre- 166
tium illud eſſe traditur, quod ex commu-
ni provinciæ alicujus uſu taxatum & de- 167
finitum fuerit. *Didacus Covarruv. ubi ſuprà
lib. 3. var. reſol. cap. 10. num. 2.* & quod com-
muniter daret emtor, qui perfectè no-
vit qualitatem, & conditiones prædii, ſe-
cùs ſi ignoraret. *Bart. in d. l. ſi ſervus. 14. n. 7.*

Alexander

Alexander d. l. pretia. 63. num. 3. Iaſon in l. 1. §. ſi hæres. num. 9. ad Trebellianum. Felin. in d. c. cum cauſam. 2. num. 4. extra de teſtib. & Anton. Burgoſ. in capite 1. num. 2. de emt. & vendit. per gloſſam l. mortis cauſa capimus. 18. §. qui hominem. 3. verb. potuiſſe. quam commendat ibi Ioan. de Imola in princ. ff. de donat. cauſ. mort. & iſta eſt communis traditio Doctorum, teſte Pinelo in d. l. 2. parte 3. capite 4. nu.
168 *18.* Renunciata itaque ad hunc modum æſtimatione per taxatores, judex pronunciat, citatis partibus, conſtituendo certũ valorem pignoribus captis pro executione, &, quicquid judex ſuper hoc decreverit, in æſtimationem pignoris obtinere debet, ac pro eo pretio tenetur creditor pignus in ſolutum accipere, & debitor illud dimittere. *Bart. in l. creditores. 3. num. 13. C. de pignor. & l. 2. num. 20. C. de reſcind. vend. per l. fin. §. æſtimatione. C. de jure dom. impet. Angel. in l. ſi quod ex Pamphila. 73. de leg. 2. per l. ſemper. 15. §. hoc interdicto 7 in verb. officio judicis æſtimandum eſt. ff. quod vi aut clam. ac notant Dd. in l. un. C. de ſentent.*
169 *quæ pro eo, quod inter profer.* Tradit etiam Angelus tertium modum inveſtigandi pretia rerum, videlicet per librum communis æſtimi, in quo deſcribuntur bona ſingulorum civium vel ſubditorũ, quanti videlicet fundos ſuos quilibet æſtimaverit, cùm tanti valoris judicetur eſſe, quanti reperiuntur deſcripta in æſtimo communi. *Angel. in d. §. ſi quis agens. num. 2. Inſtit. de act. per l. fin. C. de Navicular. lib. 12.* ſub dubio tamen, quia, prout inquit ipſe, iſta probatio, licet benè faciat fidem inter fiſcum & eum cujus res deſcriptæ ſunt, circa penſitationes publicas, tamen ſecùs foret inter alios. *Angelus ubi ſuprà. num. 2. allegat Baldum in l. penul. circa fin. princ. num. 2. ff. de condit. inſtitut. Alex. de Imola. in d. l.*
170 *pretia rerum. 63. num. 7. ad l. Falcid.* Ideoq; haud ita pridem cuidam nobili, qui prædium ſui ſubditi venale volebat ſibi applicare pro eo pretio, quo inveniebatur taxarum in æſtimo collectationis, reſpondimus de jure, eum non eſſe audiendum, niſi paratus ſit tantum offerre, quanti hodiè communiter vendi poteſt. *l. fin. verſ. ſed ne in verb. quantum pretium ab alio revera accipi poteſt. C. de jure emphyt.* cùm in
171 æſtimis fundorum alicujus univerſitatis, aliquantò minoris ideo taxentur bona, ex quo pretium rerum eſt variabile, quod nunc augetur, nunc minuitur, & tamen domini terrarum circa collectationes patrimoniorum priſtina æſtima attendi, & ſecundùm ea contributiones perſolvi volunt, prout docet experientia.

Circa quam partem captionis pignorũ pro executione in vim judicati vel etiam inſtrumentorum executivorum, obſervent obiter etiã illud tyrones juris, quandocunque creditori dantur in ſolutum, aut aliter diſtrahuntur pignora, rationẽ habendam eſſe non tantùm periti capitalis, unà cum legitimo ac conſueto interuſurio, ſed etiam expenſarum circa proceſſum executionis. Etſi namque aliàs regulare eſt, quòd intereſſe quatenùs in fa- 172
cto conſiſtit, antè omnia probandum veniat, *l. quatenus. 24. ff. de reg. jur. l. un. ubi omnes Dd. C. de ſententiis. quæ pro eo quod intereſt profer. & tradidimus ſuprà in prima Parte hujus Operis cap. 10. num. 128. cum multis ſequentibus, item in tertia Parte capite 1. num. 39. & 40.* ſicut & expenſæ circa victoriã cauſæ non tantùm debent liquidari; ſed inſuper neceſſaria eſt judicis moderatio, & ut ad quantitatem ita per judicem taxatam petitor juret, ſe non minùs expendiſſe, *Ferrarienſis in forma libelli actionis realis verbo & expenſis num. 10. per l. properandum. 13. §. & ſi quidem. 2. in fin. cum verſ. ſin autem ex geſtis. & §. ſin autem alterutra. 6. ubi Iaſ nu. 25. per illum textum, juncta l. ſancimus. 15. cum authen. ſeq. C. de judic. & §. oportet. auth. de judicibus. collat. 6. ac concordat Speculator in tit. de expenſis. §. poſtremò dicendum in principio:* tamen circa expenſas Advocatorum, 173
item Notariorum, item circa ſportulas vertitur officium judicis nobile, ut, iis etiam non probatis, conſtituat moderatam 174
quantitatem de expenſis videlicet ſolitis, [id eſt, ſecundum fori conſuetudinem & negocii qualitatem] *prout tradit Bartolus per illum textum in l. non ignorat. 4. num. 3. C. de fruct. & lit. expenſ. Alex. conſ. 37. num. 32. volum. 2. Decius in l. edita. 3. num. 94. C. de edendo. ac ſequitur Aſinius in praxi. judic. §. 32. ampliatione 15. num 5. & 6. & diſtinctiùs ibidem §. 32. cap. 6 num. 1.* quando namq; intereſſe aliter liquidum eſt judici ex conſuetudine loci, puta, quia de centum annuatim ſolvuntur quinque, *ſecundùm ea, quæ notavimus in tertia Parte hujus Operis capite 1. num 39. & 40.* tunc circa proceſſum executivum etiam habenda eſt ratio intereſſe, quod ex conſuetudine loci liquet, atq; ita notorium eſt, item expenſarum, quæ dantur executoribus, eorumque officialibus: & tales ſumtus propriè

dicuntur ſportulæ, *de quibus loquitur l. 1. C.*
de ſportulis. juncto §. ne autem authen. de judi-
cibus coll. 6. & extat determinata ipſorum
quantitas pro duob. caſibus, in clericis pu-
ta, & in quibuſdã aliis perſonis *in l. omnes*
qui. §. executorib. & auth. ſed hodiè. C. de epiſc.
& cler juncta l. fin C. de agen in rebus, lib. 12.
175 aliorum autem ſumtuum qui veriſimili-
ter noti ſunt jus dicenti ex moribus ejus
provinciç, quantumvis directò non liqui-
datorum, moderatio ad judicem ejusque
arbitrium ſpectat. Adeoque quicquid cir-
ca executionem expenderit creditor, hoc
omne ipſi tenetur refundere executatus,
ut ſervetur æqualitas. *Speculator. d. tit. de*
expenſ §. poſtremo. n. 21. per l Quid tamen. 21.
§. ſi cum dies. 5. §. ubi aliàs incipit nova lex. §.
penul. l. Pædius. 7. verſ. in ſervum. ff. de arbi-
tris. C. 2. extra de mutuis petitionibus & c. cùm
inter. de exception. & addit Speculator. nu. 22.
hæc procedere tàm in judiciis ordinariis, quàm
etiam extraordinariis, per l. 1. ibi: ſumtus quos
in litem feceris, recuperabis. C. de ſumptuum re-
cupera lib 10. juncta l. 1 §. ſed ſi per calumniã.
ff. de vocation. mun. & l. 2. C. de decurion. lib.
176 *10.* Fit autem moderatio expenſarum re-
gulariter non per metum executorem,
ſed per delegantem qui habuit principa-
lis cauſæ cognitionem. *Rebuff. in ordin re-*
gni Galliæ, de exec. ſentent art. 7. gloß 9. nu.
16. & de ſent. proviſ. art 3. gloß. 2. n 20. atq;
ita ſervatur etiam in practica per fora
Saxoniæ, ubi, ut plurimùm quæſtoribus,
qui aliàs habent ordinariam jurisdictio-
nem in præfectora, committuntur execu-
tiones, qui deinceps, ſequendo ſtylum fo-
ri, benè norunt, quid & quantum pro exe-
cutione debeat poſtulari, & in fiſcũ Prin-
cipis redigi. Qui ſanè ſumtus in his & vi-
cinis locis non ſunt exigui: regolariter
enim pro valore bonorũ ad ſingula cen-
tena poſtulantur ſuperiorum nomine, qui
jurisdictione muniti ſunt, floreni ad mi-
nùs quini: taceo, quòd in aliquibus lo-
cis tantundem etiã pro taxatione & reali
177 immiſſione exigitur, quod nimis durum
videtur. In hoc Ducatu Thuringiæ pen-
duntur de ſingulis centenis pro executio-
ne 5. floreni & deputato executori 5. groſ-
ſi argentei, actuario verò pro præfixione
termini ad exequendum unus groſſus, &
deniq; pro taxatione bonorũ in vim pi-
gnoris captorum 5. groſſi, & iterum to-
tidem argentei pro immiſſione ſolvun-
tur, Præterea ſingulis ſcabinis, qui in quo-
quo termino adhibentur unus groſſus ad-
judicatur, & iterum actuario, pro deſcri-
ptione & inventario pignorum captorũ,
5. groſſi, nuncio autem publico pro ſingu-
lis citationibus numerantur 16. nummi,
prout ex conſtitutionibus Ducum Saxoniæ, con-
ſtit. 15. videre licet. His accedit, quòd pe-
tens executionem cogitur omnes perſo-
nas priùs enumeratas quæ vel ad execu-
tionem, vel ad immiſſionem convocan-
tur, in ſingulas vices exhibere & alimen-
tare. Atque utinam in præfecturis, item 178
civitatibus, & apud alios Magiſtratus juri
dicundo propoſitos, illa ordinaria taxa,
licet ſatis ampla, obſervaretur, minùs
querelarum apud ſubditos exiſteret, quo-
rum facultates, pro modo æris alieni per
ipſos contracti, ſportularum nòmine at-
tenuari, &, quod de pecudibus alibi ſcri-
ptũ reperitur, tonderi ſufficiebat, ſi non
in totum degluberentur. Cæterùm, quia 179
in hæc ultima tempora incidimus, ubi, ut
cum Propertio loquar:

Vndiq; deſertis ceſſant ſacraria lucis,
Aurum omnes victa jam pietate, colunt.
Auro pulſa fides, auro venalia jura,
Aurum lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

deplorare potiùs, quàm emendare hæc &
ſimilia mala poſſumus, accommodando
ad propoſitum illud ſcripturæ: *Habenti da-*
bitur à non poſſidente verò, etiam id, quod habet,
auferetur. Redeundo itaque, unde digreſ-
ſi ſumus, dico, cùm expenſæ executionis
ſint notoriæ & certæ ex ſtatutu loci, non
eſſe neceſſariam aliam liquidationẽ, ſed,
quia judici, & reſpectu judicii executivi
debentur, procedi ſuper iis, ſicut & ſuper
intereſſe legitimi interuſurii, non minùs
atque ſuper ſorte principali, ad paratam
executionẽ, & imputet ſibi reus, qui mo-
ram trahendo in ſolutione ſortis, vel etiã
uſurarum, cauſatur prædictas expenſas
executionis, ratione ſuæ contumaciæ, *per*
ea, quæ tradit Ioan. Bapt. Aſinius in praxi ju-
dic. §. 32 ampliatione 32. num. 4. pòſt Ioan.
Andream in c. 2. ubi idem probat & ſequitur Pa-
norm. num. 7. extra de dolo & contumac. ma-
ximè ſi tales expenſæ ſportularum nomi-
ne fiant. *& in ſpecie Aſinius. d. §. 32. amplia-*
tione. 36. num. 1. 2. & 3. junctis quæ ibidem
tradit limitat. 3. num. 1. pòſt Baldum in l. fin.
C. de fruct. & lit. expenſ.

SUM.

SUMMARIUM
CAPITIS X.

1. *Miſſus ex cauſa contumaciæ ſuper reali judicio in poſſeſſione bonorum ſit poſſeſſor, in perſonali verò tantùm efficitur cuſtos.* 2. *de jure vero Saxonico miſſio ex primo decreto planè non agnoſcitur.* 5. *non obſtante art. 70 lib. 1. in princip.* Landrecht/ *qui declaratur. num. 7.*

3. *Poſſidere & in poſſeſſione eſſe differunt.*

4. *Miſſionis finis ex capite contumaciæ eò tendit, ut reus affectus tædio cuſtodiæ, denuò reſpondeat.*

7. *Condemnatus, ſive ex veris, ſive fictis probationibus, puta ex capite contumaciæ, de jure Saxonico perdit cauſam principalem.*

CAPUT DECIMUM.
DE PRÆTORIO PIGNORE, EJUSDEMQVE fine & utilitate.

Miſſio in bonorum poſſeſſionē quem effectum habeat.

EX QUIBUS CAUSIS LOCUM habeat miſſio creditoris in poſſeſſionem bonorum debitoris, ſatis conſtat *ex cap. 1. 2. & ſeq extra de eo qui mittitur in poſſeſſ. cauſ. rei ſervand. l. Fulcin. 7. ex quibus cauſ. in poſſ. eatur. l. ſi finita. 15. §. Iulian. 16. ubi Bartol. & omnes latiſsimè proſequuntur, de dam. infect.* & attigimus, quantum ad propoſitum noſtrum ſufficit, in prima Parte hujus Operis, *cap. 2. num. 21. 22. 23. & 24. tum ſeqq ſicut & de forma petendæ hujus miſſionis in cap. præcedenti nu 35. dictum fuit.* Nunc paucis ſubjiciam, quis ſit
1 effectus hujus miſſionis ex primo decreto. Ac de reali quidē perſecutione, quando videlicet ſuper dominio alicujus rei actum, & victor, ratione contumaciæ partis reæ, in poſſeſſionem bonorum petitorum miſſus eſt, nihil dicam, cùm in hoc communiter nulla ſit inter Doctores diſputatio, quin miſſus ſuper actione reali verè poſſideat, & fructus rei recipiat, non aliter quam creditor conventionalis. *Alex. de Imola in d. l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. num. 4. ubi tradit, iſtam opinionem eſſe magis communem, item num. 10 & 11.* ita tamen, ut, ſi debitor purget ſuam contumaciam infrà annum, denuò audiatur, petendo reſtitutionem rei. *l. conſentaneum. 8. C. quomodo & quando judex. l. ſi quis emtionis. 8. §. ſed & ſi quis. 3. C. de præſcript. 30. annor.* dummodò priùs ſatisdet de proſequendo litem, ac creditori refundat expenſas. *Speculator de primo decreto. §. jam de effectu. num. 13. Alex. de Imol. latiùs in l ſi finita. 15. §. Iulianus 16. num. 68.* Ac quòd miſſus in reali ſecundùm omnes effectus poſſeſſionis poſſideat, firmat etiam Salic. *in authen. qui jurat. num. 22. C. de bon. authen. jud. poſſ. ac eſt bonus text. in c. quoniam frequenter. § fin. extra ut lit. non conteſt.* Miſſus autē ex actio-
2 ne perſonali, licet in poſſeſſione ſit, tamen regulariter non poſſidet, ſed nudam tantùm tenutam & cuſtodiam rei, in quam miſſus eſt, acquirit, pro menſura videlicet debiti, vel quantitatis, in qua fuit condemnatus reus. *d. auth & qui jurat. C. de bon. auth. jud. poſſ. l. cùm legatorum. 12. ff. quibus ex cauſ. in poſſ. eat. Speculator de primo decreto n. 1. & 6.* Cùm aliud ſit poſſidere, & in 3
poſſeſſione eſſe. *l. poſſideri 3. §. fin. de acquir. poſſ. l. ſi duo. 3. § creditores. 8. uti poſſid. & in d. §. Iulianus. ibidemq; pòſt gl. Alex. num. 75. & 99. per l. ſecut. 5 ff. ut in poſſeſſ. leg. Salic. d. auth. & qui jurat. num 22.* Ac, ſi quis inferat, ergò fruſtra repertum erit iſtud remedium miſſionis pro creditore, qui non ipſe utitur, aut fruitur poſſeſſione rei, in quam manus injicitur, ſed tantùm impendit operam rei & cuſtodiam, ac quidē gratuitò: huic reſpondeo: finem miſsionis 4
eò tendere, ut debitor, tædio affectus perpetuæ cohabitationis & moleſtiæ, quā erat ei immiſſus, tandem reſponſurus veniat, *Alex. d. §. Iulian. num. 78. Salic. d. auth. & qui jurat. num. 22.* qua de re, cùm paulò pòſt, *in cap.* 12. de pacto ingrediendi poſſeſſionem bonorum rei, effectus iſtius ingreſſus pluribus explicetur, nolo hoc in loco eſſe prolixior.

Unum addo, quòd de jure Saxonico, 5
maximè in caſu contumaciæ miſsio in poſſeſſionem bonorum debitoris ex primo decreto planè non agnoſcitur, prout eſt *text junctâ gloſſ* Weichbild. *art. 24. & refert. Zob. in addit.* Landrecht *lib. 2. art. 41. lit. B.* cujus ſententia vera eſt, & adſtipulatur communis practica earum provinciarum, in quibus obſervatur jus Saxonicum, *per text* Landrecht *lib. 2. art. 9. in princ. ibi:* Kömmet er nicht vor/ Er iſt des klagen vberwunden *& art. 45. ejusdem libri 2. & lib. 3. art. 39. §.* Alſo thut man auch zum andern. *ubi* & additionator notat, illud ita approbari

Differ. jur. civ. & Sax. 39. lib. 1. Zobel diff. 16. part 1. num. 13 & 26.

 in com-

in communi uſu, *de quo ſimiliter etiam teſtatur Regulus noſter in proceſſu cap. 27. num. 2. ac tactum fuit in 1. Parte hujus Operis, cap. 2. num.*
6 *14. 15. 16. & 17.* Quibus omnibus non obſtat *art. 70. lib. 1. in princ.* ubi dicitur: quòd contra contumacem, trinis vicibus citatum, creditor in poſſeſſionem bonorum mittendus ſit, non aliter, neque ad alium finem, quàm prout fit de jure civili, puta, quòd miſſus per hoc non efficiatur irrevocabilis dominus, ſed liceat condemnato, infrà annum venienti refuſis tamen priùs expenſis, denuò proſequi jus ſuum in cauſa principali, *argumento ejus, quod traditur in c. quoniã frequenter. §. in aliis verò caſibus. verſ. qui ſi venerit. infra annum. extra ut lite non conteſt. & d. art. 70. in princ.* Ac videtur iſta ſententia fundari in ratione ſatis bona, quòd nimirùm ſententia lata contra contumacem, præſumatur potiùs lata in odium rei, propter videlicet contemtum judicis, quàm propter jus partis adverſæ, vel, quòd condemnatus malam cauſam foveat, *argum. l. præſes. 5. ibi: non cauſa cognita, ſed præſcriptione. C. de pignor. ac facit l. ſi ideo. 55. verſ quid ſi ille, contra quem judicatum eſt, non adfuit. ff. de evict. l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. & l. qui repudiantis. 17. §. fin. ff. de inoff. teſtam. & c. fin. ibi: contumaciter abſuit. extra de emt & vend. quæ jura poſt Bartolum in l. ſæpè. 63. ff. de re judic. allegat Romanus conſ. 327. num. 10.* Ac certè *per iſtum textum in d. artic. 70. lib. 1.* Magdeburgenſes olim præcisè reſponderunt de jure, quòd videlicet actur, ex capite contumaciæ rei, miſſus in poſſeſſionem rei petitæ, non efficeretur irrevocabilis dominus, ſaltem infrà lapſum anni, ſed admitteretur denuò ad impugnandũ illam miſſionem, *prout notatur in apoſtilla marginali.* Landrecht *lib. 2. artic. 67. verbo:* Vmb anders ſeine Klage. Quæ ſententia ſi eſſet vera, minor de jure Saxonico foret pœna contumacis, condemnati ſuper actione reali, quàm ejus, qui ſuper pecuniaria cauſa perſonaliter convenitur, ac condemnatur ex capite cõtumaciæ. Contra illum namque quantumvis procedat executio per miſſionem in poſſeſſionem rei judicatæ, non aliter, atque ſi ex veris probationibus convictus fuiſſet: tamen illa contumacia foret purgabilis, ſaltem infrà annum *d. art. 70.* In poſteriori verò caſu, ſecùs, cùm ibi deveniatur ad captionem pignorum, eorumq; æſtimationem & regulariter etiam ad diſtractionem vel venditionem, fiendam ſcilicet ſecundùm ea, quæ in præcedenti *cap. 9. num. 76. 77. 78. & ſeqq.* tradidimus. Id quod vel manifeſtè etiam apparet *in d. art. 70. §.* Klaget man aber auff Schuld. *lib. 1.* ubi legislator decidit alterum caſum, puta executionis inſtituendæ adverſus condemnatũ ex capite contumaciæ, in actione perſonali, reſpondendo, quòd victo pro executione judicati, debeant non tantùm capi pignora, ſed pòſt tres quindenas, niſi luantur, etiam aliis obligari ac diſtrahi poſſint, cùm tamen delictum contumaciæ non minùs ſit reprehenſibile in actionibus realibus, quàm in perſonalibus, ac ratio diverſitatis reddi nequeat. Ideoque concludendum eſt, quòd *d. art. 70. lib. 1.*
in princ. & ſimilib. legibus juris Saxonici 7
derogatum ſit per contrariam conſuetudinem, adeò, ut, ſicut adverſus condemnatum in judicio reali ex veris probationibus, fit miſſio irrevocabilis, ita & miſſus per hoc efficiatur dominus. *d. l. qui reſtituere. 68. de rei vindic.* ſic idem fit in cõdemnato actione reali ex capite contumaciæ, abſque eo, quòd ex vi juris Saxonici, denuò liceat condemnato refricare cauſam principalem, purgando contumaciam infrà annum. Ad eundemque modum, ut priùs tactum fuit, proceditur per viam executionis ad captionem & diſtractionem pignorum in actionibus perſonalibus, adverſus condemnatos ex cauſa contumaciæ, non purgatæ per deductionem vel probationem legitimorum impedimentorum, non aliter, ac ſi per veras probationes convicti & damnati fuiſſent, *prout notat apoſtilla marginalis paulò antè allegata. lib. 1* Landrecht *art. 27. §. fin. ad gloſſam verb.* Vmb anders ſeine Klage. *circa fin. ubi traditur, Lipſienſes ſemper ita de jure reſpondiſſe.* Et quòd indiſtinctè adverſus condemnatum ex cauſa contumaciæ uſque ad executionem, Biß auff die Hülffe. ita ſuper realibus, ſicut ſuper perſonalibus judiciis, reſpectivè procedatur ad miſſionem irrecuperabilem, *juxta d. l. qui reſtituere. 68.* itẽ ad captionem & diſtractionem pignorũ, *juxta l. à divo Pio. 15. §. ſi pignora de re jud.* hujus rei ſatis locuples teſtis eſt Regulus noſter in ſuo proceſſu *cap. 37. num. 2. per jura ſuperiùs pro iſta opinione allegata, ac ſequitur Schneidevvin. in §. ſumma autem diviſio. num. 16. Inſt. de interdict.* [Nam quando reus legitimè citatus non comparet, tunc, quaſi pro confeſſo & convicto habetur,

Digitized by Google

betur, ita, ut judex cauſa eum cecidiſſe pronunciet, niſi reus in proximo ſequenti judicio veniat, juſtasq; cauſas abſentiæ, vel legitima impedimenta, ob quæ cõparere non potuerit, proponat: quibus probatis, cauſa non cadit, nec ſententia lata ei nocet. Pœnam enim contumacis non patitur, quem adverſa valetudo, vel majoris cauſæ occupatio defendit, *l. contumacia 53. §. pœnam. 2. ff. de re jud.* Et hoc eſt, quòd vulgò dicitur: Daß er biß auff die Ehehafft vortheilet wird / ſicut plerumq; his verbis ſent. concipi ſolet: Auff beſchüldigten Ungehorſam des Beklagten ſprechen vnd erkennen wir/ daß Kläger dem Beklagten biß auff Ehehafft vnd behülffliche Widerrede erſtanden vnd erklagt habe/ von Rechts wegen/] &c. ita quotidie practicatur, quo de, & an uiſſus in realibus efficiatur poſſeſſor intrà annum, videatur pleniùs *cap. 12. num. 52. hujus Partis tertiæ.*

SUMMARIUM
CAPITIS XI.

1. Sequeſtri propriè ita dicti cuſtodia & poſſeſſio, ſicut & dominium manent penes ſequeſtratum.

2. Iudex in dubio non intelligitur velle alicui ſuam poſſeſſionem intervertere.

3. Sequeſtratio mitius eſt remedium, quàm in poſſeſſionem miſſio.

4. Sequeſtratio illegitimè facta relaxatur, & res ſequeſtratæ cum lucro fructuum medii temporis reſtituuntur debitori.

5. Sequeſtrati faciens ſi in proceſſu probet de jure ſuo, obtinet executionem in res ſequeſtratas, cum fructibus, medio tamen tempore, etſi non habet ſequeſtratus, unde ſe alat, vel litiget, ex rebus ſequeſtratis ei providetur de alimentis & ſumtib. litis. 6.

7. Sequeſter fructus annuatim perceptos, qui ſuperſunt deductis impenſis, in tutum reponit, vel ſolvit ad juſſum judicis creditoribus privilegiatis, in quantũ ſe extendunt, donec fundus emptorem invenerit. num 8.

9. Sequeſter non poteſt deponere manus ſemel ſuſceptum, niſi ad juſſum judicis.

10. Præceptum de non alienando impedit dominii translationem in re alienata.

11. Præceptum de non alienando mitius remediũ eſt, quàm ſequeſtratio.

12. Præceptum de non alienando, non privat quem ſua poſſeſſione & lucro fructuum, ideo fieri poteſt etiam in caſu, ubi aliàs ſequeſtratio prohibita eſt. 13.

14. Præceptum de non alienando in univerſali judicio, non impedit lucrum fructuum.

15. Præceptum de non alienando, non habet locum in judicio particulari 78. niſi appareat de temeritate & malitia litigantis, quòd videlicet medio tempore velit lucrari fructus, idemq; eſt, ſi de diſſipatione fructuum appareat in convento reali actione, tunc enim etiam fructus ſequeſtrari poſſunt. 16.

17. Fructuum omnium annuatim natorum conſumptio, facit locum ſequeſtrationi, ſi debitor non habeat alia bona, ſufficientia pro exolutione debiti.

18. Fructus rei petitæ, & adjudicatæ creditori, pendente appellatione à ſententia, ſequeſtrantur.

19. Litigioſa vocantur bona ſtatim poſt motam de dominio ipſorum controverſiam, etiaſi ſolennis citatio intervenerit, ſive judicium reale, ſive perſonale intentetur. 20.

21. Creditor etiam perſonale judicio conveniens reum, in caſu ſuſpecti de dilapidatione, vel recessu debitoris, poteſt petere interdictũ alienationis bonorum immobilium & mobilium ſequeſtrationem. 22.

23. Emtor pro conſecutione traditionis rei emtæ, non poteſt proceſſum inchoare à ſequeſtratione: niſi ex contractu defuncti hæres conveniretur, tunc enim peti poſſet adverſus eum ſaltem præceptum de non alienando. 24.

25. Præceptum de non alienando habet vim citationis judicialis, ita, ut reus cogatur ibidẽ bona ſua defendere.

26. Areſti conſuetudinarii effectus primus eſt, inducere tacitam hypothecam in rebus areſtatis, & hypothecariam actionem adverſus tertium poſſeſſorem. 39. excuſſo tamen priùs principali. 27. licet contra tertium non poſſit proceſſus inchoari ab executione. 28.

29. Areſto in conſuetudinario fingitur hypothecæ contractus interveniſſe, licet abſente & inſcio debitore, idq; ex legis conſuetudinariæ fictione. 37.

30. Conventionale pignus procedit ex conventione partium expreſſa.

31. Pignus tacitum non contrahitur, niſi in caſibus, qui habentur in tit. quibus ex cauſ. tacit. pig.

32. Pignus

38. *Pignus prætorium præſupponit miſsionem in poſſeſſionem bonorum.*
33. *Pignus judiciale præſupponit judicatum.*
34. *Re ſi priveris, nec nomen habere mereris.*
35. *Areſtum Saxonicum, etiam contra inſcium debitorem impetratum, tribuit jus reale ſaltem tacitæ hypothecæ, dummodò legitimè fuerit proſecutatum* 36.
38. *Conſuetudo & diuturni mores utentium inducere poſſunt ſolennitatem, ex qua transferatur jus reale in aliquem, absque corporali prehenſione.*
40. *Areſti conſuetudinarii ſecundus effectus eſt, inducere privilegium prælationis circa cõcurſum plurium creditorum, ita, ut prior areſtator omnibus etiam anterioribus præferatur, qui privilegio tacitæ vel expreßæ hypothecæ anterioris non ſunt muniti.*
41. Regula: *Qui prior tempore &c. non habet tantùm locum in hypotheca conventionali, ſed etiam in legali & tacita.*
42. *Areſtum legitimè proſecutatum tribuit jus pignoris & prælationis, ſtatim à die impetrati primi Areſti & ſententia in proceſſu deſuper lata trahit ſuum effectum retrò.* 43.
44. *Ratihabitionis ſpontaneæ, & neceſſariæ, quæ ex judicii oritur ſententia, par eſt effectus.*
45. *Condemnationis tempus ſpectatur, non initii, quando initur æſtimatio rei ſecundùm tempus commiſſæ moræ.*
46. *Areſtum conſuetudinarium juris Saxonici, relinquit bona areſtata cuſtodiæ domini, quod non fit in ſequeſtro.*
47. *Areſtum Saxonicum non afficit bona areſtata vitio litigioſi.*
48. *Areſtatis bonis, ſi ea judicentur non ſolvendo in concurſu plurium creditorum, curator datur.*
49. *Areſtum frangens vel ex carceribus fugiens eorumvè effractor in criminalibus habetur pro confeſſo: in pecuniariis autem cauſis incarceratur tàm diu, donec caveat de ſolvendo, vel ſtando juri.* 50.
51. *Contraria Iaſonis & aliorum Dd. ſententia adducitur, quod frangens areſtum non habeatur pro confeſſo, ſed extraordinariè puniendus ſit, cum diſtinctione inter plebeias & nobiles perſonas.* 52.
53. *Quid in fugitivo ſeipſum qui pœnitendo repræſentat, obtineat.*
54. *Sequeſtrum & præceptum de non alienando, vim ſuam habent ex lege ſcripta.*
55. *Areſtum conſuetudinarium juris Saxonici provenit ex conſuetudine horum locorũ.*
56. *Sequeſtratio verſatur regulariter circa mobilia.*
57. *Præceptum de non alienando fit ſuper bonis ſoli.*
58. *Areſtum Saxonicum comprehendit mobilia & immobilia in foro domicilii debitoris.*
59. *Sequeſtrum requirit citationem partis.*
60. *Citatio requiritur pro cognitione cauſæ, niſi periculum ſit in mora.* 63.
61. *Sequeſtrum nihil aliud eſt, niſi captura rerum debitoris.*
62. *Captura perſonæ debitoris regulariter prohibetur, niſi præcedat citatio.*
64. *Areſto ſuper conſuetudinario non citatur pars, niſi poſt tertiam interpellationem creditoris.* num. 65.
66. *Provincia quælibet ſuos mores habet.*
67. *Areſti poſt tertiam renovationem, aſſignatur obligato terminum, ad dicendum contra areſtum.*
68. *Præceptum de non alienando ab initio non requirit citationem adverſarii, in quo concordat cum areſto, & quod ſine cauſæ cognitione procedat.*
69. *Argumentum de tempore ad locum in jure reali eſt validum.*
70. *Doctori teſtanti de abrogatione legis ſcriptæ fides non adhibetur, niſi Doctores communiter illud aſſeverent.* 71.
72. *Conſuetudines facti ſunt, quæ non præſumuntur, niſi probentur.*
73. *Lex ſcripta dicitur ſemper in viridi obſervantia, niſi probetur abrogata.*
74. *Sequeſtrum ita propriè dictum, ne quidem in terris Saxoniæ decernitur absq; cauſæ cognitione.*
75. *Sequeſtrari faciens, debet probare de debito ſaltem ſemiplenè, priuſquam ei deferatur.* 89.
76. *Sequeſtrum eſt præparamentum petitionis principalis, quæ ſequitur ſequeſtrum.*
77. *Areſtum conſuetudinarium decernitur etiam ſuper debito neq; plenè neq; ſemiplenè probato.*
79. *Præceptum de non alienando ſtatim ab initio requirit libellum ſolennem, concludentem ſuper meritis cauſæ principalis.*
80. *Areſtum ſpeciale Saxonicum non requirit ſolennitatem libelli.*
81. *Sequeſtrum non habet ſtata tempora proſecutionis ſub pœna relaxationis, ſicut areſtum.* 82.
83. *Sequeſtrum regulariter transfert cuſtodiam rei ſequeſtratæ de manu debitoris in manum alicujus Officialis.*
84. *Areſtum conſuetudinarium relinquit are-*

ſtato

ſtato rerum ſuarum cuſtodiam & adminiſtrationem regulariter donec lis finem accipiat.

85. *Sequeſtrum non tribuit jus reale, taciti pignoris puta, cujus ratione aliis creditoribus præferatur.*

86. *Miſſus in poſſeßionem antè alios creditores, per hoc non acquirit aliquod jus prælationis,*

87. *Areſtum prius impetrans præfertur aliis poſterioribus creditoribus vel areſtatoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.*

88. *Sequeſtrum item areſtum quomodo proſequentur? Et in quibus tria iſta remedia conveniant, usq; ad num. 94.*

90. *Areſto item ſequeſtro quæ exceptiones opponantur.*

91. *Tria iſta remedia conveniunt circa formam pronunciandi.*

92. *Sequeſtratus vel areſtatus cum rebus ſuis non debet hærere in perpetua cuſtodia.*

93. *Sequeſtrum item areſtum tolluntur per oblationem cautionis de ſtando juri & judicato ſolvendo, in caſu quo debitum negatur: ſuper debito autem liquido & confeſſato, non auditur volens ſatiſdare, ſed tenetur præcisè ſolvere. 94. niſi antè tempus petatur. 98.*

95. *Lites ex litibus necti juri contrarium eſt.*

96. *Condemnatus ad ſolvendum non ſatisfacit judicato, ſi ſatisdationem offerat.*

97. *Reus de jure civili non præſtat niſi cautionem judicio ſiſti. & de jure Saxonico non gravatur aliqua cautione, niſi res vel perſonæ debitorum ex cauſa aliqua a legibus vel ſtatuto permiſſa, fuerint areſtatæ: quo caſu, areſtum non relaxatur, niſi cautionem duplicem, de ſiſtendo juri, & cautionem de ſolvendo judicato præſtiterit. 99.*

98. *Areſtum vel ſequeſtrum, indultum pro debito forenſis negato, non relaxatur per cautionem juratoriam, quæ nimis fragilis eſt. 105. niſi fortè alias inculpatæ vitæ, vel pauper, aut forenſis reus ſit qui fidejuſſores non inveniat. 100. quo caſu debet hypothecare bona alibi habita. 103. 107. ſecus ſi propter corruptos mores, vel ſuſpicionem fugæ non inveniat fidejuſſores. 106.*

104. *Paupertas habet magnum favorem.*

105. *Peregrini ſunt ſub protectione eccleſiæ.*

CAPUT UNDECIMUM.

DE CAUSA FINALI ET EFFECTU SEQUEſtri, item Præcepti de non alienando, & areſti Saxonici ſpecialis.

SICUT IN PRÆCEDENTI capite concluſimus, finem miſſionis in poſſeſſionem bonorũ obligati ex primo decreto eum eſſe, ut miſſus ſit cuſtos & obſervator rerum, in quas miſſus eſt. *l. 3. § fin. l. ſi quis antè. 10. §. idem Pomponius. 1. de acquir. poſ.* adeò, quia ut dominus non cogitur diſcedere à poſſeſſione rei ſuæ, ſed creditor inductus cohabitat illi in uno eodemq; prædio, futurus ipſi tàm diu moleſtus & oneròſus, donec vel ſuum conſequatur, vel debitor purget ſuã contumaciam. *l ſi finita. 15. §. ſi quis autem. 20. de dam. infect l. ſi duo. 16. ut leg. ſeu fideicomm. ſerv cauſ. cav.* absq; tamen eo, quòd vel fructus, vel alimenta miſſus conſequatur, *l. Fulcin. 7. in pr. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* niſi in caſibus, de quibus in prima Parte hujus Operis, *cap. 2. num. 58, 59. 60. 61,*

Effectus ſequeſtrationis.

1 *62. & 63.* ita ſequeſtri propriè ita dicti effectus, ex parte impetrantis, adhuc minoris utilitatis eſſe videtur, ex quò ne quidẽ cuſtodiam aut obſervationem rei conſequitur areſtator, ſed tantùm deponitur res ex juſſu judicis ad manus & cuſtodiam alicujus, tertii; quem ſequeſtrum appellamus. *l. ei apud quem. 5. ff depoſiti. l. u penes quem. 6. C. eod. tit. juncta. l ſequeſter. 110. ff. de verb. ſig.* Ita, ut quantumvis res controverſa quodammodò tranſeat ex manibus poſſidentis ad depoſitariũ, vel ſequeſtrũ, ſaltem quò ad cuſtodiam, vel adminiſtrationem ac manutenentiam: tamen interim proprietas rei, ſicut & poſſeſſio, maneat apud dominum [niſi apud ſequeſtrum depoſita eſt, nam tunc demùm ſequeſter poſſidet, id enim agitur ea depoſitione, ut neutrius poſſeſſioni id tempus procedat.] *l. licet. 17. ff. rei depoſitæ. 1. depoſ.* Ac, quòd per ſequeſtrationem neceſſariã, quæ fit mediante judicis officio, nõ transfertur in dubio poſſeſſio, ſed tantùm cauſa cuſtodiæ, niſi de voluntate judicis aliud appareat, illud tenet Bart. *contra gl. ibid in l. intereſſe. 39. nu. 4. de acquir poſſ.* ubi Alex. *num. 4.* addit, ita intelligi iſtam legem per omnes communiter Doctores, quòd per ſequeſtrationem judicialẽ, ex parte debitoris,

turis, in dubio non perdatur poſſeſsio, &
hanc ſententiam communem eſſe tradit
Weſenbec. *de jure ſequeſt. conſ. 7. num. 3.*
poſt Ferrar. in forma ſoxim verb audeat nu. 1.
Cyn. & alios in l. unic. Cod. de prob pet ſeq. &
mediani Canoniſtæ in c. 1. extra de ſeq. poſſ. &
fruct. qua de re latiùs in prima Parte hujus Ope-
ris, cap. 2. num 84. Sicut enim generaliter
nemini poſſeſsio ſua auferenda eſt ſine
cauſæ cognitione. *c. laudabilem. extra ut li-*
te pend. c. conquerente. de reſtit. ſpol. c. ſatis
perverſum. diſt. 56. & c. inventum. 16. quæſt.
2 *ult.* ita de judice in dubio iſtud minùs præ-
ſumitur, quaſi per ſequeſtrationem vo-
luerit vero poſſeſſori & domino poſſeſ-
ſionem ſuam intervertere, vel ea illum
ſpoliare, *c. 1. 2. & 3. extra de ſequeſtr poſſeſ.*
& fructuum. l. 2. C. de offic. civil. jud. c. 6. in
præſentia. extra de renunciat. cum ſimilib. Et
huc reſpectu Alexander, ejus nominis
Pontifex tertius, ſcriptum reliquit *in c. 2.*
3 *extra de dolo & contumac.* mitiùs eſſe reme-
dium ſequeſtrationis, quàm in poſſeſsio-
nem miſsionis, quod eſt aliquantò rigo-
roſius, *ſecundum gloſ. d. c. 2. verb. ſequeſtrari*
in fin. Ac, ſi hic quoque contrà urgeatur,
ex quo debitor tàm poſſeſſor, quam do-
minus rei manet, iſtam evërctionem con-
tumaciæ, quæ fit, mediante ſequeſtratio-
ne, in nullo prodeſſe creditoribus, reſpon-
detur: Etiamſi tempore motæ litis, &
dominus & poſſeſſor rerum ſequeſtrata-
rum maneat reus; tamen hæc jura fictio-
ne quadam legis potiùs, quàm verè apud
eum exiſtere, prout videlicet eventus li-
tis docuerit. Si namque cadent in proba-
tione ſui debiti creditores, res ſequeſtra-
tæ redibunt ſalvæ debitori, etiam cum lu-
cro fructuum intermedii temporis, de-
4 ductis ſuis impenſis in rem ipſam factis.
l. ſi in Aſia. 12. in princ. depoſ. l. planè. 38. de
petit. hær. adeò, ut ſequeſter, vel curator
bonorum, medio tempore intelligatur
debitoris nomine poſſediſſe. *argum. l. quod*
5 *meo. 18. de acquir. poſſeſ.* Sin autem credi-
tores probent de debito ſuo, ac aliter ipſis
non ſatisfiat per debitorem, tunc non tan-
tùm in bonis ſequeſtratis, ſed etiam in
fructibus eorundem, expeditur executio
uſque ad legitimam quantitatem debiti,
qua de conſtat ex actis. Et ſic pendente
lite prædicta ſequeſtratio in effectu nihil
aliud creditoribus tribuit, niſi pleniorem
debiti aſſecurationem, quò magis certi
ſint, in eventum victoriæ, de recipiendis
ſuis creditis, ne forte lite durante bona
debitoris eorumque fructus diſsipentur
& perſumeant, in fraudem & perniciem
creditorum, quod fieri nequit, rebus de-
bitoris apud ſequeſtrum exiſtentibus, qui
legem rei ſequeſtratæ impoſitam ſervare
tenetur. *l. ſi pones quem 6. C. depoſiti. d. l. ſi*
in Aſia. 12 §. cum ſequeſtro. 2. ff. eod. Fateor
tamen, ſi debitur non haberet aliunde, ex 6
quo ſe aleret, talem exhibitionẽ & ſum-
tus litis mediocres, pro arbitrio videlicet
judicis, ſubminiſtrandos eſſe ipſi ex rebus
ſequeſtratis. *l. fin. §. quod ſi ei. verſ. nam qui*
tales. C. de ord cog ac notat Curtius de ſeque-
ſtru. num. 10. quo de plenius in prima Parte
hujus Operis cap. 2. num. 153. Superfluos au- 7
tem fructus annuatim collectos, ſeque-
ſter vel in tutum reponit, *arg. l. 5 cui. 5. §.*
qui legatorum. 22. ut in poſſeſ. leg. ſer. cauſ.
vel; ſi de aliquibus debitis, ac creditorum
prioritate conſtat, interim ſulvere jube-
tur æs alienum de fructibus prædiorum,
in quantum ſe extendunt, donec prædia 8
ſequeſtrata commodũ repererint empto-
rem. *l. 1. & 2. juncta l. Imperatores de tut. &*
rat. diſtrah. Adeò verò ſequeſtri munus
neceſſarium eſt, ut ſemel ſuſceptum re- 9
gulariter ſine juſſu vel interlocuto judi-
cis, aut niſi alia legitima cauſa supervene-
rit, illud deponere non poſsit. *Iaſon. in l. ſi*
fidejuſſor. 7. § fin. num. 4. & 5. qui ſatiſd. cog.
per l. ei apud quem. 5. §. fin. depoſ juncta l. fin.
§. ſin autem. in verb. per ſuam interlocutionem
creditorem ex pecuniis depoſitu accipere ſuum de-
bitum. C. de bon. auth. jud. poſsid. Et ex iſto
fundamento ante paucos menſes fuit cõ-
demnatum quoddam oppidulum, ubi cer-
tæ pecuniæ penes ſenatum fuerant depo-
ſitæ, eo fine, ut reſtituerentur victori in
cauſa, civitas autem ad preces ſui imme-
diati ſuperioris, recepta cautione de re-
ſtituendo, vel ſervando eos indemnes,
ipſi eas pecunias adnumerarant, quod fa-
cere non debuerunt, *per ſuperiùs allegata.*

Hujus generis impedimentum eſt etiã 10
præceptum de non alienando, in huc ſal- *Effectus*
tem participans de utilitate & effectu ſe- *præcepti*
queſtrationis, quod non tantùm interdi- *de non a-*
cit ei, cui inhibitio facta eſt, alienationẽ *lienando.*
rerum ſuarum: verùm etiam adeò arctat
inhibitum, ut, ſi de facto ſubſequatur a-
lienatio, impediatur dominii translatio
in accipientem. *Bart. in l. ſi ſciens 26. per il-*
lum text. ff. de contrah. emt. ubi emens ab
eo, cui ſcit bonis interdictum eſſe, *juxta*
l. is cui bonis 6. de verb. oblig. non efficitur
dominus, *quod idem etiam Baldus notat in l.*

fin.

ſin. in pr. de pactis, ac Ioan. de Imola in l. ſi ita
11 *quis. 135. §. ea lege, 3. de verb. oblig.* Quia
verò iſtud præceptum nec privat dominũ
ſuo dominio, nec poſſeſsione, nec ſuſ-
pendit aut impedit eidem fructuum per-
ceptionem, aut cuſtodiam, ſatis inde lu-
culenter apparet, tolerabilius eſſe debi-
tori præceptum de non alienando, quàm
ſequeſtrationem, quæ medio tempore
ſuſpendit & interdicit domino etiam
uſum rei ſequeſtratæ, donec lis inter cre-
ditorem & debitorem terminata fuerit.
cap. 1. 2. & 3. extra de ſequeſtrat. poſſ. &
fruct. Iedoque ſuprà concluſimus, regu-
12 lam prohibitæ ſequeſtrationis, in præce-
pto de non alienando non habere locum,
in Parte prima hujus Operis, cap. 2. circa fal-
lent. 20. num. 175. Cum enim hæc inhibi-
tio non fiat ad alium finem, quàm ne res
petita, vel tota, vel aliquid ex ea diſtra-
hatur. *l. divus. 5. in princ. de pet. har.* debi-
torque, vel alio modo reus, iſto caſu, et-
iam pòſt factam inhibitionem, non tan-
tùm dominus rei ſuæ maneat, verùm et-
iam poſſeſſor, retinendo videlicet in ma-
nibus propriis omnia ſua bona, quam diu
pendet controverſia, utendo & fruendo
iis, ſine cujuſquam impedimento, pro ar-
bitrio. *præcitata. l. divus. 5. & l. alienatio-*
nes. 13. ſamil. herciſ. non habet reus, quòd
conqueratur de ablata ſibi poſſeſſione,
vel ſaltem commodo utendi fruendi;
quod aliàs circa ſequeſtrationem in cõſi-
deratione habetur, & rationem prohi-
bitæ regulariter ſequeſtrationis inducit.
Schurffius conſ. 1. 6. 15. & 24. per totum. cen-
tur. 3. Goden. conſ. de ſequeſtr. 3. aliàs eſt in
ordine conſ. 106. per totum VVeſenbec. conſ. 6.
13 *num. 3.* Sic itaque, ſi reus aliàs frugalis
eſt, non dilapidator, neque ſuſpectus, &
habet facultates mediocres, ex quibus
aliter creditori, vel actori conſuli & ſa-
tisfieri poteſt, contentus eſſe prætor de-
bet hoc interdicto de non alienando, ut
videlicet jubeat, reum nihil minuere, de
ſuo patrimonio, adeò ut nulla fiat prohi-
bitio ſuper fructibus rei. *l. ſi creditores. 31.*
§. planè ſi doceatur. 4. de privil. cred. aliàs de
14 *rebus autorit. jud. poſſ.* Ac, ſi quis dicat, in
petitione hæreditatis cæteriſque judiciis
univerſalibus, venire non tantùm res
ipſas, ſed etiam fructus. *l. item veniunt. 20.*
§. item non ſolùm 3. verſ. fructus auth. augent
hæreditatem de petit. hæredit. cum ſimilibus.
adeò, ut in præcepto de non alienando
intelligatur etiã prohibita eſſe alienatio
fructuum: replicabitur: iſtud non eſſe in
conſideratione, ex quo alias habet facul-
tates debitor, de quibus agens, etiam fru-
ctuum nomine in eventum victoriæ, ni-
hilominus ſuum conſequi valet. *d. l. ſi cre-*
ditores. 31. §. planè. 4. ac notat Panorm. in
d. c. fin. num. 7. 8. & 9. extra de ſequeſt. poſſ.
& fruct.

Licet autem in univerſalibus judiciis
indubitatum ſit, præceptum de non alie- 15
nando rectè emanere: tamen an idem et-
iam fieri poſſit adverſus eum, qui ſingu-
lari vel particulari judicio convenitur,
puta, à quo fortè vindicatur certus fun-
dus, majus dubium eſt? Et prima facie
videtur, quod non, tùm, propter regulam
ſequeſtrationis prohibitivam. *l. un. C. de*
probib. pec. ſeq. tùm, quia ſpeciale eſt in u-
niverſalibus judiciis. *d. l. divus. 5. & d. l.*
alienationes. 13. itèm in appellatione ab
executione, & in caſu depopulationis
fructuum, ut fructuum alienatio inhi-
beatur. *l. Imperatores. 21. § fin. ff. de appel-*
lat. juncta l. ab executione. 5. §. quod ſi de poſ-
ſeßione. C. quorum appell. non recip. Unde ſe-
quitur, extra præmiſſos caſus jus commu-
ne eſſe in contrarium. *l. quòd verò contra 14.*
l. jus ſingulare. 16. ff. de ll. & in hac ſenten-
tia acquieſcit Curtius *de ſequeſt. num. 8. cir-*
ca fin. Contrarium tamen innuit Panorm.
quòd videlicet ob aliquam æquitatem
vel probabilem cauſam, hoc præceptum
etiam in aliis, quàm præmiſſis caſibus, fie-
ri poſſit. *Panormitan. d. c. 2. num. 16. extra de*
cauſſ. poſſeſ. & propriet. addendò: proba-
bilem cauſam eſſe, quando judex præſu-
mit, reum ideò deſcendiſſe in conten-
tionem, ut medio tempore lucretur fru-
ctus, pro his enim, & hujus generis cau-
ſis, facilis debet eſſe judex, ad conce-
dendum ſaltem iſtud præceptum de non
alienando, quod Panormitanus ipſum
quoque inter reſtrictiones prohibitæ ſe-
queſtrationis enumerat, ac ſic quaſi pla-
nè facit illud arbitrarium. *Panor. d. c. 2. n.*
16. Addit ibidẽ & aliũ caſum, quando vi- 16
delicet metuitur de diſſipatione fructuũ,
lite videlicet mota ſuper actione reali,
allegando l. Imperatores. 21. §. iidem reſcri-
pſerunt. 3. in illis verbis. quamvis uſitatum non
ſit, fructus agri, de quo diſceptatio eſt, depo-
ni, tamen, cùm depopulantur, æquum eſt, eos
apud ſequeſtrum interim conſtitui. ff. de appell.
& facit c. fin §. quo circa. ibi: faciatis fructus,
quos pro libitu ſuæ voluntatis poſſeſſores diſtra-
bunt, ſequeſtrari, extra de ſeq. poſſ. & fruct. Ve-

rùm in hoc non eſt magnoperè laboran-
dum, quando enim interdicitur alienatio
fructuum, tunc illa prohibitio notiſſi-
mos terminos præcepti de non alienan-
do egreditur, & tranſit in naturam ſeque-
ſtrationis. *d. c. fin. §. quo circa. ibi: fructus
ſequeſtrati.* quæ indiſtinctè permittitur,
ubicunque metus dilapidationis interve-
nit, *per ea, quæ latiùs tradita fuerunt in prima
Parte hujus Operis, capite 2. num. 125.* Quod
17 quidem Angelus extendit, non tantùm
contra conventum, qui inconſultè & te-
merè prodigit fructus, ſed etiam ad eum,
qui omnes fructus annuatim renatos
convertit in uſum ſuum & familiæ nihil
retinendo reliquum. *Angel. in d. l. Imperato-
res. 21. §. idem. num. 2. ubi & Ioan. de Imola
iſtud probat. num 2. & idem Angel. in l. divus.
5. per illum textum. nu. 2. de pet. her.* Sed hoc
fortè procedit in caſu, quandò bona li-
tigioſa non exiſtimantur ſufficientia pro
exolutione creditorum, neque ſatisdatio
aliqua offertur, aliàs enim prohibitus
alienare, non prohibetur, pendente lite,
fructibus ex fundo natis uti, pro ſuo arbi-
trio, *per ſuperiùs allegata & videantur de hoc
plura in prima Parte noſtri Operis, capite 2. nu.
149. 150. 151. & 152.* niſi in ſolo caſu ju-
18 dicati, quod ſuſpenditur per appellatio-
nem, ex alia ſcilicet cauſa, quam quòd
executor modum exceſſerit, tunc enim,
ſi res mobilis vindicetur, aufertur appel-
lanti poſſeſſio, ſin immobilis petatur,
tunc rei in controverſiam deductæ fru-
ctus, qui extant tempore provocationis,
ſequeſtrantur & in tuto collocantur. *l. ab
executione. 5. C. quor. appellat. non recip.* Quod
ſanè ſpeciale eſt in caſu prohibitæ appel-
lationis ab executione, in qua non exce-
ditur modus, *prout rectè advertit Ioan. de
Imola in d. l. Imperatores. 21. §. idem reſcripſe-*
19 *runt. num. 2.* Movet & illud, quòd in actio-
nibus realibus, lite ſemel mota ſuper do-
minio fundi, quem poſſidet conventus,
ſive ſola citatio ſubſecuta ſit poſt preces
Principi oblatas, judicique inſinuatas, ſi-
ve lis deſuper conteſtata fuerit, dicuntur
noviſſimo jure bona facta litigioſa, ita
quòd vitio litigioſi ſubjacent, ne valeant
alienari, *auth. litigioſa. C. de litigioſ. Ferra-
rienſ. in forma libelli act. realis. num. 31. Bal-
dus in l. 1. num. 6. C. commun. divid.* [De ju-
re Canonico res efficitur litigioſa per ſo-
lam citationem, *ut traditur in Clem. 1. ut
lit. pend.* de jure autem civili & novo Au-
thenticorum contrahitur in actione rea-
li, quia de dominio, vel q. directo, vel uti-
li agitur per ſimplicem libeli oblationē,
ut in d. auth. litigioſa, licet olim neceſſaria
fuerit litis conteſtatio *l. 2. C. de litig.*] Et
hæc ſententia, quod videlicet bona, quan-
tumvis particulari judicio vindicata, mox
poſt emiſſam citationem, etiam ante litis
conteſtationem fiant litigioſa, communis
eſt, atteſtante Romano *conſ. 270. nu. 3. & in
l. quanquā. 46. 1. ff de aq. plu. arc. ac ſequitur Di-
dacus Covarruvias capite 15. practicarum quaſt.
num 6.* ita, ut nihil impedire videatur præ-
ceptum de non alienando, etiam vindica-
tio rei particularis. Poſſet & pro Panor-
mitano adduci, quòd creditoribus etiam 20
ſuper actionibus perſonalibus licet petere,
quod poſſeſſori hæreditatis convento fi-
at iſtud præceptum de non alienando. *l. ſi
creditores. 31. § planè ſi doceatur. 4. de priv. cred.
aliàs de reb. auctor. iud. poſſid. ubi creditores
heredem tantùm habens perſonaliter obligatum,
ex contractu videlicet defuncti, & debitor con-
ventus neq; dilapidator, neq; aliter ſuſpectus eſt,
ac nihilominus dicitur eò in loco, quòd prætor iſto
caſu iubebit, rerum nihil diminuere de rebus he-
reditarijs.* Accedit, quòd Rebuffus ſcri- 21
ptum reliquit, quo pacto creditor aſſecu-
rationem ſui debiti conſequi valeat ad-
verſus debitorem inprimis forenſem &
extraneum, puta, quòd petat, interdici ij ſi
per jus dicentem, bonorum immobili-
um in loco areſti ſituatorum, alienationē,
& fieri ſequeſtrationem de alijs mobili-
bus, ſi ſit ſuſpectus. *Rebuffus in ord reg Galliæ
tomo 1. de literis obligat. artic. 6 gloſſa 3. num.
28. Baldus in l. per diverſas 22. num. 9. C. man-
dat. Iaſon in l. ſi fidejuſſor 7. §. f. num. 7 & 8. ff.
qui ſatiſd. cog. Romanus conſ. 241. num 9. Alex-
ander conſ. 103. num. 6. volum. 2.* Idque pro- 22
pter timorem receſſus ex loco, qui faceret
creditori difficiliorem perſecutionem ju-
ris ſui in alieno territorio. *Bartolus in l. de
pollicitationibus 8. num. 3. per illum tex. ff. de
pollicitat.*

Etſi verò hæc ſententia in rei vindica-
tione, quando petitur dominum rei per
alium poſſeſſæ, veriſſima eſt, quod vitium
litigioſi contrahatur, & ſicut poſt emiſſā
citationem, ipſa legis diſpoſitione reus
prohibetur alienare rem petitam *d. auth.
litigioſa.* & in corpore unde ſumitur. *auth.
de litigioſ. coll. 2.* ita liceat eidem facere im-
pedimentum per præceptum judicis de 3
non alienando *per ſuperius adducta*: tamen
ſecus eſt, ſi agatur perſonali judicio
pro certa re vel fundo, ſicut fit, quando

actor

actor proſequitur fundum, emtum ſuo
pretio, ac petit, poſt citationem adverſa-
rii decerni ſequeſtrũ adverſus rem ven-
ditam, iſtud ſiquidem nullo modo per-
mitti debet. *Iacob. de Aretin. de ſequeſt. nu.
10. in fin.* Cujus rei videtur eſſe ratio, quod
actio emti, licet tendat ad traditionem rei
venditæ, tamen non ita ſit præciſa, quin,
ſi tempore ferendæ ſententiæ res non
amplius inveniatur in bonis venditoris,
is ad intereſſe condemnetur, *gloſ. l. 1. & l.
ex emto. 11. per illos textus. de action. emti. ubi
additionator ad gloſſam aperit poſt Bartolum in
d. l. 1. & poſt gloſſam in §. pretium. Inſtit. de
emt. & vend. hanc ſententiam communem eſſe.*
24 Nec obſtat *præcitata l. ſi creditores. 31. ſ. pla-
nè. 4. de privil. cred.* quia in dicto contra-
rio præſupponitur creditores habuiſſe ob-
ligatum hæredem ex contractu ſui an-
teceſſoris, ita, quod creditum ipſorum
erat liquidum, ideoque non mirum, ſi
ſaltem poſſeſſor hæreditatis, idemque
hæres, nihil de paternis bonis jubetur
diminuere. *d. l. ſi creditores. 31. §. planè 4.*
cùm ad eum ex hæreditate nihil redire
debeat, quàm quod ſupereſt, deducto
priùs ære alieno ſui anteceſſoris. *l. ſubſi-
gnatum 39. §. bona c. l. veniſſe ad hæredem
165. de verb. ſig. l. cum emancipati. 2. §. illud
c. de collat. bon. l. mulier bona 72. in fine princ.
de jure dot. l. non ampliùs 26. de legat. 1.* Su-
per actione vero perſonali, inſtituta con-
tra debitorem, qui forte debitum negat,
nec vult recognoſcere ſuam cautionem,
quia res per negationem efficitur dubia *l.
negantes 9. C. de act. & oblig.* diverſum eſt,
cùm à remediis executivis proceſſus in-
choari non debeat, *l. 1. C. de execut. rei jud. l.
un. C. de probib. pec. ſeq.* [primò enim in-
tentanda eſt actio, & lis ſuper ea conte-
ſtanda.] Minùs adverſatur l. de pollicita-
tionibus *8. in fin. verb. de pollicit*, quia lo-
quitur contrarium in caſu inſtituti re-
ceſſus debitoris à loco, in quo agere cœ-
perunt creditores ſive ille diſceſſus fiat ex
cauſa neceſſaria, puta relegationis, ſive
ſpontanea, tunc enim pro majore credi-
torum aſſecuratione nihil prohibet, im-
petrare à judice loci interdictum de non
alienando bona ibi ſita, ne poſtea cum ex
actione ſui debiti diſtrahantur creditores
ad alia loca vel fora, nõ ſine magnis ſum-
tibus & moleſtia. *d. l. de pollicitationibus. 8.*
25 Operatur enim iſta inhibitio vim judi-
cialis citationis, per quam reus præven-
tus ibidem bona ſua defendere cogitur,
quantumvis deinceps forum domicili
ſui mutaverit. *argum. c. propoſuiſti. extra de
foro compet. l ſi quis poſtea. 7. & l. ubi acce-
ptum 30. ff. de judic.* An autem vitium liti-
gioſi afficiat etiam ſingularem ſucceſſo-
rem, vel tertium poſſeſſorem, videantur
quæ exigimus latiùs in ſecunda Parte
hujus Operis, *cap. 3. num 433. 434. 435. &
436. cum ſeqq.*
Nunc ad areſtum Saxonicum ſpeciale, 26
vel conſuetudinarium perveniendo, ejus
etiam effectum & utilitatem deſcribere,
materiæ noſtræ ſeries poſtulat. Eſt autem
hujus areſti, circa perſonam impetran-
tis, in caſu non concurrentium plurium
creditorum, effectus, quòd operetur vim
tacitæ hypothecæ, cujus ratione iſtud
onus pignoris inhæret rebus debitoris
areſtatis quaſi affixum & agglutinatum,
ut tranſeat ad quemcunque ſucceſſorem,
etiam ſingularem. *argumento l. ſi debitor. 13.
C. de diſtract. pignor. & l. c. C. vend. pignor.
deb. imped. non poſſ. cum ſimilibus.* adeò,
quòd hypothecaria prodatur actio credi-
tori, etiam adverſus tertium pignorum 27
poſſeſſorem, præmiſſa tamen excuſſione
principalis debitoris, ita videlicet, quòd
is non ſolvendo reperiatur. *l. perſecutione
pignoris omiſſa 24. cum auth. hoc ſi debitor. C.
de pignor. & auth. ſed hodiè. C. de act. & ob-
lig.* non autem, quòd eodem modo, ſicut 28
adverſus principalem, procedi poſſit ex-
ecutivè, *quo de videantur plura in ſecunda Par-
te hujus Operis, cap. 3. num. 435. 436. cum ſeqq.*
Inducitur autem hæc tacita hypotheca 29
ex quadam fictione juris non ſcripti, ex
quo lex noſtra conſuetudinaria fingit,
contractum hypothecæ initum eſſe tem-
pore areſti a judice impetrati, quantum-
vis abſente, inſcio & invito debitore, &,
ut maximè revera nullus contractus pi-
gnoris interceſſiſſet. Neque enim dici po- 30
teſt, cum reo contractum conventiona-
le pignus, ex quo illud procedit de con-
ſenſu partium expreſſo. *l. 1. in princ, verb.
nuda conventione. l. ſi convenerit ut nomen. 18.
& per tot ff. de pignor. act. l. contrahitur hy-
pothecæ per pactum, ut res debitoris propter ali-
quam obligationem ſint hypothecæ nomine ob-
ligatæ. 4. & l res hypothec. 5. de pig. tit. ge-
nerali.* Sed nec tacitum pignus interve- 31
niſſe dicendum eſt, *ex quo in titulo. ff. & C.
in quibus cauſ. pign. vel hypoth tacitæ contrah.*
nullus talis caſus, prout habetur in areſto
noſtro comprehenditur, *argum. gloſ. in
verb. bonæ fidei. ſ. actionum. ibi: quamcunque*

hic non inveniam, eam ſtricti juris judicabo. In-
ſtit. de act. ac facit Inſtit. de his qui ſunt ſui vel
alien. jur. in princ. Prætorium autem pi-
32 gnus præſupponit jus dicentis miſſionem
in poſſeſſionem bonorum rei, ex cauſa
cuntumaciæ, vel quia is non cavet, prout
fit in cauſa damni infecti, item legatorum
ſervandorũ, ſicut & judiciale pignus præ-
ſupponit judicatum, & deſuper factam
executionem per miſſionem in poſſeſſio-
nem bonorum condemnati. *Iaſon. in §.*
item Serviana. num. 2. & 3. Inſtitut. de act.
33 Quod quidem prætorium, item judiciale
pignus, priùs conſtitutum non dicitur,
niſi realiter & actualiter in poſſeſſionem
ventum fuerit. *l. non eſt mirum. 26. ff. de*
pign. act. juncto. c. cum aliquibus. extra de ſent.
& re judic. Cùm autem in propoſito ni-
hil horum interveniat, quod jus reale
vel pignoris tribuat, videtur etiam pro
hoc actu areſti hypothecaria actio dene-
34 gari, per illud vulgatum: Si re privetur,
nec nomen habere meretur. *gloſſa c. Chor-*
epiſcopi. §. quod autem. diſtinct. 68. quo de
Everhard in loco ab etymologia num. 12. Cæ-
35 terùm, his non obſtantibus, areſtum no-
ſtri temporis & loci, à judice impetra-
tum ſuper bonis debitoris etiam inſcii &
abſentis, legitimo tamen modo conti-
nuatum, tribuit creditori, ſtatim à tem-
pore primi areſti, ſaltem jus tacitæ hypo-
thecæ, Eine dingliche Gerechtigkeit / idque
jam olim ita fuiſſe in his terris practica-
tum, invenio ex quibuſdam annotationi-
bus non infimi Juriſcunſulti, Gregorii
Bruccii Cancellarii, laudatiſſimæ memo-
riæ, Electoris Saxoniæ Joannis Friderici,
quod & Weſenbecius innuit *in tit. de pri-*
vileg. cred. num. 9. ac confirmat Illuſtriſſi-
mus Saxoniæ Elector D. Auguſtus in ſuis
novellis, *conſtit. 29 parte 1.* dummodò iſtud
areſtum trinis vicibus per ſingulas qua-
terdenas legitimè fuerit proſecutatum.
Schurff. conſ. 15. num. 8. 9. & 10. centur. 3.
36 Nec eſt, quòd miretur aliquis, quare are-
ſtum illud Saxonicum ſpeciale, quo de
hic tractamus, operatur jus hypothecæ
quantumvis neque expreſſa conventio
de pignore intervenerit, neque caſus are-
ſti *in titulis ff. & C. in quibus cauſis tac. pign.*
contrah. reperiatur expreſſus, quia iſtud
37 cauſatur ex conſuetudine loci, quæ dici-
tur jus non ſcriptum. *§ ex non ſcripto. Inſtit.*
de jure nat. gent. & civil. & ad inſtar legis,
in propoſito fingit ipſa quoque tacitum
conſenſum. Prout enim leges ſcriptæ
ſubditos ideò obligant, quod judicio po-
puli expreſſo receptæ ſunt, ita conſuetu-
do harum terrarum inveterata, quam ſi-
ne ullo ſcripto populus approbavit, pro
lege non immeritò cuſtoditur. *l. de qui-*
bus. 32. verſ. inveterata enim, cum l. ſeq. ff.
de ll. Unde alibi in ſpecie ſcriptum legi- 38
tur, quòd diuturni mores utentium poſ-
ſint inducere ſolennitatem, ex quâ trans-
fertur jus reale, vel poſſeſſio rei in alium,
etiam abſque corporali prehenſione. *Ro-*
chus Curtius in c. cum tanto. ſect. 1. num. 27.
extra de conſuet. & *ante eum* Abbas *in c. ex*
literis. num. 3 per illum textum, eod. tit. ubi
tenet, per conſuetudinem artificiosè &
figurativè poſſe induci aliquam formam,
in ſignum translatæ vel traditæ poſſeſſio-
nis, etiamſi nulla traditio interveniat.
Quod idem probat etiam Baldus *in l. ut*
inter divinum. 23. num 8. C. de S S. Eccleſ. ubi
ſcriptum reliquit, per jus conſuetudina-
rium transferri poſſe poſſeſſionem etiam
ſine apprehenſione, & iſta appellabitur
civiliſsima poſſeſſio, de qua nõ fit mentio,
niſi in uno loco, *d c. ex literis ſecundùm eum,*
& fuſiùs Abb. in c. cum creviſſet. num. 13. de
reſtit. ſpol. ibidemq́; num. 14. addit iſtud eſſe
dictum Innocentii in alleg. cap. 2. & commu-
niter per Doctores approbari. Quod & Alexand.
de Imola probat. conſuet. 83. volum. 2. num.
1. item Baldus in l. de quibus. 38. num. 33.
verſic. viſo de cauſis ff. de ll. per c. ex parte ex-
tra de conſuet. & tangit remiſſivè Chaſſan. in
conſuet. Burgund. rubr. 7. §. 1. num. 13 &
14. Sic fit, ut in propoſito ſententia con- 39
firmatoria areſti retrahatur ad tempus
ab initio petiti, & in quantum de jure
conceſſi areſti, *argumento l. donationes. 1.*
Cod. de donat. inter vir. & uxor. & c. ratiha-
bitionem extra de reg. jur. in 6. Idque pro-
pter fictionem legis conſuetudinariæ,
quæ operatur jus tacitæ hypothecæ in
bonis debitoris, etiam abſentis & inſcii.
Ac, ſi dicatur, non poſſe relinqui locum
fictioni in propoſito, ex quo judex, adi-
tus pro communicatione areſti, illud non
purè, ſed quaſi ſub conditione, in quan-
tum videlicet de jure debet, decernit,
per ea quæ *in Parte prima hujus Operis, capi-*
te 2. num. 199 dicta ſunt, unde fit ut dein-
ceps in proceſſu de juſtitia areſti diſpute-
tur inter partes: reſpondetur eo ipſo, quod
deinceps areſtum pronunciatur validum,
ita ut non relaxetur, iſtam conditionem
retrotrahi ad tempus & momentum in-
dulti primi areſti, *argum. ejus quod tradit*
Iaſon

Iaſon in l. ſi decem cùm petiero. 148. num. 12.
ff. de verb, oblig. per l. qui balneum. 9. §. am-
pliùs. 1. & l. potior. 11. qui pot. in pignor. Ex
quo enim jus dicens, ratum & firmũ pro-
nunciat areſtum, iſta ratificatio vel rati-
habitio extenditur retrò, non aliter, ac ſi
ab initio intervenisſer illa ficta per legem
conſuetudinariam hypotheca. l. fin. C. de
S C. Macedon. c. ratihabitionem extra de reg.
jur. in 6. cujus ratione proditur hypothe-
caria actio etiam contra tertium poſſeſ-
ſorem, præcedente tamen excuſsione
principalis debitoris. d. auth. hoc ita. C. de
pignor. quo de latiùs egimus in 2. Parte capite 3.
hujus Operis, num. 409. cum ſeqq.

40 Sicut autem effectus tacitæ hypothecæ
oritur adverſus tertios poſſeſſores bono-
rum debitoris, à quo ipſi cauſam habent:
ita multò mirabilior eſt alter effectus hu-
jus areſti contra alios creditores, ſive ſint
ejuſdem, ſive etiam diverſi tituli, quibus
primus areſtator omnibus præfertur,
dummodo privilegio anterioris hypo-
thecæ, vel expreſſæ, vel tacitæ muniti non
ſint, ſicut iſtud notat VVeſemb. de privil. cred.
num. 9. Cæterùm, iſtud inde provenit,
41 quòd ſicut regula: Qui prior tempore,
prior eſt jure, habetur pro indubitata, in
pignore vel hypotheca conventionali,
per ea quæ notat Vanderanus de privil. cred. in
rubric. de diviſione privil. nu. 12. & 13. ita lo-
cum reperit etiam in hypotheca legali
& tacita; ſecundùm Neguzantium de pignor.
in 2. membr. 4 part. princip. num. 9. verſ. quar-
to decimo ampliā per textum l. hac edictali. 6.
ubi notat Baldus circa finem. C. de ſecund. nupt.
ac tradit Dynus in c. qui prior tempore. extra
de reg. jur. in 6. in penul. col. & ibi notatur
in additione marginali litera A ut concordat
Ferrarienſis in forma libell. ſuper act. hypothec;
verb. ſub eadem obligatione. num. 12. per l. 1. in
2. reſponſo C. rem alienam gerentibus. licet ad-
das, gloſſam in l. ſi pignus. 8 ff. qui pot. in pign.
hab. ſuper eo dubitare. Prior tamen opinio
receptior eſt, cùm eadem ſit virtus taciti
& expreſſi, l. cùm quid. ſi cert. pet. [ſcilicet
ſi agitur inter utrumq; tacitũ pro expreſſo
habetur: ſecùs, ſi ab uno tantum.] Ac, ſi
objiciatur, ex quo areſtum tunc demùm
taciti pignoris effectum tribuit, ſi legiti-
mè fuerit proſecutatum. Schurff. conſ. 15.
42 num. 9. & 10. volum. 3. Ergo illud jus tacitæ
hypothecæ computandum & inchoan-
dum non eſt à tempore primitùs impe-
trati areſti, ſed demùm à die petitæ reno-
vationis tertii areſti, cum oblatione li-
belli areſtatorii, quam ſequitur citatio de-
bitoris. argumento §. omnium autem. Inſtit. de
pœn. tem litig. l. 1. & l. 4. §. prætor. ff. de in jus
voc. aut ſaltem non priùs, niſi ſuper dedu-
ctis & allegatis hinc inde per partes, are-
ſtum per judicem pronunciatum fuerit
validum argumento l. in hac actione. 3. in pr.
verb. condemnationis tempus ſpectandum. ff. de
condit. triticar. l. 3. §. in hac. commodati. re-
ſpondetur: ſicut areſtum ab initio ſub ea
condítione fuit decretum & conceſſum, 43
quatenùs deinceps ex actis appareret, il-
lud de jure ſubſiſtere, per ea, quæ tradita re-
periuntur in 1. Parte noſtri Operis, cap. 2. num.
198. 199. & 200. ita conditio per ſenten-
tiam tunc purificata, qua mediante con-
firmatur proceſſus areſti, effectum ſuum
retrò exerit, fingendo, jus taciti pignoris
intervenisſe ſtatim à die & momento
impetrati primi areſti, argumento l. potior.
11. §. videamus. 1. ibi: cùm ſemel conditio ex-
titerit, perinde habetur, ac ſi illo tempore, quo
geſtum negocium eſt, ſine conditione ſtipulatio
interpoſita fuiſſet. ff qui pot. in pign. hab. & l.
quod ſi. 14. de pericul. & commod. rei vend. Eo
enim ipſo, quòd judex in proceſſu pro-
nunciat areſtum validum, retrotrahitur
hæc confirmatio, ſicut ratihabitio, ad
tempus celebrati primi actus d. l. fin. verſ.
neceſſe eſt, ibi: ratihabitio generaliter retrotra-
hitur, & confirmat quæ ab initio ſubſecuta ſunt.
C. ad SC. Macedon. l. bonorum. 24. ff. rem ra-
tam haberi. c. ratihabitionem. extra de reg. jur.
in 6. Licet autem præcitata jura loquan- 44
tur in ratihabitione ſpontanea & volun-
taria: tamen nulla poteſt aſſignari ratio
diverſitatis, quare videlicet idem non
debeat eſſe in ratihabitione neceſſaria,
quæ oritur ex ſententia judicis, & obli-
gat condemnatum ad parendum ſenten-
tiæ, & ſic ad ratificandum jus pignoris, in
bonis debitorum creditoribus acquiſiti
ex lege conſuetudinaria, etiamſi debitor
illud invitus faciat. l inter ſtipulantem, 83.
§. Sacrum. 7. de verb. oblig. cùm judicium
reddat de albo nigrum, & de nigro albũ.
l. ingenuum. 25. de ſtat hom. Nec obſtat l. in
hac actione 3. priùs allegata, cum aliis. quia
loquuntur contraria de facienda rei æſti- 45
matione ratione moræ per debitorem
commiſſæ, quod non venit in conſidera-
tionem noſtri dubii, ubi agitur de effe-
ctu areſti, permiſſi ſub conditione, ſi vi-
delicet & quatenùs de jure valeret, ac po-
ſteà in proceſſu confirmati. Ne tamen 45
quis fortè decipiatur amphibologia di-

 ctionis,

ctionis, *Areſtum*, cùm vocabulum non habeamus, quibus remedium ſequeſtri ab areſto conſuetudinario horum locorum diſcernamus: ſciendum eſt, quotieſcunq; vel bona mobilia, vel perſona debitoris areſtantur judicis officio, Werden gekömmert vnd auffgehalten/ex juſta aliqua & per legem vel ſtatutum approbata cauſa, ita, ut vel commendentur domino hoſpitii, vel recipiantur in cuſtodiam publicam, aut alterius privati vel officialis, quam commiſſarium, item ſequeſtrum appellamus. *l. ſequeſter. 110. ubi Rebuffus de verb. ſig.* iſtud diverſum eſſe ab hoc areſto cõſuetudinario & ſpeciali, quod nihil neque in perſonam, neque in res debitorum intentat, ſed ſolùm id agit, ut creditor, hac via mediante, ſibi tacitum acquirat pignus, cui incumbat, & ex eo magis ſecurus ſit, quàm ſi in perſonam agere debeat. *argum. §. furti autem. Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* Si itaque contingit, detineri bona vel perſonam obligati, iſta manus injectio propriè ſequeſtratio appellatur, quæ regulariter non eſt permiſſa niſi in certis caſibus, & ex certis cauſis, *de quibus in cap 2. Parte 1. Operis noſtri, num 101. cũ ſeqq. item in capite 3. 4. 5. 6 & 7. ibidem per totum.* Sic itaque relinquitur, quòd in

47 propoſito noſtro, areſti videlicet conſuetudinarii, bona immobilia areſtata regulariter dimittuntur poſſeſſioni & cuſtodiæ ipſius domini, ita ut de iis utendo fruendo diſponere poſſit pro arbitrio, adeò, quia nec iſto caſu dicuntur bona

48 areſtata vitio litigioſi affici, *per ea, quæ in 2. Parte hujus Operis, cap 3. num. 453. cum ſequentibus latiùs fuerunt deducta.* nec eorum cuſtodia vel cura ad alios tranſit: niſi fortè plures concurrant creditores, & areſtatores, ita ut debitoris bona non judicentur ſolvendo: tunc enim, ne intermedio tempore, dunec ſuper prioritate creditores inter ſe certant, bona periſſum eant, iis curator datur non aliter, atque ſi bonis ultrò ceſſiſſet obligatus. *argum. l. fin. ff de cur. bon. dan. l. 2 C. quando fiſcus vel privat. Rofredus in tract. libelli de officio judicis, quo bonis curator datur, ac ſequitur Petrus Iacobus in ſuâ pract. rub. de ceſſ. bon. num. 9.* Quod autem pacto proceſſus areſti inſtituatur & continuetur, aut proſequetur, videantur quæ tradidimus in 1. Parte hujus Operis, *cap. 2. num. 192. & ſeqq. uſq; ad num. 207. incluſivè, & in hac 3. Parte cap. 8. num. 41, cum ſeqq.* item, cur areſtum peti poſſit adverſus jacentem hæreditatem, *videatur in 2. Parte cap. 3. num. 411. cum ſeqq.*

Ultimo, pro complemento areſti noſtri conſuetudinarii, quæri poteſt, quæ ſit 49
pœna frangentis areſtum, vel obſtagium, hoc eſt, diſcedentis aut moventis bona ſua vel perſonam è loco, ubi areſtum factum, vel obſtagium præfixum eſt? Quam quidem in perſona violantis areſtum deſcribit Zobelius *in ſuis addit. ad gl. verbi.* Als ob er nie vorſeſtet. Landrecht *lib. 1. art. 68. in fine.* quòd videlicet talis banniri & proſcribi poſſit addendo ibidem, iſtud ita obſervari, quod ante eum tenuit etiam Maſſuerius *in practica forenſi tit. de præſumpt num. 16.* ubi refert, taliter fugientem ex areſto haberi pro confeſſo, *adducendo textum, gloſſam Bart & alios in l. in eos. 13. ff. de cuſt. reor. l impuberib. 7. §. præterea 2. de ſuſpect. tutor. l. locorum. 11. C. de om agro. deſer. lib. 11.* Et quòd è carceribus aufugiens, habeatur pro confeſſo & convicto, illam ſententiam communem eſſe tradit Ripa *in l. admonendi 31. num. 170. Ibiq; Iaſon 163. & Curt. 165. ff. de jurejur. Boerius deciſ. 115. num. 9. ac teſtatur Iul. Clarus in lib. 5. recept. ſent. § fin. q 21. num. 15. & Duennas regula 389. fall. 2.* Quòd autem etiam is, cui locus alicubi aſſignatur, ex quo recedere nequeat, carceratus dicatur, eſt text. *in l. 2. ff. de lib. hom. exhib. & l. Titio 100. §. Titio 100. ne à monumento. de cond & demon.* Et quòd recedens ex areſto, is quoque dicatur carceris effractor, docuit Oldradus *conſ. 65. & Boërius quæſt. 215. num. 12. & 20 & Guido Papæ quæſt. 23. quo de latiùs videatur Menoch. de arbitrariis judic. lib. 2 centur. 4. caſu 301. num. 7. 8. & 9. cum ſeqq.* Verùm, quia Doctores in 50
locis præallegatis, de pœnis videlicet effractorum, magis in terminis cauſarum criminalium, quàm civilium, loquuntur, *prout ſolvit etiam Bertrandus in 6. volum. conſ. 149. num. 27.* ideò plus placet, quòd alibi Maſſuerius ſcriptum reliquit: eum, qui fregit areſtum in cauſa pecuniaria ipſi factum, ſi deinceps deprehendatur, incarcerari tamdiu poſſe donec præſtet cautionem, de ſolvendo debitum, vel de ſtando juri. *Maſſuerius ubi ſupra de ſubhaſtat. in princip, argumento l. relegati 4. ff. de pœn. l. aut damnum 8. §. quiquis autem 7. eod. tit.* Ac, quòd frangens areſtum vel diſcedens 51
ex loco palatii vel alio, qui ipſi deputatus fuit pro cuſtodia, non teneatur pœna fran-

Pœna frangentis areſtum.

na frangentis carcerem, teſtatur Jaſon *in l. admonendi. 31. lectura. 1. num. 90. verſ. ſecundò limita. & in 2. lectura. num. 159. de jurejur. per ea, quæ tradit Albericus de Roſate in l. ſuccurritur. 9. num 3. ff. ex quibus cauſis majores. ubi addit, ſe iſtud ita vidiſſe practicari, & hanc ſententiam ſequitur Boërius d. quæſt. 215. num. 21. ubi addit, iſtam ſententiam ſibi videri magis æquam poſt Oldradum conſ 65.* quòd nempe pro convictis non habeantur, ſed puniendi ſint extraordinariè. *Boërius d.*
52 *num. 21.* ita, ut plebei poſt fugam arreptam ex cuſtodia in pecuniariis cauſis, deinceps arctiori cuſtodiæ commendentur, carceris nimirum, aut compedum, *ſecundum gloſſ. l. 1. ff. de ſervis fugitivis, ac melius facit l. Lege Cornelia 25. §. præterea 1. in verb. ex vinculis jus dicant, ibiq; gloſſa ad S C. Syllan. Iacob de Belloviſo in tract. criminali, de quæſt. & qualit. torm. num. 107. Angel. de Aretio de maleſic. verb. ſama publica. num. 83. ubi & additionator notat, iſtam pœnam ſufficere ac ſeq. Boërius d. deciſ. 215. num. 19* Si verò perſona nobilis aut aliter in dignitate conſtituta diſcederet ex obſtagio vel areſto, is denuò requirendus, ut ſeſe ſiſtat, in priorem locum, inde non receſſurus, quousque ſecurum præſtet creditorem, & ſatisfaciat judici per mulctam pecuniariam ſuper violata per fugam ejus jurisdictione & imperio. Cum eaq; pœna memini in ſupremo tribunali Electoratus Saxoniæ aliquando quendam non extremi nominis remitti in cauſa appellationis per ipſum inſtituta, ad judices primæ inſtantiæ anno 1570. *Quo de aliquid etiam tangitur in ſecunda Parte hujus Operis, cap. 1. nu. 101. & 102.* Quod tamen eodemùm caſu procedere exiſtimaverim, quatenùs juſta cauſa recedendi non ſuberat, puta, incendii, ruinæ incurſus latronum, & ſimilis periculi vel neceſſitatis. *argum. l. 2. §. ſi quis municipalis. cum ſeqq. & l ſi is qui fidejuſſorem*
53 *6. ſi quis caut. judic. ſiſti.* Idemque eſt, ſi fugitivus ante emanationem novæ citationis pœnitendo ipſimet ſe repræſentarit in locum, ex quo pedem movit. *Roman. conſ. 143. num. 1. 2. & 9.*

His ita firmatis, operæ pretium eſt, indagare, in quo coveniant; aut differant tria præmiſſa remedia; ſequeſtrationis,
54 præcepti de non alienando, & areſti noſtri Saxonici vel conſuetudinarii. Differt autem hoc areſtum à præcedentibus duobus remediis. Primò ratione originis, ex qua cauſatur, cùm beneficium ſequeſtri, item inhibitio alienationis, à lege ſcripta proficiſcantur, *t. c. 2. & 3. extra de ſequeſt. poſſ. & fruct. l un. C. de prohib. ſequeſt. juncta l. divus. 5. de pet. har.* hoc venit ex jure non ſcripto, id eſt, ex conſue- 55
tudine particulari horum locorū & provinciarum, quæ jure Saxonico reguntur *prout de areſto Gallico loquitur Molin. in conſuet. Pariſ. etc. 2. gloſſ. 1. verb. areſt. num. 3. & 12. Petr. Paul Pariſ. conſ. 107 num. 79 volum. 2.*

Differentia inter ſequeſtrationem, præceptum de non alienando & areſtum.

Secundo differunt objectis, cum propriè loquendo ſequeſtratio regulariter verte- 56
tur circa mobilia, *l ſequeſter 110. & ibi Rebuffus de verb. ſig. Iaſ. in l. ſi fidejuſſor 7. §. fin. num. 7. 30. & 31. qui ſatiſd. cog. quo de ſuperiùs etiam tactum fuit in 1. Parte hujus Operis, cap 2. num. 83.* præceptum autem vel interdictum de non alienando propriè ha- 57
bet locum in immobilibus. *d. l. divus. 5. & l. alienationes. 13. famil. hercisc.* Areſtum por- 58
rò Saxonicum ſpeciale & conſuetudinarium indiſtinctè ſe extendit ad omnia bona debitoris, ſive mobilia, ſive immobilia in loco domicilii debitoris exiſtentia: niſi in petitione areſti certa tantùm bona per actorem deſignata fuerint; de hoc ad quotidianam experientiam provocando. Tertiò differunt etiam circa cauſam for- 59
malem requiſitis videlicet, ſiquidem in ſequeſtratione regulariter ab initio requiritur citatio partis, contra quam impetratur ſequeſtrum. *Curtius de ſequeſt. num. 40.* quia cauſæ cognitionem deſiderat. 60
l. ſi fidejuſſor 7. §. fin ibi: ſi hoc judici ſederit. ff. qui ſatisdar. cog. cauſæ autem cognitio præſupponit citationem. *l. in cauſa 13. §. cauſa cognita. de minorib. l. 3. §. cauſe cognita. de bon. poſſ. ac ſequitur Angel. in l. Imperatores. 21. § fin. de appell.* Movet, quòd, ſicut à captura perſonæ non debet incipi proceſſus. *l nemo carcerem. 2. C. de exact. trib. lib. 10. l. ob æs. 12. C. de act. & oblig.* ita nec à ſequeſtro, quod nihil aliud eſt, quàm ca- 61
ptura rerum debitoris. *Bald. in l conſentaneam. 8. nu. 32. C. quomodo & quand. jud.* & iſta pars eſt verior, atteſtante Curtio *de ſequeſtru. num. 40. per l. de unoquoque 47 ff. de re jud. poſt Paul. de Caſt. conſ. 272. incip in cauſa capturæ. num. 1. volum. 1. Bald in l. ſi quis curialis. 12. per illum text. in verb. conventione præmiſſa. num. 1. C. de epiſc. & cler.* ubi tenet: quando captura ſit pro executio- 62
ne ſententiæ, vel inſtrumenti executivi, ſemper debet præcedere citatio. *ac probat Bald. in conſ. 156 num 3. volum. 2.* & quod

tunc requiratur cauſæ cognitio ſaltem
ſummaria, ac per conſequens citatio re-
fert Panorm. *in d. c. 2. num. 28. & ibi alii*
Canoniſtæ, extra de ſequeſt. poſſ. & fruct. Quod
idem probat etiam Gailius *obſer. 148. num.*
10. lib. 1. ubi ſcriptum reliquit, adeò pro-
hibita & odioſa regulariter eſſe areſta,
ut ex conſtitutione imperii in Comitiis
Spirenſibus anno 70. promulgata ema-
nent ſimpliciter, & abſque omni clauſu-
la, mandata de relaxatione areſti, ſub ido-
nea tamen cautione. [Ratio eſt, quia hu-
juſmodi areſta, ſine cognitione cauſæ
facta, omni jure reprobata ſunt, & ideò
valet præceptum judicis de relaxando.]
ac patet ex notatis in hac 3. Parte noſtri Operis,
63 *cap. 7. num. 15.* niſi fortè periculum ſit in
mora, quo caſu, etiam abſque citatione
partis, & abſque cauſæ cognitione, ad ſe-
queſtrationē proceditur, ne fuga inſtrua-
tur, *per tradita in d. c. 7. num. 15. 16. & 17.*
64 *hujus Partis.* At in areſto noſtro conſuetu-
dinario ſpeciali, ab initio nihil tale fit,
quia illi petitioni defertur, abſque omni
cauſæ cognitione, ſimpliciter ſuper pre-
cibus ſuperiori inſinuatis pro areſto, & ut
plurimùm planè inſcio & ignaro debito-
65 re, cui ante tertiam areſti renovationem
nullum prorſus aut rarius inſinuatur mo-
nitorium: licet in areſto Gallico aliud
obſervari ſcribat Molinæus *in conſuetudin.*
Pariſ. tit. 2. gloſ. 1. verb areſt. num. 12. de
quo ſanè non multùm curandum eſt, cùm
66 quælibet provincia ſuos mores habeat. *c.*
utinam. diſtinct. 76. c. in his diſtinct. 11. c. il-
la diſtinct. 12. ideoque conſuetudines cu-
juſque regionis attendendæ ſunt. *c. conſi-*
lium. pòſt princ. ibi: conſuetudinem tuæ regio-
nis obſerves. & §. reſpondemus. extra de obſerv.
jejun. cum c. certificari de ſepultur. Quòd au-
tem ſuper prima impetratione, ſicut &
ſuper ſequenti renovatione areſti, nulla
citatio ſit neceſſaria, probat experientia
& practica quotidiana. Benè tamen ve-
67 rum eſt, quòd pòſt tertiam renovationem
areſti, aſſignetur obligato terminus ad
dicendum contra areſtum, & ad propo-
nendum ſuas exceptiones, quas præten-
dit, *de quo & ejus proceſſu videatur conſtitutio*
Domini Electoris Saxoniæ Auguſti 29. part. 1.
68 Et in his duobus punctis, quatenùs areſtū
ſine citatione partis, item ſine cauſæ co-
gnitione decernitur, concordat illud cum
præcepto de non alienando, *d. l. divus. 5. de*
petit. heredit. & l. fin. §. ex quadrante. de do-
li excep. Ac, ſi objiciatur, idem juris etiam
circa ſequeſtrationem propriè ita dictam
eſſe, ut ad nudam inſtantiam creditorum
facilè permittatur ſequeſtratio, ſive ſub-
ſint cauſæ ſuſpecti debitoris, ſive non,
prout de hac conſuetudine teſtatur Iacob. de A-
rena, de ſequeſtr. num 8. reſpondetur primò:
cùm is, tanquam Italicus Doctor, ſcri-
bat de conſuetudine ſui temporis, intelli-
gitur, hanc conſuetudinem referre & re-
ſtringere ad loca ſuæ patriæ & ejus ſoli,
in quo vixit, non autem ad alias provin- 69
cias ipſi ignotas & incognitas, per argu-
mentum de tempore ad locum, quod in
jure validum reputatur, *ſecundum Bart. in*
l. vinum. 22. num. 2. ſi cert. pet. & in l. fin per
illum text. de condict. triticar. & l. ratio. 3. §.
ſi per venditorem. 3. de action. emt. Deinde
quicquid dicat Bartolus *in l. de quibus 32.*
4. q. principal. de ll. uni Doctori, de con- 70
ſuetudine maximè generali, abrogatæ
legis atteſtanti, fides adhibenda non eſt,
Bald. in l. ſi m. §. 1. ff. de pignor. & in l. con-
ſentaneum. §. 2. nu. 30. C quomodo & quando
jud. Imola in l. 1. §. nunciatio. verſ. an autem
propter id, quod dixi. ff. de nov. op. nunc. niſi
alii Doctores communiter aſſeverent, a- 71
liquid ſervari de conſuetudine. *Iaſ. in l. de*
quibus. 32. num. 89. de ll. cùm conſuetudi- 72
nes facti ſint, quas etiam Principes pro-
babiliter ignorare præſumuntur. *c. 1. ex-*
tra de conſtit. in 6. & facta plerumque et-
iam prudentiſſimus fallant. *l. 2. ff. de jur.*
& fact. ignor. & hæc ſententia, quod vide-
licet non credatur gloſſæ, vel uni alicui
Doctori, atteſtanti de conſuetudine, ſit
præter vel contra jus commune, maximè,
ſi habeat contradicentes, aut non concor-
dantes alios Doctores, communis eſt, te-
ſte Rocho Curtio in c. cum tanto, ſect. 8, num 9.
extra de conſuetud. per fundamenta ibidem ad
longum deducta. Ex quo itaq; ſtante, quod
dixit Jacobus de Arena, conſuetudine
ejus temporis obtentum eſſe, ut judices
indiſtinctè faciant ſequeſtrationes, ſive
debitor ſit ſuſpectus, ſive non, ſequeretur,
quòd fruſtra poſiti forent tituli. *C. de pro-*
hib. pecul. ſequeſt. & extra de ſeq. poſſ. & fruct.
aut ſaltem iis eſſe derogatum per contra-
riam conſuetudinem (quod non præſu-
mitur, niſi probetur, *argumento l. cum lex*
22. ibi: in futurum vetet. ff. de ll.) ſtandum
erit diſpoſitioni legis ſcriptæ, ut quæ
ſemper loqui dicitur & in viridi eſſe ob-
ſervantia. *l. arriani. 5. C. de hæret.* Poteſt
& aliter reſponderi: quòd Jacobus de A- 73
rena loquatur de imperitia judicum, quo
pacto

pacto videlicet indiſtinctè procedant ad
ſequeſtrationem, de facto potiùs, quàm
de jure, cùm ut ſcriptum reliquit Papien-
ſis, hodiè ut plurimùm juſtitia admini-
ſtretur per boves & ignorantes, qui ex in-
ſcitia juris faciles ſunt ad concedendam
omnia ſequeſtra, quando & cōtra quem-
cunque petuntur. *Ferrarienſis in forma ſaxi-
menti verb. ſapiens. in princ.* Ac, quòd ſeque-
74 ſtrum propriè ita dictum, transferens vi-
delicet cuſtodiam, & detentionem rerum
ſequeſtratarum ex manibus debitoris in
tertium (extra tamen terminos ſtatuti
executivi, vel conventionis executivæ)
ne quidem in his provinciis decernendū
ſit abſque cauſæ cognitione, *concludunt
Schurffius conſ. 15. & 27. per totum centur. 3.
Godenus de ſequeſt. conſ. 3. quod aliàs in ordi-
ne. 106. num. 4 VVeſenbec. de ſequeſt. conſ. 7.
per totum.* & ita communiter pronun-
ciatur in his & vicinis Dicaſteriis. Quar-
75 tò differunt in eo, quòd ſuper ſequeſtro
fides de debito fieri debet ſaltem ſum-
maria, per juramentum videlicet credi-
toris aut aliter. *Paulus de Caſtro conſ. 473.
incip. pro pleniore examine. num. 5. parte 1. pòſt
Bartol. in extravaganti ad reprimendum. verb.
ſummariè. & l. theſaurus. 15. per illum textū.
ff. ad exhib. l. in l. Aquilia ſi deletum. 40. ad l.
Aquil. l. fin. C. de fide inſtrum.* & illud ſer-
vat totus mundus. *Caſt. ubi ſuprà. conſ. 473.
76 num. 6.* Cùm ſequeſtrum ſit tantùm præ-
paramentum alterius actionis vel peti-
tionis principalis, non aliter atque dici-
tur, de judicio ad exhibendum, quòd ſit
præparatorium rei vindicationis. *l. 1. &
ibi gloſ. verb. neceſſario. ad exhib. l. 3. §. eſt au-
tem. verb. acturus. eod. tit. & in l. 1. verb. in-
ſtituitur. de interrog. act. Bartolus in l. qui de
inofficioſo 20. num. 4. & 5. de inoffic. teſtam.*
Ideoq; ſummariam ſolùm probationem
requirit, cùm ejus fides ſperetur ſuppleri
in ſubſequente judicio ordinario ſecun-
dùm communem opinionem Dd. *de qua
atteſtatur Baldus in l. 2. num. 10. C. quando
fiſc. vel privatus. & in l quod tempore. nu. 6. 7.
8. & 9. C. de reſtit. milit. pòſt Panormit. in c.
veniens. num. 2. & 12. extra de teſtibus, & in
c. cauſam quæ. num. 1. eod. per c. inter di-
77 lectos. de fide inſtrum.* At in areſto noſtro
ſpeciali vel conſuetudinario non requi-
runt judices aliquam probationem, et-
iam ſemiplenam vel ſummariam, ſed cre-
dunt ſolis narratis ſupplicantis ſuper
quantitate debiti, quantumvis ſæpè nec
autochiron, nec exemplar inde trans-
ſumtum creditor produxerit. Sed tamen
cauti vel literati judices non facilè de-
ſcendunt ad conceſſionem ejus areſti, ne
litem faciant ſuam. *Inſtit. de oblig. quæ ex
quaſi del. l fin. C. de pœna judic. qui malè judic.*
niſi ipſis exhibeatur originale, vel ſal-
tem exemplar fide dignum prætenſi de-
biti, *de quo infrà etiam tangitur. num. 89.*
Quin & nihil commune habet areſtum 78
noſtrum cum præcepto de non alienan-
do, hoc enim, ſecundùm aliquos non paſ-
ſim, ſed regulariter tantùm pro univerſa-
libus judiciis, aut ſingularibus, in quibus
deducimus dominium rei petitæ, compe-
tit, *per ea, quæ ſupra num 15. exegimus:* are-
ſtum autem noſtrum provinciale peti
poteſt, non tantùm circa actiones rei
perſecutorias, ſed etiā circa perſonales, ac
ut plurimum in cauſis pecuniariis, mutui
& ſimilib. Differt & in alio iſtud areſtum 79
à præcepto de non alienando, ſiquidem
hoc regulariter petitur in uno eodemq;
libello ſupplicatorio pro citatione ſuper
cauſa principali, hæreditatis videlicet re-
ſtitutione, ad inſtantiam patris mox de-
cernitur. *l. divus. § in princ verb. antequam
lis inchoaretur. de petit. hær. & eſt melior de
jure textus in l. fin §. ex quadrante. ibi: hæ-
reditatem ab eo tempore petiit, & ne quid ex ea
minueret, impetravit ff de excep. doli:* in are-
ſto verò noſtro conſuetudinario, ab ini- 80
tio non requiritur de neceſſitate aliquis
libellus, maximè in ſcriptis, ſed ſufficit
recitatio nudi facti, quo pacto creditori
ſit obligatus Titius, aut ſaltem editio ex-
emplaris, juncta petitione, ut judex ipſi
decernat primum areſtum in bona rei,
offerendo ſe ſimul ad legitimam proſe-
cutionem hujus areſti per competentia
intervalla, *per eam, quæ ad longum tradidi-
mus in hac tertia Parte, capite 8. num. 41. &
ſeqq.* Quintò, diverſum eſt areſtum noſtrū 81
à ſequeſtro etiam alio reſpectu, quia in
ſequeſtro non reperiuntur ſtati dies vel
tempora præſcripta infra quæ illud pro-
ſequi oporteat ſequeſtrari facientem, ſub
pœna relaxationis, cui regulariter locus
non eſt, niſi vel ſatisdatio præſtetur, vel
aliter lis finem accipiat. *l. ſi fidejuſſor. 7. §.
fin. qui ſatud. cogan. l. ſenatusconſulto. 16. §.
fin. de offic. præſ. l. Imperatores 21. §. fin. de
appellat. l. fin. C. de ordin. cognit. l. luib. 20. C.
de agric. & cenſit. lib. 11. ac notat Ferrarienſis
in forma ſaximenti. verb. ſapiens. num. 5.*
Quod idem eſt etiam in præcepto de non
alienando, ſiquidem & illud non aliter
diſſol-

diſſolvitur, niſi oblata cautione, vel finita
lite per ſententiam. *d. l. divus. 5. in pr.* (li-
cet circa prohibitionem alienationis per
judicem factæ, *Petr. Paul. Pariſ. conſ. 107.*
num. 70. & 71. vol. 3. contrarium renuerit,
quaſi videlicet iſtud præceptum non me-
reatur relaxationem, etiam oblata condi-
gna ſatisdatione, quod tamen eſt contra
expreſſum textum. *in d. l. divus. 5. ibi: niſi*
82 *malueris ſatiſdare. de pet. hær.*) Sed areſtum
noſtrum conſuetudinarium, quantumvis
una vel altera vice petitum & renovatũ,
tollitur, non facta areſti legitima proſe-
cutione per tres vices, de una quindena
in aliam, cum oblatione libelli areſtato-
rji circa tertiam renovationem, *de quo ſu-*
periùs, cap. 8. num. 49. & ſeqq. latiùs. Sextò
83 differunt effectu, primò ideò, quòd in
areſtatione vel ſequeſtratione juris civi-
lis, quam vocamus neceſſariam aut judi-
cialem, tranſit ſaltem tenuta vel cuſtodia
rerum debitoris ad manus judicis aut ſe-
queſtri, *l. licet. 17. §. rei depoſitæ. 1. ff. depoſ.*
l. intereſſe. 39. de acquir. poſſeſſ. eſtque id,
quod Rebuffus tradit, res ſequeſtratas po-
ni in manibus juſtitiæ. *Rebuff. in ordin. reg.*
Galliæ, rub. de præconiis. art. 2. gloſſ. un. n. 2.
ubi addit rationem: quia, inquit, ſi res in
manibus obligati relinqueretur, is & fru-
ctus perciperet, & ſolutionem de die in
diem ulteriùs differret in quantum poſ-
ſet, & interdum reperita die venderet.
84 *Rebuff. ubi ſuprà num. 3.* Cæterùm, in areſto
noſtro conſuetudinario, quantumvis o-
mnia bona fuerint areſtata, dimittuntur
tamen ſine omni inquietudine in pote-
ſtate debitoris, ita, ut ipſe de iis pro arbi-
trio regulariter poſſit diſponere, donec
feratur ſententia definitiva, argumento
eorum, quæ de areſto conſuetudinario
vel convento tradit Pariſ. *conſ. 107. nu. 70.*
& 71. volum. 3. niſi fortè plures credito-
res concurrerent, & ob conſumtionem
vel dilapidationem metus ſit, ut omnibus
debitor ſatisfacere poſſit, tunc enim cu-
rator bonis datur, *ſicut paulò antè. num. 48.*
85 *monuimus.* Septimò per ſequeſtrationem
propriè ita dictam impetrator ſequeſtri
non conſequitur aliquod jus reale, pigno-
ris puta, cujus ratione poſſet præferri aliis
creditoribus, aut areſtatoribus poſteà ve-
nientibus. Quod probo, quia ſequeſtra-
tio minùs cenſetur onceroſa debitoribus,
quam ſit in poſſeſſionem miſſio. *c. 2. extra*
86 *de dolo & contum.* Cumq; miſſio unius ex
pluribus creditoribus, qui ſunt unius &
ejuſdem tituli, proſit omnibus, ita, ut tunc
nemini concedatur aliqua prærogativa
circa anterioritatem temporis, *l. cùm unus*
12. in pr. ff. de bon. auth. judic. poſſid. l. fin. C.
eod. tit. l. ii. cui 5. ff. qui prior 3. ff. ut in poſſ.
leg. l. ſi finita. 15. §. ſi plures 11. & l. prætor
ait. 7. §. ejus rei. de dam. infect. conſequens
eſt, quòd, quamvis prior quis ſequeſtrari
fecerit res debitoris, ex eo non præfera- 87
tur aliis creditoribus: ubi tamen è con-
trario areſtum noſtrum conſuetudina-
rium afficit bona areſtati nexu talis hy-
pothecæ, cujus ratione prior areſtator
præfertur omnibus poſterioribus ſive e-
juſdem tituli, puta areſtatoribus, ſive di-
verſi tituli creditoribus, quantumvis et-
iam expreſſam hypothecam habentibus.
VVeſenb. de privil. cred. num. 9.

In hoc tamen prædicta tria remedia 88
conveniunt, quòd, ſicut ſequeſtrum, item
præceptum de non alienando, ſunt præ-
paratoria alterius judicii, & expectant
alios ordinarios aut executivos proceſſus
poſt ſe. Cùm, qui primò fecit ſequeſtrari
bona debitoris, poſtea proſequatur cau-
ſam ſuam, repetendo illam qualem qualẽ
petitionem, ſuper ſequeſtratione ab ini-
tio propoſitam, ac officium judicis im-
plorando, pro compellendo reum ad ſol-
vendum, quod debet. *Curt. de ſequeſt. num.*
54. ac deſuper judex pronunciat, conde-
mnando vel abſolvendo reum in cauſa
principali. *Papienſ. in forma ſaximen. verb.*
audeat. num. 3. per auth. offeratur. C. de litis
conteſt. ita idem fit in proſecutione areſti
noſtri conſuetodinarii, *per ea, quæ notat*
Schurffius conſ. 15. num. 8. cent. 3. & Domi-
nus Elector Saxoniæ Auguſtus in ſuis novellis,
conſtit. 29. parte 1. Secundò ſicut in ſeque- 89
ſtro vel præcepto de non alienando, de-
bet ſaltem vel ſemiplenè & præſumptivè
de jure actoris conſtare. *Baldus in l. quod*
tempore 3. num. 8. & 9. C. de reſtit. mil. & l. 2.
num. 11. C. quando fiſc. vel privat. per l. 2. in
verb. ſi mulier dominium ad ſe pertinere monſtra-
vit. C. de uxor. mil. & eor. qui reip. cauſ. ab-
ſunt, & eſt ſimilis text. in l. In Aquilia ſi dele-
tum. 40 ibi. ad ſuſpicionem judicem deducam.
ff. ad l. Aquil. ita idem requiritur etiam in
areſto, ſecundùm tutiorem opinionem,
quam ſuperiùs tenui *in quarta different. nu.*
77. Tertiò, in hoc etiam pari paſſu ambu- 90
lant, quòd, ſicut reus, citatus in termino
ipſi aſſignato ad dicendum contra ſeque-
ſtrum aut contra præceptum de non a-
lienando, petit, illud, quatenùs de facto
proceſ-

In quibus cõveniant ſequeſtratio, præceptum de non alienando & areſtum.

proceſſit, (quia fortè non fuerunt obſer-
vatæ ſolennitates ad impetrationem ſe-
queſtri neceſſariæ) officio judicis revoca-
ri & caſſari, *Curtius de ſequeſt. quæſt. 2. num.
54. per ea, quæ tradunt gloſ. & Dd. in d. c. ex-
tra de ſequeſt. poſſeſ. & fruct.* ita circa are-
ſtationem, reus in termino proponit ſuas
exceptiones adverſus areſtum, quod vi-
delicet areſtator illud non fuerit legiti-
mè proſecutus, item quod factum die fe-
riato, *contra l. fin. C. de feriis.* item contra
jacentem hæreditatem, *adverſus ea quæ tra-
didimus in ſecunda Parte hujus Operis, capite 3.
num. 414.* ideoque petit, areſtum relaxari,
vel nullum declarari, *Schurff. d. conſ. 15. nu.
8. cent. 3. & probatur per Conſtitutionem Ele-
ctoralem. 29. parte 1.* Quo caſu, ſi judex in-
terloquendo areſtum confirmet, proce-
ditur ordinario modò, ſicut in aliis cauſis,
uſque ad condemnationem vel abſolu-
tionem areſtati debitoris, argumento eo-
rum, quæ movet Ferrarienſis *in forma ſa-
xim. verb. audeat. num. 3. & probatur per con-
ſtit. elect. 29. parte 1.* Quartò circa for-
91 mam pronunciandi ſuper areſto, item ſe-
queſtro uſque ad finem cauſæ proſecuta-
to, nulla notatur diverſitas, ſicut enim
judex, in proceſſu ſequeſtrationis, cre-
ditore non probante de jure ſuo, ſeque-
ſtrum caſſat & reum abſolvit, *Ferrarienſis
in forma ſaxim verb. ſapiens. num. 1.* (non
92 enim debet ipſe cum rebus ſuis hærere
in perpetua quaſi cuſtodia. *Papienſis in for-
ma ſaxi menti verb. audeat. num. 4. per l. pe-
nul. C. de fidejuſſ. & l. ſi eo tempore. C. de re-
miſſ. pig.*) ita idem accidit in areſto noſtro
93 conſuetudinario. Quintò & ultimò, pro-
ut ſequeſtrum, item præceptum de non
alienando ſolvuntur ſatisdatione, *quem-
admodum ſuprà num. 81. & in ſecunda Parte
hujus Operis, capite 3 num. 48. probatum fuit,
tradit q; Panormit. in c. 2. in fin. extra de ſeq.
poſſ. & fruct. item Gallius obſerv. 148. num. 5.
lib. 1. per l. fin. C. de ordine cognit.* quam ſen-
tentiam a Doctoribus probari, & ſerva-
ri communiter in practica, refert Cur-
tius *de ſequeſt. quæſt. 2. num. 55.* pari modo
per omnia & hoc areſti impedimentum
eodem modo tollitur; oblata cautione
de ſtando juri, & judicato ſolvendo.
Schurffius d. conſil. 15. num. 15. cent. 3. Quod
94 quidem omni dubio caret, quando jus
actoris nondum eſt liquidum. *l. negan-
tes. 9. C. de act. & oblig. l. 1. C. de execut. rei
judic.* ſin verò alicujus res, vel etiam per-
ſona detineantur vel areſtentur pro debi-
to liquido & confeſſato ex inſtrumento
forte, habente executionem paratam ex
vi judicati, ſtatuti vel pacti, & eo quidem,
quod purè & præſenti die exigibile eſt,
non relaxatur areſtum, etiam per ſatisda-
tionem fidejuſſoriam, vel pignorum, ſed
debet præcisè ſolvere, vel adimplere id,
ad quod tenetur: *ita Panormitanus in c. quo-
niam frequenter. §. in aliis num. 3. & 4. extra
ut lite non conteſt. per c. ex parte 1. de verb.
ſig. l. ſi finita. 15. §. ſi quis damni. 30. cum l.
ſeq. de dam. infect. Jaſon in l. ſi fidejuſſor. 7.
§. fin num. 17. verſ. limita primo. & in l. 1.
num. 1. ff. qui ſatisdar. cog. Curtius de ſequeſt.
num. 55. per textum. l. ſi pecuniæ. 6. §. qui
fideicommiſſi. 1. ff. ut in poſſ. ſi leg. quem Bar-
tolus ibidem. & in l. conſentaneum. 8. num. 15.
C. quomodo & quando judex ſacticas non ha-
beri alibi. & idem Bartolus in l. properandum.
13. § ſin autem reus 3. num. 3. C. de judic.
& in l. ſi finita. 15. §. Julianus. 15. num. 34.
in fin. ff. de dam. infect. ac ſequitur Rebuffus
in ordin. regni Galliæ de literis obligat. artic.
11 gloſ. 3. num. 10. per gloſſam fin. in l. fin.
ſi cert. pet. & gloſſa verbo, ſatiſdatas in §. item
ſi de dote. Inſtit. de act. per c. Odoardus. extra
de ſolut.* Et eſt ratio deciſionis, quod præ- 95
tor noluit lites ex litibus oriri. *l. ſi ſe non
obtulit 4. § ait prætor. 3. ff. de re judic. l.
item liberatur. 6. §. 1. in quib. modu pig. vel hy-
poth. ſol.* unde Baldus ſcriptum reliquit,
quod condemnatus ad ſolvendum non
ſatisfaciat judicato, offerendo fidejuſſo- 96
res vel pignora. *Baldus in c. cum aliquibus.
in principio extra de re judic. ac facit l. termi-
nato 3. C. de fruct. & litig. expenſ. quo de te-
tigimus etiam in prima Parte hujus Operis, ca-
pite 6. num. 4.* niſi fortè ex inſtrumento
guarentigiato quis pro debito cujus ſo- 97
lutionis dies aut conditio nondum ve-
nit, areſtaretur, aut aliter detineretur
propter ſuſpicionem fugæ, vel negaretur
debitum, *argumento l. negantes. 9. C. de act.
& oblig. cum l. 1. C. de execut. rei judicat.*
tunc enim detentus relaxatur ſaltem cū
cautione de ſolvendo adveniente die, 98
vel exiſtente conditione. *Bart. in l. ſi debi-
tori 21. num. 2. & 3. ff. de judic.* Etſi verò
alias de jure civili, ex parte rei ſufficit ſo-
la cautio judicio ſiſti, abſque eo, quod
etiam caveatur de judicato ſolvendo, ſal-
tem de jure noviſſimo. *§. ſed hodie. Inſtitut.
de ſatisd.* imò de jure Saxonico regulariter
nulla prorſus exigitur cautio, ut quæ ex
parte conventi in noſtro foro planè receſ-
ſit ab uſu; *per ea quæ tradit Regulus noſter in*

proceſſu

99 *proceſſu, capite 46. num. 3.* tamen in termi-
nis areſti, item ſequeſtri, ſive ſint areſta-
tæ tes, ſive perſonæ debitorum, ex vi cō-
ſuetudinis, aut pacti, vel cujuscunque al-
rerius cauſæ, quæ etiam de jure civili re-
putatur pro legitima ad detinendum de-
bitores, eorumvé bona, nunquam relaxa-
tur areſtum ad oblationem ſimplicis cau-
tionis de ſiſtendo in judicio, niſi ſufficien-
ter ſatisdederit etiam de judicato ſolven-
do; quod ita quotidiè practicatur. *quæ de
re videantur etiam ſuperiùs tradita Parte ſe-
cunda, capite primo, num. 97.*

Areſtum vel ſequeſtrum quomodo relaxetur.

100 Sed, an ſufficiat cautio juratoria ad re-
laxandum areſtum vel ſequeſtrum; quod
intenditur foreoſi ſuper debito negato,
ad finem proſecentionis cauſæ, ut certus
ſit actor, reum medio tempore non fugi-
turum, ſed ſtaturum eſſe juri, donec lis
determinetur per ſententiam, magis eſt
dubitabile? Speculator *de ſeq. poſſeſ. §. 1.
num. 2. per l. 2 ad fin. C. de debitor. civit. lib.
10.* decidit, juratoriam non ſufficere. *eum-
que ſequuntur Ioan. de Imola in c. 2. ibidemq;
Anton. de Butrienſ. num. 7. & Panorm. 25. ex-
tra de ſeq. poſſeſ. & fruct.* Baldus *in l. fin. nu.
2. & 3. C. de ord. cog.* ubi tradit regulam,
tanquam generalem, pro creditoribus,
quòd, ubicunque alio modo ipſis poteſt
eſſe conſultum quam per juratoriam cau-
101 tionem, nunquam debent ſeſe commit-
tere fragilitati hujus cautionis. *Iaſ. in d. l.
num. 23. fallen. 11. & 12. qui ſatisdar. cog. poſt
Baldum, Angelum & alios in l. filiusfamilias.
114. §. divi. de legat. 2.* Curt. *de ſequeſtr. num.
55. & 56. Bartol. in l. litib. 20. num. 8. C. de
agric. & cenſit. lib. 10. Anton. Butrienſ. in c.
2. num. 7. & ibi Panorm. 19. extra de ſequeſt.
poſſeſ. & fruct. ac facit l. qui ita 56. §. etiam
abſentis. verſ. ſed dicendum eſt & l. cogi. 17. §.
idem quærit, ſi quis paratus. 14. ff. ad S C. Tre-
bell. num.* Cumque per remedium ſeque-
ſtrationis, areſti, & ſimilium, creditor
quodammodo ex perſona ſequeſtri vel
commiſſarii, ipſemet incumbat rei, in qua
plùs cautionis eſt, quàm in perſona. *l. plùs
cautionis. 25. de reg. jur.* meritò non evitat
ſequeſtrationem vel areſtum debitor, per
oblationem cautionis juratoriæ, ac profi-
tetur Albericus de Roſate, quod iſtud vi-
derit communiter practicari, ſi debitor
ad ſatisdandum idoneus non extiterit,
quòd proceſſum fuit ad ſequeſtrationem.
Alberic. d. l. ſi fidejuſſor. 7. §. fin. num. 4. in fin.
102 *ubi etiam Iaſ. num. 16.* Quod planè indubi-
tatum eſt, ſi propter malos & corruptos
mores non reperiat detentus fidejuſſores:
ſecùs, ſi aliter ſatisdare non poſſit, vel
propter paupertatem, vel, quia forenſis
eſt, tunc enim præſtita ſaltem juratoria
cautione, relaxari debet. *Angelus in §. item
ſi de dote num. 1. Inſtit. de act.* maximè ſi per-
ſona offerens ſe ad juratoriam cautionē,
aliàs vitæ integræ & probatæ exiſtima-
tionis fuerit. [*text. in l. ſi. cui. 7. §. 1. ff. de
accuſat. l. tutor. 3. §. ſi curator. 11. ff. de ſuſpect.*]
*tut. Bart. in l. uſufructu. 9. num. 6. verſ. aut
non eſt perſona ſuſpecta. C. de uſufruct. per l.
tùm non facilè. 6. ff. ſi cui plus quam per legem
Falcidiam. ubi habetur: eum qui non poteſt præ-
ſtare fidejuſſores, committi juratoriæ cautioni.
ac facit l. 1. §. ſi verò. C. de aſſer toll.* Et id com-
muniter ita obſervari, refert Curtius *de ſe-
queſt. quæſt. 2. nu. 55.* & ſecundùm hanc di-
ſtinctionem fuiſſe etiam pronunciatum
in Camera imperiali, teſtatur Gailius [illegible]-
is obſer. pract. obſer. 248. nu. 6. lib. 1. Quod [illegible]
ad determinationem quæſtionis, quæ nu-
per admodùm nobis propoſita fuit in hoc
Dicaſterio, ubi quidam Roſſellenſis è re-
gno Galliæ, per civitatem B. ad inſtantiam
quorundam civium ex maritimis oppidis
inferioris Saxoniæ, detinebatur in cuſto-
dia, pro cauſa civili, actoribus petentibus
reſtitutionem mercium & navis, aut pre-
tii inde redacti, ob piraticam, quam capti-
vus non procul à Lyſibona in naves acto-
rum inſimulabatur exercuiſſe. Is quan-
tumvis in Gallia ſufficienter poſſeſſiona-
tus eſſet, tamen, cùm in loco judicii con-
tra ipſum agitati non inveniret fidejuſſo-
res, cum quibus præſtaret ſatisdationem
pro obtinenda relaxatione carceris, idem-
què conſtanter negaret intentatam pira-
ticam, obtulit ſe ad cautionem, quam po-
terat, puta juratoriam, ſuper quo conſul-
ti de jure, anno 1581. menſe Martio, ci-
vitati B. reſpondimus, cum audiendum
eſſe cum cautione juratoria, ita tamen,
ut ea præſtaretur cum obligatione & hy-
potheca ſuorum bonorum alibi habito-
rum. De primò probatur per id, quod 103
ſuperiùs attigimus, quando impotentia
ſatisdandi procedit ob paupertatem, vel
ex eo, quia reus forenſis eſt, & aliàs incul-
patæ vitæ, tunc captivus venit relaxandus
ſub cautione juratoria. *Alexander de Imola
in d. l. 1. nu. 17. & ibi Iaſ. 23. in 7. limitat. & in
d. l. ſi fideiuſſor 7. §. f. nu. 17. & 18. qui ſatisd.
cog. ac plenius Baldus in auth. cui relictum. nu.
7 9. & 10. C. de indict. vid toll.* Maxima ſiqui-
dem pietas eſt, quæ pro paupertate facit. 104
Baldus

Baldus in d. auth. cui relictum num. 9. per l. qui ſitum. ſ. 1. ibi: egeſtatem prætendebat. ff. ad SC. Trebellianum. item pro peregrinis qui
105 habent etiam ſpeciale privilegium, ut ſint ſub protectione Eccleſiæ. *Innocentius in c. ſignificantibus, extra de offic. deleg. per c. ſi quis Romipetas & peregrinos. 24. quæſt. 3. ac facit auth. omnes peregrini ubi etiam notat Baldus num. 2. & 3. C. communia de ſucceſſ.* Secùs, ſi
106 propter corruptos mores, vel ob ſuſpicionem fugæ, fidejuſſores non inveniant. *Baldus d. auth. cui num. 9. Alexand. d. l. 1. nu. 17. ibiq; Iaſon 13. qui ſatisd. cog.* Et hanc diſtinctionem, an videlicet propter ſuſpicionem dilapidationis, aut fugæ, & ſic ob corruptos mores, non inveniat fidejuſſorem reus, ut tunc juratæ cautioni locus non ſit ad relaxationem carceris, aut ateſti, & ſecùs eſſe, ſi ob ſolam paupertatem, & quia forenſis aut extraneus eſt, fidejuſſores non reperit, probat etiam & ſequitur Caccialupus de debitore ſuſpecto *quæſt. 11 princ. nu. 9. & Gailius d. obſer 148. n. 6. lib. 1.* Quantumvis autem Iaſon *in alleg. l. 1. num. 33. fall. 11. qui ſatisd. cog.* videatur ſibi in hoc contrarius, dùm indiſtinctè tenet, non revocari ſequeſtrum per cautionem juratoriam, *quod idem etiam tradit in d. l. ſi fidejuſſor. 7. ſ. f. nu. 18. allegando Albericũ in d ſ f. nu. 4. circa finem*: tamen quia expreſſim loquitur Albericus de debitore ſuſpecto, & forte ſimul ibi liquidè conſtabat de debito, igitur & Iaſonis dictum in iisdem terminis intelligendum eſt, ſicut in planè ſimilimis terminis, de fuga, *differit etiam Caccialupus de debit. ſuſpect. quæſt. 9. princ. num. 7.* Quod autem cautio juratoria, 107
cum obligatione vel hypothecatione bonorum alibi habitorum, impoſita fuit dicto captivo, iſtud fecimus authoritate Baldi *in d. auth. cui relictum num 9. & gloſſæ in auth. generaliter. verſ & fidejuſſorem. C. de. Epiſ. & Cler.* ubi traditur: quod, qui non poteſt præſtare ſatisdationem fidejuſſoriam, puta, quia forenſis eſt, debet eam promittere cum juramento, & obligatione ſuorum bonorum. *per l. omnes qui 33. ſ. in hac autem inclyta 3. circa f. in verb. aut facultatum ſuarũ obligationibus committantur. C. eod. tit. ac ſequitur Iaſon in l. ſciendum. 15. ſ. poſſeſſor. nu. 8. circa f. & Bartolus in d. l. 1. nu. 3. verſ. intelligo tamen. ff. qui ſatisd. cog. & Abbas in c. 2. num. 25 extra de ſeq. poſſ. & fruct.* De effectu autem juris retentionis, præcepti executivi, cum vel ſine clauſula juſtificatoria, item pignorationis, & repræſaliarum, item quomodo hæc remedia inter ſe, & à ſequeſtratione differant, remitto me ad ea, quæ *in prima Parte hujus Operis capite ſecundo num. 214. & ſequentibus, item num. 264. & 286. item 296. cum ſequentibus* copioſè fuerunt annotata.

SUMMARIUM CAPITIS XII.

1. *Pactum vel ſtatutum, de ingrediendo bona debitoris in caſu moræ, obligat debitorem ad præſtandam patientiam ingrediendi, & æquiparatur præſidali juſſioni. 2 & 12.*
3. *Statutum vel conſuetudo vim juris communis habent in locis ubi vigent.*
4. *Pacti virtute ingreſſus poſſeſſionem fit cuſtos tantùm, idq; ob rationem quæ ponitur num. 14. & acquirit aſininam detentionem vel tædialem. 45. quamvis contrarium alii teneant num. 6. quorum ſententia reprobatur. 26.*
5. *Poſſidere & in poſſeſſione eſſe diverſa ſunt. 7. 54.*
8. *Poſſeſſionem alienam ingredi impunè licet, dummodò deſit animus acquirendi jus in re.*
9. *Intellectus l. creditor. ſ. pòſt diviſionem. ff. de pignor.*
10. *Cohæredis unius oppignoratio facit, ut jus pignoris, etiam pòſt ſolutam cõmunionem hæreat adhuc in parte cohæredum, licet ipſi nihil oppignoraverint.*
13. *Poſſeſſio & detentio quid inter ſe differant.*
14. *Cauſæ & cauſati par eſt virtus.*
15. *Traditio nuda abſq; titulo non transfert dominium.*
16. *Ratio nuda, non conſtituit quem debitorem.*
17. *Poſſeſſio in dubio non transfertur, niſi conſtet de animo abdicantis eam.*
18. *Unus & idem actus ſecundum diverſam intentionem agentium, diverſos producit effectus.*
19. *Diverſitas vocabulorum denotat diverſitatem rerum, ac proinde aliud eſt ingredi, aliud adipiſci poſſeſſionem.*
20. *Adverſativa adverſatur præcedentibus in jure & facto. & num. 99.*

22. *Interpretatio diſpoſitionis ambiguæ fit contra eum, qui legem contractui appoſuit, item, ut minùs noceat parti debitrici.* 21.

23. *Ingreſſus alieni fundi contra voluntatem domini prohibetur, niſi quatenùs familiaritatis aut amicitiæ cauſa à domino permittitur* 24.

25. *Poſſeſſionem noſtram turbans, tenetur injuriarum, item Interdicto unde vi.*

27. *Miſſus in poſſeſſionem fundi debitoris efficitur poſſeſſor, & fructus percipit, ſi ob non ſolutum creditum aliàs liquidum ſit miſſus num.* 30. *item quando agit hypothecaria. num.* 32. *item, ſi ratione non præſtitæ cautionis ipſe ſit miſſus. num.* 29. *vel ſi dominus intermittat culturam. nu.* 33. *&* 47. *poteſt etiam idem iſto caſu petere curatorem bonis dari.* 51.

28 *Æquiparatorum par eſt ratio.*

31. *Miſſio in poſſeſſionem, ſive ex cauſa crediti, ſive ex cauſa non præſtitæ cautionis pro legato, æquiparantur.*

34. *Miſſus quo caſu fructus percipit, hoc intelligendum eſt, ut tamen percepti fructus minuant ſortem.*

35. *Miſſus in poſſeſſionem bonorum conventi, ſi pergat eſſe contumax, jubetur per prætorem, etiam ante annum, poſſidere & fructus percipere. & num.*47.

36. *Contumatia adaucta meretur graviores pœnas.* 37.

38. *Ingreſſus alienæ poſſeſſionis ex vi pacti vel ſtatuti, non operatur niſi nudam cuſtodiam, & meretur tuitionem judicis non aliter, ac ſi per prætorem immiſſus fuiſſet.* 39. *quod verum eſt in ingreſſu ſuper actione perſonali, ſecus in reali num* 52. *cujus tamen contrarium tenent communiter Canoniſtæ.* 53. *author verò noſter cum Speculatore diſtinctionẽ iſtã retinet.* 55.

40. *Creditori occupanti bona debitoris ex pacto vel ſtatuto, vel etiam ex immiſſione judicis, non licet dominum expellere, niſi judex ex juſta cauſa dominum è poſſeſſione diſcedere jubeat.* 41.

42. *Creditori occupanti alienam poſſeſſionem, ſi turbetur, non competit interdictum uti poſſidetis, quia non poſſidet, ſed dominus: niſi ex pacto vel ſtatuto ipſi permiſſa foret non tantùm licentia ingrediendi, ſed & acquirendi poſſeſſionem. num,* 68.

43. *Dominus manet poſſeſſor rei, quam ingreſſus eſt creditor, accolit agros & lucratur fructus.*

44. *Creditor ex pacto, vel ex capite contumaciæ ingreſſus debitoris bona, fructus, qui ſuperſunt ultrà neceſſaria alimenta, ſervat, ne conſumantur, & num.*46. *qui tamen mora deteriores facti ſunt, tum authoritate judicis vendi poſſunt.*48.

46. *Creditor ingreſſus bona debitoris, non debet alimenta ex iis percipere.*

49. *Adminiſtrator depoſita adminiſtratione reddit rationem, etiam de fructibus perceptis, à quibus tamen deducit impenſas.*

50. *Impenſæ factæ ſuper pignore prætorio vel conventionali, per creditorem petuntur contraria pigneraticia.*

56. *Miſſus in poſſeſſionem pro cauſa contumaciæ tàm in reali quàm perſonali judicio efficitur poſſeſſor, niſi contumax probet de legitimis impedimentis.*

57. *Miſſus ex primo decreto vel aliter ex vi pacti vel ſtatuti ingreſſus in poſſeſſionem rei mobilis debitoris, fit poſſeſſor.*

58. *Diſtinctio inter res mobiles & immobiles ex miſſione iſta retinenda, & , jura juribus concordanda, ut vitetur LL. correctio.*59.

60. *Contumatia rei aggravat decretum prætoris.*

61. *Contentione inter miſſum & dominum orta, judex interponit ſuas partes, quis poſſidere debeat.*

72. *Creditor, virtute pacti vel ſtatuti, ingreſſus poſſeſſionem bonorum debitoris, cùm licentia tamen judicis, fit poſſeſſor.*

63. Debet, *eſt verbum neceſſitativum.*

64. *Acquiſitio & adeptio poſſeſſionis ſunt ſynonyma*

65. *Creditor qui vult ex licentia permiſſi ingreſſus acquirere poſſeſſionem, is debet impetrare ad hoc licentiam judicis, citato videntes adverſario.*

66. *Libelli oblatio an ſit neceſſaria circa aditionem judicis, à quo petit creditor licentiã ingrediendi, quæ aliàs ſibi fuit permiſſa ex pacto vel ſtatuto? cum communi contra opinionem Bart. tranſit author, cui & aſtipulatur uſus fori Saxonici.* 67.

68. *Creditor qui ex ſtatuto vel pacto habet licentiam ingrediendi, & lucrandi fructus, pòſt ingreſſum fit poſſeſſor, idemq́; eſt, ſi pactum vel ſtatutum dictaret, quòd poſt mortem liceat creditori ingredi & acquirere poſſeſſionem bonorum debitoris.* 69.

70. *Creditori ingreſſo ex pacto vel ſtatuto non eſt neceſſe proteſtari, quòd iſtum introitũ faciat pro juris ſui conſervatione.*

71. *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

72. *Actus qui duplici modo, licitè & illicitè geſtus accipi poteſt, intelligitur licito modo celebra-*

celebratus, dummodò palàm ſit celebratus, aliàs ſecus. 74.

73. *Animus declaratur per interpretationem ejus qui actum fecit.*

76. *Pignoris contractus admittit omnia pacta, quæ non expreſſe reperiuntur prohibita.*

77. *Pactum, quod creditor in eventum non factæ ſolutionis, habeat pignus in ſolutum pro debito. non valet: niſi diceretur, quòd veniat æſtimandum juſto pretio, num 75.*

78. *Pignus rei ſuæ non conſiſtit.*

79. *Pactum legis commiſſoriæ in pignoribus reprobatur, ſecùs in contractu emti. 80.*

81. *Pactum de lucrandis fructibus absq; eo, quod deducantur à ſorte, an valeat?*

82. *Pignoris conventio, præcedens pactum vel ſtatutum de ingrediendo bona debitoris pòſt moram ingreſſo tribuit poſſeßionem.*

83. *Poſſeßionis circa acquiſitionem, animus tradentis & accipientis inſpicitur.*

84. *Propoſitum & voluntas diſtinguunt hominum actus.*

85. *Factorum qualitas deſcribit qualitatem intellectus.*

86. *Pignoris conventionem, ſi ſubſequatur ingreſſus creditoris ex pacto dicitur acquiſitum ingreſſo pignus conventionale.*

87. *Conventionalis pignoris poſſeſſio apprehenſa ſemel, naturaliter & civiliter exiſtit penes creditorem, idemq; eſt de ingreſſu, qui ſequitur ex conventione partis in res obligatas.*

88. *Conſtitutum transfert poſſeſſionem naturalem & civilem in creditorem. & 97.*

89. *Precarium transfert civilem poſſeßionem naturali retenta penes precario rogantem.*

90. *Creditor habens poſſeßionem bonorum debitoris, per viam conſtituti vel precarii in ſe translatam, & rectè ingreditur pòſt moram, etiam interverſa poſſeſſione. 91. & ingreſſus naturaliter & civiliter poſſidet. 92 & 94.*

93. *Poſſeßionem conſtitutam habenti qui ſe opponit, non dicitur defendere, ſed offendere.*

95. Vendidit & tradidit, *verba, tribuunt emtori poteſtatem occupandi rem emtam, etiam propria authoritate.*

96. *Emphyteuta non tantùm poßidet rem emphyteuticam, ſed etiam dominus utilis eſt.*

98. *Poſſeßionis ſuæ cauſam nemo ſibi mutare poteſt.*

100. *Miſſus ex re judicata fit poſſeſſor, licet communius ſit in contrarium. 101. 107.*

102. *Inſtrumentorũ executivorum virtute miſſus in poſſeßionem bonorum debitoris per judicem, vel ingreſſus privatim, de licentia tamen judicis, fit poſſeſſor, e 17.*

103. *Judicatum non dicitur quod ſuſpenditur per appellationem.*

104. *Appellatio reducit cauſam ad eum ſtatum, in quo erat pòſt litem conteſtatam.*

105. *Pignus judiciale æquiparatur conventionali, adeò, ut prior tempore præferatur poſteriori.*

106. *Prætorio in pignore priùs miſſus non præfertur poſteriori creditori.*

108. *Sententia fruſtrà fertur, niſi debitè mandetur executioni.*

109. *Separatorum ſeparata eſt ratio.*

110. *Miſſus ex re judicata uſucapit.*

111. *Præſcriptio præſupponit poſſeßionem.*

112. *Diverſitas rubricarum arguit diverſitatem rerum.*

113. *Pignus judiciale à judicato non à judice denominatur.*

114. *Mißis ex judicato datur interdictum, uti poßidetis, ſecùs in mißis ex primo decreto.*

115. *Miſſus ex judicato indubitatè efficitur poſſeſſor de jure Saxonico.*

116. *Statutum, quod miſſus ex primo decreto lucratur fructus, jure probatur.*

117. *Inſtrumenta paratam executionem permittentia transferunt in ingreſſum verã poſſeßionem.*

118. *Creditor immiſſus, quo caſu, dicitur poſſeſſor & lucrari fructus, eatenus deducit illas deinceps à ſorte.*

119. *Creditor ingreſſus poſſeßionem bonorum debitoris ex vi pacti vel ſtatuti, in certis caſibus fit poſſeſſor, quo ad omnia, excepta cauſa uſucapionis & ſatisdationis.*

CAPUT DUODECIMUM.

DE CAUSA FINALI ET UTILITATE PACTI VEL ſtatuti, concepti de ingrediendo vel occupando poſſeſſionem bonorum obligati.

De vi pacti executivi.

QUIA HACTENUS IN SPEcie tractavimus de utilitate manusinjectionis, quæ fit per viam executionis publicæ, & quæ in captione pignorum conſiſtit, *cap 9. præcedenti*, item miſſionis in poſſeſsionem bonorum, *cap. 10.* item ſequeſtrationis, & præcepti de non alienando, ſicût & areſti noſtri Saxonici ſpecialis vel conſuetudinarii: dicendum aliquid reſtat, de effectu pacti vel ſtatuti, dictantis, liberum fore creditori, ut poſt moram ingrediatur & occupet bona debitoris etiam propria authoritate. Et hic duo in dubium veniunt: primò cujus effectus ſit illa licentia ingrediendi? & deinde, cujus effectus ſit ingreſſus, virtute conventionis vel ſtatuti ſubſecutus? De priore quæſtione teneatur breviter,
1 quòd conventio vel ſtatutum, de ingrediendo bona debitoris propria authoritate, obliget ipſum ad præſtandam patientiam creditori, volenti ingredi poſſeſſionem, ut videlicet ſine obligati impedimento, intrare poſſeſſionem queat. *ita Bartol. in d. l. creditores. 3. num. 20. C de pignor.* hoc eſt, ne creditori, intendenti juxta pactum vel ſtatutum occupare bona obligati, ipſe contradicat, neque ſe opponat facto vel verbis, cùm iſtud pactum
2 de ingrediendo æquiparetur præſidali juſsioni *l. pen. C. de pign. ad l. 1. C. ſi in cauſa jud. l. dotis. C. ſolut. matrim. & d. l. creditores 3. ubi notant omnes Dd. C. de pign. cum ſimilibus.* Illi autem, qui intrat poſſeſsionem ex decreto judicis, nulla debet creari moleſtia, vel impedimentum *l. permiſceri 52. §. ſpecies 2. ibi: prohibere ingrediendi vim fieri. ff. de acquir. poſſeſ. l. injuriarum. 13. §. ſi quis me. verſ. aut ſi quis mea te me uti non permittat de injur. l. 1. ne vis fiat ei qui in poſ-*
3 *ſeſſ. miſſus eſt.* De ſtatuto verò, vel conſuetudine, permittente ingrediendi licentiam minùs dubii eſt, cùm ea vim juris communis in loco, ubi vigent, habeant, *l. cunctos populos. 1. & ibi omnes Dd. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. l. omnes populi. 9. ff. de juſt. & jur. & l. de quibus. 32. de ll. per venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædiorum.*

De poſteriori, puta, ubi quærimus de effectu ingreſſus, virtute legis municipalis vel conventionis ſubſecuti, diverſa eſt Legiſtarũ ſententia. Aliqui enim in ea o-
pinione ſunt, quòd licentia de ingredien- 4
do etiam poſt ingreſſum, non tribuat occupanti poſſeſſionem, cum aliud ſit, eſſe in poſſeſſione, & aliud, poſſidere. *gl. in l. creditores. 3. verb. debent ibidemq́; Bartolus in ſecunda repetitione. num. 4. C. de pignor.* quod mandat teneri mente, quia novum eſt, ſecundum eum, *quem ſequitur etiam Albericus de Roſate eo ipſo in loco. num. 8.* Et hanc ſententiam in ingrediente ex vi pacti vel ſtatuti ſuper actione perſonali, competente creditori, probat etiam Salic. *in d. l. creditores. 3. nu 9 verſ. dico igitur. ſic & in effectu idem ſentit Neguzan. de pignor. quarta parte principali. nu. 10.* adeò, ut ingreſſus ex vi pacti vel ſtatuti, de nudo ingreſſu concepti, ſi deinceps velit ſe gerere, tanquam poſſeſſorem, in bonis propria authoritate occupatis, non effugeret pœnam violentiæ *Negu. ubi proxime num 9 & 10.* cum ut paulò antè notabatur, diverſa ſint, ingredi, & acquirere vel adipiſci poſſeſſionem. *l. 3. §. fin. de acquit. poſſ. l. cum legatorum 12. quibus ex cauſu in poſſ. eatur l. 2. pro harede in princ.* Ali-
ud namq; conſequitur, qui ingreditur, 5
quam qui acquirit poſſeſſionem, & poſſidet. *l. ut cui in princ. & §. qui legatorum. ut in poſſeſſionem leg. ac facit bonus tex in l. ſi quis an-*
te 10. de acquir poſſeſſ. Aliqui verò contrari- 6
um ſentiunt, puta, quamvis licentia, in eventum non factæ ſolutionis tributa creditoribus, ſonet tantùm de ingreſſu: tamē vocabulo *Ingrediendi*, comprehendi nonmodò nudum ingreſſum, ſed etjam poteſtatem adipiſcendi poſſeſſionem. *Bald.*
in d. l. creditores 3. nu. 3. Neque obſtar, ſecun- 7
dùm eos, quod diverſa ſint, exiſtere in poſſeſſione, & poſſidere, *d. l. 3. §. fin.* quia reſpondent ipſi, plùs eſſe ingredi poſſeſſionem, quàm in poſſeſſione eſſe: & ſic volunt innuere, quòd habens licentiam ingrediendi, poſt ingreſſum eodem modo acquirat poſſeſſionem, atq; ſi facultas non tantùm ingrediendi, ſed & acquirendi poſſeſſionem ipſi permiſſa foret. *Bald. ubi ſupra. & ſequitur Ang. de Peruſ.* qui addit: ridiculum eſſe, ſi dicamus, eum qui habet poteſtatem ingrediendi, poſt ingreſſum non acquire-

re poſ-

re poſſeſſionem. *Ang. d. l. creditores. 3. nu.3.*
8 quia & aliter ingrediens alienam poſſeſ-
ſionem, quantumvis nullam licentiam
habeat, ſi non facit animo acquirendi
poſſeſſionem, non peccat. *argumento l. 3.*
ff. de acquir rer. dom. cum quibus videtur
tranſire etiam Menochius *de adipiſc. poſſ.*
remed. 5. num. 6. allegat Salicetum in d. l. cre-
ditores. 3. num. 9. qui tamen in contraria eſt
opinione, ut ſuperiùs oſtendi. Sed idem di-
ctum Baldi exclamat tanquam ſingulare
Franciſcus de Crema *in ſuis ſingularibus,*
ſing. 5. ubi concludit, ſi feci tecum pa-
ctum, quod in caſu non ſolutæ pecuniæ
ad certum diem, liceat mihi ingredi bo-
na tua propria authoritate, quantumvis
de pignore nihil expreſſum ſit, hypothe-
cæ tamen jus contractum intelligi, per
9 textum *l. creditor. quæ eſt lex tertia. §. pòſt*
diviſionem. ff. qui potior. in pignor. hab. qui
tamen mihi non videtur hoc probare, ad
quod adducitur per Cremenſem. Primo
namque illud pactum non fuit ſimplici-
ter conceptum de ingrediendo bona fra-
tris, in eventum non factæ ſolutionis, ſed
de vendendo, in verb: quod partem di-
midiã alter diſtraheret, quo caſu reſpon-
det Juriſconſultus *in d. §. pòſt diviſionem,*
pignus contractum intelligi. De quo ſanè
vel ideò minùs mirum eſt, cùm poteſtas
vendendi, per modum quaſi neceſſarii
antecedentis inferat, ſi non jus dominii,
ſaltem pignoris, ei cui hæc licentia alie-
nandi permittitur à domino, attributum
fuiſſe, cujus contrarium evenit in pacto
ingrediendi, per quod non ita liberum
confertur arbitrium diſponendi de re a-
liena pro beneplacito creditoris. Deinde
10 ſpeciale videtur eſſe, *in d. §. pòſt diviſionem.*
quòd pactum de vendendo bona promiſ-
ſoris, tribuat ſtipulatori jus pignoris, ra-
tione videlicet cõmunionis, quæ erat in-
ter fratres tanquam cohæredes, & hanc
ſolutionem innuit alibi *IC: in l. ſi quis pu-*
tans. 6. §. ſi communis fundus. 8. com divid.
ubi habetur: quando unus cohæredum
fundum communem oppignorat, etiamſi
recedatur à cõmunione, ita, ut totus fun-
dus, vel pars fundi adjudicetur ei, qui non
pignoravit, jus tamen pignoris durare
creditori, non tantùm in ea parte, quæ pi-
gnoratori obvenit, ſed utriuſq; partem
pro indiviſo manere obligatam credito-
ri. *per l. ſi conſenſit. 7. §. fin. quib. mod. pignus*
vel hypoth. ſol. Itaque *in d. §. pòſt diviſionem,*
unus cohæres voluit eſſe ſecurus de ſua
parte, ne diotiùs hæreret in illa credito-
ri pignus, eoque nomine ſtipulatus fuit
licentiam vendendi alteram medietatem
fundi, qui adjudicabatur fratri, ut redacta
ex venditione alterius medietatis pecu-
nia, ipſemet creditori ſatisfaceret, & ſic
in totum liberaret partem fundi, ſibi per
judicem familiæ herciſcundæ adjudicati,
ab omni onere & nexu pignoris, *per l. ſi-*
cut re corporali. §. illud videamus. 8. cum §. tu-
tius tamen eſt 10. quibus mod. pig. vel hypoc.
ſol. Et hunc intellectum *ad d. §. pòſt divi-*
ſionem, qui eſt difficilis & ſubtilis, tenet
Angel. de Peruſ. ibidem. Ideò quicquid 11
ſit, Bartoli ſententia mihi videtur verior
eſſe, quòd nimirùm creditor, cui à ſtatu-
to vel homine tributa eſt licentia ingre-
diendi poſſeſſionem bonorum debitoris,
pòſt ingreſſum ſubſecutum fit tantùm
cuſtos rerum, quas apprehendit, & nihil
aliud conſequitur, niſi detentationem,
ut vocant, aſininam. *Bartol. d. l. creditores.*
3. ubi ſupra num. 4. & ibi Salic. 9. Albericus de
Roſate 8. Neguzant. de pignor. quarta Parte
principali num. 10. Salic. in auth. & qui jurat.
num. 22. & 54. C. de bonis autor. jud. poſſid.
Ac, quòd permiſſus de ingrediendo poſ-
ſeſſionem bonorum alterius, pòſt ingreſ-
ſum non operetur translationem poſſeſ-
ſionis, tenet etiam Bartolus *in l. prædia.*
48. num. 3. ff. de acquir. poſſ. quem ſequitur
Molinæus in conſuetud. Pariſ. tit. 2. §. 55. nu.
33. allegando Iaſonem conſ. 145. coll. 5. vol. 1.

Idq; vel inde probatur, quod, *ut ſupra*
num. 5. diximus, conventio partium, &
præſidalis juſſio æquiparantur. *l. pignoris* 12
cauſa 55. C. de pignor. act. l. 1. C. ſi in cauſa
jud. pignus captum ſit. ſed juſſus poſſidere
bona debitoris per prætorem, ſive ex ca-
pite contumaciæ ſive rerum ſervandarũ
cauſa, nihil acquirit præter nudam tenu-
tam. *l. poſſideri 3. §. fin. cum l. ſi quis ante 10.*
ff. de acquir. poſſ. l. patrem. 19. quæ in fraud.
cred. l. 1. l. cùm legatorum 12. l. Fulcinius 7.
quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur. l. 2. pro hærede
l. is cui. 5. in princ. & §. quati. 21. & §. Qui
legatorum. 22. ut in poſſeſ. legat. ſervand. cau-
ſa. l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. de dam. infect.
l. cum proponas. 9. C. de bon. auth. judic. poſſid.
l. quis legato. 5. C. ut in poſſeſ. leg. ſervand.
cauſa 6. quoniam. §. alius. extra ut lite non con-
teſt. quod & Speculator tenet in tit. de primo de-
creto. §. jam de effectu. num. 6. Detentio ve- 13
rò & poſſeſsio multùm inter ſe differunt,
eò, quòd hæc plùs juris, illa verò plùs

facti habeat, *ſecundùm Alexandrum de Imola*
in l. quod meo. 18. num. 26. & in l. 1. in princ.
de acquir. poſſeſſ. ac facit l. ſtipulatio iſta 38. §.
hac quoq; 7. in verbis: licet poſſidere non poſſint,
tenere tamen eos dubitat nemo, de verb. oblig.
[Item verbum *Poſſidere*, intelligitur ci-
viliter, niſi perſonæ conditio faciat in-
telligi de naturali detentatione.] Et, qua-
re ingrediens iſto caſu nihil aliud, quàm
cuſtodiam rerum adipiſcatur, in promtu
ratio eſt, quòd ingreſſus, qui ſubſequitur
in vim pacti, quantumvis iſta patientia
inſtar traditionis habeatur, tamen non
plus operetur, quam cauſa, ob quam per-
mittitur occupatio, cùm cauſati & cauſæ
par ſit virtus. *l. manumiſſiones 4. ff. de juſt.*
& jur. cauſa ſiquidem infert effectum
ſuum. *Baldus in l. per diverſas. 22. num. 15. C.*
24 *mandati*, & effectus habet ſuam influen-
tiam à prima cauſa. *l. ſi quis domum. 9. ff.*
locati. omniaque ad id referuntur, unde
vim capiunt & originem. *Aymon Craveta*
de antiquitate temporum parte 4. ſect. 5. num.
308. per l. Peto 69. § prædium. ff. de leg. 2.
l. in ratione 4. § ſi ſilio. 6. ad l. Falcidiam.
25 Sicut autem nuda traditio non transferre
dominium, niſi venditio, vel alia juſta
cauſſa præceſſerit vel ſupervenerit *l. nun-*
quam nuda 31. de acquir. dom. & nuda ra-
26 tio non conſtituit quem debitorem, *l. nu-*
da. 26. de donat. l. 2. §. circa. de except. doli.
[quia non intervenit conſenſus duorum
vel pactio, vel contractus, ſicut aliàs di-
citur reſpectivè nudum aliquid, *l. nuda 55.*
ff. de contrah. emt. l. traditionibus 20. C. de
pact.] ita eodem modo poſſeſſio nō trans-
fertur (intelligendo de poſſeſſione, quæ
eſt legitima & quam ſequitur juris effe-
ctus, *ſecundùm Iaſonem in l. 3. §. fin. nu. 3. de*
acquir. poſſeſſ.) niſi evidenter appareat, de-
27 bitorem voluiſſe poſſeſſionem in acci-
pientem devolvere (quod ex verbis ſo-
nantibus de ingreſſu verificari nequit,
per ea. quæ tradidimus in ſecunda Parte capite
3. num. 230. & 255. item ſupra num. 4. ac plu-
ribus aliis in locis Operis noſtri.) Accedit quod
Felinus *in c. examinata, num. 10. extra de ju-*
diciis, ſcriptum reliquit, animum perden-
dæ poſſeſſionis in dubio non præſumi, ni-
ſi conſtet de cauſa extrinſeca, allegat Bar-
tolum *in l. ſi de eo. in princ. de acquir. poſſeſſ.*
ubi tamen nihil hujus dicit, licet in ſe
vera ſit illa concluſio, quòd traditio in
dubio non præſumatur facta eſſe animo
abdicandæ à ſe, & in accipientem deri-
vandæ vel transferendæ poſſeſſionis; ſed
tantùm cauſa cuſtodiæ, niſi præcedat ti-
tulus habilis & aptus ad transferendam
poſſeſſionem, *prout notat gloſſa parvula in l.*
cum pater. 77. §. pater pluribus. 21. eamq; pro-
bat Bartolus ibi. num. 3. & Alberic. 1. de le-
gat. Unus enim & idem actus, ſecundùm 28
diverſam intentionem agentium, diver-
ſos producit effectus. *l. non omnis. 19. in*
princ. ſi cert. pet. l. obligationum ſubſtantia. 3.
§. fin. de action. & obligat. Ex quo itaque
pactum, vel ſtatutum in propoſito noſtro
conceptum eſt de ingrediendo poſſeſſio-
nem; ingreſſus ſubſecutus non plùs trans-
fert, quam proprietas verborum patitur.
l. non aliter. 69. de legat. 3. l. Labeo 7. de ſup-
pel. leg. Aliud enim conſequitur, qui in-
trat poſſeſſionem, & aliud, qui poſſidet,
Neguzant. de pignor. quarta parte principali
num. 10. ac facit l. qui jure familiaritatis. 41.
ibi: qui fundum amici ingreditur, non intelli-
gitur poſſidere, quia eo animo ingreſſus non eſt,
ut poſſideat, licet corpore in fundo ſit, de acquir.
poſſ. Pro qua etiam opinione militare vi-
detur textus quaſi expreſſus *in noſtra l. cre-*
ditores 3. in princip. ibi: ingredi poſſeſſionem,
juncto fine, in illis verbis: poſſeſſionem adipiſci.
C. de pignor. Quoniam, ſi adipiſci poſſeſ-
ſionem idem foret, quod ingredi, fruſtrà 29
diverſis vocabulis uſus fuiſſet Imperator,
in iis quæ vis ac poteſtas una ſociaſſet,
prout alibi loquitur in l. ſi idem 7. C. de Codi-
cillis. Cumque priori dictioni, de ingre-
diendo, Imperator hunc effectum tri-
buat, ut ingredi creditori propria autho-
ritate liceat, poſteriori verò alium effe-
ctum addat, quòd videlicet non liceat a-
dipiſci poſſeſſionem bonorum alterius,
ſine prætoris autoritate, vel ex hoc ſolo
fundamento convincitur Baldus, quòd
licentia ingrediendi diverſum operatur
à licentia acquirendi attenta maximè in
textu d. l. creditores. illa dictione; *Attamen,* 30
ibi poſita, quæ eſt adverſativa, & adver-
ſatur regulariter præcedentibus in jure &
facto. *Bart. in l. mariti. 29. §. fin. num. 1. ff.*
ad l. Jul. de adult. ac facit l. hoc amplius. 9. §.
de his autem. 1. ubi gloſſa, de dam. infect. l. jam
tamen. 5. in princ. verſ. cæterum. & in §. nunc
videamus. verſ. cæterùm ſi ſimpliciter. judica-
tum ſolvi. cum ſimilibus.

Minùs obſtat, quod dicebatur: ſi li-
centia ingrediendi non operetur acqui-
ſitionem poſſeſſionis, pactum vel ſtatu-
tum de ingrediendo fore deriſorium, &
absque aliquo effectu. ſiquidem iſtud ne-
gatur, cùm ſufficiat illum effectum pro-
duci,

duci, quem important verba,& quem pa-
ti poſſunt, puta cuſtodiam, licet non im-
portent acquiſitionem poſſeſsionis in-
vaſæ, tùm, quia in dubio talis interpreta-
21 tio accipienda eſt, quæ minùs lædat par-
tem debitricem. *argum. l. ſi idem cum eo-
dem. 11. §. 1. ibidemq; gloſſa, verbo, ne in pote-
ſtate, ff. de jurid. omn. jud. l. 3. §. 1. de arbit.
l. ſed ſi pupillus. 11. §. proſcriptum autem verſ.
ſed ſi ipſe. de inſtit. act. l. 3. §. magiſtratum
autem in verbis: aliàs contrahentes deciperen-
tur, de exercit. actio.* tùm etiam, quod ſibi
imputare debeat ſtipulator, quare legem
contractui non apertius dixerit, *l. veteri-
bus 34. de pact. l. fin. C. de dot. promiſ.* Neque
verò illud etiam abſolutum & generale
23 eſt, quòd arguit Baldus, ingreſſum alie-
næ poſſeſsionis per ſe licitũ eſſe, vel abs-
que eo, quòd permittatur pactis vel ſta-
tuto. Licet enim, conſentiente, vel ſaltem
non contradicente domino, iſtud fieri
poſsit: tamen contra ejus voluntatem
ingredi prohibetur. *l. 3. §. planè. ibi: à do-
mino prohiberi poteſt, ne ingrediatur de acquir.
dom. l. Divus Pius. 16. ibi: non eſt conſentaneum
rationi, ut per aliena prædia, invitis dominis.
de ſervit. ruſt. præd. l. injuriarum. 13. §. ſi quis
me prohibet 7. de injur. Bart. in l. 1. §. & quia
num. 1. de acquir. dom.* niſi fortè jure fa-
24 miliaritatis & amicitiæ quis ingredere-
tur, videlicet oblectationis, vel fallendi
temporis cauſa. *argumento l. qui jure fami-
liaritatis. 41. de acquir. poſſ.* Quo tamen
ipſo etiam caſu, tale jus ingrediendi nun-
durabit diutiùs, niſi quamdiù domino
placuerit, cui ſi ampliùs cõmodum non
eſt, tenetur alter ſibi ab ingreſſu ulteriùs
temperare. *d. l. divus.* Quis autem aſſeret,
25 illum introitum alieni fundi ex jure fa-
miliaritatis, eum effectum parere, ut li-
ceat ingreſſo cohabitare cum domino,
vel aliter ipſi moleſtus eſſe, quo minùs re
ſua pro arbitrio uti frui poſsit? &, quis
eſt, qui neſciat, contra tales turbatores
alienarum poſſeſsionum proditam eſſe
legibus injuriarum actionem? *l. injuria-
rum actio. 13. §. ſi quis me prohibet, verſ. ſunt
qui putant. & l. ſi quis proprium. 24. de injur.
l. qui pendentem. 25. de act. empti l. ſicut §. A-
riſtat. 5. in fine, ſi ſer. vind. l. 2. in princ. ne quid
in loco publico.* item interdictum Unde vi. *l.
vim facit 11. de vi & vi arm. l. 1 ne vis fiat ei
qui in poſſeſ. cum ſimilibus remediis.* Nec ad-
verſatur conſideratio Baldi *in d. l. credito-
res num. 3.* quia, ſi ejus verba penitiùs in-
troſpiciantur & ponderentur, tunc ipſe-
met ſibi non conſtat, & fatetur, utile fo-
re, in inſtrumentis exprimi, quod poſt
moram creditori & ingredi, & adipiſci
liceat poſſeſsionem bonorum debitoris.
*Baldus ubi proximè d. num. 3. verſ. & ideò li-
tera. juncto verſ. non tamen nego, quod in in-
ſtrumentis,* Quod facturus non fuiſſet, ni- 26
ſi de hac ipſa ſua contradictione ſecum
ipſi dubitaſſet, ac certè Menochius pro
Baldi ſententia perperam allegatur *in re-
med. 5. de acquir. poſſ. num. 9.* tum, quia is
ibidem loquitur de pacto ingrediendi
poſſeſsionem bonorum debitoris credi-
tori hypothecatorum, ſicut & Salicetus
in d. l. creditores. num. 9. in quibus termi-
nis hic non verſamur, & in effectu uter-
que, tàm Menochius, quàm etiam Salice-
tus, finaliter amplectuntur ſententiam
Bartoli, *cumq; ea tranſeunt Salicetus d. l. cre-
ditores. num. 9. & Menochius ubi ſupra num. 9.
item Neguzant. in tract. pignorum quarta par-
te princ. num. 10.*

Minùs urget, quod ex æquiparatione
pacti, & miſsionis ex præcepto judicis, 27
alibi traditur, immiſſum ex præcepto ju-
dicis in poſſeſsionem alieni fundi, fieri
poſſeſſorem, ita, ut fructus ex eo perce-
ptos vendere ac locare poſsit. textus *l. in
cui. 5. §. quæri poterit 21. ibi: exemplum pi-
gnorum ſequimur. juncto §. Imperator Antoni-
nus 16. ff. ut in poſſeſſ leg. ſer. cauſa.* ubi ha-
betur: miſſum in bona hæredis, ob non
præſtitam cautionem, fieri poſſeſſorem,
& lucrari fructus, ad inſtar creditoris in
conventionali pignore. *l. creditor 23. ff. de
pignor. l. 1. & 2. C. de pignor. act.* unde infe-
runt, creditorem, quia ex licentia partis
ingreditur poſſeſsionem bonorum debi-
toris, ipſum quoque fieri poſſeſſorem, *An-
gelus, Baldus & alii in d. l. creditores.* quia, re-
torquendo illam æquiparationem ingreſ-
ſus ex decreto judicis & licentia partis
adverſus illos, dico: miſsionem ex de-
creto prætoris regulariter non operari,
niſi nudam tenutam & cuſtodiam, *prout
pluribus probatum fuit ſupra num. 10.* ideoque
nihil plùs operabitur etiam introitus a-
lienæ poſſeſsionis, inſalutato judice, ex
permiſsione partis, ad hoc, ut æquipara-
torum à jure par ſit ratio & diſpoſitio. *l.* 28
*non poſſunt 12. l. nam ut ait Pedius. 13. ff. de
ll. cum ſimilibus.* Neque his repugnat *d. l. in
cui. 5. §. Imperat. Antoninus 16. & §. quæri. 21.
ut in poſſeſ. leg. ſer. cauſa.* quia, ſi credimus
Dyno, magna eſt differentia inter immiſ-
ſum ratione non præſtitæ ſatiſdationis,

prout accidit in hærede, recuſante vide-
licet cautionem de ſolvendo legato vel
fideicommiſſo, in eventum exiſtentis
conditionis, vel evenientiam diei reli-
cto. *d. l. is cui. 5. §. Imperator. 16. juncta l.
1. & per totum. ff. & C. ut in poſſeſſ. leg.* &
inter creditorem, immiſſum ratione puri
debiti, vel aliter ob cauſam contumaciæ,
quia, ſecundùm eum, priore caſu domi-
nus colet, dominus locabit: ita tamen,
29 ut miſſus cuſtodiat fructus, ne ab hærede
conſumantur: niſi fortè dominus abeſ-
ſet à cultura prædii, quo caſu creditor te-
netur colere, *per l. is cui. 5. §. qui legato-
rum 22. verſ. quod ſi hæres. ut in poſſeſſ. leg ſer.
30 cauſa.* Poſteriore verò caſu, quando cre-
ditor immittitur per judicem, ratione
puri debiti, ut quia ipſi non ſolvitur quod
debetur, tunc vult Dynus, quòd cultura
agrorum & perceptio fructuum ſpectet
ad ſolum creditorem immiſſum, excluſo
domino. *& ita loqui ac procedere jura in l. in
venditionem, 8. §. 1. & l. prætor ait. 9. in prin-
cip. de reb. author. jud. poſſid. l. fin. poſt me-
dium. C. de bon. author. jud. poſſ. & cum hac
diſtinctione Dyni tranſeunt Cynus in authen. &
qui jurat. num. 17. Bald. 40. & Salicet. 24.
C. de bon. author. jud. poſſid. per d. l. is cui. 5.
§. quæri poterit. 21.* ibi: exemplum pigno-
rum, puta conventionalium (ut expo-
nit gloſſa ibi) ſequimur ut id, quod ex
fructibus percipitur, primùm in uſuras,
mox quod ſuperfluum eſt, in ſortem im-
putari debeat, quem textum, tanquam
notabiliſſimum in hac materia commen-
dat Salicetus *in d. authen. & qui jurat num.
24.* Sed vereor, ne hæc diſtinctio con-
fundatur *per d. l. is cui 5. §. Imperator An-
toninus 16.* ubi plùs dicitur, ſiquidem ceſ-
ſatum ſit ab hærede per ſex menſes in
præſtanda cautione pro ſolvendo legato
ad diem, vel conditionali, mitti legata-
rium non tantùm in bona hæreditaria,
ſed etiam hæredis propria, neque tan-
tùm ad eum finem, ut cohabitet domi-
no, colenti agros, & fructus cuſtodiat,
ne diſſipentur: ſed etiam ut ipſe fructus
tamdiù percipiat, quoad voluntati de-
31 functorum ſatisfiat. Ac certè circa miſ-
ſionem in poſſeſsionem bonorum viden-
tur creditores & legatarii æquiparati, *l. ſi
finita 15. §. ſi quis autem 20. in fine, de damno
infect.* niſi velimus dicere, quòd æquipa-
rentur in hoc, ut neutro caſu dominus
excludatur à poſſeſſione *d. l. ſi finita. §. ſi
quis autem. de damno infect.* Hinc eſt, quod
Salicetus ipſemet videtur diſcedere ab
illa diſtinctione Dyni *in d. authen. & qui
jurat. num 24.* inquiens: durum eſſe, quod
creditor colat, ut qui nudam detentio-
nem habet, debitore in vera poſſeſſione
rei, in quam facta eſt miſſio, conſtituto.
Ideoquè jura, quæ de perceptione fru-
ctuum in perſona creditoris loquuntur, 32
ipſe intelligit in caſu, quando creditor
hypothecaria agit, aut dominus fortè 33
culturam rei, in qua contingit miſsio,
intermittit, quam diſtinctionem tradi-
dit etiam Bald. *in l. conſentaneum. 8. num.
29. C. quomodo & quando judex.* Sed hæc
quoque ſolutio divinatoria eſt, ideò Bal- 34
duinus aliter ſolvit, quod poſſit quidem
immiſſus, ſive ex cauſa crediti, ſive non
præſtitæ cautionis, bona iſta occupata co-
lere, locare, & fructus inde colligere in-
diſtinctè, ita tamen, ut fructuum domi-
nium non creditori, ſed domino acquira-
tur. *Balduinus de pignor. cap. 15. in fine, per d. l.
is cui. 5. §. quæri poterit ibi:* quod ex fru-
ctibus percipitur, primum in uſuras, ſu-
perfluum in ſortem imputari, unde & ſor-
tem extenuare dicuntur, *l. 1. & 2. C. de
pignor. act. l. 2. C. de diſtract. pignor.* [Fru-
ctus enim qui debuerant percipi, ſem-
per extenuant ſortem, ſicut percepti.] Ve-
rùm ne hæc quidem ſolutio conciliat
iſtas contrarietates jurium, quorum alia
miſſis nudam tenuram & cuſtodiam, alia
verò poſſeſſionis acquiſitionem commu-
nicant. Ego itaque pro mea infantia tu- 35
tiorem & expeditiorem ſolutionem eſſe
judico, ſi dicamus, quod contraria jura,
quæ tribuunt miſſis acquiſitionem poſ-
ſeſſionis, loquantur & procedant in ca-
ſu adauctæ & multiplicatæ contumaciæ,
quando videlicet debitor, contra quem
fit miſsio, latitare pergit, & ſui copiam
non facit, aut aliter ceſſat præcepto judi-
cis obtemperare, tunc enim, quia proter- 36
vitas contumaciæ judicem ad duriora
remedia provocat, ita, ut malo nodo ma-
lus quærendus ſit cuneus. *argumento c. cùm
non ab homine. extra de judic. & c. quoniam
frequenter. §. in aliis. verſ. ſi autem ſuper ver-
bis: ad aliam pœnam proceſſuri, ſi iſtud me-
ruerit protervitas contumaciæ, extra ut lite non
conteſt. ac facit l. relegati. 4. ff de pœnis,* iſtis,
inquam, in caſibus jubetur miſſus, ob in-
termiſſam per ſemeſtre, à die miſsionis
computandum, ſatisdationem hæredis, &
poſsidere & colere agrum, & fructus
percipere non tantùm de hæreditariis.

ſed

ſed etiam de fundis, qui hæredis proprii
ſunt. *d. l. is cui. 5. Imperator Antoninus 16.
juncto §. quæri. 21. cum l. ſi legatariis. 11. ut
legatorum nomine cauſa. & l. certa eſt for-
ma. 6. C. ut in poſſ. legat.* Etſi enim miſſio
pro legato, in diem vel conditionem re-
licto, non operatur aliàs, niſi nudam re-
tentam, unde etiam miſſus, cui poſt miſ-
ſionem cavetur denuò intra tempus ſe-
meſtre, cogitur à poſſeſsione recedere.
*d. l. ſi legatariis. d. l. is cui. in princ. & §. qui le-
gatorum*: tamen, ſi per illud tempus non
cavet hæres, neque legatum vel fidei-
commiſſum ſolvit, tunc propter reitera-
tionem contumaciæ miſſus etiam poſſeſ-
ſionem rerum, in quas inductus eſt, con-
ſequitur, & fructus percipit. *d. l. is cui. §.
Imperator. juncto §. quæri ff. ut in poſſ. legat.*
37 *ſer. cauſa eſſe lic.* Eodemq; modo, ubi debi-
tor contumax, contra quem eſt facta miſ-
ſio, ea ſpreta, fraudationis gratia denuò
latitat, miſſus, etiam non expectato an-
no, jubetur bona poſsidere, *l. Fulcinius 7.
§. prætor ait. 1. & d. §. Divus quoq; Pius. 19.
ibidemq; Bartolus. ff quibus ex cauſ. in poſſeſ.
eatur.* ubi habetur, quod ob contemtum
jurisdictionis judicialis, poſsit prætor de-
cernere, ut ex primo decreto miſſus et-
iam poſsideat, & fructus lucretur, *& ita
procedunt l. in venditionem. 8. cum l. prætor
ait. 9. de rebus authoritate judic. poſsid.* Sic
38 itaque finis privati ingreſſus alienæ poſ-
ſeſsionis ex pacto contrahentium, regu-
lariter eſt acquiſitio cuſtodiæ, ut videli-
cet ingreſſus cohabitet domino, & fru-
ctus cuſtodiat, & is, cujus bona introita
ſunt, debet ex ſua parte præſtare patienti-
am ingredienti, ut ſimul cum ipſo habi-
tet, donec ei ſatisfaciat. *Salicet. d. l. credito-*
39 *res. num. 20.* cùm fruſtra ſit, in poſſeſsione
eſſe, niſi poſsidentes defendantur ſub tu-
tela judicis, *l. 1. § hoc interdictum. verſ. fru-
ſtra enim. & §. fin. ff. ne vis fiat ei qui in poſ-
ſeſsion.* ſicut & circa res incorporales vel
jura, patientia requiritur ex parte con-
venti. *l. quoties. 15. §. ſervitutum. ibi: ut ali-
quid patiatur. de ſervitut. tit. generali.* Ex
quo & illud ſequitur; quòd creditori im-
miſſo per prætorem, vel etiam ingreſſo
40 ex vi pacti ſeu ſtatuti, regulariter non li-
ceat expellere antiquum poſſeſſurem, *l. ſi
finita. 15. §. ſi quis autem. 20. ibi: Labeo ait,
non decedere, ſicut nec cùm creditores aut le-
gatarii mittuntur. ff. de dam. infect. & melior
textus in l. is cui 5. in princ. verbis: expellendi
jus non habet, ſed ſimul cum debitore poſsidere
jubetur. ff. ut leg. ſer. cauſa in poſſ. eſſe lic.* ac no-
tat *Bald. in l. conſentaneum. 8. nu. 31. in fine C.
quomodo & quando judex*: niſi forte judex
aliud ex juſta cauſa decernat, jubendo do- 41
minum diſcedere ex poſſeſsione. *Neguz.
de pignorib. ſecundo membro tertiæ Partis princ.
num. 2. §. ſi quis autem. & d. l. in venditionem.
§. 1. & Speculator in tit. de primo decreto. §.
jam de effectu. num. 6. de quo paulò antè num.
35.* & quæ dicatur juſta cauſa, mox expo-
nemus in ſecunda fallentia hujus con-
cluſionis *num. 58.* Infertur & aliud, quod
cùm ingreſſus non fiat poſſeſſor, non de- 42
tur ipſi interdictum uti poſsidetis, quod
ei demum competit, qui in ſua poſſeſsio-
ne turbatur. *l. ſi duo. 3. §. creditores. 8. in
verbis, quia non poſsident. ff. uti poſsid. Neguz.
de pignorib. ſecundo membro tertiæ Partis prin-
cip. num. 6.* itaque verus dominus & pri- 43
mus poſſeſſor remanet in poſſeſsione bo-
norum, quantumvis à creditore occu-
patorum, *d. l. ſi finita. 15. §. ſi quis autem.
20.* cujus ratione & agros colere, ſemina-
re, & fruges demetere, ſeſeque inde cum
ſua familia exhibere poteſt, ſed tamen
creditor ingreſſus, virtute licentiæ, ſibi
per debitorem vel ſtatutum conceſſæ, fru-
ctus ita recollectos, qui ſuperſunt ultrà
neceſſaria alimenta debitoris, includit &
aſſervat, ne a domino prodigantur. *d. l. is* 44
*cui. 5. in princip. & §. qui legatorum. 22. ff. ut
in poſſeſsion. leg. ſer. cauſa eſſe liceat. Specula-
tor tit. de primo decreto. verſ. jam de effectu.
numero 6. & 8.* Hinc eſt, quod Salicetus
iſtam detentionem creditoris ingreſsi,
in propoſito noſtro vocat tædialem. *Sa-* 45
licetus d. l. creditores. num. 9. eò, quòd i-
ſta mutua cohabitatio debitoris pariat
tædium & moleſtiam ei, in cujus bona
facta eſt miſsio, vel factus eſt ingreſſus,
ut ita, ſaltem affectus tædio diuturnæ
cuſtodiæ reus, tandem det vel præſtet,
quod ipſum ex diſpoſitione juris, vel pa-
cti, vel ex decreto prætoris dare aut præ-
ſtare convenit. *Alexand. de Imola in d. l. ſi fi-
nita. 15. §. Julianus 16. num. 78. Speculator
tit. de primo decreto. verſic. ſequitur. num 7.
per textum juncta gloſſa. verbo. effectus in c.
quoniam frequenter. §. in aliis. extra ut lite
non conteſt. cum gloſſa d. c. contingit. verbo
rei ſervandæ. extra de dolo & contumac. & me-
lior textus d. l. is cui. 5. in princip. & §. qui
legatorum. 22.* Adeò autem creditor in- 46
greſſus, in propoſito noſtro, non facit
fructus ſuos, quod regulariter etiam
alii ex iis non debet. *dict. leg. Fulcinius 7.*
in prin-

Digitized by Google

in priucip. & d. l. prætor. 1. in princip. ubi etiã notat gloſſa verbi, non reſtituat, verſ. ſed quin colligi, de bon. auth. judic. poſſid. Et, ſi objiceretur: tandem propter illam aſsiduam cohabitationem creditoris res peſſum ibit, quia dominus propter perpetuam moleſtiam cohabitationis, ſicut & debitor, ut qui nullos fructus ſuæ agriculationis expectat, relinquent tandem & deſerent culturam agrorum, reſpondetur ſicut ſupra: ſiquidem reus culturam negli-
47 git, creditori immiſſo colere, & fructos inde colligere licebit, ita tamen, ne lucrum fructuum propterea cedat creditori, ſed ut ipſos includat & aſſervet, donec demum conſequatur ſuum creditum, vel
48 id, cujus nomine in poſſeſſionem miſsio vel invaſio proceſsit. *d. l. is cui. 5. §. qui legatorum, 22. verſ. quòd ſi hæres fructus nolit cogere. ff ut in poſſeſſ. leg. ſer.* & ſic licebit creditori fructus, qui ſuperſunt ultra exhibitionem domini, aſſervare in cuſtodia, ſicut & alias res mobiles, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ſed mora deteriores futuræ, vel in totum perituræ ſunt, immiſſus juſto pretio, adhibita tamen authoritate prætoris, etiam vendere, & pecuniam inde redactam ipſam quoque in cauſam cuſtodiæ ſervare poteſt. *d. §. qui legatorum. verſ. quin imò. facit l. 1 §. item ſi periculum. de vent. in poſſeſſ. mit. & l. ſed ſi u. 5. §. quoties. 1. de Carbon. edicto. Bartolus in l. mandatis. 5. §. & intra annum, num. 1. per illum textum de requir. reis. & eſt ſimilis textus in l. Ariſtot. ſcribit. 5. §. ſi major. 1. in verſ. is qui deliberat, res in hæreditate repertas, quæ mora deteriores fiunt, adito prætore, ſine præjudicio eas vendere poteſt. ff. de jure deliberandi.* Quòd
49 ſanè in omnibus perſonis procedit, quibus quoquo modo adminiſtratio alienarum rerum incumbit. *l. lex quæ 22. in fin. C. de adminiſt. tut.* ac depoſita demum adminiſtratione, ſi repetuntur fructus, item pretia ex iis redacta, defalcabit & deducet creditor, quod fructuum nomine vel aliàs impendit. *d. l. prætor. in princ. & gl. l. qui ſervum 41. de negot. geſt.* Habet enim
50 pro eo, quod qualitercunq; impendit in pignus prætorium vel conventionale, contrariam pignoratitiam. *l. ſi neceſſarias. 8. in princ. de pignor. act. ubi Bartolus.* Pote-
51 rit item creditor, pòſt ingreſſum bonorum debitoris vel hæreditatis etiam jacentis, quando vel prorſus relinquitur vacans, vel diù à nemine agnoſcitur, & oneroſum eſt ipſi ſuſtinere ulteriùs cuſtodiam rerum, quarum poſſeſsionem occupavit, pro cautela petere, dari curatorem bonis vel hæreditati, quantumvis jacenti. *Alex. de Imola & alii in l. 4. §. prætor ait. & §. toties. de dam. infect. ac facit l. 1. & 2. C. de curat. bonis dando & l. ſi diu. 8. circa finem, in illis verbis: bonum erit ut curator conſtituatur ff ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur.*

Fallit primò hæc concluſio in domino, cui pro revocanda poſſeſsione rei apud
Titium nunc exiſtentis, competebat in 52
rem actio, is enim, ſi ex pacto vel ſtatuto loci ingrediatur in poſſeſsionem prædii, quod poterat vindicare, vel ratione contumaciæ rei mittatur in poſſeſsionem fundi, non ſolùm cuſtodiam, ſed & poſſeſſionem rei adipiſcitur, quantumvis ſolùm ex primo decreto miſſus ſit. *Speculator in tit. de primo decreto. §. jam de effectu. num. 3 verſ. in reali. ibi: ſtatim incipit poſſidere & num. 9.* Licet enim aliqui contra- 53
rium teneant, quòd nimirùm miſſus etiã pro reali judicio in poſſeſsionem rerum petitarum, nihil aliud conſequatur, niſi nudam tenutam rei, in quam miſſus eſt, ad eum finem, ut ſit moleſtus domino circa aſſiduam cohabitationem, donec reus purget ſuam contumaciam, *per ea, quæ tradunt Panormit. & alii Canoniſtæ in c. quoniam frequenter. §. in aliis verò caſib. extra ut lite non conteſt.* ad inſtar ejus, qui pro perſonali judicio mittitur ex primo decreto, ratione contumaciæ, adeò, ut poſſeſsio, ſicuti priùs, remaneat apud eum, contra quem facta fuit miſſio, *argum. l. 3. §. genera. verſ. quod autem quintus ibi: non poſſeſsionem, ſed cuſtodiam & obſervationem rerum concedit. ff. de acquir. poſſeſſione juncta l. is cui 3. in princip. ibi: ut ſaltem tædio perpetuæ cuſtodiæ extorqueat hæredi cautionem, ut in poſſeſſ. legat. vel fideicommiſſ. ſervan. cauſa liceat.* quem etiam intellectum verba poſteriora. *d. §. in aliis verſ. quod ſi cautionem,* innuere videntur, ubi habetur: ſi reus intra annum non purgaverit ſuam contumaciam debito modo, quòd etiam pro reali judicio, denuò pòſt annum efficiatur verus poſſeſſor, ex quo conſequens erit, ante lapſum anni miſſum ex primo decreto revera non fieri poſſeſſorem, ſed nudum detentatorem. *argum. l. officium. 9. ff. de rei vindicat. ac concordat gloſ. in c. contingit. infra de dolo & contumac.* eamque ſententiam probant communiter Canoniſtæ & Legiſtæ ſecundùm Panormitanum. *d. c. quoniam. §. in aliis. num. 20. ac fortificatur*
per

*per c. 1. & 2. infrà de eo qui mittitur in poſſeſſio-
nem cauſa rei ſer.* ubi miſſio, decreta ali-
cui cauſa rei ſervandæ, vel cauſa cuſto-
diæ, non transfert poſſeſſionem in miſ-
ſum. *d. l. 3. ſ. fin. ff. de acquir poſſeſſ.* cùm
longè aliud ſit in poſſeſſione eſſe quam
poſſidere. *l. ſi quis ante. 10. eod. tit.* tamen
54 inter Legiſtas illa ſententia non eſt ſine
dubio, contrarium namque, quod nimi-
rùm miſſus pro reali ſtatim incipiat poſ-
ſidere naturaliter, & civiliter tenent, non
contemnendæ authoritatis Dd. Joan.
Marianus & Azo. *in l. ſi quis emtionis. 8. ſ.
ſed & ſi quis. 3 C. de præſcript. 30. annorum,
& in l. conſentaneam. 8. per illum textum C.
quomodo & quando judex.* ubi in finalibus
verbis expreſſe dicitur: quòd miſſus in
reali, ex cauſa contumaciæ conventi, in
ſe transferat poſſeſſionem bonorum,
ita, ut reus conſtituatur petitor, *quod ipſum
etiam arguit litera d. ſ. in aliis, dum dicit:*
quòd is, contra quem facta eſt miſſio, ſi
ſe præſentet infra annum, refuſis expen-
ſis, & præſtita idonea cautione, recupe-
ret poſſeſſionem, *& habetur textus magis
clarus & apertior in c. paſtoralis. ſ. præterea
poſtulaſti. extra de offic. ordinar.* ubi delega-
tus Papæ quem induxerat cauſa rei ſer-
vandæ in poſſeſſionem bonorum petito-
rum, & nihilominùs, mortuo delegato,
deciditur *in verſ. nec per alium. ibidem ſe-
quentem*, quod reus recuperare debeat
amiſſam ſemel poſſeſſioem, oblata vide-
licet cautione ſufficiente de parendo ju-
55 ri. Ac ſi aliter dicamus, illa diſtinctio,
de miſſo pro realibus, & miſſo pro perſo-
nalibus actionibus, *prout in d. ſ. in aliis, &
cæteris juribus fieri ſolet*, erit tantùm de ven-
to, & verbis lex, non rebus impoſita; *con-
tra l. 2. C. communia de legatis.* ideò Specu-
lator intrepidè alteram ſententiam con-
tra communem ſequitur, *in d. tit. de pri-
mo decreto. ſ. jam de effectu. num. 3. & 19.*
Neque obſtat textus *d. ſ. in aliis. & d. c.
1. & 2. de eo qui mit. in poſſeſſ* in quibus in-
nuitur, poſt annum demum, reo non
comparente, miſſum effici verum poſſeſ-
ſorem, quia reſpondetur: vocabulum,
Verum, ibidem accipiendum eſſe de poſ-
ſeſſore irrevocabili vel incommutabili,
à quo videlicet ampliùs poſſeſſio recu-
perari non poteſt, ut ſit ſenſus literæ. Et-
ſi miſſus in reali ſtatim efficitur poſſeſſor,
non tamen fit irrevocabiliter ante an-
num, infra quem veniens reus offeren-
do cautionem idoneam cum refuſione
expenſarum, recuperat poſſeſſionem,
quam exacto anno repetere non poteſt.
*d. c. quoniam frequenter §. in aliis. verſ. quòd
ſi cautionem. ut lite non conteſt. cum d. c. 1. &
2. de eo, qui mit. in poſſeſſ.* Et, quicquid ſit 56
de jure communi, res ſaltem in foro Sa-
xonico plana eſt, quòd miſſus in poſſeſ-
ſionem pro cauſa contumaciæ in bona
cujuscunque debitoris, ſive is reali, ſive
perſonali judicio pulſetur, efficitur poſ-
ſeſſor, niſi contumax probet de legiti-
mis impedimentis. Landrecht *lib. 2. art. 14.
& artic. 64.* Weichbild *quod ita probat & ſe-
quitur Regulus noſter in proceſſu Saxonico, capi-
te 35. num. 1. & capite 37. num. 2. & 3. &
traditur ſuprà Parte 1. cap. 2. num. 62. hujus
Operis, & tangitur aliquid cap. 10. hujus ter-
tiæ Partis, num. 5. & 6.*

Fallit ſecundò hæc concluſio in eo, 57
qui, virtute licentiæ de ingrediendo ſibi
conceſſæ, ex vi pacti vel ſtatuti ingredi-
tur, occupando rem mobilem debitoris,
is enim efficitur poſſeſſor. *l. ſi rem mobi-
lem. 47. cum l. rem quæ nobis 15 & utrobiq.
Bartolus in princip. de acquir. poſſeſſ* ſimul e-
nim atque quis deſinit habere cuſtodiam
rei mobilis, perdit poſſeſſionem. *Alexand.
in l. 1. §. ſervum qui num 3 ff. eod. tit* Hinc
eſt, quod, quamvis ex pignore prætorio
regulariter non amittatur poſſeſſio, ita,
ut transferatur in creditorem, per proxi-
mè allegata: tamen ſecùs eſt, ſi creditor
immittatur ex primo decreto in poſſeſ-
ſionem rei mobilis ſui debitoris, nam
tunc transfertur vera poſſeſſio *Baldus in l.
conſentaneum. 8. num. 29. Cod. quomodo &
quando judex. & in l. ſciendum. 15. ſ. credi-
tor. 2. num. 2 ff. qui ſatisdar. cog.* ita, ut res,
in quam proceſſit miſſio, eximatur è ma-
nibus debitoris, & apud immiſſum, inque
ejus poteſtate remanere debet: niſi cre-
ditor forte fuerit ſuſpectus de fuga vel
dilapidatione: tunc enim res mobilis
non creditori, ſed ſequeſtro committen-
da venit. *Bartolus & Angelus de Peruſ. num. 1.
cum aliis Dd. l. ſi finita. 15. ſ. ſi quis autem 20.
ff. de dam. infect. cum qua ſententia tranſit et-
iam Salicetus d. authen. & qui jurat. num 22.
& 23. C. de bonis authoritate judic. poſſid. per
d. l. is cui. 5. ſ. qui legatorum. 22 verſ. in cæte-
ris. & Speculator de primo decreto verſ. jam de
effectu. num. 7. Neguzant. de pignorib. ſecundo
membro 3. Partis princ. num. 2. & Alex. conſ.
205. incip. viſa dicta facti. n. 5. circa fin. vol. 7. &
fuit iſta concluſio & diſtinctio circa res mobiles*
origi-

originaliter Dini. in d. l. ſi finita 15. §. ſi plu-
res. 15. de dam. infect. prout referunt ſcribentes
58 *in locis hic allegatis.* Licet autem *in c. quoniam*
frequenter. §. in aliis verò caſibus. extra ut lite
non conteſt. miſſio pro perſonalibus in poſ-
ſeſſionem bonorum debitoris mobilium
& immobilium æquipareretur, adeoq; di-
cendum videatur, quod miſſus in poſſeſ-
ſionem mobilium, eodem modo nudam
tantùm tenutam primo anno acquirat,
non autem poſſeſſionem, *per ea, quæ tra-*
dunt communiter omnes Canoniſtæ in d. §. in
aliis; tamen., ſi benè ponderemus verba
iſtius epiſtolæ decretalis, habuit ibi Pon-
tifex reſpectum ad ſolum ordinem mit-
tendi vel exequendi, ut videlicet primò
fiat miſſio in res mobiles, poſtea in bona
ſoli, iiſque deficientibus in jura debitoris,
juxta l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. ff. de
re judic. non autem parificat hæc duo, pu-
ta, miſſionem in res ſoli, vel in res mobi-
les, quò ad effectum aſininæ detentionis,
ideoq; quia alibi diſtinguitur circa effe-
ctum iſtius miſſionis, hæc generalis diſ-
poſitio prædictæ decretalis reſtringenda
eſt ſecundùm alias leges ſpecialiter lo-
quentes. *gloſ. l. quamvis 11. ff. de in jus voc.*
ad hoc, ut jura juribus concordentur, ac
59 vitetur, quantum omninò fieri poteſt,
ipſorum correctio, *argum. c. cum expediat.*
extra de elect. in 6.

Tertiò fallit, quando judex moveretur
ex juſta cauſa, miſſum etiam in perſona-
60 libus conſtituere poſſeſſorem: tunc enim
debitor juberetur recedere, & miſſ⁹ fit poſ-
ſeſſor. *Neguzantius de pignorib. ſecundo mem-*
bro tertiæ partis princ. num. 6. allegat gloſſam
ſingularem in l. 3. §. duas. verbo decedatur. in
fine. ff. de dam. infect. quo de ſuperius etiam
tactum fuit num. 37. & 41. Juſta autem cau-
ſa aggravandi miſſionem ex primo decre-
to iſto caſu eſt, vel nimia contumacia rei,
non parentis edicto prætoris. *c. quoniam*
frequenter. §. in aliis. circa finem, extra ut lite
non conteſt. ac notat Baldus d. auth. & qui ju-
rat. num. 11. & ante eum tenuit Innocentius in
c. dilecto. circa finem, extra de verb. ſignif. &
idem Baldus in d. l. conſentaneum. 8. num. 30.
ibi: ex maxima contumacia rei. prout in l. Ful-
cinius 7. §. fin. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. ea-
61 *tur.* & habetur hujus contumaciæ ob ſe-
meſtrem moram exemplum in variis ju-
ris articulis. *in l. certa. C. ut in poſſeſ. legat.*
& l. is cui 5. §. Imperator. 16. & §. quæri 21.
ff. eod. cum l. in venditionem 8. §. 1. & l. prætor
ait. 1. in princ. de rebus author. judic. poſſid. quo
de paulò ante num. 35. 36 & 37. eodem modo
tactum fuit, vel quia metuit, ne creditor
& debitor ad arma veniant, quo caſu ſta-
tuit prætor, quis poſſidere debeat. *Negu-*
zantius ubi ſupra num. 2 in princip. cum quo
concordat Speculator de primo decreto, verſ. jam
de effectu. num. 6. aut ſequeſtrabit poſſeſſio-
nem. *argum. l. ſi cujus 13. §. ſed ſi inter. verſ.*
æquiſſimum. ff. de uſufruct. l. non eſt ſingulis,
176. de reg. juris.

Quartò fallit in creditore, qui virtute 62
conventionis executivæ, vel licentiæ de
ingrediendo, ſibi conceſſæ per pactũ vel
ſtatutum, apprehendit poſſeſſionem bo-
norum debitoris, non ſua, ſed judicis au-
toritate: talis enim fit poſſeſſor. *ita eſt tex.*
in d. l. creditores. 3. in finalibus verbis, ibi: ta-
men judicis authoritate poſſeſſionem adipiſci de-
bent. C. de pignor. & hunc intellectum ſequun-
tur, & probant ibi Bart. num. 4. Angel. de Pe-
ruſ. num. 2. & 3. Bald. 3. Salic. 7. Albericus
de Roſ[illegible] & hæc quoq; declaratio com-
munis eſt, teſte Saliceto *in d. l. creditores.*
num. 7. adeò, ut verbum *Debet*, an iſta ma- 63
teria capiatur propriè & neceſſativè, idq;
propter vocabulum Adipiſci, *poſitum in* 64
textu d. l. creditores in fine, quod eſt æquipol-
lens ei, quòd aliàs vocant Juriſconſulti,
acquirere poſſeſſionem, *textus ſunt vulga-*
ti in l. 3. ibi: adipiſcimur poſſeſ. corpore & ani-
mo. juncta quæ mox ſubjungit Paulus pro exem-
plificatione præcedentiũ. ibi: quod antè dixim⁹,
corpore & animo acquirere nos oportere poſſeſ-
ſionẽ. ff. de acquir. poſſ. junct. l. 1. §. apiſcimur poſ-
ſeſſionẽ. cũ §. item acquirimus poſſeſſionem ff. eod.
cum ſimilibus. Et, quòd miſſus in poſſeſſio- 65
nem, ſuper conventione executiva, ut ni-
mirum in caſu moræ debitoris, liceat in-
gredi poſſeſſionem bonorum debitoris,
etiam privata authoritate, ſi cum judicis
permiſſu id faciat, fiat verus poſſeſſor &
habeat interdictum uti poſſidetis, ſi mo-
leſtetur & interdictum Unde vi, ſi ex-
pellatur, *tenet etiam Baldus in l. conſentaneũ.*
8. num. 30. C. quomodo & quando judex. Quod
tamen ita accipi volumus, ſi iſte ingreſ-
ſus, vel miſſio judicis fiat, parte ad hoc ci-
tata: aliàs ſiquidem omiſſio citationis
facit, ingreſſum de voluntate competen-
tis magiſtratus pari jure cenſeri, ac ſi pro-
pria authoritate creditor occupaſſet, & ſic
poſſeſſionem non transfert in appræhen-
dentem. *Bart. d. l. creditores. num. 25.* Itaq;
alibi refert Baldus, licentiam ingredien-
di, habitam à judice, non citato poſſeſſo-
re, non dici prætoriam, & judex iſto caſu
potiùs

Digitized by Google

potiùs debet reputari pro mero executo-
re contractus, quàm pro judice, adeoque
is, contra quem fit miſsio, ſi miſſum non
admittat, non tenetur ex edicto, ne vis
fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus eſt, nec
poteſt mulctari, *Baldus in l. nec quicquam 9.
§. ubi decretum. 1. in prima repet. num. 5. §,
ſed dubitatur ſi poſſum ingredi de offic. proconſ.*
66 *& legati.* Bartolus tamen hanc fallentiam
adhuc arctiùs reſtringit, dum vult, quan-
du ex pacto (idemq; eſt in ſtatuto) com-
petit licentia ingredicadi poſſeſsionem
bonorum rei, & creditor intendit appre-
hendere non tantùm tenutam, ſed &
poſſeſsionem rerum debitoris, per mini-
ſterium judicis, quod iſto caſu non tan-
tùm citatio requiratur, ſed etiam neceſ-
ſarius ſit libellus, cùm illud jus executi-
vum acquiſitionis poſſeſſionis, non oria-
tur ex pacto, quod tantùm tendebat ad
ingreſſum poſſeſsionis, unde libellus præ-
cedere debet. *Bartolus d. l. creditores num. 27.
quem ſequitur Menochius de adipiſc. poſſeſ. re-
med. 5. num. 155.* pro qua opinione legan-
tur, quæ pluribus acta ſunt in hoc ipſo
capitulo *num. 10. & 13.* Eoque præſuppo-
ſito, privilegium *l. creditores.* erit de vent-
ro, quia nihilò plus continebit, quam jus
commune, cùm ſecundùm eos, judex
67 requiri debeat per oblationem libelli, &
interventientiam aliorum ſolennium, *de
quibus in vulgata auth. offeratur. C. de litis
conteſt.* de cujus tamen dicti veritate vi-
deantur, quæ pro communi ſententia
fuerunt adducta in hac tertia Parte noſtri
Operis *cap. 5. num. 27.* Ac, quicquid ſit de
jure, uſus ſaltem noſtræ patriæ communi
ſententiæ aſtipulatur, poſt quòd credi-
tor, munitus pacto vel ſtatuto, conce-
dente licentiam ingrediendi poſt morã,
ſi adeat judicem, impetrando miſsionẽ,
etiam absque ſolenni libello, & ſine o-
mni ſtrepitu judicario, non minùs effici-
tur poſſeſſor atque lucratur fructus, quàm
ſi virtute judicati immiſſus fuiſſet. *idq;
tùm propter Conſtitutiones Electorales*, Uber
vorſetzten Brieff und Siegeln/ *& propter Con-
ſtitutiones Thuringicas ſub tit.* Von bekäntli-
chen Schulden/ *tùm etiam propter textum*
Landrecht *lib. 1. in princ. art. 70. ac probatur
ſuprà num. 52. item 56. & in Parte 1. cap. 2.
num. 57. & 62. hujus Operis.*

Quintò declaratur aut reſtringitur re-
68 gula noſtra, quando in loco extat ſtatu-
tum, vel conſuetudo, vel etiam partim
conventio ita ſonat, quòd creditor ſuper
actione perſonali habeat licentiam in-
grediendi poſſeſsionem bonorum debi-
toris, & lucrandi fructus: tunc enim ſive
cum, ſive ſine miniſterio judicis, creditor
occupet bona debitoris, talis ingreſſus
tribuit occupanti non tantùm nudam te-
nutam, ſed & poſſeſsionem. *ita Bald. in l.
conſentaneum. 8. nu. 30. verſ. idem fortè ſi ſtatu-
tum. C. quomodo & quando judex. & ſequitur
Salic. in d. auth. & qui jurat. num. 15. per gloß.
verb. judicandi cauſa §. ſi verò ſimul. auth. de
introduc. & exhib. reis. colla. 6.* idq; propter
neceſſariam conſequentiam, ex quo, qui
fructus percipit, eundem etiam poſſidere
neceſſe eſt. *ita Alex. l. 3. §. genera, num. 7. de
acquir. poſſ. & in l. ſi finita 15. §. Iulianus 16.
num. 106. de dam. infect.*

Sextò fallit, quando inter creditorẽ &
debitorẽ præceſſiſſet conventio de utro-
que, vel ſtatutum, aut conſuetudo dicta-
rent, quòd pòſt moram liceret creditori, 69
non tantùm ingredi, ſed & acquirere poſ-
ſeſſionem, tunc enim dubium non eſt,
quatenùs creditor, in eventum non factæ
ſolutionis bona debitoris occupat (ſive
cum, ſive abſque miniſterio judicis, in eo
enim vis non eſt, etſi poſterior via tutior
ſit) quòd ingreſſus ſit poſſeſſor. *Bartol. in
l. creditores. in ſecunda repet. num. 4. ibidemq;
Baldus nu. 3 Sche. 1. & 23.* ubi addit: cau-
tos Notarios in inſtrumentis apponere
utramq; clauſulam, non tantùm de licen-
tia ingrediendi, ſed & apprehendendi, &
acquirendi, item retinendi poſſeſſionem.
*quam practicam etiam probat Neguzantius de
pign. quarta parte principali num. 10. & 11.
ac pòſt eum Menochius de adipiſc. poſſeſ. remed.
5. n. 9. & habetur de hac clauſula in prima Par-
te hujus Operis cap. 10. num. 211.* Licet autem 70
Bartholomæus Socinus iſto caſu, ultrà in-
greſſum etiam requirere videatur ex par-
te creditoris proteſtationem, quòd ani-
mo acquirendi poſſeſsionem ex licentia
pacti vel ſtatuti ingreſſus fuerit. *Socin. con-
ſuetud. 131. num. 7. vol. 1.* cùm ſecundùm
eum, propoſitum in mente retentum ni- 71
hil operetur. *argum. l. cum in plures 60. §. lo-
cator. 6. ff. locati. & l. ſi repetendi. 7. C. de
condict. ob cauſam. cum ſimilib.* tamen con-
trarium verius eſt, cùm intelligatur in-
greſſus in dubio voluiſſe exercere pactũ
vel ſtatutum, & acquirere poſſeſſionem,
juris ſui conſervandi cauſa, non autem
ad eum finem, ut vel vim, vel injuriam in-
ferat debitori. *Bartol. in d. l. creditores in pri-
ma lectura, num. 4. ſequitur Baldus pòſt Dynum*

in l. in poſſeſſionem 5. & gloſſa in verbo, niſi ex pacto. C. ad l. Iuliam. de vi publ. & facit l. cum creditor. 55 ubi notat gloſſa, verbo, contrectare. ff. de furt. ubi etiam poſt gloſſam idem tenet Bartolus circa finem, inquiens: non præſumi animum furandi, rapiendi, vel quid aliud ſiniſtrum in eo, qui rem alterius ex conventione, vel authoritate judicis accipiat. Ac, ſi aliter diceretur, præſumeretur delictum, quod eſſe non debet. *l. merito 51. pro ſoc.* cùm in quolibet negocio, quod ſine vitio factum præſumi poteſt, non debeat includi vitium, *Bald. in l. 1. num. 3. C. de condict. ob cauſam.* Hinc eſt, quod tradi
72 ſolet, quando contractus duplici modo geſtus conſiderari poteſt, uno modo licitè, & alio illicitè, accipiatur eo modo celebratus, ne incidatur in pœnam, *l. item apud Labeonem. 15. §. ſi communem. 36. ubi notat gloſſ. verb. jure dominii ff. de injur.* item, ubicunque actus ſe habet ad permiſſum & prohibitum, in dubio trahendus eſt ad permiſſum. *gloſ. l. 2. verb. probaretur. C. de petit. hæred. & ſequitur Tiraquellus de retractu lignagier. §. 30. gloſ. 2. num. 24.* Nec obſtat, quòd Socinus, de facienda proteſtatione movet, cùm in his, quæ pendent à mera voluntate proteſtantis, & quæ tendunt tantùm ad ſe exonerandum, & neminem gravandum, proteſtatio vel de-
73 claratio fruſtra interponatur, nec requiratur, ut ab initio interveniat; ſed poteſt fieri quocunque loco & tempore. *Bart. in l. non ſolum. 8. §. morte 6. num. 15. ubi ſequitur Iaſon num. 24. ff. de nov. oper. nunc. & facit l. & ſi quis 14. §. plerique 8. de relig. cum l. qui in aliena, 6. §. fin. l. pro hærede. 20. §. 1. de acquir. hæred. & l. Neſennius. 34. de negoc. geſt.* & alibi traditur; in his, quæ conſiſtunt in animo, ſemper ſtari declarationi ejus, qui actum geſſit, quo animo fecerit. *Bartol. in d. l. pro hæred. in princ. num. 3. & ita tranſit Neguzant. de pignoribus quarta parte principali num. 27. 28 & 29.* quamvis in fine ſubjiciat; majoris ſecuritatis eſſe, creditorem ab initio ingreſſus de cauſa & animo ſuo proteſtari. Itaque creditor in propoſito noſtro ingreſſus poſſeſſionem, præſumitur cauſa juris ſui conſervandi, non autem animo faciendi vim vel injuriam, iſtud feciſſe. *d. l. cum creditor 55. de furt. & l. meritò. 51. pro ſocio.* dummodò non clam, & nemine vidente i-
74 ſtud faciat, hoc ſiquidem caſu præſumitur potiùs furtiva contrectatio, quàm quòd exercere velit poſſeſſionem, occupatam pro debito ex vi pacti vel ſtatuti. *Baldus in d. l. in poſſeſſionem 5. in fin. C. ad l. Iuliam de vi publ.* Quod ipſum vel multò 75
fortiùs tenendum eſt, quando ab initio celebrati contractus apponitur pactum, quòd in caſu non recepti crediti, creditor ingrediatur poſſeſſionem bonorum rei, eaq; habeat oppignorata, vel in ſolutum poſſideat, priùs tamen juſto & vero precio æſtimanda. *Neguzant. de pignoribus quarta parte princ. num. 11. poſt Salicetum d. l. creditores, num. 24. de qua clauſula in prima Parte hujus Operis cap. 10. num. 212.* Et eſt ratio, quia in pignoribus omnia pacta 76
ſunt permiſſa & obſervanda, quæ non expreſſè reperiuntur prohibita. *l. fin. §. ſancimus. C. de jure domin. impet. & eſt textus in l. fin. ſi fundus. 16. §. fin. ff. de pignorib. & l. fin. in princ. de contrahend. emt.* Secùs tamen foret, ſi dictum ſit in pacto, quod pignus 77
vel res debitoris in ſolutum teneatur pro debito. *Neguzant. ubi ſupra.* Quod benè notandum contra uſurarios noſtri temporis, qui quaſi tota die apponunt in inſtrumentis pactum, quòd liceat creditori non tantùm ingredi & occupare bona debitoris loco pignoris, ſed etiam habere in ſolutum pro ſumma ſui crediti: talis enim contractus non valet. *c. conqueſtus. c. quia in omnibus. extra de uſur. c. ad noſtram. de emtione & vendit.* tùm, quia creditor occupando fieret dominus, quo caſu pi- 78
gnus rei ſuæ non poteſt conſiſtere. *l. neque pignus, 45. ff. de reg. jur. l. ſi rem alienam 9. §. 2. de pignorat. act.* tùm, quia pactum le- 79
gis commiſſoriæ in pignoribus, quod videlicet vel nunquam lui poſſint, aut, ſi intra certum tempus non luantur, quod poſteà remaneant penes creditorem, eſt reprobatum. *l. 1. & l. fin. C de pact. pignor.* quia uſurariam pravitatem redolet, *d. c. quia in omnibus. juncto c. ſignificante extra de pignoribus.* licet ſecùs ſit in contractu em- 80
tionis. *l. quia ea lege. 3. l. commiſſoriæ. 4. C. de pact. inter emt. & vend. quo de latè Neguzantius de pignorib. parte quarta princ. num. 30.* An autem in propoſito noſtro valeat, 81
pactum de lucrandis fructibus rerum debitoris, quas quis ingreditur, abſque deductione vel extenuatione ſortis principalis, & donec creditori ſolvatur ſuum capitale, videatur Molinæus *in conſuet. Pariſienſ. tit. 1. gloſſ. 9. num. 17. & 20. poſt Baldum. in l. 1. C. de diſtract. pignor. & idem Molinæus conſ. 41. num. 5. vol. 1.*

Fallit ſeptimò, in jure executivo reali,

ſive

Google

82 ſive quia domino (qui & ipſe creditor
largè dici poteſt. *l. creditores accipiendos. 10.
ibidemq́; Rebuffus & Alciatus, uterq; num. 1. ff.
de verb. ſignif.*) competebat rei vindicatio
pro fundo, cujus poſſeſsionem ſub certa
lege vel conditione debitor creditori per-
miſit ingredi, *quo de membro ejusq́; effectu di-
ctum fuit ſuprà num. 52.* ſive, quia conven-
tionem, vel ſtatutum de ingrediendo bo-
na debitoris pòſt moram, præceſſit con-
tractus pignoris vel hypothecæ, tunc e-
nim ſubſecutus ex vi pacti vel ſtatuti in-
greſſus, tribuit creditori non tantùm cu-
ſtodiam, ſed & veram poſſeſsionem, & lu-
cratur fructus. *Salicetus in noſtra l. creditores
num 9.* idque ſive ab initio ſtatim inter-
veniat traditio rei obligatæ, puta, quia
voluit obligatus, quòd medio tempore,
donec ſatisfieret creditori, teneretur res
loco pignoris. Licet iſte caſus meritò non
ſit in conſideratione, cùm fruſtra adjicia-
tur licentia ingrediendi poſſeſsionem
rei, quam debitor jam ante habet ex tra-
ditione debitoris, *prout in ſimili dicit Baldus
in authen & qui jurat. num. 43. C. de bon. au-
thorit judic. poſſid.* ideoque ſupervacuum
videtur in propoſito, illud pactum exe-
cutivum contractui pignoris adjicere,
cùm mutuans alio modo ſit ſecurus, *ar-
gumento l. 3. in princip. C. de Epiſc. aud. l. cum
interdictæ. 6. C. arbit. tut. l. quæ ſub conditio-
ne. 8. §. fin. ff. de condit. inſtit.* nempè pro-
pter traditionem pignoris, cujus poſſeſ-
ſio in ipſo limine contractus translata eſt
quaſi de manu in manum creditoris, *ar-
gumento l. ſi rem alienam. 9. §. propriè pignus.
2. de pigneratitia act.* ſin verò hypotheca
abſque traditione rei conſtituta ſit, tunc,
ſubſecuto ingreſſu, fingitur tacita ſaltem
traditio interveniſſe, ex quo dominus
ſcit, creditorem ingredi, & hoc patitur,
*argumento l. minùs inſtructus. 2. C. de acquir.
poſſeſſ.* non contradicendo videlicet, *argu-
mento l. qui patitur. 18. ff mandati.* Et ſic
iſta non contradictio, inſtar quaſi tradi-
tionis eſt, & operatur, quod res, quæ antè
ſimpliciter erat hypothecata, nunc tran-
ſeat in pignus. *Salicet. d. l. creditores. num.
21. & Menochius de adipiſc. poſſeſſ. remed. 5.
num. 123.* utroque ſiquidem caſu creditor
ingreſſus fit poſſeſſor, cùm traditio illa,
quæ propter ingreſſum creditoris, ſcien-
te & tacente reo interveniſſe præſumi-
tur, intelligatur facta in conſequentiam
contractus præambuli, puta hypothecæ.
83 Animus enim, & effectus tradentis & ac-
cipientis poſſeſsionem inſpici debet. *l. ſi
aliquam rem 28. ff. de acquir. poſſeſſ. cum l. ſi
quis conductionis. 25. C. locati. l. Fulcinius 7. §.
quid ſit latitare. 4. cum §. ſed is. verſ. animus
latitantis ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.*
Sicut & alias dicitur, quòd voluntas & 84
propoſitum diſtinguant actus hominũ.
*l. qui injuriæ 53. in princ. de furt. l. divi. 25. &
ibi Bartolus num. 2. de tutor. & curat. datis
ab his.* & qualitas factorum deſcribat qua- 85
litatem intellectus. *Bartolus in l. libertæ tuæ.
8. num. 2. in fin. C. de operis libert. facit l. pro
harede 20. in princip. & l. gerit. 88. ff. de ac-
quir. hæred.* Cùm itaque ab initio fuerit
contracta inter debitorem & creditorem 86
hypotheca, & eam ſubſecutus ſit ex vi
conventionis ingreſſus, infertur, transla-
tam eſſe poſſeſsionem, idque tacitè qua-
ſi inter partes actum fuiſſe, ut videlicet
creditor poſſideret rem hypothecatam,
in vim pignoris conventi, adeò, ut iſto
caſu ingreſſus ſive propria authoritate,
ſive cum miniſterio judicis utrobique di-
catur habere pignus conventionale, non
prætorium, & ſic lucretur fructus. *Barto-
lus in l. creditores in fine. ibiq; Salicet. num. 31.
C. de pignor. allegando text. in l. ſi ita ſtipula-
tus fuero. 6. §. fin. & l. cum enim. 7. ff. de no-
vat. ac ſequitur Neguzant. de pignorib. quarta
parte principali. num. 26. verſ. decima quarta
concluſio. & Menochius de adipiſc. poſſeſſ. re-
med. 5. num. 259.* addendo rationem: quia
judex non dat pignus iſto caſu, ſed con-
firmat, ergò eſt conventionale. *argumen-* 87
*to d. l. ſi ita fuero ſtipulatus 6 §. fin. ff. de no-
vat.* Quod autem in conventionali pi-
gnore dicatur creditor & naturalem &
civilem poſſeſsionem habere, uno ore af-
firmant, *gloſſ. l. cum notiſſimi 7. §. 1. C de
præſcript. 30. vel. 40. & in l. per ſervũ qui pign.
verb. poſſeſſ de acquir. dom. & in l. ſi de eo 40.
in princ. verb. retineas, ubi Bart. de acquir. poſ-
ſeſſ. Bartol. in l. 1. §. per ſervum corporaliter.
num. 2. & Alex. ibid num. 4. & 5 Iaſon 5. de
acquir. poſſeſſ. & ſequitur Neguzantius de pi-
gnoribus ſecundo membro tertiæ partis princip.
num 3. per l. creditor. 23. ff. de pignorib. l. ſer-
vi nomine. 16 de uſucap. l. debitor 40. §. fin.
de pigneratitia act.* Sicut itaque conven-
tionale pignus poſſidetur per creditorẽ,
quò ad lucrum fructuum, & quò ad o-
mnes alios effectus, excepta cauſa uſuca-
pionis, ſecundùm quam debitor intelligi-
tur poſſidere. *d. l. ſervi nomine. & l. ſi ſervus
depoſitus 22. §. is qui pignori. verſ. licet enim
juſtè poſſideant. de noxal. action.* ita idem eſt

in propoſito noſtro, quando debitor hypothecavit nobis bona cum pacto ingrediendi poſſeſsionem, tunc enim, ſecuto realiter ingreſſu, creditor & poſsidet & fructus lucratur. *Neguzant. ubi ſupra num. 24. poſt alios Dd. in d. l. creditores.*

Conſtituens quid juris habeat in cõſtituto.

88 Octavò fallit in traditione rei ficta, puta in conſtituto, quando debitor creditoris nomine conſtituit, interim, donec ei ſatisfiat, poſsidere bona ſua, quia tunc obligatus poſſeſſor eſſe deſinit, & transfert omnem tam naturalem quam civilem poſſeſsionem in creditorem, eumq; miniſterio ſuo poſſeſſorem facit. *l. quædam mulier 77. ff. de rei vindic.* cùm is poſsideat, cujus nomine poſſidetur. *l. quod meo. 18. & l. res pignoris. de acquir. poſſeſ. l. ſi pignus, de*
89 *pigneratitia action.* Idemq; fit in precario, hoc eſt, quando debitor rogat precario nomine poſsidere à creditore bona, de quibus agitur, quo caſu, ex parte precarie rogantis, habetur quidem naturalis poſſeſsio, propter inſiſtentiam, civili tamen poſſeſsione translata in creditorē. *Alexād. conſil. 82. incip. perſpectis. num. 8. volum. 2. Bartolus in l. interdum. 21. num. 2. de acquir poſſeſ. & l. quiſquis. 28. juncta gloſſa C. de donat & facit textus l. & habet. 15. §. eum qui 4. verſ. placet ibi: penes eum, qui rogaſſet, quia poſſideat corpore, penes eum à quo rogatus, quia is non diſcedit animo à poſſeſſione. ff. de precar.* Et ſic utroque caſu, ſi-
90 ve debitor ex jure conſtituti, ſive precarii, medio tempore teneat bona ſua: tamen pòſt moram in ſolutione adhibitam, creditor, virtute pacti vel ſtatuti, tribuentis poteſtatem ingrediendi bona debitoris, & legitimè ingreditur, & ingreſſus poſſeſsionem acquirit, tàm naturalem, quàm civilem. *Bartolus & Salicet. in d. l. creditores. uterque num. 11. Neguzantius de pignoribus quarta parte princip. num. 20. verſic octava concluſio. Menochius de adipiſc. poſſeß. remed. 5. num. 36. 37. & 38.* Addit tamen Bartolus ubi ſuprà, illam clauſulam, quòd creditor iſto caſu poſsit ingredi poſſeſsionem in eventum non factæ ſolutionis, (*ſicut & in præcedente membro fallentiæ 7. innuebatur*) exiguæ efficaciæ eſſe; cùm anteà creditor habeat poſſeſsionem ex natura conſtituti vel precarii: niſi fortè dicatur, quòd tunc operationem ſuam conſequatur hæc clauſula, quando debitor intervertit creditori poſſeſsionem, quam ex conſtituto, vel precario adeptus
eſt. *Bartol. ubi ſupra num 11.* Licèt autem 91
illud dictum Bartoli mordeatur per Baldum *in d. l. creditores. num. 4. verſ. dixit Bartolus in verbo, & ſubdit quòd illa licentia. quem etiam ſequitur Angel. ibidem num. 3. circa finem. & Menoch. de adipiſc. poſſeß. remed. 5. num. 36. allegando pro ſe*, quòd iſta licentia nihil operetur poſt interverſionem poſſeſsionis, quia ſive ex lege, ſive ex pacto, quis poteſtatem ingrediendi habeat, non poteſt abſque miniſterio judicis eam ingredi, poſſeſsione interverſa: *per gloſſam l. 2. verbo repellere. C. de jure emphyt. quæ in hoc communiter approbatur, teſte Alberico de Roſate in d. l. 2. num. 3. & faciunt textus in l. colonus 12. l. cum fundum. 18 ff. de vi & vi*
arm. tamen Bartoli doctrina iſto caſu re- 92
ctè defenditur, ſive enim verſemur in terminis conſtituti, tunc, quia utraque poſſeſsio, tàm civilis, quàm naturalis, reſidet in perſona ſolius creditoris, debitor quoquo modo intervertens poſſeſsionem expelli poteſt, quantumvis de facto reſiſtat, & armata manu, ſive etiam precario roget poſſeſsionem à creditore, poterit eodem modo expelli etiam per vim, cum natura precarii ſit, revocabile eſſe quocunque tempore, ad lubitum videlicet concedentis, puta, quando ipſe mutaverit voluntatem. *l. 3. §. eſt enim natura æquum. ff de precario,* [Natura enim hoc ſuadet, tamdiu aliquem mea liberalitate uti, quandiu ego velim: & ut poſſim revocare, cum mutavero voluntatē.]
Itaque tunc qui intendit de facto retine- 93
re poſſeſsioem, intelligitur vim facere creditori, & creditoris ingreſſus, quantumvis debitore reſiſtente factus, dicitur licitus, & potiùs defenſio, quàm offenſio. *Bart. d. l. creditores. num. 29. argumento eorum quæ notantur in l. ut vim 3 ff. de juſt. & jur. & l. cum fundum. 18. & l. qui poſſeſsionem 17. de vi & vi arm.* niſi fortè reus aliam juſtam cauſam ſeſe opponendi habeat, puta, quod ipſe debitum liquidatum per inſtrumentum creditoris exolverit, vel denuò ſolvere paratus ſit. *Bartol. d. l. creditores, num. 19. argumento gloſſæ in l. non abſre. 10. verbo allegatio. C. unde vi. quo de videantur quæ in prima Parte hujus Operis capite 5. num. 117. 118. 119. 120. & ſeqq. exegimus fuſiùs.* Alioquin enim, niſi credito- 94
ribus, in caſu cõſtituti, item precarii ex pacto vel ſtatuto, etiã cõtra reſiſtentes ingrediendi & poſsidendi facultas pmitteretur, aperiretur debitorib. per indirectum

feneſtra

ſeneſtra ſpoliandi creditores ſua poſſeſ-
ſione. Idque videtur omninò eſſe indu-
bitatum in propoſito noſtro, *ſicut hoc idem*
tenet pòſt Iacobum Butrigarium, Salicetus in
d. l. creditores, num. 25. & 12. & in l. in poſ-
ſeſſionem 5. num. 1: C. ad l. Iuliam de vi publ.
Paulus de Caſtro conſ. 43. incip. videtur dicen-
dum dictam cauſam. in princ. volum. 1. Baldus
in l. 2. num. 29. in fine. C. de ſervit. & aquæ-
duct. Alexand. conſ. 82 insip. perſpectis his quæ
num. 8. volum. 2. Ludovic. Gozandin. conſ. 42.
num. 16. 17. & 18. & Angelus de Peruſ. in l. cũ
creditor. 55. quem legit ipſe cum l. ſi pignore.
54. num. 2. poſt gloſſ. ibi. ff. de furtis. & addit,
quòd iſte caſus Bononiæ ſit quotidianus idem te-
nee etiam Bartholomæus Socinus, conſil. 82.
num. 8. volum. 3. ac probat Tiraquellus de ju-
re conſtituti poſſeſſ. parte 1. num. 38. & Ne-
guzantius conſ 82. num. 27. & Plotus in l. ſi
quando 9. num. 286. C. unde vi. eamq; ſenten-
tiam communem eſſe atteſtatur Menochius de
adipiſc. poſſeſſ. remed. 5. num. 81. & 36. Hinc
eſt, quòd alibi concludit Jaſon, quando
in inſtrumento emtionis dicitur. *Vendi-*
95 *dit & Tradidit*, intelligitur eo ipſo per i-
ſta verba conceſſa poteſtas occupandi
poſſeſſionem propria authoritate. *Iaſon in*
l. ſi ex ſtipulatione. 5. num. 3. & ibi Alexand.
ff. de acquir. poſſeſſion. Neque his obſtant,
quæ de interverſione poſſeſſionis ſupe-
riùs fuerunt allegata *ex gloſſ. l. 2. verbo. re-*
pellere. C. de jure emphyteut. quia reſponde-
tur ſimpliciſſimè, iſtud dictum gloſſæ &
comuniter ſcribentium eſſe intelligen-
dum in caſu, de quo loquitur textus *jun-*
cto gloſſ. in d. l. 2. puta, in emphyteuſi. in qua
non tantùm poſſeſſio, ſed etiam utile
96 dominium transfertur in emphyteutam.
l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigal. vel
emphyteut pet. l. tutor. 16. §. fin. de pign. act.
& l. 1. §. quod ait prætor. ff. de ſuperfic. quam
rationem innuit etiam ipſa gloſſa *d. l. 2.*
verbo repellere in princ. ibi: cùm poſſideat. &
ſic nullo unquam tempore eſt revoca-
bilis poſſeſſio, quamdiu videlicet cano
nem debitum perſolvat poſſeſſor. *d. l. 1.*
97 *in princ. ff. ſi ager vectigal.* Secùs eſt in ter-
minis conſtituti, ubi utraque poſſeſſio
exiſtit penes creditorem, & eſt revoca-
bilis, quocunque temporis momento,
ad placitum videlicet concedentis: niſi
ad certum tempus reſtricta eſſet, tunc e-
nim ante lapſum temporis non rectè a-
vocaretur, *argumento l. ſicut in commodato*
98 *5. ff. commodati.* Facit, quòd nemo ſibi cau-
ſam ſuæ poſſeſſionis mutare poteſt. [nul-
la cauſa extrinſecus accedente,] *l. cum ne-*
mo. 5. C. de acquir. poſſeſſ. l. 3. §. illud. l. qui
bona fide. 19. §. quod ſcriptum. ff. de acquir.
poſſeſſ. Cùm itaque conſtituens in propo-
ſito, nomine creditoris, & non ſuo poſ-
ſederit, *l. quod meo. 18. eod. tit.* non po-
teſt illam cauſam tenutæ intervertere,
& ſibi incipere poſſidere. *argumento l. qui*
legatorum 2. §. quod vulgò c. de uſucap. pro
hæred. Accedit, quòd in propoſito, ultra
pactum conſtituti, vel precarii, prodita
eſt creditori ingrediendi licentia, ex
conventione partium vel ſtatuto loci.
quod non eſt vel in d. l. 2. vel in d. l. cum fun-
dum. Et quòd textus *in d. l. 2. C. de jure em-*
phyt. loquatur extra caſum pacti de ex-
pellendo propria authoritate patet ex
principio legis, *juncto §. ſic autem nihil ſu-*
per hoc capitulo fuerit pactum. attento, quòd
de natura adverſativæ *Autem*, & ſimilium 99
dictionum, data paritate terminorum,
eſt adverſari præcedentibus in facto & in
jure. *gloſſ. verb. autem in l. hoc. ampliùs. 9.*
§. de his 1. ubi Bartolus num. 1. de dam. infect.
& in l. 2. ne quis eum qui in jus voc. eſt vi exi-
mat. & in l. ſed & ſi 25. in princ. de petit. hæ-
redit.

Nonò fallit in creditore, victore in
cauſa, quem judex immiſit, vel qui de li-
centia judicis ipſemet ingreſſus eſt poſ- 100
ſeſſionem bonorum debitoris, virtute
judicati, pro executione videlicet ſen-
tentiæ definitivæ, talis enim efficitur
poſſeſſor, ut tradit Bartolus *in l. à Divo Pio*
15. §. ſi rerum. num. 1 ibidemq; Paulus de Ca-
ſtro num. 8. circ finem, & Iaſ. 7. de re judic. li-
cet num. 15. ab hac ſententia denuò recedat.
cum Bartolo etiam concordat Franciſc. Aretin.
in d. l. 3. § genera. num. 77. ff. de acquir. poſſ.
& probat Ferrarienſis in forma executionis ſen-
tentiæ definitioæ. verbo: ſapiens. num 20. verſ.
quartum eſt remedium. [ſententia enim ha-
betur pro veritate *l. res judicata 1. ff. de re*
judic. l. ingenuum. 25. ff. de ſtat. hom.] Con-
trariam tamen opinionem amplectitur 101
Alexander de Imola. *in d. §. ſi rerum. num.*
21. & in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. num.
101. de dam. infect. & Jaſon *in d. l. à divo.*
§. ſi rerum num. 15. ubi addit, Bartoli opi-
nionem eſſe ſingularem, nec approbari à
practicis Advocatis, *allegat Baldum, in l.*
ordo 3. num. 10. C. de execut. rei judic. & tra-
dit Molinæus, hanc opinionem contra
Bartolum eſſe magis veram & delibera-
tam. Neguzantius etiam eandem refert
communiorem eſſe. *Neguzantius de pigno-*

ribus in ſecundo membro tertiæ partis principalis num. 6. qui eodem modo, ſicut alii, adducit Baldum in l. etiam 5. C. de execut. rei judic. ubi tamen de hoc verbum nullum, benè verum eſt, quòd iſtud tenet & ſequitur Baldus in l. ordo. 3. num. 10. C. eod. tit. & in l. conſentaneum 8. num. 30 C. quomodo & quando judex. & in c. contingit. num. 33. verſ. tu dic. contra, extra de dolo & contumac. cum quo tranſit etiam Raphaël Cumanus *in d. §. ſi rerum num. 9.* Sed fortè non eſſet os ponere in cœlum, ſi quis Bartoli ſententiam ſequatur, puta, quod miſſus ex re judicata, etiam antequam perveniatur ad ſecundùm decretum, & ante addictionem, fiat poſſeſſor. *eamq; ſententiam cum Bartolo tenet etiam intrepide Benedictus de Barzis de guarentigiis, ſecunda parte principali, quæſt. 18. verſ. attamen contrarium.* Ex quo infert Baldus, miſ-

102 ſiones quæ fiunt ex inſtrumentis confeſſionatis, transferre veram poſſeſſionem, & non ſolùm apparentem, *de qua loquitur l. Titia. 48. ff. de ſolut.* ſed etiam exiſtentem & ſubſtantialem, adeò, ut qui inquietatur, habeat interdictum uti poſſidetis, & ſi expellatur, habeat interdictum unde vi. *Baldus in d. l. conſentaneum. 8. num. 70.* ubi tamen addit, iſtud dictum Bartoli eſſe novum, & fortè non verum, ſed probatur iſtud dictum *Bartoli per l. poſtquam 5. §. Imperator. ff. ut leg. cauſ. cav.* ubi eſt caſus, quod condemnatus fideicommiſſario de reſtituendo fideicommiſſum, ſi appellet, cavere, & niſi caveat, poſſeſſio in adverſarium transferri debeat. Idque propter vim judicati, cùm aliàs per miſſionem in poſſeſſionem, ex capite non factæ cautionis, non transferatur poſſeſſio, ſed nuda tantùm cuſtodia. *L. ut cui 5. in princ. & §. qui legatorum 22. ff. ut in poſſeſſ. legat.* Licet *ad d. l. poſtquam §. Imperator.* reſpondeant communis opinionis aſſeclæ, translationem poſſeſſionis, ob non factam cautionem, ibi fieri in caſu ſpeciali, puta, ubi intercedit authoritas reſcripti Imperatoris, & quidem ſuper executione ultimæ voluntatis, alias ſecùs. *Iohannes de Imola poſt gloſſam verbi, integris in d. l. à Divo Pio. §. ſi ſuper. colum. 2. circa finem. & ibi Iaſon num. 13 circa finem.* quæ ſolutio vel inde magis firmari poteſt, quòd textus *d. §. Imperator.* non loquitur in terminis judicati, cùm judica-

103 ta ſententia non dicatur, quæ per appellationem ſuſpenſa fuit. *l. ſi quis jusjurandum 11. ibi: provocatione ſuſpenſa. & l. generaliter. 12. in princ. ibi: litis provocatione ſuſpenſa. Cod. de reb. cred. & jurejur. l. ſi cauſa. verb. ſuſpenſa. C. de tranſact. l. ab executione. verb. ſuſpenderit provocatio: C. quorum appell. non recip. & notat Bald. in l. tale pactum 40. §. qui provocavit. 1. in 2. repet. num. 6. ff. de*

pact. Reducit enim appellatio cauſam 104
principalem ad illum ſtatum, in quo erat poſt litem conteſtatam, *Bartol. in l. ita demùm 13. in princ. C. de procur.* & ita communiter tenetur, prout teſtatur Maranta *de ord. jud parte 4. diſtinct. 6. num. 16.* Cujus motivi ſolutio quantumvis defendi poſſit: tamen militant & alia fundamenta
pro Bartolo, quòd nempè pignus judicia- 105
le æquiparatur conventionali, adeòque miſſus ex cauſa judicati præfertur omnibus aliis creditoribus. *l. ſi & jure 20. ff. qui potior in pign. hab. & l. cum Rempub. 3. C. eod.*
tit. in quibus juribus habetur, quod miſ- 106
ſus ex re judicata, præferatur omnibus creditoribus poſteriorem hypothecam habentibus, quod non eſt in prætorio pignore, ubi uno miſſo, alii etiam creditores intelliguntur ſimul miſſi, & ſic omnes concurrunt. *l. cum unus 12. in princ. ff. de reb. auth. jud. poſſid. & l quod autem. 6. §. ſciendum 7. quæ in fraud. cred.* & ſic majoris eſt effectus pignus judiciale quàm prætorium.

Licet autem qui contrariam opinio- 107
nem tenent, reſpondeant *in d. l. cum Rempub.* contrarium probari in illis verbis: *ſervandi judicati cauſa*, tanquam præſumatur, miſſionem iſtam factam eſſe cauſa rei ſervandæ. *Imola d. §. ſi ſuper in fin.* adeò, ut miſſus etiam ex cauſa judicati non poſſideat, *argum. l. 3. §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quam ſolutionem etiam recitat *Alexand. de Imola d. §. ſi ſuper. num. 21. & ibi Iaſ num. 14.* tamen hæc ſolutio non videtur ſatisfacere literæ *d. l. cum Rempub.* non enim loquitur, per verba ſervandæ rei cauſa, ſed ſervandi judicati cauſa, quaſi dicat: ideò præfertur miſſus ex cauſa judicati cæteris creditoribus, ut judicatum ſervetur & de-
fendatur, cum fruſtrà ſit ferre ſententias, 108
niſi debitè mandetur executioni. *c. quod ad conſultationem. extra de re jud. & Marant. de ordin. jud. parte 6. in ultimo actu num. 1.* Deinde, ut maximè hæc ſolutio poſſet ſatisfacere *ad d. l. cum Rempub.* tamen non evacuat contrarium *d. l. ſi & jure 10. ff. qui pot. in pign.* ubi nihil de ſervando judicato dicitur. Ideò pro communi ſententia

poſſet

poſſet aliter reſponderi, quòd, licet miſ-
ſus ex judicato, quo ad privilegium præ-
lationis creditorum, melioris ſit condi-
tionis, quam is, qui mittitur ex primo de-
creto, ob cauſam contumaciæ, vel rei ſer-
vandæ: tamen inde non infertur, miſſum
ex re judicata fieri poſſeſſorem, cùm ex
109 diverſis & ſeparatis mala fiat illatio. *l. Pa-
pinianus 20. de minor. & l. fin. de calumnia.*
Sed urget adhuc pro Bartolo textus jun-
cta gloſſa *in l. ordo. 3. ibi: ſi pignora emtorem
non inveniant, judex in poſſeſſionem mittet, &
ibi ſupplet Accurſ. ex ſecundo decreto. C. de exe-
cut. rei jud.* Secundum autem decretum
tribuit poſſeſſionem & lucrum fructuũ,
ſecundum omnes *in d. l. ſi finito. 15. ſ. In-
ſulanus. 16. ad idem eſt textus in l. properan-
dum. 13. §. ſin autem reus. 3. C. de judic. ubi
dicitur*: lata ſententia pro petitore, illi
ſatisfieri debet ex rebus & facultatibus
conventi, adeò, ut victor in poſſeſſionem
bonorum ejus immittatur, quam poſſeſ-
ſionem condemnatus nullo modo recu-
perat, intelligendo vocabulum Poſſeſſio-
nis propriè & in potentiore ſignificatu,
*argumento l. non ohter. 69. de legat. 3. juncta
l. quæritur. 10. de ſtatu hom. l. 1. §. fin. ſi ager
vectigal. vel emphyt.* Neque enim dicere-
tur non recuperare poſſeſſionem reus,
niſi conſtaret, ipſum ab ea penitùs fuiſſe
excluſum, cùm privatio præſupponat ha-
bitum. *vulg. l. decem 115. de verb. oblig. cum
ſimilibus.* Pro quo militat etiam litera
*d. l. à Divo Pio. ſ. ſi ſuper rebus. aliàs incipit.
ſi rerum, verſ. ſic eveniet.* ubi dicitur: ſuper
110 rebus, quæ pro executione pignori captæ
ſunt, rem judicatam uſucapioni proficere,
re, uſucapio autem præſupponit poſſeſ-
ſionem, ſine qua præſcriptio non proce-
dit. *c. ſine poſſeſſione. extra de reg. jur. in 6. &
l. ſine poſſeſſione. 25. ff. de uſucap.* Sed & his
111 fundamentis Bartoli reſpondet adverſa-
ria factio Doctorum, quòd videlicet jura
hic allegata loquantur in terminis ad-
dictionis & adjudicationis, quæ fit per ſe-
cundum decretum *d. l. ordo. ac notat gloſ.
d. verſic: ſic evenit. in verb. integris* quo ca-
ſu dubium non eſt, quin transferatur poſ-
ſeſſio, cùm & dominium pignorum tunc
devolvatur in creditorem, *d. l. à Divo Pio.
§. ſi pignora. & ibi Paulus de Caſtro num. 1. &
facit l. fin. C. de jure dom. impet.* Sed vix eſt,
ut hæc ſolutio poſſit conſiſtere, ſi namq;
juxta commune placitum interpretum
adverſus Bartolum, miſſio in poſſeſſio-
nem ex cauſa judicati inducit ſolum ef-
fectum cuſtodiæ & obſervationis rerum
debitoris, iſto caſu decretum regulari-
ter non interponitur, niſi demum poſt
annum. Speculator *in tit. de 2. decreto. ſ.
juxta num. 2.* ubi addit, iſtud intervallum
obſervari in realibus, quemadmodum
etiam in perſonalibus judiciis. *per l. ſi quis
emtionis. 8. ſ. ſed & ſi quis 3. ibi*: intra an-
num ſe offerentem, cautionemque ſuſci-
piendæ litis danti. *Cod. de præſcript. 30. an-
norum, ac facit cap. cum ſicut. in fine & c. cum
veniſſent. in verſic. ſi uſq; ad annum & dum,
extra de eo qui mitt. in poſſeſſ.* Præſuppoſito
itaque, quod ſolutio *ad d. l. ordo.* poſſit
ſalvari, quaſi loquatur in immiſſione
creditoris, facta poſt ſubhaſtationem
pignorum: tamen ſecùs eſt in pignori-
bus, captis pro executione judicati, in
quorum poſſeſſionem mittitur creditor
ex diſpoſitione. *d. ſ. ſin autem reus. & d. ſ.
ſi ſuper rebus.* neque enim ibi aperiunt tex-
tus, quòd præceſſerit ſubhaſtatio, & quod
pignora emtorem non invenerint, er-
gò hoc dicendum non eſt. Et quòd alius
ſit effectus pignoris judicialis, quam præ-
torii, arguit etiam rubricarum diverſi- 112
tas, quòd Imperator duos ſeparatos titu-
los fecit. *C. ſi in cauſa judicati pign. cap. ſit.
& C. de prætor pign. hanc rationem poſt Bar-
tolum in d. §. ſi ſuper rebus. num. 1. & 2. in-
nuit etiam Salicetus in l. ordo. 3. num. 3. C. de
execut. rei judic.* Verum & huic argu-
mento reſpondet Imola, ſicut & ſuperiùs
tactum fuit *numero 108.* quòd, licet iſtæ
duæ rubricæ arguant, eſſe aliquam dif-
ferentiam inter pignus judiciale, &
prætorium: tamen inde non infertur,
in eo eſſe differentiam, quaſi videlicet
miſſus ex judicato poſſideat. *Imola d. ſ.
ſi ſuper. in fine, & Alexand. ibidem. num 21.*
adducit etiam gloſſam contra Bartolum,
quæ pignus judiciale appellat præto-
rium. *gloſ. in l. 2. verb. prætorium. in fine.
Cod. de prætor. pignor.* ubi innuit etiam pi-
gnus prætorium judiciale dici poſſe, quia
per judicem detur. Sed ego reſpondeo,
pignus judiciale denominari non a ju- 113
dice, ſed à judicato. *l. 1. & per totum. C.
ſi in cauſa judicati pignor. capt. ſit.* Nec ob-
ſtat, quod ulterius urgent Alexand. &
ſequaces, ſi Bartoli opinio eſſet vera, ſe-
qui inde iſtud abſurdum, quod miſſus 114
ex cauſa judicati habeat interdictum uti
poſſidetis, quod eſſe videtur contra *l. ſi
duo 3. ſ. creditores. 8. ff. uti poſſid. & l. non eſt
mirum 26 de pig. act.* neque enim miſſus

 effici-

efficitur poſſeſſor, ſed cuſtos, *l. 3. §. genera. de acquir. poſſeß.* quia contraria procedunt in miſſione ex cauſa cuſtodiæ, ſecùs eſt, ſi judicati tuendi vel ſervandi cauſa mittantur. *l. cum Rempublicam. 3. in finalibus verbis. C. qui potiores in pign. hab.* Et quic-
115 quid ſit de jure civili, ſaltem hæc ſententia Bartoli in provinciis noſtrarum regionum, ubi obſervatur jus Saxonicum, indubitata eſt per textũ juncta gloſ. Weichbild *art. 64. ibi:* Wann ein Mann zum vierden Gedinge mit rechten Urteln eines Guts gewaltiget wird. (*vel prout ſupplet gloſſa*) Wann ein Mann in ein Gut geweiſet wird vom Richter und Schöppen / oder ob einem auff ander weiſe darein verholffen würdt / gibt er ſein Hülffgeld dem Richter / er iſt neher / ſein Gewehr an einem Gut zu behalten / denn ein ander ſolch Gut auszuziehen / quaſi dicat: qui ſemel miſſus eſt in poſſeſſionem rerum debitoris, ſive ex cauſa judicati, ſive pignoris conventionalis, is debet defendi in ſua poſſeſſione, neque poterit turbari vel expelli per alium, qui allegat titulum vel dominium, *concordat* Landrecht *lib. 1. art. 79. in princ. & ibi gloß. num. 9. & lib. 2. artic. 44. §.* Und wer. *& artic. 24. in fin.* Weichbild *art. 64. ac tradit Regulus in proceſſu Saxonico cap. 203. num. 19. §.* Mit dieſem
116 Pfande. *& §.* Der ander. Tale autem ſtatutum vel conſuetudinem, quod miſſus in poſſeſſionem etiam ex primo decreto, lucretur fructus, a jure approbari, teſtis eſt Alexander de Imola *in l. ſi finita. 15. §. Iulianus. 16. num. 100. 105. & 106. ff. de dam. infect. per gloß. ſingularem in §. ſi verò. verſ. ſi verò etiam quidam jurant. auth. de exhib. reu coll. 5. & idem Alexand. in l. 3. §. genera. num. 17. ff. de acquir. poſſeß.*

Ex quo nunc reſultat decima limita-
117 tio, quòd in inſtrumentis guarentigiæ, vel aliter habentibus paratam executionem ex vi ſtatuti vel conſuetudinis, in loco aliquo particulari exiſtentis, miſſus indubitatè poſſeſſor efficiatur. *Bartol. in l. à Divo Pio. 15. §. ſi ſuper num. 1. de re jud. Alex. de Imola in l. ſi finita. 15. §. Iulianus 19. num. 101. de dam. infect. Bald. in l. conſentaneum 8. num. 30. C. quomodo & quando judex. & in l. ordo 3. num. 10. C. de exec. rei jud. Alex. in l. à Divo pio §. ſi ſuper. num. 22. & ita tenet Bartolus in l. ſi & jure 10 num. 2 ff qui pot. in pignor.* & alibi tradit Baldus: miſſiones ex inſtrumentis confeſſionatis, transferre veram poſſeſſionem, neq; tantùm apparentem, ſed etiam exiſtentem & ſubſtantialem, adeò, ut ſi inquietetur, habeat interdictum Uti poſſideris, ac ſi expellatur, interdictum Unde vi. *Baldus in d. l. conſentaneum 8. num. 30. & ſequitur Neguz. de pignor. in tertio membro tertiæ partis principalis. num. 4.* Quantumvis autem in præ- 118
memoratis caſibus omnibus, immiſſus creditor lucretur fructus: tamen tenetur eos computare in ſortem, adeò, ut ipſo jure extenuent capitale ſortis, vel quantitatem debiti; & ſic iſta via executionis debitori, quàm creditori, utilior eſt. *Ferrar. in forma executionis ſententiæ definitivæ. verbo. ſæpius. num. 20. in quarto membro. ac ſequitur Regulus in ſuo proceſſu cap. 103. ſub tit.* Von gerichtlichem Pfande. *nu. 8. circa finem.* adeò, ut tandem pignus luat ſeipſum, & absque alio pretio redeat ad dominum. *l. 1. C. de diſtract. pignor. l. 1. & 2. C. de pign. act. l. nec non. ff. eod. l. ſi dominium. 9. C. de pignor.* alias ſiquidem reſultaret uſuraria pravitas. *argum c. 1. & c. conqueſtus. extra de uſur. de quo videatur latiùs Neguzant. de pignor. in quinto membro quintæ partis princ. nu. 1. & ſeqq.* Sic itaque in omnibus caſibus, de quibus per iſtas decem declarationes
viſum fuit creditor, ingreſſus ex vi pacti 119
vel ſtatuti bona debitoris, fit poſſeſſor quò ad omnia excepta cauſa uſucapionis, quæ completur & currit contra eum, adverſus quem cœpta fuit per debitorem, non obſtante, quòd hodiè poſſeſsio pignoris exiſtat penes creditorem. *l. pignori 13. l. ſervi 16. de uſucap.* item excepta cauſa ſatisdationis, quo enim ad illos fines, magis dicitur debitor, quàm creditor, pignus poſsidere. *l. ſciendum 15. §. creditor. 2. qui ſatisd. cog.* ubi gloſ. notat, creditorem qui pignus accepit per traditionem verã vel fictam, poſsidere rem debitoris, quoad omnia, exceptis illis duobus effectibus prælibatis. *quam gloſſam ſequitur etiam Baldus ibi num. 2. Alexand. 7. & Angel. de Peruſ. 1. poſt gloſſam in l. cum notiſſimi. 7. §. illud. 4. C. de præſcript. 30. annor. & Iaſon in l. ſciendum. 15. §. poſſeſſor. 1. quem ipſe legit cum §. creditor. 2. num 4. qui ſatisd. cog. & ſequitur Alex. de Imola in l. 1, §. per ſervum corporaliter. num 5, de acquir. poſſeß.*

Et ſic explicit etiam tertia Pars hujus Operis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google